ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV

BIBLIOTHECAE SELECTÆ

DE RATIONE STVDIORVM

In Facultatibus, quæ in pagina ſequenti indicantur.

TOMVS SECVNDVS.

VENETIIS, M DC III.

Apud Altobellum Salicatium.

IN SECVNDO HOC TOMO
CONTINENTVR CHRISTIANÆ METHODI,

Ad Philoſophiam generatim, mox Platonicam, deinde Ariſtotelicam.
Ad Iuriſprudentiam.
Ad Medicinam.
Ad Mathematica.
Ad Humanam Hiſtoriam.
Ad Poeſim profanam, ſiue Ethnicam cum ſacra collatam.
Ad Artem Oratoriam conſcribendi Epiſtolas cum Appendice.
De Miſcellaneis quibuſdam Scriptoribus.

SIGIS.

SIGISMVNDO TERTIO

POLONIAE, SVECIAE, GOTHIAE, Vandaliæ Regi:

MAGNO LITVANIAE DVCI: &cet.

Antonius Poſſeuinus Societatis IESV.

Equiſſimum, Rex Sereniſſime, fuit, vt priore Operis huius parte Summo Pontifici dicata, ſecundam Maieſtati Veſtræ inſcriberem. Illam Patri Sanctiſſimo, in qua de Diuinis rebus actum eſt. Hanc de alijs diſciplinis, ac de Humana Hiſtoria, Regi, quem tamquam filium vnicè diligit. Sic enim vtraque prodit ſuo tuta præſidio, tractanda libentiùs ab omnibus, atque à ſubditis V. Maieſtatis, in cuius Regnis, vti & antea Romæ, ſua cœpit incrementa. Sanè rei multò anteà conceptæ, ac delineatę Gregorius XIII. æternæ memoriæ Pontifex Maximus, & Sereniſſimus Ioannes Tertius Rex Maieſtatis Veſtræ Parens ſtimulos addiderant, vt partum in commune bonum attentarem. Nam cùm ſimul conueniſſent, vt tenera V. Maieſtatis ętas optimis inſtitutis imbueretur; ac verò pietatem, & veterum ſcientiam rerum à Septentrione per hæreſes fuiſſe pridem ablegatam ipſis oculis vidiſſem, non potui non permoueri ad hanc, quantumuis arduam, prouinciam ſuſcipiendam, tum hæc ſcribendi, tum vna cum fratribus meis diſpellendi inde tenebras, quò mittebamur. Nimirum in primis, vt in vnius adoleſcentis Regij, hoc eſt, V. Maieſtatis pectore plantaretur, quod præſagiebat animus fore, vt breui ad alias quoque Prouincias palmites latiſſimè eſſet extenſurum: Sic igitur re futatis Dauidis Chytręi erroribus, qui Regna illa pluribus hęreſum libris infecerat, eoq. Opere dedicato Parenti Maieſtatis Veſtrę, iam huius pars in eius nomine apparet, erga quam cùm plurima Diuinæ prouidentiæ argumenta vidimus, tum eadem certò perſuadent, neminem fruſtra pro fide Catholica laboraturum, vbi Maieſtas Veſtra eſt regnatura.

Auctor à quibus ad hoc opus ſcribendum fuerit impulſus.

Primùm illud, quòd maternam duxit originem è Iagellone, qui Chriſtianam fidem in Poloniæ Regno ſic excitauit, vt eandem quoque ipſemet populos ſuos Princeps tantus docere non erubeſceret. Paternam verò ab eo Rege, in cuius familia BB. Brigitta, & eius filia Catharina extitiſſent.

Iagello in Poloniæ Regno Chriſtianam fidem excitauit.

Secundum. Quod collapſis Septentrionis rebus, viq. olim Epiſcopis, &

Pater & mater Sigiſmundi Regis.

Sacerdotibus omnibus inde eiectis, Deus tamen Sereniſſimam Catharinam Maieſtatis Veſtræ Matrem, cum Parente, tum Magno Finlandiæ Duce, coniunxerit, ne (ipſo potiſſimùm auxiliante) omnino lucerna fidei, iugeq. ſacrificium Dæmonibus, & Hæreticis tremendum, extingueretur.

Tertium. Quadriennij cuſtodia, in qua Sereniſſimus Parens immeritò detentus, genuit in vinculis Maieſtatem V. ſoluturam videlicet aliquando, impietatis vincula, & iugum illud excuſſuram, quo tot innocentes populi grauiſſimè premebantur. Neque enim grauius eo iugo ſubditis poterat eſſe, quàm cùm non paleæ ſolùm, quod fecerat cum Iſraelitis Pharao, ſed & triticum, hoc eſt, Sanctiſſima Euchariſtia, quæ faciebat virgines, ac monaſteria ſeruabat, populis adimebatur, cæleſtisq. itineris ducibus, hoc eſt, Sacerdotibus extinctis, aut amandatis, omnis veritatis ſemita erat obſtructa.

Exod. 5. Zach. 9.

Quartum, ac quidem multiplex Diuinæ prouidentiæ argumentum. Quod nata Maieſtate Veſtra, ſecuta eſt liberatio Sereniſſimi Parentis, Euectio ad Regnum, Depreſſio hoſtium, ac, quod caput fuit, ſeria in illo Religionis veræ cogitatio, difficillimorumq. nexuum prudens diſſolutio, ac tandem ad immobilem Sedis Apoſtolicæ petram nobilis legatio. Os enim Domini per ſummum eius ſacerdotem ſibi conſulendum eſſe potius, quàm per neſcio quos à fide auerſos in ſummo Religionis negotio ſapientiſſimè ſtatuit. Ex quo factum eſt, vt cùm deinceps ſeipſum Catholico Sacerdoti per totius anteactæ vitæ confeſſionem expiaſſet, ſanctè polliceretur, numquam ſe animo Caluinianis, aut Lutheranis erroribus adhæſurum. Videlicet, iſta pietatis ſemina puero adhuc illi Deus ipſe indiderat. Quæ & in frugem maturiorem eduxit traiectio in Angliam; vbi incidens in Cyrillum Alexandrinum Ioannis Apoſtoli, & Euangeliſtæ ſextum caput interpretantem, faſſus eſt ſibi cœpiſſe ſordeſcere ſcripta, quæcunque ab Hæreticis Succiam, Gothiam, Finlandiam inundarant: Id quod fecit, vt ſplendidiſſima Eccleſiæ lumina, Patres ipſos veteres curaret ſua in Regna inuehi, eos diſtribui, illorum doctrinam è ſuggeſtibus interdum, vel ab ipſis fidei hoſtibus, afferri; adoleſcentes ad Academias duntaxat Catholicas, aut adeo ad ipſa Pontificia Seminaria mitti; inſtaurari Templa; Aras excitari; ſublatum argenteum B. Brigittę loculum, reſtitui; Sanctimoniales Vaſtenenſes iuuari, atque à Catholicis Sacerdotibus communiri; Sancti Erici Regis oſſa per eoſdem in ſepulchrum honorificentiſſimum inferri; In demortuę autem Reginę Matris funere, publica in Concione teſtimonium ferri, eam Catholicè, ac ſanctè vixiſſe, obijſſe verò in fide Romanæ Eccleſiæ, extra quam nulla eſſet ſalus. Sic inquam Rex ille.

Religionis in Succiæ regno reſtitutio.

Magna Religionis Catholicæ inſtaurandæ argumenta.

At & ingens erga Maieſtatem Veſtram fuit Diuinæ indicium prouidentię. Quòd dum Stephanus Poloniæ Rex captis de Moſco arcibus tertiùm victor eſſe pergebat; vterque Rex, nimirum Ioannes Tertius, & Stephanus Primus, ſpatia Regnorum ampliora, Liuoniamq. Veſtrę Maieſtati parabant, in quibus ſeipſam paulò poſt exerceret, grauiſſimiq. erga Deum

Regni Poloniæ fines à quibus dilatati.

animi,

animi, reuocandis ad antiquam pietatem populis, ſigna præberet. Sed & eodem tempore in Suecia V. Maieſtati Diuinitus ſapientia infundebatur, qua & gemitus pro fide Catholica edebat, & Sacraměta Catholico ritu accipere nitebatur: cumq; antea puer Gregorio XIII. Pontifici Maximo innocentiſſimam per litteras, quas primas omnium ſcripſit, obedientiam detuliſſet, audebat pro Chriſto pati; dum eos, qui errores aduerſus Catholicam Religionem ſpargebant, audire detrectaret, fallacemq; illam Sanctiſſimæ Euchariſtię ſub vtraque ſpecie Laicis porrectionem auerſaretur, quoniam à Spiritu Domini haud proficiſci intelligebat. Et verò lęti recordamur, quę verba Proceribus amiſſionem Regnorum, ſi pergeret eſſe Catholica, minitantibus reſpondit, *ſatius eſſe* inquiens, *terrena, quàm cæleſtia Regna deperdere*; atque addens, *ſeſe Deo, ſi rueret etiam Mundus, fidem omnino pręſtituram.* Quæ vox non adoleſcente Principe, ſed maturiſsimo Rege digna, cęlos penetrauit; atque inde contexuit eas, quas iam cernimus, capiti V. Maieſtatis coronas imponi. Quippe, ò Rex optime, Deus fidelis eſt remunerator, qui ſe vinci à creatura ſua non ſinit, ac cuius, quod *ſtultum miſeri homines opinantur, ſapientius eſt, quodq. infirmum putant, id potentius eſt omnibus hominibus.* Ecce autem, cui moriente Sereniſsima Matre, pręſidia Catholicę tutandę Religionis defutura timebantur, continuò Deus adfuit, qui numquam recta volentibus in neceſſarijs deeſt. Eam enim Parenti Regi mentem iniecit, vt & Catholicos Sacerdotes noſtros retineret apud Maieſtatem Veſtram, ac Templum exſtrueret in Arce Stocholmienſi ab omni hęreſi impollutum, & denique ab omnibus iurari in Maieſtatis Veſtræ futura Regna curaret. Quin etiam adhuc in oculis Domini parum hoc fuit. Cùm enim Rex Stephanus ex hac vita deceſsiſſet, euocata Maieſtas Veſtra ad Poloniæ Regnum, traiecit maria, inq. ipſam Cracouiæ Regiam non tam veniens, quàm à Cuſtodibus Angelis inuecta, Regni habenas moderari cępit intrepidè. Eaq. tum prior cura fuit reſtituendæ Catholicæ Religionis: Rebellibus autem capite plexis, qui Catholicos Riga expulerant Sacerdotes, hoſce in Templa, & in priſtinam poſſeſsionem aſſeruerit. Nec verò hic Diuina liberalitas ſubſtitit. Quem enim decreuerat Chriſti Vicarium in Terris adlegere, Cardinalem tunc, nunc Clementem Octauum Pontificem Maximum ad eam miſit, vt rebus Polonici Regni compoſitis, monitisq. ſanctiſsimis relictis, meliore loco adeſſet Maieſtati Veſtræ, quàm Parens ipſe fuerat ſecundum carnem; conſilio autě, atque aſsiduis apud Deum precibus, & quibuſcumq; alijs rebus in tanta rerum Chriſtianarum perturbatione quantum poſſet, adiuuaret. Congreſſum ſanè illũ fauſtiſsimũ fore intelleximus, cùm ſereno cælo, poſt meridiem, ſplendidiſsimum vtriuſque capiti ſydus extra Cracouiam emicuit, quod quidem ad ſperanda è cælo maiora ſubſidia omnes impulit. Addita verò eſt non ita multò poſtea ex Auſtriaca, & Bauarica familia Virgo pudiciſſima V. Maieſtatis vxor, ſpeſq. prolis, non tam facta, quàm effecta eſt. Cùm ecce denuo inuitatur ad Paterna Regna capeſſenda, vt viribus in Terris aucta, augeat & ipſa numerum animarum apud Deum, vicemq. Di-

Sigiſmũdꝰ Rex puer ad Pont. Maxi. litteras pro obedientia mittit.

Vox digna Chriſtiano Principe.

1. Corin. 1.

Sigiſmundus quomodo ad Poloniç regnum peruenerit.

Clem. VIII. adhuc Cardinalis in Poloniam legatus profectus eſt.

uinæ Bonitati rependat, immarceſcibiles poſtea, & omnibus gemmis ditiores coronas receptura, ſi in hoc potiſſimùm incubuerit, qui Regum debet eſſe ſcopus ipſiſſimus.

Quæ cum ita ſint, An ne ego cuiquam alij magis, quàm Maieſtati V. hanc laborum meorum partem addicere poteram? Erit, erit, ſpero, Sereniſſime Rex, cùm hæc & inter ſummas occupationes illam aliquando leuent, facilesq. adminiſtrandi modos è ſapientiſſimis collectos ſuggerant; ac verò etiam vſui alicui ſint ijs, qui tum in Polonia, Lituania, & Ruſſia excoluntur, tum in remotioribus ſuis Regnis exoptant, vt Vpſaliæ reuiuiſcat Academia. Quę quondam Pontificijs legibus, ad Bononienſis formam, inſtituta, dum in Catholica Religione ſtabat; florebat in ſtudijs, quę illâ abeunte, prorſus euanuerunt. Vtinam Rex, auitum decus familiarum ſuarum Proceres illi reſpiciant, poſtquàm ſumma Dei miſeratione Regem ſunt aſſecuti, qui priora Sancti Erici Regis veſtigia inſiſtit. Deus autem Dominus, per quem Reges regnant, faciat Maieſtatem Veſtram in gentem magnam, ac demum, vbi diu legitimè fidam, in hoc Mundo, redemptis Filij ſui ſanguine animabus operam nauauerit, coronet æternùm in Cælis.

Academia Vpſalienſis quando florentiſſima.

ROMÆ. Kal. Iulij. M. D. XCIII.

ARGV-

ARGVMENTVM LIBRI DVODECIMI,

QVI EST DE PHILOSOPHIA.

PHILOSOPHIAE tradendæ ratio eò magis eſt neceſſaria, quòd cum ad quarumcunque rerum diſquiſitionem maximo ſit adiumento, ſi rectè tractetur, tum in variis errorum ambagibus ingenia diſtinet, ſi per deuia ducantur. De ea igitur, quæ vera ſit, primò generatim, mox de Platonica, demum de Peripatetica, deque Ariſtotelis interpretibus. Quæve in omni Philoſophia ſint, vnde illa præſidium accipiat, acturus, præfandum hic mihi eſſe exiſtimaui, quod Auguſtinus Valerius Cardinalis Veronæ, dum Nobilis, Nobilitati Venetæ, mandante Republica Philoſophiam profiteretur, ætate quidem ille tunc iunior, ſed iam ſapientia maturus, atque ad pietatem vnà cum ſcientiis iungendam natus, ita ſcriptum reliquit. Libro de ratione Philoſophandi.

Si veritatis (inquit) ſtudioſi, ſi indagatores pulcherrimarum rerum ſumus, cur nobis non debet eſſe iucundum, ea quæ à Philoſophia didicimus, ſacrorum librorum teſtimonio, et ſanctiſsimorum hominum rationibus, & auctoritate confirmare? Quod ſi quid repugnet ueriſsimæ ſcientiæ Theologiæ, quid poteſt eſſe tam neceſſarium, quàm illud ipſum cognoſcere, et aliis explicare, ne diutius in errore maneant? Sed nos miſeros nobis ipſis ſtultè nimium tribuentes, pudet philoſophantes, rationibus, quæ in ſacris literis ſunt, vti, non eſſe perturbandas ſcientias dicimus; ſtudium eorum, qui id faciunt, aliquando irridemus, quaſi nos iuuet errare, et labi, admirantes nonnullorum hominum acutas ſententias. An inutile poteſt eſſe cum præceptis de moribus Platonis, Xenophontis, Ariſtotelis, Plutarchi, Ciceronis, conferre ea, quæ Salomon, Paulus, Baſilius in Ethicis, Ambroſius in libris de Officiis, Thomas multis in libris, & ſanctiſſimi alii multi homines tradiderunt? Cur ſi poſſumus, non vtile putamus, metallorum, ſtirpium, animalium aliquam cognitionem petere è ſacris literis, quarum auctoritate Ariſtotelis ſententia aut confirmetur, aut refellatur? tantum abeſt vt non

pauci, qui philoſophantur hæc ſtudia coniungant, vt indignum putent Philoſopho non defendere Mundum eſſe ingenitum, animos mortales, Deum non curare res humanas. Quod ſi quis rationibus à philoſophia illis quidem ſumptis, ſed vberius ab optimis viris Theologis explicatis, peruerſas eorum ſententias conetur euellere, ſcilicet admirabiles Philoſophi rident: dicunt ſe eſſe Philoſophos; veritatem philoſophicam ſe defendere, non licere ſacra miſcere profanis; Philoſophis cum Theologis non eſſe diſputandum. O ignobile, & miſerabile philoſophiæ ſtudium, ſi eò erudiuntur ad impias ſententias defendendas homines, ſi diſcunt Theologiam veriſſimarum ſententiarum matrem, et veram rectè intelligendi, et beatè uiuendi magiſtram contemnere? Hæc ille.

His igitur certiſſimis rationibus nixi, ex optimis quibuſque tum antiquis, tum recentioribus Apparatum hunc concinnauimus, quo quiſque ad veriſſimam rerum cognitionem qua anima perficitur, inoffenſo pede decurrat. Tu lector perlege, ac quicquid veri, bonique in eo reperies, id omne Deo tribue.

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Duodecimus

QVI EST DE PHILOSOPHIA.

TRACTATIO PRIMA
De vera Philoſophia.

C *Num Philoſophia ſtudium reijciendum ſit ob incertas Philoſophorum ſententias, propter quas plerique à Diuina quoque Veritate receſſerunt.* *Cap. I.*

ANtequam ad eos deſcendam, qui lumina Philoſophię habentur, Plato apud multos, Ariſtoteles apud plurimos, quamuis trančtādum eſſet initio de Philoſophiæ nomine, ac Definirione, mox de eius obiecto, vnde origo, partitio, ac merhodus ſequunrur, quoniam tamen ipſo Philoſophię nomine, notū eſt, intelligi ſapienrię ſtudiū, qua rerum ueritatem contemplamur, & intelligimus, reliqua verò non ira multò poſt, pattim hac, partim ſequentibus tractationibus (pręſertim cum de Ariſtotele agemus) proprium habitura ſint locum: icciroo ueſtigandum videtur in primis, Philoſophia ne omninò reijcienda ſit, quòd animi quorundam hebetes, aut deſides, vt Lutherus quoque ineunte hoc ſeculo, & eius generis alij
D putarunt eſſe faciendum; cum etiam non defuerint, qui pietatis zelo, ac propter incertas eorum, qui Philoſophi dicti ſunt, opiniones, conſultius eſſe iudicarint ab hiſce ſtudijs abſtinere, per quę pleroſque de Diuinę ueritatis orbita ſępe cernerent turpiter, atque impiè deflectere. Accedit magnę auctoritatis uiti & doctrinę uitorum ſententia, qua ſcriptum reliquerunt, non cuiuſuis eſſe dignoſcere, plus ne emolumenti, an detrimenti Chriſtianis attulerint Gentilium literę, atque hoc ipſum, de quo agimus, Philoſophię ſtudium.

Io. Frāciſcus Picus lib. 1. capit. 3. De ſtudio humanæ, ac diuinæ Philoſophiæ.

At quidquid horum ſit, facilè ſanè euincitur, quod hominem rationis participem, niſi ratiocinationem ad res perquirendas adhibeat, ne hominem quidem, ſed ſtipi-
E tem iure cenſeas. Sin rerum veritatem partiendo, finiendo, argumentando ſedulus eruat, ipſam tandem aſſequitur, vt & poſtea reliquis eandem commodè ſuadeat, erro res ableget, vtiliſque Chriſtianę Reip. multis nominibus fiat.

Porrò ex antiquis Patribus fuere, qui collegerunt argumenta, quibus efficitur, Philoſophiam neceſſariam eſſe ad Gentiles edocendos, ad refellendos Sophiſtas, ad delectationem, & admirationem excirandam, ad auditores alliciendos, cum menrem; (ut docet B. Thomas) Philoſophia illuminet, ad inflammandum animum, & ad æternorum amorem ex fluxis rebus traducendum, quod de ſe teſtatus eſt Auguſtinus lecto eo Ciceronis libro, qui Horrenſius erat inſcriptus, quo Philoſophię laudes continebantur. Itaque & ſcimus fuiſſe Moyſem eruditum in omni ſapientia Aegyptiorum,

Auguſt. in 3. Confeſſ. cap. 4.

Act. 7.

&

& ſicuti arenam maris notitiam rerum Salomni Diuinitus traditam, & Apoſtolum A

Sap. 7. Coloſſ. 1.

etiam Philoſophicis rationibus uſum, cum in omni ſcientia ſe ita exhibuerit, ut om-
nes Chriſto lucrifaceret: & Philoſophiæ operam nauaſſe Didymum, Iuſtinum, Ori-
genem, qui à Pantæno, & ab Heracla didicit: Gregorios item duos, Nazianzenum,
& Niſſenum, Baſilium, vt mittam ceteros Latinos Patres, totamque Theologorum
ſcholam, qui vita, & doctrina, ut & fide fuere præſtantiſſimi.

Quorum ſanè auctoritas tanta eſt, ut neminem non cogat ad credendum, rectè ea

D. Io. 10.

eſſe intelligenda, quæ vel Dominus, aſſerens, omnes quotquot ante me uenerunt, fue-
runt fures, & latrones, vel Apoſtolus, quique eum conſecuti ſunt, aduerſus Philoſo-
phiam uiſi ſunt pronuntiaſſe. Nam Apoſtolus, cùm monet cauendum eſſe, ne quis

Coloſſ. 4.

nos decipiat per inanem Philoſophiam, eam explodit; quæ falſis commentis inni-
titur: quam ideo nouam deceptionem, & falſi nominis ſcientiam uocat, quòd emen B
tito Philoſophię nomine hominibus imponit. Et Tertullianus, licet multus ſit in

Tertullianus in Apologet. & de præſcript. aduerſus hæreſes, & libro aduerſus Hermogenem, & contra Marcionem

Philoſophis inſectandis, neceſſitatem tamen veræ Philoſophiæ alicubi monſtrat.
Itaque ait: Quid adeo ſimile Philoſophus, & Chriſtianus? Græcię diſcipulus, & cæli?
Famę negociator, & vitę? Verborum, & factorum operator? Rerum ædificator, & de-
ſtructor? Amicus, & inimicus erroris? Veritatis; interpolator, & integrator? Furator
eius, & cuſtos? Et diſertè alibi enunciat, hæreſes à Philoſophia ſubornari, hoc eſt
quadantenus ornari, & inſtrui, Philoſophos uerò eſſe Hæreticorum Patriarchas & de

Antitheſis Chriſtiani, et Philoſophi.

eorum ingenijs omnes animari hæreſes, qui mimicè affectent ueritatem, ac de certis
certa præiudicent ad artis ſuæ propriæ gloriam, quos propterea gloriæ ſolius, & elo-
quentiæ libidinoſos appellat, qui ſi quid in ſcripturis offenderunt digeſtum, pro in-
ſtituto curioſitatis ad propria verterunt, cùm & de una via obliquos multos, & in ex- C
tricabiles tramites ſciderint. Itaque, quid (ait) cæco duci inniteris? Et cùm uiria

Philoſophi uita improba. Diog. Laertius quid de Philoſophis.

(quę & Laertius proprio libro fuſius narrauit) Pythagoræ, Platonis, Ariſtotelis,
Diogenis, & aliorum enumerat, vt cum Chriſtiana conferat diſciplina, eiectos non
immeritò fuiſſe Philoſophos autumat à Thebanis, Spartiatis, & Argiuis. Quæ,
inquam, licet Tertullianus zelo Catholicæ veritatis dixerit; quòdque ſuo ſęculo ui-
deret inprimis per Philoſophos fieri, ut impietas foueretur, Chriſtianique tantò a-
crius ad compedes, & equuleos raperentur, ſe ipſum tamen interpretatus eſt. Nam
oſtendit, Philoſophiam habuiſſe libertatem ingenij, & medicinam neceſſitatem arti-
ficij ad extendendos de anima retractatus; vbi latè quęruntur incerta, latius diſputan
tur pręſumpta. Eædem (inquit) materię apud hęreticos, & Philoſophos volutantur,

In Apolo. lib. de Reſurrect.

ijdem retractatus implicantur. Et alio loco: Nos quoque (ait) rhetoricari prouocant D
Hæretici, ſicut & philoſophari.

Ceterùm Rhetores, Poetæ, Comici, & Satyrici Philoſophos momorderunt, quod

Philoſophos qui accuſarint.

homines ſapientię præceptis inſtructi, leues ſe præbeant, ineptos, aſſentatores, men-
daces, adminiſtros ſceletum. Homines (inquit Pacuuius) ignaua opera, Philoſopha
ſententia. Vide autem lector Ariſtophanem Comicum, Ariſtidem, & Lucianum,
Sophiſtas; & Timonem, qui Syllos compoſuit, & Iuuenalem Satyra integra aduer-
ſus Philoſophos. Ac tamen cum hęc ita dixerint, ij in mores, & errores, plus quam
in Philoſophiam ipſam dentes acuebant.

Iuſtinus autem Philoſophus, & Martyr, etſi aduerſus Ariſtotelem, Philoſophoſ-

Iuſtinus cur aduerſus Philoſophos egerit.

que ſcripſit, quos & fures, & impoſtores nominat; unde & Creſcentis Philoſophi
Cynici opera tandem extinctus eſt, ſępè tamen eximiè de Philoſophia locutus, oſten E
dit, quantum inde ad perfidos refutandos pręſidij acceperit.

Nec quoniam Hieronymus Philoſophum animal glorię, & venale mancipium

Hierony. ad Pammachiū, de obitu. Paulinæ contra Philoſophos.

rumorum uocauerit, & aduerſus Philoſophos omnes ſancta illa libertate, fidenter
ſcripſerit, ſimiliaque interdum alij dixerint Patres, aliò referenda ſunt, quàm ad id, quod
ſuprà attigimus, cum & Philoſophiam ipſimet auidiſſimè hauſerint, qua factum eſt,
vt eruditione multiplici referſerint ſua ſcripta, hęreſeſque; & inanes Philoſophos
ſuo ipſorum gladio iugulauerint; Hexaemeron uerò, hoc eſt opus ſex dierum, ac re-
liquas Diuinę Scripturę partes auguſtiſſimè ſint interpretati.

Ex

A

Ex eorum, quæ ſunt, ſiue è realium entium generali conſideratione, ac partitione, Philoſophiæ item partitionem cerni poſſe, quæ expedit, vt principio quadantenus eis innoteſcat, qui rectè ſint in Philoſophicis ſtudijs informandi. Cap. II.

IAm cum perutilis Philoſophia ſit, ex obiecto autem natura tota cognitionis ſu
matur, facilè ex hoc perſpecto natura Philoſophiæ, atque diuiſio conſtabit, quan
tum quidem modò ſatis ſit: nam ex methodo Ariſtotelica planiùs poſteà lique
bit. Et obiectum quidem id dicimus, circa quod vnaquæque facultas verſatur. Cùm Obiectum
autem ſapientię ſtudium, hoc eſt Philoſophia, in id incumbat, ut rerum omnium quid ſit.
B ueritate cognita, mentem perficiat, fit, vt quidquid ſub reale ens (cuius propriè
eſt veritas) cadit, id ipſius Philoſophiæ obiectum ſit: pro entis autem partitione Phi
loſophia quoque diuidatur. Cum autem ens reale dicimus, ſpeculatiuum intelligi- Ens reale ſpe
mus, & actiuum, quæ Græci θεωρητικὸν, & πρακτικὸν vocarunt. Ad actiuum autem, culatiuum, et
factiuum quoq; refertur Hinc Philoſophia duplex, nimirum primò Speculatiua, quæ practicum.
ita propter ſe quęritur, vt ſolam intellectus habeat contemplationem, ac præter eā Philoſophia
nihil extra intellectum, hæcque propria philoſophia eſt; Deinde Practica, quam non duplex, ſpecu
tantùm propter ſe ipſam, & cognitionem intellectus uolumus, verùm etiam propter latiua, & pra
aliquid extra intellectum: Hocque aut ſola electio eſt, & actio voluntatis, quæ pro- ctica.
prio nomine uocatur electio, vel alicuius potentię exterioris operatio, qua artes om-
nes conſtituuntur, quæ proprio nomine uocantur factiones, quoniam ex materia ex-
C terna efficiunt opus. Ad eam uerò Ethica, Oeconomica, Politica ſpectant, quippe
quæ circa electiones, & actiones voluntatis occupantur. Sic Philoſophia practica, Philoſophia
& ipſa diuiditur, nempè in actiuam, quę eſt Moralis, & factiuam, quę reliquas artes practica diui
comprehendit, quibus operationes exteriores perficiuntur. ditur.

Neque uerò Logicam dicimus Philoſophiæ partem, ſed organum, quoniam neque Logica non
hoc genus, entis, reale obiectum eſt Philoſophiæ, ſed organicum reſpectu entis rei, eſt Philoſo-
quod quidem proprium intellectus, & adeò Philoſophiæ obiectum eſt, vt diximus. phiæ pars.

Ceterùm, vt liqueat hoc initio, quid entium realium nomine intelligatur, ſcien- Diuiſio entis.
dum eſt.

Quidquid ſub ſenſum, aut cognitionem cadit, ſubſtantiam eſſe, vel accidens.

Subſtantia eſt id, quod eſt per ſe, non in alio tanquam in ſubiecto, in quam reci- Subſtantia.
D piuntur, quę ei inhęrent, accidentia.

Ad ſubſtantiā rurſum quod attinet, altera increata eſt, altera creata. Increatam dici Diuiſio ſub-
mus ſempiternam, & immortalem, quæue cùm extra omnia accidentia ſit, mutatio- ſtantię.
nis omnis, & alterationis eſt expers: videlicet vnius ipſius Dei, qui omnium creator
eſt, & cauſa omnis eſſentiæ, quem item ſub genere ſubſtantię non comprehendimus.
Creata verò ſubſtantia eſt, quæ in incorpoream, & corpoream diuiditur. Incorpo-
rea, qualis eſt Angeli, vel ſpiritus, uel item animæ intelligentis. Corporea diuidi-
tur in ſimplicem & mixtam. Simplex eſt, quæ cælorum eſt, & elementorum. Mixta
eſt, aut perfectè ex quattuor elementis, aut imperfectè. Perfectè quidem, vel habet
ſolum eſſe, uel item cum eſſentia uitam, Ad primam pertinent lapides, gemmę, ui-
trum, cadauera, exciſa, & arida ligna, metalla, & alia huiuſmodi.

E At, quæ præterea uitam habent, ratione perfectionis uitæ diſtinguuntur, ut alia vi
uant uita plantæ, alia etiam ſentiant, reliqua intelligant. Imperfectè mixta corpo-
rea ſubſtantia apparet in impreſſionibus aeris, quę conſpiciuntur ex imperfecta, ele-
mentorum quattuor mixtione, uel ignitę, vel aqueæ, vel aereę.

Humana igitur mens ſudat in harum omnium rerum ueritate eruenda, & adeo in-
primis in perquirendis inſtrumentis, quibus eas rectiùs, & faciliùs conſequatur. Ad
hęc autem uires eas, & facultates à Deo accepit, de quibus aliquid mox dicemus.

Accidens autem id eſt, quod poteſt abeſſe ab ſubſtantia, & huic ſubiectę adeſſe, ſal- Accidens q.d.
ua re, cui inhęret. Itaque & accidens verè, & propriè eſt, quatenus inhęret, niſi cogi
tatione ſola ſeorſum conſideretur, idque nouem prędicamentis continetur.

Omnium autem accidentium, aliud ſeparabile eſt, aliud inſeparabile, aliud commu- Accidentium
diuiſio.

ne, aliud

ne, aliud proprium. Separabile à ſubiecto auelli poteſt facilè, vt ſedere, ambulare, inſeparabile, vt nigredo in Coruo, atque Aethiope. Commune, quod pluribus, & diuerſis ſubiectis, vel ſubſtantijs accidere poteſt, veluti calidum, humidum, ſiccum, frigidum aſperum, leue, bonitas, magnitudo, duratio, &c. vitia, virtutes, & his ſimilia. Proprium, quod conuertitur cum ſubiecto, & uni ſoli generi, vel ſpeciei conuenit ſine adiectione termini ſubiecti, qualis lux in ſole, ſummè calidum in igne. A

Accidens mõſtrat ſubſtantię dotes.

Porrò accidens planiùs monſtrat ſubſtantiæ dotes, alioquin ferè inuiſibiles, incomprehenſibiles, & indiſtinguibiles ſenſibus.

Varias ab antiquis Philoſophis traditas eſſe Philoſophiæ partitiones, ſiue diſtributiones, è quibus duæ præcipuè huc adferuntur. Cap. III.

Refert hanc diuiſionẽ D. Auguſt. 8. de Ciu. capitu. 4. Lactant. lib. 3. c. 13. Alcinous in lib. de Doctrina Platonis, Iſidorus in lib. de Dialog.

QVin & variç traditæ ſunt apud antiquos Philoſophiç diuiſiones, ex quibus duç, quç celebriores habentur, quçque à noſtris in curſu Philoſophiç Conimbricenſi allatç ſunt, huc inſerendç ſunt. Prima eſt, qua philoſophia diſtribuitur in Naturalem, Moralem, & Dialecticam. Comprehendit autem hoc loco naturalis (fuſo uidelicet naturæ ſignificatu, vnde nomen habet) non ſolum Phyſiologiam, ſed etiam Metaphyſicam, & Mathematicas diſciplinas. Porrò huiuſmodi ſectio, de cuius auctore inter ſcriptores non ſatis conuenit, commendata fuit à Platone, vt teſtatur Alcinous in libro de eius doctrina cap. 3. & Euſebius Cæſarienſis initio libri 11. de prçparatione Euangelica, eandemque ſecutus eſt Ariſtoteles 1. Top. capit. 12. Chryſippus, Eudromus, Xenocrates, & alij, quorum meminit Laertius in vita Zenonis poſt Plutarchum 1. de placitis, cap. 1. B

Lege Platonẽ in Gorgia, & Theateto.

Quod verò hçc partiendç Philoſophiç ratio apta ſit, & perfecta: hunc in modum oſtendi poteſt. Philoſophia ad humanam felicitatem dirigitur. (vt enim D. Auguſtinus lib. 19. de Ciuit. Dei cap. 1. ex Platone aſſerit, Philoſophandi cauſa nulla eſt homini, niſi vt beatus ſit) humana autem felicitas teſte Ariſtotele, cap. 7. & 8. primi lib. Eth. ad Nicomachum, partim in actione virtuti conſentanea, partim in contemplatione veritatis ſita eſt. Oportet ergo aliquam dari ſcientiam, quæ honeſti rationem contineat, & ad virtutem, morumque probitatem erudiat, hæc verò Moralis eſt Philoſophia, item aliam, quæ abdita naturæ myſteria ſcrutetur, & in ſolius ueritatis cognoſcendæ ſtudium incumbat; atque hæc Phyſica dicitur. Deinde huiuſmodi ſcientiarum adeptio, & vſus diſſerendo conſtant, qua in re ſępè mens errore decepta hallucinatur. Statuenda eſt igitur tertia quçdam ars, quæ lucem præferat, ſolerterque prouideat, ne ueritatis locum falſitas obtineat, hçc autem Dialectica nuncupatur. Tot igitur numero ſunt Philoſophiç partes. C D

Idem confirmat S. Thom. initio Ethic. ad Nicom. hac ferme ratione. Præcipua cura ſapientis circa ordinem uerſatur, ſiquidem ut ex cap. 2. libri primi Metaph. conſtat, ad ſapientem maximè pertinet ordinare, ordo autem rerum, quæ in Philoſophię conſiderationem veniunt, triplex eſt. Primus, quem ratio non efficit, ſed inſpicit tantum, atque expendit, cuiuſmodi eſt rerum Phyſicarum ordo. Secundus, quem ratio ſibimet ipſa exhibet, cum notiones ſuas, & effata inter ſe ordinatim diſponit. Tertius, quem ratio uoluntati pręſcribit, vt illa probè inſtituta, rectum atque honeſtum proſequatur. Primus Naturalem, Secundus Rationalem, Tertius Moralem ſcientiam requirit. Non igitur aut pluribus eget, aut paucioribus partibus contenta eſſe poteſt Philoſophia. E

Eiuſdem tripartitæ uarietatis rationem ſimilitudine quadam D. Auguſtinus explicat, partim lib. 8. de Ciuit. Dei cap. 4. partim lib. 11. cap. 25. ad hunc ferè modum. Quemadmodum tria ſunt, quç in quolibet artifice, vt aliquid efficiat, ſpectantur: Natura, doctrina, vſus, quorum primum ingenio, ſecundum ſcientia, tertium fructu diiudicatur: ſic triplex à Philoſophis inueniri debuit diſciplina. Naturalis propter naturam; Rationalis propter doctrinam: Moralis propter vſum. Et quoniam homo ita procreatus à Deo eſt, vt per id, quod in ipſo pręcellit, attingat ad id, quod cunctis excellit: per huiuſmodi tripartitam ſcientiam attingit ad vnum, verum, optimum Deũ, ſine quo nulla natura ſubſiſtit, nulla doctrina inſtruit, nullus uſus expedit. Sunt itaque

A que ex D. Auguſt. ſententia hæ tres partes Philoſophiæ, tres veluti gradus, quibus perfectè ſapiens, aſpirante cæleſti aura, ſumma petit, & ad Dei ſimilitudinē propius euādit. Eaſdem quoq; appoſitè quis dixerit tria dona ſingularia, quibus humanę mentes ad exemplum cæleſtis Hierarchię illuminantur, purgantur, perficiuntur. Enimuerò Dialectica dum artificio diſſerendi vera à falſis diſtinguit, animum affuſa luce veritatis illuſtrat: Moralis Philoſophia, dum mores componit, & vitiorū fibras euellit, purgat: Naturalis, dum altiori abditarum rerum intelligentia, mentem exornat, perficit: Alias ad hanc rem adumbrandam ſimilitudines, ac rationes habes apud Philonē Iudæum in lib. de Agricultura, & Laertium in Zenone Cittieo. Vide etiam Plotinum lib. 3. Enneadis 1. de triplici aſcenſu ad mundum intelligibilem.

Ex doctrina D. Dionyſij 3. c. cæleſtis Hierarch. quam explicat D. Tho. 1. p. q. 106. ar. 1.

Poſterior Philoſophiæ diſtributio eſt, qua Philoſophia non vniuerſa, ſed ea tantū
B quæ in contemplatione poſita eſt, diuiditur. Videlicet in Metaphyſicam, Phyſiologiam, & Mathematicas diſciplinas.

Origo Philoſophiæ, inſtrumentaque noſcendarum rerum homini collata à Deo. Cap. IIII.

NAturale homini deſiderium ad ſciendum à Deo inditum eſt, quod omnes ſentimus, Philoſophique ipſi ſæpè inculcarunt. Sed & Parenti noſtro, vnà cū ſciendi deſiderio, rerum ſpecies permultas fuiſſe in animo conſignatas, ut pro quaque quamq; earum naturam uocaret, Diuinum teſtimonium extat, ipſaque per manus tradita Diuina hiſtoria, quam & firmarunt oraculorum, & miraculorum
C euentus, ceteraque illa de quibus dictum eſt, cùm de Diuina ipſa hiſtoria egimus.

Ariſt. 1. metaph. c. 1. Adamo ſpecies multas fuiſſe in animo conſignatas.

Iam homini cùm fruſtra inditum fuiſſet deſiderium, ni modus acceſſiſſet, quo ueritatem potuiſſet attingere, Deus ipſe initio organa, & facultates tum corpori, tum animo inſeuit mira, & tanto digna opifice, cuius ad imaginem, & ſimilitudinem conditi ſumus, ſicut initio Selectæ noſtrę Bibliothecę diximus.

Vide primū primi libri caput Bibl. ſelectæ.

At quæ (præter obiectum, hoc eſt materiam indagandam, & media, quę concurrūt ad cognitionem, vt lux ad oculum) ad corpus animale extrinſecus attinent, ſunt Senſus, Auditus, Viſus, Olfactus, Guſtus, Tactus; quorum organa totidem, aures, oculi, nares, palatum, & lingua.

Senſus.

Adiecit Deus interiorem ſenſum, quo ſeſe colligerent exteriores Senſus, niſi aliunde prohiberentur. Videlicet ad interiorem illam ſeu uim, ſeu facultatem, quæ dici-
D tur communis ſenſus, Senſoria, hoc eſt, quę vocamus organa ſenſuum, tranſuehunt, ea, quę ſentiunt. Itaque in Communi ſenſu vis animalis incipit operari. Addita eſt Phantaſia, in qua imagines excitantur eorum, quæ ſenſu comprehendimus. Hinc verò intellectualium rerum intellectualis formatur conceptio, cùm res incorporeæ non habeant corporum dimenſiones, quibus ſimulacra perficiuntur. Phantaſiam ſequitur Aeſtimatio, quæque iudicium inferius dicitur: Hoc enim comprehenſiones illę, quas diximus, iudicantur quales ſint ſimpliciter, nempè citra diſcurſum, uel ratiocinationem, diſtinctione tantùm facta reali, quem ad gradum tantummodo præſtantia cognitionis brutorum aſcendit: Ad Aeſtimationem acceſſit in homine Cogitatio, quam Gręci *διάνοιαν*, aliqui autem ſuperius vocauere Iudicium; hoc enim perceptę imagines ad examen, iudiciumque reuocantur diſcurſus, atque ita pro ſimulacrorum
E varietate, & quaſi ex ſummaria rerum collatione opiniones varię oriuntur. Poſt Cogitationem eſt Ratio, ſeu Cōſultatio ſeria, qua plura ad deliberandum de vna re hinc, illhinc colliguntur. Rationem ſequitur Intellectus, dum vera determinatio fit poſt Ratiocinationem: idcirco in eo quies cogitationis mentis, ſcientiaque indubitata. Hi igitur modi ſunt, quibus res obiectę ſenſibus, ac menti iunguntur. Neque verò hic nunc agimus de cognitione Diuinitus tradita, quęque non eget aut ratiocinio, aut arte ad certitudinis probationem, ſed fide, aut reuelatione: verùm de Rationali, in qua etſi organa ſenſuum uſque ad ęſtimationem ſeruiunt, anima tamen hominis ſola in reliquis negotiatur, diſquirit, & ſtatuit.

Communis ſenſus.

Senſoria.

Phantaſia.

Aeſtimatio.

Cogitatio.

Ratio.

Intellectus.

Cur non eandem Methodum omnes adhibuerint eidem veritati perquirendæ, cùm eædem omnibus inſita ſint facultates? Cap. V. A

Peccatum originale cũ ignorantiæ.

ET humanum quidem genus facultatibus hiſce à Deo collatis in ſapientiæ ſtudio vſum rectiſſimè fuiſſet, niſi aciem mentis retudiſſet labes illa peccati, quæ à primis contracta parentibus, noſtram hanc vniuerſam maſſam infecit, quæ alijs poſtea ſcelerum maculis cumulata cæcitatem auxit, vt in ſummi momenti rebus, qui eminere viſi ſunt, hi quoque grauiſſimè ſint lapſi. Alij verò diligentius in eruenda veritate connixi, etſi originale hoc damnum ignorantes, inde non petiuerunt antidotum, à quo vno tanquam à veriſſima luce, & Dei ſapientia venenum illud damni erat tollendum: cùm tamen varia inſtrumenta naturalis ingenij lumine ad verum indagandum adhibuiſſent, factum eſt, vt methodum ſibi penè quiſque ſterneret, qua tanquam breuiore compendio; ſe eò peruenturum ſperaret. B

Io. Viues de veri inuentione, ſẽtẽtia pulcherrima.

Verum à verò, & à verorum opifice.

Elegans ſimilitudo ad oſtendendum, vnde errorũ ſcatur.

Sed & varia, neque conſtans hæc fuit; cum ne ipſo quidem naturæ ductu, aut indito unicuique lumine rectè uteretur. Veriſſimum nempè eſt, quod cordatus vir ſcriptum reliquit, ad uerum conſequendum ſic ſemina menti noſtræ naturaliter indita fuiſſe, quemadmodum oculo vìs ad colorem aſpiciendum, ſiue alijs ſenſibus ad propria obiecta diſcenda. Verorum autem ſunt nobis naturaliter ingenitæ informationes, atque anticipationes, non falſorum: Et uerum eſt omnibus ad cognoſcendum expoſitum, non falſum, nempè à vero, & uerorum opifice. Quapropter quæ vera aſſequimur, ad ea, naturę face deducimur: quæ non aſſequimur, in ijs naturæ deſtituimur lumine, quæ porrò falſa pro veris colligimus ratione aliqua probabili, in ijs fallimur denſitate tenebrarum, aut fallaci aliqua luce ſimili ueræ; vnde etiam ueriſimilia nominantur. Falſæ ergo & Philoſophorum, & Ariſtotelis ipſius opiniones aliquæ non ad lucem ſunt naturæ ſumptæ, quæ neminem decipit, ſed ad tenebras, & imaginem aliquam lucis copioſam: quemadmodum quę oculis verè cernit, ex naturæ luce cernit: quę uerò ficta, & ſimulata pro ſolidis, & veris cernit, ea ex fraude & deceptione quadam cernit, quæ fit quidem in naturæ luce, non tamen ex ea ipſa luce, ſed ex rebus interiectis luci. Sic cum tamum integrum uideor mihi intueri in aqua fractum, ea uiſio non ex luce naturæ, ſed ex deceptione oculi, propter medium geminum, quod eſt contra lucem naturę, eamque deceptionem corrigit animus. Sic cùm Ariſtoteles argumento aliquo fallitur, non eum decipit naturalis ſplendor, ſed imbecillitas ingenij, quę ex plagis argumenti explicare ſe in præſens non ualet; extricabitur, vbi propius erit admota lux, maiore ſtudio, attentione, die ipſa, monitu cuiuſquam, aut doctrina, vel ipſa adeò regula fidei. Non ergo lucis naturę copia quemquam fallit, ſed inopia. Et hæc quidem viues. D

Lux naturę non decipit.

Peccati ſubtrahi lucem.

Philoſophiã docturus, deberet eſſe Theologus.

Vnde error Philoſophorum quorũdam.

Cùm uerò humanis mentibus, quibus imaginem ſuam Deus impreſſit, quatenus in gratię communicatione ſita eſt, ſubtractum ſit antea, & verò identidem ſubtrahatur plurimum lucis, quotieſcunque in ſordes peccatorum (quantò magis in hęreſes, & in perfidiam) ſeſe immergunt, vix vt denique Atheiſmum plures euadant: deinceps autem, vt iſta non eſſent, humanæ tamen acies mentis hebes ſit ipſa per ſe, ut ad lumen tanti ſolis, quantus eſt ueritas, caliget, ingeniaque noſtra anguſta ſint, atque infirma iudicia, & fallaces ſenſus, pręſertim, ſi cæleſti lumine deſtituta altiùs tentent obtutum attollere, quàm par ſit: propreteà ſæpè fallimur, facultatibuſque à Deo collatis abutimur. Quare maximè expediret, ut qui ueram Philoſophiam docturus eſſet, is Theologiam primò didiciſſet, ex qua tanquam è ſilice illud excuteret lumen, quod Deo non mentiente, ac reuelãte nixum, omnem excludit dubitationem. Quam facem qui ſibi non prætulere: uel, ſi qui prętulerunt ad tempus, mox tamẽ proprium ſecuti ſunt ſenſum, ij in denſiſſimas ſalebras impegerunt, ex quibus eluctari nullatenus potuerè. Optimè uidelicet ponebant: at, quę aſſumebant peſſimè, peſſimè quoq; colligebant. Quare cùm pugnantia, & ἀσύστατα ex nitantibus principijs plurima exclusiſſent potiùs quàm concluſiſſent, fœda illa ueritatis ignoratio πολυσχιδῆ καὶ πολυγνώμονα ἑτεροδιδασκαλοῦσα (quemadmodum dixit Euſebius) hoc eſt, multas ſciſſuras habens, ac plurium patens opinionum, atq; aliena, & extranea docens inuoluit Mundum, quę non ueritatis partum, ſed erroris abortum, ac monſtra peruerſiſſima edidit. E

Portò

A Potrò cùm, antequam Chriſtus apud nos cęleſtem ſuam ſcholam aperiret, tantùm non extinctæ eſſent communes illæ notiones, ex quibus ipſæ etiam gentes, quæ ſcriptam Moyſis legem non acceperant, ipſi ſibi erant lex; factumque eſſet, vt ipſe tandem expectatus omnibus Gentibus appareret, qui oſtium, via, veritas, vita, Mundi ignorationem excuteret, conſcientiæ priſtinam reſtitueret libertatem, Academijs liquidiſſimam veritatem, & ſapientiam commõſtraret, totque exciraret agmina uerorum ſapientum, qui ſicut arena maris, efficerent, vt vel pueruli, qui etiamnum balbutiunt, efferrent maxima illa myſteria, quorum quæ videntur eſſe minima, ne ij quidẽ, qui Diuini habiti ſunt Philoſophi audire, vel percipere potuerunt; propterea non minimum, ſed totum in eo ſitum eſt, vt Philoſophantium animi interiore aliqua Chriſtianæ Philoſophiæ notitia, & amore in ipſo aditu imbuantur, quam ſaltem, li-
B cet ſummatim, ſolidè tamen concipiant.

Rom. 1. Chriſti aduẽtus fœlicitas. Gen. 49. Ioan. 10. & 14.

In quonam ſitum ſit in primis Philoſophantium ſtudium.

Veritatis à Deo reuelata neceſſitas prater lumen naturale, quo rerum veritatem Philoſophia ſtudium venamur. *Cap. VI.*

AT conſtabit adhuc liquidiùs, vnde errores contra veram Philoſophiam enati ſunt, ſi reuelatæ alicuius à Deo cognitionis neceſſitatem planiùs oſtenderimus. Et ſapientes quidem eandem neceſſitatem monſtrant ex hominis fine, & medijs, quæ ad hunc ferunt, ſine quibus non ſolum manca felicitas eſt, ſed mutila quoque ea rerum notitia, quæ totum hominem maximè perficit. Ea cauſa fuit, cur humani Philoſophi uix de alterius vitæ fine, deque bono increato, ac ſupernaturali loquuti ſint: nihil verò de ratione eius conſequendi: Nil, quo pacto ſeparata ani-
C ma iterum cum ſuo corpore iungenda ſit, vt vniuerſus homo beetur: Nil item, cuinam corpori adiungenda ſit, mortaline, an immortali. Minimè verò omnium, vbinam futurus ſit homo, quamue aſſecuturus felicitatem: ſi enim in hoc mundo, ecquæ felicitas erit, vbi tot inter ſeſe pugnant, & obſtant impedimenta? ſi ſupra cælum, quo pacto illuc peruadet, aut illic permanebit?

Neceſſitas reuelatiõis Diuinæ vnde.

Philoſophi gentium in quibus planè elingues, & muti ſint.

Cùm autem per humanas actiones liberas ex cognitione, conſilio, & electione profectas, homini ad ipſum finem tendendum ſit, ſanè finis ipſe noſcendus eſt, qui cùm ſit ſupernaturalis, nequit niſi reuelatione cognoſci. *A ſeculo* (inquit Eſaias) *non audierunt, neque auribus perceperunt, oculus non vidit, Deus abſque te, quæ præparaſti expectantibus te.* Videlicet, neque ſolus naturæ impetus, ac lumen: neque actiones quatenus ſunt merè naturales, ad id, quod ſuprà naturam eſt, euchunt hominem. Præ-
D ſtitit hoc nobis ille, qui lucem alteram per fidem, gratiamque ſubſtantię animæ noſtræ infudit, qua cum eo ad veriſſimã felicitatem peruenire poſſemus. Quod preclarè Ioannes Picus Mirandulanus in Proœmio libri ſeptimi Heptapli tractauit, digniſſimum lectu antequam in Philoſophiæ ſtudia pes inferatur. His autem uerbis ſermonem ſuum concludit.

Finis noſter neceſſariò ac quo noſcendus.

Ad hanc felicitatem Religio nos promouet, dirigit, & impellit, quemadmodum ad Naturalem duce vtimur Philoſophia. Quod ſi natura rudimentum eſt Gratiæ, vtique & Philoſophia inchoatio eſt Religionis, neque eſt Philoſophia, quæ à Religione hominem ſemouet.

Idem alijs rationibus probatur, & obiecta refelluntur. *Cap. VII.*

SEd & alij hoc ipſum alijs rationibus accuratè monſtrarunt, quippe quibus fuit
E indubitatum, ſi ij, qui Philoſophiam docent, fuerint hac ueriſſimę Philoſophię parte imbuti, futurum, vt Auditores ſuos ad ſummam Dei gloriam, Rerumque publicarum vtilitatem informent: Sin minus, tot efficiant Hydras, quot hactenus incredibili Eccleſiæ damno ex Philoſophia prauè prælecta, extiterunt. Sic autem vnus è noſtris. Sanè voluntatem conſtat non eſſe magis potentem quam ſit intellectus, eamque non poſſe ſolam velle efficaciter talem finem, ſed egere auxilio ſupernaturali, ſicut finis eſt ſupernaturalis. In quam ſententiam extant aduerſus Pelagiũ, apud Auguſt. Epiſtolæ 90. 91. 92. 93. Eget igitur intellectus quoq; aliqua ſupernaturali cognitione à Deo reuelata: ſiquidem nõ minus reſpectu illius, quam reſpectu voluntatis finis ille eſt ſupernaturalis. Illud ẽt cogitur fateri, cognitionẽ finis, qua homo actiones ſuas dirigẽs tẽdit in ipſum, habere eſſe certũ, ſtatũ, & oĩbus hoĩbus cõem.

Ex fine ſupernaturali intellectũ egere aliqua ſupernaturali cognitione à Deo reuelata, & cur.

Cur cognitio omnis Philoſophicæ, & naturali ſtudio parta, de Deo præſertim, nō eſt certa, nec cō munis. Deus qualeeos. Ex neceſſitate cognitionis certæ finis humani reuelationē eſſe neceſſariam. Ex eo, quod Deus eſt ens infinitum, & actus purus illimitatus, independens exiſtere neceſſitatem reuelationis. Deus naturaliter niſi ex effectis cognoſci poteſt. Nullus pōt eſſe effectus qui Diuinam virtutem adęquet.

Vt enim finem toti ſpeciei propoſitum oportet eſſe ab omnibus eius indiuiduis participabilem, ita cognitionem illius neceſſe eſt ineſſe omnibus, & ideo eſſe certam, & ſtatam, vt ſit omnibus communis, alioquin à finis conſecutione aberrarent homines ſępiſſimè. Cognitio omnis philoſophica, & naturali ſtudio parta, de Deo præſertim, non eſt certa, nec communis, ſed & perpaucorum hominum, & erroribus plurimis cōtaminata: immò eam illi pauci non niſi plurimo tempore ſibi comparant. Ita fieret ut pauciſſimorum eſſet felicitas, nec homines rudes, & ad ſcientias minus idonei, quiue citius ex hac vita migrarent, poſſent ad eam peruenire. Conficitur ergo, opus eſſe reuelata finis cognitione, quæ & erit certa, & ea quilibet homo à Deo inſtructus, poterit facilè finem obtinere, ſi uelit. Præterea, naturali ratione ſatis colligitur, Deū eſſe ens infinitum, illimitatū, independens, actum purum. Cum enim ſit primum ens, non ab alio productum, neceſſe eſt, ut ſit ens per eſſentiam, & ideò illimitatum, & B infinitum perfectione, ac proinde etiam potentia agendi, nam potentia uel eſt ipſa eſſentia, vel conſequitur eſſentiam. Si ergo hæc eſt natura Dei, deducitur neceſſariò plurima eſſe in Deo, quæ naturę lumine aſſequi non poſſimus. Intellectus namque, qui comprehendit omnia, quæ ſunt in aliqua re, comprehendit etiam illius eſſentiam: humanus verò intellectus, quia eſt creatus, & ideo limitatus & infinitus, illimitatam Dei eſſentiam, & infinitas eius perfectiones quomodo comprehendet? Præſertim quod non poteſt Deum cognoſcere, niſi ex rebus ab eo effectis, qui eſt communis modus veniendi in cognitionem cauſarum nobis ignotarum. Atqui nullus eſt effectus, nec poteſt eſſe, qui Diuinam perfectionem, & uirtutem adæquet, quoniam uihil factum eſt à Deo, nec fieri poteſt, quod vel infinitas eius perfectiones contineat (eſſet C enim Deus) vel ſit ita perfectum, ut aliud perfectius fieri nequeat: ſi ergo in nullo effectu poteſt eſse omnis perfectio Diuina, aut fieri non poteſt, quidquid Deus poteſt facere, ex nullo omnino effectu cognoſci poſsunt ea omnia, quę ſunt in Deo, vel in plurimis eſt opus reuelatione.

Denique intellectum non negabunt, eò plura cognoſcere, quò eſt perfectior; Angelicumque intellectum humano eſse perfectiorem; Diuinum autem Angelico eſse ſuperiorem, nullo negotio probatur, ſi qui fortè ex ipſis negauerint. Sed quia fatentur omnes eſse humano ſaltem perfectiorem, dabunt etiam, cum plura cognoſcere, quæ nos non poſſimus naturali lumine aſsequi. Si uerò non cognoſcit, niſi intuendo ſeipſum, multa igitur ſunt in eius eſsentia, quę à nobis cognoſci nequeunt, & ab eo poſsunt nobis oſtendi. Quę qui non credat, eo quod ipſe non aſsequatur, non minus inſaniat, quàm deſiperet quiſpiam idiota, qui falſa diceret ea, quę à ſapientiſſi- D mis Philoſophis proponuntur, propterea quod ea ipſe non percipiat. His potiſſimum rationibus probamus Philoſophis ſcientiam hanc reuelatam.

Moyſis libri de Mundi principijs cur ante Philoſophiæ ſtudium prænoſcendi. Cap. *VIII.*

Moyſes omnium antiquorum ſcriptorum præſtantiſſimus ante omnia Philoſopho cognoſcendus. Gen. 1.2.6.7.9.10. *Moyſis libri certiſſima Philoſophicarum rerum principia continere.* *Moyſes prim. ſcriptor extat, qui extent.* 2.Tim.3.

Qvi ergo micam ſalis in pectore habuerit, ſi Diuina manu, ex qua mentem accepimus, duci recta per ampla naturæ ſpatia voluerit, Moyſem primò ſciat ordinatè, ac uerè prompſiſse, quę à Deo acceperat de ortu Mundi, de Deo Auctore, de principijs Mundanarum rerum, de Chao, & Abyſso, de tenebris, de aquis, de arida, de herbis, de plantis, de Sole, Luna, Syderibus, de animalibus, de homine, & anima intelligente, de Angelis, de diluuio, de Gigantibus, de turri Babelis, de lingua- E rum diuiſione, ac diſperſione gentium, deque ceteris, quę poſteà Diuinus preco, Deo afflante, reliquit Mundo ad certam ueritatis ſemitā tutò terendam. Et Patres quidem vna cum omni antiquitate euicerunt, non Diuinæ ſolum, & Eccleſiaſticæ, uerum etiam humanæ, ac naturalis ſeu hiſtorię, ſiue Philoſophię Moyſem fuiſse primum Scriptorem, ex quo reliqui hauſerint, quę ſublimiora & meliora ſuis libris inſeruerunt, vel adeo ueteres illi, quos Ariſtoteles Theologos uocat, vel q. ſucceſsere Philoſophi, qui ſanè quanto magis à Moyſis principijs receſserunt, tantò turpius in auia progreſſi, *Semper* (vt inquit Apoſtolus) *diſcentes, nunquam ad veritatis ſcientiam peruenerunt.* Porrò qua in ſcribendo Moyſes uſus eſt Methodo, ea maximè idonea fuit ho-

minum

A minum captui: quam mirati priſci illi, Græci, & Latini, Hæbræi item, vno penè conſenſu, omnes tantum ſcriptorem Ideam fuiſſe rectè ſcribendi de natura monſtrarunt, Philo, Origenes, Baſilius, Theodoretus, Apollinarius, Didymus, Diodorus, Seuerus, Euſebius, Ioſephus, Chryſoſtomus, Gennadius, Procopius Gazæus, Ambroſius, Auguſtinus, Strabus, Beda, Remigius, Thomas, Albertus, Aegydius, præter recentiores, quotum nomina poſuimus, vbi de Geneſi loquentes, Catalogum plurium in eam Interpretum in Apparatu ſacro adiecimus. Ac ſanè illud admiratione digniſſimum eſt, quod nunquam ille deflectar obtutum, aut calamum à Deo. Si quid enim creatur, ſi quid producitur, ſi quid ornatur, ſi quid perficitur, ſi quid plectitur, ſi quid pręmio afficitur, ſi quid futurarum prædicitur rerum, ſi quid impletur, ſi quid denique, vel legum, vel Religionis, vel præliorum, vel victoriarum ſtatuitur, id omne ad Deũ
B refert; memor non naturæ, non caſui, non ſyderibus, non partibus integrantibus hoc quod cernimus totum, verum ipſi in primis Opifici, Architecto, Patri luminum, cauſæque effectrici, intento animo eſſe tribuendum, mox ordinatè ad alia deſcendẽdum.

Moyſis Methodus apta hominũ captui.

Moyſes Idea rectè ſcribendi de natura.

Moyſes quò numquã deflectit obtutum, aut calamũ à Deo.

Præter id autem, quod alij hac de Diuinæ Philoſophię Methodo vriliſſimè ſcripſerunt, extant Auguſtini Steuchi Eugubini de Philoſophia libri decem, nerę indices Philoſophiæ, ac pietatis. Eos ſi quis percurrerit, antequam Philoſophicos Gentiliũ libros tractet, habebit vnde mentem paſcat eruditione, ſenſaque ſapientum pene omnium, qui olim celebriores fuerint, hauriat, vt deinceps firmiores progreſſus ſiſtat in Philoſophiæ ſtudijs, Libros autem eiuſdem Eugubini, ſi quis præ illorum magnitudine non ita omnes perlegerit, certè capita cuiuſque pręfixa operi, obſecro, legat, vt ſuo quæque loco cùm Ariſtotelis Philoſophicos libros euoluerit, ſciat quę cum qui-
C bus conferenda ſint, ac non tam illius, quàm reliquorum Ethnicorum Philoſophorũ lapſus antiquiſſima veritatis cenſura, & luce corrigere. Sed & idem Eugubinus librũ ſcipſit de Coſmopæia, in quo pręter pauca, in quibus diſſentit ab alijs (quę quidẽ Peretius noſter ſuis in Geneſim Commentarijs, & Sixtus Senenſis ante Pererium docte notauit) inſeidum appoſitè oſtendit, quę iacienda ſint in humanę Philoſophię ſtudio fundamenta è Diuinis à Moyſe relictis monumentis.

Lib. de Præparat. Euang.

Auguſtini Steuchi libri de Philoſophia optimi.

Nota.

Auguſtini Steuchi Coſmopæia.

At & plurima alia ſunt, quę non niſi conſummato hoc ſeculo cognoſcentur, tum enim arcana pandentur, Mundique conſtitutio cernetur, & Angelorum, ac Dei ipſius liquidior adminiſtratio, tũ cuiuſque Naturę numeri, menſurę, & pondera: Vires inquam, & forma, atque rationes uirium, & formarum, vt ſi hic in Tertis Academias celebriores experimus, vbi non exiguo ſudore exigua diſcamus, & quantum expe
D tenda eſt, Cæleſtis illa Schola, vbi mentes plenis ſapientiæ hauſtibus ſatiabuntur.

E Sanctis Synodis petenda Ratio ſtudiorum Philoſophiæ. Cap. IX.

AT & illud maximi momenti eſt, quod Synodi ſpirituſancto afflatæ hac de re tradiderunt. Nam & propterea Lateranenſis grauiſſimè, his quæ ſequuntur, verbis ita decreuit. *Cum verum vero minimè contradicat, omnem aſſertionem* veritati illuminatæ fidei contrariam omnium falſam eſſe definimus, & vt aliter dogmatizare non liceat, diſtrictius inhibemus; omnibuſque huiuſmodi erroris aſſertionibus inhęrentes, velut damnatiſſimas hęreſes ſeminantes, per omnia vt deteſtabiles, & abominabiles Hęreticos, & infideles, Catholicam fidem labefactan-
E tes, vitandos, & puniendos fore, decernimus. Inſuper, omnibus, & ſingulis Philoſophis, in Vniuerſitatibus ſtudiorum generalium, & alibi publicè legentibus, diſtrictè pręcipiendo mandamus, vt cùm Philoſophorum principia, aut concluſiones, in quibus à recta fide deuiare noſcuntur, auditoribus ſuis legerint, ſeu explanauerint, quale hoc de Animę immortalitate, aut unitate, Mundi ęternitate, ac alia huiuſmodi, teneantur eiſdem veritatem Religionis Chriſtianę omni conatu manifeſtam facere, & perſuadendo pro poſſe, docere, ac omni ſtudio huiuſmodi Philoſophorum argumenta, cum omnia ſolubilia exiſtant, pro viribus excludere, atque reſoluere.

Concilium Lateran.

Doctrina illuminatæ fidei contraria eſt abominabilis.

Philoſophi tenentur futilia contra fidem noſtrã argumenta Philoſophorum diſſoluere.

Subdit autem eadem Synodus.

Et cùm non ſufficiat aliquando tribulorum radices pręſcindere, niſi & vt iterum

pulluleni, funditus euellere, ac eorum ſemina, originaleſque cauſas, vnde facilè oriũ- A
tur, remouere, cùm præcipuè humanæ Philoſophiæ ſtudia diuturna, quam Deus, ſecundum verbum Apoſtoli, euacuauit, & ſtultam fecit, abſque Diuinæ ſapientiæ condimento, atque ſine reuelatæ veritatis lumine, in errorem quandoque magis inducunt, quàm in veritatis elucidationem. Ad tollendam omnem in præmiſſis errandi occaſionem, hac ſalutari conſtitutione ordinamus, & ſtatuimus, ne quiſquam de cetero, in ſacris ordinibus conſtitutus ſecularis, vel regularis, aut aliàs ad illos à iure arctatus, in ſtudijs generalibus, vel alibi publicè audiendo; Philoſophiæ aut Poëſis ſtudijs, vltra quinquennium poſt Grammaticam, & Dialecticam, ſine aliquo ſtudio Theologiæ, aut Iuris Pontificij incumbat: Verùm dicto exacto quinquennio, ſi illis B
ſtudijs inſudare voluerit, liberum ſit ei, dum tamen ſimul, aut Theologiæ, aut Sacris Canonibus operam nauauerit, vt in his ſanctis, & vtilibus profeſſionibus Sacerdotes Domini inueniant, vnde infectas Philoſophiæ, & Poëſis radices purgare, & ſanare valeant. Et hos Canones per Ordinarios locorum, vbi generalia ſtudia vigent, & Rectores Vniuerſitatis eorumdem ſtudiorum, ſingulis annis in principio ſtudij, in virtute ſanctæ obedientiæ publicari mandamus.

1. Cor. 1. Humanam Philoſophiã Deus euacuauit.

Philoſophiæ vltra quinquenniũ in generalibus ſtudijs num vacandum.

Infectæ radices Philoſophię, & Poëſeos quomodo purgandæ.

Sed enim & Viennenſis Synodus, & reliqui Patres hoc ipſum genus præcautionis diligenter perſecuti ſunt, quòd & ipſi vidiſſent, quàm prępoſterè Antiquitas Mundũ admirabatur, cùm in hunc vires amoris, & mentis conuerteret, opificis eius oblita, cuius ad notitiam in animos inſinuandam, cùm Mundus ipſe aptiſſimum ſit inſtrumẽtum, eo ipſo Mundo ad decutiendum de capite tanti Regis diadema perditè abuteretur. Et alii venenum originalis peccati ignorantes (quod ſupra innuimus) Deum C
aliquem corporearum rerum, nempe Mali vnum, Boni alterum auctorem conſtituerunt. Quare qui viſus eſt initio in eorum mentibus error fuiſſe minimus, in progreſſu factus eſt maximus.

Viennenſis Synodus qd de Philoſophis quibuſdam ſenſerit.

Noſcendis varijs Philoſophorum Opinionibus Vtilitas, & cautio. *Cap. X.*

AT notitia variarum opinionum, quæ à diuerſis Philoſophis allatæ ſunt, vim, & copiam ſuppeditat, qua probabilius de omni propoſita re diſſeratur. Id verò probabile eſt, quod videtur aut omnibus, aut pluribus ſapientibus, aut adeo vni, qui ſit eximius.

Top. 1.

Ea prima vtilitas eſt, quòd inde difficultates apparent, quæ in ea re latent. Contrariorum enim demonſtrationes (inquit Ariſtoteles) dubitationes ſunt de contrarijs. 1. de Cælo textu 101. & lib. 3. Metaphyſices. D

Sanè, quod ille met ait, Qui quærunt, niſi primò dubitent, ſunt eorum ſimiles, qui ignorant, quonam ire oporteat; & adhuc neque vtrum inuenerint, quod quæritur, an non, cognoſcere poſſunt, finis enim non eſt manifeſtus; ei autem qui antea dubitauerit, patefit, quæ ſecunda vtilitas exiſtit.

Accedit tertia, quòd facilius aſſequimur, quid in ijſdem opinionibus varijs ſequendum ſit, ac reijciendum; ſic primo Libro de Anima textu 19. & 13. lib. Metaphyſices docet idem Ariſtoteles, atque item primo Ethicor. Vnuſquiſque enim rectè iudicat, quæ nouit, atque eorum bonus eſt iudex. quod et tertio Metaphyſices affirmat textu primo.

Denique è tractatione, ac refutatione aliarum opinionum Sententiæ Veritas illuſtratur, & roboratur. Eadem enim opera redarguuntur quæ ſunt falſæ, & cur falſæ E
ſint, aperitur, quamuis pluribus, & quidem magnis Philoſophis ſecus fuerit viſum. Sic idem Ariſtoteles libro 7. Ethic. cap. vltimo. Nimirum; oppoſita iuxta ſe poſita magis eluceſcunt.

Quæ cum ita ſint, ea tamen cautiones ſunt adhibendæ quas vnuſquiſque percipiet, qui prælegerit Plutarchum, De Placitis philoſophorum: Franciſcum Picum in ſexto libro De Examine vanitatis Doctrinæ gentium, & Veritatis Chriſtianæ: Michaelem Medinam De recta in Deum fide, nempe de verorum Magiſtrorum ſignis primo, & ſecundo, quæ huc quadantenus faciunt: Io. Baptiſtam Criſpum in primo Quinario de Philoſophis cautè legẽdis, de quo Viro, paullò poſt fuſius eſt dicendum.

A Interea diſquirendis varijs opinionibus fręnum illud inijciatur, quod ex Auguſtino ſanctiſſimo, & perſpicaciſſimo ad Dioſcorum habemus. Quid enim (ait) nobis eſt propter defenſionem Chriſtianæ Religionis, quærere, quid ſenſerit Anaximenes, & olim ſopitas lites inani curioſitate recoquere? Quid inquam Democritus, Epicurus, Parmenides, & Meliſſus, alijque ſimiles huius farinæ philoſophi ſenſerint, quorum doctrina erroribus Naturæ, & rationi contrarijs plena fuit?

Porro cum Diogenes Laertius, & Eunapius de Philoſophis ſcripſerint, non erit ab re ſi ſemel præcurrantur, licet Ethnici fuerint: Ac de Diogene Laertio nos alibi, de Eunapio autem quæ huc adijcientur, lector accipe.

De Eunapio, & alijs qui de Vitis Philoſophorum ſcripſerunt. Cap. XI.

B EVoapius Sardianus Græcè ſcripſit de Vitis Philoſophorum, & Sophiſtarum, quem Latinè vertit Hadrianus Iunius Hornanus, additis caſtigationibus in Eunapium Græcum, ad finem ipſius Græci Codicis. Sed Hadrianus Iunius inter Auctores primæ claſſis prohibitus eſt in Romano Indice. Prodijt autem Antuerpiæ ex officina Chriſtophori Plantini anno milleſimo quingenteſimo ſexageſimo octauo: præfixa Epiſtola cum Acroſtichide, quę vtraque eradenda eſt. De ipſo autem Eunapio, quædam pręnoſcenda ſunt, ne quis incautius illum verſet, aut legat.

Et quidē, vt Chriſanthi falſi Idolorum Antiſtitis filius, ſic & ipſe Chriſtianis fuit maximè infenſus. Medicæ autem artis non obſcurè peritus, vel ipſius teſtimonio, adeò ut etiam primum locum in eo ordine tenuerit, dum Seni Chryſanthio vena incideretur, ante quā Oribaſius medicę artis fama illuſtris ad eū euocatus accederet. Scri-
C pſit & Chronologiam, ſiue Annales, quo opere Cęſarum Hiſtoriam, ab Herodiani vſque temporibus exorſus, ad ſua pertexit, quę ferebatur extare in Veneta Bibliotheca D. Marci.

Ceterum, vt Gentilium ſectæ addictus fuit, ſic paſſim ſe prodit, præſertim vbi Conſtantinum Imp. ſugillat, ob euerſa toto orbe falſorum Deorum fana, & erecta Chriſtianorum templa; rurſus vbi deplorat à dirutis Deorum templis, Monachos (in quos blaſphemè inuehitur) in ſacra loca introductos, ac Martyrum, Diuorumque Sā ctas reliquias ibidē loco *falſorum Deorum in veneratione haberi*. Dicendi genus non Aſiaticum, ſed nitidum, Sophiſtarum genti tunc peculiare, videtur ſecutus, quod res nō adumbrat, ſed viuis potius coloribus exprimit, vt coram cernere videaris, conciſius tamen: adde, quod & floſculos eruditos è Poetis, & Philoſophis delibat. Porrò quod
D ad ſui libri inſcriptionem attinet, Sophiſtarum nomine, quod ingenti flagrauit inuidia, cenſentur viri quauis in arte, pręſertim oratoria, egregiè docti, qui publicè profeſſionis molem ſuſtinere cum laude poterant, cuiuſmodi ferme nūnc magiſterij titulo, & honore clari vocantur, ut Philoſophi ſint, quos Sapientiæ Doctores Tacitus, Profeſſores Fabius nuncupat. Sophiſtę uerò liberalium artium, aut alioqui magni nominis profeſſores.

Et hęc quidem de illo, qui initio libri citat, quinam Scriptores Philoſophorum hiſtoriam collegerint, inter quos Porphirium, & Sotionem, Philoſtratum Lemniū, Ammonium Aegyptium, Plutarchum, Euphratem Aegyptium, Dionem, Bithyniū, Apollonium Tyanęum, quem non Philoſophum, ſed medię inter Deos, ac mortales naturę participem ſatis temerè, atque ethnicè uocat. Nam, & de Philoſtrato Lem- Hiſtorici Philoſophorum quinam.
E nio, qui Vitam Apollonij edidit, eum ſatis blaſphemè, inquit, debuiſſe ſcribere uerius acceſſum Dei ad homines. Nos autem ubi de Philoſtrato egimus in Apparatu noſtro ad Hiſtorias, diximus quid de Apollonio illo ſentiendum ſit, ac quomodo Satanas eo uti uoluerit, quemadmodum & Simone Mago ad eleuandam in Chriſtum Dominum fidem.

Addit ipſe Eunapius, Lucianum Samoſatenſem Demonactis ſua ętate Philoſophi uitam in literas protuliſſe.

Horum autem Philoſophorum Vitę non ſunt eę, quas Diogenes Laertius ſuſcepit ſcribendas.

Sed & Heſychius Illuſtrius Vitas Philoſophorum conſcripſit, qui additus

eſt

Roma. eſt Diogeni Laertio, & Eunapio Sardiano anno 1596. A

Quin & Photius in ſua Græca Bibliotheca, cum aliorum aliquot Philoſophorum, tum potiſſimum meminit vitæ Pythagoræ, è qua quidquid excerpſit, ibidem intexuit. Excerpſit autem, quæ, ſiue ad eius educationem, ſiue ad dogmata, quæ tradidit, attinent, quæ item ſectatores ipſius tradebant.

Præmoſſe quis qua ætate Philoſophus vixerit ante Ariſtotelem, commodum eſſe ad Philoſophiæ aditum. Cap. XII.

ADdit Pererius noſter conducere ad Philoſophandum, ſi primo liqueat, quoto quiſque tempore Philoſophus vixerit, qui vel ante Ariſtotelem, vel proximus illi fuerit: Id quod veriſſimum eſt. Nam vt alteram audire partem (quod dici ſolet) ad iudicij integritatem ſpectat, ſic ſanè uni, aut unius ſeculi Philoſophis haud addici, conſultiſſimum eſt, præter quam quod ea temporum notitia maximè commodat conferendis Philoſophis Gentilibus cum ijs, qui cum ante illos vixiſſent, atque in Deum rectè credidiſſent, de naturalibus rebus Philoſophati ſunt eximiè. Thales enim Mileſius, qui vetuſtiſſimus Philoſophorum eſt habitus, intra trigeſimam ſeptimam, & quinquageſimam quintam Olympiadem uixit, cum tamen apud Hebræos Doctiſſimi, Prophetæque præſtantes floruiſſent, ac poſt Moyſem, & alios, *Solomon* (ſicut habet ſcriptura) *omnium rerum tam cæleſtium, quam quæ ſub cælo ſunt, cognitionem habuiſſet, quam vllus ſapientum huius ſeculi, ampliorem, & certiorem.* Ac quidem quod pertinet ad Chronographiam duodecim (vt Pererius appellat) Clariſſimorum Philoſophorum, Thaletis, Pythagoræ, Heraclyti, Anaxagoræ, Democriti, Parmenidis, Empedoclis, Socratis, Platonis, Ariſtotelis, Epicuri, Zenonis Citriei, id ipſemet Pererius tradidit capite quarto eiuſdem quarti libri, eorum, quos de communibus omnium rerum naturalium principijs, & affectionibus ſcripſit. At multi alij poſtea extitere, de quibus dicemus cum de Platone, atque Ariſtotele agetur. Ceterum quanti facienda ſit ad tractandam Philoſophiam collatio Diuinæ Philoſophiæ cum humana, & ratio moderata diſputandi, ac quæſtiones proponendi; Gentilium autem ſiue Ethnicorum Philoſophiæ cum Chriſtiana Philoſophia comparatio intelligant è capitibus ſequentibus viri Dei amantes, ſuæque ſalutis, ac veræ dignitatis non minus quam ſcientiarum ſtudioſi.

Philoſophi ante Ariſtotelem qui & quales fuerint noſſe eſt operæpretiũ. 3.Reg.c.4. & Sap.c.7.

B C

Collatio Diuinæ Philoſophiæ cum humana è D. Auguſtini Epiſtola tertia ad Voluſianum. Cap. XIII. D

TEmpla, & ſimulacra dæmonum, ritusque ſacrilegi paulatim, & alternatim ſecundum prædicta prophetica ſubuertuntur, hæreſes aduerſus nomen Chriſti, ſub uelamento tamen nominis Chriſti, ad exercendam doctrinam ſanctæ Religionis, ſicut prænunciata ſunt, pullulant. Hæc omnia ſicut leguntur prædicta, ita cernuntur impleta, atque ex his iam tot & tantis, quæ reſtant, expectantur implenda. Quæ tandem mens auida æternitatis, uitæque præſentis breuitate permota, contra huius Diuinæ auctoritatis culmen, lumenque contendat? Quæ diſputationes, quæ literæ quorumlibet Philoſophorum, quæ leges quarumlibet Ciuitatum, duobus præceptis, è quibus Chriſtus dicit totam legem, Propheta ſque pendere, vllo modo ſunt cõparandæ? *Diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua & proximum tuum tanquam teipſum?* Hic Phyſica, quoniam omnes omnium naturarum cauſæ in Deo Creatore ſunt: Hic Ethica, quoniam uita bona & honeſta non aliundè formatur, quam cum ea, quæ diligenda ſunt, quemadmodum diligenda ſunt, diliguntur, hoc eſt Deus, & proximus: Hic Logica, quoniam veritas, lumenque animæ rationalis non niſi Deus eſt: Hic etiam laudabilis Reipublicæ ſalus: neque enim conditur, & cuſtoditur optima Ciuitas, niſi fundamento, & uinculo fidei, firmæque concordiæ, cum bonum commune diligitur, quod ſummum, ac ueriſſimum Deus eſt, atq; in illo inuicem ſinceriſſimè ſe diligunt homines, cum propter illum ſe diligant, cui quo animo diligunt, occultare non poſſunt.

Matth.22. Luc.10. In duobus charitatis præceptis omnis Philoſophia continetur. E

Ratio

A

Ratio quanam in diſceptando inſtituenda. Cap. XIIII.

Alebat Ioannes Picus, eas diſputationes prodeſſe, quæ placido animo ad veſtigandam, perquirendamque veritatem, priuatis in locis excercebantur; & illas obeſſe plurimùm, quæ in propatulo ſine ordine fiebant ad captandã vulgi auram, atque imperitorum applauſum, vixque poſſe fieri omninò cenſebat, vt honoris cupidini, qua frontiuagi illi diſputatores exagitantur, inſeparabili vinculo annexum non ſit illius, cum quo diſputatur, deſiderium infamiæ, confuſioniſque lethale vulnus animæ, venenumque charitatis mortiferum.

Ex vita Ioã. Pici Mirãdulani, ſcripta à Ioanne Franciſco eius fratris filio.

Diſputationes bonę, & malæ.

B

Præcautio in proponendis, aut ſoluendis quæſtionibus, cum inuicem diſceptatur. Cap. XV.

PRæcautio autem omnis conſiſtit in cura, & conſideratione ſui ipſius, rei propoſitæ, perſonarum quærentium, & cauſarum aliquorum accidentium. Cura ſui ipſius conſiſtit, vt primùm Dei opem in auxilium inuocemus, vel palam, vel apud nos: deinde, vt à peccatis animam mundam, corpus ab impuris, & contaminatis actionibus, quo ad fieri poterit, liberum habeamus. Denique vt animæ robur ab alijs negotijs ad opus agendum reuocemus, & in vnum, quod proponitur, intendamus omnes eius vires. Cura rei propoſitæ verſatur, Primùm, vt concipiamus eandem probè, interrogati, vel quęſtionis mentem; vel circumſtantias. Deinde vt conuenienter eligamus in ſpeculo huius artis, cellulam, in qua contineatur. Denique vt in dubijs vtramque partem perpendamus.

Cura ſui ipſius qualis eſſe debeat.

C Perſonarum quærentium obſeruatio verſatur in conſideratione, num ſint graues: vt tunc reſpondeatur paucis, & cum decenti decore, & concluſione accommoda: num pertinaces, quia pluribus tunc verbis reſpondendum: num ſimplices, vel ruſticæ, & parum eruditæ, vt tunc ſimplici ſolutione cum ratione quadam ex natura deprompta fiat ſatis: num doctè, & bonis diſciplinis imbutæ, vt tunc maximè locis ab auctoritate traductis, ornamentum ſumat ratio.

In perſonis quid conſiderandum.

In cauſis accidentalibus conſiderandum, an quod proponitur, ſit ſatis cognitum, vel deciſum: ſit vanum, & futile; ſi parui momenti, ſi ſupra mentis humanæ notionem: nam in his ſufficit ſimplicibus ſimplici negatione, vel affirmatione reſpondere. Deinde perpendendę cauſæ, & occaſiones, cur fiat, & tempus, in quo ſit inquiſitio. Num quidem quis ad experiendas vires ingenij, quærat: vt tunc totis neruis,
D qualis ſis doceas: An verò tantùm tua deſideretur ſententia: tunc enim breuiter, ſed appoſitè, & cum ratione reſpondere melius opinor quæ ſentis. Quòd ſi dubia, & vtrinque probabilis uideatur res, utramque propones ſententiam: demum, quam eligas, rationibus firmabis, & aduerſam refelles.

In cauſis quid conſiderandum.

TRACTATIO SECVNDA

De Platonica Philoſophia.

E

Quænam Platoni obiecta. Cap. I.

PLura fuiſſe Platoni uitio verſa, non minus ab ijs, qui hoc ſeculo vixerunt, quàm ab antiquis, certiſſimum eſt: ſed & contra à plurib. multum fuiſſe tributum, nemo in hiſtorijs verſatus, aut literis tinctus ignorat. Quare partis vtriuſque ſententias expendere, non mediocrem afferret lucem ad Platonicæ Philoſophiæ abuſum à recto veræ Philoſophiæ vſu excernendum.

Eum igitur tamquam omnium hęreticorum condimentarium, uocat Tertullianus, eius alioquin ſectator. Sed & alij putant doctrinam uiri incertam, ac ſine Methodo,

Tertull. lib. de Anima.

quòd

quòd omnia (inquiunt) in vtramque partem, nihil definitè aut dogmaticè tradat in- A
conſtantiam porrò, & allegorias, atque chimæras & portenta, adde etiam ironiam, quæ ad docendum inepta ſit; prolixitatem verò in diſputando nimiam ferre non poſſunt. Notant porrò errores, qui à diſciplina Chriſtianorum maximè diſcrepant, dicentis, Alterum eſſe hominis ortum, reditusque improborum ad corpora brutorum, quorum mores imitentur; omnes item omnium hominum animas vel ex æternitate uel initio temporis fuiſſe productas, nec ueras eſſe formas aſſerentis, ſed quamque eſſe in ſuo, vt in naui gubernatorem: originem autem Mundi licet (aiunt) agnouiſſe ſit viſus, erraſſe tamen grauiſſimè, ſi Mundum ex elementis, quæ ab omni ęternitate cõfuſo quodam motu agitata extitiſſent, (quemadmodum ſcriptum reliquit) in aliquo temporis initio factum eſſe voluerit. Quamobrem addunt, pleroſque, qui eius doctrinam auidè imbibiſſent, de abſurditate huius ſententiæ conuictos, ne luce quidem B
Orthodoxæ fidei illuſtratos, ad Ariſtotelis ſententiam confugiſſe, nec verò dixiſſe aliud Platonem, quàm Ariſtoteles ea in re ſenſerit: Videlicet, quod hęc Mundi Machina ex æternitate condita intelligeretur, pręmiſſam à Platone fuiſſe elementorum confuſionem, quaſi non ordinem temporis, ſed naturę, & cogitationis, quę partes priores ſunt toto, in ea fabrica ſignificauerit. Nec verò hic conquieſcunt, verùm adhuc vrgent, quamuis de vniuerſa Dei Prouidentia anguſtiùs Plato diſſeruerit, in pleriſq; tamen ueritati non ſolum Catholicæ fidei, uerùm etiam rationis naturalis fuiſſe aduerſatum; Quod autem de productione Diuini Verbi attigit, malè intellectum ex Diuinis literis ſic in Timęum ab eo fuiſſe translatum, ut fons Arianorum meritò haberi poſſit: quo eodem nomine B. Thomas Origenem appellat Platonicę diſciplinę ſtudioſiſſimum. Ex Platonica proinde diſciplina deriuatos eſſe errores in Iamblichum, Pro C
clum, Porphyrium, & alios innumeros, & in ipſum adeò Auguſtinum Epiſcopum iã ſenem, ac per omnia doctiſſimum. Is namque Enchiridij ad Laurentium capite quinquageſimo octauo, diſputans de natura Angelorum, cùm dixiſſet, ambigere ſeſe, num rectè aliqui conſtituant ordines Angelorum, in quibus alios uocant Archangelos, alios Dominationes, alios Poteſtates, alios Virtutes, &c. mox ita ſubdit: ſed nec illud quidem certum habeo, utrùm ad eandem ſocietatem pertineant Sol, & Luna, & cuncta Sydera, quàmuis nonnullis lucida corpora eſſe, non cum ſenſu uel intelligentia ui deantur. Hanc ergo dubitationem è Platonicorum aſſertionibus animo Auguſtini (ſine ulla tamen pertinacia) inhæſiſſe, & eo fortaſſis tempore apud Philoſophantium conuenticula iactatis, ortam aſſerunt. Quod quidem Platonicum dogma Diuinę Scripturę non conſonat, quę nullatenus definiat Solem, Lunam, Stellas eſſe animalia, D
ratione ac ſenſib. more noſtro, pręditą; multò minus eſſe creaturas Angelis pares; uel Angelorum cętui annumerandas; quin etiam corpora eſſe dumtaxat per ſe à Deo cõdita, quę emineant, & luceant in firmamento cęli, ac lucem impertiant rebus hiſce inferioribus, diemque à nocte ſecernant, & ſint in ſigna, ac ſtata tempora, in dies, atque in annos, ut nimirum anni partes, omniumque temporum uices ordinent, ac moderentur. Iam uerò leguntur in Ariſtotele paſſim, quę non ſolùm de Ideis, & eiuſmodi alijs, ſed & de Reipub. partibus & adminiſtratione, deque hominis fine, Platoni, tam quam cum ueritate pugnantia, obijciuntur, quę quidem ad ſexdecim capita retulit Chryſoſtomus Iauellus de quo poſt.

Plato in Menone, in Phędone, & alibi.
Plato in Timæo.
Platonis errores in fidẽ catholicam quot & quáti.
Alcinous in Inſtit. ad doctrinã Plat. cap. 12.
Laurentius à Villauicentio. Xeteranus lib 4. de rectè efformãdo Theologiæ ſtudio obſeruat. 11.
Gen. 1. Pſal. 149. Heb. 1.
Gen. 1. Pſal. 104. & 136.

Quanam pro Platone ſoleant reſponderi à quibuſdam. Cap. II. E

AT Platonem alij ſic ab iſtis omnibus uindicare nituntur, ut Oceanum quoque Philoſophorum, ſapientiſſimum, optimum, utiliſſimum, ſanctiſſimum, Auguſtiſſimum, & Moſen Atticè loquentem, Diuinum denique Philoſophũ uocent. Certè ex Ethnicis Cicero, Plutarchus, & ex Theologis, Hieronymus, Auguſtinus, Iuſtinus, Baſilius, Gregorius, Clemens, & plerique omnes, ſummis eum laudibus aliquando extulerunt, quamuis poſtea, ut cap. 9. monſtrabimus, palinodiam cęcinerint. Et ſanè D. Auguſtinus de eo ſcriptum reliquit: *Sed inter diſcipulos Socratis non immerito quidem excellentiſſima gloria claruit, qui omnino ceteros obſcuraret Plato. Qui cum eſſet Athenienſis, honeſto apud ſuos loco natus, & ingenio mirabili, longè ſuos condiſcipulos*

Chryſoſ. Iau. trac. 7. in Plato. politic. 1. & 2. c. 10. 2. Epit. in uniuerſam moralẽ Ariſt. Plat. & Chriſtianã philoſoph. Aug lib. 8. de Ciu. Dei, c. 4. vide etiã in li. 7. cõfeſſionũ.

A *diſcipulis antiret, paruum tamen putans perficiendæ Philoſophiæ ſufficere ſeipſum, ac Socratis diſciplinam, quam longè, lateque potuit peregrinatus eſt, quaquauerſum eum alicuius nobilitatæ ſcientiæ percipiendæ fama rapiebat. Itaque & in Aegypto didicit quæcunque illhic magna habebantur, atque docebantur: & inde in eas Italiæ partes profectus, vbi Pythagoreorum fama celebrabatur, quidquid Italica Philoſophia tunc florebat, auditis eminentioribus in ea Doctoribus, facillimè comprehendit. Et quia magiſtrum Socratem ſingulariter diligebat, eum loquentem fere in omnibus ſermonibus ſuis faciens, etiam illa, quæ vel ab alijs didicerat, vel ipſe quanta poterat intelligentia viderat, cum illius lepore, & moralibus diſputationibus temperauit. Itaque cum ſtudium ſapientiæ in actione, & contemplatione verſetur; vnde pars eius vna actiua, altera contemplatiua dici poteſt; quarum actiua, ad agendam vitam, ideſt ad mores inſtituendos pertinet, contemplatiua autem, ad conſpiciendas*

In libris tamen Retractationũ confeſſus eſt Auguſt. ſe deceptum fuiſſe à Platone, quare eius doctrinam reiecit.

B *das Naturæ cauſas, & ſinceriſſimam veritatem: Socrates in actiua excelluiſſe memoratur, Pythagoras verò magis contemplatiua, quibus potuit intelligentiæ viribus, inſtitiſſe. Proinde Plato vtrumque iungens, Philoſophiam perfeciſſe laudatur: quam in tres partes diſtribuit: Vnam moralem, quæ maximè in actione verſatur; Alteram naturalem, quæ rerum naturalium contemplationi deputatur; Tertiam rationalem, qua verum diſcriminatur à falſo: quæ licet vtrique, ideſt actioni, & contemplationi, ſit neceſſaria, maximè tamen contemplatio perſpectionem ſibi vendicat veritatis, ideo hæc tripertitio non eſt contraria illi diſtinctioni, qua intelligitur omne ſtudium ſapientiæ in actione, & contemplatione conſiſtere:* Et hęc quidem D. Auguſtinus. Quem alij ſequentes non negant à Platone in vtramque partem diſputari, ſed ita, vt neque incertum aliquid relinquat, nec verò id vbique faciat. Vt enim duo ſunt rerum genera, & duplex diſſerendi character vnicuique rerum generi accommodatus, ita apud eum, & rerum, & characteris accuratam eſſe diſtinctionem.

Philoſophiæ diuiſio ex Platone.

C De quibuſdam igitur ab eo in vtramque partem diſſeri, cum natura ita ſint cõparata; qualia ſunt, quæ in hanc vitam variè cadunt, & γιγνόμενα appellat, quorum nequit vlla eſſe ſcientia. Senſus enim omnes tardos eſſe, inquit, ac proinde quæ ſubiecta ſunt ſenſibus, rectè percipi non poſſe: ac etſi veritas oritur à ſenſibus, non ſpectare tamen iudicium illius ad ſenſus. Mentem itaque eſſe iudicem, ſolamque idoneã, cui habeatur fides, quòd ſola perſpicit id, quod ſemper eſt, ſimplex, uniuſmodi, eodem modo tale, quale eſt. Quo in genere ſunt notiones de Deo, de animo, de felicitate, de altera vita, in qua δικαιοκρισία hoc eſt iuſtum, vel rectum iudiciũ, ſiue διαδικασμὸς diiudicatio bonorum, & malorum habebitur. His de rebus (aiunt) non diſputat in vtramque partem, ſed vel ponit tanquàm certa, & indubitata, vel ex ſuis principijs

Plato quibus de reb. in vtramque partem.

D probat, atque euincit ἀμεταπτώτοις ἀμεταπτώτως, hoc eſt inconcuſſis inconcuſſè; atque adeo, veras & ſempiternas concluſiones élicit. De illis autem αἰσθητοῖς hoc eſt ſenſibilibus amat liberius diſſerere, vt accurato rerum, quæ in aliquam diſquiſitionem cadere poſſunt, examine, res veluti ad ſilicem colliſa in lucem emergat; cuiuſmodi ferè ſunt Ethica, & Politica, quæ in communi vitæ vſu verſantur, & variè commutantur: Quod quidem rerum probabilium genus, elucere non poſſit, niſi vtrinq; cauſæ conferantur, ideoque in hoc rerum incertarum genere affirmandi, arrogantiam vitandam, fugiendam temeritatem, quæ a ſapientia diſſidet plurimum. Hęc fere illi.

Quid alij addant pro Platone. Cap. III.

E QVin & alij Platonis fautores altius repetito ſermone, inquiunt ſcire oportere nos, qui Chriſtianam Catholicam Religionem ſuſcepimus, & profitemur, ad philoſophos non tamquam ad veritatis Magiſtros (ea enim ſolis ſacris litteris eſt expreſſa) ſed longe alia, diuerſaque mente, ac cogitatione (licet non ſemper rectè) accedere. Nam cum homo Diuinæ lucis, ac fulgoris appulſu illuſtratus, ac de integro reparatus eſt, duabus quaſi perſonis ſit indutus, quarum vna diuina eſt, & cęleſtis, altera, contrà, humana & caduca, & omni errorum, perturbationumque generi obnoxia, duo quoque prodita ſunt diſciplinarum genera, quæ vnicuique parti applicentur. Ac ad eam quidem, quę diuina, & è cęlo delibata eſt, adhibetur genus illud Doctrinæ, quod Sacrarum litterarum monumentis mandatum, ipſius Diuinæ ſa-

pientiæ principijs ſubnixum eſt, quodque perpetuam quandam animi conſtantiam, A
& nullis temporum caſibus ſubiectam Diuinarum rerum contemplationem inducit.
Ad eam verò, quæ humana eſt, & in caſu poſita, non illa quidem applicatur immortalis,
cuius quidem propter corruptionem non eſt capax; ſed alia quædam longè inferior
mortalis, quæ & mobilis,& mutationi ſubiecta eſt,& à principijs rerum naturalium
emanauit. Quia enim hac in parte, licet homo reſtitutus ſit, pauca tamen
ſubſunt priſcæ veſtigia fraudis, quæ tentare Thetin ratibus, quæ cingere muris Oppida
quę iubeant telluri infindere ſulcos; hæc naturalis diſciplina mortalium generi ad
hoc tributa eſt, vt perceptis primis naturæ commentationibus,eius beneficio artes habeat,
quibus tum vitæ præſidia, paratuſque conquirere, tum ſocietates hominum, &
communitates colere, ac retinere (quibus quidem non minùs quàm aqua, & igni indigemus)
valeat. Eſtque ea ſola, eorum quidem iudicio, cauſa,cur poſt acceptam Re B
ligionem, philoſophandi tamen ſcientiam expetendam ducant. Verùm (aiunt) hic
diligens adhibenda eſt cautio. Nam philoſophantium non ſimplex quidem, ac vnū
genus reperitur, ſed duplex. Sunt nonnulli, qui in eas tantùm res cogitationes ſuas
abijcientes, quæ manibus teneri,ac tractari poſſunt, ad id ſolùm ſe accommodant,
quod in ſenſum oculorum cadit, & uulgi approbationem commouet, nihil ſapientes
vmquam in principijs exquirendis, nec diuinum, nec magnificum, aut quod ad ipſam
veritatem exactè limandam pertineat; Horum ratio ac diſciplina tantam adfert
rebus cladem, ac ruinam, vt nulla unquam peſtis maior hominum uitam inuaſerit.
Nam non perſpectis ipſis primis principijs naturalibus (quæ quidem haud alia
ratione,quàm per rerum Diuinarum, à quibus ortus ſui principatum ducunt,contem C
plationem inueſtigari queunt) haud poteſt ulla ratione fieri,ut quæ ab ijs profluunt,
ac dependent, reliqua intelligantur, ac ad uitæ utilitatem aliquam applicentur. Sed
hoc ei rationi poſterum, ac conſequens eſt,ut animus errore lapſus, & falſa ſapientiæ
opinione inflatus, nunc Deo ipſi bellum inferat, & procurationem rerum humanarum
illi extorqueat; nunc in Republica gubernanda, non honeſtate officium, ſed utilitate
dirigat, & res à natura copulatas execrando errore diuellat. Alij ſunt nonnulli
Philoſophi,quib.longè diuerſa ſtudia ſunt propoſita.Hi.n.ab oculorum cōſuetudine
mentis aciem abducentes, non ad illam paruulam cynoſuram ſenſuū cogitationes
ſuas dirigunt, ſed ad clariſſimos Septentriones, hoc eſt rationes, non ad tenue,ſed latiore
ſpecie, mentis agitatione limatas, & ideò in omnes eas res,quæ naturę obſcuritate
occultantur,intrantes,ſic ſe collocant, ut cauſam ex cauſa nectentes,non ante cō D
quieſcant, quàm ſuo quodam itinere ad ultimam rerum omnium cauſam,à quâ continuatione
quadam, reliqua omnia fluunt, quęque ſola numeros omnes ueritatis habet)
peruenerint. Atque ab his quidem Philoſophis magnas & immenſas adipiſcimur
in uita utilitates. Nam in primam ſemper cauſam inquirentes, & tantis uiam
illam obſtructam eſſe difficultatibus, ut nulla ui humani ingenij ſuperari poſſit,intelligentes
eò uidelicet tandem deducuntur, ut lucem nobis ereptam, & quaſi noctem
quandam animis offuſam agnoſcant, & quo uno caput humanæ uitæ tenetur, nō aliter
quàm ſolius Dei munere, ac beneficio, ad priſtinam integritatem redire nos
poſſe,profiteātur, ac doceant. Præterea quoniam nō in ſenſibus ueritatem quærunt,
ſed ad ea ſola,quæ animi ſunt,ac mentis, reuocāt rationem, licet non ipſam primam,
ueritatem tamen tantum multa inquiſitione aſſequantur, quantum ad uitam modi-
cè, ac ſine ſcelere tranſigendam, donec lux maior affulgeat,ſufficere poſſit. Quam ob E
rem cum altera illa Philoſophia talis ſit, ut in eam ne digitus quidem ſit porrigēdus,
imò omni contētione uelis,equiſque (quod dicitur) fugiēda, nam licet multa uideatur
rectè dicere,uertit tamen ad extremum omnia: hæc cōtra talis eſt,ut tamquam ſingulare
Dei donum reputari, & haberi debeat: nimirum quod & ad uitam iſtam tuendam,
ac conſeruandam ſit tributum,& quamdiu his compagibus corporis incluſi ſumus,ad
exſuſcitandum ad ueram Religionem, ac maiorem faciendum animum accōmodatum.
Sed iam referat ſe unde egreſſa eſt oratio. Nam ſi uerum eſt Platonis Philoſophiam
eiuſmodi eſſe, ut non cū priore, quę ſolo nomine philoſophia eſt,ſed cum
poſteriore conueniat, nihil utique dubium erit,quin ad eius auctoritatem cōferre nos

debea-

A debeamus. Et quidem cum alij pleríque oẽs ſic exiſtiment vt omnem vitæ beatitudinem in nobis ſitam putent, ſi modo in ea exquirenda nos ipſos collocare, & animi noſtri complicatam notionem euoluere velimus; ſolus Plato (aiunt) in ea perſtat ſententia, vt mentem noſtram, ac animam penitus obſcuratum dicat, & non niſi ſolius Dei, à quo primum hauſtus, & arreptus eſt; munere, vera virtute, ac ſcientia imbui poſſe diſertis verbis contendat. Item cum alij ſolos ſenſus in rebus indagandis conſulendos cenſeant, & in his tamquam in aqua fundamenta philoſophiæ ponenda ducant, Plato ſic ubique præcipit, ut per ea ſola, quæ diuina ſunt, & ab omni corporis cõtagio ſegregata mente commeemus & ad unius primæ cauſæ cognitionem animum tamquam arcum intentum habeamus. Sic quidem illi, at quàm procul à uero (quod quidem ad Platonis commendationem attinet) intelligetur è capitibus ſequentibus.

B

Ecquid de Platone rectius ſit ſentiendum. Cap. IIII.

QVæ igitur citra omnem dubitationem dici, & à Chriſtianis Doctoribus doceri, ab Auditoribus verò fructuoſè percipi poſſe uidentur, ſi ad Platonem acceſſerint, hæc ſunt:

Accedentib. ad Platonẽ, quænam primò concipiẽda.

Primò, Pythagoram, è cuius doctrina Socrates, & Plato hauſerint multa, diſcipulũ fuiſſe Iudæi cuiuſdam Nazarei: quod Ioſephus libro contra Appionem ex Alexandro in libro de Symbolis Pythagoricis ſcribit. Ambroſius autem Pythagoram genere fuiſſe Hebræum, & Clemens Alexandrinus, fuiſſe circumciſum, auctores ſunt. Et Plato ipſe non obſcurè, *Σύρων*, & *φοινίκων* vel *ἀπορρήτων*, ideſt Syrij, & Phœnicij, uel arcani ſeu

C reconditi meminit, Iudæam uicinam Aegypto deſignans, à cuius nomine abſtinebat; quòd ut Iudæis reliquæ gentes, ſic ipſi gentibus erant odioſi. Inde igitur factum, ut Socrates vnius Dei notitiam hauſerit, proque ea mortem oppetierit. Nam & Tertullianus in Apologetico ſic ſcriptum reliquit. *Propterea damnatus eſt Socrates, quia Deos deſtruebat. Planè olim, i. ſemper, ueritas odio eſt, tamen cum pœnitentia ſententia Athenienſeſ, & Socratis accuſatores poſtea afflixerint, & imaginem eius auream in templo collocarint, reſciſſa damnatio teſtimonium Socrati reddidit, &c.* Et poſt quædam *O Apollinem inconſideratum! ſapientia teſtimonium reddidit ei viro, qui negabat Deos eſſe.* Hæc Tertullianus. Inde item effectum, ut Plato tam multa ſuis ſcriptis inſeruerit quæ quidem uideantur pietatem ſapere, ſed ideo magnis, & pluribus erroribus inſperſa; quòd & ſi dum erat in Aegypto, potuit cum ipſis quoque Iudæis habere conſuetudinem, qui ex diſperſio-

Pythagoras diſcipulus Iudæi & Iudæus.

Socrates vnde vnius Dei notitiã hauſerit.

Tertul. in Apolog.

Plato unde multa quę ſapiunt pietatem hauſit.

Cur multis erroribus in ſuis libris abundet.

D ne, quæ ex tranſmigratione conſequuta eſt, erant in ea regione frequentes. Diuinum tamen illum Codicem idiomate Græco legere non potuit, qui poſt Alexandri tempus in Græcum ſermonem, opera Ptolemæi Philadelphi Aegyptij Regis ab Alexandro ſecundi fuit ab Interpretibus ſeptuaginta conuerſus. Itaque errores eos ex Aegyptijs exſuxit; ac licet inter illas Ethnicas tenebras uerſaretur, mendaciaque potius aperuerit, quàm liquidam ueritatem inſpexerit, aut probauerit, pleraque tamen uero ſimilia innuiſſe. Quin Leo Caſtrius, qui Eſaiam interpretatus eſt, è patribus hæc de Platone adnotauit, ac ſcripſit, quæ huc omninò interſerenda ſunt. Diſcite (inquit Ambroſius) unde Plato hæc ſumpſerit, eruditionis gratia in Aegyptum profectus, ut Moyſis geſta, legis oracula, Prophetarum dicta cognoſceret, audiuit conſolationem populi, qui ſuprà peccati modum uidebatur fuiſſe punitus, & hunc locum quadam adopertum do-

De tranſmigratione Iudęorum in Aegyptum poſt tranſmigrationẽ Babylonicã ſcribit.

Hier. c. 42. & 43. & hẽius ẽt in 2. lib Machab. c. 4. Leo à Caſtr. in cap. 40 Eſaiæ.

E te verborũ, in Dialogum tranſtulit, quem ſcripſit de uirtute. Adde tu, hunc Dialogũ, quem Ambroſius de uirtute citat, eſſe decem, quos Plato conſcripſit de Republica libros; quorum hoc eſt argumentum. Eum hominem infeliciſſimum eſſe, quem uulgus hominem feliciſſimum, & fortunatiſſimum appellat: qui alienus à virtute, & à Deo, habeatur ſapientiſſimus, optimus abundet bonis omnibus, ſit honoratiſſimus, imperet cunctis, viuat diuturniſſimè, fruatur voluptatibus, valeat ſemper. Contra verò feliciſſimum, & fortunatiſſimũ eſſe, quem vulgus infelicem nominet, uirum Dei amatorem, ſectatorem virtutis, feliciorẽ multò magis, quò magis habeatur impius, orbetur bonis omnib. malè audiat apud omnes, omnib. ſit odio, omnes omnia mala in illũ conferãt:

Libri Platonis de Rep. uocantur ab Ambroſ. Dialog. de virtute.

Argum. libri Platonis de Repub.

quæ ille imperterito ferat animo, nec à Deo, nec à virtute diuelli queat. Hoc totius A
illius operis de Republica eſt argumentum, Certè huic ſententiæ adſtipulatur Eu-
Euſeb. lib. 3. præp. Euang. c. 13. ſebius Cæſarienſis, quemadmodum ſecundo libro ſcripſimus capite quintodecimo.
Is enim docet ex Clemente Alexandrino, Philoſophos è ſacris literis plura eſſe mu
tuatos: Et deerant multa in Codicibus Latinis Euſebij, quæ antiquus Latinus inter-
pres prætererat. Aït ergo Euſebius, Platonem, locum illum capitis tertij Eſaiæ; *Li-*
Plato quanã ſumpſerit ex Diuina Scriptura. *gemus iuſtum, quia inutilis eſt nobis*; paraphraſi quadam ſecundo de Republica libro,
expreſſiſſe, his verbis: *Sic ergo affectus iuſtus flagellis cedetur, afficietur tormentis, orbabi*
tur oculis, poſtremò omnia paſſus, in crucem tolletur. Quæ omnia ad uerbum deſcribit
Euſebius è Clementis Alexandrini libro quinto Stromatum. Et ueriſſimè ab his au-
ctoribus hęc eſſe dicta intelliget, qui in libris Platonis ſit aliquantum uerſatus. Nam
pręterquam quòd multa huius rei ſigna deprehendet, quum Plato interim moneat, B
ut qui de Deo ſcire uolet, adeat gentes barbaras, unde futurum ait, ut admiranda quę
dam diſcat: interim etiam ab eodem Platone audiet opus eſſe, ut Deus ueniat & fe-
rat nobis legem, & alia huius notæ plurima. Quare non ſolùm illa, ex Eſaia, & ex Sa
lomonis Sapiẽtia mutuatur, ſed penè totius Operis argumentum inde deſumit. Quod
miror (inquit Leo Caſtrius) viros ſapientiſſimos Clementem Alexandrinum, & Eu
Argumentũ librorũ de Reipub. Platonis ex lib. Sapientia Salomonis ſumpta. ſebium Cæſarienſem non aduertiſſe. Nam tota illa Traſymachi diſputatio cum So-
crate libro primo de Republica, habet illud argumentum capitis ſecundi Sapientiæ:
Venite fruamur bonis, quæ ſunt: vino pretioſo, & vnguentis nos impleamus: coronemus nos
roſis: opprimamus pauperem: non parcamus viduæ: nec revereamur canos: ſit autem for-
titudo noſtra lex iniuſtitiæ. An non hanc partem tuetur Traſymachus libro primo de C
Republica, & deinceps? an non hoc eſt argumentum illius diſputationis? contra ve-
rò Socratis non eſt rurſus illa pars: *Contumelia, & tormento interrogemus eum, vt ſcia-*
mus reuerentiã eius, probemus patientiã illius, morte turpiſſima condẽnemus eũ? Hæc, inquã,
pars à Socrate defendenda ſuſcepta eſt, quum iuſtum quendam fingit, cui aufert homi
num opinionem, vt nemo (inquam) illum opinetur iuſtum, qui alijs omnibus ſit de-
ſtitutus opibus, & hominum fauore, qui habeat omnia aduerſa, qui omnibus ſit odio,
tantùm virtutibus excellat, habeatur impius, vt cruciatibus afficiatur. Et ſtatim poſt
hæc ſubiungit Plato verba, quæ citant Clemens Alexandrinus, & Euſebius Cęſarien
ſis, quæ ſuprà ſunt adſcripta. Hanc partem tuentur Glaucon, & Socrates, illam prio-
rem Traſymachus, & Adimantus. Quem enim nos habemus exemplum virtutum, &
Chriſtus exẽplum virtutum, & bonorum omnium Heb. 11. bonorum omnium, ipſum iuſtum, Chriſtum ſcilicet Dominum; talem vnum aliquem D
fingit Plato, & tales ſectatores; & penè illa dicit, quæ Paulus: *Lapidati ſunt, ſecti ſunt,*
occiſione gladij occiſi ſunt: quòd à Prophetis ſimilia docebantur. Reperies etiam apud
Platonem, tertio de Republica libro, ſub finem, illud capitis tertij eiuſdem Sapien-
Sap. c. 3. tiæ: *Tanquam aurum in fornace probauit electos Dominus, & quaſi holocauſtum accepit eos.*
Quæ omnia tam multis verbis ſum executus, vt appareat, Sapientiæ librum, unde oſtẽ
Liber Sapientia eſt Salomonis. do ſeptuaginta viros feciſſe paraphraſim, & Platonem multa mutuatum, Salomonis
eſſe, & non ſcriptum à neſcio quo, vt quidam arbitrantur, quanquàm iam probatione
res non eget, quum poſt Hieronymum receptus ſit ab Eccleſia, nec liceat cuiquam eã
rem in dubium reuocare: Hæc penè Caſtrius.

Ordinem, & collocationem Dialogorum Platonis prius eſſe conſtituendam, quàm quis ad
eum verſandum, & agnoſcendum qualis ſit, acceſſerit. E
Caput V.

SAnè verò in Doctrina Platonis, qualis ſit, agnoſcenda, proderit, ſi eius Dialogi
per propriarum materiarum ſeriem adhibitis cautionib. legantur. Nam quę tur
bauit hactenus, aut deterruit aliquos à lectione Platonis, confuſa fuit Dialogo
rum diſpoſitio, & lectio. Quin & vix aliquid profuit veterum illa partitio in nouẽ qua
driloquia, quę ſingula quaternos Dialogos cõtinebant, quorũ Dioge. Laertius in vita
Platonis mentionẽ fecit: minus itẽ profuit altera diſtributio in triloquia, ad quã Ari
ſtophanes Grãmat. atq; alij priſci acceſſere. Nã vbi primã poſuere, cui pręceſſit Reſpu-
blica,

A blica, Timæus, Critias. Secundam cui Sophiſta, Politicus, Cratylus. Tertiam in qua
leges, Minoem, & Epinomidem ſtatuebant. Quartam in qua Theætetum, Euthyphro
nem, Defenſionem. Quintam, in qua Critonem, Phædonem, Epiſtolas. Reliqua colle-
cta abſque ordine adtexuerunt. Plus autem lucis attulere, qui dixerunt Diuiſiones
Dialogorum tres habere formas, vt aliæ conſtituantur pro rerum ſubiectarum diuer-
ſitate: Aliæ pro figuris ipſis, & formis orationis: aliæ pro eorum, quibus cum ſermo
eſt, qualitate. Quæ enim à rebus ducitur diuiſio, ea ſic habet: vt Dialogorum alij
ſint Theorematici, qui quidem aut Phyſici ſunt, aut Dialectici; alij practici, qui aut
Ethici dicuntur, vel Politici. Et Phyſici quidem ſunt, Parmenides ſiue de Ideis: Hip-
pias maior, ſiue de Pulchro. Conuiuium ſiue de Amore. Phædrus, ſiue de Pulchro.
Sophiſta, ſiue de eo, quod eſt. Phædo ſiue de Animo. Timæus, ſiue de Natura. Diale-
B ctici verò. Theætetus, ſiue de ſcientia. Sophiſta item, & Parmenides, Euthyde-
mus, ſiue contentioſus. Gorgias, ſiue de rhetorica. Io. ſiue de Iliade, vel de poetico
charactere, ſiue de poetarum exponendorum ratione. Cratylus, ſiue de recta nomi-
num ratione. Prothagoras, ſiue Sophiſtæ. Hipparchus, ſiue de lucri cupiditate.
Amatores, ſiue de Philoſophia. Theages, ſiue de ſapientia. Meno, ſiue de virtu-
te. Alcibiades vterque, quorum alter de Virtute, alter de Natura humana. Euthy-
phro, vel de ſanctitate. Philebus, ſiue de ſummo Bono. Lyſis, vel de Amici-
tia. Theætetus, Hippias minor, ſiue de mendacio. Charmides, ſiue de tẽperantia, vel
de modeſtia. Laches ſiue de Fortitudine. Clitopho, vel exhortatorius. Sed hic dialo
gus eſt nothus. Apologia Socratis. Crito, ſiue de eo, quod agendum eſt. Phædo. Poli-
tici denique. Minos ſiue de lege. Libri decem de Republica. Critias, ſiue Atlanticus.
C Politicus, ſiue de Regno. Menexenus, ſiue funebris oratio. Libri duodecim de legib.
Epinomis, ſiue Philoſophus.

At neque hæc Dialogorum diſtinctio ſatis probatur: quam ob rem non defuere, qui
ſequentẽ conſtituerunt. Vt quaſi Metaphyſici, quibus etiam de pietate Plato egerit,
eſſent. Euthyphro, Apologia Socratis, Crito, Phædo. In Phædone enim de Anima:
In Euthyphrone autem de Deo diſſerit: quibus ſi quis Critonem, & Socratis Apolo-
giam adiecerit, qui ſanè ſunt Dialogi morales, Platonis mentẽ aſſequetur, reſque ip-
ſas, de quibus diſſeruit, agnoſcet, quippe qui vnius quaſi filo contexti continent accu-
ſationem aduerſus Socratem, atque huius defenſionem, carcerẽ, mortem, qua vniuer
ſa eius doctrina conſignata eſt. Videlicet hi Dialogi ipſo in Philoſophiæ limine (ſi
præcautiones adhibeantur, de quibus infrà dicemus) quæ ſenſerit Plato de Deo, de
D Anima, de Iuſto, exponunt, idque per vtramque methodum, quam Græci ἀγωνιστικὴν,
& μεθοδικὴν nos litigioſam, & methodicam dicimus.

Perlectis hiſce Dialogis, Theages, Amatores, & Theætetus verſari poſſunt, quibus,
cum de vera (vt ille opinabatur) Philoſophia agatur, hauritur ea, quæ à Platone tra-
dita eſt, notitia philoſophiæ, quanquam neque omninò vera Philoſophia fuit, quem
admodũ dicendũ eſt in Præcautionibus, quę huic Tractationi Platonicæ Philoſophiæ,
fuerunt omninò adtexendæ. Atqui quoniã veræ Philoſophię aduerſatur Sophiſtica,
quę ſub ſpecie veri falſitatem contegit, ideo Platonis Dialogi Sophiſta, Euthyde-
mus, Protagoras, Hippias minor, legi mox poſſent. Quibus non tam fuſus (aiunt)
eſt exiſtimandus, quàm quòd re ipſa deſignat, & exprimit profuſos in dicendo. pro-
ponitque garrientes, & in circuitu (quemadmodum habet Diuina Scriptura) ambu-
lantes.

Sequuntur ad ſermonem Dialogi ſpectantes. Cratylus, Gorgias, Io.

Deinde Ethici, atque Politici in tres claſſes diſtributi: in quarum prima continen
tur, qui pertinent ad generalem moralium Doctrinam, Philebus, Meno, Alcibiades
primus. In ſecunda, qui ad peculiarem moralium expoſitionem, Alcibiades ſecundus,
Charmides, Lyſis, Hipparchus. In tertia Politici. Menexenus, in quo ad Patriam di-
ligendam Hortatio. Politicus, Minos, in quo ad libros Politicos traditur introductio.
Libri de Republica. Libri de legibus, ſiue de Legum latione duodecim. Epinomis, qui
& legum appendix dici poteſt, & ſumma, vel Philoſophus.

Phyſici conſequuntur, in quibus tamen & Metaphyſicæ Diſquiſitiones habentur: A
Timęus ſiue de Natura, uel de Vniuerſitate. Timęus Locrus de Anima Mundi, &
Natura. Doricè. Critias. Appendix Timæi de priſci Mundi hiſtoria. Parmenides. Cō
uiuium. Phædrus, ideſt de Pulchro. Hippias maior.

Denique ſunt Epiſtolæ.

Ceterum qui Dialogi habentur pro nothis, hi poſſunt interlegi ſuo quiſque loco,
cui libuerit. Nimirum Axiocus ſiue de morte, qui putatur eſſe Xenocratis. Dialogus
de Iuſto, ſiue de Iuſtitia. Alius de Virtute an doceri poſſit. Demodocus, ſiue de con
ſultando. Siſyphus ſiue de Deliberando. Eryxias, vel de Diuitijs; qui item inſcribi-
tur Eraſiſtratus. Clitopho vel hortatorius, qui tamen à Laertio non cenſetur inter
nothos. Denique Opuſculum, cui titulus, Definitiones, quod ſanè eſt nothum. B

Rerum tractandarum ratio apud Platonem in ſuis Dialogis.

Cap. V.

ID autem deinceps ſtatuendum eſt, atque docendum Platonis Dialogorum alios
eſſe ſimplicium thematum, veluti quid Sophiſta, quid pulchrum, quid ſancti-
tas: alios eſſe facultatum, ſiue diſciplinarum, veluti de naturæ obſcuritate, de Re
publica adminiſtranda, de legibus. Nam quod attinet ad apologiæ, & Critiæ Dialo
gorum ordinem, nihil huc facit, quoniam Rhetorum magis, & Hiſtoricorum, quàm
Philoſophorum legibus conſtare putantur.

Ratio igitur à Platone adhibita in ſimplicibus quæſtionibus perpurgandis, haud
abſimilis eſt ab eorum, qui metalla fodiunt, inſtituto, quemadmodum ſcitè (ſed non C
omninò verè) vir doctus aliquando pronunciauit. Vt enim ij primum omnium ſco-
riam, & ſordes ab auro abſtrahunt, deinde ipſa quoque metalla ab auro ſecernunt,
ac denique hoc ab omnibus excrementis expurgant, ita vt excoctum purum putum
efficiatur, ſic Plato (aiunt) Diſquiſitionum ſuarum ſummam tribus quaſi gradibus ad
ſimpliciſſimam cuiuſque rei naturam redigere conatus eſt, falſas primò opiniones e-
luens, atque errores temerè conceptos eripiens ei, quo cum diſputatio inſtituitur;
præſertim, ſi vel Sophiſta is ſit, vel prauis opinionibus imbutus, quemadmodum cer-
nitur in Euthyphrone, Hippia, primo de Republica, & eiuſdem generis alijs: mox
ad ipſius rei propoſitæ indagationem ità accedit, vt ſi quid cognatum, ſiue propinquū
cum ea teneatur, exploret, ac, qua nota ſeparari, & diſtingui ab eo poſſit, perquirat.
Rem deinde ſic perquiſitam, Vel in plures ſpecies tamquam metalla diuidit, ac quo D
tandem in angulo ipſa lateat, inuenit; Quod quidem quomodo fieri poſſit, Politi-
cus, & Sophiſta, Dialogi docent. Vel ut exercitatione capta circa id quod in prom-
ptu eſt, quod recondita quadam in oratione verſatur, ſermonem transfert, cuius
quidem exemplum extat in libris de Republica, vbi peracta diſputatione de Iuſto,
quod in Ciuitate tāquam re maiore verſatur, transfertur diſputatio ad iuſtitiam eam,
quæ in animo, ac mente inſidet. Quibus perfectis, procedit ad id, quod tertium eſt,
quodque quaſi apicem inquiſitioni imponit, vt ipſa per ſe res nuda tamquam ab
omni contagio liberata conſtituatur. Poſitum eſt autem illud in his tribus, Nomi
ne ſcilicet, Ratione nominis, ſiue Definitione, ac Idea, ſiue ſpecie, ac ſimulachro
rei, ex quibus quidem tribus naſcitur quartum, (quemadmodum auctor eſt Pla-
to in epiſtolis) quod exterioris ſcientiæ nomine continetur. Nam, quod interio- E
rem ſcientiam parit, & in ipſis quaſi medullis mentis inhæret, id verò tam amplum,
magnificum, ac Diuinum eſſe in eo arbitrantur, vt reliqua omnia lucis ſuæ fulgore
perſtringat. Ac parata quidem per eos, quos commemorauimus, tres gradus,
quos vbique obſeruat Plato, exteriore rei, veluti exempli gratia, pulchri ſcientia,
ſic deinde pergit ad interiorem, vt primum in ijs, quæ corporata ſunt, & oculis cerni
poſſunt, id quod inuenit pulchrum inquirat, deinde verò ad mores, & officia
tranſit, in quibus, quomodo in ijs pulchrum verſetur, explorat: Hinc ad ea, quæ
ſola mente, ac intelligentia percipi queant, ſeſe confert, ac quàm pulchræ ſcien-

tiæ

A tiæ ſint, conſiderat. Poſtremò denique altiùs enitens aſcendere quomodo in eo, quod
omnia quæ cælo, ac terra conſpiciuntur, continet, ac coercet, quodque cunctis cau-
ſam præbens, à nullo cauſam accipiat, pulchrum ipſum repetiatur, quòd id vndique
perfectum, & nulla ſui parte turpe, ac imperfectum ſit, quærit, eſtque hic Platonicæ
progreſſionis finis, in quo conquieſcit, quæ quidem progreſſio ab exiguis initijs emer
gens, parua quidem primò (vt quidam dixit) mox ſeſe attollit in auras, Ingrediturq;
ſolo, & caput inter nubila, ſed plerumque inter errores condit, vt veriſſimè loquar.
Iam verò, quod attinet ad tradendas, & in ordinem redigendas facultates, ſiue di-
ſciplinas, hæc pauca dicenda ſunt. Et proditæ quidem ſunt à veteribus tres viæ, quib.
eæ fermè comprehenduntur. Altera per analyſim, cum propoſito fine, veluti ſani-
tate, exquiritur quid ad conſeruandam, vel ad reſtituendam illam conducat. Altera
B per ſyntheſim, cum traditis corporis humani principijs, paularim ad artem meden-
di fit progreſſio. Tertia per definitionem, cum & analytica ſimul, & ſynthetica ra-
tio permixta instituitur. Plato igitur analytica ferè ratione vtitur. Nam cum ſic ſe
gerat, vt veſtigando doceat, quod quidem duplicem exercitationis, & doctrinæ fru-
ctum afferret (ſi vera ſemper diceret) nihil admodum neceſſe habuit, alijs tanquam
magis ad tradendum, quàm ad inueniendum accommodatis vti; Quamuis perſæpè
fiat, vt omnes illæ formæ ſimul miſceantur, & ad vnam, ac eandem rem plenè, quantū
ille putauit, comprehendendam concurrant.

Ac non defuēre, qui argumentis, quæ Dialogis Platonis præfixēre, ordinem, ac me
thodum aliquam indicarunt, quemadmodum Marſilius Ficinus in omnes, Morzillus
autem ſuis in Timæum lucubrationib. atq; nonnulli alij præſtitēre. Ceterum, hac me-
C thodo Platonem vſum fuiſſe in tractandis rebus, haud inficias eo: ſed, vt ſit aſſecutus
veritatem, cum in pleriſque principijs errauerit, planiſſimè liquebit ijs qui Patres an
tiquos, Synodos, Diuinum codicem, atque adeò veram Philoſophiam cōſuluerint: de
quibus, quod noſtro inſtituto, atque huic Apparatui quadret, non ita multo poſt e-
rit dicendum. Tum enim, & nos ſcoriam, ſordes, excrementa Platonica ſecernenda eſ
ſe monſtrabimus, vt purum putum veræ philoſophiæ aurum incurrat in oculos.

Dictio, & forma, ſeu figura loquendi in Platone.
Cap. VII.

D Dicendi facultatem in Platone fuiſſe eximiam, cum apud alios multa ieiunitas
ſit, & fames orationis, negari non poteſt, quam ob rem, & illud antiquitus
in Græcia percrebuit, Muſas ſi Græcè loqui voluiſſent, vnius Platonis ore
fuiſſe locutas, nimirùm (ſi dictioni ipſius veritas omninò ſubiecta fuiſſet) ſuauitate,
& maieſtate, multum in animis legentium profecit. Hermogenes enim, non illum
omnium quidem hominum, tam Barbarorum, quàm Græcorum facundiſſimum eſſe
prædicat, ſed, quòd longè auguſtius eſt, ipſum bene dicendi characterem, ac formam,
quam Ideam Plato vocare conſueuit, in illius Dialogis verſari ac relucere, multis ar-
gumentis etiam atque etiam contendit. Quin, & Epicharmus, ex quo Platonem
non mediocre emolumentum accepiſſe ſcripſit Alcimus, quemadmodum Laertius re
fert, ſic ferè diuinans Platonem fore imitatorem ſui, ait: Vt autem ego puto, immò
pro comperto habeo, mearum adhuc erit memoria rerum, meorumque ſermonum,
E eiſque quiſpiam acceptis metro ſoluto, quo nunc conſtat, coloreque adiecto purpu-
ram venuſtate verborum componet, inuictuſque ipſe alios facilè ſuperabit.

Neque verò tantum vno in genere dicendi Plato eminuit, verùm etiam in omni-
bus. Et in conciſo quidem, quod minutis quibuſdam quaſi punctis conſtans, ſyllaba
timque procedens ſolis Philoſophorum concertationibus eſt paratum. Extant Dia-
logi non pauci pereleganti arte conſcripti. In eo uerò ſcriptionis genere, quod tra-
dendæ Philoſophiæ idoneum eſt, ac tanquàm torrens fertur, habemus Timæum. In
figura autem orationis, quæ in Sophiſtarum ſpatijs celebratur, extant oratio Calli-
clis in Gorgia, Lyſiæ in Phædro, Glauconis, & Adimanti in libris de Republica, So-
cratis in Theætero, Phædri, Pauſaniæ, Eriximachi, Ariſtofanis, Agathonis, Socra-

tis,& Alcibiadis, In conuiuio; Quibus omnibus quædam quaſi idea declamandi de- A
monſtratur. Porrò in forenſi dicendi, & concionandi ui, qua uel caput eius priuatim defenditur, uel populus in alterutram partem impellitur, adſunt Apologia Socratis, & Epitaphius; In eius item ſcriptione hiſtoriæ forma proponitur in Critia. Quin & in epiſtolis familiaribus ſcribendis maximè præſtitit; ne quid dicam de eo genere ſermonum, quod in populari quadam ratione conſtitutum,uel ad facetam urbanitatem excitandam, uel ad humanitatem, & hominum ſtudia complectenda, tenendaque pertinet;quocumque enim te uerteris,condita dictio illa eſt ſuis ſalibus, iocis, dicterijs, & alijs eiuſdem generis.

Accedit ſermonis,& orationis diuerſitas pro uarietate Dialogorum, quorum alij ſunt Dramatici, in quibus perſonæ, tanquàm in theatrum inducuntur, quemadmodum Eutipho, Minos, & alij eiuſmodi, in quibus uel conciſa diſputatio,uel continua B
oratio, ut in Apologia,Athlantico,Timæo, Menexeno. Alij ſunt Exegetici,in quibus narrator aliquis inducitur, qui quid diſputatum ſit, vel actum ab alijs,ordine recenſet. Alij ſunt mixti. Præterea cum orationum duo genera reperiantur, quorum unum ſimplex eſt, alterum in imitatione poſitum, Plato ferè vtitur poſteriore.

Quæ aduerſus Platonem, vel pro ipſo de forma dicendi dicta ſunt à quibuſdam. Cap. VIII.

SAnè uerò neque omnis Platonis ſcriptionem comprobarunt, quippe quem dixerint, cum longis ſermonum ambagibus effundi, quæ lectorem inutiliter remorentur, Procemia item, & longiores in diſputationibus circumductus,& di- C
greſſiones importunas ingerere. Sed quicquid reſpondeant, qui Platoni fauent,aientes, eum in id incumbere, ut rei propoſitę natura liquidò innoteſcat, cum ceteroquin nimium conciſa breuitas, uel concitata feſtinatio,nouerca ſit ſolidæ eruditionis,negari non poteſt, quin ęquo ſit ſępè prolixior,ac mediocritas illa dicendi,temperatior in eo deſideretur.

Iam quod allegoricam, Chimæricam,Portentoſam,Ironicam,& ineptam ad dicendum, ac docendum Platonis fuiſſe doctrinam aliqui obiecerint,reſpondent patroni Platonis, hunc aliquando impenſius, allegorijs fuiſſe delectatum,ſed cogitaſſe fabularum inuolucris rerum veritatem ſæpè contineri, in ipſis tamen allegorijs eandem ſobriè eſſe inueſtigandam. Ipſum illud verò allegoriarum nimium ſtudium,Chimęrarum, & Hippocentaurorum, ſpeciem,turbam Gorgonum,& Pegaſorum, aliarum- D
que rerum impoſſibilium multitudine, & abſurditate quarundam prodigioſarum,earumque nimis curioſam diſquiſitionem, ab eo inurbanam, & male feriatam ſapientiam vocari. Quippe (inquiunt) mos ille fuerat veterum Philoſophantium ſymbolis, ſiue inuolucris quibuſdam veritatem repræſentare; quem morem ſequutum eſſe Platonem, dum acceptam ab illis doctrinam tractat, quòd cernitur in Sympoſio, & Phędro. Quæ quidem ratio dicendi voluptatem pariat, concilier autem inueſtigationem, res denique ipſas firmius memoriæ infigat. Hoc verò denique obſeruare Platonem, vt ſi quid ſimilitudine adumbratum, afferat, primùm teſtetur, ſe adhibiturum imaginem, ſiue fabulam,vt cum bona lectoris venia hoc ei liceat: Demum autem adhibeat imaginis explicationem, minimè verò eum in rebus ſerijs iocari, ac in Sophiſtarum nęnijs refutandis id facere, vt ridicula illorum inanitas ridiculis exce- E
ptionibus refellatur. Hæc illi, ſed quàm rectè, nemo non intelliget, qui ſeriò ſequẽs caput expendet.

Platonica eloquentia deceptos antiquos Patres, vbi venenum in Platone latens agnouerunt, palinodiam cecinisse. Cap. IX.

SEd quis fructus è Platonis eloquentia, & formis dicendi percipi poſſit, antiqui Patres, qui illum mirificis extulerant laudibus, mox indicarunt, vbi latens in eâ venenum agnouere, quorum teſtimonia quoniam Ioan. Baptiſta

Criſpus

A Criſpus optimè collegit, ea hoc in capite interſeri operæpretium erit. Sic autem ait: Iam videas quàm ſubito Patres mutata voluntate palinodiam recantauerint, vtpote quos eoſdem Platonica eloquentia ſatis diù prætentas aures habuiſſe pudeuit, vt quantus etiam pœnitentię feruor illorum alios auerſos, alios aduerſos egerit, ex eorundem apertis in Platonem, & indignantibus verbis atque ſententijs comprehendi vel manifeſtiſſimè queat. Hinc enim in primis ille idem ipſius admirator Clemens cum Platonis, tum etiam vniuerſam Græcorum Philoſophiam ſimilem illumi nationi eſſe dixit, quæ fit ex ſcirpo, quem homines accendunt lucem à Sole artificio ſe ſuffurantes. Hinc etiam magnus ille Origenes deceptori obloqui cępit, quem & alios Græcorum ſapientes præ ſuperbia ſimiles medicis illis eſſe dixit, qui ſolis lautioribus proſpiciunt, neglecta Plebeorum multitudine: & cum idem alicubi aquas Aegy B ptias exponeret, Platonem ipſum puerorum atque paruulorum deceptorem ſimul, & eoſdem Philoſophos appellauit. Hinc grauiſſimus ille Tertullianus, vt qui Platonem iampridem adamauerat, demum hæreſum penum factum eſſe, quin dolens exclamaret, facere non potuit, à cuius lectione ſe deceptum eſſe Iuſtinus Martyr tandem conqueritur, quem Athanaſius, & ſi de uno uero Deo cogitabundum uiderit, Idololatrā detegit, & in Piręum cum Socrate deſcendentem hominis atte deformatam Dianam adoraturum manifeſtat. Quorum ſpiritum tumidum (de Platonicis Trinitarijs eſt ſermo) & humani appetitorem fauoris increpat Cyprianus. Sed & Zaitanus ille Aſſyrius ſimul cum anilibus Pherecidis fabulis, & Pythagoræ dogmatum hæreditaria ſucceſſione, Platonicam illius imitationem riſit, eiuſdemque ſuperbam, inſanamq; loquacitatem reijciendam monuit. Et cum Hermeas magniloquum eundem appel C let, an ipſum oneret quàm honoret uerius ex eiuſdem libri inſcriptione fit manifeſtum. Cuius ſequaces tanquam ipſi magis credentes, Chriſto non acquieſcentes, riſu (quamuis Sardonico) deridet Arnobius. Cuius cauſa Aeneas Gazęus cognomento Platonicus, cum tanquam non ubique eadem dicentem illum reprehendat, in Athenienſes demum indignatur, qui tam fabuloſa referenti, tam promptas aures porrexerint, quem ad ineptias & nugas deuolutum, ſanctus pater Theophilus Patriarcha Antiochenus appellat. Cuius libros criminis fontem eſſe, atque fomitem, & uirtutum omnium exterminiū monet Lactantius, à cuius lectione vniuerſam deceptionem tum circa hæreſim, tum circa eloquium Secundianis accidiſſe animaduertit Epiphanius. Et in Platone innumerabilia eſſe, quæ reprehendi poſſint, confitetur Euſebius; Quē Platonem Hieronymus ſtultum appellat. Et cum tot inſulſa dogmata ſuis dialogis D inſeruiſſet, eundem terraceam, ac limoſam aquam lucido ueterum prophetarum fonti permiſcuiſſe Theodoretus indignatur; Eius autem libros imperitiæ fontes appellat Cyrillus, quem multa nugari ſolitum increpauit Chryſoſtomus, cuius facundiam, & Ariſtotelis artificium uelut Aegyptias plagas in Eccleſiam Dei irrepſiſſe ægerrimè tulit Nazianzenus; Nec præterit me ad hoc (veluti in Platonem) Concilium Sanctos Patres conuocare conantem à D. Auguſtino initium facere oportuiſſe, ſed paſſus ſum ipſum omninò exemplo præcurri, quipe qui ob recantationis modum omnibus ſimul eſſet anteferendus, hic enim in aureis illis Retractationum libris, & ingenuo homine & Philoſopho, immò verò ſancto heroe dignis, omnem illam Platonis à ſe falſo aſſertam ſapientiam, doctrinam, diuinitatem, vbique ſuorum operum decantatam, ita recantauit, vt laudem ipſam, qua Platonem, vel Platonicos ſeu Academicos E Philoſophos tantum extulerit, quantum impios homines non oportuit non immerito ſibi diſplicuiſſe dolens, atque pœnitens confiteretur, præſertim quorum contra errores magnos defendendam eſſe Chriſtianam doctrinam animaduertiſſet.

Lib. 3. Stromatum. — *Lib. 6. cont. Celſum.* — *Hom. 4. ſuper Exodi. c. 7. In colloqu. cum Proph. Iud.* — *In oratione contra idola.* — *In lib. de ſpiritu ſancto.* — *In oratio. q nihil eorum, quibus Græci gloriantur ſtudiorum apud ipſos natura, ſed omnia à Barbaris inuenta ſint.* — *In lib. de Gentilium Philoſoph. irriſione.* — *2. contra gentes.* — *In dialogo q. Theoph. inſcribitur ſiue de animæ immortalitate, et reſurrectione.* — *Lib. 3. contra Chriſtianæ religionis calūniatores ad Autolycum.* — *Lib. 3. Diu. inſtit. c. 22.* — *Cōtra hæreſes lib. 2. to. 3. Ge. 32.* — *De præparatione Euange. c. 13. lib. 13.* — *In Epiſto. ad Heliod. lib. 2.* — *Græ. affectuū, q & de principijs inſcribitur Contra Iulia. lib. 1.* — *In act. Apoſt.* — *2. Orat. 26.*

Platonis interpretes quinam, & quales. Cap. X.

SCio autem Marſilium Ficinum epiſtola duodecima primi Epiſtolarum ſuarum libri laudaſse Platonis Interpretes, Virum, de quo quid ſentiendum ſit, paullò poſt attingam. At quoniam in iis, ac præſertim in Ethnicis, cautio perdiligēs adhibenda eſt, ne, quod D. Gregorius Nazianzenus monet de rationo diſſerendi, ecc

num vnguento miſceatur, propterea, & quid de iiſdem interpretibus D. Augustinus ſenſit adſcribam, & catalogum eorum non ſine aliquo iudicio præſtantium Philoſophorum adtexam. A

Platonis igitur doctrinam non ita ſemper ab eius ſectatoribus fuiſſe explicatam, quin vel eam labefactauerint, vel cœnoſiorem reddiderint, vel adeò improbauerint, extrà dubium eſt ijs, qui attentè eorum ſcripta verſarunt. Et quidem inter illos, qui ſuperioribus ſeculis vixêre, minus interdum peccaſſe Plotinus Platonicorum princeps Interpretum, Numenius, Iamblichus, & Amelius, Chriſtianam Theologiam potius æmulantes, quam reprobantes, ſunt viſi: licet etiam hi cautiſſimè legendi ſint; cum multa effutiuerint, quę à Diuino cultu mentes humanas (ni ſtent ſuper firma petra, quę CHRISTVS eſt) poſſint auertere; dũ pręter alia plura, cæleſtes etiam virtutes rebus elementaribus putarunt attrahi, atque adduci aduerſus Dæmones. Id, quod D. Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei octauo, & nono reprehendens, cum ſapienter tractauerit, omninò erit prælegendus. Expendit enim, quę Plato, Iamblichus, Plotinus, Apuleius, Porphyrius, & alij, vel obliquè, vel alia ratione diſſeruerunt, magnaſque cautiones vir ſapientiſſimus è pectore, tamquam è diuite penu depromit: In quo nemo quoque non intelliget, quàm verum ſit illud Apoſtoli; B

Rom. 8. *Diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum*. Quamuis enim aliquando, mirificè affectus ille fuerit erga Platonem, non minus, quàm poſt multa ſecula fuerit S. Thomas Aquinas erga Ariſtotelem, quoniam tamen uterque ad Deum, qui Pater eſt luminum, rectà collineabat, caſtitateque, & fuga ſordidarum rerum, cæleſtibus meditationibus vacantes, intra cancellos Diuini timoris, fideique Catholicæ ſeſe continebant, ideo nequaquam oppreſſi ſunt à gloria, quippe qui cultores, non autem ſcrutatores erant Diuinæ Maieſtatis. At alijs, qui falſa non ſecreuerunt à ueris, & extra chorum (quemadmodũ eſt in prouerbio) ſaltarunt, iuſtiſſimè Deus permiſit, vt ſibi ipſis foueam foderent, in quam corruerunt. Quod ſanè mirandum non eſt, cum etiam Hæretici, quibus dum Catholici eſſent, Chriſti Domini lux illuceſcebat, & ipſi quoque Iudæi, qui continenter Diuinas literas tractant, pleraque uera dicere eatenus permittuntur, quatenus per Orthodoxæ fidei tramitem incedunt: à quo vbi declinant, per teterrimos quoſque errores hac illhac aberrant.

Prou. 25. C

Catalogus Interpretum Platonis. *Cap. XI.*

Alanus de rerum natura.

Alchindus Epitome diſcipulorum Platonis, ſi non & idem, qui de mutationibus aëris. D

Alcinous, qui ſcripſit Iſagogem in Platonem, quam Dionyſius Lambinus à ſe accuratiùs, quàm antea fuiſſet ab alijs factum, è Græco verſam ſcholijs illuſtrauit, ſed non tantus hic libellus eſt, aut ad eam normam ſcriptus (licet rudioribus aliquam pręſetat lucem de doctrina Platonis) vt id quod nos & quærere, ac prænoſſe de eodem Platone debemus, omninò ſuppeditet.

Alexander Aphrodiſienſis.

Alexander Macedo de Mirabilibus Indiæ.

Algazel.

Alpharabius. E

Amelius.

Ammonius.

L. Apuleius, cuius ſunt, liber Floridorum De Deo, Socratis Apologia. De dogmate Platonis. De Mundo ab eo verſus, qui falsò Ariſtoteli tribuitur. Aſclepius Triſmegiſti ab eo verſus, præter librum, qui de Aſino aureo, ſiue Metamorphoſeos inſcribitur.

Ariſtoteles paſſim quidem in ſuis libris ſiue rectè, ſiue apertè. Neque uerò illius eſt, quæ illi tribuitur, & inſcribitur, Ariſtotelis Theologia, ſiue myſtica Philoſophia ſecundum Aegyptios: Ex qua Platonis fautores aliqui ad eum tutandum, ſicuti & ex libro de Cauſis, qui eidè Ariſtoteli aſcribitur, pręſidia ſibi, ſed falſa deſumunt.

Artemi-

A Artemidorus.

Auctor de Cauſis.

Auerroes in Rempublicam Platonis.

Auguſtinus Steuchus de Perenni Philoſophia, & alibi, ac præcipuè Commentarijs, quibus Platonicorum ſententias indiſquiſitionem vocat. At quid in tanto viro obſeruandum ſit, nos in Apparatu Sacro diximus in veri. Marſilius Ficinus.

Auguſtinus *Ptrus* de motu octauæ ſphæræ, vbi Platonica,& Philoſophica quędā.

Auicenna.

Beſſarion Cardinalis in Calumniatorem Platonis. Intelligit autem Georgium Trapezuntium, quem immeritò ita nominatum à Beſſarione, Io. Baptiſta Criſpus Diſtrib. 1. lib. 11. ſui Quinarij primi oſtendit. Qui & Beſſarionem deinceps, ac pluribus in locis redarguit, tanquam nimis *ſenſui* addictum, dum Platonem intellectualem eſſe tuetur: eiuſque interpretationes de migratione euertit, Diſtrib. 3. lib. 1. primi Quinarij. Quemadmodum & facit, vbi Platonem excuſat, initio libri 12. Diſtrib. 2. quem Platonem Saluianus Maſſilienſis in libro de Gubernatione Dei, lupanar feciſſe in mundo rectè dixit.

Blemmidas.

Boethi Lexicon vocum Platoniacrum apud Photium in eius Bibliotheca.

Boetius, quem vide in extremo Perihermenias libro.

Cælius Rhodiginus aliquibus in locis, ſed vt erat eruditior, quam in uera Philoſophia, & Theologia profundior, mirum non eſt, ſi cum alijs in Platone hallucinetur.

Chalcidius in Thimæum Platonis.

C Chryſoſtomus Iauellus, qui moralem præſertim & politicam Philoſophiam ita redegit in ordinem, vt facilè percipi, ac ſecerni ab erroribus poſſit.

Cicero in quæſtionibus Academicis, & reliquis libris quos de Philoſophia conſcripſit.

Collectanea ex Procli Theologia.

Collectanea Theologiæ Orphicæ.

Collectanea Theologiæ Triſmegiſticæ.

Conſtantinus Hietorius Brixienſis De myſtica Theologia aduerſus Platonicos. Vide in Apparatu noſtro Sacro.

Damaſcius.

Dexippus.

D Differentiæ Ariſtotelis, & Platonis.

Diogenes Laertius qui uitam Platonis ſcripſit.

Nam libri de Philoſophorum placitis non extant.

Dionyſium autem Areopagitam, qui Platonicū faciunt, toto cælo errant; nā etſi dū eſſet Gentilis Platonica dogmata vir Athenienſis callere optimè potuit, ea tamē procul à ſe, atque à veri luminis participibus ablegauit eminētiſſima illa, & uera Philoſophia, ſiue potius Theologia, quam nobis reliquit: mirandum ut non ſit, ſi Platonis dogmatum prauitatem cum alibi paſſim, tum in libro de Diuinis nominibus ab eo fuiſſe improbatam, (ſuppreſſo Platonis nomine) ex ijs verbis cernatur, quæ ſic habent: Nunc autem nobis laudanda eſt æterna uita, ex qua ipſa vita, omniſque uita pendet, & à qua in omnia, quæ qualemcumque uitam degunt, vita pro modo cuiuſ-
E que diffunditur. Etenim immortalium Angelorum vita, & immortalitas æternuſque Angelorum motus, qui ab omni interitu ſolutus eſt, ac libet, tum ex ea, tum per eam, & eſt, & cohæret. Itaque viuere ſemper, immortaleſque dicuntur, ruſuſque non immortales, quod non à ſe immortalitatem; æternamque uitam habent, ſed à cauſa uitali, & quæ uitam omnem efficit, ac continet. Atque, vt id, quod eſt, dicebamus ipſius ſtatus eſſe æternitatem, ſic hoc loco rurſus vitam, vita omni ſuperiorem diuinamque uitam ipſius uitę uitalem cauſam eſſe dicimus, & quæ facit ut cohæreat. vita etiam omnis, vitaliſque motus à vita, quæ uitam omnem ſuperat, & omne totius uitæ principium, proficiſcitur. Ab eadem quoque animi immortalitatem habent, animantiaque omnia, & quæ ſtirpibus nituntur ab *extremo* vitæ ſpiritu uitam

habent,

habent, qua ſublata, vt ſcripta Diuina tradunt, vita omnis tollitur, & ad quam, ſi A
ea etiam, quæ eius communionis imbecillitate deſierunt, conuertantur, reuiuiſcunt. At primum quidem Vita ipſa, & vniuerſæ vitę, dat, vt ſit vita, & vnicuique, vt ſit pro modo ſuo, quod vt ſit, vim habet à natura, cæleſtibus etiam uitis materiæ expertem diuinam, immutabilem concedit, & ſempiternum *murum* ab omni errore, inflexioneque liberam, atque ad Dæmonum etiam vitam pro ſingulari ſua benignitate pertinet. Neque enim illa vt ſit, atque permaneat, ab alia cauſa, niſi ab ea, habet.

Empedocles.

Epictetus.

Euſtratius.

Excerpta ex Procli commentarijs in Cratylum Platonis.

Franciſcus Patricius de Republica. B

Franciſcus Diacæus Cataneus.

Gabriel Buratellus de Ideis, de Ente, & Vno, de Animę natura, & definitione, de reminiſcentiam. An viſio fiat extra mittendo, de Hominis felicitate, de Mundi æternitate, de Tempore, de rerum omnium communitate, de Materia, & Priuatione.

Galenus.

Georgius Gemiſtus Pletho, qui de virtutibus.

Georgius Pachimerius.

Georgius interpres Syneſij de Inſomnijs.

Georgius Trapezuntius de comparatione Ariſtotelis cùm Platone.

Heraclitus.

Hermeas in Platonis Phædum. C

Hierocles.

Iacobus Carpentarius, de quo quid dixerit Io. Baptiſta Criſpus in primo ſuo Quinatio, Diſtrib. I I. lib. V I I. cupio à cordatis lectoribus legi. Is enim (inquit) ideſt Carpentarius Alcinoi caput 17. exponens, immò uerò impugnans, tam iniuſtè incontrariam partem abijt, & ſpecies pro facultatibus ſumit, quam negligenter in Platonis verbis exponendis vni Ficino fidem adibet, qui potius, quid rectè ſentiendum, ex naturæ, quam ex Platonis fundamentis ubique oſtendit, vnde ſepenumero factum eſt, vt pueriliter ſe ipſum primum, deinde complurimos in Platone interpretando deluſerit. Hæc Criſpus, qui & poſtea eadem pagina de eodem Carpentario agit.

Iacobus Mozonius Cæſenas primum librum anno ſuperiore edidit, quem in vniuerſam Platonis, & Ariſtotelis Philoſophiam præludia, ſiue de Comparatione Pla- D
tonis, & Ariſtotelis inſcripſit; cuius comparationis ſenſum intelligi cupit non ſolum utriuſque Philoſophi decretorum cognitionem, rerum etiam, liberum animi Iudiciũ, quod ille (inquit) modo huius, modo alterius ſecundum ueritatis amuſſim patrocinium ſuſcipiat. Ex iſta enim ait vtriuſque Philoſophi decretorum comparatione, quaſique mutua colliſione veritatis ſcintillæ crebriores proſilient, & erũpent, quidquid de huiuſmodi videatur interdum ſecus ſenſiſſe D. Thomas. Et hæc quidem Iacobus Mazonius uir & Piloſophus, & Philoſophiæ in Piſano Gymnaſio Profeſſor, de quo poſtea ſumus locuturi, vbi de interpretibus Ariſtotelis agemus.

Iamblichus, qui de Myſterijs Aegyptiorum, Chaldæorum, & Aſſyriorum, quem Marſilius Ficinus uertit.

Incertus de ſignis aquarum. E

Ioannes Baptiſta Bernardus; qui ſeminarium Platonicæ ſimul, & Peripateticæ Philoſophiæ edidit, vniuerſam Philoſophiam per ordinem, locoſque diſponens, rei nempè cuiuſque qua de agitur propoſitiones, mox diuiſiones, deinde definitiones, mox cauſas, & ortus, ac, cum opus eſt, Platonis, aut Platonicorum ſententias ſubtexens. Cui operi ſiquis addiderit, quam Theologi, & Eccleſia de pleriſque ſtatuit, magnum & Profeſſoribus, & eorum Auditoribus præſidium afferet, ut ex ijs labyrinthis ſecuri euadant.

Ioan. Baptiſta Criſpus, cuius libri de Philoſophis, cautè legendis, quoniam, optimi ſunt, eorumque vſus magno Reipub. Chriſtianæ bono, in omnibus Aca-

demijs

A demijs eſſet vſurpandus, propterea de ijs peculiari capite agemus.

Ioannes Franciſcus Picus, cuius libri digniſſimi ſunt, quos quilibet veritatis amator non ſolum perlegat, ſed animo inſculpar. ij verò ſunt.

De ſtudio humanæ, ac Diuinæ Philoſophiæ.

Defenſio de Vno, & Ente. De Imaginatione.

De appetitu primæ materiæ. De Elementis.

De Imitatione. De rerum prænotione. Examen Vanitatis doctrinæ gentium. Epiſtolæ.

Ioannes Grammaticus cognomento Philoponus, & quidem Chriſtianus, quamuis pro Platone interdum aduerſus Ariſtotelem depugnare conatus ſit, in argumento tamen nono contra Proclum particula tertia, tam multa reprehendit in Platone, B vt ſibi quiſque conſulturus ſit, cui Platonis lectio plus equo placuerit, ſi eundem Philoponum eo in loco decurrerit. Nam vbi de Platone loqui cępit, animaduertit, neque ſenectutis tempus in nuptijs ab eo ſeruatum fuiſſe, quin & procuratum, atque adeo iuſſum eſſe abortum, talemque fortè editum partum haud eſſe nutriendum, vt & liberorū cæde ſuos polluerit, (*Quæ enim* (inquit Philoponus) *in hac Vniuerſitate tam immanis eſt bellua, aut quæ tam humilis, & imbecilla, quæ ab ipſa natura, nullo doctore, non didicerit, libenter pro fœtu ſuo mortem oppetere?*) Quin & idem Philoponus vbi inuectus eſt in Platonem, communes vxores, & fortium ea in re ſolertiam tradentem, addit: *Sexcenta autem ſunt, & alia, in quibus Platonem à vero aberrauiſſe oſtendere poſſimus.*

Ioannes Picus, cuius vitam à fratris filio Ioan. Franciſco ſcriptam præſtat legiſſe, vit & alia pleraque ipſius, priuſquam pes inferatur in Platonis Academiam, ſiue Phi- C loſophiam.

Ioannis autem Serrani annotationes, & interpretationem in Opera Platonis non eſt quòd quiſquam legat, tum, quòd à ſancta Apoſtolica Sede in Clementis Octaui Indice prohibitus eſt, homo neque Philoſophus, nec Theologus, neque Catholicus, tum quòd antea quoq; Hiſpani Theologi in ſuo Expurgatorio notarunt, quę meram in eo hæreſim ſaperent.

Ioannis item Sturmij Patrocinium eaſdem ob cauſas reiectum eſt ab Eccleſia.

Leo Hebræus de Amore. Cuius audacem interpretationem, atque impudentem comparationem, ac ſuę interpretationis confutationem uide in Diſtribut. 2. lib. 10. primi Quinarij Io. Baptiſtæ Criſpi de Philoſophis cautè legendis.

Lucretius, de quo nos in libro de Poëtica.

D Lucius Apuleius. Vide ſuprà in voce Apuleius.

Macrobius, præcipuè in Somnium Scipionis à Cicerone confictum: de quo Macrobio, vide quæ Criſpus in ſuo Animario Platonico.

Magentinus.

Marcus Tullius. Vide Cicero.

Marſilius Ficinus, qui plura ſcripſit in Platonem, in Plotinum, ac de alijs plerisq; rebus, notatus eſt præcipuè à tribus, præter alios; ij fuere Ludouicus Viues. Michael Medina Theologus Hiſpanus. Io. Baptiſta Criſpus, cuius in eundem Ficinum expectamus, quas in ſuo Animario Platonico pollicitus eſt, Animaduerſiones. Et ſanè is ipſe Ficinus plura doctè, ac piè ſcripſit, ſed qui potius (vt cordatè Criſpus adnotauit) quid rectè ſentiendum ex naturæ, quàm ex Platonis fundamentis vbique oſten- E dit, vnde ſæpenumero ab ipſo factum eſt, ut pueriliter admodum ſeipſum primum, deinde complurimos in Platone interpretando deluſerit: ſiue quod pudeat ſui laboris in uno Ethnico exponendo, ſiue quòd ita ſentiar, fortaſſe D. Thomam imitatus, qui Ariſtotelis verba non rarò ad Eccleſiam, vel ad tolerabilem ſenſum trahit. Hęc Criſpus. At Michael Medina 2. libro de recta in Deum Fide. Marſilius Ficinus (inquit) alioqui vir doctus, non tantus eſt, vt Aſtrologiam de non Eſſe ad Eſſe edito libello proferar. Vtinam ille in Platonica Philoſophia enarranda non quædam excogitaſſet myſteria, quę merito doctioribus ſuperſtitioſa videntur. Vtinam ille aut cælum aſcendiſſet, aut nobis ex Platonis, & Plotini Sacrarijs, eius, quam docet, Aſtrologię rationes, & fundamenta eruiſſet, quæ neque cum natura, neque cum ratione, ne-

que

que cum Religione, vt eã, quę modo habemus, pugnarent. Hęc Medina. Certè A
quę Ficinus in libris de Vita Mundi, & in Apologia hoc de genere ſcripſit, eximi de-
berent, ac ſicubi alibi hoc ipſum attigit. Audio autem iam ſenem ſiue in Io. Franci-
ſci Pici gratiam, ſiue eius argumentis, & ſolidiſſimis rationibus perſuaſum, Aſtrologiã
iudiciariam, ſeu, quæ vocatur, Sideralis, reieciſſe; qua de re item in eius Epiſtolis quę-
dam forſan lector pius agnoſcet. Quod autem Ludouicus Viues eum Philoſopha-
ſtrum appellauerit, quodque cum Hermolai Barbari, Angeli Politiani, & aliorum,
quorum extant epiſtolæ dixerit, ijs ſe Ficinum admiſcuiſſe, vt oloribus gauiam, uo-
luiſſem Viuem meminiſſe ſuarum præceptionum, quas in cenſura ferenda de Auctori-
bus, tradidit in libro de corruptis diſciplinis. Plura enim ſunt in Marſilio Ficino di-
gna, quę legantur, vt ob alia illa, quę Criſpus, & Medina ſapienter animaduerterunt,
non ſint explodenda. Porrò Ficini habemus hęc opera. B

Argumenta in Vniuerſum Platonem, quem & Latinum fecit.

Theologiam naturalem libro unico. De intellectu, & intelligentia, lib. vno. In con-
uiuium Platonis, cuius libri initium eſt. Plato Philoſophorum pater. Epiſtolarum
complures libros. De triplici vita tres libros. Quorum Primus agit de ſanitate tuen-
da. Secundus de vita producenda. Tertius de vita cælitus comparanda Apologiam,
quę expurganda eſt. Antidotum Epidemiorum, & præſeruationem ſecundę valetu-
dinis. De voluptate librum vnum. De ſole, & lumine libros duos. Libellum de
Magis. Quod neceſſaria ſit ſecuritas, & tranquillitas animi. De Animorum immor-
talitate, & ęterna felicitate libros duodeuiginti ad Laurentium Medicem. Epiſtolam
Veritatis de inſtitutione Principis ad Cardinalem Riarium. Orationem Chriſtiani
gregis ad Sixtum Pont. Max. Declamatiunculam ad genus humanum de uitę inſtitu- C
tione. De officijs. Orationem Theologicam ad Deum. Diuum item Dionyſium
Areopagitam de myſtica Theologia, & de Diuinis nominibus in Latinum vertit, cum
commentarijs ad eum. Aeneę Platonici Theophraſtum Latinum fecit. Ex Athe-
nagoræ Philoſophi libro de Reſurrectione ſummam in duo capita redactam, vbi do-
cet è prouidentia, iuſtitiaque Diuina Reſurrectionem eſſe: quæ olim Baſileę prodie-
runt in lucem unà cum Aenea Platonico. Paraphraſes in Theophraſtum, & Priſcia-
num de Senſu, Phantaſia, Intellectu. Paraphraſes in Iamblichum de myſterijs Aegy-
ptiorum. Alcinoi Platonici uerſionem in Latinum. Pimandri item ex Mercurio Tri
megiſto. Plotinum quoque in quem & Commentaria conſcripſit.

Mercurius Triſmegiſtus, de quo nos in Apparatu Sacro fuſius: vt de ijs quoque qui
in eum, vel de illo ſcripſere. D

Marcus Antonius Natta de immortalitate animi.

Maximus Tyrius.

Michael Epheſius, ſi non & idem qui Pſellus.

Myſtica Aegyptiorum Philoſophia.

Nemeſius, ſi alius ſit à Nemeſio ſcholiaſte in Platonis Phædrum.

Numenius.

Ocellus.

Olympiodorus.

Orpheus.

Philo Iudæus: in quo quæ cauenda ſint intelliget prudens lector è paucis, quæ Io. E
Baptiſta Criſpus Diſtrib. 2. lib. 10. ſui primi Quinarij aduerſus eum ſcripſit, & nos in
Apparatu Sacro.

Philoſtratus, de quo vide Apparatum noſtrum ad hiſtorias.

Plato.

Plinius, de quo vide, quę ad calcem huius ipſius Apparatus ad Philoſophiam.

Plotinus, de quo Suidas, & Porphyrius in eius Vita, libros 54. in ſex Enneades
diuiſit. in quos Porphiryus, Euſtochius, & Proclus, qui non extant, ſcripſere. Marſi
lius autem Ficinus Commentaria, vt diximus, in eum ab ſe uerſum edidit. Sed tu-
tiora expectamus à Io. Baptiſta Criſpo, præter id quod de illo attigit varijs in locis
primi Quinarij ſui de Philoſophis cautè legendis. Interea uerò, ne quis Plotini aucto

ritate

A ritate omninò decipiatur, ſciat iſtiuſmodi hominum, cui Chriſti Domini fides haud illuxit, ingenia ſic à Satana fuiſſe ſpecie rerum ſublimium deluſa, ut & ipſis uſque ad mortem adſuetit. Nam & Plotino Porphyrius eius diſcipulus in uita ipſius ſcripſit, inquit, dum moriens diceret cuidam Euſtochio, equidem iam annitor, quod in nobis diuinum eſt, ad Diuinum ipſum, quod uiget in Vniuerſo redigere, Draconem ſub lecto Plotini pererrantem mox in parietis foramen ſe prorſus occuluiſſe.

Plutarchus de genitura in Timæum Platonis.

De Quæſtionibus Platonicis.

De Socratis Dęmone.

Porphyrius diſcipulus Amelij, diſcipuli, Plotini præceptor Iamblichi, de quo uide Suidam. Is uerò Porphyrius, quod aduerſus Chriſtianam Religionem, atque Impe-
B ratorem multas effutiſset blaſphemias, exilio multatus, & prohibiti eius libri. Quod uidetur affirmaſse Conſtantinus Imp. apud Socratem libro primo, capite ſexto in Edicto, quo libri Arij damnantur, ac ſectatores eius Ariani Porphyriani uocari iubentur: teſtificatione autem D. Hieronymi in Chronico liberatus eſt poſt triennium miſſo ad Conſtantinum inſigni uolumine; Ad quę reſpexiſse uidetur Eunapius Sardianus, dum ait Porphyrium iam ſenem nonnulla ſcripſiſse ijs contraria, quę prius ediderat; Videtur (inquit) extremam ſenectam attigiſſe, qua factum eſt, vt multas reliquerit obſeruationes libris prius ab ſe editis repugnantes, de quibus non poſſum aliter exiſtimare, quàm quod ætatis progreſſu ſententiam mutarit. Hæc Eunapius, licet Gentilis cum ante hæc verba fusè eſſet locutus de ætate eius, ac morte.

Priſcianus Lydus, qui in Theophraſtum de ſenſu, Phantaſia, & Intellectu Græ-
C cè ſcripſit.

Proclus, contra quem ſcripſit Ioannes Grammaticus, præſertim contra eius epicheremata, quibus ingenitum, & incorruptibilem eſſe Mundum contenderat.

Pſellus.

Ptolemæus.

Pythagoras, ſiue Pythagoriei.

Rabbi Moſes, cuius errores ex Aegidio Cardinali, vide ad finem Apparatus huius Philoſophici.

Sebaſtianus Foxius in Phædonem, & Rempublicam Platonis.

Seneca.

Simplicius, qui pręter alia, in Commentarijs de Anima laborauit, vt Platonis, &
D Ariſtotelis conſenſum oſtenderet. Vide Suidam in Damaſcio.

Sineſius, & eius interpretes de Somnijs.

Somniorum Interpretes.

Speuſippus.

Stephanus Combentius de aſcenſu hominis ad Deum.

Stoici.

Syrianus.

Teupoli Concluſiones Academiæ, in quibus laborauit Piccolhomineus, is, qui primariam Philoſophiæ cathedram Patauij diu tenuit.

Themiſtius.

E Theodorus Metochites.

Timæus Locrus de Anima Mundi, & Natura.

Timæi Lexicon, vocum Platonicarum apud Photium in ſua Bibliotheca.

Xenocrates de morte.

Syſtus Pythagoricus.

Zoroaſter.

Zoroaſtri Magica.

Quinam conciliare Ariſtotelem cum Platone, vel attentarunt, vel polliciti ſunt. Cap. XII. A

AVguſtinus Stheucus Eugubinus, Symphorianus Camperius, Gabriel Buratellus in libro, quem in Platonis, & Ariſtotelis Symphoniam ſcripſit, Iacobus item Carpentarius, præter antiquiores, qui operam ſuam nauarunt in vtroque Philoſopho conciliando, quales fuere Ammonius, Philoponus in Ariſtotelis Vita, Simplicius, vt diximus, in Commentarijs de Anima, Boetius in extremo Perihermenias libro, & adeo ipſe Porphyrius, niſi quòd huius ſeptem hac de re libri nõ extant, quod ſciam. Mitto, quid Io. Picus Mirandulanus pollicitus eſt ſe præſtiturum, quod tamen in ipſo ætatis flore moriens haud præſtitit. Quin & Iacobus Mazonius indoluit, ſe in feruore iuuenili Theſes emiſiſſe, in quibus Platonem cum Ariſtotele conſentientem tueri ſe promiſerat; de quo etiam quattæ tractationis huius operis capite ſecundo. B

Io. Baptiſtæ Criſpi iudicium de Platone ab optimis quibuſque, ac verè doctis magni faciendum. Cap. XIII.

AT denique maximo Philoſophiam profitentium bono Ioannes Baptiſta Criſpus Gallipolitanus, Opus (quem nõ ſemel ſuprà citauimus) inſigne edidit Romæ anno 1594. de Ethnicis Philoſophis cautè legendis, quod Quinarium primum Diſputationum ex proprijs cuiuſque principijs inſcripſit. Eo autem Platonis complures errores, neque eius tantum, ſed & Platonicorum atque aliorum indicat, & ſolidis argumentis euertit. Quas autem cautionum leges, & cautiones affert, eas accerrimi uie iudicij certiſſimas eruit ex vera Philoſophia, ex Diuina ſcriptura, & Synodorum legitimarum, Sanctorum Patrum, & Theologorum, qui eximij fuere Philoſophi, ſchola. Vt certè & Philoſophorũ, qui non rectè Philoſophati ſunt C erroribus aperiendis, & veritati, ſi qua in ijs eſt, aſtruendæ, futuræ ſint eædem cautiones vtiliſſimæ. Porrò in eo opere de Platone hæc expendit, & confutat. Quòd dixerit Animam eſſe omnium rerum antiquiſſimam; & in rerum productarũ numero Reminiſcentiam aſſeruerit. Quòd de Animæ generatione, vel æternitate nutauerit. Quòd pugnantia in Parmenide, in Sophiſta, in Theæteto plerumque ſenſerit. Quod Mundum reuera producit. Quod dum Animum immortalem vult, ita loquitur, vt vel Deum interimat, vel Animum. Quod id, quod ſe mouet, modo ad vnum, modo ad infinita deducit. Quod non probauerit Animam à ſe moueri. Quod Deo interdum carere videtur. Quod prouidentiã non inuenit. Quòd hallucinatus ſit ex Cabaliſticis. Quòd pro anima Deum prouidentem conſtituat. Quod emanationẽ æternam à Deo tollat, eandemq; neceſſariò agentem faciat, & in Materia. Quod Poëtis fabulandi ma- D teriã ſubminiſtret. Quod ſuis verbis conuincatur de penali animorum deſcenſu. Quòd nõ rarò Poëta ſit in ſuis Dialogis. Quod deceptus ſit, vbi de animaliũ generatiõe putauit ſe eſſe ſabuloſum. Quod dum veriorem ſenſum tangere cupit, moralẽ generationẽ uix bene ex Pythagoræ doctrinã exceptã inſeruit, quodq; & ſi naturalem inſpexit generationẽ, inde tamẽ aufugere nõ potuit, quin caderet in migrationẽ: eamq; incertã referret. Quod tũ pręcipuè cauendus eſt eum pijs dogmatibus magis ridetur eſſe ſimilis. Quòd errantia ſidera nõ rectè cognouerit. Quod de fęminę generatione pugnãtia loquatur. Quòd in quinto de Republica libro nõ ſolũ inſanierit, verũ etiã ſibi inſaniẽti indulſerit. Quod ab Ariſtotele circa mulierũ ſtudia reprehẽſus ſit. Quod nulli Religioni ex Beſſarione adſeriptus ſit. Quod uiuens teprehenſus ſit ob legem latam de vxorum cõmunitate. Quod Homeri Carminibus condemnari poſſit impietatis. Quòd Timæi Locri verba, vel adulterauerit, vel non intellexerit. Quod à Naturali diſputatione ad Morales tranſeat. Quòd illuſtrius delirauerit, cum æternitatem, & tẽporaneam generationẽ, & ordinem inculcat productarum ſpecierum. Quod prius ſibi contradixerit, quàm Ariſtoreles eundẽ impugnaret. Quod ſexcentis in locis reprehendi poſſit, ut inquit Ioannes Grammaticus. Quòd Platonis confuſio poſteriores ſubuertit. Quod impietas eius appateat de liberis occidendis. Sed & alia pleraq; ipſemet Criſpus accuratiſſimè expendit in Platone, vt fidenter, & verè fatear eſſe, quã quod maximè optandum, vt eũ Philoſophantes haud leuiter neq; per tranſennam verſent. Sic enim Reipublicę literarię, atq; adeo Chriſtianę magnum præſidium afferent. E

Iuditium

Inditium Photij de operibus Aeneſidemi Pyrhronij. *Cap. XIIII.*

AEneſidemi Pyrhronij octo libros legimus,in quibus ea mens Auctoris,illud-
que operis argumentum, quod nihil tuto, nihil certò ſcitur,& comprehen-
ditur,neque ſenſu,neque intellectu demonſtrare. Quapropter ſequitur etiã
neque Pyrhronios ipſos aliquid ſcite , neque ceteros rerum veritatem cognoſcere ;
ſed alios alijs Philoſophorum opinionibus operam nauantes, & ignorare omnia , &
ſeipſos fruſtrà cõterere,& perdere,ac moleſtijs detinere,& hoc ipſum ignorare,quod
nihil eorum,quorum notitiam aſſecuti ſibi vidẽtur ab ipſis perſpectũ eſt atq; compre
henſum. Qui verò iuxta Pyrhronis dogmata Philoſophantur circa alias felices exi-
ſtunt, & ſapientes ſunt, illud præcipuè ſcientes,quod nihil à ſeipſis certò cognitum
B eſt. Quæ autem ſciunt nihil magis affirmatione , an negatione ſciant intereſſe , quid
igitur tota libri diſceptatio & œconomia ſibi uelit,diximus. Scribit autem omnes o-
cto libros Aeneſidemus Lucio cuidam Tuberoni eiuſdem ſectæ homini Romano ge-
nere, & illuſtri viro, qui præclaris functus eſt adminiſtrationibus. Primo igitur libro ,
diſcrimen inter Pythtonios,& Academicos in medium afferens,parum abeſt quin ore
hæc fateatur ſuo, quod Academici quidem dogmatici ſunt, & nonnulla vt certa ſta-
tuunt, alia contra è medio tollunt, vt apertè falſa.

Pyrhronij verò dubitatui (vt ita dicamus) & ambigentes ſunt atque ab omni dog
mate ſoluti,& liberi,vt nullus illorũ omnium,neq; omnia comprehenſibilia,neq; in-
comprehẽſibilia vnquam dixerit,neq; magis talia quàm talia , neq; magis hæc quàm
hęc;vel ita quidem hęc,ita verò non hęc,neq; hoc pacto omnino exiſtere,illo verò pa
C cto minimè,neq; omnia cõmuniter aſſequi poſſe quenquã,vel horũ aliqua minus poſ-
ſe, neceſſe magis intelligibilia, quam minus intelligibilia, nec aliquando intelligibi-
lia,aliquando minimè,necnon neq; verum neq; falſum reperiri aſſerit, neq; veriſimi
le vel non veriſimile,neq; exiſtens,neq; non exiſtens ; Sed vnum & idem non magis
verũ quam falſum,vel veriſimile vel non veriſimile,vel exiſtens vel non exiſtens, vel
hoc quidem tale,illud verò nõ tale,vel hac via tale, illa, alia minus tale;nihil enim in
vniuerſali Pyrhronius determinat,neq; decernit : Sed ne hoc quidem cum nihil om-
nino ſtatuat. Sed cum non habeamus (inquit) auctor quomodo illud quod percipi-
mus,appellemus,hoc pacto illud tale vocamus. Academici verò (dicit ille) præcipuè
autem qui nunc vigent,& Stoicorum aliquando ducuntur opinionibus,& (ſi licet ve-
ra dicere) vidẽtur, quaſi Stoici cum Stoicis cõtendere. Secundo deinde libro de mul-
D tis rebus quędam dogmata ſtatuit; virtutem & inſipientiam introducit,& bonum,&
malum ſupponit; Veritatem etiam & mendacium,& tandem veriſimile & non ueri-
ſimile,exiſtens & non exiſtens, & alia multa certo affirmat. De intellectiua verò, &
comprehenſiua phãtaſia ſe contendere dicit , quapropter qui Pyrhronem ſequuntur,
dum nihil certi determinat,irreprehenſibiles illos fore aſſerit. Academicos verò eaſ-
dem pœnas daturos cum alijs. Et (quod maximum eſt) Pyrhronios de quauis re pro-
poſita diſputantes, amicè inter ſe conuenire,& nunquam inuicem contendere. Alios
verò Academicos contra,ſemper contendentes nunquã conuenire,ſimul enim pone-
re aliquid,& è medio tollere indubitanter,affirmare iterum aliquid communiter ſub-
ſiſtere & non ſubſtere,comprehenſibile eſſe,& minus comprehenſibile,hoc eſt aperto
ponere pugnam,& controuerſiam. Quomodo enim fieri poteſt,aliquem cognoſcere,
E & ſcire hoc quidem eſſe uerum,illud uerò falſum, & adhuc dubitare , & contendere,
& non apertè hoc eligere,& illud uitare? Si etenim ignoratur,quòd hoc eſt bonũ vel
malum,aut hoc falſum,illud uerum,& hoc exiſtens illud minus exiſtens,omninò fa-
tendum unumquodque incomprehenſibile eſſe. Sin autem apertè aliquid ſenſu uel
intellectu percipiatur,vnũquodq; percipi poſſe,eſt confitendum. Hęc igitur & alia hu
iuſmodi ſcribit Aeneſidemus, q̃d inter Pyrhronios & Academicos interſit declarã-
do: deinceps eode libro omnia Pyrhroniorũ inſtituta per capita breuiter declarat ,
vbi etiam quæ antea diximus,incipit aperire,& de ueris,& cauſis agit,de paſſionibus,
& motu,de generatione & interitu, circa hęc omnia incertitudinem,& incomprehen
ſibilitatem frequentibus (ut ipſe opinatur)Syllogiſmis & rationibus demonſtrando.

Tertio libro de motu,& ſenſu,& corũ proprietatibus, Similes etiam ab ipſo adducun- A
tur contradictiones,vt eo tandẽ deueniatur,nihil motu aut percipi vel intelligi poſſe.
Quarto libro ſigna ad res percipiendas nec eſſe, nec vllo pacto reperiri poſſe aſſerit,
quibus tanquam ex certis quibuſdam, res incertas comprehendere poſſimus; Sed po-
tius deceptos illos fuiſſe,qui eorum vſi ſunt argumentis,vano quodam ſtudio,& ani-
mi propenſione. Mouet autem (vt ſolet) quaſdam deinceps dubitationes de vniuer-
ſa rerum Natura,de Dijs etiam,nihil cognitione nos aſſequi poſſe,acriter contendẽs.
Rationes prætereà affert,quibus opinatur,illos ad hunc adductos fuiſſe errorẽ; docet
quoque vnde ortæ ſint dubitandi cauſæ,cur ita de illis ſenſerint,nihil ullius rei cauſã
eſſe contendens,quapropter deceptos eſſe illos ait,qui eorũ cauſſas ſe aſſignaſse credi-
derunt.Et hæc omnia quinto habentur libro.Sexto aũt libro,quænam ſint bona,quæ-
ve mala enumerat,quæve eligenda,& quæ uitanda,quæue præcedentia,& quæ minus B
talia:quam obrem ad eaſdem nos deducit Aeneſidemus contentioſas,& captioſas di-
ſputationes, pro virili à noſtra cognitione & ſenſu omnia remouens. Septimum ve-
rò librum, aduerſus virtutes inſtar aciei, illum armat & ſtruit,vanè & inutiliter feciſ-
ſe illos aſſerens,qui circa eas ſunt Philoſophati,& uarias de illis ſibi finxerunt opinio-
nes,ac eos à Philoſophorum numero ſegregat, quoniam ad virtutum contemplatio-
nem,& exercitationem ſe peruenißſe ſunt opinati. Octauo uerò & poſtremo libro in
ipſa operis concluſione,neque beatitudinem,neque voluptatem, neque ſapientiam,
neque finem rerum aliquem eſse tandem concedit. Sed nullum omninò finem eſse,
quem ſibi aliqua Philoſophorum familia proponit, quique ab omnibus adeò celebra-
tur, affirmat. Aeneſidemi itaque libri hoc pacto,& hoc ordine ſe habent.Quod ve-
rò vanitas ſit, vel uana quædam fabula eius ſtudium, & inſtitutum, Plato,& alij com- C
plures ante nos demonſtrarunt. Et quod neque dogmatis nomine iſta ſint digna,
id etiam omnibus ſatis apertum,quando quidem eas quas nunc habemus dogmaticas
ſpeculationes, è noſtro intellectu penitus delere ſtuduit. Opus quidem ipſum qui
Dialecticis declamationibus ſe exercent,non eſt inutile;dummodo iſta eorum menti
& intellectui minus inhæreant, & ita eorum iudicium deprauetur.

TRACTATIO TERTIA

QVA AGITVR, D

De Ariſtotelis Vita, Doctrina, Interpretibus,ac Verſoribus, vbi & de Methodo,
ac de cautionibus ad veram Philoſophiam cum pietate iungendam.

Quæ de Vita,moribus, & Doctrina Ariſtotelis ſunt dicta. Cap. I.

ARiſtotelem qui carpunt, aut etiam non iniuſtè reprehendunt, alij eius
Vitam, & mores; Doctrinam item alij notant. Vitam Diogenes
Laertius, Tertullianus, & cæteri, quod cum tanto vir haberetur in-
genio in ea tamen vitia ruerit, quæ famam, vitamque ipſam fœda-
uerint, ſi vera fuerint. *Ariſtoteles (inquit in Apologetico Tertullianus)* E
familiarem ſuum Hermiam turpiter loco excedere fecit. Idem tam tur-
piter Alexandro adulatur, quàm Plato à Dionyſio ventris gratia venditatur: quippe
Hermiam (ait Laertius) *Acarnenſium Tyrannum eunuchum prætextu familiaritatis*
interfecit: cuius criminis poſtea accuſatus ſeipſum aconito confecit. Licet alij dicant,
aſſidua meditatione, quæſtionem de admirandi vi, & natura Euripi, ſepties die,
ac nocte reciprocantis explicare non ualentem, uiribus, & uita deſtitutum in-
terijſſe: unde & illud à Platone dictum, cum ceteris Laertius affert: *Ariſtote-*
les in nos recalcitrat, non ſecus atque in matrem pulli, quos peperit. Contra non-
nulli, dolore ſimul ac ſpe in lacrymas aiunt profuſum, primæ cauſæ miſericordiam

Iuſtinus in Paręneſi ad Gentes Naz. oratione prima contra Iulianum.

Cælius ex a. lus, lib.9.c.8.

A attentius imploraſſe, dū moreretur: Vt hinc conſtare poſſit, quę in homine reſideret pietas; quam etiam exercuerit erga Pręceptorē ſuum Platonem, cui aram excitauerit, ſtatuamque dicauerit, in qua deſcriptum erat, *illum eſſe, quem probi omnes meritò deberent & imitari, & commendare*. Cum & primo de Moribus libro, ſe non arrogantię, aut contentionis cauſa, ſed veritatis ſtudio Platoni contradixiſſe aſſeruiſſet. *Cælius ex antiq. lib. 16. cap. 34. Ariſtot. lib. 1. Eth. c. 6.*

Doctrinā etiam Ariſtotelis non æquè omnes accipiunt: quippe ſuus cuique ſenſus, & vt ferè quiſque initio ſtudiorum nactus eſt Magiſtros, aut interpretes, ſic ſolet pronus eſſe ad arguendum, vel propenſus ad celebrandum Ariſtotelem. *Obiecta Ariſt. de eius doctrina.*

Qui arguunt, ij in viro agnoſcunt obſcuritatem, & (vt dicam) lubricitatem, atque vafriciem in eludendis ingenijs: timentem ſibi talionem redditum iri, ſi planius ſententiam ſuam explicuiſſet, quam momordiſſet in ceteris. Pugnantia quoque; Temeritatem denique in aſſerendis rebus incertiſſimis, ac non ſolùm fidei, ſed & luminis naturæ, ipſique rerum ueritati repugnantem. Neque verò hæc dixere aliqui duntaxat, qui Chriſtiani fuere Theologi, & ſapientes (ne hi pietatis zelo fortè iſta pronunciaſſe putarentur) verùm etiam Græci illi Interpretes, qui vt procul à fide, atque à vicinis ſeculis abfuere, ſic Peripatetici inſignes, ac proximi Ariſtotelis ſectatores habentur. Sanè Alexander Aphrodiſeus, ideo ſe Ariſtotelis ſententiam de æternitate Mūdi vnam ex omnibus aſt delegiſſe, quàm teneret, non quòd omniū ueriſſima, ſed quòd contradictioni minimè eſſet obnoxia. Et Themiſtius furori ſimile eſſe dixit, ſi quis ſperet, ſe ex Ariſtotelis ſcriptis ſententiam eius penitùs aſſecuturum. Sententijs igitur eſſe eum ambiguis, & in utrunque latus flexibilibus, ne quis etiam exiſteret, qui ipſius dicta laceraret: Ita ſemper cauiſſe, ne ulla uia ſibi præcluderetur, qua elabi nō poſſet: quin & ut quidquid dixiſſe videretur, integrum eſſet ei, qui illum tuendum ſuſcepiſſet, negare: præterea etiam in reddendis Naturæ cauſis, vbi paullò erāt apertius loquendum, operis titulo ademiſſe reprehenſionis anſam, inſcripto opere Problematum, vt iudicium videretur relinquere lectori liberum, admonitum modo à ſcriptore. Ad Alexandrum, ideò ſcripſiſſe, neminem Commentarios illos, quos Rex dolebat in vulgum emiſſos, intellecturum, niſi qui abs ſe domi audiuiſſet. Neque verò ſolùm in rebus, verum etiam in verbis obſcuritatem affectaſſe, & dicendi genere preſſiore, quàm ipſo Attico, vſum: vt plerunque nōn tam ſint eius uerba intelligenda, quā nutus, aſturam proinde ſepiam uocant (vt facit Themiſtius) Ariſtotelem, quòd ſuperba, & noua placita tam ſæpè attramenti effuſione tutetur, ne diſpici poſſit, aientibus ne faueat, an negantibus. *Themiſtius quid ſenſerit de Ariſt.* *Ariſtoteles vocatur ſepia.*

(Left margin letters: B, C, D)

Obiecta Ariſtoteli à Melchiore Cano non prorſus vera. Alij autem aduerſus Doctrinam Ariſtotelis quid adhuc ſcripſerint. Cap. II.

SEd & Melchior Canus, non (inquit) ut Ariſtotelem carpat, ſed quòd ab eo, tam quàm ab oraculo pendentes aliqui peſtifera in animos Chriſtianorum inſtillarunt, aliqua notar, quæ tamen omninò ueta non ſunt. Primus (inquit) locus, ubi contra ſcripturarum fidem erraſse Ariſtotelem exiſtimo, habetur de Somno, & uigilia: quo loco negat, Deum immittere ſomnia, redditque eius rei cauſam, quòd ſi Deus eorum eſset auctor, ſapientibus uel maximè, & his quidem uigilantibus, ea immitterentur. *Canus de locis commun. Theologicis lib. 10. c. 5.*

E At ij, qui defendunt Ariſtotelem aduerſus Canum, aiunt, eum loqui uniuersè, quia omnia ſomnia neget à Deo proficiſci, quod manifeſtum eſt ex illius argumentis, altero quidem in primo capite libri de Diuinatione per ſomnium (ut in libro quoque citando minus fidelis fuiſse Canus uideatur) propterea quòd quilibet homines, uel etiam peſſimi, ſomniant. Altero, in ſecundo capite, quoniam reliqua quoque animalia ſomniant: quibus credendum non eſt, Deum ſuppeditare ſomnia. Id uerò ſacris literis non ſolum non aduerſatur, ſed maximè potius conſentaneum eſt, nam pluribus in locis prohibent fidem ſomnijs adhibere, ut Leuit. 29. Deutet. 18. ſecundò Paralip. 33. Eccleſiaſtis quinto, Eccleſiaſtici 34. Iſaiæ 56. Ierem. 23. 27. 29. Quòd ſi à Deo, qui nec mentiri, nec fallere nos poteſt, perperuò eſsent, nimirum eſset illis ſemper fides adhibenda. Nōn ergo negauit Ariſtoteles, ſomnia interdum à Deo immitti; ſed *Reſponſio Somnia quanam in ſcripturis prohibeantur.*

ſed veriſſimè affirmauit, omnia ex eo fonte non manare; Primum illud fuiſſet falſũ, hoc poſterius eſt veriſſimum. Addit verò Canus. A

Alterum exemplum eſt in tractatu de Bona fortuna;vbi res fortuitas Diuinę gubernationi, ac directioni ſubtrahit; duobus argumentis perſuaſus. Vno,quòd res ſecundæ prauis obueniant,quorum Deum habere curam,non ſit uerofimile: Altero,quòd Deus potiùs dirigeret in effecta fortunæ homines ſapientes, cum contrà ferè videamus,imprudentiſſimos quoſque eſſe fortunatiſſimos: Hæc quidem Canus, quæ ſicubi Ariſtoteles pronunciauit,iuſtiſſima Cani accuſatio eſt. Veruntamen non extat,quod ſciamus, Tractatus iſte de Bona fortuna. Certè quæ in ſecundo Phyſicorum de fortuna diſputat, nil eiuſmodi habent.

2. Obiectio. Tractatus de bona fortuna inſcriptus Ariſtotelis non extat.

Tertia Cani obiectio, & ſolutio. *Cap. III.* B

TErtius locus (ſubdit Canus) eſt in libro primo de Cælo: vbi quidquid genitum eſſet, id corruptibile aſſeruit; nec incorruptibile quidquam, quod non eſſet ingenitum. Poſuerat verò ante omnia varias harum uocum ſignificationes, ne res verbi ignorantia clauderetur. Ratus itaque ſe aduerſus Platonem bonam habere cauſam, certamque proinde ſibi victoriam pollicitus, contra morem ſuũ non obſcurè, ſed quàm fieri potuit, apertè, docuit. Quidquid incoruptibile eſſet,id ingenitum eſſe, ac perpetuum, oportere, hoc eſt, nullo unquam modo incepiſſe, ſic enim vocem illam interpretatur.Qua ex re fieret,vt anima rationalis, aut corruptioni eſſet obnoxia, aut certè ingenita, & ſempiterna. Sed & ad hanc tertiam Cani accuſationem verentur docti licet viri,calumniam. Etenim dum in primo de Cælo,tex. 120. dixit Ariſtoteles,omne genitum eſſe corruptibile, loquebatur de generatione, non de creatione, quam nullam agnoſcit, vt intelligi poteſt tum ex alijs eius locis, tum ex textu 108. dum eãdem quæſtionem examinat textu item 111.112.113.114. vbi diſtinguens varias acceptiones terminorum, numquam ita accipit, vt poſſint ad creationem patere, ſed ſolùm ad modum incipiendi, & deſinendi naturali per generationem, & corruptionem. Proptereà etiam interpretatur in textu 111.& 115. quid poſſibile ſignificet, quid impoſſibile: & in textu 116.& 117. vnde ſpectanda ſit potentia tum agendi, tum patiendi, & in tex. 131.132.133.136. ex potentia interna ad eſſe vel non eſſe argumentatur aduerſus Platonem: quoniã in ijs, quæ gignũtur & corrũpuntur,vis agendi & patiẽdi ſpectatur; In creatione nulla eſt potẽtia patiendi. Accedit, quod ipſomet Cano conſentiente,eo loco aduerſus Platonem diſputabat, qui ita Mundum aſſerebat genitum, ut non ex nihilo creatum diceret, ſed ex præiacente materia formatum. Omne autem, quod ita eſt genitum, eſt item corruptibile, quia vt ex materia eſt factum, ita in eam poteſt diſſolui, habetque internũ ſaltem corruptionis principium. Non ergo inde Canus timere debebat animę noſtrę corruptionem; quoniam etiamſi ea inceperit eſſe,non tamen eſt genita,ſed creata: quem productionis modum etſi Ariſtoteles non agnouit,nouit tamen,eam ex poteſtate materię non gigni, proptereà quòd ex generatione eius, in qua organum corporis nihil habet commune, eam eſſe immaterialem intellexit: ita & extrinſecus ſecundo de generatione animalium capite tertio aduenire dixit, quamuis modum non aſſequeretur,& ideo poſſe poſt corpus manere incolumem,etſi ante corpus non fuit, 12. Metaphyſ.textu 17.non obſcurè indicauit. C D

Solutio. Omne genitũ per generationẽ nõ creatum, eſt corruptibile.

Ariſtoteles non agnouit creationem.

Anima rationalis nõ genita,ſed creata.

Anima humana ex Ariſtot.eſt immaterialis,& extrinſecus adueniens.

Quarta Cani obiectio, & ſolutio. *Cap. IIII.* E

QVuartus locus (ait Canus) eſt libro quinto,rurſumque 12.Metaph.quibus locis definit,Deum animal eſſe perpetuum & optimum. Vocat autem Deum communi nomine ſubſtantiam quamcunque cæleſtem, & diuinam. Nam poſt hæc incipit inquirere,num illa ſubſtantia ſempiterna, vna,an plures ſint. Atque eodem libro 12.conſentit,benè antiquos res illas præſtantiſſimas Deos appellaſſe.Ludit autem per amphibologiam. Nunc enim mentem ipſam Deum uocat;nunc Cælum, cuius Anima eſt mens,id quod libro etiam ſecundo de Cælo videre licet. Sed ne quis admiratus, quod cæleſtes ſubſtantias animalia hic Ariſtoteles nuncupet: nam veterũ

more

A more ſubſtantiam animatam, (ſiue anima ſenſitiua, ſiue intellectiuà ſit) uocat animal: Itaque arbitratur Deum illum unum Principem, ceterorum extremo cælo affixum, per ſe mouere ipſum, quomodo ceteræ mentes ſuum orbem mouent, ſuntque Ariſtoteli ipſorũ orbium animæ; ut & B. Thomas 2. contra Gentes, cap. 70. admittit. Nec Ariſtoteles aut 8. Phyſ. aut 12. Metaphyſ. hominis intelligentiam ad aliud principium reuocat, quàm ad illam primam mentem, quæ ui ſempiterna primum mobile ciet. Hæc Canus. Verum enimuerò in hac quarta accuſatione iuſtiùs Ariſtotelē accuſaſſet, quòd in 8. Phyſicor. Deũ feciſſet immediatum motorem primi mobilis: hoc. n. graue fuit illius peccatum, ex eo tamen profectum, quòd non alias ſubſtantias abſtractas admittendas putauit, quàm quæ ex motu concluderentur. Nam quòd in 12. Metaphyſ. Deum appellauerit animal, non adeo graue eſt, ſi certè intelligatur, vel quod B cælum ſimul cum intelligentia ſumptum, ſubſtantia eſt animata; vel ſi Deus ipſe ſolus intelligatur, animal dici poteſt, hoc eſt viuens. Et verò veriſſimum quoque eſt, in Deo eſſe vitam, Deumque viuere. Quem ſenſum licet ex tex. 100. primi libri de Cælo colligere; vbi intelligentias, quæ ſunt ſupra cælum, ait optimam ibi vitam degere.

Solutio: | Ariſtotelis error: putantis Deum eſſe ſupremi orbis motorem. | Deus quomodo dici poſſit animal. | Intelligentię quæ ſunt ſupra cælum optimam uitā degunt. Tex. 78.

Quinta obiectio Cani. *Cap. V.*

QVintus locus (inquit Canus) eſt eodem quoque libro, vbi ſubſtantijs intellectualibus cælorum motricibus virtutem tribuit infinitam, quòd infinito tempore moueant. Sic quidem ille: qui ex textibus 78. 79. & 80. octaui Phyſic. & 41. duodecimi Metaphyſices iſta infert, quaſi voluerit Ariſtoteles, omnes intelligen C tias eſſe infinitæ virtutis. Sed ſumma contentione inuicem Interpretes errant, num de infinitate virtutis, an de illa, quæ durationis eſt, ijs agat in locis. Videlicet probare propoſuerat, Primum motorem, & reliquas ſubſtantias cælorum motrices eſſe à materia abſtractas. Probatio erat; ſi eſſent formæ in materia; vel eſſent in materia finita, vel infinita. Infinita non datur: ſi ergo ſint in ea, quæ finita ſit; vel eſſent virtutis finitæ, vel infinitæ, ſi finitam haberent virtutem, non mouerent æterno tempore, ſi infinitam, mouerent in non tempore; ergo nullo modo ſunt formæ in materia. Ex hac demonſtratione, vnde nam habetur virtus infinita? potiùs habetur finita. nam licet ſint formæ abſtractæ, cum tamen moueant naturaliter, & neceſſariò, mouerent in non tempore, vel certè poſſent mouere; ſin fortè concedas eſſe agentia libera, immò magis D quàm ſi eſſent in materia, quia nihil repaterentur, & ideo expeditiùs mouerent. Mitto plurima loca, ex quibus non reliquas modò intelligentias, ſed Deum quoque colligitur cum effeciſſe virtutis finitæ. Sanè in 2. de cælo à textu 36. ad 40. motum cæli oſtendit ita eſſe uniformē, ut neq; ex parte mouentis, neque ex parte mobilis poſſit eſſe velocior, aut tardior: at virtus infinita poſset multò velocius, immò in inſtanti, mouere. A textu verò 67. & deinceps, eam ponit inter motores orbium, & ipſos orbes pro portione, ut in textu 71. iuxta verſionem (præſertim Commentatoris) dicat vel vnica ſtella addita cuipiam orbi, vltimum orbem fore in labore, vt inferiores orbes raperet. Ac demum in 12. Metaphyſ. textu 44. ordinem, nobilitatem, & virtutem motricem intelligentiarum, vult totum peti ex ordine, & mobilitate orbium, quos mouere debēt, ut tantam omnino habeat unaquęque uirtutem, quanta orbi mouendo eſt ne- E ceſsaria. Neque in ea demonſtratione, quæ obijcitur ex ſempiterno motu probatur virtus infinita, ſed immaterialitas, imparribilitas, incorporeitas, & abſtractio à materia, ut apparet ex tex. 86. octaui libri Phyſ. Huiuſmodi autem uirtus abſtracta poteſt infinito tempore mouere, quamuis ſit finita: quoniam mouendo non mouetur per accidens, nec repatitur, & ideò non fatigatur, ut in tex. 52. anteà deduxerat.

Solutio. | Deus apud Ariſ. finitę uirtutis eſt.

Sexta obiectio Cani. *Cap. VI.*

SExtus locus (ait Canus) eodem etiam libro, vbi (ut mihi quidem (inquit) uidetur) Dei prouidentiam, præmiaque, & ſupplicia, quæ probos & improbos in futura uita manent, fabulas eſse ſignificauit, gratia uulgi continendi in officio

confi-

Aliorum obiectio aduerſus Canum. *Cap. VII.*

A Atqui pernicioſiſſimum alij eſſe addunt, quod Ariſtoteles dixerit, nihil immutari, variarive in natura: Monſtraque vnius ipſius materiæ defectu contingere: quo ſanè tolluntur opera omnia Dei mirabilia prærerita, futura, quęq. ſiue eòntra, ſiue præter naturam accidunt: quanquam, & ſecum ipſe Ariſtoteles pugna uerit, qui librum ſcripſerit θαυμασῶν ἀκουσμάτων hoc eſt de auditionibus admirabilibus, quibus fatetur, Terram tamquam grauiorem debuiſſe omninò aquis contegi, ſed partem extitiſſe retectam, ob animantium terreſtrium vitam, & aereorum. Quæ ſanè hominis confeſſio Diuinam (velit nolit) teſtatur omnipotentem prouidentiam; quæ eum terram ſuper aquis fundauerit, poſuit terminos aquis, ne tranſirent termi-
B nos ſuos; vt Diuina Diuinitus habet Scriptura. Nam etſi plerumque in maris profundo ſubſidat terra, cùm tamen naucleri altiùs ad Oceanum euehuntur, nihil iam terræ iacto bolide inueniunt, ſed cernunt ad maris marginem Oceanum ipſum quaſi elatũ montem. Hæc igitur illi: Vt alia pleraque taceam, quæ Cardinales Alliacenſis, Beſſarion, & reliqui aduerſus Ariſtotelem diſputarunt.

Pſ. 103. Prou. 8.

Alliacenſis, & Beſſarion ſcripſere aduerſus Ariſt.

Ariſtotelis Philoſophiæ patroni quid pro Ariſtotele dicant. *Cap. VIII.*

Caeterum qui Ariſtotelis ſolent eſſe patroni, fatentur quidem, eum ſæpenumero obſcurè, aut ambiguè locutum; ſed ijs tantùm in locis id feciſſe, in quib. non ſatis compertum habebat, quid ſtatuendum eſſet, quid ve ijs, quæ ipſi contra occurrebant, reſpondendum videretur. Quod ideo (inquiunt) videtur feciſ-
C ſe, vt occaſionem alijs daret eiuſmodi res meliùs diſcutiendi, ſimulque eorum declinaret reprehenſionem, quam homo cautus, & minimè contemptor gloriæ metuebat. Neq; verò calumniæ vitij arguendũ eſſe Ariſt. quod ſæpè non ad ſenſum aliorũ, ſed ad verba argumentetur: id. n. facere quoniã illorũ philoſophandi rationem non probat, qui ſibi ſolis loquũtur, vt ipſe ſcribit lib. 3. Metaphyſ. & fabularum, ænigmatũve integumẽtis, aut dictionis obſcuritate & inſolentia (vt paullò ante dictũ eſt) Philoſophię veritatem occultant. quod tribus de cauſis non videtur faciendum. Vna, quia Philoſophiæ munus eſt quærere cauſas patentium effectorum, vt ipſe docuit prin. o lib. Metaphyſicorum. Vnde fit, vt quemadmodum effecta ſunt manifeſta; ita etiam cauſæ manifeſtè tradendę ſint. Altera, quia in Philoſophia non alia veritas quæritur, quã
D quæ per ſe nota eſt, aut ex per ſe notis deducitur: ſiquidem in his poſita eſt omnis perfecta cognitio, ad quam naturale ſciendi deſiderium adſpirat. Tertia; quia occultatio veritatis ſub tegumentis fabularum, & ænigmatum, dictionisque obſcuritate, nihil aliud eſt, quàm occaſio errorum, aliter atque aliter interpretantium: quæ præberi non debet à Philoſopho, cuius finis eſt ueri cognitio, & boni adeptio. His de cauſis conſueuiſſe Ariſtotelem refellere multorum Philoſophorum dicta, non quòd in ſententias eorum inuehatur, quæ magna ex parte fuerunt ſanæ, aut ſaltem longè probabiliores, quàm ut ipſe eas interpreretur: ſed quia ut ipſi diſplicet ea philoſophandi ratio, ſic operæpretium ducit illam è Philoſophorum ſcholis explodere.

Ariſt. cur obſcurè & ambiguę loquutus ſit.

Euſtrat. 1. Ethic. cap. 6. & 8. Tho. 3. Metaph. lect. 11. & 1. de cælo, lec. 22. & 1. de anima, lect. 8. & alibi ſæpè.

Ariſt. 3. Metaphyſ. c. 4. tex. 15.

Ariſtot. 2. lib. Metaph. c. 7. text. 44.

2. Metaph ca. 1. tex. 3.

Addunt, non ſolùm de naturalibus, uerùm etiam de Diuinis rebus plura ſcripſiſſe Ariſtotelem, quæ ſi errarent, neque uerò inrerijſſent, dilucidè uiri doctrinam, & piam, & reconditiorem quàm umquam cereri antea præſtitiſſent, cerneremus? Nam-
E que (aiunt) ut Laertius refert, ſcripſiſſe Ariſtotelẽ plures alios libros de Philoſophia, qui ad nos non peruenerunt. Cicero in primo libro de Natura Deorum, quædam de Diuinis rebus citat ex Ariſtotele in tertio libro, de Philoſophia, quæ in libris Metaphyſicorum non habentur. In ſecundo etiam libro utitur argumento Ariſtotelis ad Diuinam Prouidentiam confirmandam; quod in libris, qui extant, non legitur. Euſebius quoque Cæſarienſis libris undecimo, & quartodecimo de Pręparatione Euangelica, inſerit quędam fragmenta libri ſeptimi, & octaui de Philoſophia Ariſtotelis, & alia alibi ex eodem auctore citat, quæ etſi ad primæ Philoſophię doctrinam pertinẽt, non tamen reperiuntur in libris Metaphyſicorum. Afferunt porrò librum de Mundo ad Alexandrum, qui ſi ab Ariſtotele editus eſt, ut quidam boni auctores exiſtimãt,

Ariſto. longè plura ſcripſit de Diuinis rebus, quam quæ habeamus Laertiꝰ in Ariſt.

Euſ. lib. 11. c. 1. & lib. 14. ca. 7.

In his eſt Iuſt. Mart. in Oratione Paranetica ad Gẽtes.

ſatis indicat Ariſtotelem multa de Diuina Natura, de beatis mentibus, de prouidentia, de animorum immortalitate, & alijs huiuſmodi rebus fuſiùs ſcripſiſſe, quæ in illud quaſi compendium, faciliori, & grauiori ſtylo, prætermiſſa etiam diſputationum moleſtia, in gratiam Regis collegit. Non deſunt quoque ex recentioribus, qui veriſimile putent, libros quattuordecim, qui de ſecretiori parte Diuinæ ſapientiæ ſecundũ Aegyptios, inſcripti ſunt, & ex Græco in Arabicum primò conuerſi tempore Leonis Decimi, in Bibliotheca Damaſcena inuenti referuntur, Ariſtoteli eſſe adſcribendos: qui ſi ab eo conſcripti ſunt (quod ſanè verum non iudico) nihil iam reperiri poſſe exiſtimant apud Platonem ex Philoſophia externorum deſumptum, quod accuratiùs etiam ab Ariſtotele traditum non ſit. Atque hos libros, ſuſpicantur ijdem, ſignificaſſe B. Thomam in opuſculo de vnitate intellectus, contra Auerroem: cùm teſtatur, ſe vidiſſe quattuordecim libros Ariſtotelis de ſubſtantijs ſeparatis, nondum in Latinum conuerſos, qui continerent explicationem multarum quæſtionum de Deo, & Anima rationis participe: quæ in Phyſicis, ac Metaphyſicis nõ videbãtur explicatæ. A B

Carpẽtarius in eoſdẽ libros.

Thom. Opuſc. 16. fol. 1.

Quid reuera de Ariſtotele ſit ſentiendum. *Cap. IX.*

HAec igitur cùm vtrinque afferantur, planiùs dicendum eſt quid reuera de Ariſtotele ſit ſentiendum, quæve ratio eius doctrinæ; quæ item adhibendę ſiue cautiones, ſiue correctiones ſint; Addo item, quæ adiumenta poſſint afferri, vt tanti viri laboribus. Chriſtiana poſſint ingenia fructuoſius vti abſque noxa.

Et ſanè primùm illud pro certo habendum eſt, vniuerſæ Philoſophiæ tractationem, & methodum intra proprios cancellos, & quaſi fines accuratiùs, & breuiùs eum redegiſſe, quàm cæteri anteà fecerant. Quo nomine delatam ei iure primam inter ethnicos Philoſophos palmam, hancque fuiſſe potiorem cauſam, cur Chriſtianæ Academiæ eundem præ alijs ordinem in tradenda Philoſophia ſequuti fuerint: quippe ſparſa cum collegiſſet, hæc congeſta cùm digeſſiſſet, confuſaque plurima cùm diſtinxiſſet, ſuo quæque loco in proprias diſpoſuit claſses, ut eſsent faciliùs ad manum. Accedit primò perſpicax illa vis in multis rebus, quam Gręci vocant ἀγχίνοιαν ad rationum momenta, præſertim ad ſubſtantias ſeparatas veſtigandas: In Ethicis deinde, ac Politicis (quamuis & in finibus bonorum, & adminiſtranda Republ. non ſemper omnia dixerit, ad normam) atque adeò in Poetica, & Rhetorica præclarę, ſi cuius umquam anteà, præceptiones. At verò qui omnia eius placita de rerum natura opinati ſunt eiuſmodi fuiſse, nihil vt certius eſse poſſit vehementer, ac toto cælo (quod aiunt) errarunt. Errant etiam, & (plùs quàm dici facilè poſſit) peccant, qui quum prælegendum Ariſtotelem ſumunt, ea præfantur, quibus teneri adoleſcentium animi maiorem de Ariſtotele exiſtimationem, quam de ipſa Chriſtiana, & vera Philoſophia concipiunt; quam de ore præceptoris ſemel hauſtam uix vmquam ex illis aliquis eximat. Et tamen potiùs illud eſt præfandum, quod ipſemet tantus demonſtrationũ flagitator dixit in prima Philoſophia, aciem mentis noſtræ ad manifeſtiſſima naturę, non ſecùs, quàm noctuæ oculum ad Solis lumen caligare. C D

Ariſt omniũ eſt Philoſophorum præſtantiſſimus.

Errores eorũ qui de Ariſt. pręfantur q̃ non debent.

Ariſt. 1. Metaph. c. 1.

Deinde monſtrandum, (id quod etiam tritum eſt apud omnes Ariſtotelicos) nullam eſse in Ariſtotelis libris ſcientificam demonſtrationem, quæ perfectiſſima ſit, & omnibus numeris abſoluta, itaque non eſse ipſius doctrinam inconcuſsã, & ὁμοιομερῆ hoc eſt ſibi & ex omni parte ſimilem licèt acutam, & accuratam. Secùs porrò Ariſtotelem de ſeipſo locutum fuiſse, quàm fecerint Aphrodiſeus, & Auerroes, & alij, dum illam nimis extollunt. Veritati enim ille vult, vt plùs detur, quàm homini cuilibet: cumque ipſe venatur alicuius rei abditam veritatem, quam ſæpè dubitanter, veriſimiliter, apparenter, mediocriter ea de re agere ſeſe diſertè inquit? Qualia illa ſunt ex pluribus. Sed hęc ſoluere tentandum eſt, ait primo de Generatione. Et capite quinto, oportet dubitationis ſolutionẽ tentare inuenire ſeruantes. Et in principio Meteororum, In quibus de quibuſdam dubitamus, quædam uerò attingimus quodãmodo. Et capite octauo, Itaque etſi quòd appareant Cometæ cauſam recipimus, uti mediocrem, &c. & alia huius generis permulta. E

Apud Ariſt. rectiſſima, & perfectiſſima nulla eſt demonſtratio.

A

Quid item notandum in Ariſtotele. *Cap. X.*

AT & ſciendum peccari nonnunquam ab Ariſtotele, & alijs cùm in Natura ſcrutantur, quæ occultauerit ipſa Natura. hoc eſt Diuina Voluntas, quæ eſt ipſiſſima omnium rerum Natura, vt inquit Auguſtinus; Quo humilitatis iacto fundamento, roborantur ingenia, & (vt ita dicam) inualeſcunt, ne ab omni doctrinæ uento circumferantur. Itaque & errare potuiſſe Ariſtotelem intelligunt, humanique anguſtias ingenij in eo, qui erat homo, (& quidem Ethnicus) agnoſcunt; Et anguſtiora cùm poſuiſſe principia, quàm ut inde plurima demonſtrare potuerit. Mirandum etiam ut non ſit, ſi interdum uariauerit, ac ſeneſcenti (quod ferè ſit) illuxerint, quæ priùs obſcura fuiſſent. Sanè quum de uidendi ratione ageret in libris de Ani-
B ma, intrò nos, inquit, ſpecies admittere: in Problematibus autem, foras mittere. De commixtione item Prædicamentorum mixta eſſe fatetur in Categorijs, quæ in Topicis negat; Dialecticam quoque alibi ait, materiam habere propriam, alibi nullam: Vt quod uel ex aliorũ opinatione etiam de Anima problematicè dicere uiſus ſit, tum certiùs alibi aſſeruerit; Quamobrẽ ſi diutiùs uixiſſet, uel ſi nunc reuiuiſceret poſt tot ſæcula; quibus aliæ res innumeræ, ac propemodum alter orbis emerſit, multa eſſet correcturus, quæ contraria nos experimur. Et ſanè, duorum fermè annorum millium ſpatium, quòd à morte Ariſtotelis, vſque ad hæc tempora interceſſit, maximũ vſum, notitiamque rerum potuit afferre diſquirentibus tot ingenijs, & Mundum peragrantibus tot viris, vt videlicet magis eluxerit veritas, & quibus in rebus Græci, Arabes, & Latini conſentire de doctrina Ariſtotelis nequiuerunt, id iam intelligi potuerit ac-
C cidiſſe ex defectu principiorũ, erroreque hominis alioquin excellentis, & perſpicacis.

Variatio in opinionibus Ariſtot.

Alios priſcos ſua emendaſſe. *Cap. XI.*

ET Hipparchus quidem qui ſummi vir iudicij, & à Plinio Naturæ conſiliorum particeps, & à Ptolemæo vir veritatis amicus. φιλαλήθης vocatus eſt (quod alibi quoque diximus, aduerſus Gregoriani Kalendarij hæreticum quendã calumniatorem) non ſolùm plura, quæ pertinebant ad cæleſtes motus emendauit, verum etiam quum Chaldaicas obſeruationes, atque Callipicas rationes cum veris & medijs ſyzygijs contuliſſet, primus è Græcis animaduertit μετάπτωσιν curſus Lunaris inter quattuor periodos Calippicas fieri, quippe qui Lunam duorum trientium diei ſuis temporibus priſcas Calippi neomenias anteuertere ſæpè animaduerterat. Ita-
D que ait, ἡμεῖς δὲ μὲν ὅλους εὑρίσκομεν παρεχομένους ἐν τοῖς ἔθι ἔτεσιν, ὅσους κἀκεῖνοι (hoc eſt Methon, & Calippus) τὸν δ' ἐνιαυτὸν, καὶ ἐπὶ τοῦ τεταρτημορίου ἔλαττον ἐπιλαμβάνοντα μάλιστα μέρος μιᾶς ἡμέρας ὡς ἐν τοῖς τῶ ἔτεσιν ἐλλείπειν παρὰ μὲν τὸν μέτωνα ἡμέρας πέντε, παρὰ δὲ τὸν κάλιππον ἡμέραν μίαν. ac tamen cum nouilunium cum æquinoctio coniungens προσμπτώσεις ἰσημερινὰς, καὶ σεληνιακὰς eaſdem eſſe exiſtimaſſet falſus eſt, cum in 304. annis non ſolum Lunam, ſed & æquinoctia vno die priſcas ſedes anni Iuliani anteuertere ſit deprehenſum. Sic & Philolai, & Democriti, vt & Oenopidæ, & Aphrodiſij fallaces anni, cycliq; fuerunt. At & Romani, & Iulius Cæſar, licet Soſigenis opera diligentiſſimè annum correxit, & Ptolemeus ipſe, qui Hadriano Imperatore uixit, deinde etiam Albategnius Arabs, deniq; & poſteri omnes, etiam Alphonſus Hiſpaniæ Rex, qui Mathemata Regijs ſumptib.
E illuſtrauit, ac penè quicunque excellentes viri fuerunt, in anni quantitate nouas ſemper notitias, procedente tempore, hauſerunt; & Chaldæi, qui mille & quingentos annos in hiſce ſtudijs poſuerunt, orbis tamen octaui, ſicut Ptolemæus trepidationis, motum ignorarunt. Cùm verò Zodiaci partes, & ſigna mutaſſe locum ſapientes viderint, nemo non intelligit, quàm incerta fuerint, quæ tunc ipſi tamquam oracula fundebant.

Hipparchus.

Hipparchus.

Cæſar Soſigenes Ptolem. Albategnius.

Alphonſus Hiſpan. Rex.

Zodiaci partes, & ſigna mutarunt locum.

A

Ariſtotelem ſi viueret nunc, aliter de multis rebus eſſe ſcripturum. Cap. XII.

QVam ob rē & ipſe Ariſtoteles, ſi Oceani circumquaque Terram ambientis ambitum decurriſſet, vidiſſet autem alia, quæ antiquiſſimis ignota, nouam (ut diximus) huic ſeculo plurimarum rerum lucem ſuppeditarunt, ecquid putamus diceret nunc, aut quomodo lituram induceret in pleraque eorum, quæ ſuis ſcriptis conſignauit? Sanè & pleraque demeret, & adderet alia, ac Diuinæ veritatis oracula quum ad exitum adamuſſim perducta cerneret, ac pectus tunderet, ſeſeque (niſi perdita ſuperbia intumeſceret) ſub iugum Diuinæ Sapientiæ deijceret, ut & cum Paulo inclamaret; *O altitudo diuitiarum ſapientiæ, & ſcientiæ Dei, quam incomprehenſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius.* Ceterum ſuo nomini Ariſtoteles rectè conſuluiſſet, ſi quemadmodū Ptolemęus noluit, ut ſuis nos hypotheſibus addiceremus, ſi quando, ait, à tempore, cuius filia eſt ueritas, ueriores aliæ oſtenderentur; ſic ipſe ingenuè pronunciaſſet, nolle ſe principijs ſuis prorſus credi cùm & mentibus aliquando tenebras offundant, & uerò aditum pręcludant ad pietatē: multaque poſſint emergere, quę adhuc ipſam ueritatem reddant ſplendidiorem. Sanè uerò, cum pręter ſublunarium rerum generationem, & conſeruationē, quę à cęleſtibus motibus pendent, alia ex alijs Deus ex ingente illa ſua penu, pro Mundi captu, deprompſit, ſi, cum primum facti ſunt cęli, cuncta nobis patuiſſent, conſuetudine uiluiſsent, uel torpuiſsent ingenia, uel altiùs hęſiſset in multorum animis, qui ſoli ſapere uiderentur, labes illa pertinax, Aeternū fuiſse Mundum, & numquam interiturum. Agere Deum neceſsariò: & quęcunque plurimi ex Ariſtotele combiberunt; ex quibus Deum cognoſcentes, non ſicut Deū glorificauerunt. Ceterum non negauerim, quidquid ingenij uiro huic Philoſopho datū eſt (ad menſuram tamē à Deo id factum, ut, cūi multum fidei ab Ethnicis, ac perfidis adhibitū iri proſpiciebat, id ad eorum errores euincendos (pręcipuè nō ſolùm ſacris fidei regulis, uerum etiam uerę Philoſophię rationibus correctum) eſset ualiturū. Porrò in quibus errauerit Ariſtoteles, fortè minus excuſandus eſt quàm Plato: quòd & Platonē tamdiù audierit, ac tanto pręſtans ingenio etiam cum Iudęis; apud quos ueritas integra tunc erat, uerſatus ſit. Quare niſi ęſtu humanę glorię è ueritatis firmitate, tamquā à littore abripi ſe permiſiſset, multò plûs luminis, & uerę Philoſophiæ percipere potuiſset. Clearchus enim Peripateticus, quemadmodum dictū eſt ſupra, in 1. libro de Somno, dicit ſe noſse Iudęum quendam grauiſſimū, non ſolum eloquio, uerum etiam animo, cum quo uerſatus eſt Ariſtoteles.

Rom. 11.

Ptolemæus noluit, ut ſuis hypotheſibus fides omninò haberetur.

Cur Deus initio noluerit omnia patere, quæ in Mundo deinceps apparēt Hom. 1.

Cur Ariſtot. tantū à Deo ingeniū fuit conceſſum.

Ariſto. minus excuſandus, quàm Plato. Ariſtot. cum Iudæo uerſatus eſt.

B C D

Partitio librorum Ariſtotelis. Cap. XIII.

POrrò Ariſtotelis librorū alij fuere particulares, ut Epiſtolę: alij uniuerſales, ut Phyſica: alij medij, ut Politici, & Hiſtoria animalium. Rurſus horum omniū alij Hypomnematici, alij Syntagmatici; quorū alij unius ſpeciei, quotcumque de uno theoremate ſcripſit; Alij uarij, quotcumque de pluribus: Syntagmaticorū uerò alij ex propria perſona, & Acroamatici, Dialogici, Exoterici; Horū rurſus alij Theoretici, & Contēplatiui, ut Phyſici, Mathematici, Theologici; Alij practici, ut Ethici, Oeconomici, Politici; Alij denique Organici, ueluti ij, qui ante methodum, deque ipſa methodo eſsent, & de ijs, quę ad methodum conferrent. At eorum qui extant, (nam quos Laertius numerat, ij interierunt magna ex parte, neque verò ijs, quos habemus, omninò reſpondent) ordines, ſiue genera ſunt ſex: Logici, Naturales, Metaphyſici, Mathematici, Politici, Philologici: reliquos autem extra ordinem appellant. Ex genere itaque Logico quindecim habemus. Prædicamentorum vnum; de Interpretatione, vnum; Reſolutiuorum priorum, duos, Reſolutionum poſteriorum duos, Topicorū, octo, Redargutionum, unum, ſiue Elenchorum.

Ammonius, & Simplici⁹ in Prolegomenis in prędicamenta Ariſt.

Logici Naturales, Metaphyſici, Mathematici, Philologici, alij extraordinem.

E

Lib. Phyſ. 74.

Ex genere verò Naturali ſeptuaginta quattuor. De naturali auſcultatione, octo. De cælo, quattuor. De Generatione, & corruptione, duos. De Sublimibus, quattuor. (ſi ſint eius.) De Anima, tres. De Senſu, & ſenſibilibus, unū. De Memoria, & Memi

niſse,

A niſſe, vnum. De Somno & vigilia, vnum. De Inſomnijs, vnum. De Diuinatione per ſomnum, vnum. De Animalium motu, vnum. De Longitudine, & breuitate vitę, vnũ. De iuuentute, & ſenectute, morte, & vita, vnum. De reſpiratione vnum. De Animalium greſſu, vnum. De Spiritu, vnum. De Animalium generatione, vnum. De Animalium partibus, quattuor. De Animalium hiſtoria, Decem. De coloribus, Vnum. De Phyſiognomicis, vnum. De Plantis, Duo, qui tamen non ſunt Ariſtotelis. Metaphyſici verò generis. Eorum, quæ poſt naturalia, quattuordecim. Mathematicarum autem duos. Mechanicorum vnum. De Inſecabilibus lineis, vnum. Politici verò generis triginta, ideſt Ciuilium octo, de re familiari, duos, Ethicorum Nicomachiorum, decem. Ethicorum magnorum duos. Eudemiorum ſeptem. De virtutibus, vnum. Philologici verò ordinis, quinque, Rhetoricorum tres. Rhetoricorum ad Alexandrum vnũ. B Poeticorum vnum. Extra verò ordinem quadraginta tres habemus; Problematum triginta octo. De mirabilibus auſcultationibus vnum. De Xenophane, vnum. De Zenone vnum. De Gorgia vnum. De Nilo vnum.

Lib. Met. & Mathematic.

Franciſcus autem Patricius, qui Tomos quattuor Diſcuſſionum Peripateticarum edidit, quibus Ariſtotelicæ Philoſophiæ vniuerſam hiſtoriam, atque dogmata cum veterum placitis collata, propoſuit; tertio libro prioris Tomi multus eſt, in ea diſquiſitione; quarto autem libro eiuſdem Tomi totus eſt in diiudicatione librorum Ariſtotelicorum, quos poſteà octauo libro per genera, & nono in ſingulis generibus diſtribuit. Sed & in prioris Tomi libro terriodecimo de Methodo Ariſtotelis inuenienda agit: de qua, quæ nos in primis ei aſſequendæ conducere putamus, ſequenti capite dicetur.

Franciſ. Patricius quid in Ariſt. præſtiterit.

C

Ratio genuini ſenſus eruendi ex Ariſtotelis dictis. *Cap. XIIII.*

POrrò ad eruendum ex Ariſtotele genninum ſenſum, tria commoda ſunt. Alterum, ſi per Ariſtotelem Ariſtoteles curetur intelligi: Cui rei fert opem ſedulitas in ſententijs ipſius inuicem conferendis, eo iudicio, vt quæ phyſicè locutus eſt, diſtinguantur ab ijs, quæ Metaphyſicè, vel alia ratione pronunciauerit. Ac quidem ſuſcepit non ita multos ante annos, laborem hunc Vbaldinus Bandinellus, qui Apparatum ſententiarum ex uniuerſo Græco Ariſtotele collegit utiliter. Sed quoniã is liber non eſt in lucem editus, qui tamen hodieque in Vrbe aſſeruatur in Bibliotheca Sfortiana, ideo Ioannis Baptiſtæ Bernardi Seminarium totius Philoſophiæ Peri- D pateticæ huc faciet; de quo dictum eſt ſuprà, cum de Platone loqueremur. Et tamen ipſum uniuſcuiuſque peculiare ſtudium in ipſo Ariſtotele uerſando, & ad ſuos locos redigendo, mirificè iuuabit ingenia; mentemque eius Philoſophi magis aperiet. Alterum eſt, Græcum Ariſtotelis Græci ſtudium. Vt enim elegantiſſimè, atque aptiſſimè ſcripſit (ubi præcipuè intelligi uoluit; quo nomine Cicero aureum uocat Ariſtotelis eloquentiæ flumen) ſic idiomatis illius cognitio, crebraque tractatio ſummo præſidio eſt, non ſolùm ad declinandas barbaras ſpinoſitates, quas in eum Interpretes quidam intulerunt, uerùm etiam ad re ipſa intelligendum auctorem, qui habendus eſt præ manibus. Nam licet Boetius, Hermolaus Barbarus, Argyropilus, Leonardus, Trapezuntius, Gaza, qui libros de animalibus uertit, Ioachimus Perionius (quam quam in hoc notata ſunt aliqua minùs ſapientia mentem Philoſophi) alijq; cùm lau- E de uerterunt Ariſtotelem; ipſum tamen audire ſuo quaſi ore loquentem, longe aliud eſt. Vt mittam, in minima Græci ſermonis particula (præſertim autem Ariſtot. qui non erat uerborũ prodigus) miram inſidere aliquã uim, quę uix alieno ſermone ſe exerat: uti nempe quæque natio ſuos habet idiotiſmos; Id quod qui uelint penitùs introſpicere, perlegant, quæ poſt Budæum typis tradita ſunt Romæ à Franciſco Deuario, uiro certè linguę Grǽcæ ſcientiſſimo, in libello, qui eſt de particulis Græci ſermonis. Quin & Apollonius Alexandrinus libris quattuor de Syntaxi, ſeu conſtructione Orationis, quos Gręcè edidit, magnum, ut Gręcę linguę, ſic libris Ariſtotelis de Interpretatione, & reliquis Dialecticis adiumentum feret: ut non mentitus ſit, qui dixerit hunc inter Philoſophos, & eos quidẽ acutiſſimos, atque diligentiſſimos potius quã in-

Ariſt. per Ariſtot. interpretandum.

Vbaldinus Bandinellus.

Ioã. Baptiſta Bernardus.

Peculiare ſtudium in Ariſto. verſando vtiliſsimum.

Gręcum Ariſto. ſtudium.

Ariſt. aureũ flumen eloquentię.

Quinam uerterunt Ariſt.

Ariſt nõ fuit verborũ prodigus.

Franciſci Deuarii liber de particulis Græci ſermonis.

ter Grammaticos eſſe cenſendum; quippe qui huius artis præcepta non nudè, ac ſim- A
pliciter tradat; ſed ipſas illorum intimas cauſas, tam altè ſcrutatur, tam ſolidè expe-
dit, atque accuratè comprobat, ut nil aptius ſcribi potuerit. Et verò hic ille eſt Apol-
lonius, quem Priſcianus ſummum artis Grammaticæ ſcriptorem appellauit, Theodo
rus autem Gaza Græcæ, & Thomas Linacer Latinæ Grammatices optimi Doctores
ſtudioſiſſimè conſectantur: paucos verò ante annos Francofurti Græcè, & Latinè cor
rectiorem, additis notationib. typographi hũc emiſerunt in lucem. Tertium eſt, ſi Ari-
ſtotelis libri faciliores, minùſque obſcuri primò adhiberentur aliquandiù, qui viã ſter-
nerent ad difficiliorum ſermonem aſſequendum. Rhetorici enim libri, atque Ethi-
Libri Ariſtot. quinam primo eſſent legendi. ci & Politici, qui fermè Rhetoricis ſunt cognati, tum qui de Animalibus ſcripti ſũt,
(quorum, vt ingens apud veteres erat pretium, ſic magna eſt ad vitam vtilitas,) ac de- B
inceps Problemata percurri, vel adeo breuiter exponi ubere cum fructu poſſent, an-
tequam ad limina Philoſophiæ Naturalis Iuuentus introduceretur; potiùs ſanè, quã
in fabulis Poetarum (& quidem obſcœnis,) tamdiù detineretur: à quibus cum illico
in difficillimum auctorem, ignoraſque voces, & phraſes incurrunt ingenia, mirum
eſt, quantopere aut franguntur, vel retardantur; aut denique quantum faceſſunt ne-
Ariſto. cur ſit ita obſcurus. gocij Præceptoribus, qui non tam Philoſophi, quàm Magiſtri ſermonis (& huius mul
tiplicis, pro varietate interpretum) dum neceſſe eſt, vt ſint, vix non ſuccumbunt one-
ri ac vitæ, ſi rem ſedulò perſequi velint. Ac certè cum ad conſultam Ariſtotelis ob-
ſcuritatem acceſſiſſet altera illa fortuita obſcuritas, quòd eius libri cum vniuerſa Theo
phraſti Bibliotheca ad Nilum quendam Scepſium hominem rudem & illiteratum,
Strabo, Plutarchus, Diogenes. mox ad Apelliconem Teium perueniſſent, exeſis aliquot codicibus, & confuſis; deq; C
Apellicone ab Sylla Dictatore empti fuiſsent, ac Tyrannio Grammaticus adhibitus,
qui omnes in ordinem redigeret; fieri non poteſt, quin cùm in multis iudicium hic
ſuum ſecutus à ſcopo aberrauerit, interdum item alia inſeruerit, antequàm Androni-
cus Rhodius libros (ut fecit) euulgauerit. Ex ipſa ergo operum faciliorum Ariſtote-
lis tractatione, multum ſubſidij capient mentes, ſi enixè operam dent (quod haud dif-
ficili negotio fieri poteſt) vt quaſi ex ſuo eloquio manifeſtus euadat Ariſtoteles. Quin
Controuerſia de lib. Ariſtotelis. etiam penè neceſsarium hoc eſt: quoniam de pleriſque illius libris extitit controuer-
ſia, num eſsent Ariſtotelis; qualis eſt, qui de Prædicamentis inſcriptus eſt, de quibus
Boetius diſputat. De Analyticis autem quadraginta volumina ſcribit Ioannes Phi-
loponus inuenta eſse in vetuſtis Bibliothecis; at è ſtylo, acumineque diſserendi, quar-
Vnde errores in lib. Ariſt. tuor Ariſtoteli fuiſse adiudicata, quæ præ manibus ſunt. Sed & in deſcribendis Ariſto D
telis libris quum Amanuenſes plerumque errauerint (quod ferè fit) ex vnoque haud
correcto codice, ſexcenti alij eiuſmodi, ac fortè cum multò pluribus erroribus, & ex
his alij prodijſsent in vulgus, intelligit quiſque, nihil eruendo Ariſtotelis ſenſui adeo
poſse conducere, quàm præter aliquam verorum principiorum notitiam comparatã,
ipſius eloquij interior cognitio; quando voces animi ſunt notæ, quæ, quid ſentimus,
enuntiant.

Ariſtotelis interpretes, quomodo legendi, vel proponendi Auditoribus. Cap. XV.

PRæter eos autem, à quibus dixi Ariſtotelem è Græco Latinũ factum, non defue
re, qui verterunt aut totum, aut eius librorum partem in ſemilatinã, ne dicam
Barbarã, & in Chaldæã, & in Arabicam atque in Italicam quoque ac forſan a- E
lias linguas. Quo in negocio grauiſſimum damnum paſsa eſt interioris Philoſophiæ,
artiumque omnium cognitio. Ariſtoteles enim qui (vt dictum eſt) ob conciſam rerum
tractationem, ac denique ob librariorum deſcribentiũ indiligentiam, erat obſcurus, at
que reconditus, factum eſt, ut quaſi uinũ, licet optimum, in aliena impura dolia tranſ-
uaſatũ, amitteret uim natiuam, ac ferè cũ forma ſaporẽ. Et ſanè phraſes ac ſchemata,
Vnde paſſa grauiſſimum eſt damnum Philoſophia Ariſt. figuræque omnes, quę erant in Græco ſermone elegantiſſimæ atque aptiſſimæ, ad La-
tinum, Arabicumque idioma repugnantes pertractæ, incertum edidere ſonum, at-
que ſententiam; vt plùs iam de uerbis, quàm de rebus orta ſit quęſtio. Inde nempè
tam multiplex terminorũ confuſio peperit illa monſtra, quæ ſecuta ſunt ex permixtio

A ne illa linguarum, Rege Nembroto, qua imperia nec dari potuere, neque accipi, quum ſeſe mutuò non intelligerent. Ac in Græcis interpretibus, quòd hi loquentes Græcè Ariſtotelis Græci ſenſum faciliùs aſſequi potuerunt, plurimumq; ideò illis tribuendū ſit, hoc commodi eſt; vt, ſi ipſi propria lingua legantur, notiones rerum liquidiores in mentes transfundant. Sed quoniam & hi Latinè redditi non vſquequaque omnes ſaporem redolent ſuum, nequeunt ingenijs tantam opem afferre, quantam ſine dubio afferrent ſua in lingua perfecti, & intellecti. Accedit, quòd cum pleraque in ijs ſint, in quibus cùm Chriſtiani non eſſent (præter vnum Ammonium, vel alterum) procul à vera Philoſophia aberrarunt, eadem illa magno pietatis pretio ſecernenda eſſent, aut prænotanda, ne aliquam ingenijs labem in perniciem aſpergerent: prætetquam quòd Chriſtianæ uirtutis ac fidei maieſtatem haud deceret, ut è Cathedris Academia

Ex terminorū confuſione quæ nam monſtra.

Græci interpretes cur ꝑferendi, ac tamen quid ſic in iis cauendum.

B rum Interpretes ij prælegerentur, & hoc nomine celebres haberentur, qui cum hoſtes acerrimi fuerint Chriſtianæ Religionis, rectè item ſenſiſſe putantur aliquando in ijs, quæ aduerſus Chriſtum Dominum impiè effutiuerunt. Eiuſmodi eſt Iſagoge Porphyrij à Chriſtianis ſcholis ablegāda, de Chriſtianis peſſimè meriti, ac plura tradentis impropriè, ſuperuacaneè, prolixè, cum ſanè ex ipſo Ariſtotele breuior, & accōmodatior colligi poſſit: niſi ſi quis plus in Prolegomenis, & Introductione ad Logicā, temporis velit terere, quàm neceſſe ſit. Cùm autem ſint, qui dum Ariſtotelem verſant, non ſolùm manus, animūque admoueant Porphyrianis, verùm etiam Apuleij, Plutarchi de Deo Socratis, Iamblici, Michaelis Pſelli, & iſtiuſmodi aliorum ſcriptis; præcaueant, quibus veritas, & Deus ipſe ſunt cordi, ne ſenſim in ea delabantur, è quibus difficillimè egredi poſſint incolumes. Multa enim ab illis falſa prodierunt de re-

Porphirii Iſagoge e ſcholis ablegāda.

C bus ſpiritalibus; quòd Dæmones, quos ij conſulebant, aut quorum mendacia collegerant, plurima de ſe, deque Angelis mentiti ſunt, acti tum ſua ſuperbia, tum ſurenti cupiditate fallendi homines, ac, quòd Satanas (non mentiente vmquam Chriſto Domino) mendax eſt, & pater mendacij. Hinc optimum conſilium eſt, vt quoniam etiam qui Chriſtiani, ac Græci fuerunt Interpretes, aliquando nimis in conclaue Philoſophiam admiſerunt, propterea magno cum delectu, & iſtos legant: toti verò in eò ſint, vt oppugnent, & adeò expugnent, ſicubi Chriſtianæ veritati aduerſantur; ſicque Philoſophiam explicent, vt veræ Theologiæ ancillari, & ſubſeruire faciant. In quo certè patet campus (ſi quis Dei ſenſus eſt in præceptoribus) in octauo libro Phyſicorum, in libris de Cælo, de Anima, & Metaphyſicæ patentiſſimus: Auerroem porrò, & a-

Cautio i Platonicis interpretib. s.
Ioan 8.
Actus Demonum iu fallēdis hominib.
Aliqui interpretes Ariſt. cautè tractādi.
De Auer. & aliis Philoſophis.

D lios Philoſophos ſic legant, & afferant, vt ne partiri videantur Sectam Auerroiſtarū, Sectam Græcorum, Sectam Latinorum, nec ipſi harum ſectarum alicui ſe, vel ſuos addicant; ſed ſingulorum per ſe ſententiam exponant, & vbi prauè ſentit Auerroes, Aphrodiſæus, Philoponus, & alij, inde ſumant occaſionem deferendi eam auctoritatem; atque id potiùs ſolido ad pietatem pectore, atque argumentis, quæ habemus validiſſima, quam conuicijs, faciant. At ſi quando rectè dixerint; id ſine eorum laude defendatur. Ne verò auditores erga Auerroem, aut reliquos eiuſmodi afficiantur, oſtendant, vnde id deprompſerint, quod ſanè facilè fuerit, ſi, quod obſeruatum eſt ſuprà, vbi de Philoſophia generatim actum eſt, ad memoriam, vſumque reuocetur. Quin etiam ne publicè legant Auerrois Digreſſiones, tamquam ſeparatum aliquem tractatum Philoſophorum, ſed eius opinionem tantùm referant in ordinarijs quæſtionibus.

De Auerrois digreſſionib.

E

De Auerroe quid ſentiendum. Cap. XVI.

VT verò planiùs, & rectiùs poſſit intelligi Auerroem hunc non eſſe alijs Philoſophis doctiorem, ſed ex affectata obſcuritate ſeu barbarie ſibi auctoritatem paraſſe apud multos, neminem attentiùs res ponderantem lateat, quadraginta ante annos ab ijs, qui ſolebant Auerroem miris celebrare laudibus legi ſolitum fuiſſe mendis ſcatentem, barbarè verſum, confuſum, intricatiſſimum, obſcuriſſimum: ut qualia eſſent ingenia agnoſci poſſint, quæ iſtiuſmodi ſpinetis delectarentur: cum tamen tot eſſent perſpicui interpretes ſaltem priùs legendi: labore poſteà Ioā-

Io. Baptiſta Bagolinus quid in Auerroe præſtiterit.

nis Baptiſtæ Bagolini Veronenſis, qui cum diſpendio vitæ correctum edere Auerroem ſtuduit, effectum eſſe, vt Venetijs ederetur à Iunctis anno milleſimo quingenteſimo, quinquageſimo ſecundo. Sed cum ille partem verſionis ipſius expreſſiſſet à Iacobo Mantino Iudæo, quam item anteà Abraamus de Balnes, eiuſdem perfidiæ homo, mẽdoſam, & obſcuram ediderat (id quod ipſimet Auerrois curatores non diffitentur) laborique ſuo deinceps abſoluendo adhibuiſſet eos, qui Auerroem interpretati eſſent,

Verſores Auerr.

Leui Gherſonidem, Paulum Iſraelitam, Vitalem Niſſum, Ioannem Bruyerinum Cãpeium, Calo Calonymon, Ioannem Franciſcum Buranam, aliosque veteres haud cognitos Auerrois enarratores mẽdis refertos, quos Sueſſanus & Zimara, dum emendarent. Auerroem, intactos reliquerant; hucque item præſidium acceſſiuiſſet ex alijs

Mantinus in emendanda Auerr. verſione ſuſpectus.

eius farinæ hominibus; ecquis tam ſtupidus ſit, quin intelligat, ſic facilè Mantinum errare potuiſſe in Auerrois verſione, vt alij antea fecerant; tot verò eiuſdem Interpretes, peſſimè, neque Latinè loquentes ſupellectilem notionum, & vocum tam diſparatam inuexiſſe in animos legentium, vt nec Bagolinus iudicare de ijs, qui Arabicè non nouerat, nec ceteri emendare inemendata poſſent, quibus idem barbariei morbus in viſceribus hæreret? ne quid dicam de Iudæis velamen habentibus ſuper cor, qui quum Diuinum Codicem (Hebraicè licet noſcentes, & Hebræi nati,) non niſi ad peſſimum ſenſum diſtorqueant, parum lucis aſſequi in Arabe vertendo, certè in vera Philoſophia tradenda, potuerunt. Quum verò ante eos idem ipſe Auerroes, mille iam & centum quinquaginta annos natus poſt Chriſti Domini ortum, tot potuiſſet Diuinæ Sapientiæ oracula, miraculaque vidiſſe, ac tamen perſtitiſſet in perfidia ſua impius; ecquid tantum Chriſtianæ mentes ex turbido impietatis cœno piſcari ſeſe poſſe exiſtimarunt; quin multò certius fore damnum ex eo perſpicerent, quàm beneficium? Ac

Arabica Ariſto. verſio q̃ mala. Viues lib. 5. de corrup. artib. to. 1. Nota ex vno Auerrois loco quid de alijs conijci poſsit.

ceſſit autem ad hæc incommoda, etiam Arabica Ariſtotelis verſio deprauatiſſima; quæ qualis fuerit, ex vno Metaphyſices textu omninò lubet huc adiicere cum iis, quæ ideò cordatus vir hoc de homine obſeruatum reliquit. Is igitur ſic: Dicet aliquis, graue incommodum, ſed ideo tolerabile, quòd adiuuemur bonis interpretibus, ac explicatoribus ex Arabia vſque accitis. quibus tandem? verſione Arabica, & commentarijs Auerrois, quem Philoſophi de noſtra ſchola, qui poſt eum ſcripſere, ita ſunt amplexati, vt penè auctoritate Ariſtoteli adæquarint: nec ſolùm qui longo poſt interuallo vixerunt, ſed qui illius quoque ætate; quod factum eſt, & ignorantia meliorum, & admiratione mercimonii, lingua, & ſenſis peregrini: vt gratiam ei conciliaret apud primos nouitas, apud poſteros vetuſtas; nomen eſt Commentatoris nactus homo, qui in Ariſtotele enarrando nihil minùs explicat, quàm eum ipſum, quem ſuſcepit declarandum. Sed nec potuiſſet explicare, quum eſſet humano ingenio, & quidem intra mediocritatem. Nam quid tandem afferebat, quo in Ariſtotele enarrando poſſet eſſe probè inſtructus? Non cognitionem veteris memoriæ, non ſcientiam placitorum priſcę, diſciplinæ, & intelligentiam. Sectarum, quibus Ariſtoteles paſſim ſcatet. Itaque videas, eum peſſimè Philoſophos omnes antiquos citare vt qui nullum vnquam

Errores Auerr.

legerit ignarus Græcitatis, & Latinitatis, pro Polo Ptolemeum ponit, pro Protagora Pythagoram, pro Cratylo Democritum: libros Platonis titulis ridiculis inſcribit, & ita de ijs loquitur vt vel cęco perſpicuum ſit, literam eum in illis legiſſe nullam. At quam confidenter audet pronunciare, hoc aut illud ab eis dici, & (quòd impudẽtius eſt) non dici: cùm ſolus viderit Alexandrum, Themiſtium, & Nicolaum Damaſcenum, & hos (vt apparet) verſos in Arabicam peruerſiſſimè, ac corruptiſſimè. Citat enim eos nonnumquam, & contradicit, & cũ eis rixatur, vt nec ipſe quidem, qui ſcripſit intelligat. Ariſtotelem verò quomodo legit, non in ſua origine purum & integrum, non in lacunam Latinam deriuatum (non enim potuit linguarum expers) ſed de Latino in Arabicum transfuſatum. In qua transfuſione, ex Græcis bonis facta ſunt Latina non bona (vt ille dicit) ex Latinis uerò malis Arabicà peſſima.

A

Qualis Arabica interpretatio Auerrois. Cap. XVII.

SEd vt liquidò oſtendam, qualis ſit Arabica interpretatio, & expoſitio Commẽtatoris, locum vnum pro ſexcentis adferam: nam alia permulta facilè quiſque per ſe inuenerit, quæ ego ſuperſedebo attingere, ne ſim iuſto prolixior in te, præſertim, quæ patefactis linguis, & cognitione totius antiquitatis apertior poſthac erit pleriſque. Libro ergo Metaphyſices primo, textu (ſicut ipſi loquuntur) commenti quinti, Ariſtotelis opiniones priorum de principijs naturæ examinantis, hæc ſunt verba: μετὰ δὲ τὰς εἰρημένας φιλοσοφίας ἡ πλάτωνος ἐγένετο πραγματεία, τὰ μὲν πολλὰ τοῖς πυθαγορείοις τούτοις ἀκολουθοῦσα. τὰ δὲ καὶ ἴδια παρὰ τὴν τῶν ἰταλικῶν
B ἔχουσα φιλοσοφίαν ἐκ νέου τε γὰρ συγγενόμενος πρῶτον κρατύλῳ καὶ ταῖς ἡρακλειτείοις δόξαις, ὡς ἁπάντων τῶν αἰσθητῶν ἀεὶ ῥεόντων, καὶ ἐπιστήμης περὶ αὐτῶν οὐκ οὔσης, ταῦτα μὲν ὕστερον οὕτως ὑπέλαβον, σωκράτους δὲ περὶ τὰ ἠθικὰ πραγματευομένου, περὶ δὲ τῆς ὅλης φύσεως οὐδέν. Quorum hic eſt Latinè ſenſus: Poſt iam enumeratas de Philoſophia ſententias, ſecuta eſt Platonis ſpeculatio, in pleriſque Pythagoricis accedens; ſed quædam habens propria præter Italicam diſciplinam. Nam à puero primùm Cratylo dedit operam, & placitis Heracliti, quæ à ſenſibus, quòd in perpetuo eſſent fluxu, ſcientiam tollebant; cuius ad poſtremum quoque fuit opinionis, cùm Socrates circa moralia verſaretur, de natura autem vniuerſitatis nihil diceret. Sic nos. Audiamus nunc Interpretem Arabicum. Et poſt hoc, quod dictum fuit de modis Philoſophiæ, inuenta fuit Philoſophia Platonis, & ſequebatur illos in multitudine, in vnitati
C bus autem erat opinionis Italorum: & primus qui contigit poſt Democritum, fuit opinio Herculeorum, ſcilicet quòd omnia entia ſunt ſemper in fluxu, & quòd nulla eſt in eis ſcientia. Iſtas igitur opiniones ſecundùm hoc accepimus in poſtremo. Socrates autem locutus fuit in moralibus, & nihil dixit de natura. Sic ille. Quæſo te, quis ſanæ mentis, eadem dicat eſſe hæc, & illa? Ariſtoteles ſi reuiniſceret, intelligere hęc, aut poſſet vel coniecturis caſtigare? O homines valentiſſimis ſtomachis, qui hęc deuorare potuerunt, & concoquere; & hæc tam ab Ariſtotelis ſententia, ac mente abhorrentia, auſcultare, quæ Auerroes Commentator comminiſcitur, fauete linguis vi to tanti nominis, & alteri Ariſtoteli. dicit. Et poſtquàm inuenti fuerunt iſti modi Philoſophiæ, ſcilicet Pythagoricorum, & vniuerſaliter qui ponebant Mathematica principia entium naturalium, ſcilicet Anaxagoræ, & Empedoclis, & Democriti, inuẽ-
D ta fuit Philoſophia Platonis. Quid ais? Anaxagoras, & Empedocles, & Democritus, Mathematica entia faciebant principia rerum naturæ? Atqui Anaxagoras adfert ὁμοιομερῆ, Empedocles quattuor Elemẽta. Democritus Corpuſcula inſecabilia, & inane. Quod ſi non aliundè, ſi non ex Græcis aut Latinis, quos numquam vidiſti, certè ex Ariſtotele ipſo quantumlibet deprauato, didiciſſes in Phyſicis, & in hoc eodem Opere, & in alijs multis. Pergè porrò. Et dicit, quòd ſequebatur iſtam in multitudine, id eſt, quòd Plato conſectabatur in pluribus ſuis opinionibus opinionem Pythagoricorum, & in paucioribus opinionem Italorum. Quid poteſt dici vel aptius intelligentiæ Ariſtotelis, uel eruditius de hiſtoria Philoſophiæ ac hæreſibus? Pythagoricos diſtinguit à Philoſophis Italicis; quaſi alij fuerint Italici, quàm Pythagorici; quod nec pueri noſtri ignorant. Addit. Et fuerunt primi Naturales in Italia, ſcili-
E cer Anaxagoras, Empedocles, Democritus. Atqui priores fuerunt Ionici Philoſophi à Thalete, quàm Italici à Pythagora. Sed cur iungis vulpes ouibus? Cur Anaxagoram ex Ionia transfers in Italiam? Deinde dicit, quòd Plato ſequebatur in maiore parte Philoſophiæ ſuæ eos, qui ponebant Mathematicas cauſas rerum ſenſibilium. Quis hoc dicit? Nam Ariſtoteles nihil minùs dicit, quàm quod tu ſomnias. Adiungit. Quia Plato dicebat, formas eſſe; & opinabatur, naturam formarum, & numeri eſſe eandem. Quid opus eſt nobis alio interprete Platonicorum numerorum? Iam poſtea quàm Auerroes ſcripſit, ceſſet dictum vetus: Difficilius quàm numeri Platonis. Et opinabatur, quòd quattuor Elementa ſunt compoſita ex ſuperficiebus æqualium laterum, & angulorum. Nihil ergo loci relinquitur triangulo? nihil pyramidi? apparet

Locus è Metaphyſ.

Auerr. caſtigatione dignas opinio.

Pythagorici, & Italici Philoſophi iidẽ.

hunc hominem diligentiſſimè eſſe in Platonis Timæo verſatum. tam multa tu qui- A
dē dicis de Platone, vt qui numquam legerunt Platonem, & Ariſtotelem, credant, te
non miniùs eſſe Academicum, quàm Peripateticum. Deinde dicit. Et primum, quod
contigit poſt Democritum, fuit opinio Herculeorum. Quid ergo hęc refellam, quę
apud Ariſtotelem nulla ſunt: & ſumam operam ſuperuacaneam, cum hęc ſint cuili
bet ad exſibilationem, atque exploſionem obiecta? Vbi eſt mentio Democriti? vbi
Herculeorum? Quid (malùm) ſunt iſti Herculei? An quia Hercules Gręcè ἡρακλῆς
dicitur, ideo Heraclitici erunt Herculei? Qui faciebant dubitare omnes dantes ſe ad
Philoſophiam in illo tempore. Quos omnes pręterquam ſeipſos? Sed nec dubitabant
qui ſciebant neſciri ſenſibilia. An putas Academicos fuiſſe, qui in omnibus aſſenſum
cohiberent? Et dicebant (ait) quòd nulla eſt ſcientia. Quid? tu nulla cenſes illos en-
tia poſuiſſe pręter ſenſilia? O doctum interpretem veterum. A ſenſibus, quę verè nō B
eſſent, ſcientiam illi auferebant: in ijs, quę mente aſſequeremur, quę ſola verè ſunt, re-
linquebant, vt in Deo, & rebus illis cęleſtibus. Scientia enim neceſſaria eſt. Quis ſic
loquitur? Scientiam eſſe de neceſſarijs dicimus, non ipſam neceſſariam. Sed faciamus
gratiam verbi homini infacundiſſimo. Et nihil eſt in his, de quo pendeat ſcientia, niſi
ſenſibilia, quę ſemper ſunt in tranſmutatione. Hęc ſunt tua, an Herculeorum, vt tu
vocas? Sint enim Heracliti Herculei, certè illorum non ſunt, qui veram ſcientiam in
cognitione ſtatuebant eorum, quę uerè eſſent. Tua ſunt, qui adeò es impius, vt im-
pietates inferere, vel tuo, vel alieno nomine, ſemper gaudeas. Denique dicit. Et iſtas
opiniones, &c. id eſt, iſtæ igitur opiniones prædictæ perueniunt ad nos de conſideran
tibus in philoſophia vſque nunc. Videte, quàm hoc congruat cum eo, quod Ariſtote-
les dicit. Hæc fuit poſtmodum Platonis ſententia. Atqui hic eſt Auerroes, quem ali- C
Auerr. habet quo mentes hominum capiat. — quorum dementia Ariſtoteli parem fecit, ſuperiorem B. Thoma: Rogo te, Auerroes,
quid habebas, quo caperes hominum mentes, ſeu veriùs, dementares? Cœperunt non
nulli multos ſermonis gratia, & orationis lenocinio? te nihil eſt horridius, incultius,
obſcœnius, infantius. Alij tennerunt quoſdam cognitione veteris memoriæ: tu nec
quo tempore vixeris, nec qua ætate natus ſis, nouiſti; non magis præteritorum conſul
tus, quàm in ſyluis & ſolitudine natus, ac educatus. Sunt quos libenter legimus pro-
Albert. Grotus. — pter experimenta, & obſeruationes variarum rerum in natura, vt Albertum Grotum:
tu velut in alia natura genitus & verſatus, de hac nihil loqueris; vtique in Ariſtotelē
ſcribens; nam libros tuos Medicos non legi. Admiratione atque omnium laude di-
gni ſunt habiti, qui animos formauerunt, qui præcepta tradiderunt benè viuendi: te
nihil eſt ſceleratius, aut irreligioſius: impius fiat, & Atheus, neceſſe eſt, quiſquis tuis D
Atheus qui ſeſe nimium addixerit Auerroi. Cur placuit Auerroes multis. — monimentis vehementer ſit deditus. Equidem coniecturas omnes conſumpſi. Iam
dic ipſe, qua potiſſimùm te quibuſdam placuiſti: audio, teneo, non tua culpa eſt, ſed
noſtra: non tu adferebas, quo placeres, ſed nos adferebamus, quo non diſpliceres: nō
approbauit te tua doctrina, ſed aliorum imperitia & torpor: ſuauia erant obſcuris ob
ſcura: inanibus inania: & quibuſdam pulchra ſunt viſa, atque ad fucum faciendum a-
ptiſſima, quæ nec ipſi intelligerent, nec alij eſſent intellecturi. nam exiſtimationem
ſcientiæ quærebant, non ſcientiam. Multi, qui te non legerant, alienum iudicium ſunt
ſecuti: aliquibus propter impietates fuiſti gratus; nam & Auerrois doctrina, & Meta
phyſica Auicennæ, denique omnia illa Arabica, uidentur mihi reſipere deliramenta
Alcorani, & reliqua alia eiuſmodi: nihil fieri poteſt illis indoctius, inſulſius, frigidius.
Hæc Viues. E

In Auerrois editione quomodo etiam peccatum eſt. Cap. XVIII.

AC tamen cum hoc ita ſit, ij verò, qui Auerrois Commentaria tam ſedulò (vt
dixi) hac ætate emendarunt, poſtquam Ariſtotelis vitam ex Diogene Laer
tio, & ex monimentis Ioannis Grammatici, priori tomo præfixerunt, mox
ubi de vita Auerrois ex lib. Chronic. à Mundi origine excerpta egerūt, hęc addidere.
*Auerroes quoque Medicus, cognomento Commentator, Philoſophus quidem apud Cor-
dubam Hiſpaniæ Vrbem, hoc tempore floruit: vt ex ſecundo libro eius, quo de Cælo
tractat,*

A *tractat, commento 110. & 111. habetur. Fuit enim à Natiuitate Chriſti anno M. C. L. vt aſſerit Conciliator, & Aegidius Romanus in ſuis Quodlibetis, libro ſecundo, quæſtione de Vnitate Intellectus, vbi verba hæc habentur: Nam Commentator Auerroes, non eſt diu, quod fuit: Nam dicitur, filios ſuos in Curia Federici Primi, cognomento Barbaroſſa Imperatoris fuiſſe, qui temporibus noſtris obijt. Fuit ergo dictus Auerroes tempore, quo fides Chriſtiana erat valde dilatata. Conſtat autem, quod apud Chriſtianos erat ſollemnis mentio de ſtatu animarum ſeparatarum. Et ideo Auerroes, qui fuit iſto tempore, potiſſimum debuit videre hoc inconueniens.* Hæc illi. Qui cum dicant, eſſe *inconueniens* id, quod ex vera Philoſophia, atque ex fide Chriſtiana credimus, cernunt, qui non ſunt omninò cæci, hæc à Satana paulatim obtruſa pijs mentibus; & adeò priuilegijs ſubdolè obtentis confirmata, fructus illos peperiſſe acerbiſſimos: vnde magna Europæ pars per hære-
B ſes, & Atheiſmum, iſto hominum genere tanquam Chorago præeunte, prorſus ad veritatem, quæ altrix eſt pietatis, obſtupuit.

Quando vixit Auerroes.

Nota.

De alijs Ariſtotelis interpretibus Iudicium. Cap. XIX.

SEd vt ad aliquos meliores Ariſtotelis Interpretes veniam, Vt in patribus, & Philoſophis ſeu Chriſtianis, ſiue Ethnicis, qui hoc ſeculum præceſſere, magnũ ingenij ſpecimen eluxit in exponendo Ariſtotele; ſic Diuinæ placuit bonitati, vt ipſos hoc ſeculum haberet, qui maximè eniterent, & oppugnatam verè Philoſophiæ veritatem, in libertatem aſſerentes, caſtius eam interpretarentur. Ne longior
C ſim, id nunc ſatis eſto; nitidiorem in Græcis, ac quibus in locis veritati fideique ſunt aduerſati, in Simplicio locupletem, In Themiſtio compendiariam, In Alexandro Aphrodiſæo conſtantem licet non vbique veram, In Theophraſto grauiter elaboratam, In Ammonio facilem, & gratam dicendi rationem eſſe. At etſi inter Arabes Auempaci, & Alpharabio graue aliquid, aut meditatum, vti & Auicennæ Platonicum, Auerroi autem nonnihil firmum (ſed ſæpè aliundè ſumptum) ineſſe videatur; labes tamen tam multæ inſunt, vt antidoto, vel amuleto plerumque opus ſit ad ea venena tractanda. Iã in noſtris Latinis, non ſine cauſa ſapientes obſeruant in B. Thoma ſolidam æquabilitatem; in Ioanne Scoto vegetum quiddam, atque diſcuſſum; in Franciſco acre acumen; in Alberto preſſum, amplum, & grande; in Aegidio terſum & exactum dicendi genus, in Henrico ſublime ac uenerandum: cum & reliqui ſuas habuerint dotes. Hi
D ergo Ariſtotelem expoſuerunt, ac quidem ſæpè rectius, quàm ipſe conceperit, quod & his altera ſplendidior lux, hoc eſt, ea quæ eſt Fidei affulſerat, & à modeſtis, ac pijs mentibus plerumque abſonæ, atque infirmæ Gentilium rationes firmitatem nanciſcuntur, quemadmodum in vbere ſolo ſiligo iacta non ſemel euadit in triticum.

Interpretes Ariſtot.
Simplicius locuples.
Themiſtius compendiarius.
Aphrodiſæus conſtans.
Theoph. elaboratus.
Ammonius facilis, & gratus.
Arabes quales interpretes.
Auempaces.
Alpharabi⁹.
Auicenna.
Auerr.
Latini B. Thomas ſolidus, & æquabilis.
Scotus vegetus.

Quippe & veterum omnium rationes expenderunt, & quę inde ſecuta ſint incommoda cum uidiſſent, qui ſimul Theologi fuere præſtantes, quidque naturæ, quid gratiæ Diuinæ lumen humanis mentibus inferat claritatis, ipſimet in ſeipſis experti, potuere ſanè alijs ſplendidiorem luminis facem præferre. Veruntamen in ijs, qui vel ſuperiore exeunte, vel hoc ſeculo Ariſtotelem ſcriptionibus illuſtrarunt, plurima cum dici poſſent, hæc pauca, quæ magis neceſſaria videantur, eloquar abſque eorum iniuria, qui cum egregiè laborauerint, hoc tamen loco (inferius haud prorſus prætermittendo) tacentur, ne ſim prolixior.
E

Franciſcus acutus.
Albertus preſſus, amplus, & grandis.
Aegidius terſus.
Henricus ſublimis.

Aliorum monita, & labores in tractando Ariſtotele. Cap. XX.

AC primò Ioannes Picus Mirandulanus in Heptaplo, in Oratione de hominis dignitate, in libro de Ente & Vno, in ijs, quæ aduerſus Aſtrologiam Iudiciariam ſcripſit, multa aperuit, quæ ad Ariſtotelem intelligendum, atque ad veram Philoſophiam è tenebris eruendam pertinent, in quo tamen unum id fortaſſe cauendum eſt, ne quoniam perſpicaciſſimo fuit ingenio, Hebræaque volumina, & Platonicam, Pythagoricamque Philoſophiam cupiditate omnia percipiendi auidiſſimè verſauit, ſic alij non omninò hæc illicò attentent, quibus non eſt idem ingenium, aut cer-

Rabbini, & Cabaliſtici cur cauendi.

tè hoc ipſum non expedit, ſed inter fines, quos pietas & charitas ſcientiæ Chriſti præ- A ſtituit nobis, ſeſe contineant. Ecquid enim mihi cum Rabbinorum longiore, quàm par ſit, tractatione, aut Cabaliſticorum verſatione (licet aliqua veræ Philoſophiæ, fideique conſona complexi ſunt) quando eadem varijs vel inuolucris, vel erroribus impliçuere; nobis autem iam liquidiſſima à Chriſto Domino, Chriſtianaque Philoſophorum piorum ſchola manarunt? Præter Picum autem, Auguſtinus Steuchus de perenni Philoſophia, multum lucis affert, vt alibi diximus. Propiùs autem Chryſoſtomus Iauellus perſpicuitate atque ordine, non eſt in poſtremis habendus in Philoſophia tractanda: licet aliquibus ſiue perſpicacioribus, ſiue interdum ſuo in ſenſu abundantibus, pius quidē uideatur, ſed ſimplicior. Caietanus Card. breuis, acutus, & in quo uerſando attentione opus ſit, habet plura, quæ proſint. Veruntamen quoniam reliqui, vel proprio genere loquendi ſcabroſi, vel difficiles habentur; non peribit labor, quib. erunt ad manus, Dominicus à Soto, Frāciſcus Card. Toletus, Benedict. Pererius, & Franciſcus Valleſius, qui inter alios præſtantes viros, Phyſicam Ariſtotelis Philoſophiam ſapienter ac dilucidè tractarunt. Valleſius autem cum præter optima, quæ edidit in Medicinam, quæ tamen interdum huc facere poſſint, Sacrę Philoſophię libros nouiſſimè edidit, qui Taurini excuſi ſunt, ad firmitatem ueritatis aſſequendam non inutiles: Et verò unum qui legerint attentè Toletum, libros Ariſtotelis de Anima interpretantem, non ſolùm errores illos Auerroiſtarum, & ſectatorum Alexādri abiget, uerum etiam ſic pedem ſiſtet in ſolida ueritatis petra, ut quum ſummi momenti omnium ſit ea tractatio, quæ aditum patefacit ad cuncta, quę ad ſalutem pertinent, tum quaſi ſubmotis Satanę obicibus, ad Diuinę apices Philoſophię inoffenſo pede decurrat. C

Auguſt. Steuchus Chryſ. Iauellus. Caiet.

Dominicus à Soto. Franciſcus Toletus. Pererius. Franciſcus Valleſius.

B

De alijs quoque Interpretibus. Cap. XXI.

Petrus Martinez à Brea in Ariſt.

SCio autem anno huius ſeculi ſeptuageſimoquinto, Seguntí Ciuitatis in Hiſpania, apud Ioannem Gratianum Typographum, prodijſſe in tres libros Ariſtotelis de Anima Commentarios Petri Martinez Toletani à Brea, in Philoſophia Magiſtri, & Theologiæ Doctoris, olim apud Complurenſes pręcipuę Cathedrę Præfecti, deinde in Seguntina Academia primarij profeſſoris: quanquam & in libros de Cælo, & De generatione, & corruptione, ſcripſit. Hic igitur utilis Interpres eſt: cum & ad eaſdem Commentariorum, Tractatum de Immortalitate animę adiecerit: Quo uir ille diſpicit. Num animus humanus ex Ariſtotelis principijs, immortalis ſit; Ac num in tractanda noſtrę Animę natura, ſibi diſſentiat: & denique oſtendit, ex Ariſtotele Immortalitatem animę probari. Ceterum quod in primum librum de Generatione, & interitu Flaminius Nobilius fecit, quem à ſe è Græco conuerſum, imitatus Antiquiores, expoſuit: id ualdè probandum eſt, atque inde ſanè petenda exponendi Ariſtotelis ratio. Verba enim primum cuiuſq; capitis, ac penè ſingillatim ubi explanauit, ac dicendi genera notauit è locorum ſimilium obſeruatione, tum Ariſtotelis ſententiam nudam, & ſimplicem ante oculos ponit, nec ulla rerum, quas aliundè importaret, uarietate, eam quaſi confundi ac perturbari patitur: perceptis autem ſententijs, uerbiſque enodatis, ad finem cuiuſque capitis, propoſitionum ac ſententiarum, quæ in illo capite pronunciatę fuerint, ueritatem per ſeipſum contemplatur, orientes quęſtiones explicat, ſi quid ad eaſdem res attinens ab alijs bonis auctoribus affertur, ad eundem adducit locum. Quæ ſanè Boetij in aliquibus libris explicandis ratio fuit: E niſi quòd quę apud hūc prima, & ſecunda editione ſeparatis uoluminibus cōtinentur, atque in ſecunda editione ad uerba, & ſententiam Ariſtotelis explicādam ſe confert, Flaminius, quæ ad ſententiam attinent, ſemel abſoluit, continuoque rerum traditarum contemplationem ſubijcit: id quod multò breuius & gratius eſt. Et Flaminius quidem alios libros euulgauit; Quæſtiones Logicas, ac Libros de uera, & falſa uoluptate, ac de Honore, aliaq; alia, de quibus modò dicendum non eſt.

D

Flaminius Nobilius.

Petrus Fonſeca.

Sed in Metaphyſicen Ariſtotelis Petrus Fonſeca nouiſſimè Commentarios hanc ipſam rationem ſecutus, edidit: quibus quoniam quęſtiones penè ad omnem Philoſophiam ſpectantes complexus eſt, uberem ac doctam ad enodandos pleroſque nodos

cum

A cum pietate materiam præbet. Quę uerò interim ſcripta circunferuntur, que fallaci aſtu pietatem ſpecie tenus principio pretexentes, mox uelis remiſque (ut aiunt) uel argumenta de Animę mortalitate, uel alia huiuſmodi uenena inſtillant, explodenda ſunt, tamquam ea, quę ſenſim Atheiſmo animos inficiunt. Sic enim propterea homines obſcuriſſimę notę ab Eccleſia merito proiecti ſunt. Theſes uerò tueri publicè, quibus præbeatur occaſio deminuendę Diuinę Maieſtatis, uocandique in dubium res certiſſimas, à melioribus Academijs eſt reiectum. Nam & Hiſpani ſapienter hęc in Hiſpania non permittunt, & ceteri, quibus ſapit ueritas, iniquiſſimo animo ferunt, ſi alicubi hoc permittatur haud bono exemplo. Ecquid enim ad ueritatem labefactandam ualidius, aut inſidiarum plenius afferri poſſit, quam cum iſta, quę mox dicam, proponuntur? Nempè. Etiamſi ex Catholica fide, immortalis animus ſit, ſecun-

B dum tamen Ariſtotelem firmiſſimis rationibus mortalem (inquiunt) defendemus. Aut. Licet Chriſtiana Religio, Platonicique ipſi cognouerint eſſe Dęmones, nos tamen, ſecundum Ariſtotelem (aiunt) non agnoſcimus. Et huius generis alia, quę luxuriantia ingenia pepererunt, excindenda, & in ignem utique mittenda. Simile uidelicet fuerit dicere. Etſi uera Catholica Religio eſt, eam tamen, ſecundum Lutherum, haud agnoſcimus. Vel. Licet CHRISTVS Dei filius carnem pro nobis humanam ex immenſa illa dignatione pro nobis aſſumpſerit; negamus tamen hoc, ſecundum Mahometem, aut Iudęos. Quę dico, quoniam iſta non ita pridem ſummo ſcandalo edi & defendi uidimus ab is, qui Catholici dicerentur, neſcientes quouſque repat iſte ſerpens, qui pleroſque Atheos ſic fecit, ut etiamnum auolet ex Europe gremio pietas ad Gentes, & Inſulas, quę, quoniam pauperes ſpiritu ſunt, euangelizantur. *Matth. 11.*

C Ceterum quoniam pleraque huiuſmodi alia ea in Pręfatione ſcripta ſunt, quę Cōmentario Franciſci Card. Toleti in Phyſicen Ariſtotelis cordatiſſimè pręfixa fuit, ideo optandum eſt, ut eam quiſque perlegat. De D. autem Thoma in Ariſtotelis Philoſophiam, iudicium Hieronymi Vielmij Epiſcopi Argolicenſis lib. 2. de doct. & ſcriptis B. Thomę.

Quibus in rebus diſquirendis citra fidei periculum exerceri poßint ingenia. Cap. XXII.

PLura in omnibus fermè diſciplinis, quę nondum integrè percepta ſint, cum dies ipſa identidem oſtendat, ſatis monemur, ne ſiſtamus greſſum in contemplan-

D do quaſi incomprehenſarum rerum non ſit multitudo maior, quàm quę vnquā poſſit intelligi. At, ut tuto Philoſophari, ac citrà periculum fidei mens ſciendi auida in nouarum copia rerum queat ſpatiari, id uerò tam optandum eſt, quam quod maximè. Neque autem hoc difficillimum eſt, ſi ductum eorum ſequamur, qui iam nobis tum antiquitus, tum hoc pręſertim ſeculo uiam ſtrauerunt, quales quidem ſunt, quos ſequenti capite adijciemus. Verum & alij, quos peperit hęc fœcunda eruditionis ętas, quoniam è ſchola Chriſtiana exierunt, tanto planiorem ueritatis hac in ratione Philoſophandi ſemitam indicarunt, quanto certiori ueritati inhęſerunt. Semper aliquid noui diſcere poſſumus.

Vt igitur mittam Theophraſtum, Plinium, Athenęum, Aelianum, & alios quorū mentionem ad calcem huius operis reſeruamus, & eam quidem planiorem Ioannes Fernelius Ambianus, cum ad abſtruſas rerum cauſas contemplandas propenderet, ſi- Io. Fernelius de abditis rerū cauſis ſcripſit.

E mulque aliquando uerbis paucisſimis Hippocratis admonitus eſſet, *quibus in morbis quippiam Diuinum, hoc eſt, abditum eſſe confirmat* exiſtimauit perbreuem ſententiam permagno eſſe momento ponderandam: quippe qua Hippocrates magnam rerum ſupellectilem, quam mente gerebat, concluſerit. Itaque Fernelius quantum abditarum cauſarum inſit tum naturali Philoſophię, tum rei Medicę, conatus eſt duobus libris agere, quos de abditis rerum cauſis inſcripſit.

Franciſcus autem Valleſius, cùm iuuenis, libros, decem controuerſiarum medicarum, & Philoſophicarum edidiſſet, quorum tum ſequenti Elencho, tum altera noſtra Tractatione de medicina libro mentionem fecimus, nouam Philoſophandi rationem ſenex ad pietatem, atque ad ſolidam ueritatem inijt, quam libro de ſacra Philo- Franciſcu Valleſius de Philoſophia ſacra.

ſophia

ſophia explicuit: Nimitum huc ſe abductum teſtatus, quod plutima occurrerent A
in libris ſacris ad naturam pertinentia, quæ pletique ſic cenſerent accipienda, quaſi Dei ſpiritus nihil ad naturam pertinens, nobis voluiſſet interpretari: Contra, verò, magna veterum pars Philoſophorum, ad quorum manus ſacri peruenerant libri, eos legiſſet, velut alia quæuis Philoſophica monimenta, atque adeo ipſa Iudæorum, & Chriſtianorum dogmata uelut ſingularis cuiuſdam ſcholę Philoſophorum examinaſſet, atque de eorum probabilitate certaſſet, conſerens cum alijs dogmatibus, quæ fuerè innumera. Quam ob rem Valleſius, cùm Diuina eloquia minimè ſanè ad naturæ interpretationem, veluti ad finem ſimpliciter vltimum ſcripta eſſe à viris ſancto afflatis ſpiritu ſibi perſuaſiſſet, quoniam, ut ſcriptum reliquerat Eccleſiaſtes, naturæ arcana noluit Deus reuelare nobis ad uitam ęternam obtinendam, permittens tamen hanc occupationem peſſimam filijs hominum, vt occuparentur in ea; ſic cenſuit, di- B
ſciplinas omnes ac præcipuè naturalem, poſſe quam plurimum iuuari, ſi docti labore impenderent in eius ueritate è Diuinis ipſis eloquijs eruenda, cum in ipſo eorum ductu texantur naturalia, quæ ſunt ueriſſima, utpote quæ à ſummi ueri Dei ſpiritu dictata ſint, & ab ipſo auctore naturę fluxerint, quem latere nihil potuit. Veluti item ijſdem in libris plurima ſunt contexta ad hiſtorias ſpectantia, quæ & ipſa alioſum attinent (ſi ſcopum ultimum conſideremus) quàm ut antiquorum facta, & prælia commiſſa nouerint, quæ tamen à ueritate non ſunt aliena. Atqui (ait) cum Deus res naturales, obiter attingit, cur nos decipiat? quarum notitia ſi minus ad ſalutem neceſſaria eſt, nihil tamen lædit. Quinetiam denique prodeſt, cum Diuina in rebus creatis, uis, ordo, ac reliqua agnoſcantur. Ex paucis igitur, quę ex eodem Valleſij opere de ſacra Philoſophia interſeruimus, ubi de Galeno locuti ſumus, prudens quilibet intelli- C
get, quàm tutò inter uarios opinionum fluctus curſum tenere poterit, qui Philoſophabitur. Addo, ex huiuſmodi ratione Philoſophandi futurum, ut liqueat, Philoſophiam, quę quodammodo nuda, & pauper uixerat, ac penè tantum ad uſum Medicinæ adhibita fuerat, non ſolum ex anguſto in patentem campum à Theologia fuiſſe productam, verum etiam tãquam ancillam nobilem adſcitam in ſcholas, in ſuggeſtus eccleſiarũ in domos Regum, in Synodos, in ipſa Diuina adyta, dixerim in ipſum quoque Dei ſinum. Vt ſi quid ea Theologię officij prǽſter, hęc illi rependat uberrimè. Ac profecto Philoſophia, ſi ſeipſam inter cancellos ſuos contineat, ſentit ſecum agi à Theologia, quod fit à Deo erga pauperes, & paruulos, quibus ſeipſum reuelat, ſuęque Theſauros bonitatis libentius communicat, quàm ijs qui dicunt, nullius egemus, & diuites ſumus, atque efficere per nos ipſi poſſumus, quęcunque uolumus. D

Veteres Philoſophi multi D. ſcripturam legerũt, velut dogmata ſingularis cuiuſdã ſcholæ Philoſophorum. *Eccl. c. 1.*

Diuina eloquia veriſſima ẽt, vbi agunt de reb. naturalib. & hiſtoriæ.

Notitia rerũ naturalium, quõ prodeſt.

Philoſophiã, quæ nuda, & pauper vixerat, eductam fuiſſe à Theologia in patẽtes, & vberes campos.

Philoſophia, ſi ſeipsã intra cãcellos ſuos cõtineat quã ſæpere iuuetur a Theologia.

Iam quę in Phyſicis attinent ad caſus, & fortunę tractationem, ac ſubinde ad id, quod uocant fatum, & contingentiam, pręterea ad æternitatem, atque unitatem Mundi, necnon ad animæ, non ſolum immortalitatem, uerum etiam multitudinem, & informationem, quę item in Metaphyſicis ad ueram Dei cognitionem, qualia ſunt eius libertas, Infinitas, ſiue infinitudo, & omnipotentia, deinde & quę ad intelligentias pertinent, quo ad ſubſtantiam, numerum, operationes atq; eiuſmodi alia, in his ſine fidei naufragio ſecurius excurrimus, cum pręſidium capimus ex ipſa, quę conſtans eſt in Diuinis literis, ueritate.

Quot & quãtæ quæſtiones Philoſophiæ Theologiæ ope indigeant.

Sed & pręter hęc, haud pauca ſunt, quorum formalis ratio non facilè diſpicitur abſque alio fidei principio, aut ſacramento. Nam (vt id modo dicamus) cùm natura difficillimè diſiungat, quę cernit inuicem eſſe à parte rei coniuncta, & concomitan- E
tia, certè difficillimum erat intelligere, quid implicet ſeiungi, quid non, niſi Diuinum acceſſiſſet fidei lumen, quo oſtenditur à ſuperiore potentia, qualis eſt Diuina, quæ eſt omnipotens, aliqua ſeiuncta fuiſſe. Sed & paſsim in Diuinis literis didicimus, idem numero ſemel corruptum poſſe redire: Agens agere, abſque debita appropinquatione, alia denique, quę ſuprà, & præter naturæ uires effecta, nobis altiora ſublimioris Philoſophię ſecreta reſerarũt. Quod uel unico illo triũ puerorũ exemplo conſtare poteſt, quos in fornacem proiectos à Nabuchodonoſore, ignis non tetigit, dum tamen ad Diuinę uoluntatis nutum alios adureret, in quo miraculo plura fuiſſe miracula, & S. Ioannes Chryſoſtomus aptiſsimè, & Benedictus Pererius perſpicaciter oſtendit.

Quæ inuicẽ à parte rei cõiuncta ſunt, quõ poſſint ſeiungi.

Chryſ. hom 4. ad. pop Antioch Perer. in Daniel.

Præter

A Præter Valleſium autem, Iulius Cæſar Scaliger ſuis exercitationibus, ſiue in librū de ſubtilitate Hieronymi Cardani præbet occaſionem Philoſophandi de rebus naturalibus, vel abditis, vel eatenus minus ſubtiliter expēſis: eo melius, quàm fecerat Cardanus, quòd Methodum Ariſtotelis inſiſtens minus à ſcopo aberrauit: quamquam ab aliquibus poterat ſuperſedere, in quibus licentius locutus eſt de ijs, quæ ad res illas non attinebant. Quam ob rem hæc, & limam, & expurgationem requirunt.

Iulius Cæſar Scaliger, de ſubtilitate liber quid contineat.

Extabat verò apud noſtros liber Leonardi Garzoni, viri de Societate noſtra, nondum editus, in quo cum mirabiles vires acutius quàm plerique eatenus alij, magnetis, ſiue lapidis Herculei, expoſuiſſet, reliquit modum, quo in eiuſmodi rebus ingenia ſine diſcrimine poſſint exacui.

Leonardus Garzonius.

Sed & vix annus effluxit, cum Romæ edita ſunt in lucem Simonis Maioli Aſten. B Epiſcopi Vulturarienſis liber inſcriptus, DIES caniculares, ſeu colloquia tria, & viginti. Quibus pleraque naturæ admiranda, quæ aut in æthere fiunt, aut in Europa, Aſia, atque Africa, quin etiam in ipſo orbe nouo, & apud omnes Antipodas ſunt, recenſentur. Cuius certè libri Materia, Methodus, & elegantia ſine ulla affectatione eiuſmodi ſunt, vt & legenti, ac Philoſophanti plura ſuppeditet, quibus ſine Fidei periculo, pietatis, & ſcientiæ lucrum haud mediocre poſſit comparari.

Simon Maiolus.

Ceterum & in Mathematicis quàm multa ſint, quæ quotidie ab ingenijs acrioribus eruuntur, aut intelliguntur, noſter inter alios Clauius diuerſis operibus oſtendit, vt non defutura ſit materia (quemadmodum diximus) qua citra omne Fidei, ac Religionis periculum, aut naufragium quiſque Philoſophetur.

Chriſtophorus Clauius.

C

TRACTATIO QVARTA

De eadem Ariſtotelis Philoſophia.

Quænam alia præmonenda ſint, cum propius ad exponendum Ariſtotelem acceditur. Cap. I.

IAm verò ijs generatim propoſitis, quæ ad Ariſtotelem; atque ad eius Interpretes attinent, expedit, vt cum propius ad inchoandum, quem D vocant, curſum Philoſophicum acceditur, ea de Philoſophiæ origine, ac dignitate dicantur, quæ ex ijs, quos adſcribemus, facile colligi poterunt. Ac de Philoſophiæ origine ducta à Chaldæis, & Hebræis ſcripſere inter alios Ioſephus libro primo contra Appionem, Clemēs Alexandrinus libro primo Stromatum, Euſebius libro decimo, & vndecimo præparationis Euangelicæ, Theodoretus libro primo Græcarum affectionum. A Chaldæis autem ad Aegyptios ſapientiam transtuliſſe Abrahamum conſtat, Zoroaſtre apud Bactrianos imperante, qui Linum, & Orpheum nongentis annis præceſſit. Quam item ſententiam Theologi Scholaſtici ſequūtur, cum Adamum omni ſcientia rerum naturalium à ſuo vſque ortu aſſerunt fuiſſe præditum, id quod confirmant ex capite E Eccleſiaſtici decimoſeptimo, & libri Eccleſiaſtes, capite ſeptimo.

Scriptores de Philoſophiæ origine. Ioſephus. Clemēs Alex. Euſebius. Theodoretus. Magiſter lib. 2. d. 23. Bonau. ibidē. ar. 1. q. 1. et. 2. S. Thom. 1. 3. p. q. 9 94. Hugo. de S. Vict. lib. 1. de ſacr. p. 8. c. 12.

Ex his conſtat eos non rectè facere, qui cum Philoſophiæ curriculū auſpicantur, ſolent originem Philoſophiæ tribuere Græcis. Auerroes enim eam Ariſtoteli, alij Lino Thebano, aut Orpheo eius diſcipulo, vel Muſæo Athenienſi tribuerunt, ut quidā apud Laertium putarunt, & Actius ſcripſit in hiſtoria Philoſophiea, quæ falſo eſt aſeripta Galeno, id quod Theodoretus libro tertio, quarto, & quinto Græcarum affectionum docet. Quo iacto fundamento, perlegi (ſi libuerit) poterunt, qui de eiuſdem Philoſophiæ origine, diuiſione, atque vtilitate ſcripſerunt. Boetius de Conſolatione Philoſophiæ: Seneca libro decimotertio, epiſtola octogeſima nona de liberalibus artibus; ac libro decimoquarto, epiſtola nonageſima prima, de Philoſophia, quòd non ſit res beneficiaria. Richardus de Sancto Victore, De Studio ſapientiæ. Nicolaus

Origo Philoſophiæ ad Græcos non eſt referēda Auer. in proœm. Phyſic. & lib. 3. de Cælo tit. 68. Actius in hiſto. Philoſ. Boetius. Seneca. Rich. de S. Victore. Nic. de Cuſa.

Io. Franciſc. Picus. Adrian. Car. Hier. Paduanus. Franciſcus Petrarca. Cælius Rhodiginus. Petrus Lagnerius.

laus de Cuſa de Sapientia Idiotæ. Ioannes Franciſcus Picus, de ſtudio Diuinæ, & humanæ Philoſophiæ. Adrianus Cardinalis de vera Philoſophia. Hieronymus Paduanus de Philoſophica doctrina, & diſciplina, atque his connexis, libro tertio partis tertiæ. Franciſcus Petrarca duobus libris de ſapientia vera. Cælius Rhodiginus pluribus in locis, Petrus Lagnerius, & reliqui à ſancta Sede Apoſtolica approbati, vel ea approbante, expurgati. A

Interpretum aliquot Elenchus, qui vel in vniuerſam Ariſtotelis Philoſophiam, vel in plures illius partes ſcripſerunt. Cap. II.

ETſi verò noti ſunt interpretes Ariſtotelis, veteres præſertim, ac recentiores ij, quorum celebrius eſt nomen, ac de quibus mentio ſuperioribus capitibus eſt facta, adhuc tamen in gratiam ſtudioſorum Adoleſcentum ſeries, & cautiones aliæ ſunt huc adſcribendæ eorum, quibus aut emendis, aut legendis iactura non fiat pecuniæ, ac temporis. B

Ac inprimis conſtat in vniuerſam penè, aut certè in primarias Philoſophiæ partes aliquos ſcripſiſſe, vel paraphraſes, vt Themiſtium, vel Epitomes, vt Iauellum, vel Commentaria, vt Auerroem, S. Thomam, Albertum Magnum; Vel (vt vocant) Curſum, vt Louanienſes. Sed quoniam hi omnes poſteris viam ad Philoſophandum muniuerunt, factum eſt, vt & aliqui è noſtris, præter eximios alios Philoſophos aggreſſi ſint Ariſtotelici curriculi commentaria conficere, ita vt cum ſolida doctrina, meliorumque interpretum ſententijs, breuitas, elegantia, & proprietas coniungerentur.

Curſus Conimbricēſis.

Id verò efficeret, ne ſe quiſque vel conquirendis, vel deſcribendis tot varijs opinionibus obrueret, atque conficeret, licet conſultò etiam quædam omiſſa in eodem curriculo ſint, in quibus exercendi ingenia liberior pateat campus. C

Ceterum Franciſcus Piccolhomineus Senenſis, & primarius in Academia Patauina profeſſor, Tomos aliquot in Vniuerſæ Philoſophiæ partes nouiſſimè Venetijs emiſit. At & antea Iacobus Mazonius cum de triplici hominum vita Actiua, contemplatiua, Religioſa, egiſſet quæſtionibus quinque mille centum, & nonaginta ſeptem, Methodum, ac ſedes omnium, diſciplinarum commodas indicauit, ac Cæſennæ edidit. At quod conatus eſt ſatagere, vt Platonem, Ariſtotelem, Græcoſque & Arabes, ac Latinos Interpretes conciliaret, irritum fuit. Quod quidem ætate iam ingraueſcente, maturiore videlicet diſquiſitione agnouit. *Et nos* (inquit) *etiam in noſtro ætatis flore, calore quodam iuuenili audaciores, ac par eſſet, in noſtris theſibus vtriuſque Philoſophi* (nempè Platonis, & Ariſtolis) *concordiam diſputandam propoſuimus: ſed nunc cum ille calor deferbuerit, quàm cuperemus ſiluiſſe.* Hæc ipſe libro in Platonis, & Ariſtotelis Philoſophiæ Præludia, ſiue de comparatione Platonis, & Ariſtotelis, qui liber prodijt in lucem Venetijs 1597. Porrò Andreas Cæſalpinus Aretinus, Quæſtiones Peripateticas acutiores protulit; quibus ſecundo editis apud Venetos vir perſpicax difficiliora in Metaphyſica, naturali Philoſophia, & Logica explicat. D

Sed & poſtremo, quæ duobus Tomis Petrus Fonſeca complexus eſt, quibus Metaphyſica diligentiſſimè expendit, fontes omnium penè Quæſtionum, ac Solutionum, (vt diximus) quæ ad Philoſophiam attinent, aperuit, cum antea plerique alij libros de Philoſophicis quæſtionibus ſcripſiſſent, quorum ſubinde mentio ſuis habebitur locis. E

Præmonitio, & cautio ante Dialectica, ac Logica explanationem. Cap. III.

Ariſtot. Logicam qui ſuggillauit.

VErum ad Dialecticam, ſiue Logicam quod attinet, cùm aliqui acrius, quàm decebat eleuare Ariſtotelis ſcripta de Prædicamentis, Interpretatione, Prioribus, Poſterioribus, Topicis, Elenchis conati ſint, nimirum Laurentius Valla, Marius Nizolius, Io. Ludouicus Viues, Petrus Ramus, & alij huiuſmodi, laude dignum, vti & fructuoſum fuerit, ſi breuiter, atque perſpicuè pro adoleſcentum captu, illorum argumenta, vbi adhuc habentur in pretio, breuiſſimè refellantur. Proderit

A derit enim id etiam ad excitanda ingenia, & tanquam è colliſione lapidum ad ali-
quas in eorum mentibus ſcintillas veri excutiendas. Et quidem Iacobus Carpenta-
rius, Petri Rami Commentaria retudit. Laurentij autem Vallę, & Marij Nyzolij,
M. Antonius Maioragius. Tileſius verò cum ſuis aſſeclis iam decoxit. At Ludoui
co Viui neſcio quis reſponderit. Ac tamen is Ariſtotelem magnifacit, ſed quę de v-
niuerſa eius Logica ſcripſit, pleriſque ſugillat in locis aſſerens, non obſcura modò, at
que aliquando prolixa, verum etiam inepta eſſe ad vſum. Quod ſanè poſtremum,
vt minimè dicendum erat, ita refutatum eſt ab ijs, qui magna cum laude Ariſtotelem
interpretati, ſecus quàm Viues, locuti ſunt, nos verò pauca hęc pro tyronibus.

Ariſtot. inſtitutum in libris perihermenias, & prioribus.

Argumentationis perfectę quandam Ideam exprimere Ariſtoteles voluit, quod ſa-
nè conſecutus eſt, dum partes eius (ſcilicet propoſitiones) diſtinguit, deſignatque,
B quot & quales ſint, dum multiplices eius figuras, & formas quaſi depingit, dum vti-
les ab inutilibus modos ſecernit, dum & figurarum, & modorum varietatem expen-
dens, quę figura, quiue modus ad euidentem concluſionem maximè ſit aptus dijudi-
cat, eodemque qua via ad hunc vnum, qui pręſtat, tum modum tum figuram quicun
que alius reduci poſſit, obſcura ſanè, ſed peracuta pręceptione pręmonſtrat, Atque
ex hac parte, iudicandi rationem, qui doctrinam hanc imbiberit, ſine dubio conſeque
tur. Inueniendi verò modum pluſquam facilem ille agnoſcet, qui in rerum cognitio-
ne uerſatus fuerit. Qui enim rerum cauſas, & naturas omninò ignoret, is ſanè diffi-
cile pręcepta inueniendi intelliget. Quis enim antecedentia, aut conſequentia, aut
repugnantia, ſine aliqua earum rerum, de quibus illa dicuntur, intelligat?

Pręedicamenta ad quid conferant.

Porrò pręedicamentorum numerum (ſi tamen Ariſtotelis ſit) tanquam vulgarem,
C & communi Philoſophorum conſenſu receptum propoſuit, & expoſuit. Iam verò in
Logica eo conſilio puto inſerta fuiſſe, ut Logica ſtudioſus diſceret ex hac rudi entium
diſtinctione multiplices poſſe de rebus formari primos conceptus, unamque & ean-
dem rem ratione, & definitione diuerſarum conceptionum obiectum eſſe poſſe; quod
maximè Logico; & ei, qui artis Logicę pręceptis uti vult, eſt pernéceſſarium. Inſer-
uient igitur tandem ad definitiones, & ad alia ſciendi inſtrumenta conſequenda.

Logica in quibus verſetur.

Neque uerò quod ſecundo obijciebat Viues, verſatur Logica in tradendis pręce-
ptis uocalis, ſed mentalis orationis: quod ſi nomina extarent & voces, quę pro menta
libus terminis ſupponerent, non eſſet, cur de nomine, & verbo mentionem faceret
Ariſtoteles: hęc uerò cum tendant ad dirigēdas operationes intellectus, multum dif-
ferunt ab ijs pręceptionibus, quas ad congruè formandam orationem Grammatici
D tradunt.

Propoſitiones modales cur Ariſtot. tractauerit.

Quod autem ad propoſitiones, ſiue enunciationes modales attinet, has Ariſtot.
penes modos rerum diſtinxit. Entium enim quędam neceſſaria, quędam contingen
tia, quędam impoſſibilia ſunt: orationes autem tam mentis, quàm oris ex naturis re-
rum maximè diſtinguuntur, pręterquam quod Theologia denique moſtrauit, ubi de
futuris contingentibus agit, quanto uſui iam modales ſint.

De priorib. Analyticis.

Libros autem Priorum non immeritò reſolutorios dixeris; quòd in his materiam,
circa quam uerſatur ſyllogiſmus, in minutiſſimas partes reſoluat. At quis neget eas
in uſum aliquando uenire poſſe? & quidem facilior erit illarum pręceptionum uſus
ei, qui perfectā earum tractationem intellexerit, quam qui rudem tantum acceperit.

Libri poſteriorum quales.

E At Poſteriorum libri demonſtrationis naturam explanant, quę ſcientię mater eſt.
Quę igitur minus apta uidebuntur prima fronte in illis, qualia ſunt, Quę de errore, de
ignorantia, de opinione agunt, hęc commodè tractata magni æſtimabuntur ab eo,
qui ipſum demonſtrationis ſcopum (ſcientiam ſcilicet, quę finis eſt eiuſdem) ex eorū
cognitione non exiguam lucem haurire conſideret. Pertinet autem dēmōſtratio, hoc
eſt demonſtrandi ars, ad Dialecticum, non quidem ut cū, qui de rebus ex probabilibus
diſſerit, ſed qui de diſſerendi, ac ſciendi modo ex neceſſarijs ediſſerit. Hęc uerò inge-
nij noſtri imbecillitati ſeſe non accommodant, ſed ſcientię ipſi, ut fini medium, uiam
ſternunt. Scientia uerò naturas rerum conatur exprimere. Quam ob rem licet hāc
demonſtrandi artem, & uſum numquam, uel rarò propter abſtruſam rerum cognitionē
uſurpare poſſemus, certè intelligimus poſſe inde opinionem à certa ſcientia diſcerne-

Demonſtratio ad Dialecticum quomodo pertineat.

Libri de Demonſtratione quomodo vtiles eſſe poſſint.

re;nec mordicus aut firmius ei,quàm opus ſit,adhærere;quo autem propius ad hãc de A
monſtrandi regulam aliquis acceſſerit,eò ſe perfectius,certiuſque rem nouiſſe ſentiet.

Topica Ariſtot. laudantur. Iam tantum abeſt,vt Topica Ariſtotelis ſpernenda ſint,vt magno diſcentium damno à pleriſque profeſſoribus omittantur. Quandoquidem ex ijs libris,quos reliquit Ariſtoteles, nullus fermè eſt abſolutior. Nam etſi,quę de Analyticis ſcripſit,vti præſtantiora,ſubtilius tractauit,quoniam tamen pauciſſimæ demonſtrationes confici poſſunt,iccirco Topicorum libri eſſent uerſandi diligentius, quos & non ſine cauſa edidit Ariſtotelis ſciens, eos ad vſum, frequentiſſimè poſſe adhiberi. *Libri Elenchorum perutiles.* Elenchorum autem duo libri ipſi ſeſe tuentur,cum captioſas ratiocinationes produnt, quales & hæ ipſę ſunt,quę illis obijciebantur.

Quomodo Logica Ariſtot. ſit docenda. His poſitis,cautiones hæ ſunt addendę. Primò in Logica expedire,ne in Prolegomenis aliud diſputetur,quam num ſit ſcientia,& de quo agat ſubiecto; mox pauca de B
ſecundis intentionibus. Plena uerò de vniuerſalibus diſputatio differatur in Metaphyſicam; quandoquidem ſit ſatis hic tradere mediocrem eorum notitiam,idque ferè ſub interrogandi,dubitandique charactere. De Prędicamentis item faciliora quędam,quę ferè ab Ariſtotele tanguntur, cętera ſuo tempore,& locis,hoc eſt cum Metaphyſica exponantur: liber ſecundus Perihermenias, & ambo Priorum libri pręter octo,vel nouem prima capita primi libri compendio percurrantur: ac tamen propriæ illis quæſtiones explicentur: breuiſſimè verò ea,quę eſt de contingentibus, nec in ea tunc quidquam agatur de libero arbitrio,quę tractatio huc non pertinet.

In finem Analyticorum plenior inſtitui poterit tractatio de ſcientia,in eamque maxima ex parte conijcienda erunt prolegomena Phyſicę,vt ſcientiarum diuiſiones: abſtractiones: Speculatiuum,Practicum: Subalternatio. Id etiam, An ſcientię ſubalternentur Metaphyſicæ. Diuerſus quoque modus procedendi in Phyſicis,& Mathe C
maticis,de quo Ariſtoteles in ſecundo libro Phyſicorum. Ex Topicis, & Elenchis loci,& fallaciæ diſcentur,ſi qua uerò ſummula anni initio tractetur,ea tractatio ſit ad captum Tyronum, cuius breuiſſima tantum ſcholiola ſcribant,vt incipiãt aſſueſcere.

Cum autẽ in Logicis pręcipuum teneat locum Ratiocinatio, quę à ratione manat, meminerint ſępè adoleſcentes, quid ſit ratio,atque vnde accepta,petendaue ſit:ne videlicet putent eam ingenij dumtaxat exercitatione, ſed continenter per orationes à Deo, vti S. Thomas faciebat,comparari.

Catalogus Pri... as Scriptorum, qui in libros aliquos Logicos, & in Porphyrij Iſagogem ſcripſerunt. Cap. IIII.

D

Albericus Trium curialis Gallus, qui denique Catholicè diem obijt, hæreſes deteſtat⁹, & magni vir ingenij.
Academia Veneta in libros Topicos.
Aegidius Romanus in lib.Priores, & Poſteriores.
Albertus de Saxonia in lib.Logic.
Albertus Magnus in omnes libros Logicos.
Alexander in lib.priores,poſteriores, Topicos, & Elenchos.
Alphonſi Barocij Ferrarienſ. in lib. Periherm.
Ammonius in prædicab.prædicam. & Pericher-men.
Angelus Senenſis in Logicam Ariſt.
Angelus Thius in Logicam,& prædic.
Antonij Andreæ in artem veterem cum q.in lib. Boetij de diuiſionibus.
Antonius Demochares in lib.Topicos.
Apollinaris in lib.1.Poſter.
Auerroes in omnes libros Logicos. Expoſitio media in lib.Poſter. Epitomæ Logicæ, Varia quæſita.
Auguſtinus Niphus in omnes lib. Logicos Ariſtot.
Bartholomæi Spinolæ in Periherm.& lib. Poſteriores.
Benedictus Maioricenſis Benedictinus in prædicabilia Porphyrij,& quęſtiones uniuerſales in Logicam,extant. M.S. Romę.
Bernardini Petrellæ Commentaria in lib. Poſteriorum.
Eiuſdem de potiſſima demonſtratione.
Bernardini Tomitani in lib.Elenchos.
Boetius in Porphyriũ à Victorino tranſlatũ, & in eundẽ à ſe Latinum factum, in lib. periher. Commentaria maiora,& minora. Introductio ad Syllogiſmos Categoricos, de Syllogiſmo Categorico,& Hypothetico, de diuiſione, de finitione, & differentijs Topicis. E
Buridanus in artem ueterem.
Burlæus in prędicab.& prædicamenta.
F. Cæſaris Lanza in Porphyrium.
Collegij Conimbricenſis Commentaria Logicam Ariſtotelis.
Daniel Barbarus in Porphyrium.
Dexippus in prędicamenta.
Doctores Louanienſes in Logicam Ariſtot.Priores Topic.

Doctores

Doctores Pariſienſes Logic. Ariſtot.

F. Dominici à Soto in Porphyrij prædicamenta, & poſteriora.

Dominici de Flandria q. in lib. Poſteriorum.

Super doctrina D. Thom. & in opuſculum de fallacijs.

Euſtatij Epiſcopi Nicæni in librum 2. Poſteriorum.

Fabij Ghiſcentij in Porphyrium, in Prædicamenta in lib.

Sex principiorum, Perihermenias Priora, & Poſteriora.

Franciſci Mayronis in prædicab. & Prædic.

Franciſci Toleti in Porph. in Prædicam. in Perierm. & in lib. Poſteriorum.

Franciſcus Ferrarienſis in lib. Poſteriorum.

Gaſpar Villapandous in Logicam.

Gratia Dei in artem Veterem, ideſt in Porph. prædic. & Periherm.

Gulielmi Ocami in artem Veterem.

Heronymi Balduini in lib. Perihern. & Poſter. Commentaria, & alia opuſcula, ſeu quæſita Logica. De medio Demõſtrationis, de regreſſu, de propoſitione neceſſaria, de demonſtratione. An Definitio ſit nobilior Demonſtratione.

Hieronymi Gauaterij commentaria in Porphyrium.

Honoratus de Robertis in Prædicabilia, & Prædicamenta.

Iacobi Fabri Stapulenſis in omnes lib. Logicos Paraphraſes.

Iacobi Zabarellæ, in lib. Poſteriorum, & in alios Tabulę, de Methodis, de ordine doctrinæ, prolegom. in Logic. & Apologia.

Innominati auctoris expoſitiones compendiare in lib. 2. Poſteriorum.

Ioan. Baptiſtæ Rubei, in Porphy. prædic. Periher. Poſt. & Introductio in Logicam.

Ioan. Duns Scoti in vniuerſam Logicam qq. acutiſſimę.

Ioan. de Magiſtris in vniuerſam Logicam.

Ioan. Franciſci Buranæ in lib. Priorea à ſe traductos, cum adnotationibus Io. Baptiſtæ Bagolini.

Ioan. Grammaticus in lib. Priores & poſter.

Ioan. Ludouici Cartarij cõcibationes in libros poſteriorum.

Leui. Gerſonides in Porph. prędicam. & Perier.

Linconienſis in lib. poſter.

Magentinus in lib. Periherm. & lib. Priorum.

Martilij quæſtiones in lib. Priorum.

Michael Pſellius in lib. Perihermenias.

Pauli Veneti Commentaria in lib. Poſteriorũ

Petri Tartareti in ſummulas Petri Hiſpani, & quæſt. in omnes lib. Logicos.

Philippus Zaffinus in poſteriora.

Philippi Canæi à Fraxinis Viri nobiliſſimi, & varijs muneribus, ac Legationibus pro Gallię Rege Chriſtianiſſimo perfuncti, Commentarius Gallica, & elegãti lingua in Vniuerſum Ariſtotelis Organũ, Quo quidem labore per utili vſus eſt inprimis in ſeipſo, vt Intellectus ſui operationes dirigeret in diſcernẽdo verũ à falſo. Qui enim adoleſcentulus ſpecie pietatis deceptus ab Hęreticis in Caluinianas fraudes inciderat, mox grandior ætate, ac legũ, atque aliarum diſciplinarũ doctrina, & quidem abſtruſa, imbutus, ſuæ ſalutem Animæ continenter cupiebat, cum orando Deo attentius ſeſe addicẽs, Philoſophię inter medios Hęreticos (ſed ſub viro doctiſſimo, quiq; deniq; Catholicè diem obijt) operam dedit; qua factum eſt, vt Catholicorũ dogmata ſecurius, cũ ijs, quæ Hæretici effutiunt, contulerit, ac denique magna cum laude ad Eccleſiæ Catholicæ gremium, ſummo cum Hæreticorũ dolore, reuerſus ſit. Quæ huc inſerere voluit, vt Operis ſiue Commentarij, quod in Organum Ariſtotelis ab eo ſcriptum dici, fructum libentius percipiant etiam ij, qui adhuc laqueis Hæreticorum iacent irretiti, Verbique Diuini Vim, & claritatem, Deo aſpirante, ſine ambagibus, & ſophiſmatibus, quibus vel ipſe Satanas vſus eſt cum ipſo Chriſto Domino, dilucidè inſpiciant. Certè dignum eſt opus, quod pauciſſimis verbis in præfatione mutatis vt in varias linguas mutetur facilem viam ſtudioſis ea complanaturũ methodo.

Philoponus in libros Priorum & Poſteriorum.

Porphyrij libellus in Prædicamenta.

Stephani Caruiſij Catena aurea in totam Logicam cum expoſitione.

Simplicij in Prædicamenta.

Eiuſdem parua Logicalia, de terminis, ſuppoſitionibus, &c.

Themiſtij paraphraſes in Poſteriora.

Thomas à vio Caietanus in Porph. & Prædic. & Poſterior.

Thomæ de Suitonia Angli in Prædicamenta.

Vincentij Iuſtiniani in vniuerſam Logicam Commentaria.

Catalogus ſecundus Auctorum qui de rebus ad Logicam pertinentibus aliquid ſcripſere. Cap. V.

AEmylij Acetbl quæſt. in Logicam lib. 4.

Alexandri Pomelij methodus Syllogiſtica.

Algazelis Logica.

Angeli Hidruntini qq. Logicę.

Antonij Bernardi Mirand. Inſtitutio in Vniuerſam Logicam, & Apologia.

Antonij Cornel. Roſarium de paruis Logicalibus.

Arabum quorundam varię Epiſtolæ ad Logicam pertinentes, quę habentur apud Auerr. in lib. Logicis.

Aſcanij Perlij Logicarum exercitationum.

Auicennę Logica.

Audomari Talei Dialectica.

D. Auguſtini Categorię, ſiue Prædicamenta.

Auguſtini Hunnæi de Dialectica, ſeu generalia Logicæ præcepta.

F. Aurelij à Linario de Logica Tractatus.

Bartholomęi Manceni de Logica Tractatus.
Bartholomeus Viottus de Demonſtratione.
Benedicti Victorij De Senſu compoſito, & diuiſo, collectanea in ſuppoſitiones Pauli Veneti.
Bernardini Carmelitæ opuſculum de ſenſu cõpoſito.
Bernardini Maneeni Tractatus de Logica.
Bernardini Petrellę Tractatus de potiſſima demonſtratione,& 9.Logicæ.
Bonromeus Baſacomacriua in Logic.
Chryſoſtomi Iauelli Commentaria in Logicã ſiue Logicę Compendium Tractatibus duobus comprehenſum.
Claudij Alberij Organum, duobus Tomis.
Claudij Beti Mutinenſis inſtitutio de recta diſcurrendi ratione.
Conſtantij à Sarnano Card. de ſecundis intentionibus ſecundum doctrinam Scoti, tractatio.
Curſus Conimbricenſis Societatis IESV.
Dominici à Soto Summulæ Logicæ.
Flaminij Nobilij quæſt. Logicę.
Fracantiani de ſenſu compoſito,& diuiſo.
Franciſci Beati Diſcurſus in prædicamenta.
Franciſci Storellæ Logica.
Franciſci Terilli de Methodo Scientiarum.
Franciſci Titelmãni de conſideratione Dialecticæ lib.6.
Franciſci Toleti Introductionis in Logicam Ariſtot. lib.5. cum prælud ijs,& Tabulis Ludouici Carbonis.
Frãciſci Pratenſis de Ente rationis, & terminis Logicalibus.
Federici Beurhenſij M.T. Ciceronis Dialecticę lib.2.
Gabrielis à Guillart Tractatus de terminis.
Georgij Heniſchij Inſtitutionum Dialecticarum lib.7.
M. Georgij Salzhueberi Loigca contra Ramoſophiſtas.
Georgij Vallę Placentini de expedita ratione argumentandi.
Georgius Bruxellenſis in Logicam.
Georgij Trapezuntij Dalectica.
Gulielmi Adolphi Triumphus Logices P. Ramum.
Gulielmi Lapidauri Methodus Dialectica Ariſtotelis.
Gulielmi Ocami ſumma totius Logicę.
Henſerici opuſculum de ſenſu compoſito.
F. Hieronymi Sauonarolæ Logica.
Iacobi Iacobellij Romani aduerſus Mirandulanum de prędicamentis Ariſt.
Ioachimi Perionij Dialecticæ lib.3.
Ioannis Anglici q. in Logicam.
Ioan. Antonij Delfini Dialectica.
Ioan. Antonij Scoti de potiſſima demonſtratione, q. vnica.
Ioan. Arborei in Logicam varia.
Ioan. Bernardini Longi in Prolog. Auerrois in lib. poſter.
Ioan. Cæſarij Dialectica.
Ioan. Iacobi Pauiſij in Prolog. Auerrois in Poſteriorum.
Ioan. Ludouici Cartarij Quæſtiones ſiue de primis principijs in Vniuerſam Logicam.
Ioan. Nicolai Rogerij diſputatio de medio demonſtrationis & Apologia.
Ioan. Sanderi Angli Inſtitutionum Dialecticarum lib.4.
F. Ioan. Vallonis lectura in formalitates Scoti, cum alijs tractatibus.
Iodoci Clictouei Introductione in terminos Logicos.
Irenęi Braſciuoli de primis,& ſecundis intentionibus.
Iulij Feltrij Dilucidarium Logicę.
Laurentij Vallæ Dialecticæ lib.3.
Ludouici Carbonis Introductio in Logica lib. 6. eiuſdem additamenta in Toletum.
Marci Meliorati à Laureto præfationes in Logicam.
Martiani Capellæ Dialectica.
Matthei Domienſis totius Logicę Compendium.
Melchioris Zoppij ſermones analytici, & alia opera.
Nicephori Philoſophi inſignis Logica.
Nicolai Maſſe de Logica lib.7. Italicè.
Opus quod liber Iſagogicus inſcribitur Introductorius ad doctrinam Scoti, & Ariſt. Tractatus 7. in ſingulos libros Logicos.
Pamphili de Monte de mixta generatione Syllogiſmi quęſtiuncula.
Panetius in Prologum Magnum Auerrois.
Pauli Veneti Logica cum expoſitione Mengi.
Petri Catenę in locos Mathematicos poſteriorum.
Petri Fonſecę Dialecticarum Inſtitutionum lib.6.
Petri Hiſpani Tractatus quinque Summularũ cum expoſitione Verorij, & Ferdinandi Enzinas.
M. Petri Mantuani Logica.
Petrus de Alyaco de Terminis.
Philippi Canci à Fraainis Viri nobiliſſimi Galli in Vniuerſum Ariſtotelis Organum Gallicè. Quo quidem labore perutili vſus eſt inprimis in ſeipſo, vt Intellectus ſui operationes dirigeret in diſcernendo verum à falſo. Qui enim adoleſcens in Caluinianam hæreſim inciderat, mox grandior factus, & legum, atq; aliarum Diſciplinarum doctrina imbutus cu peret ſuæ ſalutem animæ, cum inter medios Hęreticos philoſophiæ ſe addixiſſet, ſimulq; Catholicorum dogmata cum ijs, quę Hæretici effutiunt, contuliſſet, redijt magna cum laude ad Eccleſiæ Catholicæ gremium, opuſque illud ſatis ingens in Ariſtotelis Organũ, dignum, quod in alias linguas uertatur, poſteria reliquit.
Remigij Florentini de medi termino.
Remigius Melioratus de propoſitione de ineſſe & de medio Demonſtr.
F. Roberti Kamuil Angli q. logicales.

Rodolphi

A Rodolphi Agricolæ Dialecticę lib. 3.
Rodolphi Goclerij Problebatũ Logicorum lib.
M. Sanuij Tarranta de Miranda Progymnaſmata Logica.
Scandianenſis Dialectica Italicè.
Simonis Minifenij primę operationis Intellectus libellus, in quo breuiter declarat Prædicab. & prædicamenta.
Syluestri de Pierio Pedemontani Introductio in Logicam.
Eiuſdem Apologia de ſecundis intentionibus.
Theodorici de Vlimbergo Origo Pręclicabiliũ.
D. Thomæ opuſcula varia ad Logicam pertinentia, opus 30. de Demonſtrat. 39. de Fallacijs 40. de Modalibus 41. de natura Accidentis 42. de natura Generis 47. de natura Syllogiſmi 48. Summa totius Logicę 50. de Inuentione medij 55. & 56. de Vniuerſalibus.
Tiſberus de ſenſu compoſito, & diuiſo in quem Alexander Sermoneta Bernardinus Petrus de Landucijs, Paulus Pergulenſis, & Baptiſta de Fabiano.
M. Tullii Topica cum Commentariis Boetii, Georgij Vallæ, Ioan. Viſorii, Bartholomęi Latonii, Vincentii à Quintiano Brixienſis Fragmenta.

B *Præmonitio, & cautio ante Elenchum Interpretum rerum Naturalium, & Phyſices. Cap. VI.*

ANtequam ad Elenchum Interpretum Phyſices accedam, pauca pręmonenda ſunt. Vidimus enim apud duo genera hominum, cum ab eorum Magiſtris in hęc ſtudia inducerentur, ſic in Prolegomenis agi, vt alij inter Deum, & naturam nihil intereſſe docerent atque eodem tempore libellos obtruderent, qui ſpecie pietatis fucati, timentes ab interiore, ac ſolida cauſarum contemplatione auertebant: Alij verò dum, unà cum Plinio, & eiuſmodi reliquis pergerent Mundum ita vocare vniuerſum; vt videlicet ipſo nihil pręſtantius, maius, melius eſſet, efficere, ut C plerique ex Philoſophię ſtudijs felicitatem in eo conſtituerent, quem neque ortum fuiſſe neque interiturum, ſeſe demonſtraturos pollicebantur; Prioris generis, Hęretici quidã adhuc ſunt: reliqui neq; Hęretici, neq; Catholici, ſed potius ad Atheiſmũ vergentes. Ad illos autem priores iuuandos quando à propinquis Hęreticis ſæpè prohibentur, quin ad Catholicorum Academias ueniant, pertinent, quæ de principijs rerum naturalium intrinſecis initio aliquatenus eſſent docendi: Ad hos verò alios reuocandos in rectam ſemitam ſpectant, quę de Mundi exordio, deque ijs, quę uel ſub aſpectum cadunt, & ſunt temporaria; uel non uidentur, & ſunt æterna, nonnihil præfandum eſſet: His enim obicibus ſubmotis ingenia firmius in Philoſophia decurrerent. Ac etſi aliquid generatim hac de re attigimus ſuprà, pręſtat tamen idem paullò planius hic, quaſi in ipſo naturalis notitiæ ueſtibulo pro captu adoleſcentum adtexere; ut cum tractare interpretes cæperint, à recto facilè non abducantur.

Duo genera Magiſtrorum malorum in Philoſophia naturali.

Quo auditores Philoſophię ſint initio docendi. 2. Cor. 4. Cautio.

D Fateamur igitur & nos peccati multum ab ijs, qui in profana Philoſophia, quam uitæ Magiſtram faciunt, nuſquam ferè Dei nomen proponunt, aut celebrant. Quòdque apud quoſdam, & adeo in publicis aliquibus ſcholis iaceat ueluti ſepulta Dei memoria, ſiue cum de ratione, qua rerum paratur cognitio; ſiue cum de naturalibus aut de moralibus agant: qui dum plus nimio hærent in natura requirenda, in materia, in forma, in cauſis naturalibus, & fortuitis, Dei vix uſquam mentionem faciunt. Et quidem negandum non eſt, quin, quæ de natura tanquam principio motus rerum naturalium tradidit Ariſtoteles, ea ſapienter ſint dicta.

Grauiter peccant qui nullam de Deo in Philoſophia uocem faciunt.

NOTA.

Veruntamen hęc ſi Chriſtiani Philoſophi tanto aucti lumine fidei, ſecundum ueram Philoſophiam uelint illuſtrare, patet illis campus, unde fructum uberrimum capiant. Differunt enim natura illa quę in Phyſicis quęritur, & Auctor, atque principium naturæ. Quippe & quęritur, quæ internum principium ſit ijs in rebus, quæ mouentur. E

Natura, & principiũ naturæ quomodo differant.

Quo principia naturalia à non naturalibus diſtinguuntur. Quà ob rem licet Deus, ac reliquę mentes à materia ſeparatę, principia ſint interna ſuarum actionum intellectus, & uoluntatis; naturę tamen haud dicuntur: eæ enim Phyſicę operationes non ſunt, nec per eas ſubſtantię illę uocantur naturales.

Deus, & Angeli quomodo ſint principia rerum.

Deus autem generalis quidem cauſa omnium eſt, ſed externa hiſce rebus, quę mouentur, nec tanquam pars intima earum eſſentiam conſtituit, quamquam alio quodam ſenſu dicatur Deus per eſſentiam ſuam eſſe in ſingulis quatenus immenſitate ſua

Deus quomodo ſit cauſa omnium generalis.

replet omnia,conſeruat,datque, vt operentur. Quæ veritas fecit, vt ipſe Ariſtoteles A
hæc duo affirmauerit, vel ſaltem alterum (licet obſcurè) coactus ſit uolens nolens aſ-

Duo ab Ariſtot. affirmata notanda.

ſerere; primum In rebus naturalibus naturam eſſe communem, quæ in omnibus in-
ternum principium ſit, ſiue ea ſit de ſingularum eſſentia, vel tanquam ſubiectum, vel
tanquam forma conſtituens ſubiectum, ſiue qualitas aliqua per omnes diffuſa, ita
proprium habens ſubiectum, numero ſaltem diſtinctum à ſubiectis aliarum. Alterũ
verò, præeſſe neceſſariò,ac præſidere cunctis rebus,ſiue naturalibus,ſiue ſupernatura-

Ratio Ariſt. Platonis & Stoicorum.

libus Deum, qui omnia ratione gubernet, eaque in ſuum finem adducat. Ea uerò
non ſolum Ariſtotelis,verum etiã Platonis,ac Stoicorum neceſſaria ratio fuit. Quid-
quid mouetur,ab alio mouetur,cumque idem nequeat ſimul eſſe actu,& potentia,ne-
ceſſe autem ſit unum eſſe primum mobile (in cauſis enim ſubordinatis inferior agere

Hæc tamen oiã B. Thomas melius & plenius.

non poteſt,niſi agat ſuperior) ſi in infinitum progrediamur, nec uerò vlla prima ſit B
cauſa,nihil vnquam fieret. Atqui cùm res omnes natura conſtantes ob finem ope-
rentur,quem quidem,quoniam intelligentia carent, non cognoſcunt, cumque finis
non moueat agens ad operandum, niſi ab eo cognoſcatur, atque appetatur, neceſſa-
rium plerique omnes intellexerunt debere eſſe Naturæ potius Auctorem, qui finem
cognoſceret,atque in hunc res ſingulas dirigeret, in quem iiſdem indidiſſet naturalẽ

Opus naturę eſſe opus intelligentiæ.

appetitum. Sic ergo eximij Philoſophi coacti ſunt fateri *opus naturæ, opus intelligen-
tiæ*. Naturam proinde aliquam eſſe naturalem, hoc eſt effectricem,ac directricem al-
terius naturæ,quam naturatam,hoc eſt effectam,& directam appellarunt intellectum

Natura naturans. Natura naturata.

nempe Diuinum,qui cùm infinitæ ſit uirtutis materia non eget, ſed de nouo cuncta
producit. Reliqui verò Intellectus, ſiue humanus, ſiue Angelicus cùm nihil poſſint
in rebus producere,ſed materiam ſolùm productam quadãtenus, hoc eſt,per localem C
motum diſponere,ac uerſare,idcirco humanus quidem per habitum artis,atque pru-
dentiæ,perque manuum inſtrumentum,quibus ea procurat, quæ ad uitæ neceſſitatẽ,
& commodum attinent,dicitur eſse principium artificiorum, ſicut intellectus Ange-
licus ſuam,& Vniuerſi perfectionem quærens,dicitur eſse principium cæleſtis motus.
Sanè uerò etiam naturę nomine Dei opera notari nemo negauerit, qui fidei lumini

Variæ ſignificationes huius uocis naturæ.

non valedixerit. Vim item cuiuſque rei,& facultatem propriam: quam cum ſingu-
lis rebus attribuerit, eas, & inuicem diſcreuit, & quodam ueluti priuilegio ornauit,
ac beneficio,vt vbique diues illa,& omnipotens ſapientia, Bonitaſque eluceſceret.
Aliam porrò fatendum eſt notionem eſse naturę, qua res omnes fieri, vel ſecundum,
vel præter naturam dicimus; Ver, Aeſtatem, Autumnum, Hyemem, ſecundum na-
turam quidem, cum ſuam temperiem obtinent: At præter naturam, cum non matu- D
reſcunt fruges, cum calor nimis remittit, cùmve extraordinaria Hyemis conſtitu-
tio eſt, aut aliquid eiuſmodi. Accedunt miracula, reſque inſolitæ, cum quem rerum
ſtatum, atque ordinem Deus conſtituit,eum interdum uel ſuſpendit, vel mutat pro-
pter hominum ſcelera.

Natura etiã corrupta, & deprauata ꝓpẽſior ad mala dicitur. Satanæ aſtus in nomine naturæ peruertendo.

Veruntamen & ab his omnibus diuerſa alia Naturę notatio eſt; quæ declaranda
ſit,ſaltem cum Ethica tractanda fuerint. Naturam enim dicimus,qua mala,& uitia
ſignificantur,quæ ipſum Dei opus occuparunt. Eſt enim iſta natura uitiata,& impro
ba,quæ uelo Naturę uerę,ac bonę ſeſe cupit tegere, quo faciliùs fallens parum cautis
imponat. Id enim Satanas ut efficeret, malis ſuis idem naturę uocabulum indidit,
quod cæleſtibus bonis, Deoque ipſi tributum viderat. Diſtinguenda igitur eſt uera
& bona, ab improbâ natura,quę quoniam vitioſitatem,atque corruptelam deſignat, E
breuiſſimè dicendum eſt, qua labe fuimus aſperſi,cum à Deo defecimus,quibus bonis
excidimus: quibus obnoxij miſerijs, quamuis immenſa Dei miſericordia factum ſit,
ut primorum bonorum reliquias, & veſtigia retinerentur, noſtræ admoneremur ori-
ginis, ac ſciremus in tot malis ad Deum eſse confugiendum per fidem in Chriſtum
Dominum,perque opera Chriſtiano homine digna. Hæc uerò corruptæ naturę uox
cum Philoſophis haud innotuerit,factum eſt,ut in Ethicis de hominis uoluntate, li-
bertate,ac uirtutibus,aut non rectè,aut non plenè diſſeruerint.

De Mundo contra Plinium.

Iam quod ad Mundum attinet,quo omnia cõprehendi quidam cum Plinio,alij ue-
ro fuiſse,ac fore cõtendunt æternũ,hæc pauca quę mox dicemus ſatis erũt initio. Quæ

quidem

A quidem poſtea rationibus validis ipſo in contextu Ariſtotelis ſuis locis ſolent à do-
ctis, & probis Philoſophis comprobari.

Primò, aliqua eſſe, quæ quanto remotiora ſunt à ſenſibus, tanto adſunt diuiniora;
ac proinde maiora: ea verò ſuprà cęlos eſſe ne à Philoſophis quidem fuiſſe negatum:
atque ut ij ignoraſſent, Diuinum tamē extare teſtimoniū, quo certius nihil eſſe queat.
Deinde aliquid eſſe, quod magnitudine hunc ſuperet aſpectabilem Mundum, ex
ipſa Geometria colligi; Hæc enim figuris, & magnitudinibus nullum terminum, aut
finem certum præſcribit, vt globum poſſimus, aut circulum cælo extimo maiorem cō
prehendere. Quod vt ſit, neque nos Phyſicorum impedire poſſunt rationes, ac ne ip-
ſa quidem cæli extimi ſuperficies, quæ locus omnium dicitur. Quod quidem ab ijs mō
ſtratum fuiſſe, qui nobis ſyderum magnitudines, & interualla deſcripſerunt, res ipſa lo
B quitur. Longius enim cælo profectos eos fuiſſe, & magnitudines cælo ampliores com
prehendiſſe, negare non poſſumus: cum cæli molē quamuis vaſtam ad ſuam rationē
reuocauerint; ac ſingulas eius partes, vt quæque oriatur, & occidat annotarunt.

Quę ſunt remotiora à ſēſibus, ea ſunt nobiliora. Tex. 100. primi de Cęlo. Qūo ſit aliquid Mundo maius & ſublimius.

Præterea ex vna Chronologia deduci originem Mundi; cùm, quos Plinius recen-
ſet, rerum neceſſariarū ad vitæ vſum fuiſſe inuentores, eorum nemo uixerit ante quat
uor mille annos: cùm verò alibi dicat, diligentiam ſuam in ſcribendis omnibus rebus
à Priſcis fuiſſe adhibitam, mirum eſt, hiſtoriam nullam antiquiorem reperiri, quàm
quæ in Diuino Codice hoc eſt in Biblijs extat; quæ tamen creationem Mundi diſer-
tè teſtatur.

Pli. lib. 7. nat. hiſt. c. 56. & lib. 23. c. 6. Mundus neceſſariò principiū habuit.

Atqui, quòd Seneca dixit, ut non ſemel ortum, ſic neque ſemel interijſſe Mundum,
falſum eſt. De uarijs ille cauſis Diluuii diſſerit, è quibus, ut aliquæ non ſunt improban
C dæ, certè aliæ probari nulla ratione poſſunt. Et diluuium enim ex ſolis cauſis natura-
libus effici, & quidem neceſſaria quadam, & immutabili lege Naturæ, à qua certum
Diluuio tempus fixum ſit; quod ubi uenerit, neceſſe ſit fieri Diluuium, hoc uerū non
eſt. Air pręterea non modo futurum aliquando Diluuium, ſed ante hac ſæpius eſſe fa-
ctum, ut ſæpius poſt hac futurum. Suorum enim (inquit Pererius) Stoicorum diſci
plinam ſecutus opinatur Mundum ſępenumero oriri, & interire, longiſſimis tamen tē
porum interuallis, & interim quidem alternis uicibus, uel incendio, uel Diluuio. Sed
hoc non tantum Diuinę Scripturę contrarium eſt neganti plus uno Diluuio aut fuiſ-
ſet, aut futurum umquam, uerum etiam duorum Philoſophię principum, Platonis, &
Ariſtotelis doctrinę, ac decretis planē aduerſatur. Illud denique falſum eſt ab eodem
Seneca, eo ipſo loco proditum, diluuio omnia animalia, omneſque homines penitus
D deleri; eademque renaſcente Mundo per ſolas cauſas naturales regenerari. Non e-
nim fert Natura, ut perfecta animalia, prę ſertim autem homines, alia ratione, quàm
ex cauſſis efficientibus eiuſdem ſpeciei, ſuique ſimilibus parentibus naturaliter iterum
generentur.

Lib. 3. q. nat. 27. 28. 29. Vide Pererium in Geneſim. 1. Tomo. Mundum ſępius ortum, & ſępius interiſſe falsū.

Quomodo explicanda ſint Phyſica Ariſt. Cap. VIII.

Porrò quod in docenda Philoſophia, tum naturali, tum reliqua mouent docti
Philoſophi, hęc ſunt. Vt in octo quidem Phyſicorum libris, Textus libri primi
in ea parte, quæ eſt de Antiquorum opinionibus, ſexti item, ac ſeptimi compē-
dio tradantur. In octauo autem nihil de numero Intelligentiarum, nec de infinitate,
ſeu libertate primi motoris diſſeratur: ſed hęc in Metaphyſicis diſputentur, & quidē
ſolum iuxta ſententiam Ariſtotelis: Textus uerò ſecundi, tertij, quarti librorum de
E Cęlo breuiter perſtringantur, magna etiam ex parte pętereantur: In his libris non
tractentur niſi paucę de elementis quæſtiones: De Cælo autem duntaxat de eius ſub-
ſtantia, & de influentijs: cetera uel Mahometicę Profeſſori concedantur, uel ſi is de-
ſit, conferantur in Epitomen, Meteorologica ferè percurrantur compendio ęſtiuis mē
ſibus. In libro primo de Anima, Veterum placita Philoſophorum ſummatim per-
cenſeantur. In ſecundo libro expoſitis ſenſorijs non digrediantur in Anatomiam,
& cętera, quę ſunt Medicorum. Addantur potiùs, ſi uacaret, Parua Naturalia.
In Metaphyſicis Procemium: Ac uerò quinti, ſeptimi, duodecimi librorum textu ma-
gna ex parte diligenter explicentur. In ceteris libris ſeligantur ex unoquoque pręci-
pui quidā textus tanquā fundamenta Quęſtionum, quę ad Metaphyſicam pertinent.

Quomodo exponenda Metaphyſic.

Quę-

Quæſtionicâ de Deo,& Intelligentijs,quę aut omnino,aut magna ex parte pendent ex A veritatibus reuelatis prætereantur. Si quis tamen velit de ſuppoſito,& Natura, & de concurſu etiam Dei cum ſecundis cauſis aliquid attingere,non tam diſputando,quàm rem declarando,breuiſſimèque probando in gratiam eorum,quorum pleríque Theologiam audituri non eſſent,id vtique fieri poteſt. Ceterùm enixè ſtudeant communiores,ac magis approbatas Philoſophorum ſententias tueri,quales exempli gratiâ ſunt, quæ ſequuntur.

1 Naturalis eſt motus cęli,ſaltem ſecundum principium paſſiuum.

2 Motus,& tempus ſunt entia realia.

3 De Anima Intellectiua,etiam vt Intellectiua tractare Phyſici eſt.

4 Anima rationalis,etiam ſecundum Ariſtot. eſt immortalis,nec educitur de potentia materiæ,& eſt verè proprieque corporis forma. B

5 Naturaliter demonſtrari poteſt,iamque demonſtratum eſt,Animam rationalem eſſe immortalem,nec vnam in omnibus:& ita naturalem eſſe corporis formam, vt definitio Animę ab Ariſtotele tradita ei competat.

In Naturalem Philoſophiam qui nam vel Partitiones, vel Laudes, vel Introductiones, aut Methodos, vel Summas,& Argumenta ſcripſerunt. Cap. IX.

De laudibus phyſicæ,qui ſcripſerunt.

QVi præter alios de naturalis Philoſophiæ laudibus appoſitè ſcripſerunt, hi fuere, Themiſtius initio in Paraphraſim octo librorum de Phyſico auditu. Simplicius in Commentarios ſuos. Quidquid verò dixerunt,idem prorſus eſt,vt ſatis futurum ſit,ſi alterutet hac de re legatur. Ex ijs autem, qui generatim de natura eiusque principijs egerunt,non oberit,ſi qui doctiores percurrerint, quæ de principijs rerum iuxta Moyſen contra Philoſophos ſcripſit Theodoretus ſecundo libro De curatione affectionum Græcarum. De principijs naturæ S. Thomas Aquinas. De Vniuerſali natura Rabanus Fuldenſis. De Diuiſione naturæ Ioannes Scotus. De natura, & vno Plotinus. De placitis Philoſophorum Plutarchus. De principijs, & cauſis naturalibus Nicephorus Blemmides. De Phyſicis differentijs, & dubitationibus Theophylactus Simocaſtus Græcè. De materia prima Gerardus Mathaſus,ſiue de Marbays Dialogo ſuo. De lineis Phyſicis Robertus Linconienſis. Honorius item quidam ſcripſit Clauim Phyſicæ,ſiue de Naturis rerum. At quoniam librum non vidi,nihil audeo de illo aſſerere. C

De pricipijs naturæ,generatim quinā ſcripſerint.

Vincētij Bellouacēſis ſpeculum naturale quale ſit.

Ceterum plura quæ Vincentius Bellouacenſis de Philoſophia naturali,& naturalibus rebus in ſuo Naturali Speculo attulit,huc quadantenus facerent,ſed viderint ſtudioſi,an tot libros verſare expediat:cùm etiam in eo delectus habendus ſit rerum,quę nimię ſunt,ac plerumque maiorem ordinem & maturiorem expenſionem requiſiniſſent. Certè,quod ſuprà diximus,atque hic libenter iteramus,neminem pęnitebit percurriſſe Auguſtinum Steuchum Eugubinum,vbi libris decem de perenni philoſophia, de cauſis rerum naturalium, atque principijs agit: In quo tamen Steucho,quę obſeruanda ſunt,in Apparatu noſtro Sacro. D

Summā Philoſophię naturalis quinam ſcripſerint.

Iam Summam totius Philoſophiæ naturalis Metochites Græcè, Paulus autem Venetus,Franciſcus Titelmannus,Chryſoſtomus Iauellus,Hermolaus Barbarus compēdia: Raphael etiam Volaterranus argumenta tanquam compendia In libros omnes Phyſicorum Ariſtotelis, Thomas Bricot textum abbreuiatū ſuper naturali Philoſophia,nimirum in libros de Cęlo,de Generatione,& corruptione,de Meteoris; de Anima,in parua naturalia,& librum de Longitudine,ac breuitate vitę. Themiſtius autē, quem diximus in Ariſtotelem Paraphraſim ſcripſiſſe,etiam in naturalem auſcultarionem edidit: Quæ,vt nota eſt,ita alijs eiuſmodi ſcriptis Gręcorum,& Latinorum præferenda eſt. Philippus autem Mocenicus libro de Vniuerſalibus inſtitutionibus vtilia huic rei,ac quidem eleganter edidit. At de Iacobi Schegckij Compendio in Acroamata Ariſtotelis, quod plerique magnifaciunt,dicendum eſt id,quod in eius Commētarijs in Phyſica,& in alijs eius hominis operibus cauendum eſt à veritatis amantib. Nimirum eius opera omnia in Indice nouiſſimè edito iuſſu Clementis VIII. Pontif. E

IacobiSchegKij opera nō legenda.

A Maximi eſſe prohibitâ, cenſetur enim Schegkius inter eos, qui ſunt primæ Claſſis. Ac quidem extat libellus eruditus, quem contra eum Trinitatis Sanctiſſimæ Myſterium conuellentem, aut confundentem Gilbertus Genebrardus ſcripſit. Adnotarunt item quędam Theologi Louanienſes in librum eiuſdem Schegckij de Demonſtratione, quamuis dialogum, quem habet de animæ principatu, & præfationes, atque annotationes in Arrianum Epictetum editas Baſileę in quarto anno 1554. admiſiſſent, tanquam à labe immunes: ſed & hę legendę ſunt à nemine, cui ab ijs, quibus hęc facultas ſit, haud fuerit conceſſum. Vide 2. regulam Indicio.

Scriptores in octo libros Phyſicorum Ariſtotelis. Cap. X.

B Ægidius. Deinde item ille met in librũ de cauſis.

Albertus Magnus.

Alexander Aphrodiſęus, & Ammonius vt refert Auguſtinus Niphus.

Antonius Montecatinus Ferrarienſis in octauũ Phyſicorum copioſè, & eleganter: atque hic editus eſt Ferrarię apud Benedictum Mammarellum.

Auguſtinus Niphus, qui vertit, & interpretatus eſt Phyſica.

Benedictus Pererius.

C Buccaferreus in primum Venetijs 1558.

Burleus.

Chryſoſtomus Iauellus.

Conradus Summerhart.

Curſus Conimbricenſis Collegij Societat. Ieſu.

Dominicus Sotus.

Frãciſcus Bonamicus Florentinus primarius Piſis Profeſſor, qui decem libros de Motu emiſit: quo ſat magno volumine generalia naturalis Philoſophię principia continentur. Sane verò, vt viri erudiſſimi, licet mihi de facie ignoti, teſtimonium eatenus prębeam, quatenus qui eius labores non legerunt, auidius excipiant, hęc poſſum dicere: Modeſtus Philoſophus eſt, ac ſatis tutus, Græcis potius adhęret. D Simplicij ſenſus explicat liquidius, quàm plerique fecerint alij, vti & aliorum Græcorum: Græcè enim nouit, atque ad textum Græcum plura reuocat: Auerroem ſæpe, ac quidem meritò reprobat: vbi agit de grauibus, & leuibus, multa ex Archimede deſumens, aptè explicat: miſcet pulchra Problemata: ſextum, & ſeptimum Phyſicorum interpretatur copioſè: idque agit, vt oſtendat, an rectè concludat Ariſtoteles.

Franciſcus Picolhomineus.

Franciſcus Toletus Cardinalis.

Franciſcus Valleſius.

Franciſcus Vicomercatus.

Guido Perpinianus.

Henricus Gandenſis.

Hildegardis in quattuor libros Phyſicorum.

Iacobi Carpentarij Deſcriptio vniuerſæ naturę: Agit enim copioſè in præfatione de ordine Phyſiologiæ. Ea prodijt Pariſijs apud Gabrielem Bonum anno 1562.

Iacobus Zabarella, de quo aliquid amplius eſt dicendum ſequenti capite.

Ianduni Quæſtiones.

Ioannes Canonicus.

Ioannes EcKius.

Ioannes Ferrerius Pedemontanus contra Ariſtotelem de æternitate Mundi.

Ioannes Grammaticus in quattuor libros Phyſicorum. De Io. Grammatico quid. Io. Bapt. Cuſpe, 512.

Ioannes Scotus.

Ioannes Verſor.

Marci Antonij Maioragij Paraphraſis.

Michael Pſellus.

Paulus Venetus.

Simplicius.

Syluestri Ferrarienſis Quęſtiones.

S. Thomas Aquinas.

Thomas de Vio Caietanus, Card.

Expenſio librorum de rebus naturalibus, quos Iacobus Zabarella edidit. Cap. XI.

E IAcobus autem Zabarella inter eos, qui Ariſtotelem ſunt interpretati, quique pręſertim in Logicam, & in naturalem ſcientiam ſcripſere, cenſeri poteſt inter eximios, quos hoc ſeculum tulit. Primò: quoniam magnæ vir perſpicaciæ fuit, ætatemque meliorem, ac penè omnem impendit exponendo publicè in Academia Patauina eidem Ariſtoteli, deinde dictionem, ac ſtylum eum eſt aſſecutus, qualem in reb. philoſophicis tractandis perſpicuum, neque à Latinitate abhorrentem intelligere, & ſine mora perlegere omnes paulò ingenioſiores queant. In Poſteriorum ſanè libros, quos Ariſtoteles poſterirati reliquerat, id mecum viri philoſophi ſentiunt eum eſſe adeptum, quod hactenus pauci interpretando vix aſſequi potuere, vt qui ea commentaria attentè verſauerint, vberem inde fructum ad ingenium exacuendum, veritatemque perpendendam, ſi vetis principijs ſolidè nitantur, ſint percepturi. Quos verò de

rebus

rebus naturalibus moriens ſub prelo reliquit, ij triginta libri fuere vno volumine com A
prehenſi, quorum primus de naturali ſcientiæ conſtitutione fuit, partitionem, & ſubie-
cta vniuſcuiuſque Ariſtotelici operis continens, quo labore vniuerſæ naturali philoſo-
phiæ perutili, paucißimis, quæ fortaſſe ille, ſi fuiſſet ſuperſtes ſecunda editione limaſ-
ſet, neſcio an quidquam accuratius ſcribi potuiſſet.

Sanè verò capite 23. ſcribens de ratione ordinis libri de Cœlo, & libri de Genera-
tione, poterat aliquid addere quo ueritas magis innoteſceret: cum enim diceret moto-
rem æternum immobilem cognoſci, & à Metaphyſico, & à Phyſico, diuerſis tamen
modis. Hæc verba ſubdidit. *Primus enim Philoſophus cum Deum contempletur, vt ſubie-
ctum per ſe ſcibile debet omnia, quæ illi attribuuntur cognoſcere, nempè quæ in noſtram no-
titiam venire potuerunt, in quorum numero eſt, quod æternè moueat, ideo ſine huius cognitio-
ne manca fuiſſet illa de diuinis mentibus tractatio in prima philoſophia. Phyſicus verò non* B
*eum ſcopum habet, vt Deum velit cognoſcere, ſed ſolum vult naturalia corpora, & illa quæ
eis competunt contemplari: Inter hæc eſt motus æternus; Vt igitur hanc naturalis corporis
affectionem cognoſceret, coactus eſt cauſam eius indagare, quia ſcire eſt rem per cauſam cogno-
ſcere: cauſa autem nulla alia eſt, niſi primus æternus motor immobilis; Eadem igitur primi
motoris conditio conſideratur, cum à primo Philoſopho vt proprietas, ſeu conditio ſui ſubiecti,
& eius cognitio pertinet ad perfectam cognitionem ſubiecti: etiam ſi notet relationem ad effe-
ctum naturalem; tum à Philoſopho naturali; vt conditio principij à quo producitur æternus
motus in corpore naturali; & eius cognitio pertinet ad cognitionem huius accidentis naturalis.*
Sic quidem ipſe Zabarella: qui addere debuiſſet, *Deum non mouere immediatè vllum or-
bem,* Si veritatem quæramus; licet Ariſtoteles id non crediderit, quippe qui alias igno-
rauerit ſubſtantias abſtractas, quam eas, quas ex orbium motu colligit, & illud non C
eſt attributum Metaphyſicum, ſed Phyſicum, quod à Phyſico accipit Metaphyſicus,
ſicut etiam accipit ſubſtantias abſtractas ex motu inueſtigatas, quas deinceps contem-
platur, non quatenus mouent, ſed ſecundum earum ſubſtantiam.

Trigeſimo autem octauo capite cum argumentum afferat ex Alexandro, quod
ſpectat ad aſtruendam mortalitatem animæ, ſic inquit; *Atqui anima in rerum natura
non per ſe exiſtit ſecundum Ariſtotelem, immò eſſentialis conditio eſt, vt ſit perfectio, & for-
ma viuentis corporis. ergo non poteſt alio modo conſiderari, aut cognoſci niſi vt formale prin-
cipium corporis viuentis;* ſed rectius ad veræ Philoſophiæ normam dixiſſet, eſſentialem
animæ conditionem eſſe vt ſit perfectio, & forma corporis, ſiue actu, ſiue aptitudine,
vel aliter, ſiue in actu ſecũdo, ſiue in primo. Anima enim noſtra à corpore ſeparata, per-
fectio eſt & forma corporis, non actu ſecundo, quia non informat, & perficit, ſed apti- D
tudine, & actu primo, quia eſt ſubſtantia incompleta, apta perficere, & informare.
Hocque eſt eſſentiale animæ, non illud primum: nam actu perficere, & informare eſt
actus ſecundus, & effectus cauſæ formalis, quia non eſt de eſſentia vllius formæ, ſicut
nec actu cauſare de eſſentia eſt vllius cauſæ.

Sequuntur duo libri de prima rerum materia, in quibus eruditè, & accuratè ſcri-
ptis cum pleraque ſint, quæ non omnes philoſophi approbant, quæ quidem ad ipſam
materiam, & priuationem, ac negationem, atque ad ipſam formarum è materię potẽ-
tia eductionem pertinent, Id vigili oculo ſemper attendẽdum eſt, quod ad animę mor-
talitatem refert; nam & in hoc errore ſeſe diu vixiſſe ingenuè aliquando teſtatus adie-
cit, nullum vnquam infernum acerbius ſeſe exiſtimaſſe, quam dum in ea ſentẽtia (vel
ſecundum mentem Ariſtotelis) ut putabar, perſiſteret: quam ſententiam, ſiue potius E
errorẽ deinceps depoſuit. Ac tamen putans ſe Peripateticè tandem eam poſſe tueri,
non raro in toto uolumine de rebus naturalibus ipſam inſperſit.

Capite enim quartodecimo libri ſecundi de prima rerum materia in tertio argumẽ-
to uidetur ſupponere animam humanam educi ex materia, ac proinde eſſe materia-
lem, & mortalem, neque item creari à Deo. Sed contra hoc in capite uigeſimo eiuſ-
dem libri rectè ſentiens, ſic inquit. *Hæc autem apud Ariſtotelem eſt generatio, non crea-
tio, quia præſupponitur materia, ex qua educatur forma. De forma quidem abiuncta à ma-
teria argumentum eſſet efficacißimum, hæc enim ſi ab agente produceretur, vtique creari di-
ceretur, vt nos Chriſtiani aſſerimus, Angelos olim à Deo fuiſſe creatos, & humanas animas à*

A *Deo quotidie creari, non de poteſtate materiæ educi. Sed huiuſmodi productio Ariſtoteli incognita fuit.*

Quin & poſtea de creatione materiæ magis Chriſtianè, ut & verè agit capite 8. lib. quem deinceps inſcripſit de natura. Sic enim ait: *Itaque ſi ſecundum Ariſt. dicendum ſit, quiſnam fuerit ſcopus naturæ vniuerſalis in ſtatuenda rerum materia, certè is præcipuus fuit recipere formas ſubſtantiales, quod idem ſecundum veram philoſophiam dicere debemus de opificis conſilio in rerum creatione, nam præcipuè eam creauit, ac ſubiectum receptiuum formarum ſubſtantialium. Sed quia neceſſe erat, vt accidentium quoque receptiua eſſet plura namque accidentia formam neceſſariò inſequuntur (plura etiam ab externis cauſis inducuntur, ad quæ omnia recipienda aptam eſſe materiam oportuit) à Deo debuit materia habere potentiam naturalem vniuerſalem recipiendi omnes formas tam ſubſtantiales, quàm accidentales.*

B Ar in libro ſequenti de inuentione primi motoris capite primo, cum ſe locuturũ ſecundum principia Ariſtotelis ea de re pollicetur, & illam tantum ſubſtantiarum à materia abiunctarum notitiam, quam via naturali adipiſcimur conſideraturum, meminiſſe debebat eius cognitionis, quæ ex vera philoſophia & naturali lumine poteſt comparari. Addit enim hæc verba. *Omiſſa penitus earumdem cognitione, quàm reuelatione diuina, & homine ſupernaturali accepimus, veriſſimam illam quidem, ſed Ariſtoteli, cuius dicta interpretanda ſuſcepimus prorſus abſconditam.* Et capite ſecundo de inuentione, inquit rectè, *Animam humanam ſemper excipio, de cuius immortalitate, vt ſecundum veram Philoſophiam certiſſimi eſſe debemus, ita non defuere qui ſecundum principia quoque Philoſophiæ Ariſt. idem exiſtimandum eſſe cenſuerint.*

C Necnon libro ſecundo de motu grauium, & leuium cap. 4. *Ad generandum* (inquit) *requiritur, Sol, & Homo,* ſed addere debebat *Deum creantem animam,* alioquin eam ſupponete videtur eſſe formam ex materiæ potentia eductam.

Quin etiam eodem capite primo eiuſdem libri de inuentione æterni mororis, in quo nititur probare ſolum motum æternum eſſe medium aptum, quo Philoſophus naturalis ſubſtantias abſtractas poſſit inueſtigare, procedit hac ratione.

In capite primo præfatus ſe ea de re loquuturum ſecundum principia Philoſophiæ Ariſtotelis, & eam notitiam, quam lumine naturali adipiſci poſſumus, concludit poſ ſe nos quidem aliquid de illis ſubſtantijs abſque conſideratione motus coniectare, nullam tamen certam earum cognitionem aſſequi poſſe quamobrem Auicennam, & alios confurat, qui abſque morus conſideratione Deum eſſe probari poſſe exiſtimabãt,

D eotumque rationes leues, ac probabiles cum Auerroe appellat.

Deinde cap. 2. quærit, num ad eas ſubſtantias demonſtrandas ſit omnino neceſſarius motus æternus, an uerò etiam ſufficiat motus abſolutè ſumptus abſque conſideratione æternitatis. Qua in re confutata ſententia, quæ affirmat ſolum motum ſufficere, ſtatuit omninò neceſſarium eſſe motum æternum.

Porrò in hac quæſtione ita ſe gerit, ut non ſolum de mente Ariſtotelis, ſed omnino ex propria ſententia, & ſecundum veritatem loqui videatur. Cum enim aliorum argumentationem inanem, vanam, & inefficacem appellaſſet in fine capitis 2. ſic loquitur. *Quapropter* (inquit) *nullum aliud Philoſopho naturali medium relinquitur ad demonſtrandum primum motorem æternum, niſi motus æternus &c.*

Quare illa proteſtatio de principijs Ariſtotelicis in primo cap. facta non minus vi-

E detur ea de re in illam Philoſophiam, quam profitebatur Ariſtoteles, id eſt, in Philoſophiam naturalem abſolutè, quàm in eam, quam idem Ariſtoteles nobis ſcriptam reliquit.

Hæc autem doctrina, quam à philoſopho Chriſtiano aliena ſit, nemo non videt; etenim ſi ſolus motus æternus naturaliter Deum indicare poteſt, cum ex fide certum ſit nullum motum fuiſſe æternum, ſequitur Deum, ab homine, ratione naturali cognoſci non poſſe contra decretum non ſolum Theologorum, ſed etiam Philoſophorum rectè ſentientium.

Libro de mixtione cap. 7. animam hominis facit mortalem ij verbis (cum dicit) *Nam ſi formæ elementorum in mixtione penitus interirent, ita ex elementis generaretur* mix-

mixtum per interitum formarum elementorum, vt ex pane ſanguis, per interitum formæ A *panis,& ex ſemine homo per interitum formæ ſeminis, & ex homine cadauer per interitum formæ hominis.*

Libro de calore cæleſti capite 11. verſus finem, ait: *Ideo Ariſtoteles in memorato loco aſſerit omnem animam de foris accedere, quatenus principium actiuum non habet aliquod elementum, aut vim elementarem, ſed cæleſte, & natura elementari præſtantius, contra quã eueniunt in formis elementaribus, hoc eſt tam elementorum, quàm mixtorum omnium inanimatorum: In ipſa enim elementari materia, ex qua hæc corpora generantur inſitum eſt actiuum principium, nempe calor elementaris, à quo abſolui cur mixtio, & educitur forma mixti, quemadmodum etiam virtute elementari educitur de materia forma elementi, quando ab aliquo elemento conuertitur in naturam ſuam aliud corpus: & quamuis ad has quoque mutationes concurrat cælum, vt agens vniuerſale, non tamen vt agens proximum,& immediatum,* B *nam proximum agens eſt vis elementaris, quemadmodum diximus.*

NOTA. At pace viri dicendum eſt, non aptam hanc eſſe interpretationem, ſed ideo excogitari; ne ex illis verbis animæ immortalitas colligatur: Et verò apertè Ariſtoteles eo loco ſcribit non omnem animam, ſed ſolam mentem extrinſecus accedere, & ſolam eſse diuinam, quoniam in ea non communicat actio corporea: reliquas verò animas vegetantem, & ſentientem actione ſeminis produci, & virtute, quæ in ipſo ſemine inſita eſt; quod ſi viuens quidpiam producatur à cęlo, illud ipſum eſt agens corporeum, quod in anima noſtra nihil habet commune.

Capite 4. libri primi de mixti generatione, & interitu, & verſus finem, dum aliorum argumenta ſe afferre inquit, hæc ex eorum ſententia, quam tamen haud plenè refutat ſcribit. *Alij verò etiam maius quiddam oſtendere voluerunt, nempe frigus in eductio-* C *ne formæ mixti habere actionem per ſe, & vſi ſunt hoc argumento: ſi ponatur homo in aere frigidiſſimo, vel in frigidiſſima aqua, ita vt ab illo frigore interficiatur, erit à ſolo frigore forma hominis intemperata, & educta forma cadaueris; ergo frigus per ſe agit eductionem formæ.* Sic ille, cum debuiſſet addere, *ex his verbis innui formam hominis eſſe mortalem, id quod falſiſſimum eſt.*

Libro de facultatibus animę capite 5. ait, *formæ à materia abiuncta agunt per eſſentiam; Ideo & potentia & ipſamet operatio in eis idem eſt, quod eſſentia.* Sic quidem ipſe. At hoc in ſolo Deo verum eſt, Non item in reliquis intelligentijs, Hæc igitur, & alia huiuſmodi cauenda ſunt ab eo, qui opus hoc de rebus naturalibus legerit, cum & in ijs, quæ ſpectant ad Metaphyſicam Auctor firmius pedem fixiſſet, ſi Theologiam calluiſſet, ſine qua claudicent plerique Ariſtotelis interpretes neceſſe eſt, quemadmodum D diximus ſuprà.

Ceterum idem Iacobus Zabarella librum edidit de facultatibus animæ, de eiuſdem partitione, de ſpeciebus intelligibilibus, ac de mente agente.

Libro autem de partitione animæ cap. 11. hæc habet, *Omnis forma informans materiam, & conſtituens compoſitum eſt extenſa ad extenſionem materiæ, proinde tota ſecundum extenſionem ſuam in toto eſt, non tota autem in parte, ſed pars in parte. Colligatio enim, & vnio formæ cum materia, ad vnum compoſitum conſtituendum hoc neceſſario efficit, vt æquè vtraque extendatur, & in parte materiæ ſit pars formæ; per hoc enim diſtinguitur forma informans à non informante, quæ ſolum aſſiſtat ad regendum, ſicuti nauta naui, hæc enim non eſt alligata materiæ, neque per eam extenſa, neque ſpeciem conſtituit, & proinde cuilibet parti præſens eſt tota indiuiſibiliter, ſed forma conſtituens compoſitum, & in ſpecie collo-* E *cans neceſſe eſt, vt ad diuiſionem corporis diuidatur, ſicut enim albedo, non eſt per ſe quanta, nec diuiſibilis, ſed fit diuiſibilis per materiam, cui ineſt, ita de omni forma informante dicendum eſt.*

Libro verò de mente humana cap. 6. hæc habet, *Animam rationalem eſſe formam hominis, qua homo eſt homo, & in ſpecie conſtituitur. Verum eſt abſolutè, & ſecundum mentem Ariſtotelis.*

E quibus locis hæ duæ propoſitiones colliguntur, omnis forma informans, & conſtituens ſpeciem neceſſe eſt, vt ad diuiſionem corporis diuidatur, per hoc enim diſtinguitur forma informans ab aſſiſtente. Sed anima rationalis eſt forma hominis infor-

A mans,& conſtituens illum in ſpecie. Ecquis autem è duabus iſtis propoſitionibus nõ videt ſequi. Ergo anima humana diuiditur ad diuiſione corporis; & pars animę iſtius eſt in parte corporis, non tota in quauis parte? Sic igitur (quod falſiſſimum eſt) concluſa eſt materialitas,& diuiſibilitas animæ noſtræ, ſi illam (vt veriſſimum eſt, ac fides etiam docet) informantem dicimus. Hinc idem Zabarella minimè ſibi pugnans, citato illo cap. 11. poſt medium, reprehendit Baeconem, quod hanc propoſitionem dixerit eſſe veram. *Omnis anima informans eſt extenſa ad extenſionem materiæ, excepta anima intellectiua.* Dum autem hunc ita docentem reprehendit, ipſe planè indicat, etiam animam intellectiuam eſſe extenſam, per molem, ac proinde immerſam, & alligatã materię. Atque hinc etiam libro de Mente humana cap. 9. ſoluens illud argumentũ. *Anima noſtra intelligit abſtracta, ergo eſt abſtracta à materia,* reſpondet eſſe eam quidem
B abiunctam à corpore, quo ad operari, at non quo ad eſſe. Num igitur quo ad eſſe anima noſtra erit immerſa materię? Certe & Ariſtoteles, & omnes philoſophi ratione naturali ducti ſemper docuerunt, operari ſequi ad eſſe. Quonam igitur modo Zabarella repugnans rationi, & auctoritati Philoſophorum, ac fidei noſtrę (quando quidem verum vero eſt conſonum) concedit quidem, operationem animę noſtrę eſſe immaterialem, ſeu abiunctam à materia, ſeu non diuiſibilem ad diuiſionem corporis; hęc autem de animę ſubſtantia negat?

In libros de Cælo, & alios ab Ariſtotele ſcriptos tam Commentaria quàm Quæſtiones, & aliorum Auctorum libri, qui conferunt ad eoſdem libros intelligendos. *Cap. XII.*

Albertutij Quæſtiones.
C Alexander Aphrodiſęus.
Alexander Picolhomineus de Stellis.
Ariſtotelis de Mundo liber, an Theophraſti. Vide Cęlium Rhodiginum pagi. 305. 415. 571. & 682.
Auerroes de ſubſtantia Mundi, aliàs Deſtructio deſtructionum contra Algazelem.
Auguſtinus Niphus, qui textum quoque vertit.
Auguſtini Steuchi Eugubini Coſmopęia, quę in paucis quibuſdam rebus expurganda eſt, vt in Sacro Apparatu diximus.
Benedictus Pererius in Geneſim in cap. primum.
Chriſtophori Clauij Sphæra.
D Cleomedes de Mundo Gręcè, & Latinè.
Crinitus de Quinta eſſentia ad vniuerſum orbem diſponendum, atque abſoluendum: ibidemq. Mercurij Aegyptij verba relata, & Virgilij carmen expoſitum.
Curſus Conimbricenſis Societatis Ieſu.
Frederici Pendaſij de ſubſtantia Cęli.
Geneſius Sepulueda in Ariſtotelem de Mundo.
Iacobus Blancus Ord. Minorum.
Ioannis Argyropoli argumenta in ſingulos libr. de Cælo, quos Latinos fecit.
Io. Baptiſta Rubeus.
Ioannis Damiani libri duo de Cęlo.
Ioannes Ianduni Quæſtiones.
Ioannis Verſoris Quęſtiones de Cęlo, & Mũdo.
Lucillus Philaltheus ſuper libro de Cęlo, quamuis nonnihil Platonizet.
Mainettus Mainettus.
Marci Antonij Maioragij Paraphraſis.
Philo Iudæus de Mundo Gręcè, & Latinè.
Simplicius.
S. Thomas Aquinas.

Interpretes in libros de Generatione. *Cap. XIII.*

Aegidius.
Alberti Magni de Saxonia Quæſtiones.
Auguſtinus Niphus.
Flaminius Nobilius in primum librum, de quo vide ſupra in Tractatione 3. cap. 20.
Io. Baptiſta Rubeus.
Ioannes Grammaticus.
E Marſilij Quæſtiones.
Marcus Antonius Maioragius.
Paulus Venetus.
Cum autem Tractatio Philoſophiæ naturalis mutila eſſe videretur, quod materia de Alimento nuſquam ab Ariſtot. integrè expenſa fuiſſe cerneretur, propterea factũ eſt optimè, quod Franciſcus Bonamicus Florẽtinus è primo loco Philoſophiam ordinariam in Piſano Gymnaſio profitens emiſerit in lucem quinque lib. de Alimento, qui potiſſimũ commodant lib. 1. de Generatione, lib. 2. de Anima, libris de Generat. Animal. quin etiam Vniuerſę Medicinę. De quib. id mihi repetendũ eſt, quod ãnte decenniũ in Tractat. mea de Phyſicis ipſius Bonamici Commentarijs potiùs innui, quàm, quod res erat, plenè indicauerim. Sanè rogatos uelim Philoſophię candidatos, vt hoſce libros de Alimento legant, ſucci, eruditionis, altæ, ac ſolidę, ut eaſię Philoſophię plenos.

Interpretes in libros Meteororum. *Cap. XIIII.*

Albertus Magnus.
Alexander Aphrodiſęus.
Antonius Galateus de origine fluminum.
In Ariſtotelis libris extat narratio breuis Meteororum ad Alexandrum de Mundo.
Auguſtinus Niphus.

Balthaſſar Piſanellus Methodum vniuerſam Meteororum omnium, quæ tùm in ſublimi, tùm in ſubterraneis locis ex duplici habitu generãtur, collegit, & in ordinem digeſſit: editus liber eſt Romæ 1588. apud Iacobũ Ruffinellum.
Buccaferreus.
Curſus Conimbricenſis Collegij Societatis Ieſu
Cœlij Calcagnini Paraphraſis, ſiue Compendiũ.
Fabritij Paduani tractatus duo de Ventis, & Terræ motu.
Franciſcus Vicomercatus.
Franciſci Vierij cognomento Verini Secũdi editio Italica integrior in 4. libros Meteororum. Nam priori editioni deerat quartus liber Prodijt autem anno 1587. Florentiæ apud Georgium Mareſcotum: ac perſpicuè ab eodem Vierio iſta tractantur.
Gemini Iſagoge.
Georgius Agricola. A.
Hieronymus Borrus Aretinus de fluxu, & refluxu Maris, ac de Nili inundatione, Italicè, Florentię 1577.
Ioannes Pontanus carmine heroico de Meteoris.
Iſidorus libro 13. Etymolog.
Iulius Cæſar Scaliger in lib. de Subtilitate contra Cardanum.
Lucretius Charus lib. 6.
Nicephorus Blemmides.
Olympiodorus.
Seneca in naturalibus quæſtionibus de Meteoris. B.
S. Thomas Aquinas.
Thomas Caietanus.
Tymonis quęſtiones.

Præmonitio ad Ariſtotelis libros de Anima. Cap. XV.

VEritas, quam docet fides noſtra de Animę Immortalitate, Informatione, & Multiplicatione adeo non ſolum certa, ſed & euidens eſt, vt vel inimici noſtri à veritate coacti ipſam fateantur. Nemo enim eſt Philoſophorum alicuius momenti, quin ſi quid falſi de illa doceat, non etiam aliquid veri afferat. Quod quidem verum exiſtimat ſe demonſtrare tam in Ariſtotele, quàm in lumine naturę. Quã ob rem nos, qui veritatem ſeriò, ac ſine ambagibus quærimus, admittimus id quod dicunt, ueri: Reijcimus in quo errant, nimirum ſecernentes, à ſtercore aurum, ſtercus autem, ac ſordes reijcimus. C

Planiſſimè verò hęc, quę diximus, liquent, ſi quæcunque hac de re Veteres Peripatetici attulerunt, rectè perpendamus.

Alexander enim, & qui eum ſectantur, aſſerunt Animam rationalem eſſe formam hominis informantem: Quod item habet Galenus. Idque exiſtimant eſſe adeo euidens in Doctr. Ariſt. & Lumine Naturę, vt contrarium nullo modo aſſeri poſſe dicant.

Auerroes autem tertio de Anima, Commento Quinto, & vigeſimoſexto: Themiſtius tertio de Anima capite duodecimo, & trigeſimo quarto: Simplicius, & Philoponus paſſim in tertio de Anima dicunt eam eſſe immortalem: idque ipſi quoque ſeſe omninò demonſtrare aſſerunt in Doctrina Ariſtotelis, & Lumine Naturę. D

Quin & idẽ Alexand. poſuit animam multiplicari ad multiplicationẽ indiuiduorũ, Auerroes autem Themiſtius, & Simplicius aiunt Animam Rationalem non educi ex potentia materiæ, ſed extrinſecus aduenire, vna cum Ariſtot. 2. lib. de Generatione animalium, cap. 3.

Quod igitur dant accipimus, ac dicimus cum Ariſt. atque in Lumine Naturę, Animam Rationalem eſſe veram formam informantem cum Alexandro. Immortalem, cũ Auerroe, Themiſtio, Simplicio, & Philopono. Multiplicatam ad multiplicationem indiuiduorum cum eodem Alexandro, & Galeno: Et non eductam ex potentia materię cum Auerroe, & alijs.

Quę Philoſophandi ratio, ſi reliquis in dogmatibus Philoſophiæ, quę hinc inde agitantur, adhibita fuerit, planiſſimam complanabit viam ad Veritatem. E

Interea ſtudioſi adoleſcentes videant, & ediſcant; quæ Boetius de cõſolatione paucis carminibus ſucci plenis lib. 5. Met. 4. cecinit de Anima hominis intellectiua.

Cognitionem non ex ſola rè obiecta, ſed ex ipſius etiam mentis vi, & actione pendere. Cap. XVI.

Quondam porticus attulit
Obſcuros nimium ſenes,
Qui ſenſus & Imagines
E corporibus extimis
Credunt mentibus imprimi,
Vt quondam celeri ſtylo
Mos eſt æquore paginæ,
Quæ nullas habeat notas,

Preſſas

A *Preſſas figere literas.*
Sed mens ſi proprijs vigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet
Notis ſubdita corporum,
Caſſaſq; in ſpeculi vicem
Rerum reddit Imagines,
Vnde hæc ſic animis viget
Cernens omnia notio?
Quæ vis ſingula proſpicit?
Aut quæ cognita diuidit?
B *Quæ diuiſa recolligit?*
Alternumq; legens iter
Nunc ſummis caput inſerit,
Nunc deſidit in infima.
Cum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit.
Hæc eſt efficiens magis
Longe cauſa potentior,
Quàm quæ materiæ modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Ac vires animis mouens
Viuo in corpore paſſio:
Cum vel lux oculos ferit,
Vel vox auribus inſtrepit.
Tum mentis vigor excitus
Quas intus ſpecies tenet
Ad motus ſimiles vocans
Notis applicat exteris:
Introrſumq; reconditis
Formis miſcet Imagines.

Interpretes in libros de Anima. *Cap. XVII.*

Ægidius.
Alber. Magnus in ſumma de Homine.
Alexandri Paraphraſis cum quæſtionibus naturalibus.
C Antonius Scainus.
Auerroes.
Auguſtinus Niphus.
Chryſoſtomus Iauellus.
Fracaſtorij opuſcula de Intelligentia, & Anima.
Petrus Martinez à Brea, de quo ſupra in tertia Tractatione, cap. 20.
Gregorius Nyſſenus de Homine.
Ianduni quæſtiones.
Ioannes Grammaticus.
Io. Baptiſta Rubeus.
Nicolaus Tignoſius.
Simplicius.
Themiſtius.
S. Thomas.
Scotus. Et alij
Porro 2. lib. Ariſt. de Anima meminerint Studioſi perutiles ſibi futuros quinque Franciſci Bonamici libros de Alimento, de quibus vide, quę de illo dixi ad libros de Generatione.

Interpretes in parua naturalia. *Cap. XVIII.*

Alberti Magni Parua naturalia.
Alexander.
D Ariſtoteles ipſe quoque quæ lib. 2. de Anima, de Senſu, & ſenſili.
Auguſtinus Niphus.
Aulus Gellius ſiue Agellius ex Ariſt. de Memoria
Buccaferreus.
Buridani quæſtiones.
Cælij Calcagnini Dialogus de Memoria.
Dionyſius Florentinus Auguſtinianus, extabat manuſcriptus Piſauri ex eo Cænobio.
Ianduni quæſtiones.
Io. Ludouicus Viues lib. 2. de Anima, de Somno.
Iulius Cæſar Scaliger in Hippocratem de Inſomnija.
Leonicus Mainettus.
Leonicus Thomæus.
Lucretius Charus lib. 4. de Somno, & Inſomnijs.
Mainettus de Senſu & ſenſili.
Michael Epheſius Græcè, poſtea Latinè verſus, de longitudine, & breuitate uitæ. Item in Tractatu de Reſpiratione.
Themiſtius in libro de Somno, & Vigilia.
S. Thomas.
Vide ſuprà vbi qui ſcripſere in vniuerſa Ariſtotelis opera.

Interpretes in libros de Hiſtoria Animalium. *Cap. XIX.*

Albertus Magnus.
E Auicenna.
Michael Epheſius.
Plinius.

Interpretes in libros de partibus, & generatione animalium. *Cap. XX.*

Æliani de Hiſtoria Animalium libri huc conferunt, de quibus, vti de alijs, qui in hac re laborarunt, vide poſtremum caput huius libri.
Auerroes.
Auguſtinus Niphus.
Daniel Furlonus in primum de partibus Animalium. Venetijs olim editus.
Iacobus Blancus Ord. Minorum.
Ioannes Grammaticus.
Michael Epheſius.

Interpretes in problemata. *Cap. XXI.*

Ludouicus Septalius Mediolanenſis.
Petrus Aponenſis Conciliator.

Interpretes in Ethica, ac iudicium de quibuſdam eorum. Cap. XXII.

In lib. Ethicor. qui laborarunt.

Laborarunt in libris Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum vertendis Ioannes Argiropylus Byzantius, Leonardus Aretinus, Bernardus Felicianus, Petrus Victorius, Ioachimus Perionius, Dionyſius Lambinus, quorum ille notationes, hic ſcholia ſuis verſionibus addiderunt: Lambini autem verſio omnib. præſtat, & hi quidem Latinè, cùm alia verſio extet Italica, quam Gabriel Ceſanus fecerat.

Ariſt. moralia qui illuſtrarunt.

Introductiones autem, Epitomes, & Paraphraſes, vel in Ethicorum omnes libros, vel in eorum partem edidere varij. E Græcis, Euſtratius Nicænus Epiſcopus, & Aſpaſius Michael Epheſius, Georgius Pachimerius, & alij nonnulli, è quorum imperfectis Commentarijs opus vnum Latinum contexuit, locoſque Poetarum mutilatos in integrum reſtituit Ioannes Bernardus Felicianus. Ad Græcos verò etiam ſpectant Quæſtiones morales Alexandri Aphrodiſei: & characteres, ſiue notæ morales Theophraſti Græcè, & Latinè innominato Interprete editæ. Ex ijs verò qui Latinè ſcripſerunt Boetius, Auerroes, S. Thomas Aquinas, Albertus, Donatus Acciaiolus qui S. Thomæ veſtigijs inſiſtit, Chryſoſtomus Iauellus, qui Vniuerſam moralem Philoſophiam ſic diſpoſuit, atque expoſuit, vt Peripateticam, & Platonicam, cum Chriſtiana conferens, perſpicuam lucem attulerit diſpiciendi verum, ac Beatitudinis, virtutumque tum moralium, tum intellectualium facem omnibus, qui boni, veri, & morales philoſophi eſſe cupiunt, prætulerit: Id quod etiam facit in Oeconomicis, atque Politicis, cui item adiecit librum de Regimine Principum. B

Aug. Valerii quid.

Franciſcus Picolhomineus, Decem gradus moralis Philoſophiæ edidit. Auguſtinus autem Valerius Cardinalis Veronæ, cum ei libro, quo de rectè formando Philoſophiæ ſtudio, præfationes quaſdam adieciſſet, eximiam adtexuit, qua moralis Philoſophiæ ortum, ac partitionem expoſuit: quanquam & Polydorus Vergilius alio id egerat modo, cum ſcriberet, quis primus Ethicem inueniſſet; ſed ante hos Iacobus Faber Stapulenſis, cui adtexuit Iodocus Clicthoueus adnotationes, Hermolaus Barbarus, Cælius Calcagninus, Georgius Foreſtus, Antonius Bernardus Mirandulanus libris de Euerſione ſingularis certaminis, quamuis vbi de animæ immortalitate agit hoc eodem in opere, indigna non ſolùm Epiſcopo, verum etiam homine ſcribat, quippe qui Philoſophi perſonam tantum induens, à vera tamen Philoſophia deflectens, detorquet argumenta ad mortalitatem animæ propugnandam, Ceterum in Ethica ſcripſere item Petrus Victorius, Philippus Mocenicus Archiepiſcopus Nicoſieñs Cypri, libro de vniuerſalibus Inſtitutionibus ad quæ hominum perfectionem, quatenus induſtria parari poteſt: Nam in prima parte quintæ contemplationis, quæ humanorum actuum directricem Philoſophiam conſtituit, ea explicantur, quæ ad voluntatis actus rectè reſtituendos conducunt, ſimulque demonſtrantur omnium moralium virtutum, ac vitiorum fundamenta, ſpecies, differentiæ, cauſę, progreſſus, ac fructus. C D

Iam quæ Commentaria in eoſdem libros Ariſtotelis ediderunt, Ioannes Buridana, Gerardus Odo, Petrus de Spira, Henricus de Vicmaria, Michael Angrianus, Stephanus Hocſt, Io. Maior, non ita verſantur ab omnibus, quod eam redoleant ſcriptionem, quam elegantiora ingenia haud facile admittunt. Almain quoque librum de quæſtionibus moralibus ſcripſit.

Ex ijs denique, qui moralem Philoſophiam Ariſtotelis Italicè interpretati ſunt fuere præcipui: Alexander Picolhomineus, Felix Filiucius, & Ioan. Baptiſta frater meus dialogis de Honore emendatis. E

Quæ iuuent ad moralem Philoſophiã intelligendã.

Ad Moralem autem Philoſophiam intelligendam iuuant, quicunque de moribus lucubrationes edidere, Græci, Latinique tum priſci, tum recentiores, ſi Catholici & approbati fuerint. Ariſtoteles item ipſe duobus alijs libris, qui magna moralia dicuntur, & ſeptem alijs, qui ad Eudemum ſcripti ſunt: quamuis quartus, quintus, & ſextus prorſus ijdem ſunt, qui quintus, ſextus, & ſeptimus Nicomachiorũ. Denique libello de virtutibus, qui poſtea adnectitur (cuiuſcunque ille ſit) quem Alexand. Chamillardus vertit: Et vbi Ariſt. in Rethoricis ad Theodecten de Natura affectuũ egit. Plutarc.

A variis opuſculis, tum de moribus, quos Latinos fecit Arnoldus Arlenius. Epicteti itẽ Stoici dogmatum libri quattuor Græci ab Ariano conſcripti, & Commentarijs à Simplicio illuſtrati, ac cuius Epicteti defenſionem Angelus Politianus ſuſcepit, ſed præfer tim Baſilij Magni Moralia, quamuis hęc Chriſtianam perfectionem ſpectent, ſine qua Moralis Philoſophia manca, & mutila eſt. Quidquid item Plato, & ante eum Socrates: Deinde Cicero de Officijs, ſed melius Ambroſius Mediolanenſis, & vir Sanctus, uti & Lactantius, & Iſidorus, & Seneca varijs Epiſtolis (nam liber de Moribus Senecę falsò tributus eſt) ac denique omnium optimè atque abſolutiſſimè S. Thomas ſecũda parte ſecundę: Gulielmus item Pariſienſis tum vbi agit de Virtutibus, tum in tractatu de Moribus, quos omnes ante D. Thomam conſcripſit.

Liber de Morib. qui Senecæ tribuitur, nõ eſt ipſius.

Porrò ſi extarent Ariſtotelis Commentarij, quorum mentionem Laertius facit
B ταχτικῶν καὶ μεθοδικῶν ὀκτὼ, & rurſus μεθοδικῶν nõ fuiſſet, cur agi laboraſſent in tabulis moralium Ariſtot. vel nouis conficiendis, vel aliundè conquirendis: quę tamen fateor magnopere commodant, ſi cum illis contextus coniungatur. Verè enim eſt hęc linearis illa artificij Logici demonſtratio ex ſuis deducta principijs, quã fortaſſis Ariſtoteles διαγραφὴν appellat: alibi ὑποτύπωσιν ſępè, aliàs τύπον fortaſſis etiam διαίρεσιν ſpeciei nomine ad genus traducto. Laertius certè in catalogo librorum Ariſtotelis meminit διαιρέσεων, xvij. librorum: Itẽ διαιρετικῶν, libri vnius, & rurſus διαιρετικοῦ vnius: Item ὑπομνημάτων διαιρέσεων, vnius.

Libri Ariſto. qui periecũt.

Quin etiam euulgarunt, ſed auerſo ingenio in eadem, Audomarus Talęus in primũ librum explicationes, & Petrus Ramus: ij quidem Ariſtotelis contextum interim diuidentes; ſed quã pręſertim Ramus acerbitate erat aduerſus non ſolum Peripateticam,
C verùm etiam Catholicam ueritatem; mirum non eſt, ſi non interpres, ſed actor aduerſus Ariſtotelem ſuorum laborum operam luſit: cui etiam propter hęreſim Caluinianam uita denique adempta eſt.

Petrus Ramus qualis.

Editum eſt autem Francofurti, ante triennium Ioannis Caſi Oxonienſis Speculũ quęſtionum moralium, in vniuerſam Ariſtotelis Ethicen. De quo libro, neque meum eſt iudicium ferre, cum otium non fuerit totius attentè perlegendi: id autem potiſſimum expectandum ſit ab ijs, quibus à Sede Apoſtolica Romanã Inquiſitionis delata eſt facultas in permittendos, aut purgandos libros. Quod tamen facit, vt cupiam, ut diligenter examinetur, duplex cauſa eſt; Altera, quòd is Auctor viro alieno à fide Catholica librum dicauerit, eos etiam laudauerit, quos ſanguinem Catholicum fudiſſe ſcimus; altera, quod in peroratione operis, quam in fine libri dicat lectori, fatetur in
D genuè, quattuor claſſes auctorum in ſuis hiſce lucubrationibus ſe eſſe ſecutum. Primam, in qua ponit S. Thomam, Euſtratium, & Boetium. Secundam, in qua Fabrum, Buridanum, & Boreum. Tertiam, in qua Odonem, Burleum, & ſuum (inquit) Donatum. Quartam, in qua Ioannem de Celaia, Ioannem Scotum, & quem amarum nomine, ſed ſubtilem ingenio nominat Gilbertum Crab. Quos nequis miretur; cur euoluerit, ſubdit, non in verborum ſono, ſed in rerum ſenſu veram conſiſtere ſapientiam: at ſapientiam (ait) profecto tenuerunt iſti: Ac paulo poſt. Multi (inquit) hodie cũ audiunt nomen Thomæ, ſupercilia ſtatim contrahunt, & diſtorquent labia, ſed ſi iſti ſeriò vnam, vel alteram quæſtionem in illo fine præiudicata ſententia legerint, detracta palea, puriſſimum granum, ſublata ſcoria, aurum ſplendidiſſimum forſan ſe inuenisſe dixerint; Ex illo igitur, & alijs, aſſerit ſummam omnium quæſtionem in Ethicis ſe
E contraxiſſe, & vt gemmarium rudiore lima, ne rubigo appareret dictionis, perpoliuiſſe. Ceterũ ſciat lector Ioannem iſtum Caſum, librum edidiſſe, qui Sphæra ciuitatis, ſiue de adminiſtratione ciuiratum inſcriptus eſt, qui quidem in nouiſſimo Indice Clementis VIII. Pontif. Max. prohibitus eſt, donec emendetur.

1590. Ioannis Caſi Speculũ morale.

Laus S. Thomæ etiam ab aduerſariis ſi dei Catholicæ.

Sed & in libros Ethicorum Ariſtotelis ad Nicomachum aliquos Conimbricenſis Curſus Diſputationes accepimus iam tertiò in Germania, & quidem correctiores Coloniæ Agrippinæ editas. Quæ ſanè medullam Diſciplinæ moralis continent, eamque eleganti ſtylo, ac perſpicuè ob oculos ponunt.

Interpretes in libros Politicorum. Cap. XXIII. A

ANtonius Montecatinus.
Antonius Scainus.
D. Auguſtinus Hipponenſis Epiſcopus in libris Ciuitatis Dei, etſi in Ariſtotelem haud ſcripſit, erit tamen vtilitas, ſi cum Politicis iungatur.
Chryſoſtomi Iauelli Philoſophia Platonis, Ariſtotelis, & Chriſtiana.
Geneſij Sepuluedæ enarrationes.
Ioannis Auilæ Epiſtola ad Aſſiſtentem Hiſpalenſem. Extat autem in libro Epiſtolarum ſpiritualium & eſt aurea epiſtola inſtar multorum librorum Politicorum.
Iuſti Lipſij Politicorum, ſiue Ciuilis Doctrinæ libri ſex, qui ad Principatum maximè ſpectant additæ Notæ auctiores tum & de vna Religione. Sed legenda eſt editio B Antuerpienſis anni 1596. quam ipſe recenſuit.
Platonis libri de Republica cum Commentario Sebaſtiani Phoxij huc conferrent aliquid, ſi & quod ſuprà diximus, vbi de Platonicis, & de ipſo adeo Foxio, locuti ſumus, circumſpectè adhiberentur: Chryſoſtomique Iauelli Platonica Philoſophia perlegeretur.
S. Thomas, præſertim de regimine Principum.
Thomas autem Bozius Eugubinus libros octo de ruinis gentium, & Regnorum emiſit in lucem Romæ, quibus de Politicis rebus non ſine magna luce, quam libris Politicis Ariſtotelis, agit. Quos libros ſi viri Principes, atque viri Politici attente verſauerint, & humanæ, ac Chriſtianæ felicitatis fundamenta, & præſidia ſolida haurient, & multarum hiſtoriarum medullam cum iucundiſſima vtilitate guſtabunt. C
Noſtra autē ad Iuriſprudentiam Chriſtiana Methodus, quæ & in noſtra Bibliotheca Selecta habetur.

Ad Metaphyſicen Præmonitio. Cap. XXIIII.

MEtaphyſicorum nomine prænotari hos libros non ordine perfectionis, & dignitatis, ſed ordine inuentionis aliqui exiſtimarunt, ita ut Metaphyſica Tractarionem rerum, poſt naturalia ſignificent.

At alij, quoniam quæ in Metaphyſicis traduntur, ſunt ſupra entia naturalia. Quā ob rem ab Ariſtotele honoris, gratia, ſcientia hæc, appellatur Sapientia, & Theologia; quippe quæ res altiſſimas, & Vniuerſaliſſimas contempletur; ſit item libera, & ſui gratia, proinde item nobiliſſima, & Diuiniſſima; quæve nos Deo ſimiles reddat. D

Metaphyſices Obiectum.

Potrò Metaphyſices obiectum eſſe ens, vt ens; Reale tamen, non rationis. Et quatenus comprehendit, ſub ſe, Creatum, & Increatum: Finitum, & Infinitum, Subſtantiam, & Accidentia Albertus, Auicenna, Alexander, Auerroes, D. Thomas, Philoponus, Alenſis, (ſi tamen ille fuit Alenſis) Vicomercatus, & alij aſſeruerunt.

Cum autem ens reale dicimus commune enti abſtracto & decem Prędicamentis, intelligimus illud eſſe Analogum: Deinde Hoc Ens habere aliquo modo Principia, Partes, & Paſſiones. Denique Deum & Intelligentias ab hac ſcientia conſiderari poſſe dupliciter: Primò vt ſunt Principia, & cauſſæ aliorum entium. Secundò vt ſunt entia quædam. E

Num verò quinque ſcientiæ inter ſe eſſentialiter diſtinctæ ſint, vt noſter Pererius doctè oſtendit, Phyſica, Mathematica, Metaphyſica, Scientia de Deo, Scientia de Intelligentijs, quę duę poſtremæ commodi gratia fuerint additę Metaphyſicę? An vna tantum Scientia, initio Philoſophici curſus agendum eſt, aut ſaltem hucquadantenus ad memoriam Auditorum erit reuocandum. Nimirum vt ſimul intelligatur, quādo obiectum ſcientię ſit Analogum, ſolere omnia demonſtrari de primo Analogato: deinceps autem eadem de alijs Analogatis cum proportione eſſe intelligenda.

A

Num omnes quattuordecim libri Metaphyſices ſint Ariſtotelis. *Cap. XXV.*

IAm conſtat omnes qui circumferuntur libri Metaphyſices, tanquam ab Ariſtotele conſcripti, ab omnibus non admitti, nempè tertium decimum, & Quartum decimum. Hos enim nemo antiquorum interpretatus eſſe videtur, præter Syrianum, atque Philoponum, ſed & hunc Philoponum, qui non ita multo antea eſt editus, non putant aliqui illum eſſe Philoponum, cognomento Grammaticum.

At de Alexandro Aphrodiſeo ingeritur dubium, quod vt infrà dictum eſt, ſcholia eiuſdem ad libros ipſos tertiumdecimũ, & quartumdecimum Græcè MM. SS. appa-tuerint, quæ Aphrodiſæi dictionem, & ſtylum ſapiunt.

B

Ordinata ne ſit Methodus, quæ in libris Metaphyſicorum habetur. *Cap. XXVI.*

IMperfectam porrò, ſiue ſine ordine tradi ab Ariſtotele hanc ſcientiã nõ pauci exiſtimarunt, fuerit hoc vel quoniam inchoatam non potuerit abſoluere, vel quod ex eius ſcriptis ab alio fuerit ſic ſatis in vnum, qualem cernimus concinnata, & tamen paſſim eluceſcunt ſplendores quidam ingenij Ariſtotelis, conatus certè, quos adhibebat ad Methodum tradendam, quam antea nemo forſan ita tradiderat.

Quænam in omnibus libris Metaphyſicis Ariſtotelis tractentur. *Cap. XXVII.*

C ET quidem ordo ſummatim ex omnibus Metaphyſicæ libris deſumptus, atque tanquam vnum è Prolegomenis propoſitus à Profeſſore Auditoribus, lucem ad omnia præferet. Simul autem fiet, vt quæ ſoleant omitti in horum librorum explanatione, id rectè poſſe fieri intelligatur, ſi Auditores reliquas Philoſophiæ partes perceperint antea. Porrò hunc ordinem, ſeu quaſi compendium cum ex alijs petere, vel per nos ipſi colligere poſſemus, placuit tamen ſequentem ex doctiſſimi Philoſophi, atque Theologi ſcriptis, quæ non prodierunt in lucem, huc inſerere, tanquam aptiorem.

Primo igitur libro, poſt indicatam Vtilitatem, Neceſſitatem, Nobilitatem huius ſcientiæ, finis, in quo ſita eſt ipſius perfectio, proponit: E quibus conſtant An ſit. Quid ſit. Qualis ſit, & propter quid ſit.

D Addit, ſcientiam iſtam indagare potiſſimum omnes entium cauſſas. Quam ob rem de quatuor generibus cauſſarum, quæve Antiqui de ijs ſenſerint, ſic agit, vt eadẽ in 2. Phyſicorum fuerat perſecutus, licet ob alium finem, cum Phyſica tractaret.

In ſecundo; Quinam modus ſit Veritatis inueſtigandæ. Cumque omnis notitia veritatis pendeat è notitia cauſſarum, An detur Proceſſus in infinitum in ipſis cauſſis: Num verò ad aliquas primas cauſſas ſit deueniendum, de quibus agitur in tertio.

Sic ſecundus hic liber tripertitus. Vt primò doceat quanam ratione Veritas indagetur, quæ tum facilis, tum difficilis eſt. Secundò, Veritatis contemplationẽ ſpectare maximè ad hanc ſcientiam, nec dari proceſſum in infinitum in cauſſis. Tertiò. Modum, qui in varietate inueſtigandæ ſit adhibendus. *à tex.3. vſque ad 143. à tex.13.14. 15.16.*

In tertio libro. In veritate indaganda, eſſe inprimis proponenda, quæ de illa in du-

E bitationem cadunt. Deinde ſexdecim Quæſtiones probabiliter expenduntur.

Prima eſt. Num ſit vnius ſcientiæ cauſſas contemplari, de quibus tertio textu.

Secunda. Num ad ſcientiam hanc ſola prima principia ſubſtantiæ, an item complexa pertineant. Textu 4.

Tertia. An omnium ſubſtantiarum ſit una ſcientia. Textu quinto, & ſexto.

Quarta. Num in rerum natura detur vlla ſubſtantia præter ſenſibiles tex.7.8.9.

Quinta. Num ſcientia hæc verſetur in ſolius Subſtantiæ, an item in Accidentium conſideratione, tex.6.

Sexta. An ad ſcientiam hanc ſpectet agere de quibuſdam entis affectionibus, vt de Eodem, Diuerſo, &c. Quæ item explicantur tex.7.8.9.

Septima

Septima. Num Genera, quæ de rebus prędicantur, An verò partes, quibus reali compoſitione res conſtant, dicenda ſint rerum principia, & Elementa. Et quænam dicenda ſint magis Principia, Proxima ne an Remota. Tex. 10. & 11. A

Octaua. An præter materiam, quam ſolam priſci Phyſici cognouerunt, alia cauſſa ſit. Num uerò hæc ſit ſeparabilis à ſingularibus, & an ſit numero vna. Tex. 12.

Nona. Num Materialis ſubſtantiæ cauſſa ſit aliud à ſubſtantia, cuius eſt Quidditas, Ibidem.

Decima. Num principia tam materialia, quàm formalia ſint numero definita. An verò tantum ſpecie. Nimirum, An eorum, quæ ſpecie conueniunt, detur vnum Principium numero. Tex. 13. & 14.

Vndecima. An eadem ſint Principia rerum corruptibilium, & Incorruptibilium. Tex. 15. B

Duodecima. Num vnum, & Ens ſint ipſę ſubſtantię rerum. An uerò illis ſubijciatur aliquid, quod ſit ſubſtantia rerum. Tex. 16.

Tertiadecima. Num principia rerum ſint Vniuerſalia, an Singularia. Tex. 20.

Quartadecima. Num principia ſint tantum potentia, An uerò Actu. Tex. 19. & 20.

Quintadecima. Num principia ſint cauſſæ rerum ſolum per motum, vt Veteres voluerunt. An verò aliquo alio modo. Tex. 18.

Sextadecima. Num entia Mathematica ſint ſubſtantiæ, & an ſint ſeparatæ à ſenſibilibus, & ſingularibus. Tex. 17.

Et hæ quidem poſtremæ quæſtiones rectius ita vt fecimus diſpoſitæ ſunt, quam quæ textibus Ariſtotelis erant locatæ, nempè ut præcedentes poſtponantur, quemadmodum de tribus vltimis eſt factam. C

In Quarto libro agit quid de Quæſtionibus ijſdem, ac de tota Metaphyſica ſit dicendum. Ac primum de Subiecto; vbi ait Metaphyſicæ obiectum eſſe Ens, vt Ens.

Deinde poſita Diuiſione Entis in plura ſignificata, docet eſſe ſcientiam de Ente, ac præcipuè de ſubſtantia: deinde eum agere de Vno, quod eſt prima Paſſio Entis, ac cum illo connectitur: De ſimile, æquali, & reliquis, Quę ſunt veluti ſpecies Vnius. Et de oppoſitis, nimirum, Multitudine, uſque ad caput tertium.

Inde explicat, quænam ſint prima Principia, quibus in demonſtrando utitur Metaphyſica. Quomodo item ad hanc ſpectet conſideratio communiſſimorum Principiorum, vt de Quolibet eſt uerum aſſerere, vel negare. Denique confutat tam eos, qui negarunt hoc primum Principium, quàm eos, qui illud demonſtrare voluerunt.

In Quinto, Vt doceat, quonam modo loquendum ſi in hac ſcientia de Ente, eiuſque Affectionibus, agit vſque ad ſextum caput de diſtinctione cauſarum, & Principiorum Entis: Deinde vſque ad ſextumdecimum caput, De ente, & eius partium diſtinctione diſputat. Pręterea de Diſtinctione affectionum, & paſſionum entis. Atq; ideo in primis quinque capitibus agit de Principio, Cauſſa, Elemento, Natura, & Neceſſario. D

Deinceps agit de Entis, & Partium ipſius diſtinctione.

At quoniam Vnum eſt adeo connexum cum Ente, vt idem eſſe uideantur, propterea in Sexto capite diſtinguit Vnum in Vnum per ſe, & in Vnum per Accidens. Quod item vtrumque ſubdiſtinguit, docens multa eſſe diſtinguenda quæ Vni opponuntur.

In cap. Septimo agit de Ente, diuidens id in Ens per ſe, & Ens per accidens. Et Ens per ſe, in decem Prædicamenta: Et Ens in Actu, & Potentia. E

In cap. 8. agit de ſubſtantia, vbi aſſignat quatuor modos ſubſtantię, qui deinde reuocantur ad duos, earum ſcilicet ſubſtantiarum, quę ſunt ſenſibiles, & indiuiduę & eſſentię, ſeu quidditatis, & definitionis rei.

In cap. Nono, explicat quid ſint idem, & diuerſum, & quid ſimile, & diſſimile.

In capit. Decimo explicat quid, & quot ſint oppoſita, & in fine capitis, quæ ſint diuerſa ſpecie.

In cap. Vndecimo, quid ſit prius, & quid poſterius, & quę ſpecies illorum.

In cap. Duodecimo, quot ſint potentiarum & impotentiarum genera, & quę ſint

A poſſibilia vel impoſſibilia, & reducit omnia ad potentiam actiuam, quam ait eſſe principium mutationis efficiens in alio quatenus aliud eſt.

In cap. decimotertio, agit de Quantitate.

In cap. decimoquarto, agit de Quali.

In cap. decimoquinto, agit de Ad aliquid, aſſignans tria genera Relatiuorum per ſe fundata in tribus fundamentis.

In cap. decimo ſexto, vbi incipit tertia pars Libri agit de perfecto, aſſignans tria genera perfecti, ut alia ſint perfecta quantitate, alia Virtute, alia finis conſecutione.

In cap. decimoſeptimo, agit de Termino, & ſex illius ſignificationes aſſignat.

In cap. decimooctauo explicat quot modis vſurpentur hæc uerba, Secundum quod & affert quattuor modos.

B In cap. decimonono explicat, quid, & quotuplex ſit Diſpoſitio, ſeu ordo.

In cap. uigeſimo quid, & quotuplex ſit Habitus.

In cap. vigeſimoprimo affert quattuor ſignificationes paſſionis.

In cap. vigeſimoſecundo quotuplex ſit Priuatio.

In cap. vigeſimotertio affert quattuor modos Habere.

In cap. vigeſimoquarto affert tres modos præcipuos, quibus aliquid ſit ex alio.

In cap. vigeſimoquinto, affert quattuor modos partium.

In cap. uigeſimoſexto, quid, & quotuplex ſit totum.

In cap. vigeſimoſeptimo, quę requirantur vt aliquid dicatur mutilum.

In cap. vigeſimooctauo tradit quattuor generis ſignificationes.

In cap. vigeſimo nono tradit tres præcipuos modos, quibus aliquid dicitur falſũ.

C In cap. trigeſimo tradit duos præcipuas ſignificationes Accidentis.

In ſexto libro incipit determinare de ſubiecto huius ſcientiæ, ita ut primò doceat, de quo ſit, & de quo non ſit, vſque ad Textum quartum, dicendi uerò declaret quaſdam ſpecies entis, Quæ ab hac ſcientia excluduntur. Et quoad primum docet; hanc ſcientiam eſſe de Ente quatenus eſt Ens, & de cauſſis Entis, & hanc ſcientiam nullam eſſe plurium ſcientiarum, & in ſpecie non eſſe Phyſicam, & agere de ſubſtantia immobili, Textu ſecundo, eſſe ſcientiam naturalem, Tex. tertio. In ſecunda parte libri ponit primo diuiſiones aliquas entis, deinde reijcit à conſideratione Metaphyſica Ens per Accidens uſque ad textum octauum, & Ens uerum vel falſum. Quod eſt circa compoſitionem, vel diuiſionem factam ab Intellectu.

In ſeptimo libro agit de alia diuiſione entis aſſignata in ſubſtantiam, & accidens,
D & in alia Prædicamenta, aliam enim, quæ eſt in actum & in potentiam, explicat in nono. Aliam, quæ eſt in vnum, & multa, in decimo, agit ergò de ſubſtantia, quia eſt primum ens ratione, cognitione, & tempore, ad quod omnia alia referentur, deinde textu quinto oſtendit, quæ ſint illa entia, quæ ſint manifeſtè ſubſtantia, & ponit aliorũ opiniones textu ſexto, poſtea textu ſeptimo, affert quattuor mõs, quibus dicitur ſubſtãtia, vt ſignificet quidditatẽ rei, vel Genus vniuerſale, ſeu Ideas, vel ens vel ſubſtantiam, ſeu primam ſubſtantiam, & explicat membra diuiſionis, comparatque illa inter ſe, & agit præcipuè de Materia textu octauo, & nono. Poſtea agit de ſubſtantia vt ſignificet quod quid eſt, Textu decimo, & quærit quibus inſit. Textu vndecimo vſque ad vigeſimum, dicens propriè conuenire ſubſtantiæ, & quomodo ſe habeat, ad naturam generis, dicens, nec generari materiam, nec formam, nec quiditatem, ſed com-
E poſitum. Textu vigeſimoſecundo vſque ad uigeſimumoctauum, & quiditates non eſſe cauſas generis, textu vigeſimo octauo, & mouet quædam dubia circa generationes formarum. Textu vigeſimono no, trigeſimo, & trigeſimoprimo, & trigeſimoſecundo; Quærit deinde an ſint idem quod quid eſt, & cuius eſt. Quod quid eſt. Textu vigeſimo, & vigeſimoprimo. Et quomodo ſe habeant ad ſuas partes à textu trigeſimotertio, vſque ad quadrageſimum ſecundum. Et quomodo illę poſſint facere vnum textu quadrageſimoſecundo, quadrageſimotertio, & quadrageſimoquarto. Quarto loco quęrit, vtrum naturale ſit ſubſtantia, & oſtendit non eſſe, vſque ad textum quinquageſimumprimum; deinde uniuerſalia non eſſe Ideas ſeparatas, & has non eſſe ſubſtantias rerum, à textu quinquageſimoprimo, uſque ad 57. Quinto loco agit de uno,

& ente:

& ente: an ſint ſubſtantię rerum,& oſtendit non eſſe tex.57. & explicat in quo bene, A
in quo malè dixerint ponentes Ideas. Tex.58.& nullum Vniuerſale eſſe ſubſtantiam rei. Tex.59. & 60. Quare intentio Ariſtotelis fuit loqui de quod quid eſt, & oſtendit primò cuius ſit, nimirum ſubſtantiæ, ſecundò utrum ſit idem cum eo cuius eſt, tertiò non generari, quartò quę ſint partes illius, quintò etiam ſi habeat partes,eſse tamen unum, ſextò facit quandam digreſsionem, quærens utrum Vniuerſale ſit ſubſtantia rei, ultimò redit ad propoſitum, & oſtendit, quid ſit ipſum quod quid eſt; & hæc omnia, ut inueſtigaret quod quid eſt ſubſtantiarum Senſibilium, ut ex illis deueniret in cognitionem Intelligibilium, ideo

In libro octauo agit de principijs ſubſtantię ſenſibilis, & primò repetit aliqua dicta in ſeptimo,textu primo, & ſecundo. Secundò agit de Materia,tex.3.& 4.deinde de forma,tex.5. & 6. poſtea de compoſito, textu 7. Tertiò mouet quoddam dubium B
circa formam: An ſcilicet nomen ſignificet ſolam formam, tex.7. & 8. & ponit tres proprietates formæ,tex.8.9. &.10.Quartò ponit tres proprietates materiæ, tex. 11. & 12. in ordine ad ipſum genitum, & comparat materiam ad alias cauſſas,deinde agit de materia in ordine ad ſubſtantias ingenerabiles,& incorruptibiles,ibidem, & tex.13.& tex. 14.oſtendit,quæ ſint illa generabilia, quæ poſſint dici habere materiam. Poſtea duas affert dubitationes de Materia. Alteram, quomodo ſe habeat ad contraria. Alteram, quare vinum non dicatur materia Aceti, & ſoluit eaſdem tex.14. Quintò ponit dubitationem circa compoſitum quomodo ſit vnum,cum conſtet ex pluribus partibus, & ſoluit eandem, tex.15. Et ex hoc oſtendit, quomodo ſubſtantiæ ſeparatæ habeant vnitatem, & concludit in illis non eſſe cauſſam mouentem,tex.16. C

In nono libro agit Ariſtot. de alia diuiſione Entis in Actum, & Potentiam,& poſito Proemio tex. primo agit de potentia,quid, & quotuplex ſit, & in quo ſubiecto. tex. 2.& de impotentia oppoſita tex.3. & 4. diuidit Potentias in rationales, & irrationales. Tex.5. vſque ad 10. & excludit errorem quorundam qui dicebant potentiam non præcedere actũ,deinde tex.10.oſtendit quænam potentia præcedat actum,& quæ nõ; Secundo loco agit de Actu,& primo oſtendit, quid eſt actus. Tex.11.deinde diuidit actum in duo membra, ibidem, & tex.12. & oſtendit qualis ſit. Poſtea oſtendit,quando dici debeat rem eſſe in Potentia,& quando non. Tex.12.& quę debeat vocari prima potentia,& prima materia. Tertio loco comparat potentiam, & actum inter ſe,ita vt Actus ſit prior ratione ſubſtantia, & quodam modo tempore, tex.15. Quod probat D
vſque ad tex.18. oſtendit deinde Actum in bonis meliorem eſſe potentia, in malis verò contra,tex.19.Et ex his colligit malum non eſſe aliquid præter res.Et in ſempiternis, & principijs non eſſe malum,& corruptionem. Denique oſtendit Cognitionem conſiſtere in actu, & non in potentia tex.20. & comparat ad inuicem verum, & falſum, explicans quomodo inueniantur in rebus. Tex.21. & 22.

In decimo libro agit de alia diuiſione Entis in vnũ, & multa, & primò agit de uno ſecundum ſe, deinde de illo in ordine ad multa, vbi agit de contrarietatibus à tex.9. ad finem libri. Et circa primum, ponit primò quattuor modos vnius. Quod nimirum unum ſit,vel per naturam continuum,vel Totum,habens ſpeciem,& materiam, vel ſingulare, vel vniuerſale. Tex. primò. Quæ conueniunt Analogicè in ratione vnius. Tex. ſecundo, deinde oſtendit eſse menſuram, conuenire propriè vni, & ex vnitate trasferri ad alia. Tex.2.3. & 4. Hinc ſoluit errorem quorundam,qui exiſtimabant ſcientiam, & ſenſum eſse menſuras rerum. Tex.5. Poſtea oſtendit non dari aliquod unum,quod ſit ſeparatum. Vniuerſale, ſubſtantia, & ſic menſura omnium rerum,ut uolebat Plato. Tex.6.deberi tamen dari aliquod unum, quod ſit menſura ceterorum tex.7. deinde oſtendit, quomodo ſe habeant Ens,& unum inter ſe,& ait æqualiter ſe habere. Tex.8. Circa ſecundum, agit de uno in ordine ad multa,deinde occaſione ſumpta agit de contrarietate; primò ergo docet unum,& multa opponi priuatiuè, Tex.9. & aſſignat tres modos unius, ut aliqua dicantur unum,uel identitate,uel ſimilitudine,uel ęqualitate, & totidem modos oppoſitos multitudinis. tex. 10. & 11. & explicat quid ſit differentia,& quid diuerſitas tex.12.& 13. & quoniam

con-

A contrarietas eſt aliqua differentia ideò agit de contrarietate,& oſtendit contrarietatem eſſe maximam differentiam uſque ad tex.24. Poſt tractationem de contrarijs agit de medijs,quæ ſunt in eodem genere cum contrarijs inter quæ ſunt media. Tex. 22.vſque ad 25. Denique oſtendit aliqua contraria qualia ſunt corruptibile, & incorruptibile differre inter ſe genere, quia differunt ſecundum potētiam, & priuationem potentiæ,& non poſſunt eidem conuenire etiam per Accidens,& ex hoc tandem concludit impoſſibiles eſſe ideas Platonis, quæ ſint eiuſdem ſpeciei cum rebus quarū ſūt Ideę. Quia res inferiores ſunt corruptibiles; Ideę uerò incorruptibiles.

In vndecimo libro,& duodecimo quoniam Materia non ſolum agit de Ente in vniuerſum, quod eſt obiectum illius, ſed etiam de primo Ente, nimirum de ſubſtantijs ſeparatis, repetit multa q̃ dicta ſunt in præcedentibus Libris,& in Phyſica,quæ ad hoc
B faciunt,vſque ad ſummam ſecundam & tex.29.duodecimi libri,ita ut in ſumma prima vndecimi libri repetat dubitationes quaſdam, de quibus in tertio libro locutus fuerat. In ſecunda repetat aliqua,quæ dicta ſunt in quarto. In tertia alia, de quibus dixit in ſexto.In quarta agat de motu infinito, diuiſionibus Motus,& quibuſdam definitionibus. In prima ſumma duodecimi agat de ſubſtantia ſenſibili.

In cap.ergo primo ſummæ primę Libri vndecimi quærit,quomodo hæc ſcientia eſt circa principia,& circa ſubſtantias,& circa quę principia,& quas ſubſtantias. Et an ſit vna, vel multiplex, & multas proponit quæſtiones de his, & agitur in utranque partem.

In cap.ſecundo mouet quaſdam alias dubitationes de ijs quæ conſiderantur à Metaphyſica, nimirum an poſſit dari aliquid in rerum natura ſubſiſtens, præter ſingula-
C ria An detur ſubſtantia aliqua præter ſenſibilem. An principia corruptibilium, & incorruptibilium ſint eadem. An Ens,& Vnum poſſint dici principia, & an Vnum, & Numerus,& an magnitudines,& an ſubſtantiæ ſeparatæ,quas ponebat Plato. Denique an omnia principia ſint vnum numero,vel ſpecie. In ſumma ſecunda,& tertia, repetit, quæ dixerat in quarto,& in primo capite ſummę ſecūdæ,oſtendit,hanc ſciētiam agere de Ente,quatenus eſt Ens,& de paſſionibus illius.

In ſecundo cap.oſtendit ab ea conſiderari communia principia Demonſtrationis.

In tertio capite probat hoc principium. De quolibet eſt uerum aſſerere,vel negare, & impugnat opinionem Heracliti.

In cap.quatro confutat Pytagoram, qui dicebat intellectum, & ſenſum eſſe menſuras ueritatis. Et aliqua etiam dicit contra Heraclitum, & Anaxagoram. In ſumma
D tertia comparat Metaphyſicam cum alijs ſcientijs in principijs,Definitionibus,& demonſtrationibus.Et colligit de Ente per Accidens non eſſe ſcientiam,ſicut nec de Ente rationis,& obiter explicat quid ſit fortuna circa quę,& id,quod eſt à fortuna habere cauſſas infinitas,& dari bonam,& malam fortunam. Et fortunam non eſſe primam cauſſam. In ſumma quarta oſtendit,quid ſit Motus,& quomodo fiat,& in quo ſit.

Capite primo agit de infinito.

Capite ſecundo diuidit mutationem,& motum in ſuas ſpecies.

In capite tertio de quibus in quinto Phyſicorum dictum eſt. Deniq; in capite ultimo definit quæ circunſtant Motum, nimirum,ſimul ſeorſum tangere, Intermedium Cōtraria ſecundum locum,conſequenter continuum,& punctum non eſſe idem quod Vnitas.

E In libro duodecimo sūma prima agit de ſubſtantia ſenſibili,vt ex ea deueniat in cognitionionē immobilis: Et primò probat ad hūc librum pertinere agere de ſubſtātia, Quia agitur de Ente: Subſtantia autē eſt primum Ens, & eſt ſimpliciter Ens uſq; ad textum quartū. Deinde textu quinto diuidit ſubſtātiam in ſenſibilem,& immobilem; & ſenſibilem diuidit in perpetuam,& corruptibilem. Tex.ſexto probat in ſubſtantia ſenſibili mutabili dari materiam. Tex.ſeptimo quattuor ponit genera Mutationū,nimirū in ſubſtantia,quantitate,qualitate,& vbi. Et unaquęque illarum eſt inter contraria in ſubiecta Materia.Quam etiam probat dari tex.8. Tex. nono oſtendit. Quomodo Antiqui illam cognouerint. Textu decimo materiam diuerſimodè eſſe in diuerſis, nimirum in inferioribus, & cælo. Textu vndecimo Generationem non fieri

ex qualibet

ex qualibet Potentia,ſed ex determinata, deinde agit de forma , de qua primo docet A formam eſſe principium,& non generari, Tex.duodecimo,Et omne quod generatur generari à ſimili, Textu decimotertio. Deinde comparat formam ad compoſitum, & poſtquam diuidit ſubſtantiam in Materiam, Formam, & Cõpoſitum,in Tex.decimo quarto oſtendit in quibuſdam formam non eſſe pręter ſubſtantiam compoſitam tex. decimoquinto comparat formam cum cauſa mouente, in hoc, quod mouens poteſt præcedere effectum,forma uerò non præcedit,quãuis fortè poſſit ſubſequi , tex.16.& 17. Ex quo concluditur, non eſſe neceſſarium ponere Ideas propter Generationem, tex.18.& 19. Tertiò quærit; An ſint eadem principia omnium Prædicamentorum,& oſtendit aliquo modo eſſe eadem, aliquo modo non eſſe vſque ad tex.27. Denique, tex.28.& 29. breuiter Epilogat,quæ dicta ſunt. In ſumma ſecunda, & tertia determinat de ſubſtantia immobili ſecundum propriam ſententiam,deinde ſecundum opi- B piones aliorum in alijs libris, ſi ſunt Ariſtotelis. Primò ergo oſtendit dari ſubſtantiam hanc immobilem,& probat duabus rationibus,tex.29.deinde hanc ſubſtantiam eſſe ſemper mouentem,& ideo carentem potentia,& materia,tex.30.33.& 35.& obiter,tex.31.& 32.oſtendit,quomodo Actus ſit prior,vel poſterior potentia,& tex.34. Motum cæli,ſemper eſſe. Secundo agit de perfectionibus huius ſubſtantię,quod moueat tanquam finis,& Intelligibile,& tanquam id,quod eſt optimum appetibile,tex. 36.& 37. & ideo mouet, vt Amatum, quod eſt immobile,& neceſſarium, tex.38. Et in hac ſubſtantia eſt maxima delectatio in Intellectione ſui ipſius,& in Amore.Textu 39. & ideo in Deo vita perfectiſſima reperitur, Deinde,tex.40.& 41. excludit errorẽ eorum qui dicebant principatum poſſe eſſe nobilius principio. Et oſtendit hanc ſubſtanriam eſſe indiuiſibilẽ,& impoſſibilem. Tertiò agit de vnitate,& pluralitate ſub- C ſtantiarum ſeparatarum,& tex.42.& 43.oſtendit quamuis una ſit prima ſubſtantia, dari tamen tot ſubſtantias immobiles quot ſunt cæli, qui mouentur motu perpetuo; Quod à Mathematicis accipiendum eſt,textu 44.45.46.& 47.tandem concludit numerum harum ſubſtantiarum,textu 48.Et remouet quædam impedimenta,quæ poſſent obeſſe dictis,tex.48. & 49. & hoc confirmat Auctoritate Antiquorum, tex.50. quarto mouet quattuor dubitationes de Intellectu ſubſtantiarũ ſeparatarum. Prima habetur,tex.51. An ſubſtantia Diuina ſit ſua Intellectio. An uerò ſit in potentia ad Intellectionem, ſecunda eſt,an intelligat ſe ipſam, an verò aliquid aliud, & an pertineat ad perfectionẽ Intellectus Diuini, vt intelligat aliquod bonum,& reſpondet intelligere nobiliſſimum obiectum, & ideo non eſſe in potentia ad intelligendum, ſed ſemper intelligere ſeipſam,tertia eſt,quid ſit nobilius in Deo intelligi ne, an intelli- D gere, & reſpondet vtrumque eſſe æquè nobile, quia eſt idem omninò in illa ſubſtantia. Quarta eſt, An Intellectus Diuinus intelligat componendo, & reſpondet negatiuè. Quinto oſtendit omnia ordinari ad primum Motorem,ſicut ad bonum,& finem in ultima ſumma: Et primò quærit, An bonum totius, ſit bonum ordinis. An verò ſit aliquid ſeparatum per ſe ſubſiſtens,& reſpondet eſſe bonum utroque modo, ſicut in exercitu, eſt enim bonum ordinis exiſtens in ipſo Vniuerſo. Et eſt primum principium illius ſeparatum, ſicut Dux, tex.52. & 53. ſecundo oſtendit omnes qui aliter ſenſerunt de principijs erraſſe, uſque ad tex.56. & tandem concludit Quia entia non debent malè diſponi,ideo vnum tantum eſse principium, & primum motorem.

In decimotertio libro,& decimoquarto diſputat contra Mathematica ſeparata, & Ideas Platonis. Et Primò oſtendit entia Mathematica, nec eſse magis ſubſtantias, E quam corpora, nec priora ſenſibilibus,niſi ſola ratione, neque vnquam poſse eſse ſeparata,& oſtenditur modus, quo abſtrahant à Bono, & Ente. Secundò agit contra Ideas,& affert fundamenta,propter quę ponuntur Ideę,oſtendens illa nulla eſse. Tertiò agit contra eos, qui ponebant numeros eſse ſubſtantias ſeparatas.

In decimoquarto libro, iterum diſputat contra eos qui Mathematica,uel numeros entium principia ponebant. Et probat ſubſtantias immobiles non poſse habere plura principia,ac multas antiquorum de principijs opiniones confutat, oſtendes cauſas propter quas errauerint,& quomodo bonum in numeris reperiatur.

A

Cautio in Metaphyſicæ ſtudijs. Cap. XXVIII.

INterea, in his Metaphyſicæ ſtudijs cauenda ſunt quædam, quæ cordatè ipſe in-
primis Ariſtoteles monuit. Quidam enim, inquit, propter imperitiam ita cō- 4. Met.tex.8. & 9.
nantur diſſerere de primis principijs, ac ſi opus eſſet ipſa probare, quemadmodū,
eadem ne res poſſit ſimul eſſe, & non eſſe. Hæc autem (ait) eſt ignorantia, quoniam
eſt neſcire quorum nam oporteat quærere demonſtrationem, & quorum non, neque
enim fieri poteſt, vt omnium fiat demonſtratio, certè nullum eſt principium, de quo
magis id ſit dicendum, quam hoc ipſum de quo hic loquimur. Hęc Ariſtoteles. Qui
idem mihi obijceret, ſi probare vellem totum eſſe maius ſua parte, ſiue id repræſen-
B tari in Diuinis Ideis, ſiue quoniam Deus aliter facere nequeat, ſeu denique, quod ita
meo videatur intellectui, qui cum ſit intellectus Diuini participatio, decipi nō poſſit.
Hæc enim in Philoſophica tractatione ignotiora ſunt primo illo principio, Omne to
tum, &c. Adde, quòd ſi quis negauerit Ideas, quod quidem aliqui (licet malè) faciunt,
non erit vnde probetur id, quod probare inſtitueram.

Atqui quoniam Theologi Scholaſtici eſt non ſolū vti ſcripturis Diuinis (licet hoc
pręcipuum ſit ipſius) verum etiam naturalibus rationibus, vt vel contrarios errores
refellat, vel ſenſim ad ſuperiora hominum mentes diſponat, expediet rationes illius
primò petere ex Ariſtotele, quæ ſunt ſolidiores, præſertim cum Metaphyſicum agi-
mus. Reliquas autem, quę nitantur falſa Philoſophia, & aliquibus etiam Ariſtoteli-
cæ Philoſophiæ principijs ablegare, atque adeo confutare debebimus, ne tāquam cri-
C men aliquod committere videamur, ſi dum veræ Philoſophiæ ſemitam terimus, ni-
miam nominis Ariſtotelis rationem habere velimus. Illud verò traditum à viris Do
ctis conſilium ſequi expedit, vt in Metaphyſica, ſiue docendo, ſiue ſtudendo, quęſtio-
nes de Deo, ac de Intelligentijs, quæ omninò aut magnopere pendent ex veritatibus.
Diuina fide traditis prætereantur. Prœmium verò vt ſeptimi, & duodecimi libri tex
tus magna ex parte diligenter explicetur. In ceteris libris ſeligantur ex unoquoque
quidem præcipui Textus, tanquam fundamenta quæſtionum, quæ ad Metaphyſicum
pertinent.

Summopere verò conandum eùm in reliquis, tū pręcipuè in ijs, quę ad Metaphyſi-
cā diſcendā pertinere diximus, vt Ariſtotelicū textum quicunq; pręlegerit, bene inter
pretetur, quicunq; audit pręlectorem, bene aſſequatur, in hoc nihilo minus operę quā
D in quęſtionibus collocetur. Hoc enim pro perſuaſo habendum eſt, mutilam valde, ac
mancam futuram Philoſophiam eorum, quibus id ſtudij in precio non ſit.

Quoties verò incidunt in textus aliquos admodum celebres, & iactari ſępè ſolitos
in diſputationibus, eos accuratè perpendant, illuſtribus aliquot interpretationibus in
ter ſe collatis, vt quæ quibus anteferenda ſit, ex antecedentibus, & conſequentibus in-
telligi poſſit, vel ex vi Græci ſermonis, vel ex aliorum locorum obſeruatione, vel ex
inſigniorum Interpretum auctoritate, vel denique ex momentis rationum. Tum de-
mum veniatur ad dubitatiunculas quaſdam non nimium exquirendas quidem, ſed ſi
cuius momenti ſint non omittendas. Magnus etiam quæſtionum delectus habeatur,
& ea quidem, quæ non ex ipſa Ariſtotelis diſputatione naſcuntur, ſed ex occaſione cu
iuſdam Axiomatis, quod is obiter inter diſputandum vſurpat, ſi alijs in libris propriū
locum habent, eò reijciantur, ſin minus continuo poſt textum ipſum, in quo ſe obtu-
E lerint, explicentur.

Quæſtiones verò, quę per ſe ad materiam de qua diſputat Ariſtoteles, pertinēt, ne
tractentur ante explicatos textus omnes ad propoſitam rei ſummā pertinētes, ſiqui-
dem plures hi textus non ſint, quam vt vna, aut altera lectione poſſint exponi.

Sin autem excurrant longius, vt qui ſunt de principijs, de motu, in his nec fuſiores
tractatus habeantur, nec totus Ariſtotelis contextus quæſtionibus anteponatur, ſed
cum illis ita coniungatur, ut poſt aliquam textuum ſeriem, quæſtiones aliquæ quę ex
illis extant interſerantur.

 A

Quorundam Scripta in Metaphyſicen. *Cap XXVIIII.*

GRæci, Latini, Arabes, Metaphyſicen Ariſtotelis ſunt interpretati. Subſecuti ſunt recentiores aliqui, eò tutiores, quòd ſimul inſignes Philoſophi, atq; Theologi fuerunt, De quibus aliquid dicere expediet, vbi ſecundum Alphabeti ſeriem eos infrà recenſebimus, Qui ſunt.

Albertus Magnus cum in Commentariis in Metaphyſicen, tum in opuſculis de Intelligentijs, ac de Proceſſu Vniuerſitatis.

Alexander Aphrodiſeus, Quem quidem Græcè manuſcriptum vidimus Patauij apud V. C. Io. Vincentium Pinellum: Qui tamen Aphrodiſæus à Geneſio Sepulueda uerſus eſt in Latinum, atque editus. Sed quem Sepulueda integrum non B
fuit aſſecutus; quippe cuius codici Græco defuit Argumentum ipſius Aphrodiſæi in primum Metaphyſices librum Ariſtotelis, quod ita habet in Græco.

Ἀλεξάνδρου ἀφροδισιέως ὑπόμνημα εἰς τὸ μεῖζον ἄλφα τῶν μετὰ τὰ φυσικὰ Ἀριστοτέλους.

Ἐπειδὴ ἡ γνῶσις τελειότης ἐστὶ τῆς ψυχῆς, καθόλου μὲν τῆς ἁπλῶς γινωσκούσης, μᾶλλον δὲ τῆς λογικῆς, καὶ ταύτης ἔτι μᾶλλον ἧς θεωρία τὸ τέλος. πᾶσα δὲ τελειότης ἑκάστου τὸ ἑκάστου ἀγαθόν ἐστιν, ἐν δὲ τῷ ἀγαθῷ ἑκάστου τὸ εἶναι, καὶ σώζεσθαι. διότι καθόλου εἰσήγαγεν ὅτι πάντες ἄνθρωποι τοῦ εἰδέναι ὀρέγονται φύσει, τουτέστιν αὐτοφυῶς ἐρῶσι τῆς γνώ- C
σεως ὡς ταύτης τελειοτάτης οὔσης αὐτῶν. σημεῖον δὲ τούτου παρέθετο ἐναργέστατον τὴν πρὸς τὰς αἰσθήσεις φιλίαν. χαίρομεν γὰρ ταῖς αἰσθήσεσιν, ἐπειδὴ δι' αὐτὰς τὴν τῶν αἰσθητῶν πραγμάτων λαμβάνομεν γνῶσιν. ἀλλὰ καὶ χωρὶς τούτου αὐτὰς δι' αὐτὰς ἀγαπῶμεν τὰς αἰσθήσεις, καὶ μάλιστα τὴν ὁρατικὴν αἴσθησιν. καὶ γὰρ χωρὶς τοῦ πράττειν, καὶ ἐνεργεῖν τὸ ὁρᾶν αἱρούμεθα ἀντὶ πάντων, ὡς εἰπεῖν, τῶν ἄλλων, αὕτη οὖν ἡ ὁρατικὴ μάλιστα τῶν ἄλλων αἰσθήσεων ποιεῖ ἡμᾶς γνωρίζειν, οὐ μόνον ἀλλήλους, ἀλλὰ καὶ τὰ θεῖα, καὶ οὐράνια σώματα. καὶ γὰρ, ὥς φησι Πλάτων, διὰ ταύτης τῆς αἰσθήσεως τὸ τῆς φιλοσοφίας ἐπορισάμεθα γένος. ἀτενίζοντες γὰρ εἰς τὸν οὐρανὸν, καὶ θεωροῦντες τὴν τάξιν, καὶ τὸ ἄφραστον κάλλος ἐρχόμεθα εἰς ἔννοιαν τοῦ δημιουργήσαντος. ἀλλὰ καὶ οὐδὲ δι' ἄλλης αἰσθήσεως οὕτως συμπάσχομεν τοῖς πράγμασιν ὥσπερ διὰ ταύτης. διὸ καὶ φησιν ὅτι πολλὰς δηλοῖ διαφορὰς αὕτη τῶν αἰσθητῶν. πολλαὶ γὰρ αἱ τῶν χρωμάτων διαφοραὶ μεταξὺ τῶν ἄκρων λευκοῦ καὶ μέλα- D
νος τυγχάνουσιν, οἷον φαιὸν, ξανθὸν, πυῤῥὸν, ἐρυθρὸν, ὠχρὸν, μεταξὺ δὲ θερμοῦ καὶ ψυχροῦ ἢ ξηροῦ, καὶ ὑγροῦ οὐδέν ἐστιν πλῆθος τοιούτων διαφορῶν. ἐκ τούτου δείκνυται, ὅτι τιμιωτέρα ἐστὶ γνῶσις πράξεως. hoc eſt

Quoniam cognitio perfectio eſt animę, generatim quidem eius, quæ ſimpliciter cognoſcit, magis autem ratione præditæ, atque hac etiam magis eius, cuius finis contemplatio, omnis autem vniuſcuiuſque perfectio vniuſcuiuſque eſt bonum; in bono verò vniuſcuiuſque ſitum eum eſſe, tum conſeruari, propterea vniuersè hoc poſuit, oēs homines natura ſcire deſiderare, hoc eſt, ipſius naturę ductu amare cognitionem, vt in qua ipſorum poſita ſit perfectio. Huius rei euidentiſſimum ponit ſignum, eam, quæ cum ſenſibus intercedit, amicitiam. Gaudemus enim ſenſibus quandoquidem ipſorum beneficio ſenſibilium rerum cognitionem accipimus. Quin etiam, vt hoc non ſit, ipſos propter ſe ſenſus amamus, & maximè ſenſum videndi. Vt enim nihil E
agamus efficiamusve, ipſum videre penè dixerim omnibus anteponimus. Hęc igitur videndi facultas præter ceteros ſenſus efficit, vt non modo alter alterum, ſed etiam, vt Diuina ac Cæleſtia corpora cognoſcamus. Etenim, vt ait Plato, hoc ſenſu Philoſophiæ adepti ſumus genus. Defixis enim in cælum oculis, & contemplantes ordinem atque ineffabilem plenitudinem, in cognitionem uenimus Conditoris. Neque verò ſenſus ullus eſt, per quem nos æquè ac per hunc res ipſæ afficiant. Quare etiam ait hunc multas oſtendere rerum ſenſibilium differentias. Multæ enim colorum ſunt differentiæ inter extrema album & nigrum, vt fuſcus, flauus, fuluus, ruber, pallidus. Inter calidum verò & frigidum, aut ſiccum & humidum, nulla eſt

A huiuſmodi differentiarum multitudo. Hinc planum fit, actioni anteponendam eſſe cognitionem.

Ceterum, & eiuſdem Aphrodiſæi ſiue Scholia, ſiue Paraphraſin Græcè manuſcriptam in tertiumdecimum, & quartumdecimum librum Metaphyſices Ariſtotelis, quæ nondum, quod ſciam, prodijt in lucem, quamuis earum exempla tum ad Petrum Fonſecam noſtrum, tum ad Fredericum Pendaſium publicum Philoſophiæ in Gymnaſio Bononienſi Profeſſorem: cui probata ſunt, quique in exemplari quædam emendauerit, quę extant apud me.

Alexander Halenſis. Quem tamen non Halenſem, ſed Alexandrum ab Alexandria fuiſſe cum alij, tum Aquarius oſtendunt.

Antonius Andreæ.

B Antonius Mirandulanus contra varios noſtrę ætatis Philoſophos.

Antonius Scainus in Textum Metaphyſicę.

Antonius Trombetta.

Auerroes.

Auicenna.

Auguſtinus Niphus.

Aquarius, ideſt Matthias Aquarius.

Auctor incertus libello de cauſſis cum Commentatijs Ægidij, & explanationibus Iauelli.

Bartholomæus Spina pro S. Thoma contra Ant. Andreæ.

Bonauentura vbi agit de Reductione Artium ad Theologiam. Quin & aliquid con-

C feret huc libellus ille aureus, quem inſcripſit Itinerarium mentis ad Deum, ſed ita, vt Profeſſor Metaphyſicæ contineat ſe intra ipſius cancellos.

Chryſoſtomi Iauelli Quæſtiones.

Dominicus de Flandria Dominicanus.

Franciſcus Soarez, cui à pluribus palma defertur, cuius Index primus in ſuâ Commentaria Compendium eſt vberioris Interpretationis ſuæ, vti & variarum quæſtionum, quæ etiam pertinent ad primam P. Partem D. Thomæ. Quam ob rem is Index prælegendus.

Franciſcus Vicomercatus.

Gaſparis Contareni Compendium primæ Philoſophię.

Iacobus Barges Franciſcanus.

D Iacobi Pauiſij Quæſtiones.

Iandunus.

Ioannes Ludouicus Viues Metaphyſicen ipſemet confecit non indignam lectu; ſed in qua deſiderent docti aliquid ſolidius: præterquam quod attingit quædam, quę forſan non omninò admitterent Theologi.

Marci Antonij Flaminij Paraphraſis in duodecim libros Metaphyſices.

Matthias Aquarius Dominicanus.

Paulus Soncinas.

Petrus Fonſeca, cuius verſio Metaphyſices è Græco in Latinum adeo appoſitè eſt facta, vt quaſi ſine Interprete queat intelligi, id quod Franciſcus quoque Soarez teſtatur. Sed & duobus Tomis Quæſtiones omnes complexus eſt ſuis Commentarijs quę

E ad Metaphyſicen referuntur.

Syrianus, qui Venetijs anno 1558. prodijt.

Themiſtius.

S. Thomas. Cuius item prima Pars Summæ huc ſpectat, præſertim ad duodecimum librum Metaphyſices.

Vicomercatus, hoc eſt Franciſcus Vicomercatus.

In Mechanicas quæſtiones Ariſtotelis. *Cap. XXX.* A

NIcolaus Leonicus Thomeus.
Alexander Piccolhomineus qui meliorem in eas paraphraſim edidit primo quidem anno 1547. Romæ, deinde recuſam Venetijs vide autem, quos adnotauimus alios, vbi de Mathematicis Auctoribus ſcripſimus.

Opera Phyſica aliquot Doctorum virorum quæ ſuperioribus libris ſunt commoda. *Cap. XXXI.*

AChillini opera.
Auguſtini Niphi Commentaria in libro de ſubſtantia orbis, de Beatitudine animę, & ſuper opus deſtructionum Auerrois.
Gaſpar Contarenus de Elementis. B
Iulij Cæſaris Scaligeri nobiles exercitationes.
Marſilij Ficini Commentaria in Platonem.
Petrus Aponenſis Conciliator.
Sebaſtianus Foxius in Timæum; de quo aliquid admonuimus in ſecunda Tractatione, vbi de Platonicis.
Eiuſdem conſenſio Philoſophię Platonis, & Ariſtotelis.
Simplicij Portij opera.
Theophraſtus.
S. Thomas.
Zimarę tabulę, & Theoremata.

In Poeticam Ariſtotelis. *Cap. XXXII.* C

Vincentius Madius.

In Rethoricen. *Cap. XXXIII.*

ANtonius Mirandulanus.
Daniel Barbarus.
Franciſcus Robortellus.
Petrus Victorius.

Aegidij Columnæ Romani Cardinalis. Animaduerſio, & cenſura errorum, quos Ethnici Philoſophi ſuis ſcriptis inſeruerunt.

Ariſtotelis errores præcipui. *Cap. XXXIIII.* D

QVoniam vno inconuenienti dato, multa ſequuntur, ex vno malo fundamento protulit Philoſophus multos errores.

1. Credidit enim, nihil eſſe in vna diſpoſitione, in qua primo non fuerat, niſi per motum præcedentem: exiſtimauit enim, quod non eſſet nouitas, niſi ibi eſſet mutatio propriè ſumpta, quia ergo omnis mutatio propriè accepta, eſt; terminus motus, non eſt dare nouitatem, ſine motu præcedente. Ex hoc enim fundamento concludebat motum nunquam incepiſſe, quia ſi motus incepit, motus fuit nouus, ſed nihil eſt nouum, niſi per motum præcedentem; ergo ante primum motum fuit aliquis motus, quod eſt inconueniens.

8. Phyſ. t. 6. 10. Cur Ariſtot. putauerit motum eſſe æternum.

2. Præterea errauit, quia poſuit tempus nunquam incepiſſe, quia ſemper motum ſequitur tempus. Si ergo motus non incepit, nec tempus incepit. Videbat tamen quod ratio de tempore haberet ſpecialem difficultatem. Nam quia inſtans ſemper eſt finis præteriti, & initium futuri, non eſt dare primum inſtans; proptereà quod ante omne inſtans fuit tempus, & antea quocunque tempus ſignatum; inſtans fuit, non ergo tempus incępit, ſed eſt æternum. E

Et tempus.

3. Deinde propter ea, quę dicta ſunt, coactus fuit ponere mobile eſſe æternum, & Mundum eſſe æternum: quia cũ non ſit dare tempus ſine motu, nec motũ ſine mobili, ſed motus, & tempus ſint æterna, mobile erit æternum, & ita Mundus nunquam incępit, quæ omnia patent ex 8. Phyſicorum.

4. Item

A 4. Item coactus fuit ponere cælum eſſe ingenitum,& incorruptibile,& nunquam fuiſſe factum,ſed ſemper fuiſſe. Nam cum inter ceteros motus ſolus circularis ſit continuus,vt patet ex 8. Phyſicorum,ſi quis motus eſt æternus,circularis erit æternus,& quia circularis motus eſt proprius cælo,vt probat in primo cæli,& mundi. Concludit igitur Cælum eſſe ingenitum,& nunquam fuiſſe factum. Habuit tamen ſpecialem rationem,quare cælum non incępit,quia quidquid habet virtutem,vt ſemper ſit in futuro,habuit virtutem vt ſemper eſſet in pręterito, & quia cælum non deſinit, nec incępit eſſe.

Cap.1. Et cælum 1. cæli 1.2. Tex. cap. 78. 74. Cap.1.

5. Item,quia ſecundum ipſum quidquid fit,fit ex materia pręiacente,voluit,quod non poſſet eſſe alius mundus. Vnde Deus non poſſet alium Mundum facere, quia iſte conſtat ex tota ſua materia: hic etiam error elicitur,ex primo cæli,& mundi.

Phiſ.2.c.8. 1.cæli 77. & car.

B 6. Pręterea poſuit generationm iſtorum inferiorum nunquam ceſſaſſe, & nunquam incepiſſe.Nam omnem generationē præcedit corruptio,& ſequitur corruptio, & omnem corruptionem præcedit generatio, & ſequitur generatio, propter quod quamlibet generationem pręceſſit corruptio, & quamlibet corruptionem generatio, nec eſt poſſibile deſinere;quia quamlibet generationem ſequitur corruptio,& quamlibet corruptionem generatio.

4.c.93.94. & 12. Metaph. 49. 2. de gen.1.c. 56. &c. Generatio et corruptio ab Ariſtot. cur putata ſint nunquā ceſſatura.

Si ergo generatio vel corruptio deficeret,poſt vltimam generationem eſſet generatio & poſt vltimam corruptionem eſſet corruptio, quod eſt impoſſibile,non igitur eſt poſſibile generationem,& corruptionem ceſſare. Quod autem generationem pręcedat & ſequitur corruptio,probat per viam motus: nam non eſt aliquid generatum, niſi quia aliud corruptum;& generationem pręcedit corruptio,& etiam ſequitur,quia C omne generabile eſt corruptibile,& omne corruptibile de neceſſitate corrumperut, ſic & corruptionem pręcedit generatio,quia nihil corrumpitur,niſi quod prius generatum, & ſequitur generatio, quia corruptio unius, eſt generatio alterius. Hic autem error quod generatio,& corruptio nec incipiant,nec deſinant,haberi poteſt ex primo de generatione, & ex ſecundo expreſſius.

7. Item quia in multis inferioribus generatio eſt per Solem, coactus fuit ponere, quod Sol nunquam ceſſabit generare plantas & animalia, vt patet ex primo de uegetabilibus.

Tex.c.17. Cap.1.ſub finem.

8. Item,quia non eſt nouitas ſine motu præcedenti ſecundum propoſitum fundamentum errauit, volens à Deo non poſſe procedere immediatè aliquod nouum,vt patet ex ſecundo de generatione,vbi ait,quod idem manens idem,ſemper facit idem.

D 9. Item coactus fuit negare reſurrectionem mortuorum. Vnde pro inconuenienti habet, vt patet ex primo de anima quod mortui reſurgant. Nam in 8.Metaph.vult, quod mortuum non redit viuum,niſi per multa media, & ſi redit, non redit idem numero, quia quorum ſubſtantia deperit non redeunt eadem numero,ut dicitur in fine ſecundi de generatione: Nec valeret ſi aliqui vellent eum excuſare,quia loquitur per viam naturę,cum crediderit,nihil noui poſſe immediatè à Deo procedere, ſed omne nouum contingere per uiam motus,& operationem naturæ.

2. de gen. 56. Cur negauerit reſurrectionem. Tex.c 41. Tex c.1. Tex.c.70.

10. Item credidit nihil nouum poſſe contingere,niſi per viam motus & operationem naturę; credidit etiam,vt apparet ex primo Phyſicorum, quando diſputat contra Anaxagoram,quod intellectus uolens ſeparare paſſiones,& accidentia à ſubiectis eſſet intellectus quærens impoſſibilia: propter quod uidetur ſequi, quod Deus non poſſet facere accidens ſine ſubiecto.

Tex. c.33.75. 76.

E 11. Item,quia per viam motus nūquam eſt generatio vnius,niſi ſit corruptio alterius,& nunquā introducitur vna forma niſi expellatur alia,cū eadē ſit materia omniū habentiū eam,ſequitur ex hoc,quod nō ſint plures formę ſubſtantiales in uno cōpoſito: Immo qui benè proſequitur iſtā uiam, videt eſſe ponēdam in cōpoſito unā formā ſubſtātialem tantū,iſta uidetur uia Philoſophi 7.Metaph.c.de unitate definitionis.

Tex.c.42.

12. Item poſuit,quod ubi eſt modò ſtagnum & mare,fuerit aliquando ſiccum,& è contra,quia tēpus non defuit,ſed eſt ęternum,vt patet ex primo Meteororum,vndè neceſſe etiā habet dicere,quòd nō poſſet dare primū hoīem,nec primā pluuiam, & ei

Ca.ſum.4.ca per ſi.

13. Item,quia non erat intelligentia potens mouere,niſi eum actu moueret, quia

3. de anima. 4. c. 8. 14. 19. 36. 3. c. 47. 48. Dan. 7. 1. de Anima c. 10. c. 69.

in optima diſpoſitione ponuntur intelligentię, ſi moueant, dixit tot eſſe Angelos, vel tot eſſe intelligentias, quot ſunt orbes, vt patet ex 2. Metaph. cui contradicit Scriptura Diuina, dicens. *Millia millium miniſtrabant ei, & decies centena &c.* A

14. Item, quia ſic per uiam naturę voluit incedere, cum ſimul duo corpora non poſſint eſſe in eodem loco, credidit, vt patet ex 4. Phyſ. quod adeo eſſet per ſe, quòd dimenſiones reſiſtant dimenſionibus ſecundum quod huiuſmodi, quòd eſt impoſſibile, quòd dimenſiones remaneant cum dimenſionibus, & non reſiſtant, propter quod ſequitur, quòd Deus non poſſet facere, quod duo corpora eſſent in eodem loco.

Ariſtotelis errorum Epilogus.

SVnt ergo omnes errores eius in ſumma quindecim, videlicet quòd motus non incępit, quod tempus eſt æternum, quòd Mundus non incępit, quòd Cælum non eſt factum, quòd Deus non poſſet alterum Mundum facere, quòd generatio, & corruptio nõ inceperunt nec deſinent, quòd Sol ſemper cauſabitur generationem, & corruptionem in iſtis inferioribus, quod non poſſit nouum produci immediatè à Deo, quòd non ſit poſſibilis reſurrectio mortuorum, quòd Deus non poſſet accidens facere ſine ſubiecto, quòd partes non ſunt unum, quod non ſit dare primum hominẽ, & primam pluuiam, quòd tot ſint Angeli quot ſunt orbes, videlicet 55. vel 47. quod duo corpora nullo modo poſſunt eſſe in eodem loco. B

11. Met. 47.

Excuſatio pro Ariſtotele.

VOluerunt autem quidam excuſare Philoſophum de æternitate Mundi; ſed hoc ſtare non poteſt, cum ipſe ad oſtendendum ueritates Phyſicas fundet ſe ſuper dicto principio, immò vix vnquam fecit aliquem librum in Phyſica, vbi non poſuerit aliquid ad hoc pertinens, &c. C

Ariſtotelis alij errores. Cap. XXXV.

RVrſus vltra prædictos errores aliqui voluerunt ei imponere quod Deus nihil cognoſcit extra ſe. Ita quod ei non ſunt nota iſta inferiora. Sumunt autem rationem dicti in 12. Metaph. in illo cap. *ſententia patrum*. Sed quod non intelligant Philoſophum, patet, & quòd illa nõ ſit intentio ſua, patet per ea quæ dicuntur in tertiò de bona fortuna, vbi ait, *quod Deo per ſe notum eſt præteritum, & futurum*: Imponuntur quoque ei & alij errores, de quibus non ſit nobis curæ, quia contingunt ex falſo intellectu: omnes autem errores ipſius, ſi quis ſubtiliter inueſtigauerit, ex hoc ſequuntur, quòd nihil nouum in eſſe progreditur per motum præcedentem, cum ergo ſit falſum, quia Deus eſt agens primum, non ut inſtrumentum poterit res producere abſque motu præcedente, agens enim primum non agit in inſtrumentum, quia de ratione inſtrumenti eſt, quod moueat motum, ac de neceſſitate in actione ſua motum præſupponit. Factio ego, vel productio præagentis poteſt eſſe abſque tali motu. Ideo creatio non eſt motus, quia motus præſupponit mobile. Creatio nihil præſupponit, nec eſt mutatio propriè, quia omnis mutatio eſt terminus motus, ſi, vt communiter ponitur, eſt ſimpliciter deflexus rerum à principio. Quidquid ergo contra inceptionem Mundi, & contra ea, quæ tenet fides, per uiam motus arguitur, totum eſt Sophiſticum, &c. D

Errores Ariſtot. ſublato eius fundamẽto conuelluntur omnes. Creatio quid.

Auerrois errores præcipui. Cap. XXXVI. E

COmmentator autem errores Philoſophi aſſeruit, immò cum maiori pertinacia, & magis erroneè locutus eſt contra noſtram finem, cui non poteſt ſubeſſe falſitas.

12. Metaph. Com. 18. Com. 44. *Auerr. planè impius omnis legis expers.* Item 3. Phyſ. Com. 28. 33. &c. 7. Metaph.

1. Nam uituperauit omnem legem, ut patet in 2. Metaph. & etiam in duodecimo uituperat legem Chriſtianorum, ſiue legem noſtram Catholicam, & legem Sarracenorum, quia ponunt creationem rerum, & aliquid poſſe fieri ex nihilo, ſed etiam uituperat, quòd propter contrariam conſuetudinem legum, aliqui negẽt principia per ſe nota, negantes ex nihilo nihil fieri, multuſque eſt in laceſſendis Chriſtianis.

2. Errauit dicens, quod nullum immateriale tranſmutat materiale, niſi mediante

A corpore intranſmutabili; propter quod Angelus Domini non poſſet unum lapidem hic inferius mouere, quod etiam aliquo modo poteſt ſequi ex dictis Philoſophi, ipſe tamen hoc non adeo expreſſè negauit, &c.

3. Errauit dicens, quod potentia in productione alicuius non poteſt eſſe ſolum in mente, uituperans eum qui hoc aſſeruit, eſt enim hoc contra ueritatem, & contra ſanctos, quia in aliquib. factis, tota ratio facta eſt potentia facientis. *Comm. 18. in 12. Met.*

4. Errauit dicens, à nullo agente poſſe progredi immediatè diuerſa, & contraria, quare & uituperat Chriſtianos, Sarracenos, Iudæos, qui hoc aſſerebant. *Ibidem.*

5. Errauit dicens, quod omnes ſubſtantiæ intellectuales ſunt ęternę, & actio pura, non habentes admixtam potentiam, cui ſententię ipſemet uetitare coactus contradicit in tertio de Anima, dicens nullam formam eſſe liberatam à potentia ſimpliciter, *In 12. Met. Com. 30. 35. 41. 44. 9 Meta. 192. cals 33. 34. contradict. 3. de anima cō. 5. in ſolutione 1. q. & cō. 1.*

B niſi prima forma. Nam omnes aliæ formæ diuerſificantur in eſſentia & quidditate, ut ipſemet ſubdit.

6. Errauit dicens Deum non ſollicitari, nec habere curam, ſiue prouidentiam indiuiduorum hic inferius exiſtentium, quia hoc (inquit) non eſt fas, nec conueniens Diuinæ bonitati. *Auerr. ſibi cō tradicit. Com. 37 in fi. in 12. Metap.*

7. Errauit negans in Deo Trinitatem eſſe, ac neſciens quid diceret. *Com. 39 in fi.*

8. Errauit, dicens Deum non cognoſcere particularia, quia ſunt infinita. *12. Com. in fi. & 3. de anim. com. 5.*

9. Negauit omnia, quę hic inferius aguntur reduci ad Diuinam Prouidentiam: addens aliqua prouenire ex neceſſitate materiæ abſque ordine talis Prouidentiæ, quod eſt contra ſanctus: nihil enim agitur, quod penitus ordinem fugiat, quia omne quod hic aſpicimus illud Diuina Prouidentia efficit, aut permittit, &c. *12. Com. 97. in fi.*

C 10. Errauit, ponens vnum intellectum numero in omnibus. *12. Metaph. 32.*

11. At quoniam ex hoc ſequebatur, animam intellectiuam non eſſe formam corporis, dixit in eodem tertio, quòd æquiuocè dicebantur actus de intellectu, & de alijs formis, propter quod cogebatur dicere, quòd homo non reponitur in ſpecie humana per animam intellectiuam, ſed ſenſitiuam.

12. Item ex hoc fundamento poſuit, quod ex intellectu & corpore non conſtituebatur aliquid tertium, quod non fiebat magis vnum ex tali anima, & corpore, quàm ex motore cęli, & cęlo, &c. *3. de ani. com. 5.*

Auicennæ errores præcipui. Cap. XXXVII.

AVicenna autem ſimiliter ponens vnam formam in compoſito, vult quod forma generis non ſpecificetur per aliquod extrinſecum; per quod innuitur, quod forma ſpeciei non ſit aliqua eſſentia præter eſſentiam formę generis. *Tract. 2. Metaph. ſua cap. de definitione ſubſtantia corporea*

D

2. Errauit ponens æternitatem motus, ac dicens: quod eſt motum non fieri poſtquàm non fuit, niſi per aliquod quod erat, & id quod erat non incępit, niſi per motum contigentem illum alium motum; ſic aſſentiens fundamento Philoſophi, quia nihil eſt in noua diſpoſitione, niſi per motum præcedentem vult motus non incipere, quia tunc ante primum motum eſſet motus, &c. *Li. 9 ſua Met. de proprietate actiua primi principij.*

3. Errauit volens in omni factione noua præſupponi materiam; propterea in eod. capite dicit, quod non poteſt eſſe, vt fiat, quod non fuit, niſi præcedat illud, quod eſt materiæ receptibile: quare noluit, quod poſt nihil, aliquid de nouo inciperet eſſe, quia vt inquit, In nullo poteſt eſſe, ut ſit hora ceſſandi, & hora inchoandi, nec aliqua diuerſitas horarum.

E 4. Voluit, quòd à Deo inuariabili nihil mutabile immediatè progredi poſſet. Itaque ibidem ait, quia ſi à Deo immediatè procedit aliquid uariabile per naturam, uariata eſt in eo natura, ſi per intentionem uariata eſt intentio, ſi per uolūtatem, uariata eſt uoluntas: immò quod peius eſt, appellat hęreticos omnes dicentes, Deum præcedere creaturam prioritate demonſtrationis, quia ſic dicentes (ut ait) negant in Deo libertatem arbitrij, quia ſi Deus non ſtatim produxit creaturam, non habebat plurimam libertatem ſuę actionis, ſed expectabat tempora, & horas, ut ageret, &c.

5. Errauit ponens ęternitatem temporis; non. n. poteſt motus eſſe ęternus, niſi tēpus fuerit æternum, ait enim eodem capite, quod motus cæleſtis non habet intellectū ex parte durationis, ſed ex parte principij agentis, & quia huiuſmodi motus creatur

ab anima, vt ipſe ait; & quia ex anima & corpore fit animal, voluit quod cælum eſſet animal obediens Deo. Omnes autem iſti errores ſumpſerunt origines ex eo, quod non intellexit, quomodo Deus agit ſecundum ordinem ſapientiæ ſuæ; potuit enim Deus facere Mundum priuſquam fecerit, ſed quoniam non fecit, non fuit cauſa, quod aliquid expectaret in futurum, à quo dependeret actio ſua; ſed quia ſic ordinauerat ſecundum ſapientiam ſuam, nec oportet motum præcedere ad hec, quod aliquid nouũ præcedat à Deo vt oſtenſum eſt, cum deſcriberentur errores Philoſophi, &c. A

Cur Deus Mundum nõ fecerit antequã fecerit.

6. Errauit de exitu rerum à primo principio. Nam ſolum poſuit producta à primo proceſſiſſe niſi vnum numero, & intelligentia prima: Quare ait quod nullum corporum, vel formarum, quæ ſunt perfectiones corporum, eſt tantum propinquum ipſius primi, &c.

Lib. 9. Metaph. ſuæ c. de ordinatione intelligentię & animarũ.

7. Ex hoc proceſſit in errorem, vt diceret animas cæleſtes produci ab intelligentijs, ſiue ab Angelis, & vnam intelligentiam produci ab alia &c. B

8. Corpora ſupercæleſtia dixit eſſe producta ab animabus improductis, mediantibus formis earum, ex cuius poſitione ſequitur, quod intelligentiæ ſint creatrices animarum cęleſtium, & animæ cęleſtes creatrices corporum, & intelligentiam ſuperiorem eſſe creatricem inferioris intelligentiæ.

9. Animas noſtras poſuit eſſe productas ab vltima intelligentia, à qua dependet gubernatio animarum noſtrarum, & per conſequens beatitudo noſtra.

Ibidem.

10. Item falsò opinatus eſt circa animationem cęli: poſuit enim cælum animatũ, cuius animam non ſolùm dicit motorem appropriatum. ſicut Philoſophus, & Commentator uiſi ſunt dicere, ſed quod fieret vnum ex anima cæli, & cælo, ſicut ex anima noſtra, & corpore noſtro; quod eſt contra bonos Philoſophos aientes cęlos eſſe inanimatos & inſenſibiles: quare & communiter docent contrarium. C

11. Errauit circa dationem formarum, poſuit enim omnes formas eſſe à datore formarum, vt ab intelligentia infima rerum, quod eſt contra Auguſtinum, qui vult Angelos nullas formas inducere, niſi per adhibitionem ſeminum; immò etiam animę noſtrę uoluit obedire materiam, quantum ad ſuſceptionem formæ, vt patet per ea, quæ ait in textu de naturalibus: credens faſcinationem neceſſariam eſſe, & quod anima non ſolum operatur in corpore proprio, ſed etiam in alieno.

Lib. 9. Metaph. ſuæ c. de diſpoſitione generationis elementorũ.

12. Errauit volens intellectum intelligentiarum intelligere non poſſe aliquid mali, contradicente ſcriptura, *quòd in Angelis ſuis reperit prauitatem*.

Lib. 9 Metaph. ſuæ c. de oſtenſione, quomodo res continetur ſub diuino iudicio.

13. Errauit contra Diuinam cognitionem, volens Deum non poſſe cognoſcere ſingularia in propria forma; vt patet ex 8. Metaphyſ. c. vlt. D

14. Errauit circa Diuina attributa, volens, quòd ſcientia Dei, & alię perfectiones eius non dicant in ipſo aliquid poſitiuè, ſed ſolum dicta ſint per remotionem, quod eſt contra viã ſanctorum, ſecundum quos huiuſmodi perfectiones verius ſunt in Deo, quam in nobis, quod Deus verè eſt, aut quod melius eſt eſſe, quam non eſſe, &c.

Iob. 4.

15. Errauit circa numerum intelligentiarum, ponens Angelos eſſe tot, quot ſunt orbes: quare concordat cum dictis Philoſophi dicentis, Angeli ſunt quaſi in num. 47. quia tot credidit eſſe orbes;

Lib. 9 Meth. c. 3. 11. Met. c. 47.

16. Errauit circa prophetiam in eo, quod noluit prophetiam eſſe altiorem nõ prophetijs; & quod Propheta audit Verbum Diuinum, & quod videt, aut ſaltem videre poteſt Angelos tranſfiguratos coram ſe in forma, qua videri poſſunt. Sed malè dixit, quia viſus eſt velle prophetiam eſſe naturalem, & voluit quod ſecundum ordinem, quem habet anima noſtra ad animas ſupercęleſtes, & ad intelligentiam vltimam, demittatur ad nos prophetia, &c. E

17. Errauit circa orationes & elemoſinas, & litanias, volens talia hominibus prodeſſe, quatenus Deo ſit curę de reb. in quo rectè dixit, ſed malè ſenſit; quia voluit talia comprehendi ſub ordine naturę, quod eſt falſum; quia cum talia nos ordinent ad beatitudinem ſupernaturalem, reducuntur in ordinem gratiæ.

Lib. 9. Metaph. ſuę ca. de inſpirationibus, & orationibus.

18. Errauit circa beatitudinem noſtram, volens eam dependere ex operibus noſtris tantum, & ex poſitione ſua ſequitur, quòd beatitudo noſtra conſiſtat in contemplando ultimam intelligentiam.

Lib. 10. Met. ſuę c. de cultu Dei, & vtilitate.

Alga-

A

Algazelis errores præcipui. *Cap. XXXVIII.*

Algazel autem primum Auicennam ſequens, & eius abbreuiator exiſtens, errauit ponens motum cæli eſſe per animam, vt patet ex Metaph. ſua, c. quomodo corpora ſupercæleſtia ſunt mobilia per animam, &c.

2. Errauit ponens omnem intelligentiam, & quicquid non habet materiam, ęternum eſſe &c.

3. Errauit ponens corpora ſuperceleſtia non incepiſſe, & quòd in ęis non eſt potẽtia ad eſſe, ſed ad ſitum, quæ omnia patent ex d. c. dicti libri, &c.

4. Poſuit item, quod à primo principio immediatè non poſſit progredi multitudo, propter quòd immediatè à Deo non potuit progredi, niſi vnum tantum, vt intelligẽ

B tia prima, ſiue primus Angelus, &c.

5. Poſuit, quod ex primo Angelo proceſſit ſecundus Angelus, & primum cælum, & ex ſecundo Angelo, proceſſit tertius Angelus, & ſecundum cælum; & ſic deinceps, donec deuentum ſit ad vltimum cælum, & vltimam intelligentiam. Voluit enim decem eſſe intelligentias, & nouem cęlos, quę omnia ſumpſerunt originem modo prædicto. Ait autem, quod non ſunt plures intelligentiæ quam decem, niſi ponamus eſſe plures orbes. Poſuit autem vnam intelligentiam præeſſe iſtis inferioribus. Volebat enim quod iſta inferiora cõſtituerent vnam ſphæram. Ideo in vniuerſo poſuit decem ſphæras, videlicet primum mobile, & circulum ſignorum & ſeptem ſphæras planetarum, & ſphæram actiuorum, & paſſiuorum, & quia cuilibet ſphæræ voluit præeſſe aliquam intelligentiam, ideo poſuit intelligentias decem. Algazeli decem tantum ſunt intelligentiæ.

C Cum ergo ſecundum hanc ſuam poſitionem non omnes ſphærę ſint cęleſtes; ſed nouem tantum ſunt cęleſtes, decima verò ſit actiuorum & paſſiuorum; oportuit Algazelem ſecundum poſitionem ſuam dicere, eſse nouem cęlos, & decem intelligentias.

6. Errauit, quia voluit non ſolum illuminationes deſcendere à Deo in nos per Angelos; ſed etiam, quod nulla bonitas demandaretur à Deo immediatè in hęc inferiora, ſed omnes bonitates demandarentur ad nos per Angelos.

7. Errauit ponẽs quodammodo omnia ex neceſſitate prouenire, & quod nihil poteſt fieri à Deo in iſtis inferioribus, niſi quod fit, quia Deus non agit ſecundum ipſũ, niſi præſuppoſita diſpoſitione materiæ. Nam vt dicit, materia, ex qua ſunt muſcæ, ſi poſset recipere formam perfectiorem, proculdubio daretur ei à Datore formarum &c.

8. Errauit circa diuinam Prouidentiam, non ponens malum permitti à Diuina pro

D uidentia in quantum ex eo ducitur bonum, ſed magis prouenire ex neceſſitate materiæ. Voluit enim non potuiſse à Deo, Saturnum, Martem, ignem & aquam prouenire, niſi proueniat à Deo malum ex eis, quod infirmum eſt, quia in fine Mundi talia remanebunt: & tamen non erit malum ex iſtis, quia ceſsabit generatio, & corruptio, poteſt enim Deus impedire mala conſeruando res in eſse ſuo: nunc tamen permittit mala fieri, vt ex eis eliciat maiora bona. Omnes autem hi errores eliciuntur ex Metaph. ſua, in tractatu de proprietatibus primi, quem appellauit Florem Diuinorum. Quõ Deus pmittat mala fieri.

9. Errauit circa cognitionem primi, ponens ipſum neſcire particularia in propria forma, ſed ſcire ea, quaſi vniuerſaliter. Sicut ſi quis ſciret omnes diſtantias orbium, & motus eorum cognoſceret omnes in vniuerſali. In Metaph. ſua ex tractatu de diuerſitate pdicat.

10. Errauit, ponens animam hominis procedere à datore formarum, & quod om-

E nes formæ hic inferius procedunt ab illo datore, qui dator eſt intelligentia vltima. In ſcientia de naturalib. tractatu. 4.

11. Errauit ponens animam noſtram beatam in eo, quòd intelligit intelligentiam vltimam.

12. Errauit ponens vltimam beatitudinem noſtram eſse naturalem. Voluit enim quod naturaliter deberetur animæ beatitudo.

13. Errauit circa pęnã animę, ponens talem pęnã eſse ſolum ex eo, quod ſeparatur ab intelligentia agente, vnde in anima ſeparata nõ poſuit pęnam ſenſus, niſi quatenus habet pęnã damni. In anima verò coniuncta ex pęna damni non poſuit prouenire pęnã ſenſus, dicens animam coniunctam corpori non dolere, & non ſentire dolorẽ, niſi ex eo quod ſeparatur ab intelligẽtia agente pp occupationẽ, quam hẽt circa corpus.

14. Errauit

14. Errauit circa prophetiam, ponens cognitionem futurorum, & prophetiam eſſe in nobis naturaliter. A

15. Errauit circa actionem animæ noſtræ, ponens animam per imaginationem operari in corpore alieno, & quod impreſſio animæ tranſeat ad aliud corpus, ita vt deſtruat ſpiritum per æſtimationem ſuam, & interficiat hominem; & hæc dicitur eſſe faſcinatio, propter quod ſecundum ſum, verum eſt hoc prouerbium: Oculus mittit hominem in foſſam, & Camelum in calcariam: in tractatu 5. ſcientię ſuę naturalis.

Alchindi errores præcipui. Cap. XXXIX.

Alchindus autem in lib. de Theorica artiū Magicarū, multos errores protulit. 1. Errauit enim, quod ſimpliciter, & abſque conditione aſſeruit futura pendere ex conditione ſupercæleſtium corporum. Vnde in dicto libro, capit. de radijs ſtellarum ait, quòd qui totam conditionem cæleſtis harmoniæ notam haberet, tam præterita, quam futura plenè cognoſceret. B

2. Errauit, quia credidit effectus omnium cauſarum mundi pertingere ad quodlibet indiuiduum; ex quo ſequitur omnem cauſam, etiam creatam quodammodo infinitam habere virtutem; ex quo virtus cuiuslibet cauſæ ad omnem effectum attingit. Vnde in d. li. cap. de radijs elementorum ait, quod pro vero debemus aſſerere, omnem actualem exiſtentiam in hoc Mundo elementorum radios emittere in omnem partē, qui totum Mundum replent. Vnde eſt, quòd omnis locus Mundi radios continet omnium rerum, in eo actu exiſtentium, &c.

3. In alium quoque errorem incidit, volens, quod ex qualibet re huius Mundi plenè cognita, totius Mundi haberetur notitia. Et hoc eſt quod ait in capit. de radijs ſtellarum, quia vnius indiuidui huius Mundi conditio plenè cognita, tanquā per ſpeculum cæleſtis harmoniæ conditionem totam repræſentat. C

4. Errauit credens omnia de neceſſitate contingere. Nam ſi omnia plenè ſunt ſubdita motui ſupercæleſtium corporum, cui talis motus ſit neceſſarius; de neceſſitate omnia contingunt, & hoc eſt, quod ait in cap. de Theorica paſſibilium, quòd omnia quæ ſunt, & fiunt, & contingunt in Mundo elementorum, a cæleſti harmonia ſine cauſata, & creata; & inde eſt, quod res huius Mundi ad illam relatæ, ex neceſſitate prouenient. Et inde eſt, quod reputabat homines ignorantes, ex eo, quod ſperabant, & deſiderabant, & timebant aliquid; cum talia ſolum habeant eſſe de contingentib. aliter ſe habere, &c.

5. Errauit, quod elementa huius Mundi, & indiuidua exiſtentia in ſphæra actiuorum, & paſſiuorum, priuauit actionibus proprijs. Credidit enim talia non agere niſi per virtutem cæleſtem: vnde ait dicto capitulo de Theorica paſſibilium, quod ſecundum vulgi conſiderationem vna res elementaris ſuis radijs, & ſua virtute agit in aliā, cùm tamen ſecundum exquiſitam veritatem non agat, ſed ſolum cæleſtis harmonia cuncta operetur. D

6. Errauit, credens ſpiritualem ſubſtantiam ex ſola prima generatione poſſe inducere veras formas, cuius contrarium Auguſtinus tertio de Trinitate, capit. 6. & alibi, vult, quicquid Angeli efficiunt, eos facere per adhibitionem ſeminum: contrarium tamen dicitur ab eodem Alchindo, capite de promouentibus effectum motus, quòd imago alicuius rei in mente concepta emittit ſimiles radios illi rei habens ſimilem actionem ipſi, &c. E

7. Errauit, quia non ſolùm formam imaginatam voluit habere cauſalitatem ſuprà rem extrà; ſed credidit, quod ipſi deſiderio ſpiritualis ſubſtantiæ obediret materia, quantum ad ſuſceptionem formæ, quod totum patet ex capite de promouentibus effectum motus, &c.

8. Errauit, vt patet ex eodem capitulo, quia credidit, quòd preces fuſæ Deo à ſpiritualibus creaturis proſint ad conſequendum bonum, & excludendum malum, naturaliter, non quòd propter tales preces Deus nobis bona tribuat, ſed ab ipſis verbis, & ab ipſo deſiderio, cùm precamur Deum, demandantur aliqui radij, qui naturaliter efficiunt, quod optamus.

9. Erra-

A 9. Errauit, quia credidit motus voluntatis ſubeſſe corporalibus creaturis, vt puta ſupercæleſtibus, vt patet ex cap. de virtute verborum, & de defectu orationis.

10. Errauit circa Diuina attributa, credens Deo talia competere abuſiuè, volens Deum Inconuenienter dici Creatorem, & primum principium, & Dominum Dominorum. Voluit enim perfectiones de Deo dictas nihil poſitiuè de Deo dicere &c.

11. Errauit, volens characteres naturaliter habere actionem circa ea, ad quæ ordinantur, vt patet ex capite de Theorica figurarum, &c.

12. Errauit circa ſacrificia, credens ſacrificia facta in artibus Magicis naturaliter efficere id, ad quod ordinantur, &c.

13. Errauit volens ſacrificia ſpiritibus, & Deo oblata nihil facere ad hoc, quod per ipſa aliquid conſequamur, ſed naturaliter habere effectum, ad quē ordinātur, &c.

B 14. Errauit, quia noluit Deum, & ſpirituales ſubſtantias placari per preces & ſacrificia noſtra, quod totum patet ex cap. de ſacrificijs.

15. Errauit credens corpora ſupercæleſtia, & diſpoſitionem eorum, in qua incipimus operari, dirigere operationes noſtras à principio vſque in finem; itaque conſtellatio illa, in qua opus inchoatur, quantumcunque tale opus ſit voluntarium, dominatur in illo opere à principio vſque in finem, &c.

16. Errauit credens aliqua ſacrificia naturaliter talem poteſtatem habere, quod ſi ſecundum aliquod opus voluntarium incipiatur, tale ſacrificiū dominabitur toti operi à principio vſque in finem.

17. Errauit, credens, ob mutationes & conſecrationes, naturaliter poſſe haberi dominium ſuper actionibus noſtris, &c.

C 18. Errauit credens characteres tale habere dominium ſuper actionibus noſtris, quòd, ſi ſecundum eos, aliquod opus voluntarium inchoetur, dirigatur opus illud per dictos characteres à principio vſque in finem,

Hæc omnia patent ex Theorica, quam edidit dictus Alchindus de vitijs operum.

Rabbi Moyſis errores præcipui. Cap. XXXX.

RAbbi autem Moyſes tenens ſecundum ſuperficiem dictorum in veteri teſtamento diſcordauit à Philoſopho ponente æternitatem motus. Poſuit enim Mundum incepiſſe, vt patet per ea, quæ ait in ſecundo libro de expoſitione legis cap. 15. & 16. Vnde Ariſtotelem credentem demonſtrare ęternitatem Mundi, D & volentem iudicare de factione rerum poſt productionem, ſicut de factione earum in hora creationis, aſſimilat puero volenti iudicare de communibus conditionibus hominis extra vterum, ſicut de conditionibus eius in vtero, vt patet in eodem libro capite ſeptimo, non ergo in hoc errauit, ſed in alijs multis deuiauit à ueritate firma, & à fide Catholica. *R. Moyses Ariſt. cui aſſimilet.*

1. Poſuit enim in Deo non eſſe aliquam multitudinem, nec re, nec ratione, ut patet in 1. libro de expoſitione legis, capit. 51. propter quod ſequitur in Deo non eſſe Trinitatem, cùm tres perſonæ ſint tres res, unde dicit eodem libro capite 31. deriſoriè loquens de ſapientibus Chriſtianis. inſudantibus, & inquirentibus de ratione Trinitatis, & friuolum eſſe Trinitatem credere. *In Deo eſt multitudo perſonarum.*

2. Errauit circa tales perfectiones; non credens ea in Deo uerè exiſtere, propter E quod 1. lib. de expoſitione legis cap. 57. ait, quòd Deus non eſt in eſſentia, & uiuit nō in vita & eſt non in potentia, ſed omnia talia dicta ſunt de eo per remotionē, ut innuit eod. lib. & capite, uel dicta ſunt de eo per cauſalitatem, ut dicatur Deus uiuus, non quia uita ſit in eo, ſed quia uitam cauſat, ut patet primo de expoſitione legis, c. 61.

3. Errauit circa propria perſonarum, credens Verbum, & Spiritum Dei in Diuinis dici eſſentialiter ſolum. Vnde primo libro de expoſitione legis exponens illud Pſalmi: *Verbo Domini cæli firmati ſunt, & ſpiritu oris eius omnis virtus eorum.* Dicit Verbum, & Spiritum in Diuinis ſumi ſolum pro Diuina uoluntate, uel eius eſſentia, qua cæli ſunt facti, cum tamen ea perſonaliter ſumantur. *Errores circa perſonas Diuinas. Pſal. 32.*

4. Falsò opinatus eſt ſupercæleſtia corpora eſſe animata, & dicens ipſa eſſe animalia

lia rationabilia, adducens pro ſe illud Pſalmi. *Cæli enarrant gloriam Dei*. Et illud Iob. A
Pſal. 18. Cap. 38. *Cum me laudarent ſimul aſtra matutina*; quæ omnia ponit ſecundo libro de expoſitione legis cap. 5.

5. Errauit circa motum cæleſtium corporum, & circa eorum innouationem. Nam licet crediderit motum incepiſſe, credidit tamen ipſum nunquam deſinere. Vnde credidit Mundum numquam vniuerſaliter innouari, & quod dictum eſt per Prophetam:
Iſa. 66. Ioel. c. 2. *Erunt cæli noui, & terra noua*, dicit huiuſmodi cælos nouos iam eſſe factos. Exponens aũt illud Ioelis: *Sol conuertetur in tenebras, & Luna in ſanguinem, antequam veniat dies Domini magnus, & horribilis*; intelligit nõ de die Iudicij, ſed de morte Gog, & Magog, & de morte Sennacherib, quæ omnia patet ex 2. lib. de expoſitione legis c. 29. vbi planè vult tempus, & motũ nunquam deficere, vt manifeſtius patet ex alia translatione.

6. Errauit circa prophetiam, credens hominem ſe poſſe ſufficienter diſponere ad B
gratiam Prophetiæ, & quod Deus non eligit in Prophetando quemcunque hominẽ ſingularem ſed illum, qui ſe adaptat ad talia; vnde viſus eſt velle diuinam gratiam dependere ex operibus noſtris, hæc autem patet lib. de expoſitione legis, c. 32.

7. Errauit circa diuinam potentiam, dicens aliqua eſſe Deo poſſibilia, aliqua non; inter quæ poſſibilia narrat eſſe impoſſibile accidens eſſe ſine ſubiecto, & quoſdam, quos appellat ſeparatos, quia dixerunt Deum hoc poſſe, dicit ignoraſſe viam diſciplinalium ſcientiarum. Hæc autem patent in lib. de expoſitione legis, c. 15.

8. Errauit circa Diuinam prouidentiam hominum non quidem quantùm ad ſpeciem; & quantum ad ſingularia aliorum dixit, Deum tantùm habere prouidentiam ſecundum ſpeciem, non ſecundum ſingularia. Vnde caſus foliorum de arboribus, & alia quæ contingunt circa ſingularia noluit ſubdi ordini Diuinæ prouidentiæ, ſed æſtimauit omnia talia contingere per accidens, vt patet ex 3. c. de expoſitione legis. C

9. Errauit circa humanam voluntatem & naturã, ponens, quòd licet à Deo talia mutari poſſint, nunquam tamen immutantur, quia tunc fruſtra eſſet immutatio Prophetarum, credens hominem per ſeipſum abſq; ſpeciali Dei auxilio poſſe omnia peccata vitare, & omnes monitiones Prophetarum implere: ex qua poſitione videtur ſe qui gratiam Diuinam penitus ſuperfluere propter quod hæc poſitio eſt peior poſitione Pelagij, ſecundum quem, licet poſſemus rectè viuere ſine gratia, non tamen ſuperfluit gratia, quia habendo eam, faciliori modo rectè viuimus, quod autem ſic aſſeruit Rabbi Moyſes, vt dictum eſt, patet per ea, quæ ait tertio libro de expoſitione legis, capite 32.

10. Errauit circa humanos actus ponens ſimplicem fornicationem nullo modo eſſe peccatum in iure naturali, ſed ſolum ibi eſſe peccatum ratione prohibitionis, quod falſum eſt, cùm matrimonium ſit de iure naturali: vnde ante legem datam vt ait, licitum erat fornicari, propter quod dicit, Iudam non peccaſse cum Thamar, qui fuit an- D
6. 30. 38. te tempus legis. Hæc autem omnia patent ex tertio libro de expoſitione legis, capite quadrageſimonono.

Auctores, qui de rebus naturalibus ſcripſerunt, quique Philoſophiæ commodant: queve in ijs cautiones adhibenda, ac primum de Theophraſto. Cap. XLI.

INter eos, qui Ariſtotelem ſecuti, atque adeo primarij eius diſcipuli fuere, principem obtinet locum Tyrtamus, quem ob ſingularem dicendi facultatem, & eloquentiam Ariſtoteles nominauit Theophraſtum. Hic igitur inter alia, quæ habemus, ſex libros de cauſis plantarum ſcripſit, quorum materia, ſiue Synopſis hæc eſt. E

Lib. 1. de Plãtis Theophraſti argumentum. Primo libro principia generationis tractat, & quid cuique ſpeciei debeatur, deducit ad cauſas vſque, Sementiferis autem omnibus communem eſſe naturam, inquit, vt è ſemine proueniant. Tum explicat, vnde ſumenda ſint argumenta, & inueſtigationis, & cognitionis naturæ plantarũ, in ijs ve, quę ſponte, an in ijs, quæ ab arte proueniunt.

Secundi libri argumentũ. Secundi libri priore parte docet, quibus rebus naturalibus plantæ benè habeant. Quæ illis conferant, & incommodent: inde ad earum officia, quippe fructificandi. Poſtea tam ipſę habitudines, quàm earum officia, quibus de cauſis mutentur, ſcilicet ad fęcunditatem, aut ſterilitatem. Deinceps de natura ſeminum, ac de fructuum mutationibus.

A tionibus. Altera verò parte, quæ fiant ab arte mutationes. Ab his regreditur ad naturas, & agit de accidentibus, nempe de odorum cauſis. Tum de ſpecierum mutatione. Inde quam ob cauſam in alijs quædam innaſcantur: in terra verò ſatæ non item. Hinc de mutuis inter plantas officijs, aut noxis. Poſtremò de mutatione foliorum.

Arg. 3. libri.

At cum duplicem plantarum naturam poſuiſſet, agreſtem, & mitem, deque agreſtiũ cauſis egiſſet, nempe quòd mites fiant per artis acceſſionem, tertio libro diſquirit, an ſint agreſtes omnes aptæ ad recipiendum hoc artis beneficium. An verò non omnes, vel opus habere, vel appetere finem hunc: ſed quaſdam à natura, quemadmodum habent principium, ita quoque nactas eſſe finem. Poſtmodum oſtendit culturæ opus, atque vtilitatem quibuſdam, alijs damnum adferre. Poſtremò affert exempla multa huius exceptionis & quæ abhorreant à cultu; quæ ſibi depoſcant manus hominum. B Partitur autem in duas hæc omnia tractationes: in prima de arborum cultu, in ſecunda de aruis & ſegetibus. Inter vtranque naturam per huius initia conſulit olitorib. In vtraque autem, & terras eligit, & tempora deſignat, & operarum modos explicat, & morborum cauſſas narrat. Pleniſſimis autem commentationibus præcepta ſtatuit, quibus vineæ curentur.

Culturæ opus nõ omnib. plantis eſt aptũ, aut vtile.

Arg. 4. lib.

Poſt duplicem cognitionem, vnám ſimplicem ipſius naturæ plantarum, alteram, quæ cum arte coniungitur, agit quarto libro de ſeminum degeneratione, de rubigine, ac de temporibus ſationum, deque leguminum floribus, & quibus iuuentur fruges. Pergit porrò ad longè diuerſum argumentum, nempè de ſeminum duratione, & plantarum fructificatione, quarum finem partitur, tum ad ipſam generis propagationem, tum ad vſum noſtrum.

Arg. lib. 5.

C Pertractatis, quæ pertinent ad naturam quandam ordinariam, aggreditur quinto libro ea, quibus cognoſcatur in plantis aliquid, quod communibus legibus neutiquam comprehendatur. Id cum eſſe poſſit vel à natura, vel ab arte; priorem partem explicat primis ſeptem capitibus: artis vim duobus ſequentibus. Poſt hæc de affectu plantæ ſimili poſt mortem, nempe, quod è lignis cæſis prodeant germina, vt præter naturę leges, inſtauratio naturæ appareat. Inde declarat quibus modis fructum mutentur partes: eorumque colores quemadmodum mutentur. Altera libri parte narrat plantarum morbos: quorum quidam habent principia interna, vt vermiculatio: quidã externa: eaque duplicia, vel à cælo, vel à caſu: à cælo, vt ſideratio, rubigo: à caſu, ut ſi uulneretur arbor, aut à capra mordeatur:

Inſtauratio naturę præter naturę leges ꝙ è lignis cæſis ꝓdeant germina.

Arg. 6.

Sexto libro, ſaporis, & odoris oſtendit affinitatem: deinde quibus in mixtis inſint D naturalibus, quorum modos ponit, & à fine metitur naturam. Saporum cauſas, & effectus dat, ac mutationum modos: quaſdam fieri per ſeparationem partium, alias per coactionem: alias à calore fieri, aliàs à frigore. Porrò docet uſum medicamentorum à plantis. Inde odorum principia, priuatim de florum odoribus, tum ſylueſtrium odores uariari, ſecundi anni, & diei partes, ac repetit à locis odorum uarietates,

In hos igitur libros cum Theodorus Gaza laboraſſet, ſubſecutus eſt Iulius Cęſar Scaliger, qui Theophraſtum cum aptiore genere interpretandi Methodum ſimul meliorem, quam Theophraſtus fecerat, ſe oſtendiſſe profeſſus eſt. Id quod initio ſcribit, antequam primi libri primum caput exponendum aggrediatur. Porrò cũ hoc Theophraſti opere ea ratio naturalis hiſtorię tradatur, quæ nobiliſſima omnium eſt, difficillimã, & nobiliſſimam omnium ſibi propoſuit, quæ conquirit cauſas ſubſtantiarum, a E quibus elicit affectuum productiones naturalium, atque ea principia, quibus omnia naturæ opera finem ſuum conſequuntur. Cum autem vniuerſis hic Theophraſti labor maximè conducat ad Philoſophiæ cognitionem, tum etiam ad vſum agrorum magnopere conferr, & certe ad tot rerum, & ſcientiarum notitiam, vt omnibus libris, Gręcęque & Latinæ linguę, ac Medicinę futurus ſit vtiliſſimus, additis Scaligeri Commẽtarijs, ſi hi fuerint emendati, quemadmodum iuſſum eſt in Indice librorum probibitorum à Clem. VIII. Pont. Max.

Iulius Cæſar Scaliger in Theophraſtũ commentaria pulcherrima edidit.

Vtiliſſimus liber Theophraſti.

Extant pręterea eiuſdem Iulij Cęſaris Scaligeri in duos libros de Plantis falsò Ariſtoteli inſcriptos, Commentarij, editi Lugduni eodem anno, & apud eundem Typographum, quo alter, de quo diximus.

Eiuſdem cõmentaria in lib. Ariſt. de plantis.

De C. Plinij ſecundi Hiſtoriæ Mundi Libris, deq; cautionib. ad eum. *Cap. XLII.* A

Athenęus & Plin. in quo ſimiles.

QVod autem fecit inter Gręcos Athenęus, qui plurimā rerum antiquarum ſupel-
lectilem nobis reliquit, quæ alij vel non attigerant, vel non collegerant in vnū,
id inter Latinos prętitit C. Plinius ſecundus triginta ſeptē Hiſtorię Mun
di libris: ſpiſſo ſanè operę vniuerſęque Hiſtorię naturali, ac verò ipſi Medicinæ, peru-
tili. At cùm cadente iā Latinę linguę nitore, obſcurius multa ſcripſiſſet, deſiderataque
à Leoniceno ſit in eo Gręcę linguę notitia maior, quę lingua tot rerū vocib. inde peri-
tis fuiſſet neceſſaria; procedente verò tēpore, plurimi in eum irrepſiſſent errores; multi
hoc ſeculo laborarunt, vt ſcholijs, vel obſeruationibus illuſtraretur, & emaculatus cu
deretur, Hermolaus Barbarus Italus, Pincianus Hiſpanus, Galenius Germanus, Gu-
lielmus Budæus, Gallus, ſicut & reliqui Stephanus Aquæus vir Equeſtris ante quin-
quaginta penè annos, Adrianus Turnebus, & nouiſſimè Iacobus Dalechampius (qui B
& Athenæum in Latinam linguam è Græca conuertit, & illuſtrauit) Galli. Hic autem
decennium impendit collationi codicum manuſcriptorum, caſtigationi, & Adnota-
tionibus, deinde item copioſiori Indici, quibus integritatem, & ſplendorē huic operi
(Pliniano inquam) reſtituit, cui & Galenicum adiecit: ſicque primò editus eſt Lugdu
ni apud Bartholomæum Honoratū, anno 1587. Ac tamen ab hoc etiam prætermiſſa
eſt, quæ ſummopere expetenda erat cautio, cū ipſo in Pliniani operis limine legentiū
mentibus impium dogma obijciatur de Mundi ęternitate, numineque; cum, quaſi non
eſſet Deus, Deum ipſe Plinius conſtituat Mundum. Quē videlicet nimis admiratus,
dum in effectum, relicta cauſa, & opifice, acutius inſpicit, euanuit in cogitationib. ſuis,
ac cęcus factus eſt. Quem verò Natura & Pythagoras aureo uerbo conclamant eſſe
ψύχωσιν τῆ παντὸς, ille excuſſo Creatore, creaturam ipſam ſuiipſius cauſsam, & to- C
tum eſse, inſipienter ſtatuit. Itaque ſumma cum Dei, atque adeo ſapientum quorum-
cunque philoſophorum indignitate, qui quidem alteram fecere de Natura, alteram
de Deo ſcientiam; eiuſdem Plinij eò nocentioris, quò uidetur in Hiſtoria naturali eru
ditior, uerba illa, anathemate quocunque ferienda, (pręter illa, quæ 55. capite libri ſe-
primi habentur, quæ ſunt peſtilentiſſima) leguntur de Mundo. *Sacer eſt, æternus, immen
ſus, immò verò ipſe totum, finitus, & infinito ſimilis; omnium rerum certus, & ſimilis incer-
to, extra, intra, cuncta complexus in ſe, idemque rerum Naturæ opus, & rerum ipſa natura.*
Sic ille. Et nonnihil ſanè attigit hoc loco Aquæus; ſed potius ex Ariſtotele, Platone
ue, quàm ut inde occaſionem caperet interiorem Chriſtianę ueritatis pietatem inſtil-
landi, quemadmodum par eſset nobis, qui præter uerę philoſophiæ diuitias, Diuina
ſumus in baptiſmate luce perfuſi. Atqui & ex ipſo Plinio poterat eius error euinci: D
nam potiùs ueritate victus quàm ſuę oblitus ſententię, idem. *In Plenum* (inquit) *cun-
cto mortalium generi, minorem in dies fieri menſuram, propemodum obſeruatum, raroſque
patribus proceriores, tanquam conſumente vbertatem ſeminum exuſtione, in cuius vices nunc
vergat æuum.* Hæc ille: quo argumento conuincebatur, Mundum, neque fuiſse ex infi-
nito tempore, nec ad infinitum tempus permanſurum. Cum verò Plinius tam multa
de Cęlo, ſyderib. elementis, rebusque penè omnibus ſcripſerit, quę ſequenti eius ope-
rum Elencho patebunt, qualis eius apud nos uſus debeat eſse, Ludouic. Granata, præ-
ter antiquiores Theologos omnes, pręclarè oſtendit in lib. Introductionis in Symbo-
lū: cum in rebus creatis minimiſque rebus, qualis eſt formica, & reliqua Diuinam pro
uidentiam uenetur. Sed & multa huc accerſenda ſunt, quę diximus, cùm de Philoſo-
phia generatim egimus, ac de Ariſtotele, ſextumque hinc primi libri caput eò diligen E
tius declarandum, ꝙ humana cæcitas monſtroſam in pleriſque Atheiſmi ſobolem cō-
cepit, ac peperit; liber aūt de utilitate credendi à D. Aug. cōſcriptus, & perlectus ante
huius lectionē maximè commodabit: cùm interim quæ Plinius afferat lib. 2. de fulmi-
nib. Ioui aſſignatis, de ijſdē euocādis, de prodigijs, de Antipodib. de portētis, de mira-
culis Terrarū, & Maris, ignis, aquarum, fontium, fluminum; & uerò conſequentibus li
bris, de miraculis rerū aliarū creaturarum, de Inſulis fluctuantibus, de Terræ uniuerſæ
menſura, de Harmonica Mundi ratione, alijsque obſeruationibus, materiā uberē præ
beat explicandi Dei uim, ac ſapientiam; anguſtiſſimam uerò hominis à fide, ueraq; Phi
loſophia alieni prodat anguſtiā; qui nec tāti Theatri, quantus eſt Mūdus, Architectū

Scriptores in Plinium Iacobi Dalechāpi in Plinium labor.

Rom. 1. Plinius Atheus plane deteſtādus.

Cap. 16. Lib. 7. Plin. mundi ortum & interitum innuit, licet nolens.

Ludou. Granata Theologus optime in minimis quibuſq; rebus philoſophatur.

agno-

A agnouerit;ac cùm ex vno Moyſis Pentateucho,vel libris Iob,penitiſſima,& veriſſima potuiſſet haurire,cęnum tamen loco aquæ limpidæ hauſit ex errantibus; & in errorem mittentibus Auctoribus illis ſuis; M. Varrone; Sulpitio Gallo, Tiberio Cæſare Imperatore, Q. Tuberone, Iulio Tirone, L. Piſone, T. Liuio, Corn. Nepote. Statio, Seboſo, Cælio Antipatro. Fabiano, Antiate, Mutiano, Cecinna, qui de Hetruſca diſciplina ſcripſit, Tarquitio, L. Aquila, Sergio Paulo, Italis; Platone, Hipparcho, Timęo, Soſigene, Petoſiri, Necepſo, Pythagoricis. Poſidonio, Anaximandro, Epigene, Gnomonico, Euclide, Cerano, Philoſopho, Eudoxo, Democrito, Critodemo, Thraſyllo, Serapione, Dicæarcho, Archimede, Oneſicrito, Eraſthene, Pythea, Herodoto, Ariſtotele, Cteſia, Arthemidoro Epheſio, Iſidoro Characeno, Theopompo. Hoſce igitur cum ipſo Plinio, vnus D. Auguſtinus libris de Ciuitate Dei, confutat & euincit, vt proinde optimæ in Plinium adnotationes ex eo promendæ fuiſſent, multò verò magis

B ex hoc ſeculo, cui retectis Indijs, Mundique ſtatu, & conuerſione ſyderum liquidius agnitis, Plinij errores animaduerti poſſunt: vt, cùm ille in rebus terreſtribus cæcutierit, mirum non ſit, ſi cæleſtium orbium conuerſiones ac poſitiones, Diuinamque illam immenſam penum ignorauerit, ignoratam blaſphemauerit: cùm etiamſi, quæ Veſpaſiani (cui opus hoc dicauit) tempore contigerunt. Hieroſolymis euerſis, cęteriſque à Chriſto Dei filio vt prędictis, ita completis, guſtaſſet; optima, altiſſima: & viro digna eo, qui ad imaginem Dei conditus Mundo dominatur, potuiſſet effari.

à lib. 30. c. 1. & ſuperius lib. 28. an ſit i medẽdo aliqua vis verborũ, & remedia cõtra Magos 6. lib. 28. cap. 4.

Iam quæ ad reliquas cautiones pertinent, quæ in eo legendo adhibendæ ſunt, cum præſertim agit de Coſmographia, de Medicina, deque origine artis Magicæ, vbi Neronem, & Magos deteſtatur, ac de Sortilegijs, & alijs huiuſmodi, è ſuis locis ea poterunt peti; quibus de ijſdem differuimus in Bibliotheca noſtra Selecta.

C Sanè verò cum libri trigeſimi capit. 1. factionis Magicæ Moyſem auctorem facit, quem etiam cum Iamne, cuius Paulus meminit, & Iotape neſcioquo commiſcet; atq; in lib. 13. cap. 4. Iudæam vocat contumelia numinum inſignem, Eſſæorum autem meminit, & Sabbathici fluuij, nemo non videt, quàm in veritate, ac certiſſima hiſtoria, quæ Diuina eſt, cæcutiat.

Quæ ſummatim inſunt in C. Plinij ſecundi Hiſtoriæ Mundi ſingulis libris. Cap. XLIII.

PRimo, Præfatio Operis ad Titum Veſpaſianum Cęſarem. Item auctorum nomina, ex quibus deſumpſit ea, quæ perſequitur libris ſex, & triginta, capita rerum ſingularium attingens.

D Secundo, de Mundo, & Elementis, & ſyderibus.
Tertio, primus & ſecundus Europæ ſinus.
Quarto, Tertius Europæ ſinus.
Quinto, deſcribitur Africa.
Sexto, Aſiæ deſcriptio continetur.
Septimo, de Homine, & rebus ab homine inuentis.
Octauo, Terreſtrium Animalium genera.
Nono, Aquatilia.
Decimo, volucrum genera.
Vndecimo, inſecta animalia.
Duodecimo Plantæ odoratorum.
E Decimotertio, plantę arborum peregrinarum.
Decimoquarto plantę arborum frugiferarum.
Decimoquinto plantæ arborum Syluestrium.
Decimoſexto plantę ſatiuarum.
Decimoſeptimo natura frugum, & cerealium, ac ſtudia agricultoris.
Decimooctauo, linum, ſpartum, & hortenſia.
Decimonono, quę cibis, & Medicinę in plantis ſatiuis conueniant.
Vigeſimo, flores, & coronamenta.

 A

Vigeſimoprimo, coronę, & Medicinę ex herbis.
Vigeſimoſecundo, Medicinę ex vino, & arboribus vrbanis.
Vigeſimotertio, medicinæ ex arboribus Syluestribus.
Vigeſimoquarto, medicinæ herbarum ſponte naſcentium.
Vigeſimoquinto, noui morbi, & medicinæ quarundam herbarum per morbos.
Vigeſimoſexto, herbæ aliæ quędam, & medicinę.
Vigeſimoſeptimo, Medicinæ ex homine, & animalibus magnis.
Vigeſimooctauo, de Medicinæ Auctoribus, & Medicinę ex reliquis animalibus.
Vigeſimonono, Magia, & Medicinæ quędam per membra.
Trigeſimo, Medicinę ex Aquatilibus.
Trigeſimoprimo, reliqua ex Aquatilibus.
Trigeſimoſecundo, metalla auri, & argenti. B
Trigeſimotertio, metalla æris, & plumbi artifices ęrarij.
Trigeſimoquarto, pictura, coloreſque, & pictores.
Trigeſimoquinto, marmora & lapides.
Trigeſimoſexto gemmę.

Alij, qui de varia hiſtoria, & præſertim de Piſcibus ſcripſere. Cap. XLIIII.

AElianus de animalibus libris xvij. Grecè Latineque egit. Quos quidem Conradus Geſnerus ſcribit ſe auctiores, & emendatiores emiſiſſe, quàm Petrus Gillius verterat: verumonimuerò cauendum eſt, nequid in Pręfationibus, aut alibi admixtum ſit, quod expurgatione egeat; ac facultate legendi, obtenta ab ijs, ad quos pertinet. Nam & idem Conradus Geſnerus prohibitus. C

Ceterum in Aelianum idem Gillius Acceſſiones (vt vocat) concinnauit è varijs Auctoribus, quæ lucem afferunt huic Tractationi. Porrò Aelianus quattuordecim libros alios ποικίλης ἱςορίας, varię nempè ſcripſit hiſtorię: quos Gręcos, & emendatiores euulgauit Paulo III. Pont. Max. Camillus Peruſcus vna cum libris Phyſiognomicorum Polemonis, & Adamantij: quos ſanè poterat Peruſcus omittere, cum nemo de facie, nec de reliquis corporis partibus iudicandus ſit in ijs, quę ad animum, & futura euenta pertinent. Scripſit autem idem Aelianus librum Hiſtoricis legendis vtilē περὶ ςρατηγικῶν τάξεων ἑλληνικῶν hoc eſt de instruendis copijs more Gręcorum ad Adrianum Auguſtum, quem primo Theodorus Gaza, mox accuratius vertit Frāciſcus Robertellus additis imaginibus, quibus tota res oculis ſubijcitur. D

Agathocles Atracius de piſcibus ſoluta oratione.

Suidas in Cicilio Halieuticorum ſcriptores enumerans.

Apicius de piſcibus, quem Halieuſim nominat Hermolaus.

Cælius Apicius alius ab hoc.

Extant verò Cęlij Apicij de obſonijs, & condimentis, libri decem, quorum nonus Thalaſſa, id eſt, Mare: decimus ἁλιεὺς id eſt, Piſcator inſcribitur. Ab hoc Cęlio Apicio alius fuit Romanus ille, qui à Plinio Marci pręnomine indicatur, & cuius tanquā ventri mancipati, Latini Scriptores meminerunt.

M. Apicius.

Apuleius quęre inferius in voce, Lucius Apuleius.

Ariſtotelis Ζωικῶν, ἢ περὶ ἰχθύων Βίβλιον. citat Athenęus: peculiaremne aliquem eius librum, an hiſtorię animalium partem intelligat, dubitari poteſt, aliqua enim quę citat his titulis in libris de hiſtoria repeiuntur, aliqua non: vt librum aliquem Ariſtotelis, ſiue genuinum, ſiue ψευδεπίγραφον intercidiſſe ſit dubitandum. Et quidem Athenęus Ariſtotelis librum ζωικῶν, ἢ περὶ ἰχθύων alicubi citat, nimirum partem hiſtorię animalium, in qua de piſcibus agitur. Nam & libro ſeptimo, Ariſtotelis verba de piſce Anthia citat ex libro περὶ ζώων ἰθῶν, quę tamen apud Ariſtotelem leguntur hiſtorię Animalium lib. nono capite trigeſimoſeptimo quod caput Gaza, aut alius Latinè inſcripſit, de ingenio marinorum, & fluuiatilium piſcum pro ratione commodioris vitę. E

De ingenio marinorum, & fluuiatilū piſcium.

Iam

A Iam ad calcem libri ſeptimi, Atheneus ex Ariſtotelis libro quinto hiſtoriæ animalium verba hæc recitat ὁμοίως δὲ τῶν ἰχθυδίων οἱ πλεῖστοι ἅπαξ τίκτουσιν, οἷον οἱ χυτοί, οἱ τῷ δικτύῳ περιεχόμενοι, χρόμις, ψῆττα, θύννος, quæ verba eo in libro capite nono ſunt apud Ariſtotelem. Alibi tamen eodem in libro Athenæus citat Ariſtotelis verba, quæ leguntur ἐν τῷ περὶ ζῴων Alpheſtein piſcem eſſe μονάκανθον, καὶ κιῤῥόν, quæ apud Ariſtotelem non inueniuntur. Plinius lib. 8. Ariſtotelem quinquaginta præclara volumina de animalibus condidiſſe affirmat; atqui Theodorus Gaza libros de animalibus octodecim eſſe ait, nouem ſcilicet de hiſtoria animalium, quattuor de partibus, quinque de Generatione. His Plinium libros etiam de Anima, & parua naturalia, vt vocant, adnumeraſſe apparet. Sic enim omnes erunt quinquaginta. Ariſt. de animalibus libri quot.

Benedictus Iouius Pauli Frater, Larium lacum & eius piſces carmine deſcripſit.

B Cæclus, vide infra Cicilius.

Cælius Apicius, vide ſuprà in voce, Apicius.

Callimachus Poeta Cyrenæus de piſcibus Moſellanis ab Auſonio celebratis.

Cicilius κικίλιος Argiuus Poeta Halieutica compoſuit, vt inquit Suidas. Apud Athenæum autem lib. 1. legitur Cæclus κάϊκλος at vero legatur modo à Cicilio nomen fluxiſſe videtur.

Elearchi Solenſis Peripatetici liber de Torpedine, citatur ab Athenæo; & alibi de aquatilibus ſimpliciter περὶ τῶν ἐνύδρων aliàs περὶ τῶν ἐν τῷ ὑγρῷ.

Demoſtratus hiſtoricus Halieutica condidit lib. 20. Suidas. Aelianus item de Animalibus lib. 13. eoſdem Demoſtrati libros citat.

Decius Auſonius Moſellam flumen cum ſuis piſcibus decantauit.

C Dorionis volumen de piſcibus non ſemel Athenæus citat.

Dumbrauij cuiuſdam de piſcinis liber manuſcriptus Vratislauiæ viſus eſt in Sileſia, prope Boemiam.

Edouardus Vuottonus de differentijs animalium libros 10. emiſit Lutetiæ apud Vaſcoſanum anno 1552. in folio: pleraque autem veterum de animalibus ſcripta ita digeſſit, ac inter ſe conciliauit, vt ab vno ferè auctore profecta videantur omnia, ſcholijs etiam, ac emendationibus in varios Auctorum locos adiectis. Priuſquam autem ad explicandas ſingulorum naturas accedat, quæ communia, & generatim dici poterant, expoſuit; Prouidendum eſt tamen, ne quid in eo ſit, quod expurgatione egeat, cum ſit Anglus.

Ennius, quære in voce Q. Ennius.

D Epeneti de piſcibus librum Athenæus citat lib. 7. & eundem librum alibi Opſarticum nominat, ijſdem ex eo verbis recitatis.

Epicharmus, non quidem de piſcibus aliquid, vt quidam putauit, ſed inter alias Comœdias vnam titulo γᾶ καὶ θάλασσα ideſt, terra & mare ſcripſit.

Epiphanij Epiſcopi Cypri Græcus libellus de animalium natura, Phyſiologi titulo, editus eſt Romæ non ita pridem, & in Latinum verſus à Viro Illuſtri Leone de Ponce cum doctis ſcholijs: in quo explicat animalium quorundam naturas, & eas ad animum, mores, religionem accommodat, pauca verò de aquatilibus inſunt. Vide Apparatum noſtrũ.

Eudemij qui de piſcibus ſcripſerit, meminit Apuleius Apologia prima.

Franciſcus Maſſarius Venetus in nonum Plinij librum, qui eſt de Aquatilium natura, caſtigationes, & annotationes ſcripſit.

E Gulielmi Rondeletij libri de Aquatilibus Lugduni fuêre impreſſi.

Hiceſius in libro περὶ ὕλης multa de nutrimento è piſcib. ab Athenæo citata tradit.

Hippolyti Saluiani Romani de Aquatilibus liber anno 1554. Romę prodijt. Quo libro profeſſus eſt initio ſe planius quàm Ariſtoteles fecerat, Piſcis cuiuſque naturam exponere, ac quonam nomine tum Grecè, tum Latinè, tum vulgari gentium lingua piſcis quiſque vocaretur. Addidit Piſcium figuras, naturam, mores, ſuccum, rationem condiendi, quibus item morbis medeantur. Sed cum primum librum, ſeu volumen edidiſſet, reliquorum nobis deſiderium duntaxat reliquit.

Iulius Cęſar Scaliger in libris de ſubtilitate contra Hieronymum Cardanum, multa paſſim etiam de aquatilium natura, prodit.

Kiranidæ cuiuſdam obſcuri auctoris libri quatuor, de remedijs & miris effectib. ex A
animalium omni genere, & plantarum, lapidumque, extant.

Leonides Byzantius de piſcibus egit ſoluta oratione, vt inquit Suidas.

Lucius Apuleius in Apologia prima inquit, ſe libros de piſcibus Græcè ſcripſiſſe,
& alios Latinè, in quibus (ait) animaduertes cum alia cognitu rara, tum nomina e-
tiam Romanis inuſitata, & in hodiernum (quod ſciam) infecta (fortè indicta) ea ta-
men nomina labore meo, & ſtudio ita de Græcis prouenire, vt tamen Latina monumē
ta percuſſa ſint. Et mox conqueritur ſe reprehendi, quod res pauciſſimis cognitas Græ
cè, Latinè, proprijs, & elegantibus vocabulis conſcribat. Et rurſus ait, ſcribere ſe de
particulis omnium animalium, deque ſitu earum, numero, & cauſſis.

Lycenen quędam de piſcibus ſcripſiſſe Apuleius memorat, noīe forſan deprauato. B

Marcus Antonius Cæſar, & Philoſophus nonnihil ſcripſit, cuius etiam quædam ex
tant adhuc: Lilius Gregor. Gyraldus. Alij nihil putant extare aliud, quam libros 12.
περὶ τῆς καθ' ἑαυτὸν vel, vt Suidas citat τοῦ ἰδίου βίου διαγωγὴν ἐν βιβλίοις qui & Romę
in Vaticana Bibliotheca ſeruantur. Mithæcus, alias, Mythecus, vide mox inter Opſar
tytycorum ſcriptores.

Numenius Heracleota poema Halieuticum, ſiue de piſcib. ſcripſit. Suidas. Verſus
autem eius ſæpe ab Athenæo recitantur.

Olympius Nemeſianus ſcripſit carmen de piſcibus. Lilius Gyraldus.

Oppiani Halieutica, quæ innominatus quidam Græcus ſcholijs explicauit, ad ver
borum cognitionem aliquid forte fecerint, ad res verò noſcendas haud minimam. Ea
ſcholia ſunt in Bibliotheca Sereniſſimi Bauariæ Ducis Monachij. Ceterum ſi quis le-
gere cupiat Ioannem Bodinum Andegauenſem, qui carmine Latino Oppianum in- C
terpratus eſt, & Commentariū varium ac multiplicem ei adiecit: quæ quidem Vaſco
ſanus excudit Lutetiæ anno 1555. videndum eſt, ne quid ſit, vnde labes aliqua aſper-
gi poſſit. Nós eum non vidimus, ſed vt alij aliqui eiuſdem libri legendi non ſunt, niſi
fuerint expurgati: ita cautionem in reliquis adhibendam eſſe putamus.

Extat item manuſcriptus libellus Græcus Auctoris incerti, veluti Paraphraſis in
Oppiani Halieutica: in quo tamen parum vtilitatis reperitur, niſi hoc fortè verū eſt,
quod ſcribit, piſciculum Ceti Ducem muſtelam eſſe.

Ouidius Halieuticon ſcripſit; quod opus hactenus fuit ἀκέφαλον, nec niſi quędam
fragmenta extitere: cum tandem Sertorius Quadrimanus vir doctus, & ſedulus anti-
quitatis inueſtigator, ex vetuſtiſſimo Codice Hieronymo Columnæ initium eius ope D
ris deſcriptum tradidit, quod ille inſeruit ſuo labori, quem eruditum edidit anno hu-
ius ſeculi nonageſimo, Neapoli, in fragmenta Ennij. Qui Ennius cum Phagetica ſcri-
pſiſſet, nec verò præter minimum fragmentum extet, multa quidem in id eruditè aſ-
ferr idem Hieronymus initio ſecundi Tomi.

Pancrates Areas in libro inſcripto ἔργα θαλάσσια, ideſt opera marina, multa de pi
ſcibus prodidit carmine, vt ſcribunt Suidas, & Athenæus; & apud hunc quidem lib. 1.
non rectè Pancratius ſcribitur.

Paulus Iouius Nouocomenſis, Epiſcopus Nucerinus piſcium hiſtoriam illuſtrare
cœpit: quod liber eius de Romanis piſcib. euulgatus Romę primū ann. 1529. teſtatur.

Petri Bellonij Cenomani de Aquatilibus libri duo cum iconibus editi ſunt Pariſijs
anno 1553. in 8. apud Carolum Stephanum. Et eiuſdem liber Gallicus de piſcibus
marinis peregrinis deque Delphino, ibidem excuſus apud Calderium in 4. ann. 1551. E

Petrus Gillius Gallus poſt Paulum Iouium piſcium hiſtoriam excoluit, libello de
Gallicis, & Latinis nominibus, piſcium Maſſilienſium edito; ex Aeliani de animalib.
libris magnā ex parte tranſlatis, & acceſſionibus auctis: quos Sebaſtianus Gryphius ex
cudit Lugduni in 4.

Poſſidonius Corinthius carmina de piſcibus edidit. Suidas.

P. Ouidius Sulmonenſis, vide ſuprà in voce Ouidius.

Q. Ennius Phagetica compoſuit teſte Lucio Apuleio; qui carmine ea complexus
erat, quemadmodū apud Græcos Archeſtratus; Apuleius aūt aliquot inde carmina re-
citat apol. 1. Vide Ennij fragmēta collecta à Hiero. Colūna, de quo ſup. in voce Ouid.

Selcu-

A Seleucus Emiſenus Grammaticus carmine libros 4. Aſpalieuricorum, ſeu de piſcatione conſcripſit. Suidas. Ceterum Seleucus quoque Tarſenſis de piſcibus ſoluta oratione ſcripſit, vt idem Suidas in Cicilio meminit, & Athæneus.

Speuſippus in libro ſimilium piſcium etiam ſimiles inter ſe formas expoſuit, vnde aliqua memorat Athenæus.

Theophraſtus Lesbius ſcripſit de piſcibus proſa; Gyraldus. At Apuleius non de Lesbio, ſed de Ereſio Theophraſto, cuius de ſtirpibus alij libri extant, ſentire videtur.

Theophraſti autem huius inter cetera libellus etiam de piſcibus inſcriptus habetur: in quo is aliud nihil, quàm de illis primum aquatilibus, quæ in terram egrediuntur, & aerem videntur haurire, deinde de piſcibus foſſilibus inquirit.

B Xenocratis quædam extant de alimento ex aquatilibus, περὶ τῆς ἐξ ἐνύδρων τροφῆς cuius verba aliqua Oribaſius lib. 2. Collectorum Medicinalium ad Imperatorem Iulianum, cap. 58. recitat, Oribaſium autem Io. Baptiſta Raſarius uertit in Latinum è Græco. Sed aliorum uerſio non eſt eadem, vt codex Græcus deſiderandus ſit. Idem hic Xenocrates uidetur, cuius teſtimonio tanquam Medici ſępè utitur Plinius lib. 21. 22. & pluribus locis deinceps. Galenus etiam libri 10. de ſimplicibus medicamentis, cap. 4. è Xenocratis libro primo de remedijs ex animalibus, περὶ τῆς ἀπὸ τῶν ζώων ὠφελείας, verba quædam recitat.

Auctorum aliquos nomina, qui de foßilibus, & alijs rebus naturalibus ſcripſere. Cap. LXV.

C Albertus Magnus de Lapidum virtutibus, & de rebus metallicis.

Andreas Baccius Elpidianus olim Sixti Quinti Pontificis Maximi Medicus ſcripſit libros ſeptem Medicis, & ſtudioſis variarum rerum naturæ perutiles, de vniuerſa aquarum natura, deque earum differentijs omnibus, ac mixtionibus cum terris, cum ignibus, cum metallis, egit item noua tractatione de terreſtris ignis natura, de fontibus, fluminibus, lacubus, Balneis totius orbis, & de Methodo medendi per Balneas, deque lauationum ſimul atque exercitationum inſtitutis in admirandis Thermis Romanorum. Hoc autem opus ab eo auctum, & illuſtratum eſt, atque Venerijs apud Felicem Valgriſium anno 1588. editum.

Antonius Braſauola in examine ſimplicium.

D Auicennæ liber foſſilium, ſiue (vt vocant) mineralium.

Benedictus Arias Montanus de lapidibus veſtium ſacrarum, tempore ueteris Teſtamenti, in Apparatu ad Sacras literas.

Camilli Leonardi Piſaurenſis de gemmis, ſiue ſpeculum lapidum.

Cælius Rhodiginus de annulorum vi, & lapillorum poteſtate mirabili lib. 6. c. 11. & cur in oriente naſcantur gemmæ, lib. 1. c. 10. de ſalis laude lib. 27. cap. 21. & alibi de plantis, & arboribus.

Dioſcorides, quippe in eum ſcripſere præſertim Matthiolus.

Eraſmus Stella de gemmis.

Euax Rex Indię de gemmis.

Galenus lib. 9. de ſimplicium facultate.

E Georgius Agricola lib. 6. de profluentibus ex terra, & lapidibus intra terram: vbi plurima de foſſilibus, & de metallis.

Ioannes Scotus, vel Chryſoſtomus de naturis omnium rerum.

Ioſephus Acoſta de natura noui orbis.

Iſidorus de uarijs foſſilibus, ſiue mineralibus, lib. 16. Etymolog. Idem de gemmis lib. 37. Etymolog.

Iulius Cæſar Scaliger aduerſus Cardanum de ſubtilitate paſſim.

Leonardus Garſonius de Magnete Italicè, extat apud nos manuſcriptus.

Leonicenus de Polycratis gemmis lib. 1. c. 63.

Marbodeus, aliàs Merboldus de gemmis, in quem cum Ianus Cornarius ſcripſerit,

ſciendum

ſciendum eſt, hunc Ianum eſſe in numero librorum prohibitorum primæ claſſis: quare Indicis eiuſdem regulæ obſeruandæ ſunt. A

Orpheus de gemmis Græcis uerſibus Heroicis.

Plinius de lapidibus, & gemmis lib. 37. per totum, & alijs in libris.

Polydorus de primo gemmarum vſu lib. 2. c. 21.

Polyphilum in Hipnerotomachia, de uarijs gemmis cum ipſarum natura, audio ſcri pſiſſe, at quoniam non legi, iccirco nil audeo dicere: pręmonitos tamen cupio eius lectores, vt primò diſpici curent, qualis ſit.

Raphael Volaterranus de gemmis, & lapidibus lib. 27.

Reinerus Leuander Budericenſis Medicus, de caloris fontium medicatorum cauſa, eorumque temperatione.

Solinus in Polihyſtore. B

Theophraſtus de lapidibus.

Tretzes de ſulphure lib. 12.

Vincentius Bellouacenſis de lapidibus, lib. 9. Speculi naturalis.

Vlyſſes Aldrouandus pluribus Tomis, quos de varijs Naturæ operibus uberes reliquit.

ARGVMENTVM LIBRI TERTIIDECIMI.

QVI EST DE IVRISPRVDENTIA.

ORDINIS ratio quærit, vt Iuriſprudentia poſt Philoſophiam, collocetur, quando Philoſophia Moralis eſt pars, ſuumque ſub illa obtinet locum.

Et fortaßis alii fuerint, qui huc addenda exiſtimaſſent, quæ de Sacris Eccleſiæ legibus, & Canonico Iure dicenda ſunt. At hæc in noſtrum Apparatum Sacrum coniecimus: quod cùm Canones è Patribus, Pontificibus, Synodis vim ſuam acceperint; æquum erat, vt proximum ipſis, tanquã riui fontibus locũ occuparent.

Porrò ſcripſere plures de Ratione Iuriſprudentiæ aßequendæ. Bartholus[a] *de ordinando Iuris Ciuilis ſtudio, Petrus*[b] *Rebuffus, Lucas*[c] *de Penna, Ioannes Baptiſta de*[d] *Caccialupis: Ioannes Coraſius Toloſas de Iure Ciuili in artem redigendo: Franciſcus Duarenus de ratione diſcendi, docendique Iuris Ciuilis: Franciſcus Balduinus de Hiſtoria coniungenda cum Iuriſprudentia: Claudius Cantiuncula de ratione ſtudii legalis: Fortunius Garcias Hiſpanus, de Iuris Canonici, et Ciuilis fine vltimo, contra quem ſcripſit Epo Phriſius: Antonius Maßa Galleſius Romanus de Iuriſperitorum exercitatione: Conſtantius Rogerius Gallus de Iuris interpretatione, et ante hos, Ludouicus Pelleus Carnutenſis de arte et ſcientia Iuris Ciuilis: Ioachimus Hopperus Phriſius de Iuris arte: Aymarus Riuallius Allobrox, & Valentinus Forſterus de Hiſtoria Iuris Ciuilis, ſed penè omnium poſtremus, qui ad noſtras manus venerunt, fuit Petri Gregorii Toloſatis libellus, de Iuris arte, methodo, præceptis, quibus ſingulares negociorũ hypotheſes ad æquũ, bonum, facile (vt innuit) reducũtur: At ille hæc vberius vberiore libro, quod Syntagma Iuris vniuerſi inſcripſit.* In quo Diuini *(inquit)* & Humani Iuris totius naturali, ac noua methodo per gradus, ordineſq; materiã vniuerſaliũ, & ſingularium rerum ſimulque iudicia ſe explicaturũ *pollicetur*[*].

Ex his omnibus cùm plurima colligi poßint, quæ ad id, quod ſpectamus, attinent: Vt tamen rationem illam inprimis ſequeremur, qua nos ad condendam hanc Bibliothecam permouit, quæ videlicet Chriſtianæ pietatis methodum, et faciliorem viam, Deo aſpirante, monſtraremus iis, qui initiò ſe daturi ſunt his ſtudiis; totam rem paullò faciliùs, et ad captum omnium tradidimus. Adiecimus loca ex Auctoribus, qui minus ab adoleſcentibus haberi ſolent ad manus, præſertim initiò ſtudiorũ vt ne fatigati ſola eorum citatione, fructum amitterent, quem ita ſubinde per-

a In oratione, qua ad calcẽ eius operum adiuncta eſt, De quinq; pedibus, & duobus piſcibus. Quaue, C. de re iud. & eſſ. contens.
b Lib. 1. de Scholaſticorũ priuilegiis.
c In l. vnica, de ſtud. liber. Vrbis Romæ, C. lib. 11. & in l. 1. C. qui a tate ſe excuſ. lib. 16. & l. 3. de his qui liber. ſe excuſ.
d Lib. de Modo ſtudendi.
** Lugduni apud Gryphiũ 1580. & deinde copioſius apud Ioannem Phillebotũ 1590. Ibidem.*

de percipient, vt auidiùs erga hæc iuſtiſſima ſtudia ferantur. Reliqui verò libri, in quibus vel fuſius, vel interiùs ea traduntur, quæ ad ipſam actionum Ciuiliũ methodum conſequendam pertinent, grandioribus relinquendi erãt, quorũ tamẽ nõnullos huic noſtræ tractationi intertexuimus.

Ceterum & ſtudioſi, & qui ſolida rectæ Politiæ elementa haurire cupiunt, diſcent hinc ordinem, qui ordinatiſſimus eſt, hunc ſequi.

Ordo Iuriſprudentiæ addiſcendæ. *Vt primò Diuina, ac æterna lege cognita, quæ lex amoris eſt lex ab ipſo Deo data, hoc eſt, Decalogus probè noſcatur.*

Vt vis Chriſtianæ legis, quam è Cælo detulit æterna Patris ſapientia, quæue legem naturalem, et alias impleuit, non intelligatur, quam diligatur, et aliis, vt (æquiſſimum eſt) præferatur: Quam ad rem muuitur via iis locis, & libris, qui ſuis adnotantur,

Tum ad leges duodecim Tabularum accedant, in quas cùm aliqui ſcripſerint accuratè, & nitidè, et quinam ii fuerint, & quænam in iis Tabulis cauenda ſint, oſtendimus.

Inde ad Romanas veteres leges accedant, quæ ab aliis collectæ ſunt poſt Pomponium, et eiuſmodi reliquos.

Tum ad Iuſtiniani inſtitutiones, ac demum ad reliquas Ciuilis corporis partes veniant.

Sic verò ſine circuitione, aut ambagibus inſpectabunt in id ſemper, quod optimum eſt, memores illius, quod afflatu Diuino David Rex pronunciauit. Cognoui *(inquit)* Domine, quoniam æquitas iudicia tua. *Et illius.* Diuina lex illuminat oculos: *Et rurſus illius.* Hæc

Pſal. 118. Pſal 18. 1.Theſſ.4. eſt voluntas Dei, ſanctificatio veſtra. *Tum verò, vbi Auctores perpaucos, et probatos, quos indicauimus, attentè, & maturè perlegerint, iam tutiores ad publica negotia, & tribunalia accedent, memores præſertim & Patriæ, quam non habemus hic manentem, ſed in cælis, &*

Heb.13. 2.Cor.5. *Diuini illius Tribunalis, cui omnes aliquando ſiſtemur.*

Non erit autem, cur aliquis nouos Hæreticorum libros de Juriſprudentia verſet, qui linguæ elegantioris ſpecie ornati (cùm in iis ſæpiſſimè lateant ſpinæ hæreſum, & impietatis) ſolent adoleſcentium Bibliothecas frequentantiũ animos à recto plerumque abducere. Nam ſi quid tandem in iis boni eſt, id Hæretici ex Auctoribus optimis, quos monſtrauimus, ſuffurati ſunt quin et ita decurtarunt, vt ſæpè nec caput, neq; pedes appareãt. Præterquã quod iidẽ ab Eccleſia S. Catholica Romã prohibiti ſunt, cui qui obedit, Deo obedit, qui mauult obedientiã, quã ſacrificiũ.

1.Reg.15. *Porrò de rebus publicis, deque iis, qui Chriſtianam ad Ethnicas, et iis peiores detorſerunt, ea monuimus, quæ nonnulli, ætate licet grandiores, ac docti, quoniam ex Italia, aut è Patriæ finibus, haud vnquam erant egreſſi, minus, aut tardius potuerut intelligere.*

ANTO-

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Tertiusdecimus

QVI EST DE IVRISPRVDENTIA.

ORIGO IVRIS. *Cap. I.*

C HVMANARVM Iuriſprudentiæ legum præſtantiam,etſi moles, ac multiplex difficultas infuſcant initiò; commẽdant tamen neceſſitas explicandarum communium rerum; conſeruatio pacis; æquitas;eorum denique à quibus leges aut conditę,aut collectę, aut explanatę ſunt, grauitas & eruditio.

Vtilitas Iuriſprudentię.

At, ſi antequam in tam ingentem ſyluam pes inferatur, quædam præ ceſſerint, expeditior vtique occurret ſemita,ne ambagibus vllis,vel obicibus ingenium retardetur, ſed progredienti apta vndequaque incurrat in oculos materia,ex qua collocandæ iuſtitiæ ſedes extruatur.

Porrò cognitu in primis perneceſſaria ſunt. Iuris origo. Aequitas. Patritio legum,& legalium librorum. Iuriſconſultorum veterum ingenia. Interpretum, qui ſecuti ſunt,labores,& qualitas. Cautiones autem vnicuique rerum illorum capiti ſic reſpondentes, vt quæ deſideratur à bonis Methodus Chriſtianæ, ac uerè Politicę Iu-
D riſprudentię, ea quę ſit breuior,ac tutior conſtet.

Quæ primo iuriſperito ſint cognitu neceſſaria.

Liuius in immẽſo licet aliarum ſuper alias numero aceruatarum ſua ætate legum, fontem tamen omnis publici, priuatique iuris, XII. Romanæ tunc Reipublicæ Tabulas agnouit: quę poſt exactos ab Vrbe Reges, ex Solonis legibus, & aliarum Græciæ Ciuitatum inſtitutis,ac moribus petitę,cùm primò eſſent decem,deinde duabus alijs ſunt auctæ. At quàm cœnoſus fuerit ille fons, pręſertim vbi de Religione agit, non ita multò poſt monſtrabimus. Quin & Lacedæmonum inſtituta iam pridem Sabinis communicata fuerant,& per Numam Sabinum Romam tranſlata. Et Athenęus lib.6. ſcribit, Romanos diligentiùs,quam ipſos Lacedæmones, conſeruaſſe Laconicam politiam,quam erant imitati. Itaque non temerè Iuſtinianus originem Iuris Ci-
E uilis repetit à Lacedæmonijs & Athenienſibus, apud quos frequens erat, leges aliquas certas petentibus Atticas eorum leges ut optimas tradere. Narrat enim Euſebius in Chronicis, ijs iura compoſuiſſe ex Draconis, Solonis, Gręcorum legiſlatorum libris. Sic Romani quod ab Athenienſibus primùm ſumpſerant, ijs tandem reddiderunt.

Liu lib.3. ab V.C.

Vide Franciſcum Balduinum commentar ad ll. XII. Tab.

Pomponius Enchiridio de origine iuris, & omnium Magiſtratuum, ac ſucceſione prudentium, altius ab legibus Regum Romanorum orditur,quas quoniam Papyrius collegerat, etſi poſtea Tribunitia poteſtate ex parte exoleuerunt, Ius Ciuile Papyrianum vocatum eſt. Is Pomponij libellus vtilis eſt ad cæcam illam antiquitatem vtcumque noſcendam.

Pomponi liber de origine iuris ad quid vtilis.

Græci

Græci, Romanique quò carius leges ſuas venditarent, Minos ab antro Iouis, Zaleucus à Minerua, Lycurgus ab oraculo Pythio, Numa ab Egeria, alij ab alijs, eas iactabant ſeſe accepiſſe, quæ tamen cùm plerumque inter ſeſe diſſiderent, ſuam prodebant vel infirmitatem, vel nequitiam: quam qui liquidius noſſe cupiet, Theodoreti nonum de legibus librum vtiliſſimè perlegere poterit. A

Græci & Romani, à quibus leges ſe accepiſſe tradiderint vide Cap. Moyſis 5. diſt. 7. I oeo do lib. de legibus.

Platonis Leges quales.

Plato quum in Aegypto propiùs ad fontes veritatis acceſſiſſet, multis argumentis oſtendit, à Deo ingenerata nobis eſſe principia Iuris; ac licet (quoniam in Deum recta non ferebatur, non labi non potuit, dum Rempu. ſuam inſtitueret, ab ipſa legis rectiſſima norma deflectentem) magni tamen momenti eſſe poſſunt ad ſocordes mentes excitãdas, quę homo Ethnicus libris ſuis inſperſit, quòd aliquã in Aegypto lucem hauſerat (vt alibi diximus) è diuini codicis editione Græca, de qua ſcribit Clemẽs Alexandrinus: Qualia illa ſunt. B

Clem. lib. 1. Strom

Plato lib 1. de Republica.

Platonis leges.

Fidem eſſe ſeruandam, immò aduerſus hoſtem ſempiternam fidei auctoritatem conſtare debere. Iuſtitiam colendam. Iniuſtitiam omnibus diris deteſtandam. Ex illa felicitatem, ex hac infelicitatem exiſtere. Ius ſuum cuique tribuendum, ita vt vnicuique erit bono. Neminem lædendum, ne hoſtem quidem. Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit. Itemque illa, Magiſtratus, ſubiectorum curam gerito, & publicæ vtilitatis ſingularem rationem habeto. Qui priuatum emolumentum in publici muneris adminiſtratione publicæ antepoſuerit vtilitati, damnas eſto, & peculatus pœnas luito. Qui in Republica Magiſtratum ambierit, damnas eſto, & ambitus pœnas luito. Præterea verò addidit.

Lib 2. de Republ.

Nemini vel commodi etiam ſui cauſa eſſe iniuriam inferendam. Ne quid fallaciter, malove dolo fiat. Deum eſſe unum, atque eundem, immutabilem, omnium bonorum auctorem, veracem, cupiditatibus humanis nullo modo obnoxium, optimum, perfectiſſimum. Et ea quæ hinc deducuntur. leges autem ad Religionem ſpectantes hæ erant. *De Religione prima eſto cura in Repub: & de ea certis legibus cauetor. Ne ea religio admittitor, quæ fabuloſis commentis, Dei naturam peruertit: & ſi qua irrepſerit, maturè exterminator. Eæ opiniones, quæ Deum mutabilem, mali auctorem, mendacem, præſtigiatorem faciunt, illius naturam peruertere cenſentor. Ex æquo, & bono Iudex leges moderator.* Denique illa. C

Lib. 3. de Rep.

Poetis, quòd ſimplicitati & grauitati morum noceant, in Rep. nullus locus tribuitor. Extra Imperij fines coronati tamen, & vnguentis delibuti (vt eruditioni honor aliquis detur) amandantor. Fabulatores, quod mendacium animis ciuium ingenerent, è Republica longè faceſſere iubentor. Veſtium, ædium, picturæ, & eiuſcemodi rerum modus ex temperantiæ formula definitor. Iuriſperitis, & Medicis, niſi ex ordine exploratis, exercere artes fas nequaquam eſto. Magiſtratus, ſuam ſalutem Reſp. ſalute, opes vtilitate terminato: neque ab illa ſententia vmquam vſquam abſcedito. Ab auaritiæ ſordibus animum prorſus auertito: omnia ſua in commune deponito: nihil proprium poſſideto. D

Ariſtoteles de origine legum quid ſentiat. 1. cap 1 lib. de Rep.

Politici non ſufficiunt ad efformandum rectum Reſpub. ſtatum.

Cicero quid ſentiat de legibus conſtitutis, vel traditis à Philoſophis.

Ariſtoteles quoque, dum in Ciuitate ſtatuenda ſudaſſet, agnoſcit originem legum ex ipſa natura, hoc eſt, ex Deo, qui omnem pro ſuo captu naturam mouet, ac regit; naſcique *hominem* inquit *armatum prudentia, & virtute, quibus ſi careat, iudicioque & arte vtatur aduerſus iuſtitiam, maximè impius euadet, & agreſtis.* At ignorans ille, quæ virtutes neceſſariæ eſſent legibus Ciuitatis Dei ſanciendis, hominique ipſi uera iuſtitia excolendo, ac certiſſimæ beatitudini comparandæ, in multos & ipſe errores prolapſus eſt. Quare, qui ex vnius Ariſtotelis, aut ſimilium Politicis libris rectũ Reip. ſtatum efformandum putarunt, mirum haud eſt, ſi diuino vrgente iudicio, euerterunt Imperia, quemadmodum ipſæ ſua mole Reſpublicæ omnes in Græcia ruerunt, è quibus Philoſophus ille ſuis rationibus, vel exempla, vel præſidia petiuit. E

Quin Cicero tertio de officijs libro multa de Philoſophis notat, qui quum reliquorum duces & Magiſtri, atque idcirco tamquam fons, & ſcaturigo Iuris haberentur; ideo pugnantium legum occaſionẽ præbuere, quòd de origine uirtutum, vnde ius, æquitaſque eſſet deriuanda non eadẽ omnes ſenſiſſent. Panætiũ enim inquit ab alijs diſſenſiſſe, ab hoc alios; Hecatonem autem eius auditorem, ſextum de officijs librum quæſtionibus referſiſſe, in quibus terminandis, Antipatri, & Diogenis Stoicorum ſententias afferret ſæpè contrarias. Quid uerò Ephectici Philoſophi diſputauerint

aduerſus

A aduerſus reliquorum Philoſophorum dogmata moralia; Sextus Pyrrhonius poſtremo ſuo libro copioſè diſſeruit. Virtutes ſanè putauit Ariſtoteles, omnes medias eſſe inter duo extrema vitia; Stoici, mediocritate hac reiecta, miſericordiam, & huiuſmodi alia, quibus animi afficiuntur, non numerarunt inter virtutes. Sic porrò gentes reliquæ Naturæ ductum haud rectà ſectatæ, in deuia quæque flexerunt. Ac quum apud aliquos cenſerentur eſſe præclariſſimæ virtutes, quæ alij vitia eſſe putabant; quæve aliqui vt noxia vitaſſent, cum ceteri excepiſſent vti ſaluberrima, coacti ſunt aduerſantes inuicem leges edicere. Et ſanè virtutes quoque ipſas hominibus quidam voluerunt adnaſci, alij, ſtudio & induſtria comparari; alij dari diuinitus; Qua in re ne ſibi quidem ipſum conſtitiſſe Platonem, Iuſtinus Philoſophus & Martyr aſſeuerat.

Sextus Pyrrhonius.
Ariſtoteles quid de virtutibus ſenſerit.
Stoici quid de iiſdem.
Gentes.
Alij.

B Hinc ergo multiplex illa officiorum & legum variatio mirificè populos torſit. Solonis enim lege, Athenienſes poterant filios interficere. Perſæ alteram tulerunt, qua qui defunctis Regibus chari fuiſſent, quinque integros dies poſt eorum mortem, facinus omne patrarent: nimirum vt re ipſa populi addiſcerent, quantam ſecum veherent perniciem, rapinæ, cædes, & huius generis alia; ideoque fideliores euaderent cuſtodes Regum, à quibus leges ſeruarentur. Lege Britannica, viris pluribus vna erat vxor: contra fiebat apud Parthos. Inter Perſas matres, ſorores, filiæ, patribus, fratribus, filijs nubebant. Lex apud Gætulos mulieribus virorum, viris mulierum præſcribebat officia. Rurſus à Dracone Athenienſi leges fuiſſe conſcriptas ſanguine, dictum eſt à Solone, qui propterea illas mitigauit. Ante Cæſares adulteria in Vrbe haud puniebantur; poſtea Lex Iulia teterrimam illam licentiam, & libidinem coer-

Iuſtinus Philoſophus qd de Platone ſcripſerit.
Leges aliquæ non bonæ Solonis, Perſarum, Britannorũ, Parthorum, Getulorum, Athenienſiũ, Romanorũ, Lacedæmoniorum.

C cuit. Lacedæmonibus in laude ponebatur, ſi pueri furarentur; Fredericus Tertius ſuſpendium furibus edixit. Lacedæmonum poſtea leges, quod eſſent prorſus militares, ac bellicæ, Philoſophi iure improbarunt. Variorum in Vrbe ordinum pro varijs tempeſtatibus, dum quiſque ageretur affectu dominandi, contrarias fixerunt leges, aut refixerunt, Patricij contra plebem, plebs aduerſus Patricios, L. Sylla contra Tribunos plebis.

Inde etiam factum eſt, vt vel vniuerſa illa vetus, & ſqualens ſylua legum (vt cum Tertulliano loquar) nouis Principalium Reſcriptorum, & Edictorum ſecuribus truncata ſit; vt vaniſſimas quoque Pappias leges poſt tantæ auctoritatis ſeneƈtutem, ab Seuero Principe ſcribat excluſas. Vel ipſorum veterum Principum Reſcripta reſciſſa ſint, quorum aut impiorum, aut imperitorum voluntates nefas eſſe haberi pro le-

Pappię leges excluſæ.

D gibus, rectè Opilius Macrinus Imperator dixit. Vel denique leges ipſæ, inclinato Imperio, diu à Longobardis oppreſſæ, tandem ſic caput ſuſtulere, vt tamen ab cuiuſdam generis Politicis, addo item ab Hæreticis hoc ſæculo, doloſè tum ad quæſtum, tum ad Chriſtianam Religionem euertendam detortæ ſint. Mirabatur itaque Atticus Ciceronem primo de legibus tam longè Iuris principia repetentem; quippe qui (quod poſtea Quinctus frater affirmat) nec ad Lycurgi leges, nec ad Solonis, neque ad Charondæ, neque ad Zaleuci, nec ad XII. Tabulas, nec ad Plebiſcita, ſed in Deum eadem iuris principia referat, qui humanæ menti vniuerſæ rationem, ac proinde legē naturalem indiderit. Quam ob rem idem Cicero Legem antea dixerat, eſſe *Rationem ſummam, inſitam in natura, iubentem ea, quæ facienda ſunt, prohibentemque contraria: quæ ratio* (inquit) *cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt.*

Iulius Capitolinus.
Atticus.
Cicero in Deum Iuris principia referebat.
Lex quid apud Cic.

E Ac certè tribus iis libris de legibus, præſertim primo, multa ſupra hominem loqui videtur: niſi quod Platonem ſecutus, & Pythagoram, facilè cernitur, inde multa petita, vnde varia quoque dogmata ſuprà humanum captum, hoc eſt è diuinis libris ad illos deriuaſſe monſtrauimus, quum de Philoſophia loqueremur. Et tamen is ipſe Cicero, quum multa diſſeruiſſet de homine, quem appellat *animal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, plenum rationis & conſilij, præclaraque dixiſſet conditione generatum à ſupremo Deo, cum quo ei prima ſit rationis ſocietas, addidiſſet* autem, *inter quos communio legis ſit, inter eoſdem communionem iuris eſſe omninò oportere; quibus autem hæc inter eos communia ſit, & Ciuitatis eiuſdem eſſe habendos:*

Lib. 1. de legibus.
Vide primũ caput primi libri Biblioth. Selectæ Auctoris, de Hominis dignitate. Sententiæ.

dos: *Si verò* (ait) *iiſdem Imperijs, & poteſtatibus parent, multò etiam magis parent huic cæleſti deſcriptioni, mentique Diuinæ, & præpotenti Deo, vnde etiam vniuerſus hic Mundus, vna Ciuitas communis Deorum atque hominum exiſtimanda eſt.* Hæc, inquam, omnia, & multò plura digniſſima lectu quum Cicero attigiſſet, agente tamen Deo, coactus eſt tertio de Officijs libro, ſic ſcribere: *Nos veri Iuris, germanæque iuſtitiæ ſolidam, & expreſſam effigiem nullam tenemus: vmbra & imaginibus vtimur; eaſque ipſas vtinam ſequeremur, feruntur enim ex optimis Naturæ principijs & veritatis exemplis: nam quanti verba illa,* Vti ne propter te, fidemve tuam, captus, fraudatusve ſim; *quàm illa aurea?* Vti inter bonos bene agier oportet, & ſine fraudatione. A

S. Auguſt. de Ciu. Dei lib. 18 cap. 24. — *Romulus poſt mortem Deus eſt à Romanis habitus ſed vaniſsimè.*

Iam de Romulo, & Numa, & horum legibus, quid ſentiendum ſit, nos ſanctus Auguſtinus edocuit: *Mortuum* (inquit) *Romulum, cùm & ipſe nuſquam comparuiſſet, in Deos, quod & vulgo notiſſimum eſt, retulere Romani, quod vſque adeo fieri deſierat; nec poſtea niſi adulando, non errando factum eſt temporibus Cæſarum: vt Cicero magnis Romuli laudibus tribuat, quòd non rudibus & indoctis temporibus, quando facilè homines fallebantur, ſed iam expolitis & eruditis, meruit hos honores; quamuis nondum efferbuerat, ac pullulauerat Philoſophorum ſubtilis & acuta loquacitas. Sed iam, ſi poſteriora tempora Deos homines mortuos non inſtituerunt, tamen ab antiquis inſtitutos colere vt Deos, & habere non deſtiterunt: quin etiam ſimulachris, quæ veteres non habebant, auxerunt, vanæ atque impiæ ſuperſtitionis illecebram, id efficientibus immundis in eorum corde Dæmonibus, per fallacia quoque oracula decipientibus: vt fabuloſa etiam crimina Deorum, quæ iam vrbaniore ſecula non fingebantur, per ludos tamen in eorundem falſorum numinum obſequium turpiter agerentur. Regnauit deinde Numa poſt Romulum; qui quum illam Ciuitatem putauerit Deorum profectò falſorum numeroſitate muniendam, in eamdem turbam referri mortuus ipſe non meruit; tanquam ita putatus ſit cælum multitudine numinum conſtipaſſe, vt locum ibi reperire non poſſet.* Hæc Auguſtinus. B C

Paul. Manut. lib. de legib.

Sed alios ſcio ita ſcriptum hoc ſæculo reliquiſſe. *Ius omne, aut à natura eſt, aut à conſuetudine, aut à legibus. Ius naturæ ipſum per ſe ſine conſuetudine & legibus, ad optimam vitæ conditionem ſatis erat: ſatis enim beatè viueremus, ſi naturam ducem ſequeremur.* Hæc illi.

Lex naturalis non ſufficit ad beatè viuendum. — *a Ioan. 14.* — *b 1. Cor. 1.*

At neque ad beatè viuendum naturalis ipſa lex; neque ad vitæ conditionem optimam perueniet quiſpiam, cui deſit [a] *via, veritas, vita,* quæ eſt Chriſtus Dominus: Iuſtitiæ enim originalis præſidio præter legem naturalem egebant Patres noſtri, qua amiſſa, niſi Chriſtum, [b] *qui factus eſt nobis pax & iuſtitia,* induamus, nulla vera beatitas comparari poteſt. *Vera autem iuſtitia* (inquit Sanctus Auguſtinus) *non eſt niſi in ea Republica, cuius conditor, rectorque Chriſtus eſt: ſi & ipſam Rempublicam placet dicere: quoniam eam rem populi eſſe, negare non poſſumus. In ea certè Ciuitate eſt vera iuſtitia, de qua dicitur:* Glorioſa de te dicta ſunt, Ciuitas Dei. D

De Ciu. Dei lib. 14. c. 20. Pſal. 80.

Libro proprio de iudicio de ipſis.

Qui verò noſtro tempore à Catholica fide ſecedentes, fontem naturalis, atque Euangelicæ legis adhuc magis fœdarunt, eiuſmodi fuerunt: quales in pleriſque rebus Carolus Molinæus, & reliqui. Ne quid nunc dicam de Nicolao Macchiauello, de Nua, de Ioanne Bodino: illorum enim Politici, & huius libri de Republica, de Methodo hiſtoriæ ſcribendæ, ac de Dæmonomania, quid ſapiant, iam alibi oſtendimus. E

Interior de origine iuris expoſitio, ac de legum origini Diuinarum. Cap. II.

REſtat modo, vt in adyta ſanctiora Diuinæ Prouidentiæ ingreſſi, Iuris totius originem adhuc, quàm iſti certiorem introſpiciamus; memores

eorum,

A eorum quæ ſcripſit Philo: Priſci illi (inquit) ante leges ſingillatim proditas, *non ſcripto iure vſi, pari felicitate ac facilitate vixerunt, vt meritò quis dicere poſſit, leges ſcriptas nihil aliud eſſe, quam Vitarum Patrum commentarios, in quibus eorum dicta, factave narrantur: nam illi ſcholas nullas frequentauerant, nullis præceptoribus vſi fuerant, ſed à ſeipſis inſtituti doctique, ordinem naturæ ſunt ſecuti. Quæ lex eſt proculdubio antiquiſſima omnium, quam ipſi tus ſummum, faſque rati eſſe, totam vitam ſuam vltro ei ſubdiderunt.* Hæc Philo.

Philo libro de Abraham.
Vitæ patrum legibus ſcriptis principium dederunt.

At quod in aliarum origine diſciplinarum diximus, eſſe inſpiciendum in Diuinam Scripturam, in qua non tam latent, quam patent earum initia, & progreſſus, id præcipuè in ſylua ſacrarum legum aperienda faciendum eſt, ne non ſolum deflectamus ab æquitatis orbita, verum etiam ne pro adſcititia & vmbratili, lucem illam primariam
B perdamus, quę ſic animos ſiſtit in veritatis baſi, vt deinceps in quocumque illius vſu regat & perficiat.

Inſpiciendũ eſſe in diuinam ſcripturam, cum agitur de origine legum.
Quinque genera diuinarum legum.

Porrò, antequam id aggrediamur, ſciendum eſt, quinque Diuinarum legum fuiſſe genera, quas Deus hominibus tulit: Naturalem, quæ cunctis indita fuit cum ipſa natura, quæ quidem lex cùm naturali humanæ mentis lumine, & ipſo rationis iudicio nota ſit omnibus, omnes item obligat. Supernaturalem fidei, ſpei, charitatis, quæ cùm ſupernaturali Dei gratia infuſa ſit omnibus, omnes omni tempore ſimpliciter (non tamen naturali modo) obſtringit: Moſaicam, qua Hebræorum gens vna tenebatur, quod quidem attinebat ad cæremonialia, & iudicialia eius præcepta: Diuinam etiam illam, quæ ex Dei inſtitutione, Euangelio promulgato, cunctos obſtrinxit: cuiuſmodi Baptiſmi lex fuit: Priuatam denique, qua Deus Adamo & Euæ inter
C dixit eſum ligni ſcientiæ boni & mali: Quam legem extitiſſe matricem & fontem aliarum omniũ quę poſtea per Moſen latæ sũt Hebræis, Tertullianus his verbis affirmat: *Deus in principio Mundi ipſi Adæ & Euæ legem dedit, ne de fructu arboris plantatæ in medio Paradiſi ederent: quòd ſi contra feciſſent, morte morerentur: quæ lex eis ſufficeret, ſi eſſet cuſtodita.*

Gen. 2.
Lex Adamo & Euæ data matrix & fõs ceterarũ omnium.
Tertul. lib. aduerſ. Iudæos, ſub initium.

In hac enim lege Adæ data, omnia præcepta condita recognoſcimus, quæ poſtea pullulauerunt data per Moyſen, id eſt, Diliges Dominum Deum tuum de toto corde tuo, & ex tota anima tua, &c. *Et,* Diliges proximum tuum tan quam te: *&*, Non occides. Non mœchaberis; Non furaberis; Non fraudaueris; Falſum teſtimonium non dices: Honora patrem tuum & matrem tuam, &c, Alienum non concupiſces. *Primordialis enim lex data eſt Adæ & Euæ in Paradiſo, quaſi matrix omnium præceptorum Dei. De*-
D *nique ſi Dominum Deum ſuum dilexiſſent, contra præceptum eius non feciſſent: ſi proximum diligerent, id eſt, ſemetipſos, perſuaſioni ſerpentis non credidiſſent, atque ita in ſemetipſos, homicidium non commiſiſſent, excidendo de immortalitate, faciendo contra Dei præceptum: à furto quoque abſtinuiſſent, & de fructu arboris clam non deguſtaſſent, nec à conſpectu Domini Dei noſtri ſub arbore deliteſcere geſtiſſent. Nec falſum aſſeueranti diabolo participes efficerentur, credendo ei, quod ſimiles Deo eſſent futuri. Atque ita nec Deum offendiſſent vt Patrem, qui eos de limo terræ quaſi ex vtero matris figurauerat. Si alienum non concupiſcerent, de fructu illicito non guſtaſſent. Igitur hac generali, & primordiali Dei lege, quam in arboris fructu obſeruari Deus ſanxerat, omnia præcepta legis poſterioris ſpecialiter indita fuiſſe cognoſcimus, quæ ſuis temporibus edita germinauerunt. Eiuſdem eſt enim poſtea docere legem qui ante præmiſerat præceptum: quoniam & ipſius eſt erudire poſtea, qui*
E *antè iuſtos formare inſtituerat. Quid enim mirum ſi is auget diſciplinam, qui inſtituit? ſi is perficit, qui cœpit?* Hæc Tertullianus.

Deut. 6.
Leuit. 19.
Exo. 20.

Sed & Patres alij pergunt oſtendere (id quod maximè ad uniuerſam legum tractationem facit) cur præter leges, priorem naturalem, & alteram fidei, ſpei, charitatis ſupernaturalem, quibus Adamus & Eua cùm primùm creati ſunt, tenebantur, hac etiam priuata, quam Poſitiuam vocant, obſtricti fuerint.

Cur lege Poſitiua Deus primos parẽtes obſtrinxerit.

Nimirum ad abſolutiſſimum Dei in homines imperium, de quo, cum ᵃ *bonorum noſtrorum non egeat;* ſcriptum ſit: *Conſtitue ſuper eos legiſlatorem, vt ſciant gentes, quoniam homines ſunt. Nec ipſo non creante* (inquit Auguſtinus) *nos eſſe: nec ipſo non conſeruante,*

a Pſal. 15.
Pſal. 9.

Aug. lib. 8. de Geneſi ad literam, ca. 11. & cap. 13. & lib. 14. de Ciuit. cap. 15.

nos permanere: nec ipſo non regente, rectè viuere poſſemus. *Deinde ad libertatem arbitrij noſtri teſtandam: Neque enim haud liberis iuſta vel neceſſaria fuiſſet legum impoſitio, aut mortis comminatio. Denique ad exercendam hominis obedientiam, virtutem nempè, vt homini vtiliſſimam, ſic Deo gratiſſimam.* Itaque ea de re, quæ per ſe mala non eſſet, præceptum eſt traditum, vt illuſtrior eſſet obedientiæ virtus, & quantum malum ſola per ſe ipſa ſit inobedientia, liquidiſſimè deinceps noſceretur. Quod quidem argumentum varijs rationibus Auguſtinus, & Gregorius comprobant. Atqui per legem naturalem non omninò liquet, Deum eſſe Dominum hominum, quippe quorum aliqui poſſint opinari, legem naturalem eſſe quamdam rationalis naturæ proprietatem, quæ conditionem humanæ naturæ conſequatur, ſicuti vnicuique animalium ſpeciei proprius eſt inſtinctus, atque propenſio. Quin quod *multi, quæ legis ſunt, naturaliter faciunt*, ipſo nempè iudicij priuati ductu, non tanquam à Deo iuſſa, & vetita, cumque per eam legem non præcipiantur, aut prohibeantur, niſi quæ ſecundum rationem humanam per ſe bona vel mala videntur, Dei imperium non adeò cernitur abſolutum, quod nempè recta dumtaxat ratione nititur. Sic miniſtros, aut latores legum haud rectè dixeris Dominos, cum ea tantum, quæ legibus conſentanea ſunt, poſſint præcipere.

Lex naturalis non demõſtrat Deũ abſolutè Dominum.

Rom. 2. Greg. lib. 35. moral. c. 10.

A

B

Deus igitur, vt aurea catena rerum omnium eſt, omnia trahens, ligans, tenens, omnium amor, deſiderium, bonum, finis: ſic Mundum ipſe totum intexuit, atque contexuit ijs legibus, vt ipſis etiam corporeis oculis aſpectabilis eſſet firma illa compago naturalium rerum, nihil vt ſeparatum inuicem, nihil non aptum eſſet, ac nexum cum alijs. Nihil enim eſt, quod non agat, & patiatur, quod non tribuat, & recipiat: vnde & eadem res penitus, tanquam cauſa, antecedit, & tanquam effectus, ſequitur, idque ſi non ſemper tempore, certè ſemper natura, origine, ratione, dignitate, ordine ipſe, inquam, Deus, cælos, elementa, animantes, ſaxa, agros, plantas, diuini amoris vi excitata, conuertit ad cõmune illud bonũ, quod omnes expetunt. Itaq; in vnum ſimul conſpirãt, perinde ferè (vtar verbis Epiſcopi eruditi & perſpicacis) ac unius corporis membra, quæ uno ſpiritu viuificantur, cuſtodiuntur, animantur, vt ſint vnum animal, aut tanquam fides unius cytharæ, quæ graues, acutæ, mediæ, dum una artis peritia pulſantur, vnum ex omnibus conficiunt melos, ſiue demum, quaſi vnius Reipublicæ ciues, qui non tam formidine legum, quam amore ipſius virtutis, in officio religioſiſſimè perſtant, & nullis vnquam negotijs auocari poſſunt, vt aliquid intermittant, quod ad officium ſpectet: in quo colendo omnem vitæ honeſtatem, & in negligendo omnem turpitudinem ſitam eſſe intelligunt. *Ecquis (inquit) profectò referat, quam aptè & ordinatè, rerum, quæ in mundo ſunt, ſpecies cohæreant, connectantur, conſiſtantque, & perſeuerent, ac muneribus ſatisfaciant ſuis; ita vt contrarijs motibus, vnum efficiant admirabilem, incredibilemque concentum, & Deo dignum? Nam quæ ſuperiora ſunt, generatim inferioribus prouident, vt illis nihil deſit: inferiora ad ſuperiora conuertuntur, vt ab illis aliquid accipiant: paria velut fœdere amicitiæ ſociata, ſibi inuicem bona ſua communicant quàm libentiſſimè: & ſingula quæque vehementer, & amanter aduerſus contraria ſeſe tueri ſtudent, quàm maximè poſſunt, vt non deficiant. Omnes porrò amores, omnes illæ catenæ, rerum quibus arctiſſimis ſeſe vinculis conſtringunt omnia, ex illa vna admirabili, fortiſſimaque catena dependent, quæ eſt Amor Dei, verè fons omnium amorum, omnium legum. Sed enim hic ipſe naturalis amor Dei, amor eſt omnibus communis, & ſingulis ferè proprius, quo velut deliciſſimo cibo, quæcunque facta ſunt, aluntur, ac continentur. Nam ſuperæ menteſ, & animi hominum, ratione, belluæ, ſenſus iudicio, plantæ, inſito appetitu vegetali, ſaxa demum, & reliqua amore, quàm ad ſenſum non habent participem, vt exiſtunt in ipſo quæ ſunt, non elicito quidem, vel ſuperaddito: ſed indito quodam propenſione inclinationeque & quaſi pondere, in Deum feruntur, Deum amant, cuius voluntate facta ſunt quæcunque facta ſunt.*

Creata omnia in vnum bonum conſpirant.

Cornel. Muſſus de diuina hiſt. lib. 1.

C

D

Amor Dei fons omniũ legum.

E

At quũ naturę totius finis in ipſis cęlorum ſonis, numeris, & in elementorum rerũ viciſſitudinibus, nullus ſit alius, quàm canere iucundiſſimũ hymnũ æterno Deo, & nũquã nõ agere Sabbathiſmũ in illius obſequijs, & in requietis laudibus. Ecquãtus fuit amor, quo hominẽ, cui oĩa parauerat, & ſubiecerat, ſanctiſſima amoris lege cõſtituit à

Finis naturæ totiꝰ eſt, Deo hymnum iucundiſſimum canere.

A Inde enim illud fit quod Auguſtinus ex Cicerone, ſecundo de Rep. libro deprompſit. *Vt in fidibus, ac tibijs, atque cantu ipſo, ac vocibus, concentus eſt quidam tenendus eſt diſtinctis ſonis, quem immutatum, ac diſcrepantem aures eruditæ ferrè non poſſunt, iſque concentus ex diſsimillimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur, & congruens: ſic ex ſummis, & medijs, & infimis ordinibus, vt ſonis, moderata ratione Ciuitatem conſenſu diſsimillimorum concinere, & quæ harmonia à Muſicis dicitur in cantu, eam eſſe in Ciuitate concordiam, arctiſsimum, atque optimum in Republica vinculum incolumitatis, eamque ſine iuſtitia nullo pacto eſſe poſſe.*

Aug. de ciu. Dei lib. 2. cap. 21.

Hæc cum ita ſint, ex amore illo diuino, diuina amoris lex manauit, cuius legis ordo attentè pendendus eſt, ad originem Iuris adhuc interius concipiendam & docendam. Tria enim prioris Tabulæ mandata finem continuo ſpectant, qui Deus eſt, qui
B que finis primò ſeſe humanis mentibus offert, vt illorum primùm latriam, cultumque vnius Dei, reiectis ipſius hoſtibus, id eſt Dijs alienis, reliqua duo rationem, & modum ei ſeruiendi commoſtrent. Sic primò in exercitu ſcribendo milites Imperatori ſubijciuntur, mox in cohortes diſtributi, fide data, ſoli militant Principij, pacto omni cum inimicis eiurato, deinceps & eum in honore habent, eique ritè obſequuntur. At ſecundę Tabulæ præcepta nos ad Proximi charitatem erudiunt, etſi longius progreſſa, perducunt ad Deum, id eſt ad illud extremum, cuius gratia proximum ipſum diligimus. Quàm ob rem & Chriſtus Dominus inſtaurans, atque implens Naturæ collapſam legem, præcepta illa duo de diligendo Deo, & Proximo, ſimilia inter ſeſe eſſe dixit. *Hic enim laudabilis Reip. ſalus* (Inquit S. Auguſtinus) *Neque enim conditur, & cuſtoditur optima Ciuitas, niſi fundamento, & vinculo fidei, firmaque, concordia, cum bo-*
C *num commune diligitur, quod ſummum, ac veriſsimum Deus eſt, atque in illo ſynceriſsime ſe diligunt homines, cum propter illum ſe diligant, cui quo animo diligunt, occultare non poſſunt.* Hæc ille. Cæterùm in ijs, quæ ad proximum attinent, ordo poſcebat, vt primò parentibus debitum præſtaremus officium, deinde grauiora ſcelera prius uetarentur: Atqui grauius lędimus opere, quàm verbo, & uerbo, quam corde, opere autem maximè cum quis uita priuatur: Mox ſi peccetur aduerſus alteri coniunctum, coniunctamve, vnde prolis certitudo perit: Denique ſi quis à nobis diſpendium bonorum patiatur. Itaque quinto præcepto homicidium, ſexto adulterium, ſeptimo furtum, octauo falſum teſtimonium, nono cupiditas alieni thori, decimo auiditas alienarum rerum prohibentur.

EX AMORE Diuino Diuina AMORIS LEX manauit.

Matth 22. Mar. 12. Z. 10. 5. Aug. Ep. 3 ad Voluſianum, tom. 2.

Qûo omnia precepta Decalogi ad amorem Dei tendant.

Quo diuinæ ſapientiæ ordine, temporeque datæ legis agnito, facillimè noſcetur
D aſtutia Satanæ, qui tum decem Tabulas è Græcia deferri ad Romanos, & Romæ alteras illas duas addi curauit, quarum initio falſorum Deorum cultus, delubraque & luci, & larium ſedes, & ritus familiæ, patriaque & ſacra execranda ſtatuuntur.

Leges 12. Tabularũ à diabolo contra decalogũ excitatæ.

Sed & liquidius cognoſcetur, ſi non tam legum harum, cum hiſtorijs earum tempeſtatum Romanarum, & Græcarum (quod quidam monet in hiſtoria inſtituenda) verum potius Decalogi legem cum hiſtoria Orientis, mox tempora, leges, perſonas, prouincias inuicem conferat. Etenim lata Hebreis à Deo per Moſen fuerat lex Decalogi ſeptingentos ante plùs annos, quàm Roma fuiſſet condita. Quo verò tempore Romulus regnum auſpicabatur, nugamentaque illa execranda ſuarum legum de ſacris, aut Religione ferebat, eodem tempore iam toto Oriente percrebuerat fama, atque cognitio Moſaicæ legis, cum *& in Iudæa notus eſſet Deus*, & extaret celeberrimum Tem-
E plum, quo ad Deum colendum vndique populi confluebant, tũq; maximè uno & eodem ſpiritu conclamarent Prophetæ, Chriſtum Dominum uenturum, cui Romanũ, & reliqua Imperia erant ſubijcienda; Sibyllæ autem etiam ipſis paulò poſt in Vrbe Regibus libros obtruderent, quibus eadem ueritas pandebatur: Videlicet & ex Naturæ lege, & ex angore conſcientię, atque ex libris Sibyllinis, quibus poſtea pręfuere principes Reipublicæ Romanæ uiti, foret omninò inexcuſabilis ea Reſpublica, quę uniuerſo pene Orbi dominatura eſſet.

Legis Moſaicæ cognitio toto oriente, quando percrebuerat. *Pſal. 76.*

Ac tàtò quidem minus foret inexcuſabilis, quod & triennium in ea quam diximus legatione olim Romani legati, P. Poſthumius Albus, Aulus Manlius, & Seruius Sulpitius conſumpſerant, cùm ad decem illas Tab. iuiſſent viri iudicio & prudentia

ſingulari. Qui ſi tranſmiſiſſent in Palæſtinam, vidiſſent iterum ſurgentem Iudęorum A
Ciuitatem, qui ex Perſica ſeruitute reuerſi, magnis animis ſuam Remp. inſtaurabant
Romani vnde leges petere debuiſſent. multaque fortaſſis, quæ ex Græcis non audierant, didiciſſent à clariſſimis illis Iudæorum Ducibus, Eſdra, & Nehemia, qui non Religione modo, & pietate, ſed & Ciuili prudentia præditi erant, multis etiam annis uerſati in Aula Regis Perſarum Darij, Artaxerſis Longimani, cum ipſo Themiſtocle. Accedit, quod Dionyſius ſcribit miſſos quoque Legatos in eas Gręcorum Ciuitates, quæ in Italia erant, in ea nempè Italiæ parte, quę quondam Magna Gręcia dicta eſt; in qua, Seruio Tullo Romæ regnante, Pythagoras (quem alibi diximus natū fuiſſe ex Iudæis,) Philoſophabatur: nam & ea inſignes habebat & Reſp. & Ciuitates, & Legiſlatores. Locri ſeruabant Zaleuci ſui leges; Thurij iura ſui Charondæ, qui non multis ante Decemuiros annis vixit. B

Legat qui legum ſcientiam ſitit, ea, quę Oroſius, & S. Auguſtinus decimooctauo libro de Ciuitate Dei, eruditiſſimè perſecutus eſt. De Terrenę Ciuitatis Regibus, atq; temporibus: quibus ab exortu Abrahę Sanctorū tempora ſupputata conueniunt.

Cap. 2. Quibus regnantibus Apud Aſſyrios, atq; Sicyonios, Abrahę centenario, Iſaac de
Cap. 3. promiſſione ſit natus, vel ipſi Eſau & Iacob gemini de Rebecca ſint editi.

Cap. 4.

Cap. 5. De temporibus Iacob, & filij eius Ioſeph.

De Api Rege Argiuorum, quem Aegyptij Serapin nominatum diuino honore coluerunt.

Cap. 6. Quo regnante apud Argiuos, quove apud Aſſyrios, Iacob in Aegypto mortuus ſit.

Cap. 7. Quorum Regum tempore, Ioſeph in Aegypto defunctus eſt. C

Cap. 8. Quorum Regum ætate Moyſes natus ſit, & quorum Deum iiſdem temporibus ſit orta Religio.

Cap. 9. Quando Athenienſium Ciuitas ſit condita, & quam cauſam nominis eius Varro perhibeat.

Quid Varro tradat de nuncupatione Areopagi, & de diluuio Deucalionis.

Cap. 10. Quo tempore Moyſes populum Dei de Aegypto eduxerit: & Ieſu Naue, qui eidem
Cap. 11. ſucceſſit, quorum Regum ætate ſit mortuus.

Cap. 12. De ſacris falſorum Deorum, quæ Reges Græcię illis temporibus inſtituerunt: quæ ab exitu Iſrael de Aegypto, vſquæ ad obitum Ieſu Naue dinumerantur.

Cap. 13. Qualium fabularum figmenta exorta ſint eo tempore, quo Hebręis Iudices pręeſſe cœperunt. D

Cap. 14. De Theologis Poetis.

Cap. 15. De occaſu Regni Argiuorum, quo tempore apud Laurentes Picus Saturni filius Regnum Patris primus accepit.

Cap. 16. De Diomede poſt Troię excidium in Deos relato, cuius ſocij traditi ſunt in volucres eſſe conuerſi.

Cap. 17. De incredibilibus hominum commutationibus quid Varro crediderit.

Cap. 18. Quid credendum ſit de transformationibus, quæ arte Dęmonum, hominibus uidentur accidere.

Cap. 19. Quòd eo tempore Aeneas in Italiam venerit, quo Abdon Iudex præſidebat Hebræis.

Cap. 20. De ſucceſſione Ordinis Regni apud Iſraelitas poſt Iudices. E

Cap. 21. De regibus Latij, quorum primus Aeneas, & duodecimus Auentinus Dij facti ſunt.

Quòd eo tempore Roma ſit condita, quo Regnum Aſſyriorum intercidit, quo Ezechias regnauit in Iudæa.

Cap. 22.

Cap. 23. De Sibylla Erythræa, quæ inter alias Sibyllas cognoſcitur de Chriſto euidentia multa ceciniſſe.

Cap. 24. Quòd regnāte Romulo, ſeptem Sapientes claruerint, quo tempore decem Tribus, quæ Iſrael dicebantur, in captiuitatem à Chaldæis ductæ ſunt, idemq; Romulus mortuus diuino honore donatus eſt.

Qui

A Qui Philoſophi enituerint, regnante apud Romanos Tarquinio Priſco, apud Hebræos Sedechia cum Hieruſalem capta eſt, Templumq. ſubuerſum. *Cap. 25.*

Quòd eo tempore, quo impletis ſeptuaginta annis, Iudæorum eſt reſoluta captiuitas, Romani quoque à dominatu ſunt Regio liberati. *Cap. 26.*

De temporibus Prophetarum, quorum oracula habentur in libris: quique tunc de vocatione gentium multa cecinerunt, quando Romanorum regnum cœpit, Aſſyriorumq. defecit. *Cap. 27.*

Hæc quidem ille diſertè, vt fructuoſiſſimè: Cùm deinde, quæ de lege naturali, diuina, cæteriſque huc ſpectantibus dici poſſent, è paucis Romani Catechiſmi paginis, & ex Dominici Soti eo libro liceat elicere, quem de Iure & iuſtitia inſcripſit, ſed & de lege naturali, Molina Theologus Hiſpanus plura habet, quæ huc ſpectare poſſunt, B ac præſertim Diſputatione prima, vbi de varijs iuſtitiæ acceptionibus: & Quarta diſputatione, vbi de iure naturali rectè diſputat, t 3. diſt. 9. Quin etiam Martinus ab Aſpilcueta Nauarrus, in capite, Nouit, de iudicijs, materiam hanc egregiè perſequitur agens de vtraque poteſtate eccleſiaſtica, & ciuili, erroreſque Iuriſconſultorum aliquos, & nominatim Baldi, meritò reprehendens. Nam quæ hæretici ſolent, neſcientes quid dicant, oblatrare aduerſus vim legum, cùm alij, tum præcipuè Bellarminus Card. optimè confutauit, libro priore Tom. 3. quo ſex quæſtionib. de Magiſtratu Politico ſcribit. Primùm enim agit de ipſa Politica poteſtate, mox de officio eius in rebus Politicis; denique de officio eiuſdem in cauſa Religionis: Rurſus, an hæc poteſtas ſit res bona, ac proinde Chriſtianis licita; Deinde, an per peccatum amittatur. Accedunt aliæ quæſtiones duæ, altera de officio Magiſtratus in Repub. ab ciuium improbi C tate tuenda per leges, ac iudicia ciuilia, & criminalia. Quò pertinet illud, an liceat Chriſtianis leges condere, exercere iudicia, noxios ferire gladio: Hi enim Magiſtratus proprij actus ſunt: Altera de officio Magiſtratus in Rep. ab hoſtibus externis tuenda, Quò etiam ſpectat, num liceat Chriſtianis bella gerere, atque ideo an liceat bellare contra Turcas, id quod bonus Satanæ ſatelles Lutherus inficiari eſt auſus. Præterea illa item duo. Num ad Magiſtratum referẽda ſit religionis cura, an verò permittere poſſit, quiſque vt credat, quod lubeat: Num deinceps ab eodem Magiſtratu multandi ſint libris, bonis, capitib. hęretici, qui ab Eccleſia iudicati, damnatiq. ſint.

Sotus lib. 1. & 2. de Iuſtitia, & iure. *Rob Bell. Car. de controuer. Chriſtianæ fidei aduerſ huius temp hæret. 2 part 1. to. lib. 3.*

Et verò tota ea tractatione idem Bellarminus etiam expendit, Quomodo lex quo ad exiſtentiam pendeat ab legiſlatore, quo ad eſſentiam verò, participatio ſit legis æternę Dei: Quomodo non repugnet libertati, ſed potiùs ſeruiat contrariè eidem liber D tati; Quomodo legibus regi populum ſatiùs ſit, quàm ſolo arbitrio Principis: Quęnã legis diuinę & humanę conformitas (vtar eius verbis) ſit quoad eumdem finem, & diuerſitas quo ad modum & materiam. Legem quoque ciuilem non minus obligare in conſcientia, quam diuinam, licet illa minus firma & ſtabilis ſit, quàm iſta. Hæc, inquã, Bellarminus eodem libro: Nam quę ad Summi Pontificis Romani leges, & iuriſdictionem pertinent, & libro quarto eiuſdem Tomi ab quintodecimo cap. vſq; ad finem libri, deinde item quinto conſequente libro pertractat; quamquam hęc propria ſint eius loci, quo de ſacris Eccleſię Canonibus egimus.

A quonam pendeat lex quo ad exiſtentiam, vel quo ad eſſentiam.

Legem ciuilem obligare conſcientia.

Scio autem in lucem prodijſſe Moſaicarum, & Romanarum legum collationem, ex integris Papiniani, Pauli, Vlpiani, Caij, Modeſtini, aliorumq; veterum Iuris Auctorum libris ante Iuſtiniani Imperatoris tempora deſumptam. Eius titulorum Index E hic eſt. De ſicarijs, & homicidis caſu, vel voluntate. De atroci iniuria. De iure, & ſæuitia Dominorum cohibenda. De adulterijs. De ſtupratorib. De inceſtis. De furibus, & pœna eorum. De falſo teſtimonio. De familiari teſtimonio non admittendo. De depoſito. De abigeis. De incendiarijs. De termino moto. De plagiarijs. De Mathematicis, maleficis, & Manichęis. De legitima ſucceſſione.

Moſaicarum & Romanar. legum collatio.

Similis autem, vel forſan huius ipſius fragmenti, Ioannes Tilius mentionem antea, & Auctorem fecerat Licinium Rufinum, cùm hoc ex antiquiſſima Sequanorum, ſeu potius Mandubiorum Bibliotheca ſit erutum, in qua plus octingentos annos delituit; quod tamen alij negant eſſe Licinij, ideoq. conijciunt extitiſſe cuiuſdam, qui Theodoſij Iunioris temporibus vixerit, poſt Conſulatum ipſius XV. Quo demum *Ioan. Tilius.*

Codex

Codex editus legitur, ex quo hic conſtitutionem retulit vnâ, non omiſſurus (inquiūt) A
vt veriſimile eſt, de homicidio non voluntario Valentiniani ſingularem legem, ſi ta-
men quoque edita, aut in certum Nouellarum corpus redacta fuiſſet. Quin mirantur,
cur hic idem illam de Impudicis legē, non ex Præfecturæ Vrbanę ſcrinijs, ſed ex Theo
doſiano Codice pleniorem recitet, quàm hodie in corpore ipſo extet. Vt vt ſit, ſi Iu-
riſprudentiæ ſtudioſi, humanas cum Diuinis legibus conferant, facile originem & vim
Iuris introſpicient: Cui ſtudio non incommodabunt, quę Bartholomeus Cepolla de
differentia, & congruentia Iuris Canonici & Ciuilis, & Ancona de conformitate Iu-
ris Ciuilis, & differentia cum Theologia, ac alij ſcripto mandarunt.

Vnde Origo, & Vis legum inſpici poſſit.

Aequitas legum. Cap. III.

IAm credo conſtabit, vnde ipſa quoque interior vis ęquitatis, quę legum eſt ani- B
ma, plerumque percepta non ſit. Quod & planius fiet, ſi primo, quod fecimus cū
de Philoſophia generatim locuti ſumus oculorum exemplo vſi, vt mentium er-
rorem in perſpicienda veri natura monſtraremus, idem eodem exemplo in rerum po
liticarum ęquitate ponderanda pręſtemus.

Aequitas legum anima quā ob cauſſā percepta non ſit.

Oculum igitur ne cernat, vel prorſus aſpiciendi vis, atque potentia ſublata, vel ex
trinſecum aliquid prohibet. Hoc verò quattuor prodit è cauſis, ſpecies nimirum, quin
purè admitti queant, impedientibus: humoris craſſitie (puta cholera, vel phlegmate)
feſtuca in oculos incurrente: fumo: puluere. Quibus autem videndi vis omnino de-
eſt, ecquid diſpicient? Sic Gentilis, Iudæus, Hęreticus, in re Fidei, ſublimibusque illis
veritatibus, quæ terminos humani obtutus excedunt; in pietate item, ac cultu, &
ęquitate legum ſępè palpant (quod diuinitus ſcriptum eſt) in meridie, quoniam cæ- C
leſte lumen non habent: Proinde hauriendа iſta ab alto lux primùm eſt. At quibus
illa tantummodò impedimenta ſunt foris, mirum non eſt, ſi interdum in finibus bono
rum & malorum, ſi in Oecumenicis, ſi in Politicis ſępiſſimè labuntur. Humores ſanè
iſtos, quibus interior animi oculus obtenebratur, animi perturbationes eſſe, inquit Ba
ſilius Philoſophus idem, ac Theologus ſanctiſſimus. Et feſtucę peccata ſunt, non ſolū
Auguſtino, ſed & [a] Apoſtolo, & [b] Chriſto. At fumus qui mundanus eſt honor, obeſt
oculo, ni inflammetur: Tum enim Charitas fumum abigit, vt fidenter enumeret Pau-
lus [c] naufragia illa multa, ieiunia, & alia, quæ videlicet in Dei gloriam refert. Puluis
denique carnis lapſus ſunt, qui mentem mirificè excæcant, dum mentis aciem ad cæ-
leſtia factam hebetat ſtimulus ille, ac malleus interni Iebuſęi, qui nos tundit, & cri-
brat. Et pręter iſta ſapienter aſſerunt Perſpectiui, videndi vim ſitam eſſe magis in reb. D
dignoſcendis, quàm cognoſcendis, atque (vt dicam cum ſcholis) in diſtinguendo plus
quàm in apprehendendo.

Vid. D. Aug. in Pſ. 19.
Deute. 28.
Vnde Politici poſſint labi.
Baſil. in pſal. 32.
Augu. 15. de Ver. Domini.
a 1. Cor. 3.
b Matth. 7.
c 2. Cor. 11.

Id quattuor alijs è cauſis intelligitur. Prima, ſi aſpectus fallatur in rebus, quę mo-
ueantur, ſtare eas opinantur. Fluuium procul aſpicis, cuius partes cùm ſimiles ſint,
immobilem putas, at decurrit ille interim, voluiturq. æternùm, donec gentium tem-
pora conſummabuntur, & cęli conquieſcent. Eadem ratio hominis eſt, dies iſtos prę-
terlabentes procul contemplantis, ac quaſi fixa hęc eſſet vita putantis, verùm enimue
rò ſi propius ad rem ipſam accedimus, videmus, alterum ab altero ſingulis diebus in
ſepulturam trudi, & quaſi aquam dilabi. Secunda: cùm non in motu ſolùm, ſed in fi-
gura quoque errat oculus; alterum alterius loco ęſtimans. Sic carnem putas amicā,
ac proinde foues, quę tamen inimica eſt, & in ſeruitutem continenter redigenda. Pro- E
ximum item qui te lęſit, inimicum cenſes; at Iudam Chriſtus Dominus amicum vo-
cauit, dum ſe proderet, cruciq. viliſſimo illo addiceret pretio. Scilicet acutè inſpicien-
dum eſt in Proximi animam, quę diuinum eſt opus, pro qua Chriſtus effudit ſangui-
nem; quę cęleſtis glorię capax effecta eſt; propter cuius ſalutem Angeli, cęliq. ſudant;
vnde tibi extat occaſio promerendę Beatitudinis, ſi relicto munere ſuper altari, vadas
& reconcilieris fratri tuo. Tertia, ſi rectè non numeret, quęve plura ſunt, ea paucio-
ra eſſe arbitretur. Sacerdotium aſſequeris, illico verò prouentus cogitas, in hac una
cogitatione totus verſaris. At primò labor & onus, ipſaq. tot animarū concredita ti-
bi ſalus, obuerſari debent animo, ſi certam inire velis rationem, & integrā inde ſum-

Aſpect' quomodo fallatur ab extrinſecis rebus. Motus.
Figura.
Baſil. 176. de regu. breu.
Matth. 26.
Matth. 5.
Numerus hoc è, diſcreta quantitas.

A

mam deducere. Denique & quarta cauſa eſt, cum erras in quanto continuo, cum quod exiguum eſt, tu mole exiſtimes magnum. Eiuſmodi ſunt, quum ſtudioſiſſimè tēporaria conquirimus, ſempiterna vix ſuſpicimus: ad virtutes pigerrimi & oſcitantes, ad vitia anhelātes & proniſſimi. Quamobrem & in Chriſti officina, eius collyrio inungendi oculi noſtri ſunt, atque ad Diuini numinis claritatem attollendi, vt verę ęquitatis compotes eſſe poſſimus; numquam obliti diuinæ illius ſententiæ: *Hæc eſt* (inquit) *veſtra ſapientia & intellectus coram populis, vt audientes vniuerſi præcepta hæc, dicant: En populus ſapiens, & intelligens, gens magna.* Et rurſus in Pſalmo. *Non fecit taliter omni nationi, & iudicia ſua non manifeſtauit eis.* Ac denique illius Apoſtolici. *Spiritualis omnia diiudicat, & ipſe à nemine iudicatur: Animalis autem homo non percipit ea, quæ Dei ſunt.*

Quantum continuum.
NOTA.
Deut. 4.
Pſal. 147.
1 *Cor.* 2.

B

Et ſanè haud me latet, quæ ſoleant afferri ad procurandam æquitatem: Ingenio quippe, iudicio, eruditione, vſu variarum rerum eſſe opus aiunt, ad rectè iudicandum: Artem porrò æqui & boni adhibendam eſſe, vt & iure ſcripto rectè vtamur, & leges, atque hiſtorias eorumdem temporum pendamus, ex quibus leges illuſtrantur, ne priuilegium pro lege, aut factum accipiatur pro iure; aut cum facto ius confusè miſceatur. Itaque & in ipſo Iuriſprudentiæ aditu eamdem artem æqui & boni rectiſſimè propoſui; Denique Aequitatem eſſe quamdam vniuerſalitatem, ſeu quoddam genus, legem verò deductionem ac ſpeciem, vt legibus, quaſi riuis, aut incilibus aqua continenter ex illo æquitatis fonte deriuetur; ſine qua non ſolùm riui ſtatim exareſcant, & inciles inutiles fiant; verum etiam pernicioſiſſimi ſint Reipublicæ. Hæc inquam, prudenter, ſicut & alij acutè, qui præter Diſtributiuam, & Commutatiuam, Harmo-

C

nicam quoque Iuſtitiam ſeſe primos reperiſſe gloriantur: quò proportiones illæ referantur, quæ Arithmeticæ, Geometricæ, Harmonicæ, dicuntur. Et proportio quidem Arithmetica, eaſdem ſemper cauſas ſiue rationes obtinet; Geometrica ſimiles: Harmonica ex vtraque quidem conflatur, & ab vtraque diſſidet. Itaque cùm Arithmeticā proportionem ſtatuunt hanc 3.9.15.21.27. Geometricam verò 3.9.27.81. Harmonicam denique hanc eſſe oſtendunt, 3.4.6.8.12. in qua etſi ab numero ternarij ipſa quoque incipiat, vterque tamen numerus ſuauiter interſeritur. Sic verò proportionem Arithmeticam, & tamquam Polycleti inflexibilem normam populari adminiſtrationi conuenire, in quibus æqua requiritur dignitatum, officiorum, beneficiorum, pœnarum, publicę pecunię, agrorum armis acquiſitorum, diuiſio: ac proinde antiquitus eamdem Dæmocratiam his tribus verbis deſignare ſolitos fuiſſe: πάντα ζύγοις, καὶ

D

κλήροις: hoc eſt, *Cuncta lancibus, & ſortibus.* Ariſtocratiæ verò, nempe Optimatum, Geometricam propoſitionem, & regulam Lesbiam: vt conſueuerit dicere Plato, ἀεὶ τὸν θεὸν γεωμετρεῖν. hoc eſt Deum ſemper eſſe Geometram. Harmonicam deniq; perfectiſſimæ, in qua nec rigor ille ſit regulæ Polycleti, neque flexibilitas Lesbię; ſed quędam firmitas eiuſmodi, quę pro re nata flecti quidem, ſed & ſtatim dirigi poſſit. Id verò fieri tum, cùm lex, cùm æquitas, cùm legis executio, cùm magiſtratus obligatio inuicem aptè iunguntur. Hæc, inquam, acutè, vt & cordatè, quod inquit Liuius, *Regem hominem eſſe, à quo impetres, vbi ius, vbi iniuſtitia opus ſit, eſſe gratiæ, eſſe beneficio, & iraſci, & ignoſcere poſſe; inter amicum, & inimicum diſcrimen noſſe: leges rem ſurdam, inexorabilem eſſe, ſalubriorem, melioremq; inopi, quàm potenti; nihil laxamenti, nec veniæ habere, ſi modum exceſſeris, periculoſum eſſe in tot humanis erroribus ſola innocentia viuere.*

Quæ procuranda ſunt ad ęquitatē ſeruandam.
De iuſt. et iu. l. 1.
Qui primos ſeſe gloriantur Harmonicam iuſtitiā reperiſſe.
Polycleti Norma.
Cuncta lancibus & ſortibus.
Regula Lesbia.
Harmonica Iuſtitia.
Liuius lib. 2. ab V.C.

E

Verumtamen, vt vt hæc ita habeant, quoniam actionum humanarum, quæ ſuo modo materia Iuriſprudentiæ ſunt, qualitates, & (vt cum Philoſophis loquar) propriæ ſubiecti paſſiones, ijs non omninò patuerunt, iccirco ſæpè mutila fuit legum tractatio, nec quidquam ad perfectum adduxit. Qualitates de quibus egimus in Tract. Theologiæ Practicæ, hæ ſunt: Bonum: Rectum: Laudabile: Meritorium: quæque his aduerſantur: Malum; Peccatum: Culpabile: Demeritorium: Indifferens. Ac priores quidem illę aptari poſſunt quattuor cauſis: Materiali Bonum; Finali rectum, Efficienti laudabile (Quatenus enim liberè agimus, & gratiæ, aut peccato aſſentimur, eatenus rem efficimus laudabilem, aut vituperabilem:) Formali denique Meritorium: Forma enim hæc, quę gratia Dei eſt, opus efficit meritorium. Hęc autem nec antiqui illi Iuriſcō-

Actiones humanę materia Iuriſprudentiæ.
Qualitates Actionū quęnam.

ſulti

ſulti penitiſſimè cognouerunt,ex hæreticis verò noſtri temporis plures aut negarunt, A aut perperam tradiderunt; qui tamen legum humanarum & diuinarum Interpretes eſſe ſunt auſi: Multi verò licet Catholici,quantùm ſaltem initio Chriſtianæ pietati, ſuoq. officio poterat conducere,haud mutuarunt à Theologis vti debebant: Quare factum eſt,vt Iuriſprudentię auditores,quanto plus progreſſi ſunt in volutandis textibus,gloſſis,& gloſſarum commentarijs,tantò magis immenſo illo ac multiplici Labyrintho implicarentur.

Vnde Auditores Iuriſprudētię nō proficiant.

Et faciet poſtea multum ad prudentiam & æquitatem comparandam alta earum ſententiarum deguſtatio,quę huc mox ſubijcientur; mox lectio Rerum publicarum, de quibus ſcripſere ſiue antiquitus,ſiue noſtro ſeculo plures. Addo item eorum, qui documenta de Rege, vel de Principum inſtitutione reliquerunt aptiora. Sic enim varię cuiuſque temporis, vel Imperij leges iuſtiore æquitatis lance librari & explicari poterunt. B

Sententia ex iure ciuili de Benignitate, Aequitate, Rigore. Cap. IIII.

Benignitatis ratio,Iuris rigori pręfertur,l. placuit,C. de Iudic. l. ſi tibi pecuniam, in fi. D. ſi cer. pet.

Benignius eſt nocentem abſoluere,quàm innocentem condemnare, l. abſentem, D. de pœnis.

In re dubia benignior interpretatio ſequenda eſt, l. proximè, D. de his, quę in teſt. del.

In his,quę de bono & ęquo tractanda ſunt, plerumque ſub auctoritate Iuris ſcientię perniciosè erratur, l. ſi ſeruum, §. & Celſus, D. de verbor. oblig.

Iuſtum eſt inhęrere rigori,ſed iuſtius ęquitatem amplecti, l. ſi filius, qui patri, D. de vulg. & pupill. C

Iudex ęquitatem ante oculos ſemper habere debet, l. quod ſi Epheſi, D. de eo; quod certo loco.

Rigor iuris in ſtricta diſputandi ratione conſiſtit, l. ita vulneratus, D. ad legem Aquiliam.

Aequitas nouę cauſę,nouum remedium poſtulat, l. planè, D. vt in poſſ. leg. l. 1. vbi Bald. C. de re iud.

Paria ſunt dicere,hęc lex procedit de ęquitate,illa de rigore,atque hęc corrigit illā, gl. in l. cotem, D. de publ. & vect. Bat. in l. ex hac, D. de donat.

Benignè idem eſt,quod Iuris rigore prętermiſſo,gl. in l. ſi ſtatuliber, D. de ſtatulib. Vbi ius deficit,ęquitas ſupplet,l. in ſumma,§. idem Varus, D. de aqua pl. D

Rigor iuris ſeruatur,cùm ſecundum regulas iuris ſcripti,caſus deciditur; Aequitatis verò conuenientia eſt quædam, à ſcriptis regulis declinans: Bartol. in l. prima, C. de legib.

Rigor & æquitas quid ſint.

Reſpublicę è quarum notitia æquitas comparari poteſt. Cap. V.

Iudæorum reſp. qualis.

Rempublicam autem Iudæorum,Carolus Sigonius ex Diuinis litteris deprōpſit,vt fuſius ſecundo libro Bibliothecę noſtrę Selectę diximus,quę Reſpub. cùm ad Diuinam ſapientiam pertineret,multa inde hauriri poſſunt, quæ ad moralia,iudicialiaq. illorum temporum ſpectabant: Et quamuis vetus Lex abijt, Synagogaq. ſepulta fuit,aliarum tamen legum,quę ijs ſęculis uigebant,probitatem, aut improbitatem inde metiri licebit. E

Ibidem vbi ſupra.

Chriſtianam Rempublicam tum alij,tum aptè poſt Auguſtinum, Oroſium, Lactantium, Nicolaus Sanderus, & Bellarminus Card. poſuerunt ob oculos, ut alibi oſtenſum eſt.

Chriſtiana ciuilis Philoſophia, qualis eſſe debeat.

Chryſoſtomus autem Iauellus,Chriſtianam Ciuilem Philoſophiam egregiè ac ſolidè ſex partibus abſoluit. Vt prima de Ciuitate Chriſtiana:Secunda de Rectore,eius ve Principe:Tertia,quonam conſilio regenda ſit,quaſi nauis in mari fluctuans:Quarta,de Iudicio,ſiue Pretorio,vt in cauſis tam ciuilibus,quàm criminalibus iuſtitia ſeruetur:Quinta,qualis inuicem debeat eſſe Chriſtianus populus,Rectorve,& Princeps:

Sexta,

A Sexta, quibuſnam legibus adminiſtranda ſit Chriſtiana ciuitas.

Et hic quidem Chriſtianam, & Oeconomicam Philoſophiam amplexus eſt mirabili methodo, cùm & Ariſtotelis, atque Platonis eamdem ſic tractaſſet, vt præ iſtis, Chriſtiana, Moralis, Ciuilis, Domeſtica Philoſophia omnium perfectiſſima deprehẽdi poſſit ab iis, in quorum mentibus haud prorſus peccato extincti ſint pietatis, & æquitatis igniculi.

Et B. quidem Thomas ante Chryſoſtomum Iauellum, aureum librum de Regimine Principum ſcripſerat ad Cypri Regem: cuius libri ſumma capita poſuimus, cum Nicolai Macchiauelli impietas alibi à nobis monſtrata eſt. B. Thom. de Regimine Principum.

Et Græcè extant præcepta educationis Regiæ, ab Manuele Paleologo Augusto Imperat. Cæſare Conſtantinopolitano ad Ioannem filium, quibus eum cordatiſſimè
B informat.

Porrò is centum capitibus eam materiam abſoluit, quam quo animo, ac pietate ſcripſerit, pauciſſimis illis verbis, quæ operi præfixit, intelligi poteſt. Ea verò ſic poſita ſunt Græcè.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ ΕΚΑΤΟΝ, ΔΓ ΑΚΡΟΣΤΙΧΙΔΟΣ.
ΒΑΣΙΛΕΥΣ, ΒΑΣΙΛΕΙ
ΜΑΝΟΥΗΛ, ΙΩΑΝΝΗ.
ΠΑΤΗΡ, ΥΙΩ,
ΨΥΧΗΣ, ΨΥΧΗ.
ΚΑΡΠΟΝ, ΤΡΟΦΗΝ.
C ΕΜΗΣ, ΤΗ ΣΗ.
ΟΠΟΙΑΣΟΥΝ, ΑΚΜΑΖΟΥΣΗ.
Η Ο ΘΕΟΣ ΕΙΗ ΚΟΣΜΗΤΩΡ.

Σύνταξις ὧδε. Βασιλεὺς Μανουὴλ πατὴρ βασιλεῖ Ἰωάννῃ υἱῷ καρπὸν ἐμῆς ψυχῆς ὁποίαν τροφὴν τῇ σῇ ψυχῇ ἀκμαζούσῃ δίδωμι ἀναλογοῦσαν, ᾗ θεὸς εἴη κοσμήτωρ. Sic conſtrue Cæſar Manuel pater, Cæſari Ioanni filio, fructum animi mei qualis cibũ animo tuo vegeto (tribuo ſcilicet) cui Deus moderator eſto.

Quæ quidem Latinè ſic habent.

CAPITA CENTVM, QVORVM PRIMAE LITERAE
VERBIS SVBIECTIS CONTINENTVR.
CAESAR, CAESARI,
MANVEL, IOANNI,
PATER, NATO,
ANIMI, ANIMO,
FRVCTVM, CIBVM,
D MEI, TVO,
QVALIS QVALIS VEGETO,
CVI DEVS MODERATOR ESTO.

Sed & eiuſdem Manuelis Imperatoris extant ſeptem orationes, quarum inſcriptiones, ne tanti Imperatoris labores lateant, præſtat hic ponere.

1 De eloquentiæ ſtudio, deq. virtute, ac bono Principe.

2 Quòd bonum eſt, ab omnibus naturaliter diligi; hominem malum etiam ipſi ſibi odio eſſe. Nonnumquam verò & id quòd malum eſt, diligimus, quia bonum eſſe putamus. Itemq. de felicitate, deq. virtute.

3 De electione, deq. voluntario. rum quòd malus non natura, nec extrinſecus, ſed ſua met ipſe culpa ſit malus.

E 4 De voluptate, quòd eam præſtaret ab hac vita prorſus abeſſe.

5 De voluptate, qua precedens oratio refellitur.

6 Peccatum eſſe quiddam longe peſſimum, neminem verò deſperare debere nec de ſeipſo, nec de altero: ſed iudicare ſeipſum, & non alterum: nec eos odiſſe, qui deliquerunt, ſed miſerari. Deq. pœnitentia: & prouidentia Dei, & dilectione, & in homines clementia.

7 De humilitate, atque etiam ex parte de dilectione.

Adiecit autem alia, quæ licet non ſpectent ad id, de quo agimus, ne tamen & iſta excidant, huc apponam. Oratio propitij Principis ad beneuolos ſubditos, qui ætatis in flore ſunt.

Impe-

Imperatoris eiuſdem preces matutinæ, Dei celebrationem continentes, cum pro- A
feſſione pietatis, ac deinde petitionem cum gratiarum actione, & confeſſione mixtam,
Eiuſdem aliæ preces matutinæ: Capita compunctionis, verſibus expoſita. Imago Ve-
ris, in aulæo textili, operis Phrygij. Quibus vſus ſit verbis Perſarum, Scytharumque
Dux ad Turcarum Tyrannum, magna quædam ac ſuperba proferentem, & minis in-
tolerabilem, rebus adhuc proſperis: poſt victoriam verò, diuerſam in partē mutatū.
In formā Pſalmi, de fulmine Agareno, quo tempore Deus populum ſuum reſpexit,
& per hoſtes ſuos illam verſutam belluam necauit.

Tamerlanē Tartarorum Principem intelligit, qui Baiazetū Regem Turcarum cepit, at Turcis, fulmen Agarenum appellatum.

Quod verò ad Latinos attinet, præter Aegidium & alios, ſcripſit hoc ſeculo Oſo-
rius, & Mambrinus Roſeus de Chriſtiano Principe, ac nouiſſimè, è noſtris Petrus Ri-
badeneyra. Qui enim hac de re ab hæreticis, vel neutralibus (quos Auguſtinus ἀμ- B
φοτιρίζοντας vocauit) libri conſcripti ſunt, neque in hac noſtra, neque in alienis Bi-
bliothecis habere poſſunt locum, niſi vt explodantur: Aut ſi quid commodè aliundè
in ſuos libros importarunt, id eorum nomine ne appareat.

Quinam ſcripſerint de officio principis.

Alij item de Rebuſpub. & Regno libros vtiles emiſerunt, è quibus Franciſcus San-
ſouinus congeſſit ſuum, qui Italica lingua anno 1583. prodijt Venetijs in lucem vbe-
rior, quàm antea, apud Altobellum Salicatium. Eo igitur libro agitur de Regnis Gal-
liæ, Germanię, Anglię, Hiſpanico, Turcico, Perſidis, Tuneti, Feſſę, Polonię, Luſitaniæ,
Neapolitano. Deq. curia & Repub. Romana, & Heluetiorum, Raguſea, Spartana, Ia-
nuenſi, Athenienſi, Lucenſi Veneta.

At quæ Xenophon de Cyri educatione, quę magis ad milites, quàm ad Remp. ſpe-
ctat, quæ Iſocrates ad Nicoclem & alios, quæ Plutarchus, quę Agaperus ad Iuſtinia- C
num Auguſtum de Rege, quęve alij hoc de genere ſcripſerunt, quoniam cognita ſunt,
minus hic aggeranda ſunt, quando ſi per vitę huius momentum licuerit, ea quidem in-
terdum legi poterunt, ſin verò hęc quiſpiam Chriſtianis aliorum Auctorum laborib.
quos attigimus, antepoſuerit, is profectò ne uita quidem, ne dicam nomine Chriſtia-
no, dignus erit.

Xenophon. Isocrates. Plutarchus. Agaperus.

Ceterùm, ubi uentum erit propius ad Romanę Reipublicę, & Imperij leges tractan-
das, meminerit ſtudioſus, futuram utilem Caroli Sigonij lectionem de antiquo iure
ciuium Romanorum, ac de uetere iure Italię, ac duorum librorum de antiquo iure Pro-
uinciarum. Quibus quoniam plura continentur quæ ad notitiam ueterum legum
pertinent, uiderint ſtudioſi, ex adiectis illius uiri capitibus, ecquem inde fructum ca-
pere poterunt.

Lectio Caroli Sigonij de vetere iure Italię, ac de antiquo iure Prouinciarum vtilis.

Vetere enim Italię iure expoſitio, deinceps Prouinciarum iura aggreditur explicā- D
da. Itaque primo libro de conficiendarum Prouinciarum ratione diſputaturus, pri-
mùm quid Prouincia fuerit, & quo modo confecta ſit, aperit. Et quoniam Prouinciā
*regionem eſſe reperit, quæ vectigal Populo Romano pendat, ac Magiſtratui eius, qui iuri dicun-
do præſit, obtemperet*, breui de uectigalium generibus prouincijs impoſitis, & de foris,
ac conuentibus ſingulis Prouincijs iuris dicendi cauſa conſtitutis, diſſerit. Quo in lo-
co, quoniam non omnes unius Prouincię ciuitates eodem modo tractatas inuenit, e-
tiam de conditionibus ciuitatum, ut aliæ liberæ, aliæ ſtipendiariæ, aliæ immunes, aliæ
fœderatæ fuerint; & quid in tota ordinanda Prouincia obſeruatum ſit, atque ut ali-
quandò etiam coloniæ, & municipia in Prouincijs inſtituta ſint, docet. Quibus rebus,
quaſi proœmij loco propoſitis, deinceps de ſingulis Prouincijs ſermonem inſtituit.
Quibus finibus: quo ſtatu ante Imperium Romanum fuerint, quàm ſępe cum Populo E
Romano aut ſocietatem coierint, aut bella geſſerint, quibus fœderibus poſt uictę, aut
alio modo in poteſtatem adductæ, in amicitiam venerint; qua uictoria, per quos du-
ces, quibus legibus in Prouincię formam redactæ, ac demum quo iure, quibus conuē-
tibus, quibus uectigalibus, quibus colonijs, ac municipijs inſignitę ſint. In Europa au-
tem numerat Siciliam, Sardiniam cum Corſica, citeriorem, atque ulteriorem Hiſpa-
niam, Gallias, Narbonenſem, & Comatam. Illyricum, Macedoniam, & Achaiam. In
Aſia, Aſiam, Ciliciam, Syriam, Bithyniam cum Ponto, & Cyprum. In Africa, Africā,
Cyrenaicam, cum Creta, Numidiam, & Mauritaniam.

Prouincia quid ſit apud Romanos.

Secundo autem libro de Prouinciarum adminiſtratione acturus, per quos ipſę ad-

Secundo lib. de prouincijs quid cōtineatur.

A miniſtratę ſint,quærit:Et quoniam per Prętores,ac Proconſules à Senatu lectos, gubernatas,in eaq. te magnas mutationes factas reperit,vniuerſa ratione in quattuot tẽ pora diſtributa,quid quoque tempore in mandandis Prouincijs ordine, arqne extra ordinem obſeruatum ſit,planum facit: Quo in loco leges omnes ; quæ de Prouincijs fuerint,explicat. Neque verò ſolùm,vt Prouinciæ mandatę,ſed etiam vt militare imperium in ijs,atque ornamenta Prędidibus prouincialibus data ſint,aperit.Qua diſputatione perfecta,alteram de Prętidum comitatu aggreditur,vt Legatis,Tribunis militum,Centurionibus,Prefectis,Decurionibus,itemq. de miniſtris eorum,cohorte Prętoria,contubernalibus,quales fuerint,& qua ratione delecti ſint. Quibus declaratis, de altero Magiſtratu Prouinciali,Quęſtore, & illius adminiſtris agere incipit: ita vt declarandum nihil ſibi relinquat aliud,quàm quo modo Prędides Imperio in Capito
B lio accepto,vrbe exceſſerint,& quo ordine in Prouinciam iter fecerint, eamq. à deceſſore acceperint. Quo demonſtrato,officium eorum duplex perſequitur; vnum cognoſcendi;alterum,belli gerendi. De cognitione verò diſputans,primum quemadmo dum,& quo ordine priuatas cauſas & publicas iudicarint,quæ multiplex eſt diſputatio,tradit. Vbi de edictis,decretis,iudicijs,quęſtionibus,& vniuerſa iuriſdictionis veteris ratione. Pręterea,de conuentibus habendis,& opera Legatorum, aliorumq. comitum,& miniſtrorum ediſſerit. Deinde de curatione rei frumentarię,tributarię, ac viarię,& de honoribus prouincialibus agit. Rei verò bellicę rationem ita attingit, ut explicet primùm,quemadmodum exercitum acceperint,luſtrauerint, atque correxerint, vt nihil niſi auſpicato,atque litato (falſa illa religione) geſſerint. Deinde verò de poteſtate rei gerẽdę,de conſilio Caſtrenſi,de legibus,quib. impedirentur,de hono
C ribus,qui bene rem gerentibus habebentur. Poſtremò, Quęſtoris etiam officium aperit:atque eum attributam,& vectigalem pecuniam tractaſſe,prędam curaſſe, captiuos vendidiſſe,oſtendit. Quibus omnibus abſolutis, vt Præſes, ac Quæſtor de Prouincia deceſſerint,vt rationes retulerint, vt comites in beneficijs ad ærarium detulerint, & quibus legibus,ac quęſtionibus obnoxij fuerint,maieſtatis,peculatus, repetundarumque oſtendit. Atque his patefactis, totum ius liberi populi Romani ſe breuiter explicuiſſe,ac ſub aſpectum,cùm eſſet diſſipatum,poſuiſſe concludit.

Hęc igitur (vt dixi) ante reliqua legenda ſunt, ut his tamquam gnomone non ſolũ ad aſſequendam facilius Iuriſprudentiam,uerùm etiam quaſi norma æquitatis,ſapienter obliquitatem Ethnicarum & Rerumpub. & legum dignoſcamus.

Nam quę Plato de Republica ſcripſit,commoda ſapientibus,& perfectioribus fuiſ- De Republ. Platonis.
D ſent, ſi quibuſdam reſectis, Fidei lumen acceſſiſſet. Chryſoſtomus igitur Iauellus (uti alibi monſtrauimus) cùm ciuilem eiuſdem Platonis Philoſophiam, ſeptem (vt uo cat) Tractatibus comprehendiſset, De ciuitate, De ciue, De legum conditore, De Repub. De legibus in ſpecie, De Platonis defenſione aduerſus Ariſtotelem; ualde prodeſſet,ſi legatur.

Octo Ariſtotelis Politici libri,multa habent,quę hominum Ingenijs, & uſu firmatis iam moribus congruãt,ut ſenſu communi Philoſophus ille excelluit. Sed & idem Iauellus omnino prælegendus eſt,ubi Politicè hunc diſpoſuit. Libri Politici Ariſtotel: quid contineant.

Et Ariſtoteles quidem priore libro docet,quę generatim pręnoſcenda ſunt: Nempe cur Ciuitas inſtituta ſit,quidq; à domo,pago,uico differat. Ita & de Domino, & de ſeruo,de patre,& de filio,de uiro,& uxore,tamquam partibus domus agit.
E Secundo libro,ueterum ſententias,Socratis,Phaleę,Hippodami,& Lacedæmoniorum,Cretenſium,atque Carthaginienſium Reſpub. improbat. Mox commemoratis conditoribus legum inſignioribus,ut inuicem diſsenſerint,exponit.

Tertio, Reſpub. quaſque probas,improbas diſtinguit in proprias ſpecies:deinde quinam pręeſse debeant: denique de optima adminiſtrandi ratione,quam Regiam uocat,pertractat.

Quarto, de Politijs alijs à Regno, uidelicet de Populari, ac de ea, quę cùm paucorum ſit, dicitur Oligarchia. Pręterea de Optimatum, quæ Ariſtocratia. Tandem de peſſima, quæ Tyrannis eſt; ad extremum de Republic. ijs partibus, quę

ad conſultandum, ad dominandum, ad iudicandum pertinent. A

Quinto, de cauſis tum corrumpentibus, tum ſartas tectas tenentibus Reſpub. in quibus plures præſunt. Quales popularis, paucorum, optimatum, deq; iiſdem vtriſq; cauſis in Monarchia, vnius videlicet Imperio.

Sexto, è quibus, & quonam modo inſtituendæ Reſpublicę ſint minus bonę, ac minus rectæ, quales paucorum, & popularis, quiq; iis præficiendi ſint.

Septimo, de optima Republica, quęcumque dicatur communi nomine Reſpublica, ſiue ſit optimatum, ſiue coniuncta cum Regno; ad quem finem ordinata ſit, quæ debeat eſſe materiæ magnitudo, Regio ciuitatis gubernandæ ab optima Rep. Quales nā in ea debeant eſſe Gubernatores, & quænam partes, quomodo diuidenda, colendaq; ac demum, quibus artibus excolendi ſint ciues in ea.

Octauus continet, quæ ad puerorum, & iuuenum diſciplinam ſpectant, quoue modo in Muſica, & quali inſtituendi ſint. B

CORPORIS CIVILIS, VNIVERSALIS PARTITIO.
Caput VI.

His pręcognitis ſciat Studioſus Ciuile corpus, quod in Europæ Academijs etiamnum eſt in vſu, tribus præcipuè partibus conſtare; Inſtitutionibus, Pandectis, & Codicis Conſtitutionibus, qui nunc præciſè Codex nominatur: cui ad extremum Quattus earum liber additus fuit, quæ deinceps per omne Iuſtiniani Imperium ſcriptę ſunt, quæue tum Nouellæ, tum Authentica dici ſolent. C

Priora illa omnia, Iuſtiniano Cæſare mandante, præcipuè verò Triboniani ſuaſu, & opera, paulò plus triennij ſpatio collecta ſunt. Hic enim Conſtitutiones Imperatorias ex tribus libris, qui Gregorianus, Hermogenianus, & Theodoſianus vocabantur, adhibito quadantenus delectu, vnum in librum redegit, quem Codicem Conſtitutionum Latinè inſcripſit.

Anno Iuſtiniani Imperij 2. Decio Coſ. Indict. 2. Anno Dom 529. Lampridio, et Oreſte Coſſ.

Vix abijt annus, cùm idem Tribonianus, Græcis hominibus, qui tum videbantur Iuriſprudentiæ laude ceteros anteire, ad ſocietatem laboris Iuſtiniani Iuſſu adſcitis, veterum Iuriſconſultorum ſcripta vniuerſa in Principis palatium deportari, atque inde Pandectas confici curauit.

Exeunte triennio, cùm res tota penè perueniſset ad calcem, Iuſtinianus nouo mandato, Inſtitutiones Iuris colligi & ſcribi voluit ex Iuris diſciplinæ elementis, quæ antiqui Iuriſconſulti tradiderant. D

Deinde non ita multo poſt emiſſi ſunt in lucem quinquaginta Digeſtorum, ſeu Pandectarum libri.

Anno Domini 534.

Extat Conſtitutio Imp. De emēd. cod. & 2. eius editi inſcripta, ex xvi. Kal. Decēb. data.

Anno vertente, cùm iam extarent eiuſdem Imperatoris complures de varijs rebus Conſtitutiones, & in his eæ, quæ quinquaginta Deciſiones vulgo nominantur, poſt ſuperiorem illam Codicis editionem promulgatæ, idem Tribonianus, ſocijs quattuot laboris adhibitis, nouiſſimo Imperatoris iuſſu, priorem illum, quem diximus, Codicem recconcinnandum ſuſcepit, cùm, vt poſteriores Conſtitutiones eumdem in librum referrentur; tum, vt quæ ex ſuperioribus mutatæ, atque abrogatæ fuiſsent, eodem ex libro tollerentur. E

Et hæc quidem ad Ciuilis corporis antiqui vniuerſalem partitionem, cui tamen poſtea acceſsere, quæ poſt aliquot ſecula Conſtitutiones prodierunt Friderici III. Imperatoris, & Tractatio de Feudis, quæ poſtremis editionibus interiecta ſunt. At verò Lugdunenſi anni huius ſeculi LXXV. etiam hæc addita ſunt.

Nouellarum Conſtitutionum Iuſtiniani, quæ in ſuperioribus nouem collationibus, varijs locis deſiderantur, collatio decima. Iuliani Patricij Anteceſſoris Conſtantinopolitanæ ciuitatis, in Iuſtiniani Nouellas Conſtitutiones, Epitomata. Pragmatica ſanctio Iuſtiniani, complectens varia capitula. Edicta xiij. Iuſtiniani. Nouellæ

A Nouellæ conſtitutiones Iuſtini. Tyberij de Diuinis domibus conſtitutio. Nouellæ conſtitutiones Leonis. Conſtitutio Zenonis, de nouis operibus. Longobardorum leges, cum gloſſis Caroli Tocci, ſcholijsq. Nicolai Boerij; & alijs gloſſematis, ex vetere manuſcripto iudicio excerptis: adiectis poſtremo Andreæ de Barulo Commentarijs. Et verò hæc ſunt Imperatorum, & Francorum Regum nomina, qui eas leges condiderunt, quæ Longobardæ dicuntur. Carolus Magnus: Ludouicus Imperator, & Rex Galliæ: Lotharius Imperator, & Rex Galliæ: Pipinus Rex Galliæ: Guido, Ottho, Henricus, Conradus, Carolus IV. Imperatores. Corpus legum, ſiue Epitome Iuris ciuilis, per modum Inſtitutionum, ab incerto Auctore in compendium diligentiùs redactum ex vetuſtiſſima Bibliotheca nuper emiſſum: adiectis in margine per Pardulphum Prateium locis, ex quibus tranſcriptum fuit. Caij Inſtitutionum libri duo.

Leges Longobardæ à quibus conditę.

Pandectæ.

B Extant etiam Pandectę, anno huius ſeculi ſeptuageſimo quinto, ex officina Chriſtophori Plantini Antuerpię; hac inſcriptione. *Sacratiſſimi Principis Iuſtiniani, Iuris enucleati, ex omni vetere iure collecti Digeſtorum, ſeu Pandectarum libri quinquaginta:* cum breuiſſimis doctiſſimorum quorumdam Iuriſconſultorū annotationib. in margine adſcriptis: Quibus plerique loci vel reſtituuntur, vel diligenter explicantur: Opera & diligentia Ludouici Charondæ.

Eodem anno huius ſeculi ex eadem Plantini officina prodierunt. *PP. Aug. Codicis Iuſtiniani repetitæ prælectionis libri duodecim:* permultis Gręcis Latinisq. Conſtitutionibus, Inſcriptionib. legum contrariarum, & obſcurarum interpretationibus, argumentis, ſiue ſummarijs (vt vocant) præter alias editiones aucti, & locupletati, opera & diligentia Ludouici Charondæ IC. Fatetur autem Charondas, præter Concij, & Ruſ-

Ludouicus Charondas. Libri repetitæ prælectionis.

C ſardi adnotationes, Iuriſconſultorum ſe alias multas adieciſſe, tum ab alijs acceptas, tum à ſe obſeruatas. Ponit deinde Imperatorum nomina, quorum Conſtitutiones, duodecim libris Codicis ſunt inſertę. Poſteà literarū notas, quę per duodecim libros Codicis, vel in Conſtitutionum inſcriptionibus, vel temporum denotationibus, inde viſuntur, ne cui forte caliginem obijciant.

Acceſſerunt Chronici canones, Faſti Regij, & Conſulares, vſque ad Iuſtiniani mortem ex alijs auctoribus collecti, Antonio Concio Auctore, qui profeſſus eſt Biturigis Iuriſprudentiam, quiq. quamuis dicat, ſe adferre certiſſimam demonſtrationē primæ, ſecundę, & tertię ętatis hominum, & temporis, quod fluxit à creatione Mundi, deinde item quartæ, & quintæ ex ſeptuaginta Interpretibus, ex editione ſecundum Hebræos, ex ea, quæ fuit Interpretum ſeptuaginta, quam ſic emendari debere Auguſtin.

Antonius Concius.

D & Hieronymus aiunt, & editione Gręca Septuaginta, quæ ab Aldo, & Complutenſibus, & Germanis impreſſa circumferebantur, Funccium verò, ubi agit de quarta ætate, expendat, & confutet, quemadmodum & facit alicubi Onuphrium, quaſi mendoſos codices ſequutum, quem ait falſo aſſerere, Euſebium ſcribere, Romam conditam eſſe anno tertio ſextæ Olympiadis; conferendus eſt tamen cum eodem Antonio Cōcio Gilbertus Genebrardus, quem plures ſequuntur vt meliorem, qui hactenus prodierit, in ijs ętatibus percenſendis, deinde item alij, ac pręcipuè Alexander Scultetus: de quibus dictum eſt, vbi de Apparatu ad Diuinam hiſtoriam legendam egimus, tractatione de Chronographis magis veracibus.

De Chronologia Funccij quid ſentiendum videatur. Gilbert Genebrard optimus Chronographus. Bibl. ſelecta libr.

Adiecit Concius Faſtos Conſulares, à primo Vrbis Romæ Cōnſule Bruto, ad vltimum Baſilium, & Iuſtiniani mortem. Præterea Chronologiam annorum, & Con-

E ſulum, & Indictionum Imperij Iuſtiniani; in qua continetur, quas, quibus annis leges, & quos iuris libros promulgauerit, aut compoſuerit. Addit perorationem ipſe Concius, cum breui Synoptico; quà oſtendit ſummam omnium annorum, ab origine Mundi vſque ad Chriſtum, 5.508. quæ ſumma ſupputatis annis, qui fluxere à Chriſto Domino nato, vſque ad hunc huius ſeculi nonageſimum, eſſent ſeptem millia & octoginta octo. Sed fallitur, errorem ſecutus ſupputationis Gręcorum temporum, vt Genebrardus oſtendit: cùm verò etiam inter rationes alias mihi videatur Synodi VI. Generalis auctoritate niti, quaſi hæc Græcorum Chronologia vſa ſit, forταſſe hoc non dixiſſet, ſi perpendiſſet, hanc Synodum legitimam non fuiſſe, quem-

Concius fallitur in Annorum ſupputatione.

admodum nos Refutatione contra Chytræum fuſius oſtendimus. Edidit porrò Plantinus cum eodem Codice, Authenticas, ſeu Nouellas Conſtitutiones Iuſtiniani cum vetere tranſlatione tunc primum Antonij Concij opera appoſita. Acceſſit Gregorij Haloandri verſio; collata cum Græco Scrimgeri exemplari. Et plures additæ ſunt Conſtitutiones, quæ hactenus deſiderabantur; additæ inquam, à Ludouico Charonda, qui quoniam à Concio Conſtitutiones Imppp. Iuſtini, Tyberij, ac Leonis, Græcæ, ac Latinę fuerant emiſſę in lucem, ſtatuit & ipſe alias aliorum Imppp. adijcere, & eas quidem, quas Enimundus Bonefidius non ita multo antea emiſerat. Plures autē alias ex Baſilicis (ait) Charondas ſe edere ſtatuerat; ſed quia eas ſe editurum omnes polli- A

Epiſt. ad Philippum Kalenum. citus eſt Cuiacius, ſatis habuit hac opera Iuris ſtudioſos adiuuiſſe. His Conſtitutionibus additi ſunt Gręcè & Latinè Apoſtolorum Canones: Deinde Conſuetudines feudorum: Mox Conſtitutiones Friderici Secundi; Et Extrauagantes, quas nonnulli vndecimam Conſtitutionem appellant: Ac demum liber de pace Conſtantiæ, compoſita inter Imperatorem Fridericum, & filium eius Henricum, & quoſdam nobiles Alemaniæ ex vna parte, & Ciuitates Lombardiæ, Marchiæ, & Romandiolę ex altera. Ceterum notandum eſt, à Ioanne Molano Apoſtolico, & Regio cenſore, fuiſſe his Conſtitutionibus addita in fine hęc verba. B

Hæc Græcolatina opuſcula utiliter edentur cum corpore Iuris Ciuilis; ſed meminerit lector, quædam in eis eſſe Græcorum, quæ Romana Eccleſia non probat.

Hęc quidem Molanus: cuius verbis addendum eſt, Romanam Eccleſiam ideo nō probare ea, quæ inſerta ſunt, quòd peſſima ſint, neque à quoque legenda, niſi cui ab Eccleſia Romana permiſſum ſit, ad confutandas ſeu calumnias, ſeu errores, quibus ſcatent. C

Cautio in operib. editis per Conciū. Tandem poſt Cōſuetudines feudorum adiecti ſunt quattuor libri Inſtitutionum Iuſtiniani; in quarum editione Charondas vſum ſe eſſe inquit, non ſolùm opera Cōcij, & Ruſſardi, verùm etiam multis libris manuſcriptis, maximè illo, quem ex Dionyſiana Bibliotheca acceptum, ceteris integriorem eſſe obſeruauit. Prętereà ſunt Notę, ſeu varietates lectionum in margine. Poſtea eſt Index rerum, & verborum copioſiſſimus, ordine Alphabetico. Deinde Index omnium legum, quæ libris Pandectarum continentur, ordine Alphabetico. Deinde leges omnes totius Codicis per literas, eo ordine, vt quas Gręcas, aut non ante excuſas ſuis locis inſeruerant, earum ſedem & nomēclaturam à Latina tralatione, aptato illi numero, additoq́ aſteriſco, commonſtrarunt. Prętereà, Index omnium Paragraphorum Inſtitutionum Imperialium, ordine Alphabeti. Denique Indices Titulorum, Primus qui in Pandectis, Secundus qui in Codice, Tertius qui in Nouellis ponuntur. Ad extremum coniunctiones Titulorum, ſiue Rubricarum vtriuſque Iuris, rectè, atque ordine digeſtę, opera Theodori Stratmani I.C. D

Sciendum eſt autem, veteres quoque laboraſſe, vt Ius ciuile in ordinem, breuitatemq́ue redigeretur. Citatur Labeo lib. 4. Poſteriorum, à Iabolono ἐπιτομευθέντων. Item lib. 1. πιθανῶν à Paulo in Epitomen redactorum. Hermogenianus quoque ſex libros conſcripſit Iuris ἐπιτομῶν. Et Paulus libros tres ἐπιτομῶν Alpheni Digeſtorum. Voluſius quoque Mętianus legem Rhodiam in Epitomen contraxit.

Labeo Labolenus. Paulus. Alphenus. Voluſius.

Baſilius. Conſtantinus. Leo. Poſt Iuſtiniani Imperium multis annis, Baſilius, Conſtantinus, & Leo, legum volumen ediderunt πρόχειρον vocatum, quo leges compendioſè complectebantur, & per Epitomen enarrabant. In quo cùm multa eſſent confuſa, Conſtantinus Harmenopulus omiſſa ſupplere, confuſa diſtinguere, ac totum penè opus diſſolutum abſoluere conatus eſt, eumdemq́. titulum ſuę Epitome attribuit, vt πρόχειρον quoque vocaretur, uel ἑξάβιβλος, quoniam in ſex libros erat diſtributa. E

Conſtantinus Harmenopulus.

De Harmenopulo. Hic verò Harmenopoli liber perutilis ei fuerit, qui in Republica verſari velit, quiue ſcire cupiat, quo iure, & cum liberis ſuis, propinquisq́. & ciuibus, ceterisq́. hominib. ſibi viuendum ſit. Rerum autem ordinem quum Bernardus à Rey, qui primus Harmenopulum in Latinam linguam conuertit, oſtendat eſſe non contemnendum, tum apertè monſtrat, qualis is ſit, ea epiſtola, quam ſuę verſioni pręfixit.

A Porrò ab initijs Vrbis opus ſuum auſpicatur; Mox de origine Iuris, atque proceſſu; Poſtea de legibus, De conſtitutione iudicij, De reſtitutionibus in integrum, De iure perſonarum fusè agit: ac tamen ita, vt videatur eſſe ſuperuacaneum. Ex præfatione denique ipſius Conſtantini in leges, quæ eſt poſt præfationem & exhortationem ad Iudices, conſtat, quid iudicauerit de libro illo legum, quem Baſilius, Conſtantinus, ac Leo Prochiron inſcripſerunt. — Vide in epiſtola nuncupatoria Bernardi à Rey.

Ceterum quoniam noſtro hoc ſeculo Dionyſius Gothifredus edidit corpus iuris, quod in Gallia apud non paucos eſt in vſu, ſciant ſtudioſi, pleraque in eo inſperſa fuiſſe, aduerſus Romanum Pontificem, & alios, quæ indigna ſunt lectu: neque verò reliqua omnia, licet doctas quaſdam adnotationes ei adiunxerit, eſſe tanti, quin maturius ab ijs perpendēda ſint, quib. eaſdē decurrere permiſſum fuerit ab Eccleſia Catholica.

B

Inſtitutionum iuris ciuilis Materia, Partitio, Cautiones. Cap. VII.

IVdicia, quorum partes neceſſariò noſcendæ ſunt futuro Iuriſconſulto, conſtant Actore, & Reo, nempe ijs, qui litem gerunt: cauſa conſtituendi Iudicij, quæ quidem propter Res, uel Obligationes inſtituitur: poſtulat enim quiſque quod ſuū eſt, aut ſibi deberi putat: certa item ratione conſtituendorum, & exercendorum Iudiciorum. — Iudicium. Actor. Reus. Cauſa conſtituendi iudicij. Certa ratio conſtituēdorū iudiciorū.

De his omnibus cum eſſet agendum, Iuſtinianus ea, quæ de Iure, & conditione perſonarum erant dicenda; nempe de Liberis; Seruis; Libertinis; Ingenuis: Patribusfam. Filijsfam. Puberibus; Impuberibus: Pupillis: Tutoribus: Adultis; Curatoribus: ita retulit in priorem Inſtitutionum librum, ut mox planius fieret, quibus eorum acquirendi, uel alienandi rerum dominia, obligandi, vel ſub obligationem ueniendi ius eſſet. — Primus liber Inſtitutionū Iuſtiniani q̃d contineat.

C

Proximo loco egit, quibus modis tum ſingulæ, tum vniuerſę res acquiruntur. Sic enim perſpici poteſt, num iure ſuam aliquis rem eſſe intendat. Oſtendit autem, res ſingulas fieri noſtras, partim iure gentium, uti occupatione, traditione: Partim ciuili Iure, uelut uſucapione, in iure ceſſione; Vniuerſas autem, modis à Iure ciuili inſtitutis, uelut, hęreditate, arrogatione; bonorum emptione, Hæreditates porrò tum teſtamento, tum ab inteſtato nobis obuenire. — Quid ſecundus.

Præter hęc ad obligationes tranſit, quorum indicat oriri alias è rerum contractib. qui emendo, locando, credendis pecunijs, habentur. Alias è priuatis delictis, furto, rapina, iniuria. — Quid tertius & quartus.

D Iam cùm actum eſſet, & à quibus perſonis, & quibus de cauſis lites inſtituuntur, ad Actiones accedit. Qua uoce deſignat omnem Iudiciorum ordinem, nimirum omnes litium inſtituendarum, & diſceptandarum formulas (qui dici ſolet procedēdi modus) ſiue ad Actorem, aut Reum; ſiue ad Prętorem, ſiue ad Iudicem, Arbitrumve res pertineant. Itaque cùm fuſius eorum qui ſunt Actores, intentiones explicat, tum Reorum exceptiones, ac defenſiones tradit: ac poſtremò de Prętorum interdictis, Iudicumque officio diſſerit.

Cùm autem hęc omnia ſpectent, uel ad efficientem cauſam, quę de perſonis, uel ad materiam, quę de rebus: uel ad formam, quę de actionibus dicuntur: Idcirco tres tantummodo tribus hiſce partibus libri uiderentur poſſe conſtitui (de fine enim, hoc eſt, cauſa finali, non erat cur tractaretur, quando uniuerſa hæc cauſa uerſatur in rerum iudicatarum euentis.) At quoniam ſecundus liber nimium excreſceret, in quem unum tota illa de rebus, & obligationibus diſputatio cōferretur; idcirco rectè hunc in duos libros aliqui partiti ſunt, alter ut ſit de rebus, alter de obligationibus: rectiore, inquā, ſectione, quàm, quę uulgo circunfertur (ſiue Triboniani, ſeu poſteriorum temporum lapſu.) Ea enim habet initio tertij libri Titulos de hęreditatibus, quę ab inteſtato deferuntur; quarti autem de obligationibus ex delicto. Vt certè abſurdiſſimum eſſe dicant trium diuerſarum tractationum partes à genere ſuo diuulſas eſſe, alienas à Methodo, quę tamquam clauus eſt nauis; & ab eo, quod ex Ariſtotele celebre eſt, dicente, tum à nobis cognoſci compoſitum, cùm ſcimus, quę & quales ſint partes, unde conflatur. — Quomodo fit peccatum in diuiſione. Inſtitutorū. Ariſt. 1. Phyſ. cap. 1.

E

Porrò Tabula confecta eſt, non inutilis ijs, qui totam quaſi Iuris machinam vno aſpectu hauſturi, ſciant deinceps, quo quidque loco diſtinctius aut locatum ſit, aut locandum, eam verò in finem huius operis, vti & alias, tranſtulimus. A

Cautiones vtiliſſimæ. *Cap. VIII.*

HAec cùm ita ſint, & verò ab Iuſtiniani Inſtitutionibus ſoleant vbique Iuriſprudentiæ fundamenta iaci, profectò cuiuſmodi hæc fuerint, ſperandum eſt eiuſmodi fore, quidquid ſuperſtruetur, videlicet ex ſolidiſſimis ſolidiſſimũ.

Verborũ & ſententiarũ intelligẽtia. Ratio eas tradendi. Pietatis aptatio.

At ſoliditatem hanc, cum ijs, quæ initiò de origine, & æquitate iuris dicta ſunt, pariet tria: Verborum, & ſententiarum intelligentia: Tradendi eas ratio pro Iuuentutis captu, vitæq. noſtræ breuiſſimo ſpatio: Pietatis demum, ſine qua veritas euertitur, & ſummum ius ſumma fit iniuſtitia, ſuis quibusque locis aptatio. B

Neceſsitas peritiæ Latinæ & Græcæ linguæ.

Ad verborum, & ſententiarum intelligentiam cùm Latinæ, tum Græcæ linguæ peritia vtiliſſima eſt, ne dicam prorſus neceſſaria.

Latinæ linguæ Maieſtatem, quoniam Iuriſcõſulti veteres vnà cum Romanis Impp. mordicus retinuerunt, niſi iuris Interpretes, ſtudioſiq; calluerint, atque adeo adamauerint, ſæpiſſimè errabunt, impingent, ſomniabunt, quæ numquam ſomniarunt, qui leges nobis tradiderunt.

Val. Max. lib. 2. cap. 2. Romani veteres quanti linguam Latinã fecerint.

Magiſtratus priſci (inquit Valerius Max.) *quantopere ſuam populiq. Romani Maieſtatem retinentes, ſe geſſerint, hinc cognoſci poteſt, quod inter cetera obtinendæ grauitatis indicia, illud quoque magna cum perſeuerantia cuſtodiebant, ne Græcis vnquam, niſi Latinè reſponſa darent: quin etiam ipſa linguæ volubilitate, qua plurimum valent, excuſſa, per interpretem loqui cogebant non in vrbe tantùm noſtra, ſed etiam in Græcia, & Aſia: quo ſcilicet Latinæ vocis honos per omnes gentes venerabilior diffunderetur: nec illis deerant ſtudia doctrinæ, ſed nulla non in re pallium togæ ſubijci debere arbitrabantur, indignum eſſe exiſtimantes, illecebris & ſuauitati literarum, Imperij pondus, & auctoritatem donari.* Hæc ille. C

Sueton. in Tiberio. cap. 71.

Sermone Græco (ait Suetonius de Tiberio) *quamquam aliàs promptus & facilis, non tamen vſquequaque vſus eſt, abſtinuitq; maximè in Senatu, adeo quidem, vt monopolium nominaturus, veniam poſtularit, quod ſibi verbo peregrino vtendum eſſet, atque in quodam Decreto Patrum cùm ἔμβλημα recitaretur, commutandum cenſuit, & pro peregrina, noſtratem requirendum, aut ſi non reperiretur, vel pluribus, vel per ambitum verborum, rem enunciandam: Militem quoque Græcè teſtimonium interrogatum, niſi Latinè, reſpondere vetuit.* Hæc Suetonius. Eadem ferè de ipſo teſtatur Dio. Atque de Claudio ſcribitur, quòd ſplendidum virum, Græciæq; Prouinciæ Principem, verùm Latini ſermonis ignarum, nõ modò albo Iudicum eraſit, ſed etiam in peregrinatem redegit. D

Dio. hiſt. Roman. lib. 57. Suet. in Claudio, ca. 16. Gellius lib. 13. Noct. Att. cap. 10. Inſtitutiones iuris ciuilis ſunt eleganti ſermone ſcriptæ.

Cùm autem Labeo, Vlpianus, Paulus, Scæuola, & reliqui, toti pene in eo ſint, vt legum, edictorum, teſtamentorum, ſtipulationum verba interpretentur, atque ab ijs decerpta ſint propemodum omnia, quæ leguntur in Inſtitutionibus, ecquid aſſequentur, quibus Latina lingua fuerit barbara, cùm ipſi potius, quoniam Latinæ linguæ barbari fuerint, barbariem loco veritatis, ac plerumque iniuriam pro iuſtitia ſint propagaturi.

Labeo (inquit Gellius) *Iuris quidem ciuilis diſciplinam Principali ſtudio exercuit, & conſulentibus de iure publicè reſponſitauit, ceterarumq. bonarum artium non expers fuit, & in Grammaticam ſeſe, Dialecticam, literasq. antiquiores penetrauerat, Latinarumq. vocum origines, rationesq. percalluerat: eaq. præcipuè ſcientia, ad enodandos pleroſque Iuris laqueos, vtebatur.* Hæc Gellius. E

Pandectæ ſũt iuris fontes, & elegantiſsimè ſcriptæ.

Legum verò fontes, ipſas Pandectas, ante paucos annos, quoniam in hac re (uti mox dicetur) Politianus, Haloander, Budæus, Alciatus, Zaſius (qui legi non debet niſi expurgatus) Viglius, Pyrrhus, Antonius Auguſtinus, qui poſtea fuit Epiſcopus Tarraconenſis, & reliqui non ſudauerant, habebamus corruptiſſimos, vitæq; magna pars comminiſcendis nenijs conſumebatur, Latinæ linguæ inſcitia. Quod ſi Accurſius infeliciore ſeculo natus, reuiuiſceret, ecquid (putamus) diceret? qui cùm ſummo labore, ſcripturæ varietatem ſignificare, ac verborum origines, & ſignificationes ex omnibus omnium generum libris elicere conatus fuerit, ſummamque curam in toto Iure ciuili

decla-

A declarando, ſimilibus, contrarijsque locis adſcriptis, oſtenderit, linguæ tamen Latinæ interiore notitia, & ſibi, & innumeris alijs faceſſiuit negotium, iudicijque ſui, cæteroquin acris & ſolidi, famam obſcurauit.

Accurſij labor hodie inanis.

Accedit altera neceſſitas ex ipſa vocum varia notione, atque (vt aiunt ſignificatione, profecta. Quædam enim in iure, mediæ ſunt ſignificationis, vti *dolus, fides, venenum, exauctorare*, &c. Nonnullæ plenioris, vt *hæres, iuſtum*. Aliæ antiquiores, vti *nexus, res mancipi, Libripens, familæ emptor, expenſum acceptumque ferre, redimere faciendum*. Aliquæ in alteram tranſiuere notione, vt *fiſcus, hoſpes, perduellio, ordo pro ſtatu, publicum* pro vectigali: Reliquæ Iuriſconſultorum ſic propriæ ſunt, vt ab ſcriptoribus alijs receptæ non ſint, quales illæ *repetita die repromittere, per aduerſionem locare, vel conducere, caſtratus* pro eunucho natiuo, *Veſpertilio* pro lucitioſo. Plures item
B apud probatos alios Auctores, quæ quidem in Pandectis haud proprio ſignificatu ſcripta ſunt, veluti *fiducia, ſponſio, mancipatio, mancupi emptio, ſecta*: Aliæ Auctoribus alijs communes, ſed ab Iuriſconſultorum vulgo perperam intellectæ, vt *annua, bima, trima, die*, atque huiuſmodi multa, quæ cum alij, tum Claudius Cantiuncula libro de Ratione ſtudij legalis, prudenter monet eſſe obſeruanda: In quo tamen Auctore, cum pauciſſima imperſa ſint, qualia de Eraſmo, qui nondum erat planè cognitus, aut prohibitus, ea eradenda ſunt. Et certè experiuntur, qui ab linguæ Latinę peritia inermes accedũt ad leges, ſibi potius Calepinum, quàm Iuſtinianum, & Grammaticem pluſquã Iuris Inſtitutiones, eſſe verſandas.

Vocum in iure obſcuritas.

Claudius Cãtiuncula.

Iam quoniam Caij duos libros Inſtitutionum habemus, vnde pleraque deſumpta ſunt, quæ in Iuſtiniani Inſtitutionibus cernimus, expediet, & eum & Codices Theo-
C doſianum, Gregorianum, & Hermogenianum interdum legere, quantum ſatis erit ipſis genuinis vocum, & phraſum notionibus inde hauriendis, præſertim quòd & antiquæ Theodoſiani Codicis Annotationes, magnam afferunt lucem ad ipſarum legum cognitionem percipiendam.

Caij Inſtitutiones.

Et Lexicon quidem, ſiue Dictionarium Iuris Ciuilis extat à varijs vel collectum, vel auctum, quod magno vſui ſolet eſſe, non ſolùm tyronibus, verùm etiam ætate ac ſtudio prouectis. Sed quoniam ab Hæreticis ſæpè fœdatum eſt, aut illatis hæreticorum Miniſtrorum auctoritatibus, vti Melanchthonis, & iſtiuſmodi aliarum peſtiũ: aut latenti hæreſum inſperſione in dedicatorijs Epiſtolis, ſiue additis ad extremum opuſculis: idcirco omninò curandum eſt, vt quæ huiuſmodi ſunt, prorſus ablegentur. Cũ verò Albericus Roſatius, quem Alciatus, & alij interdum nominant, iam ante com-
D plures annos voces Iuris collegerit, ac proinde auctor penè iſtius laboris fuerit, Pardulphus autem Prateius duos libros hac de re, præter alia ſcripſerit, haud erit difficile ijs, qui Chriſtianæ Reip. præſunt, vt vel idem Alberici, vel Prateij labor, reliquorum melioribus & ſanis additionibus auctus, ac nominibus Hæreticorum ſuppreſſis (quod & nonnumquam in Calepino apud Catholicos factum eſt bona fide) eorumdem Roſatij, & Prateij nomine inſcriptus edatur in lucem.

Dictionariũ Iuris Ciuilis.

Albericus Roſatius. Pardulphus Prateius.

NOTA.

Græca Linguæ neceſſitas.

VT autem Romana lingua alias ornauit, illuſtrauit, perfecit; ſic viciſſim ipſa à Græca, ornata, illuſtrata, perfecta eſt. Itaque ſi in reliquis diſciplinis (quod alibi oſtenſum eſt) neceſſitas eius apparuit; multò magis in Romanis legi-
E bus, Iureque Ciuili conſtabit. Ad explicandas ſanè dictiones illas, quæ magnam habent emphaſim; Ad idiotiſmum phraſum, quæ ab ea uſurpatæ ſunt; Ad menda corrigenda, quæ Typographorum, vel Amanuenſium incuria paſſim irrepſerunt; Ad intelligenda loca, quæ planius ab Interpretibus verti poterant; ad declinandos errores, ex Latini ſermonis Amphibologia; Et denique ad eas uoces percipiendas, quæ in editionibus Latinis, atque in ipſo foro remanſerunt, nemo paulò perſpicacior non intelliget ſummam Græcæ Linguæ vtilitatem, ac neceſſitatem. Plenæ ſunt Iuſtiniani Conſtitutiones, Theophili, & Conſtantini, aliorumque Græcorum libri. Latinis illis vocibus. *Dominium, Legatarius, Mandatarius, Donatarius, Suus Hæres*, & huiuſmodi

Vide in Auctoris Tractatiõe de Theologia controuerſa cũ Græcis.

Latina nomina iuri Ciuili Græco inſerta.

Herennius Modeſtinus libro ſingulari Excuſationũ. Politianus, et Haloãder notantur.

modi artis vocabulis: quin & illis; κυράτωρ, κυρατορεύειν, ἐξκυσάτιο, πάτρων, λήγατος, A
& huiuſmodi ſexcentis, quæ ideo moleſta erant Herennio Modeſtino, dum Græcè Latina (vt ille inquit) iura docebat. Sic Latini Conſulti, *Hypotheca, Chirographo, Emphyteuſi, ſitonia, heremodicio, orphanatropho, xeno, archigeronte, dioicesi, epiſtalmate, thlibys, cantharidibus,* atque alijs pleriſque nominibus Græcis vtuntur. Et notatur propterea vel Politianus, vel Haloander, quod Græcarum Pandectarum Notas vel ille nõ diligentiſſimè, vel hic re uera numquam uiderit, licet eas ſe proferre pollicebatur. Taceo multa in Digeſtis Græco dicendi genere ſcripta: quòd cùm Græca natio uenir in Romanæ poteſtatem, Linguæ ſuæ copiam, & artem ſecum in Vrbem intulit. Id quod & Priſcianus olim, & Gulielmus Budæus in noſtris quoque legibus meminit. Conſtat autem Tribonianum, ea, quæ à Iureconſultis Græcè inuenit ſcripta, eadem lingua deſcribi curaſſe; & hodieque in Pandectis Florentinis extare Græca reſponſa. Au B
thẽrica quoque ipſa Gręcè fuiſſe ſcripta, quæ vix paucos ante annos intelligi poterãt

Duodecim tabulæ, ex Græcia petitæ.
M. T. 1 Offic. & in lib. de ſenect.

Linguę Gręcè ignoratione. Duodecim uerò legum Tabulas maxima ex parte è Græcia delatas, quemadmodum & Philoſophiam, omneſque ingenuas artes, quę Iuriſconſulto maximè commodant, Gręcè fuiſſe traditas. Græca ideo, ut cum Latinis ſemper coniungeret, & Tullius filio erat auctor, & idem ipſe, ac Quinctilianus M. Catonem Cenſorium, eumdem Oratorem, eumdem Hiſtorię conditorem, eumdem Iuris, eumdem rerum ruſticarum peritiſſimum, inter tot operas militię, tantas domi contentiones, rudi ſęculo literas Gręcas, ſenem etiam, ętateque iam declinata didiciſſe.

Hinc fit, ut Interpretes Gręci, etſi Romanę antiquitatis ignoratione labi potuerũt, & adeo lapſi ſunt, magno tamen pręſidio ſunt ijs, qui in hac diſciplina cupiunt excellere. Sanè Gręca lingua familiaris fuit Modeſtino, Papiniano, & Scęuolę, alijſque omnibus, è quorum libris Digeſta conſcripta ſunt, ac quę nunc omnium manibus teruntur, cùm addiſcuntur breuiore temporis ſpatio, tum eorumdem interpretationibus C
magnopere iuuamur ad ea, quę amiſimus, reſtituenda.

Anton. Aug. Emendat. Iuris Ciu. lib. 3. cap. 8.

Atqui Theophilo, pręter non ita multos in eadem antiquitate lapſus, qui Iuſtiniani Inſtitutiones conuertit in Gręcam linguam, nullo alio ad eos libros intelligendos eſſe aptiorem, ſcripſit Antonius Auguſtinus, ac reliqui poſtea comprobarunt.

Methodus, & ratio interpretandi Inſtitutiones Iuſtiniani. Cap. IX.

CVm uerò plurimi Inſtitutiones Iuſtiniani explanauerint, petenda uidetur iſtorum ſtudiorum ratio ex Syluestro Aldobrandino, & Vviglio Zuichemo, quibus ſi quis addere voluerit Ioachimum Mynſingerum, & Franciſcum Hotomanum, meminerit, ne manum, admoueat ijs, qui Eccleſię permiſſu non ſunt editi, D
neque emaculati: Quod dico, ne quem fallant alieni, & fallaces typi Hęreticarum Ciuitatum, cùm & ijdem, quibus Eccleſię lima non fuit adhibita occaſionem errandi aliquando prębere potuerint.

Syluester Aldobrandinus CLEMENTIS VIII. Pont. Max. Parens.

Et Aldobrandinus quidem, vir excellenti eruditione & pietate, CLEMENTIS VIII. Pont. Maximi, & Ioannis olim Cardinalis Pater (ut è fructibus agnoſcatur arbor) licet in priorem tantum librum Inſtitutionum Iuſtiniani ſcripſit, alias uerò Annotationes breuiores in omnes libros ediderat, certus eſt dux adoleſcentibus, quem ſequantur, quique eos porrecta manu, in ęquiorem ac latiſſimum Iuris Ciuilis ſcientię campum deducat.

Ioachimus Mynſinger.

Ioachimi Mynſingeri à Frundeck, Scholiorum liber extat Venetijs cuſus Anno E
1581. apud Ioannem Baptiſtam à Porta, hac inſcriptione. APOTELESMA, SIVE CORPVS PERFECTVM SCHOLIORVM *ad quatuor libros Inſtitutionum Iuris Ciuilis; iam denuo, ſed multò felicius quàm antea, impreſſum, & à mendis propemodum innumeris, quæ in prioribus editionibus reſederant, ipſiuſmet Auctoris opera quàm accuratiſſimè repurgatum, multoque auctius redditum; Cum Indicibus quatuor, hoc eſt, Rerum omnium memorabilium; Paragraphorum, qui in Inſtitutionibus continentur; Titulis Inſtitutionum, & Elencho locorum Codicis, & Pandectarum, qui inter explicandum diſcuſſi ſunt. Cenſuraque Sanctiſſimæ Inquiſitionis Apoſtolicæ, è medio penitus ſublatis, quæ lectori pio ſcrupulum iniecerent.*

Hic

A Hic igitur cum aliquot annos publicè Ius Ciuile interpretando profeſſus eſſet, ac deinceps ab Carolo V. in ordinem Adſeſſorum Cameræ (vt vocant) Imperialis cooptatus, in qua Germanicæ Iuriſdictionis, atque item iudicialis Imperij ſumma ſita eſt, facilè potuit acri praxi concoquere, quę theoria fuerat meditatus. Quam ob rem cùm Centones (vt ille vocat) aliorum Interpretum reieciſſet, Fabrum autem recepiſſet, *quem ſanè* (inquit) *nemo doctus, qui modo in ipſius Commentarijs legendis diligenter verſatus eſt, iuſtè aſpernari poterit. Ea* (vt ait) *quæ tum profitendo ad calamum dictabat, ſic moderari conabatur, vt intra Inſtitutionum ſepta & cancellos ſe continens, præciſis prorſus, & amputatis Doctorum ſuperfluis quæſtionibus, procelloſisq́; opinionum fluctibus prætermiſſis, ipſius tantum contextus nudæ ac ſimplici interpretationi inhæreret, neque alienas congerendo materias longius euagaretur, rationem quidem, ac modum in interpretando amplexus, non*
B *diffuſum, neque perturbatum, neque obſcurum, ſed conciſum, facilem, ac expeditum.* Primùm enim id operam dabat, vt cùm nomen aliquod Iuris Ciuilis vel primò in controuerſiam venire, vel obiter in re tractanda incidere animaduerteret, neque illud ſatis apertam habebat ſignificationem; breui, plana, commodaque id definitione, ſeu potius deſcriptione explicaret. Deinde, quare in definiendo quodque verbum adpoſuiſſet, ſingillatim atque ordine exponeret. Quod ſi quando non verba, ſed res ipſæ (vt ſæpè fit) obſcuritatem aliquam continere viderētur, eas thematijs quibuſdam pro tempore confictis, quanta poterat ſolertia, diligentiaque enodaret. Ceterum, vbi per Iuris regulas eundum eſſet, priuſquam ad ea deſcenderet, quæ peculiaria eius contentionis erant, protheorijs, ſiue (vt noſtri vocant) euidentialibus quibuſdam, velut in modum præuiæ cuiuſdam inſpectionis propoſitis, diſcentis animum præparare, atque
C inſtructiorem reddere conaretur; ne cùm illuc deueniret, aut velut in tenebris oberrans, ad multa impingeret; aut rerum ordinem, ſi tum demum docendum eſſet, ſoluere, atque importunè ſcindere oporteret. Hancque veram exiſtimabat docendi viā, ac rationem eſſe ijs, qui primam & infirmam ætatem, Iuris Ciuilis ſapientia inſtituerent: quam etiam Theophilum nō indiligentem, neque contemnendum Græcum Inſtitutionum interpretem, diligenter olim obſeruaſſe, ex ipſius paraphraſtica, quæ etiamnum extat, commentarione deprehendere licet. Ab hac tamen pura tradendi ſimplicitate, ac verò docendi modo, quàm longè diſcedant aliqui, notius (inquit Mynſingerus) eſt, quam vt hic ſit multis oſtendendum.

Iudicium Mynſingeri, de Fabro. Mynſinger, in Epiſtola liminari operis notati.

Ratio declarandi leges adhibita à Mynſingero.

Iudiciū Mynſingeri de Theophilo.

Iam Viglius Zuichemus Phriſius, qui Patauij profeſſorem egit, Regius autem in Belgio eſt Præſes, etſi in omnes Inſtitutionum libros non ſcripſit, præcipuos tamen de-
D cem titulos earum cùm expoſuiſſet, inolitam ab aliorum Interpretum vetuſtioribus Commentarijs barbariem, amandauit à Scholis, & quantum fertè poſſint tyrones Iuriſprudentiæ, priore illo anno, quem Iuſtinianus ijs volebat ſatis eſſe, ſuis Inſtitutionum libris euoluendis, propoſuit. *Nam qui hodie* (inquit) *Inſtitutiones docent, haud reſpicientes ad rudium tyronum mediocritatem, difficillima quaque vix ipſis lytis, prolytiſque intelligenda pertractant, & diſcipuli non conſiſtentes intra Inſtitutionum ſepta, priuſquam ſolida iecerint fundamenta, ad maiorum Doctorum ſcholas intempeſtiuè properant. Hac docendi, diſcendique peruerſione fit, vt tot annos in Gymnaſijs hæreamus, priuſquam vtilitatem aliquam ex hac diſciplina percipiamus.* Hæc ille.

Viglius Zuichemus.

Annus à Iuſtiniano præſcriptus diſcendis Inſtitutionibus.

Viglius in præf. in rubricam Inſtit. de Teſt. ord. n. 3.

Aptatio pietatis ad libros Iuſtiniani exponendos. Cap. X.

E Verum enimuerò quæ ad pietatem faciunt, quoniam hæc ſummi momenti ſunt, oculatiſſimè obſeruare oportet, quandoquidem ex vna hac re Chriſtianæ pendet Reip. ſalus. Et Angelus quidem Aretinus[a], ac Chriſtophorus Porcius[b] & Nicaſius à Vvoerda,[c] & alij, qui Ius Canonicum cum Ciuili contulerunt, quales fuere margini adſcripti,[d] ſed attentius Syluester Aldobrandinus, hanc viam monſtrarunt, tùm ſolidiorem Eccleſię Catholicę veritatem, ſicubi ferebat occaſio, Ciuili Iuri oppoſuerunt. Quod, vt nunc planius fiat, liceat hic aliquid apertius innuere, quando ad hunc ſcopum tota Bibliothecæ noſtræ cura collineat.

Et primò, quantum illud eſt, quod *In Nomine Domini* ſuas Inſtitutiones Iuſtinianus auſpicatur?

a In §. nouiſſime, ad gl. in ver. ad micti; de S. C. Orfit. & alibi ſæpè.
b In explicatione Arboris cōſanguinitatis, adiūcta tit. Inſtit. de gradib. cognat.
c Ibidem, in Arbore compaternitatis.
d Baptiſta à

auſpicatur? Quid hic, inquam, in Adoleſcentum animis figendum eſt, vt vnde ſtu- A
dia inchoent, quorſum eadem referant, ſciant? Quod ſanè Romanus Catechiſmus ſuppeditabit abundè ijs, qui perlegent, quæ in eo ſcripta ſunt in alterum primæ Tabulæ præceptum, a & in priorem orationis Dominicæ partem. b Ac deinde, quę Dominus per Ioannem Euangeliſtam c tam diligenter commendauit, vt *ſi quid in eius nomine peteremus* (id quod & ad ſtudia referendum eſt) *ſciremus nos eſſe conſecuturos.* Cùm verò Interpretes penè omnes multa hoc ipſo loco afferre ſoleant, ecquis Iuſtinianus, ecquæ Imperatoria dignitas fuerit, aut vnde originem duxerit; an ne opportunius quàm hic, depromi poterunt eæ cautiones, quas Hiſtoricis ſacris, & profanis legendis adhibendas eſſe oſtendimus? Et Franciſcus quidem Hotomanus, initio Commentariorum ſuorum, de vita Iuſtiniani diſſerit fuſius, vt denique poſt enarratas de eo vi- B
ctorias, dicat, Religionem Chriſtianam ab eo piè, ſanctèque cultam. *Siquidem* (inquit) d *errantium opinionum, quibus tum Eccleſia Chriſtiana, tamquam tempeſtatibus quibuſdam agitabatur, vindicem ſe accerrimum, inimiciſſimumque* e *præbuit, nam & Porphyrij, & Eutychetis, Neſtorijque impias, & ſceleratas opiniones repudiauit: ac Religionis noſtræ de trino Deo, & vno ſententiam integerrimè, conſtantiſſimèque defendit. Poſtremò quæ in Concilio Nicano eadem de Religione conuenerunt, arctiſſimè retinuit. Imperauit annos XXXIIX. menſ. VII. dies X. vixit circiter LXXXIV. mentiſque errore multò antè affectus, Iuſtino ex filia nepote Imperatore deſignato, vita eſt functus.* Hæc ille. Verumenimuerò planiùs addendum erat quam uitam egiſſet Iuſtinianus, quum legum molem in ordinem redigi mandaſſet; vel quas victorias reportauit, dum Religionem Catholicam integram cuſtodiret, ac verò quanto de gradu decidit, quaſve amiſit Prouincias, cùm primùm in hereſes incidit. Quo quidem ſtudio ieiunium coluerit, dum ſtabat in Fi- C
de, ſic Procopius refert. *Omnibus* (inquit) *illis* (hoc eſt Quadrageſimæ) *diebus, qui Paſchalem ſollemnitatem præcedunt, ieiunio addictus, durant quamdam vitam egit, nedum Regi alienam, ſed neque priuato alicui aliquo modo acceptabilem, per dies abſtinebat, ſummo mane iiſdem è lecto conſurgens Reipublicæ inuigilauit, cuius negotia verbo, & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus impleuit. Nam in ſeram noctem lectum petens, mox ſurrexit, quaſi plumarum pertaſus, cibi appetens, vinum, panem, & alia id genus cibaria abeſſe voluit; braſſicam ſolùm, & agreſtes herbas longo tempore ſale, & aceto maceratas edebat; potus aqua erat ſola: neque bis ad ſaturitatem vtebatur, ſed petitum cibum paulisper deguſtatum, mox dimiſit, non eo ſumpto, quod natura ſatis erat.* Hęc Procopius: cùm Euagrius, quę poſtea à Iuſtiniano perpetrata ſunt mala, & quibus il- D
le hæreſibus adhæſerit, non vno loco ſcripſerit. Nam & Praſinorum factioni ſe adiungens, eos permiſit impunè immania patrare facinora: & ipſe auaritiæ ſe dedens, denique ab Orthodoxa fide diſcedens, edictum aduerſus eam ferre volens haud potuit, ſed miſerè interijt.

Et Mynſingerus quoque initio, cùm de hac Imperatoris voce ageret, mittit lectorem ad ea legenda, quę Spiegelius de Germanię Septemviris ſcripſit; qui Spiegelius ob hæreſes, erroreſque permultos, ab Eccleſia prohibitus eſt. At iuſtiſſimum eſſe, vt hoc loco inprimis in iuueniles animos, ea ſummatim inſtillarentur, quæ de Cæſaris poteſtate Bellarminus tradit: Sic enim deinceps, quæ *Cæſaris eſſent Cæſari, quæ Dei, Deo rectiſſimè redderentur*; nec mali ſanè Conſiliarij iam facilem ad Religionem euertendam aditum haberent. Et Bellarminus quoque hac de tota re, quantum ſatis eſt, ſcripſit cùm alibi, tum capite ſexto, & reliquis libri quarti, vbi agit de Pontifice Ro- E
mano. Huc autem pertinent quęcumque alibi g de Pontificis poteſtate dici poſſunt.

Neque uerò defuerunt Interpretes, h qui ubi de etymo huius uocis, Auguſtinus, egerunt, illico de Donatione Conſtantini Eccleſię facta interſeruerint i ea, quæ licet ab Eccleſia uetita fuerant, nondum tamen ea ex omnibus k libris eraſa ſunt, & quæ cùm ab alijs, tum ab eodem Bellarmino confutantur.

Reliqua eiuſmodi ſunt, qualia de diuortio, l De concubinatu, m De nuptijs, n De adoptione, o De patria poteſtate, p De Religioſis, q De Iureiurando, r De gradibus cognationum, s De publicis Iudicijs, De uariorum Magiſtratuum, Iudicium, Scriba-

rum

S. Baſio Patauinus, de Iure Canon. & ... contrada ... Galeazzius Bonon. Hieronymus Zannettinus Bonon. & Profeſſores de Comitibus Patauinus, de differentijs legum, & Canonum, qui omnes extant primo Tomo Tractatuum Venetijs editorum anno 1584.
a Non aſſumes Nomen Domini Dei tui in vanum.
b Sanctificetur Nomen tuum.
c Io. 14. et 16.
d Franciſcus Hotomanus de vita Iuſtin. Imp. in initio ſuorum Comm.
e Procopius in eadem Iuſtiniani Imp.
Imp. Iuſtinianus qua ratione ieiunium quadrageſimæ obſeruauerit.
Euagr. lib. 4. Hiſt. Eccl. c. 29. 31. 38. 39. & 40.
Niceph. Eccl. Hiſt. lib. 17. c. 29. 30. 31.
f In §. ſacra Iuſtit. de re. diu.
g In inſcrip. proœm. Inſt.
h In ſummar. l. 2. §. cũ urbẽ ff. de off. præfecti Vrbis.
i In ed. Taurin. corp. Ciuilis ...
k In gl. §. 1. in ver. induendarum in princ. de patria pot.
l Ib. in f. gl.
m Toto fere tit. de nup. et in pr. de p. po.
n In gl. in §. 1. in ver. reſcripto, de adopt. quæ in c. ex ſuſcepti eat de fo. cop.

n In gl. §. filiusfa. in verſ. non liberat. quib. mo. ius pat. po. ſol. & al. p In §. religioſum, de rer. diu. q Cum alibi, tum ad gl. in §. 1. in uer. dotale quib. alie. li. uel non. quæ ex c. licet, de iureiu. in 6. r Toto fere titulo. s In §. publica in ver. anima, quæ gl. & Syl.

A rum officijs dici poſſunt. Nam & huc, quæ è Iure Canonico habentur ad manus, quæuè Synodus Tridentina, & Romanus, Catechiſmus commoſtrant, ſuis aptanda ſunt locis, ut ueritas Chriſtianæ pietatis elucear. Alioquin adoleſcentes epotis Iuris Ciuilis erroribus, euadent monſtra Rerumpub. hincque machinas excitabunt aduerſus inſtitutam à Chriſto in Eccleſia poteſtatem, [b] ordinem ſacrum, [c] cælibatum Sacerdotum, Religioſæ uitæ perfectionem, & ſexcenta alia; ut etiam poſtea (quod nimio plus factum uidimus) audeant ſectarij Macchiauelli placita Tyrannica pro legibus obtrudere, & falſi Politici Catholicam Religionem cum Hæreticorum Atheiſmis, ac profanis ſacra commiſceant peruertentes humanum & Diuinum Ordinem, ipſi iam faſtu ſuperbiæ peruerſi, & in reprobum ſenſum traditi.

Cur Iuſtinianus ea inſeri in corpus iuris permiſerit, quæ Chriſtianæ Religioni aduerſantur.

Tribonianus iuris conſarcinator qualis fuerit.

a De off. ind. & de obl. quæ ex quaſi delic. naſc.

b In §. ſacra de rer. diuiſ. quidam Hæretici.

Porrò de Magiſtratuum Officijs pauca è Manuali Nauarri peti poterant, ubi de ſta B tibus agit, cùm & de his plures cum laude ſcripſerunt, inter quos Thomas, Dionyſius Carthuſianus, Antoninus, Rodericus Epiſcopus Zamorenſis in Speculo uitæ humanæ lib. de Monarchia, & origine, & differentia Principum, ac reliqui, quos in Tractatione noſtra de Practica Theologia recenſuimus.

Ac quoniam mirari iure quiſpiam poſſet, cur Chriſtianus Imperator Iuſtinianus ea interdū inſeri permiſerit in ſuos libros ad corpus Ciuile ſpectantes, quæ Chriſtianæ Religioni aduerſantur, commodè, antequam eò progreſſus fiat, præmuniendi erunt adoleſcentum animi. Iuſtinianum, qui apud multos habitus eſt, ἀναλφάβητος, nimirum ipſius quoque Alphabeti ignarus, haud ſcripſiſſe hunc librum, ſed Tribonianum (vt diximus) quem & Suidas auctor improbat, tamquam omnis Religionis contemptorem, auarum, nulla fide, nulla Iuſtitia, ius quotidie nouum, uariumque conſti- C tuentem, quique Iuſtiniano perſuaſerit, fore, ut non moreretur, ſed cum carne aſſumeretur in cælum. Quòd ſanè probabiliſſimum eſt (quamuis Zaſius [d] uel Rutilius in eius uita, conentur illum defendere) cùm ſi Chriſtianæ pietatis ſoliditas fuiſſet in eo, reſpuiſſet multa, quæ ob impietatis labem Chriſtianis uocibus, & auribus indigna ſunt: quales ſunt Diuinitates illę, quę impijs, Ethnicis, & Hæreticis quibuſdam Imperatoribus paſſim tribuuntur, ubi leges eorum, aut edicta memorantur. Quorſum enim Chriſtianis mentibus tam crebra Diui Claudij, & ceterorum quorundam obtruſa commemoratio? Quę conſuetudo apud malè ſanos homines ſeruata, perſonat hactenus Fidelium aures, cum tamen plures ſibi Religioni ducant, ſi quis è Cælitibus, aut is, cui Chriſtus Regni cælorum claues concredidit, inſigniore aliquo reuerentię, aut uenerationis nomine appelletur.

c Hæreticè quidam in §. idem in milite, de excuſat. tut. & in §. filiusf. Quib. mod. ius pat. pot ſol. & alibi.

d Zazius in l. 2. §. & cum placuiſſet, in ver. interrogo, de orig. iur.

Matth. 16.

D Scio autem, circumferri Iuſtiniani Inſtitutionum libros Adnotationibus, ac notis Doctiſſimorum virorum (ſic habetur in fronte libri) illuſtratos, & auctos, permodica impreſſos forma, anno 1580. At locus Typographi tacetur, qui cùm Geneuæ fuerit, cauebunt adoleſcentes, ne in aliquid ab Catholica pietate abſonum impingant. Nam etſi ex quibus aut Iuriconſultis, aut alijs ſcriptoribus Adnotationes illæ collectę ſint, plures, & boni, & verò quidam alij prohibiti non ſunt: quales Theophilus, Iſidorus Hiſpalenſis, Alexander ab Alexandro, Gulielmus Budæus, Franciſcus Connanus, Franciſcus Duarenus, Iacobus Cuiacius, Antonius Auguſtinus, Petrus Victorius, & alij: quis tamen fuerit Ioannes Criſpinus: quis Iulius Pacius: quis Vveſembecius, & huiuſmodi alij, qui eodem loco cenſentur, intelligent, qui librorum prohibitorum Indicem à Sancta Sede Apoſtolica emiſſum ſcrutabuntur. Plura certè hi o- E miſere, quæ dici poterant ad fidei Catholicæ ueritatem, cùm & alia ediderit Criſpinus peſtilentiſſima.

Geneuenſes Caluini Typographi quonam aſtu Iuſtiniani Inſtitutiões fœdarunt additione ſuſpectorum, vel prohibitorũ Auctorum.

Pandectæ. Cap. XI.

PAndectæ, quas non inſcitè quidam *Synagogam* nominauit, licet poterant impropriè appellari Codex, & uerò ita appellantur, maluit eas tamen Iuſtinianus, uocari nomine, quo etiam plerique Iuris Auctores ſuos libros nuncuparunt. Eius uocis notio, ut Græca eſt, deſignat omnia continentes. Porrò ueteres cùm Pandectarum leges, librosque ſignificabant, priorem eius dictionis literam cum ſigno accentus circumflexi ſic ſcribebant π̃, Id quod qui ſubſecuti ſunt, Græcarum ignoratione

Pandectę cur ita dicantur *l. 1. & 2. de vet. iur. enucl.*

Alc. lib 3 de ſpiritu, ac corpu. 19.

Plinius in ꝑfatione ſui operis.

Digeſtū cur ius ciuile dicatur.

Alciat. in l. 2. Cod. de ed.

ne literatum, putantes eſſe digamma, hoc eſt duplex ΓΓ, hoc ſigno notarunt, ff. Pandectarum autem inſcriptionem Plinius inter illecebroſas, & magna promittentes te- A
cenſuit, *proper quas*, inquit, *vadimonium deſeri poßit*.

Digeſtorum autem nomen primum Saluius Iulianus reperit, qui Ius Ciuile confuſum tamquam in quamdam artem redegerit. Haloander tamen non negat, nulla iniuria noſtrorum hominum imperitiā accuſari, qui caput aliquod ex Digeſtorum ope re in teſtimonium adducentes, legis uerbo, & gemino ff. vtuntur, cùm ex antiquiſſimorum Codicum monumentis conſtet, Latinos ἐν τοῖς παρατίτλοις, ſimpliciter huic ϑ, vel huic θ, notæ, quæ operis nomen ſignificabant (vnde & ſupina librariorum negligentia irrepſit, vt hodie, ff. ſcribantur) titulum, nudumque capitis principium hūc in modum adiecisse, Dig. vel ϑ, vel θ, de actionibus empti, Iul. Græcos uerò frequentius operis nomen omiſiſſe: titulum, caput, ac uerſum, quem θεμάτιον, illi, quaſi no- B
uam facti ſpeciem, ſiue caſum, noſtri ineptè Paragraphum appellarunt, per numeros tantum indicaſſe, hoc modo, βιϐ. δ'. πτ'. β. κ. ς. θμ. ιω. id quod fragmenta quædam de pignoribus, de ſucceſſ. ab inteſt. de peculio, Græcè ſcripta, quæ ipſe dum viueret, habuit, antiquiſſima teſtari poſſunt.

Diuiſio prima Pandectarum.

Pandectas igitur iſtas ex duorum millium librorum in quinquaginta tantùm & ex verſibus tricies centenis millibus, in centum quinquaginta millia dumtaxat, nimis fidenter reductas, Tribonianus, Ioannes Patricius, Theophilus, Dorotheus, & alij partiti ſunt primò in ſeptem partes; Deinde haſce in libros, hos autem in titulos, vt lector commoda cuiuſque loci inſpectione, ad iudicium de rebus ipſis inuitaretur.

Septem partes Pandectarum, Ex Iuſtiniani partitione. Cap. XII. C

Pandectarū prima pars, quid contineat.

PAndectarum autem pars prima uocatur τὰ πρῶτα, hoc eſt *primaria*, qua nihil fit antetius: Continet enim principia Iuris, quod à Iuſtitia uirtute pręſtantiſſima deſcendit: oſtendens, omnium Magiſtratuum, & prudentium in tractandis legibus officia, quave ratione his rectè imperantibus obtemperetur. Habet uerò libros quattuor.

Quid ſecunda.

Secunda de Iudicijs, continet materiam actionum quotidianarum, de rebus tū vniuerſalibus, tum ſpecialibus. Nam omne ius pertinet aut ad perſonas, diſtribuendo vnicuique functionem ſuam, aut ad res, ratione quadam ad vtilitatem perſonarum commutandas; aut ad actiones, quibus incidentes rerum controuerſiæ iudicantur, ac certa forma celeriter dirimuntur. Habet libros ſeptem. D

Quid tertia.

Tertia de Rebus creditis, in qua formulæ contractuum proponuntur, quibus homines inter ſe, alter alterius fidem ſecuti, res ipſas, vel earum vtilitatem, æqualitate quadam obſeruata, communicant. Habet libros octo.

Quid quarta.

Quarta ὀμφαλος, ſeu *vmbilicus* dicitur, quaſi locus in Iure tractando medius. Complectitur autem primùm materiam pignoratitiam; deinde ordinationes Aedilium Curulium valde vtiles. De vſuris item, & fructibus, & acceſſionibus rerum tractat. Tum addit regulas probationum, quæ iudicijs deerant: ſcilicet, quomodo Iudici ſit facienda fides eorum, quæ apud eum proponuntur. Poſtremò, matrimonij forma, dotes, & donationes, & puerorum ex matrimonio procreatorum tutelæ definiuntur. Habet libros octo.

Quid quinta.

Quinta de Teſtamentis, continet materiam vltimæ voluntatis: vt quandoquidem E
anima eſt immortalis, regnet etiam hominis uoluntas extincto corpore. Per vltimam enim voluntatem admittitur etiam poſt mortem liberalitas erga proximum, inſtitutionibus, legatis, ſubſtitutionibus, fideicommiſſis purè, vel ſub conditione, pro cuiuslibet arbitrio: Idque militantibus, & defendentibus Rempublicam aliquanto liberius, propter occupationes, conceditur. Habet libros nouem.

Quid ſexta.

Sexta abſoluit de vltimis vol ntatibus tractationem: expoſitis Prætorum edictis, per quæ Iuris Ciuilis aliqu mis dura auctoritas redigitur ad æquitatem: Deinde libertatis cauſa pro m de acquirendis per vſucapionem rerum dominijs cert cuilibet ſemper ſit liberum de illis controuertere, ac

publicam

A publicam tranquillitatem turbare. Poſtremò interdicta Prætorum per ordinem recenſentur, quibus controuerſię hominum, celeritatem quamdam deſiderantes, mirum in modum commodè ſolent extingui. Habet libros octo.

Septima continet reliquam tractationem de Stipulationibus, vt certæ ſint formæ, per quas homines ſeſe verbis obligent, ne omnibus paſſim colloquijs conſtringantur. His adnectit fideiuſſiones, ſolutiones, omneſque nouationes; hoc eſt; cùm placet hominibus contractas inter ſe obligationes in nouam formam mutare. Poſtremò ciuilibus explicatis negotiorum formulis, delinquentium pœnæ adijciuntur, aduerſus malos, vt boni fruantur pace. De publicis quoque functionibus aliquid obiter explicatur. Et ne quis exiſtimet, ipſas voces legum, quaſi cuiuſdam hiſtoriæ legendas eſſe, ac nõ vim potius, & poteſtatem, in tanta negotiorum varietate excutiendam; ideò
B primùm verborum ſignificationes, ex quibus phraſes Iuriſconſultorum colligamus, explicat; deinde regulas ſubijcit, ac theſes, quarum ductu vniuerſi iuris cognitionem liceat facile aſſequi; & pro vſu incidentium quotidie negotiorum exercere. Habet libros ſex.

Quid ſeptima.

Cautiones de altera Pandectarum partitione, in Digeſtum Vetus, Infortiatum, Nouum. Cap. XIII.

Recentiores autem abuſi Indice Iuris quippe qui non tam partem, librum, materiam, quàm foliorum numerum reſpicerent, Tres Digeſtorum Tomos appellarunt, Vetus, Infortiatum, Nouum: vt & diſtinguerent Digeſtum Ve-
C tus in titulos centum quinquaginta quinque, verſus ſexaginta quinque; Infortiatum in titulos centum & quinque, uerſus quinquaginta ſex; Nouum verò in titulos C L V I I I. verſus L V I. quorum explicatio in fronte cuiuſque tomi iam habetur.

Diuiſio iuris in Digeſtum vetus, Infortiatum, & nouum plane commentitia.

At de hac uoce, Infortiatum, ac de Pandectarum ſerie, & partitione, Andreas Alciatus in manus ſuas nuper incidiſſe ait Digeſtorum volumen quoddam antiquiſſimum, non vulgaribus, protritiſque tomis diuiſum, ſed in duas tantum partes, quarum poſterior à Trebelliano S.C. ſumebat exordium. *Quæ res* (inquit) *manifeſtiſſimum facit, ineptam eſſe recentium dubitationem, dum potiſſimum ambigunt, cur ſecundum Digeſtorũ volumen Infortiatum dicatur, quaſi non barbara hæc vox ſit, & nullius ſenſus ab indocto aliquo literatore primum facta, quem deinde alij æquè indociles ſecuti ſint.* Hæc ille. Proinde nemo ſe poſthac cum Accurſianis cruciet, quid ita ſecunda Pandectarum pars In-
D fortiatum appelletur, cùm planè nec ſecunda ea ſit, ut quæ uigeſimi quarti libri Digeſtorum (qui vltimus eſt Digeſti Veteris) titulum vltimum ſecum trahat: nec ulla aut eius vocis Etymologia reddi poſſit, cùm barbara ſit, vt iam dictum eſt, aut eius partitionis iuſta ratio. Perpetuus enim eſt Digeſtorum ordo, ac contextus quinq... omnino librorum continua ſerie abſolutus, non alia prorſus ratione ab antiq... ciſus, quàm quòd tanta librorum congeries, ac veluti moles, in iuſtum aliq... men conſui non poſſet, quale quid nũc feceris, ſi aut Virgilianam Aeneid... Decades, aut cuiuſuis alterius Auctoris plures libros eamdem rem tract... aut plures tomos diuiſeris.

Lib. 1 diſp. in proœm.

Infortiatum nihil ſignificat.

Quòd verò Matthæus Monachus quidam ſcripſit etiam Dig... ditum fuiſſe; primùm breuius, deinde auctius redditum pa...
E ἀναπληρώσεις, vt loquitur, ſiue repletiones eorum, quæ ... deerant in priori editione, & ſcholia: ipſa fides veri ... vnam tantum Digeſtorum editionem fuiſſe, & paratit... iure enucl. nihil aliud eſſe oſtendit, quam breues, & ... nes, & quaſi monitoria, ſiue claues eorum, quæ ...

... quis ... dicatur cuius ſit auctoritatis: l. penult. C. de ... l. om... C. de ...

A

Cautio altera de Pandectarum ordine inuerſo, vel turbato, vel corrupto textu.

Aliqua in Pãdectis ſuo in loco non collocata.

ATqui, & præpoſtera titulorum, & chartarum in Digeſtis collocatio præcauenda eſt, præſertim, ſi quis antiquioribus editionibus vtatur. Extat enim titulus de Iudicijs adiectus libro quinto, cùm ſit titulus ſecundæ partis Pandectarum generalis. Item titulus de rebus creditis adiunctus libro duodecimo, cùm ad tertiam vniuerſi operis partem pertineat.

Antonij Auguſtini liber Emendationum.

In ipſis etiam Piſanis, quæ poſtea Florentinæ dictę ſunt, & ſummo in honore habitæ Pandectæ, ad quarum exemplaria prouocare ſolebant Baldus, & Bartholus, quæ chartę errato compactorum, alio tranſlatæ ſint, quive tituli, aut loci, aut verba mutata, vel falſata ſint, in quibus Bologninus tenuiter; Politianus, & Budæus diligenter; B Gregorius Haloander accuratius laborarunt; accuratiſſimè monſtrauit Antonius Auguſtinus, Noricorum ſimul librorum, vnde Haloander multa ſumpſerat, defectu, atq; aliorum, etiam ſui præceptoris Alciati lapſibus animaduerſis. Is igitur Auguſtinus, vir eruditiſſimus, qui in Eccleſia varijs muneribus perfunctus eſt, anno huius ſeculi quadrageſimo tertiò Venetijs apud Iuntas edidit (licet alibi poſtea editus quoq; ſit) Emendationum, & Opinionum libros quattuor, & librum ſingularē ad Modeſtinum, ſiue de executionibus; quibus maxima Iuris Ciuilis pars ex Florentinis Pandectis emendatur, & declaratur. Vt verò eius laboris vſus, & fructus vnicuique conſtet, Indicem ſingulorum capitum eorumdem quatuor librorum legat attentè lector.

Fides Pandectarum Florentinarum. Vide hanc Epiſtolã in editione Plantiniana.

Demum hoc loco placet addere, quæ de fide Pandectarum Florentinarum, ſeu potius Piſanarum, Franciſcus Taurellius ſcripſit, vt plena de earum auctoritate, ſiue anti C quitate, habeatur à ſtudioſis notitia. Is igitur ſic: *Pandectarum, ſiue Digeſtorum antiquum volumen, Florentiæ nunc, olim Piſis adſeruatum, cùm Amalphi prius omnem ſuprà memoriam fuiſſet, inde acceptum, Piſani, quòd Innocentium Secundum Pontificem Maximum, & Lothariū Cæſarem item Secundum, claſſe aduerſus Normannum Rogerium iuuiſſent, egregiè nauatæ operæ monumentum retulerunt, diuque penes ſe habuerunt, donec per Ginum Caponium æquè nobilem ac ſtrenuum virum, anno 1406. Piſis in poteſtatem redactis, ſubiectionis ſymbolum tranſtulere. Liber itaque Florentiæ eo ex tempore eſt cuſtoditus: Atque hæc ex antiquis Piſanorum annalibus apud Plotium Griffium eorum ciuem accepimus; quibus & Raphael Volaterranus per omnia ferè adſtipulatur, & illo multo antiquior Raynerius Grachim Piſanus, ijs libris, quos ante ducentos penè annos de bello Thuſco conſcripſit, quod opus inter cubiculares duos libellos aliquando viſum eſt. Sed & Plotius idem affirmat, antiquum D inſtrumentum domi ſe habuiſſe donationis eius in Piſanos per Lotharium collatæ, quod poſtea contagioſæ peſtis periculo vitando, inter alia ſcripta igne combuſtum ſit. Hunc optimum librum iam quadringentos amplius annos, in Hetruria habitum, nemo ſatis vnquam laudauerit; ſiue antiquitatem ſpectemus, ſiue ſynceritatem ac fidem.*

Cautio ad inueniendas in Pandectis leges accommoda, & de Iuriſconſultis veteribus. Cap. XIIII.

Qua ratione lex inuenienda ſit.

ET præſtat in reperiendis legibus, eam rationem tenere, quam etiam alij attigerunt. Nimirum, cùm proponitur facti ſpecies, cuius definitio ex iure deſideretur, cogitandum eſſe, quanam in parte Pandectarum tractetur genus propoſi E tæ materiæ: Tum pergendum, quoto libro ſit, vt propiùs accedas ad ſpeciem: Sic tandem perquirendos titulos, & ſub titulo legem: Mox lege reperta, uidendum, à quonam ſcripta ſit, Tum verò è Catalogo qui nomina contineat legiſlatorum, colligendum eſt tempus Iuriſconſulti, vel Imperatoris, qui legem ſcripſit. Denique diſpiciendum, ſit ne locus ille ſuccedente ſeculo mutatus, Quorſum enim attinet, citare legem mutatam?

A

Cautio de Iuriſconſultis veteribus.

IAm verò Iuriſconſultos veteres æquo animo ferendum erat à pluribus commendari à conſentiente doctrina, ab nitore, atque elegantia ſtyli, a ſoliditate plurium legum, & præceptorum à quadam grauitate morum & vitæ: At Diuinos, & verè Aequitatis Sacerdotes, atque antiſtites vocitare, ac teſtari proximè ad Euangelicam legem eos acceſſiſſe, ijs autem uocibus, cùm de uno Papiniano loquuntur, exclamare: *O diuinum ingenium, ò iudicium irreprehenſibile, quem tibi hominum conferemus? quis mortalium in tam viridi ætate, ad ſapientiæ, fortitudinis, prudentiæ, temperantiæ, æquitatis, et iuſtitiæ tuæ faſtigiũ peruenit?* Hæc ſanè nimia ſunt, & quæ adoleſcentũ Chriſtia-

Iuriſconſulti veteres quo laudandi vel non.

Spieg. & quidam alij.

B norum animos ſic defigant in Gentilium æſtimatione, vt poſtea uix Chriſtianę legis eminentia illis ſapiat, putent autem, vbi ſpeciem quamdam prudentiæ combiberunt, nil quidquam eſſe, quod politico neſcio cui faſtui ſit anteferendum. Et uerò putidùm eſt, homines Ethnicos uocari uerè *Aequitatis Sacerdotes* ab alijs quibuſdam, qui Chriſtianum ſacerdotium, & ſacrificium, atque iccirco Chriſtianam legem, quantum in ijs fuit, exploſerint. Cùm ſi quis ſapienter velit cum Papiniano conferre Virgunculas, & adoleſcentulos impuberes, qui meliora deprompſerunt è corde, & Diuinam legem eructantes, intrepidè inter compedes, & ſecures, ſanguinem pro ueriſſima Iuſtitia profuderunt, certè ex iſtorum flamma, quæ ſplendebit in perpetuas ęternitates, auolabit fumus, & nimia opinio terrenę illius prudentiæ, atque conſtantiæ, qua Papinianus iſtorum uoce ſublatus in cælum, certiſſimo Dei iudicio deiectus eſt in

Matth. Grib. in meth. de rat. ſtud.

Error in appellandis, & extollẽdis præſcis Iuriſconſultis.

C Infernum.

Vveſemb. in vita Papiniani.

Quin ergo potius erânt præmuniendi ſtudioſorum animi cautione illa, quod ex iſtis, cùm alij à Stoicis, ab Academicis, alij, nonnulli à Peripateticis penderẽt, in plериſque uariarunt, ac uerò eorum nemo in Chriſtum reſpexit, tot licet coruſcãtibus miraculis, legeque perfectiſſima tot terrarum orbe prædicata. Labeonem autem Platoni addictum multa nouâſſe in Romanis legibus, & Auguſtinus, & Pomponius Iuriſconſultus primo Digeſtorum libro meminit: Cum & Martianus, eodem libro Chryſippum in lege definienda ſectetur, Celſus uerò Theophraſtum de legiſlatorum officio præſcribentem amplectatur. Atqui hodieque Ciuilibus in legibus plura extant tanquam legitima, quæ nec ſeruantur, nec per Diuinam Legem ſeruanda ſunt, Profana utrique & ſceleris plena: qualia ſunt, quæ de uſuris, de diuortijs, de concubinis,

Veterum Iuriſconſultorum inconſtãtia.

D ac de alijs leguntur. Mitto diuerſam illam, & multiplicem tractationem de Iudicijs, & iuriſdictione omnium iudicũ, de actionibus, de exceptionibus, de Actoris, de Rei, de Patroni officijs, de pœnarum generibus, de agendi & probandi præſcriptis.

Ceterum quæ dici poſſent de Interpretibus Pandectarum, qui ante aliquot ſecula floruerunt, ea quoniam ad calcem huius tractationis adiecimus, quando ad reliqua Ciuilis corporis membra pertinent, iccirco inde petenda ſunt. Nam & Accurſij, & eiuſmodi aliorum lapſus, quantum ſatis eſt cautioni pręmonſtrandę, attigimus.

INTERPRETES Pandectarũ.

Codex Iuſtiniani; Vbi & de Gregoriano, & Hermogeniano, & Teodoſiano. Cap. XV.

E LOcus hic monet, vt quæ Iacobus Cuiacius, in ſuis in Codicis libros paratitlis quæ tamen aliqua egent expurgatione, ſcripſit, ne prætermittam, ſi prius dixerim, Codicem eſſe librum, in quo res digeruntur, & ordine conſcribuntur. Quam ob rem rectè Iuſtinianus ſuperiorum Principum ſine ordine poſitas Conſtitutiones purgari curans, tum etiam Nouellas emendatas, Codicem appellauit. *Eſt verò* (inquit Cuiacius) *maieſtas, & diuturnitas maior ſcripto, ſi quid exares in his, hoc eſt in Codicibus, quàm ſi in chartis, aut membranis ſimplicibus; ſicut membranis quoque maior, quàm chartis; adeò ut pleraque hodie non ualeant, niſi membranis ſcripta veluti Codicilli dignitatum, & S. C. Verum, vt populi leges, ita generales Conſtitutiones Imperatorum, ne dicam Reſcripta, moris erat pugillaribus ſcribi cuiuſcumque*

Budæus in l. talis. § ſocer. ff de ritu nupt. in Praf. Paratit.

Codex quis liber dicatur & cuius ſit auctoritatis: *l. penult. C. de diu. reſcr. l. omnem, C. de teſt.*

Plinius ad Traianum. *In confirmatione ſui Codicis.*

materia, chartaceis, ligneis, aeneis, vel eburneis, atque ita ſeruari ſingulas, vel vniuerſas in vnum corpus collectas, in ſcriniys memoriæ, & diſpoſitionum, vt Imperatores ſcribunt, ius in ſuis ſcriniys eſſe conſtitutum, & Plinius, edicta Imperatorum vera, & emendata in ſcriniys eſſe Traiani: & Theodoſius ſuum Codicem haberi in ſacris ſcriniys & Zonaras, de K.H. Tabulis; ὅσα φυλακῆς ἐδόκει ἄξια, ἐν σανίσιν ἐθησαύριζον. Hoc eſt. Quæcunque digna obſeruatu, ab eis indicata fuerant, ea paruulis tabulis inſerta cuſtodiebant. Reſponſa autem ſua, vel interpretationes, & commentaria ſolebant prudentes chartis, aut membranis perſcribere, quorum etiam quidam libris ſuis Membranarum titulum adhibuit. Et hac ratione factum opinor, vt liber potius conſtitutionum, Codicis nomen obtineret.

Codex Gregorianus cur ita uocatus. Item Hermogenianus. Theodoſianus Codex.

Et obtinuit quidem illud Codicis nomen primum liber, quo continebantur Conſtitutiones Imperatorum, ab Hadriano ad Valerianum vſque, & Gallienum, dictuſq; eſt Codex Gregorianus, à nomine Iuris ſtudioſi, qui huic collectioni dedit operam. Subſecutus eſt Codex Hermogenianus, ab Hermogeniano ſimiliter eius editionis auctore, quo continebãtur Claudij, Aureliani, Probi, Cari, Carini, & innumeræ Diocletiani, & Maximiani Conſtitutiones: vt perperam Codici Gregoriano adſcribantur quædam Diocletiani, & Maximiani, cùm fuerint omnes in Codice Hermogeniano. Exijt poſtea tertius Codex, iam nõ à Iuriſconſulto vllo, ſed ab Imperatore ipſo Theodoſio, cuius auctoritate conditus eſt, denominatus Codex Theodoſianus, qui conſtitutiones complectitur Imperatorum omnium à Conſtantino uſque ad ipſum Theodoſium. Et ut ex Gregoriano nihil ſumpſit Hermogenianus, ita nec ex hoc, vel illo, Theodoſianus quidquam; ſed omiſſas in Gregoriano ſequentium Imperatorum Conſtitutiones Hermogenianus habet vſque ad Conſtantinum; omiſſas in Hermogeniano, Theodoſianus. B C

Iuſtiniani Codex.

Longè alia ratio fuit Iuſtiniano componendi Codicis huius, quem de ſuo quidem non appellari uoluit Iuſtinianeum, ut ſuum Theodoſius Theodoſianum: ſed non eas tantum Conſtitutiones in ordinem, & compendium digeſſit, quas poſt Theodoſianũ ſequentes Imperatores ediderant, ſed etiam ex tribus ſuperioribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano, & ex Nouellis quoque poſt Theodoſianũ Codicem, vel ab ipſo Theodoſio, uel ab inſequentibus Imperatoribus, editis, omnes quę ad vſum ſui temporis facere videbantur. Rurſus, cùm ſimiles eſſent, contrariæque inuicem conſtitutiones, permiſtim relatæ in illos tres Codices, Iuſtinianus, quantum potuit, è ſuo curauit tolli contraria, ſimilia, ſuperuacua, inutilia omnia. Et hunc quidẽ ſuum Codicem edidit bis (vt dictum eſt ſuprà) Prior editio abolita eſt, quæ exierat ante Digeſta, & Inſtitutiones, de qua ſunt Conſtitutiones huic Codici prælatæ: [a] Poſterior, de qua eſt Conſtitutio illis ſubdita, [b] diuiſa in duodecim libros, quaſi XII. Tabulas, vt Harmenopulus ait, ea eſt, qua vtimur, & cuius titulos Cuiacius ſuſcepit explicandos, poſt editionem Digeſtorum & Inſtitutionum, confirmata, atque confecta. Et hac quidem poſteriore editione, multas, quæ erant in priori, limauit, detraxit, mutauit, multas addidit & ſuas, & alienas Conſtitutiones: ſuas, inquam, & Deciſiones iuris controuerſi, numero quinquaginta, & alias complures Conſtitutiones nouas. Denique hoc genere priorem ſuum Codicem emendauit, & expurgauit; atque ob eam rem Iuſtinianeum Codicem repetitæ prælectionis appellauit, eleganter ſcribens, *quod repetita prælectio probauit, ſatis eſſe validum, ſatisq; formoſum*, & quod maximè notandũ eſt, ſecundas editiones à Veteribus ait repetitas prælectiones appellatas fuiſſe, & Vlpianum retractaris libris ſuis ad Sabinum ſatis innuit ſecundæ editioni hunc titulum adſcripſiſſe. Prælectiones ſcilicet uocabant lectiones, quibus præceptores diſcipulis præeunt, præmonſtrantq; vias diſcendi, ac intelligẽdi, aut uoce uiua, aut ex ſcripto. Nã & quę ex ſcripto ueniũt, quaſi è uoce magiſtra manaſſe uidẽtur, ut Iuſtinianus Inuẽtuti ait *legum eruditionẽ à uoce ſua, ab ore ſuo procedere*. Porrò, quod Alciatus, & alij quidã affirmarũt, deciſiones tantùm quinquaginta emẽdare ius uetus relatum in Digeſtis, & dignoſci eas ex Cos. Lampadio ſcilicet, & Oreſte, uel poſt eorũ Cõſulatũ ſemel, & iterũ, uel Iuſtiniano tertiũ, uel Iuſtiniano quartum, & Paulino, id equidẽ negare malim, & affirmare cõtra, Conſtitutionibus pleriſque eũ emendaſſe ius uetus, quod erat certum; D E

a De nou. C. fa. & de Iuſt. C. conf.
b. De emend. C. Iuſt.

Codex Iuſtinianeus cur vocatus repetitæ prælectionis.

Prælectiones quænam uocatæ.

In conſtit. de conf. Inſt. & in alia de con. ſtit. Digeſt.

De emend. C. Iuſt.

A tum; deciſionibus certum feciſſe, quod erat controuerſum. Nam & hæc vna ad Conſtitutionem Iuſtiniani conſtitui differentia poteſt inter Deciſiones, & Conſtitutiones: Et quod ad Coſſ. attinet, ea nota communis eſt Conſtitutionibus, & Deciſionibus, non Deciſionum propria: ſed & Decio Cos. quo anno exierat prior Codex, menſe Aprili, poſſit eſſe aliqua vel Deciſio, vel Conſtitutio.

Codex Theodoſian° & alii vbi primũ editi.

Iam qui volent Codicis Theodoſiani libros XVI. Gregoriani V. Hermogeniani I. ſeparatim legere, vberiores nempè, & Romanum Candorem, & maieſtatem magis ſapientes, quàm quos Iuſtiniani mandato in Codicem collectos cernimus, id eis ſanè licebit. Illos enim primùm typis tradi curauit Ioannes Sichardus, anno huius ſeculi XXVIII. Baſileæ, & Ferdinando tum Boemiæ Regi dicauit, cùm Moguntinum exemplar ab Ioanne Cochleo, Magno illo, & viro, & Catholicæ fidei propugna-
B tore aduerſus Lutherum; & Morparenſe alterum aliundè eſſet nactus: Addidit verò Nouellas Theodoſij, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Seueri; Caij Inſtitutionum libros duos; Iulij Pauli receptarum ſententiarũ lib. quinque; Papiniani titulum vnũ: Tum L. Voluſij Metiani lib. de Aſſe; Iulij Frontini lib. de controuerſijs limitum, cum Aggeni Vrbici Commentarijs. Sed & alia extat editio Pariſienſis vberior atque copioſior.

Theodoſij Codex laudatur.

Et Theodoſius quidem alià via ingreſſus, gregarios quoſdam Iuris Ciuilis auctores in ordinem coëgit, nonnullorum autem dignitatem, pretiumque ſuſpiciendum in ſublimi conſtituit; omnium tamen ſcriptis in medio relictis: Ne tamen pleraque in incerto poſita huc, illhuc, pro ingeniorum varietate torquerentur, Conſtitutiones iſtas, vt in quaque re, quod intuerentur iudices, paratum haberent ob oculos poſitas; velut
C oraculum quoddam eſſe voluit, quod reſponſa ederet: cuius quidem benemerendi de nobis ſtudium, vt iure extollimus, ita culpæ (inquit Sichardus) eximere Iuſtinianum non poſſumus, ſi vel obnixè ſtudeamus.

Nouellæ. Cap. XVI.

Nouellę cur dictæ ſint.

Cuiac. in expoſit. Nouel. conſt.

PRimò, cur Nouellæ dictæ ſint, deinde cur Authentica vocatæ, dicemus: illud ex Cuiacio, hoc ex Alciato.

Hæc mihi (inquit Cuiacius) *prior appellationis Nouellarum occurrebat ratio, quod noua eis, atque à veteribus diſſidentia iura conſtituantur, quamuis non vtique omnibus; exempli gratia, XCI. & XCII. Et huic quidem rationi Cedrenus aderat, qui de hoc Nouellarum libro ſcribit in hunc modum in Iuſtiniano.* τὺς παλαιοὺς νόμους πάντας ἀνενέω-
D σε, ποιήσας μονόβιβλον, ὃ καὶ νεαρὰς διατάξεις ἐκάλεσε. Hoc eſt. Et quidem leges omnes veteres renouauit, libro vno confecto, quẽ & Nouellas Cõſtitutiones nominauit. *Poſterior tamen, quæ ſuccurrit animo meo verior eſt, quod nouiſſimè promulgatæ ſint poſt Codicem Iuſtiniani repetitæ prælectionis. Nã & ſæpiſſimè à Græcis Interpretibus appellãtur* νεαραὶ μετὰ τὸν κώδικα, *Id eſt. Nouellæ, quæ Codicẽ ſequũtur, et ab ipſo Iuſtiniano: Et pariter Theodoſij, Valentiniani, Martiani, Leonis, Maiorani, Seueri Cõſtitutiones nõ alia ratione Nouellæ appellatæ ſunt, quàm ꝙ poſt Codicẽ Theodoſij, et alia quadã Leonis Philoſophi, Nicephori, Michaelis, Romani, Alexij, ꝙ poſt* βασιλικῶν *libros promulgatæ eſſent. Quin et Iuſtiniani quæ vocãtur Nouellæ, nondum retractato Codice hanc appellationem meruerant, editæ cum eſſent poſt primam Codicis editionem: retractata, repetitave iam Codicis editione, eam amiſerunt: Nec enim Nouellæ ſunt, quæ in corpus vnum coierunt Codicis repetitæ prælectionis, iuſtum conſtitutio-*
E *num corpus: ſed quæ poſt Codicem illum emerſerunt noua, vel Iuſtiniani ipſius, vel Iuſtini, vel Tiberij, non quaſi errones in corpus illud retrahenda, è quo numquam exierunt, ſed quaſi poſthumæ, Codicem certè ruptura illum, quo ſunt omiſſæ maxima ex parte.* Adiunxit autem Cuiacius eis formas Præfectorum Prætorio quaſdam, ſiue ἐπαρχικά, & Nouellas Iuſtini Tiberijque nonnullas. Nec ſeparanda eſſe cenſuit edicta XIII. à Nouellis: nam & pleraque alia inter Nouellas edicta ſunt, & illa XIII. omnia edicta nõ ſunt, nõ ſanè, quę ad Armeniam, Phœnicem Libani, Ponticam, Helleſpontum, Aegyptum, Alexandriam pertinent: Edicta enim ſunt generales leges, quæ omnes populos, & Prouincias tenent, & præterea ex illis tria, vel quattuor, quę ſunt ante re-

Nou bb. & in Conſt. de no. C fac. in l. 1. § ſed cũ nouel. C. emend. C. Iuſti l ſi quis ſilium, in fine, C. de inof. teſta.

Edicta quid, l. 3. C. de legibus.

lata, Nouellis fruſtra ſub Edictorum alio nomine, denuo repoſuiſſe. Index verò titu- A
lotum, quia non erat certus (nec enim veteri Interpreti, idem qui vel Haloandro, vel
Scrimgero) elegit quem ſequeretur ex Reginæ Galliæ Bibliotheca breuiorem aptio-
remque ceteris: Fuit autem Græcus, ſed Latinum exhibere maluit.

Vide Indicem Nouellarum, Cuiacij, loco ſuperius notato. Alciat. lib. 2. Parerg. c. 46.

Editum verò eſſe hunc librum ait Alciatus Græcè, & Conſtitutiones has Græcè
παρὰς appellatas fuiſſe. Verum cum Aſiatica quadam luxuria diffuſus, prolixita-
teque nimia ſcriptus eſſet liber, translatum Latinè à Iuliano Patricio, & Exeos. fuiſ-
ſe, ſed compendioſius, & ſtylo (vt tum tempora ferebant) non ineleganti: qui liber
adhuc extat, & Nouellæ titulo circumfertur, dubio procul legitimus Iuſtiniani ipſius
partus, quem tamen Doctores noſtri, vt ſpurium reiecerunt; maluitque Accurſius Bar
batam, & Bulgari tempore factam translationem interpretari, quòd vberior ei uidere-

Authenticũ vnde dictũ.

tur, idemque Authenticum appellauit, quoniam ex ipſo Græco originali ad literam B
traducta eſſet. Sanè Authenticon pro re certæ fidei poni conſtat, non ſolum apud
Iulianum, Paulumque Iuriſconſultos, ſed etiam apud Ciceronem, tametſi Gaza hanc
vocem apud ueteres non reperiri ſcribat; ſed eos, qui circa mille annos ſcripſere, hac
dictione αὐθέντης vti cœpiſſe, vt eum exprimeret, quem Latini Auctorem dicunt: O-
lim enim idem ſignificat quod αὐτόχειρ, id eſt propria manu aliquid patrans.

Nomocanon Photij.

Extant verò apud Græcos Nomocanon Photij cum Commentarijs Theodori Bal
ſamonis, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ex uerſione Gentiani Herueti, βασιλικῶν
διατάξεων, i. Imperatoriarum Conſtitutionum libri ſexaginta, quibus Ciuile ius con-

Cautio in Balſamone adhibenda.

tinetur. Sed in ijs, & in Balſamone (de quo poſtea eſt dicendum) cautius inceden-
dum eſt, quod vix eiuſmodi homines abſtinere potuerunt ob occaſione captanda, qua
in Eccleſiam Romanam inueherentur. C

De Iuris Ciuilis Interpretibus. Cap. XVII.

INterpretes autem legum Græci, aut Latini fuere: Hi verò vel aliquot ante ſe-
cula floruere, vel acceſſerunt hoc noſtro eruditionis feraciſſimo.

In 8. Pluteo.

Græcorum aliquot Iuriſconſultorum Epitomes ſunt in Bibliotheca Florenti

Interpretes legum Græci vbi ſint.

na Medicea, in quibus Michaelis quoque Pſelli uerſibus Synopſis legum ſcriptus eſt.

lib. 4. emend. Cap. 3.

Qui liber non eſt (aiebat Antonius Auguſtinus) *quod tantopere deſideretur, quãtopere cete-
ri, ex quibus multa, quæ in noſtris Latinis libris aut deſunt, aut mendoſè ſcripta ſunt, aut
obſcurè, intelligi, & ſuppleri poſſent.*

De Nomocanone verò Photij, deque in eum labore Theodori Balſamonis, uti de D
Theophilo, qui Inſtiniani uertit Inſtitutiones, ac de Leone Imperatore, qui poſt Iuſti

Cautio de libris Balſamonis.

nianum edidit ἐπανορθωτικὰς ἀνακαθάρσεις, ideſt correctorias expurgationes, ſicut
& de Harmenopulo alibi dicemus; ſed quod ad Balſamonem pertinet, haud tacen-
dum eſt, in libro Iuris Orientalis tertio Græco, pag. 181. ſic de illo legi: quod in Lati-
no 221. minus appoſitè verſum, ſequentem habet ſenſum. *Interrogatio Conſtantini
Archiepiſcopi Dyrrachij facta Ioanni Epiſcopo Citri.*

*Interrogo, an adhærendum ſit quibuſdam digreſſionibus, quas B. Patriarcha Antiochiæ
Theodorus cognomine Balſamo ſubſcripſit in Canonicis, et Ciuilibus Conſtitutionibus ad inter
rogationes Marci ſanctiſſ. Patriarchæ.*

Reſpondet autem *Diuinus ille vir Antiochiæ Patriarcha, magnus quidem erat Ciuiliũ,
& Canonicarum Conſtitutionum ſcrutator, & ab omnibus in his celebratus. Eius autem ſcri- E
pta, quæ ad Canonica, & Ciuilia poſtulata ſunt edita, non in cunctis, quod mirum eſt, cu-
ram ſapiunt. Quin potius obliuionem maximè, atque inconſiderantiam, alibi item confu-
ſionem redolent. Qua de re non dubitabit, qui ſedulò animaduerterit eius ſcripta minimè
reſpondentia diligentia. Ego verò, eo adhuc ſuperſtite, plures audiui Conſtantinopoli Iuriſ-
peritos, qui quaſdam illius viri opiniones reprehenderent in Canonum, et Legum interpretatio*

Balſamon ab omnibus nõ eſt legendus.

*nibus, atque in huiuſmodi alijs. Reſtat igitur, vt veriſimili ratione dicamus prædicta ſcripta
non eſſe legenda niſi ab eo, qui exactè nouerit Iuriſprudentiæ multiplicitatem, atque in varijs
Canonicorum anfractuum teſtibus operam ſuam admodum poſuerit. Hæc enim adhibita di-
ligentia*

A *ligentia intelliget, quid reprehendendum nec ne ſit. At, qui non habuerit hunc vſum, nulla ratione hæc attingat: ne rudium mercatorum more, in ijs quæ auri & argenti ſpeciem habent, ac areis, & ſtanneis negociatus, tamquam æquo cum aureis & argenteis pretio damnum in ipſa ſorte patiatur.*

Latini uerò Interpretes, poſt veteres illos, de quibus egimus, florere incepe-runt, poſtquam Vernherus (quem Irnerium nominant) in Italia apud Mechtil-dim Reginam excitauit in lucem iacentes (ob Longobardicas Conſtitutiones, quæ Romanas leges oppreſſerunt) in Bibliothecis Pandectarum libros; E qui-bus cum Lotharius Secundus Saxonum Dux, Cæſar Germanicus XVIII. æqui-tatem Romanorum legum agnouiſſet, has in Academijs, & Tribunalibus tra-ctandas edixit. Tum alij, Azo, mox Vgolinus, Martinus, Placentinus, Ioannes,

Latini Interpretes quã do florere cœperint.

Anno Domini 1127.

Anno Domini 1190.

Anno Domini 1226.

B Vdalricus, & Rogerius, poſt hos Accurſius auditor Ioannis, & Azonis, gloſſas Pan-dectis adiunxerunt. Secuti reliqui verba gloſſarum, & ſententiam eorum, potius quam verba contextus interpretati, mortuis altercationibus, in infinitam propè molem, libros, & Commentaria redegerunt. Inter iſtos primi, Dynus Muxella-nus; tum Petrus de Bellapertica Burgundus, ſiue Heduus; Iacobus de Arena Par-menſis, Cynus Dyni diſcipulus, Iacobus de Butrigarijs, Raynerius Foroliuien-ſis; Bartolus. Poſt quos innumerabiles alij ſcripſerunt, quorum extat Elen-chus non ſemel in lucem editus, cùm prior à Ioanne Neuizano, Ludouico Go-meſio, Ioanne Fichardo, & Ioanne Baptiſta Ziletto Veneto collectus, dein-de à quibuſdam Germanis auctus, & Francoſurti ad Mænum non ſemel emiſ-ſus, non minùs contineat Hæreticos, quàm Catholicos Iuris Interpretes.

Anno Dom. 1300.

Anno Dom. 1320.

Elenchus Interpretum Iuris vnde.

C Quare & cautè tractandus eſt, licet in Academijs, licentius, quàm par eſſet verſe-tur à multis.

CAVTIO.

Ac de inſignioribus quidem ſat erit huc addere, quæ ob ſeculorum illorum cala-mitatem in aliquibus, præcipuè Accurſio, deſiderata ſunt: cùm quod generatim de ijs exiſtimandum ſit, & Marcus Mantua, & alij ſatis ſcriptum reliquerunt.

Et duæ res fuere potiſſimùm, propter quas Interpretes aliquando ſunt lapſi: Altera, quòd plerique exiſtimarunt, Iuriſconſultorum leges, ea integritate, atque ordine ad nos perueniſſe, quibus ab ipſis primùm Auctoribus conſcriptæ fuerunt; neſcientes, quibus ab Iuſtiniano Iuris inſtaurandi poteſtas eſt facta, eos ex varijs Prudentum Reſponſis, & Reſponſorum fragmentis, leges, quales habemus, con-flaſſe. At certè expedit prænoſſe ex Scriptoribus, è quibus Centrones iſti collecti

Cur Interpretes ſint lapſi.

Leges quas habemus, ex Prudentũ reſponſis conflatæ.

§.1. in 1. conſtit. C.

D ſunt, fuiſſe tantummodò legum interpretationes: quæ quidem accedente iuſſu, & auctoritate Principum, factæ ſunt leges. Quòd ſi fontes, vnde ſunt hauſtæ exta-rent, cognitionem etiam vetuſtatis haud mediocrem haberemus. Sanè verò è de-truncato loco vix diuinaueris, quis Auctoris fuerit ſenſus, niſi aliundè tibi præſidiũ petas: tum, quòd non erat vnus Tribonianus, qui colligebat, ſed & Theophilus, & Dorotheus, qui ſæpè inter ſeſe diſſentiebant, num hoc, an illud ex Herennio, ex Papiniano, ex Celſo ſumerent: tum, quòd diſtenti ſummis occupationibus, varijs-que acti perturbationum fluctibus (quippe in eminenti honoris gradu conſtituti, & homines haud ſanctiſſimi) nec veritatem ſemper aſſequebantur, nec proinde ſibi conſtabant.

Altera, Hiſtoriæ, atque Annalium verorum neglecta excuſſio, atque notitia. Hiſtoriam cùm dico, non Ciuilem tantùm, ſed & Eccleſiaſticam intelligo, & Sa-cram. Nam quòd Pomponius Atticus aiebat, ſeſe Ciceronis de Republica libris incenſum fuiſſe, ad veterum Annalium memoriam comprehendendam; ac quòd quaſi quodam humano myſterio Lælius ille ſapiens generos ſibi adſciuit, alterum, Q. Mutium Scæuolam augurem, & magnum Iuriſconſultum; alterum Fannium Hiſtoricum nobilem: & quòd denique P. Mutius Scæuola, habitus Iuriſconſulto-rum Princeps, in Conſulatu habuit L. Calpurnium Piſonem, Annalium ſcriptorẽ clariſſimum collegam: ſatis indicatur, Iuriſprudentiæ, atque Hiſtoriæ Diuinæ & Hu-manæ, indiuiduam eſſe debere coniunctionem, ijs proinde vtramque hanc eſſe vſur-pandam,

Hiſtoriæ ignorantia damnũ alterum

NOTA.

Hiſtoriæ Sacræ & profanæ iuriſconſultis cognitio neceſſaria.

auſpicatur? Quid hic, inquam, in Adoleſcentum animis figendum eſt, vt vnde ſtu- A
dia inchoent, quorſum eadem referant, ſciant? Quod ſanè Romanus Catechiſmus ſuppeditabit abundè ijs, qui perlegent, quæ in eo ſcripta ſunt in alterum primæ Tabulæ præceptum, [a] & in priorem orationis Dominicæ partem. [b] Ac deinde, quę Dominus per Ioannem Euangeliſtam [c] tam diligenter commendauit, vt *ſi quid in eius nomine peteremus* (id quod & ad ſtudia referendum eſt) *ſciremus nos eſſe conſecuturos.* Cùm verò Interpretes penè omnes multa hoc ipſo loco afferre ſoleant, ecquis Iuſtinianus, ecquæ Imperatoria dignitas fuerit, aut vnde originem duxerit; an ne opportunius quàm hic, depromi poterunt eæ cautiones, quas Hiſtoricis ſacris, & profanis legendis adhibendas eſſe oſtendimus? Et Franciſcus quidem Hotomanus, initio Commentariorum ſuorum, de vita Iuſtiniani diſſerit fuſius, vt denique poſt enarratas de eo vi- B
ctorias, dicat, Religionem Chriſtianam ab eo piè, ſanctéque cultam. *Siquidem* (inquit) [d] *errantium opinionum, quibus tum Eccleſia Chriſtiana, tamquam tempeſtatibus quibuſdam agitabatur, vindicem ſe acerrimum, inimiciſſimumque* [e] *præbuit, nam & Porphyrij, & Eutychetis, Neſtorijque impias, & ſceleratas opiniones repudiauit: ac Religionis noſtræ de trino Deo, & vno ſententiam integerrimè, conſtantiſſiméq; defendit. Poſtremò quæ in Concilio Nicano eadem de Religione conuenerunt, arctiſſimè retinuit. Imperauit annos XXXIIX. menſ. VII. dies X. vixit circiter LXXXIV. mentiſque errore multò antè affectus, Iuſtino ex filia nepote Imperatore deſignato, vita eſt functus.* Hæc ille. Verumenimuerò planiùs addendum erat quam uitam egiſſet Iuſtinianus, quum legum molem in ordinem redigi mandaſſet; vel quas victorias reportauit, dum Religionem Catholicam integram cuſtodiret, ac verò quanto de gradu decidit, quasve amiſit Prouincias, cùm C
primùm in hęreſes incidit. Quo quidem ſtudio ieiunium coluerit, dum ſtabat in Fide, ſic Procopius refert. *Omnibus* (inquit) *ſilijs* (hoc eſt Quadrageſimæ) *diebus, qui Paſchalem ſollemnitatem præcedunt, ieiunio addictus, durant quamdam vitam egit, nedum Regi alienam, ſed neque priuato alicui aliquo modo acceptabilem, per dies abſtinebat, ſummo mane itidem è lecto conſurgens Reipublicæ inuigilauit, cuius negotia verbo, & opere pertractans, matutinum, meridianum, & non minus nocturnum tempus impleuit. Nam in ſeram noctem lectum petens, mox ſurrexit, quaſi plumarum pertaſus, cibi appetens, vinum, panem, & alia id genus cibaria abeſſe voluit; braſſicam folium, & agreſtes herbas longo tempore ſale, & aceto maceratas edebat; potus aqua erat ſola: neque bis ad ſaturitatem vtebatur, ſed petitum cibum pauliſper deguſtatum, mox dimiſit, non eo ſumpto, quod natura ſatis erat.* Hęc Procopius: cùm Euagrius, quę poſtea à Iuſtiniano perpetrata ſunt mala, & quibus ille hæreſibus adhæſerit, non vno loco ſcripſerit. Nam & Praſinorum factioni ſe ad- D
iungens, eos permiſit impunè immania patrare facinora: & ipſe auaritiæ ſe dedens, denique ab Orthodoxa fide diſcedens, edictum aduerſus eam ferre volens haud potuit, ſed miſerè interijt.

Et Mynſingerus quoque initio, cùm de hac Imperatoris voce ageret, mittit lectorem ad ea legenda, quę Spiegelius de Germanię Septemviris ſcripſit; qui Spiegelius ob hæreſes, erroreſque permultos, ab Eccleſia prohibitus eſt. At iuſtiſſimum eſſe, vt hoc loco inprimis in iuueniles animos, ea ſummatim inſtillarentur, quæ de Cæſaris poteſtate Bellarminus tradit: Sic enim deinceps, quæ *Cæſaris eſſent Cæſari, quæ Dei, Deo rectiſſimè redderentur*; nec mali ſanè Conſiliarij tam facilem ad Religionem euertendam aditum haberent. Et Bellarminus quoque hac de tota re, quantum ſatis eſt, ſcripſit cùm alibi, tum capite ſexto, & reliquis libri quarti, vbi agit de Pontifice Ro- E
mano. Huc autem pertinent quęcumque alibi, de Pontificis poteſtate dici poſſunt.

Neque verò defuerunt Interpretes, [h] qui ubi de etymo huius vocis, Auguſtinus, egerunt, illico de Donatione Conſtantini Eccleſię facta interſeruerint [i] ea, quæ licet ab Eccleſia vetita fuerant, nondum tamen ea ex omnibus [k] libris eraſa ſunt, & quæ cùm ab alijs, tum ab eodem Bellarminio confutantur.

Reliqua eiuſmodi ſunt, qualia de diuortio, [l] De concubinatu, [m] De nuptijs, [n] De adoptione, [o] De patria poteſtate, [p] De Religioſis, [q] De Iureiurando, [r] De gradibus cognationum, [s] De publicis Iudicijs, De uariorum Magiſtratuum, Iudicium, Scribarum

S. Baſilio Pata[illegible], de Iu[illegible] & Canon. & [illegible] contradi[illegible]. Galeaunus Benon. Hieronymus Zannettinus Renon. & Proſdocimus de Comitibus. Patauinus, de differentijs legũ, et Canonum, qui omnes extant primo Tomo Tractatuum Venetijs aditorum anno 1584.

a Non aſſumes Nomen Domini Dei tui in vanũ

b Sanctificetur Nomen tuum.

c Io.14.et16.

d Franciſcus Hotomanus de vita Iuſtin. Imp. in initio ſuorum Comm.

e Procopius de ædif. Iuſtiniani Imp.

Imp Iuſtinianus qua ratione ieiuniũ quadrageſimæ obſeruauerit.

Euagr. lib. 4. Hiſt. Eccl. c. 29.31.38.39. & 40.

Niceph. Eccl. Hiſt. lib. 17. c. 19.30.31.

f In §. ſacra Iuſtit. de re. diu.

g In inſcrip. proœm. inſt.

h In ſũmar. l. 2. §. cũ vrbẽ. ff. de off. præfecti Vrbis.

i In ed. Tanta corp. Ciu[illegible] anne.....

K In gl §. 1. in ver. indiuiduarum in princ. de patria pot.

l Ib. in fi. gl.

m Toto ferè tit. de nup. et in pr. de p. po

n In gl. in §. 1. in ver. ve. ſcripto, de adopt. quã in c. ex ſuſceptio ext de fo. cop.

n In gl. § filiusfa. in verſ. non liberat. quib. mo. ius pat. po. ſol. & al. p In §. religioſum, de rer. diu. q Cum alibi, tum ad gl in §1 in ver. dotale quib. alie. le. vel non. qua ex c. licet, de iureiu. in 6. r Toto ferè titulo. s In §. publica in ver. anima, qua gloſ. & Sylu.

A rum officijs dici poſſunt. a Nam & huc, quæ è Iure Canonico habentur ad manus, quæuè Synodus Tridentina, & Romanus, Catechiſmus commoſtrant, ſuis aptanda ſunt locis, ut ueritas Chriſtianæ pietatis elucear. Alioquin adoleſcentes epotis Iuris Ciuilis erroribus, euadent monſtra Rerumpub. hincque machinas excitabunt aduerſus inſtitutam à Chriſto in Eccleſia poteſtatem, b ordinem ſacrum, c cælibarum Sacerdotum, Religioſæ uitæ perfectionem, & ſexcenta alia; ut etiam poſtea (quod nimio plus factum uidimus) audeant ſectarij Macchiauelli placita Tyrannica pro legibus obtrudere, & falſi Politici Catholicam Religionem cum Hæreticorum Atheiſmis, ac profanis ſacra commiſceant peruertentes humanum & Diuinum Ordinem, ipſi iam faſtu ſuperbiæ peruerſi, & in reprobum ſenſum traditi.

Cur Iuſtinianus ea inſeri in corpus iuris permiſerit, quæ Chriſtianæ Religioni aduerſantur.

Tribonianus iuris conſarcinator qualis fuerit.

a De off. iud. & de obl. quæ ex quaſi delic. naſc.

Porrò de Magiſtratuum Officijs pauca è Manuali Nauarri peti poterunt, ubi de ſta
B tibus agit, cùm & de his plures cum laude ſcripſerunt, inter quos Thomas, Dionyſius Carthuſianus, Antoninus, Rodericus Epiſcopus Zamorenſis in Speculo uitæ humanæ lib. de Monarchia, & origine, & differentia Principum, ac reliqui, quos in Tractatione noſtra de Practica Theologia recenſuimus.

b In §. ſacra de rer. diuiſ. quidam Hæretici.

Ac quoniam mirari iure quiſpiam poſſet, cur Chriſtianus Imperator Iuſtinianus ea interdū inſeri permiſerit in ſuos libros ad corpus Ciuile ſpectantes, quæ Chriſtianæ Religioni aduerſantur, commodè, antequam eò progreſſus fiat, præmuniendi erunt adoleſcentum animi. Iuſtinianum, qui apud multos habitus eſt, ἀναλφάβητος, nimirum ipſius quoque Alphabeti ignarus, haud ſcripſiſſe hunc librum, ſed Tribonianum (vt diximus) quem & Suidas auctor improbat, tamquam omnis Religionis contemptorem, auarum, nulla fide, nulla Iuſtitia, ius quotidie nouum, uariumque conſti-
C tuentem, quique Iuſtiniano perſuaſerit, fore, ut non moreretur, ſed cum carne aſſumeretur in cælum. Quòd ſanè probabiliſſimum eſt (quamuis Zaſius d uel Rutilius in eius uita, conentur illum defendere) cùm ſi Chriſtianæ pietatis ſoliditas fuiſſet in eo, reſpuiſſet multa, quæ ob impietatis labem Chriſtianis uocibus, & auribus indigna ſunt: quales ſunt Diuinitates illę, quę impijs, Ethnicis, & Hæreticis quibuſdam Imperatoribus paſſim tribuuntur, ubi leges eorum, aut edicta memorantur. Quorſum enim Chriſtianis mentibus tam crebra Diui Claudij, & ceterorum quorundam obtruſa commemoratio? Quę conſuetudo apud malè ſanos homines ſeruata, perſonat hactenus Fidelium aures, cum tamen plures ſibi Religioni ducant, ſi quis è Cælitibus, aut is, cui Chriſtus Regni cælorum claues concredidit, inſigniore aliquo reuerentię, aut uenerationis nomine appelletur.

c Hæreticè quidam in §. idem in milite, de excuſat. tut. & in §. filiusf. Quib. mod. ius patr. pot ſol. & alibi.

d Zazius in l. 2. §. & cum placuiſſet, in ver. euerſore, de orig. iur.

Matth. 16.

D Scio autem, circumferri Iuſtiniani Inſtitutionum libros Adnotationibus, ac notis Doctiſſimorum virorum (ſic habetur in fronte libri) illuſtratos, & auctos, permodica impreſſos forma, anno 1580. At locus Typographi tacetur, qui cùm Geneuæ fuerit, cauebunt adoleſcentes, ne in aliquid ab Catholica pietate abſonum impingant. Nam etſi ex quibus aut Iuriconſultis, aut alijs ſcriptoribus Adnotationes illæ collectę ſint, plures, & boni, & verò quidam alij prohibiti non ſunt: quales Theophilus, Iſidorus Hiſpalenſis, Alexander ab Alexandro, Gulielmus Budæus, Franciſcus Connanus, Franciſcus Duarenus, Iacobus Cuiacius, Antonius Auguſtinus, Petrus Victorius, & alij: quis tamen fuerit Ioannes Criſpinus: quis Iulius Pacius: quis Vveſembecius, & huiuſmodi alij, qui eodem loco cenſentur, intelligent, qui librorum prohibitorum Indicem à Sancta Sede Apoſtolica emiſſum ſcrutabuntur. Plura certè hic o-
E miſere, quæ dici poterant ad fidei Catholicæ ueritatem, cùm & alia ediderit Criſpinus peſtilentiſſima.

Geneuenſes Caluini Typographi quonam aſtu Iuſtiniani Inſtitutiōes fœdarunt additione ſuſpectorum, vel prohibitorū Auctorum.

Pandectæ. *Cap. XI.*

Pandectæ, quas non inſcitè quidam *Synagogam* nominauit, licet poterant improprié appellari Codex, & uerò ita appellantur, maluit eas tamen Iuſtinianus, uocari nomine, quo etiam plerique Iuris Auctores ſuos libros nuncuparunt. Eius uocis notio, ut Græca eſt, deſignat omnia continentes. Porrò ueteres cùm Pandectarum leges, libroſque ſignificabant, priorem eius dictionis literam cum ſigno ac centus circumflexi ſic ſcribebant π͂. Id quod qui ſubſecuti ſunt, Græcarum ignoratio-

Pandectæ cur ita dicantur

l. 1. & 2. de ve te. iu. enucl. ... Alc. lib 3 de ſpiritu, ac compit. 19.

ne

Plinius in pſatione ſui operis.

ne literarum, putantes eſſe digamma, hoc eſt duplex ΓΓ, hoc ſigno notarunt, ff. Pan- A
dectarum autem inſcriptionem Plinius inter illecebroſas, & magna promittentes re-
cenſuit, *proper quas*, inquit, *vadimonium deſeri poßit*.

Digeſtũ cur ius ciuile dicatur.
Alciat. in l. 1. Cod. de ed.

Digeſtorum autem nomen primum Saluius Iulianus reperit, qui Ius Ciuile confu-
ſum tamquam in quamdam artem redegerit. Haloander tamen non negat, nulla in-
iuria noſtrorum hominum imperitiã accuſari, qui caput aliquod ex Digeſtorum ope
re in teſtimonium adducentes, legis uerbo, & gemino ff. vtuntur, cùm ex antiquiſſi-
morum Codicum monumentis conſtet, Latinos ἐν τοῖς παρατίτλοις, ſimpliciter huic
ϑ, vel huic θ, notæ, quæ operis nomen ſignificabant (vnde & ſupina librariorum ne-
gligentia irrepſit, vt hodie, ff. ſcribantur) titulum, nudumque capitis principium hũc
in modum adieciſſe, Dig. vel ϑ, vel θ, de actionibus empti, Iul. Græcos uerò frequen-
tius operis nomen omiſiſſe: titulum, caput, ac uerſum, quem ϑεμάτιον, illi, quaſi no- B
uam facti ſpeciem, ſiue caſum, noſtri ineptè Paragraphum appellarunt, per numeros
tantum indicaſſe, hoc modo, βιβ.δ'.τιτ'.β.κ.ϛ.ϑμ.ια. id quod fragmenta quædam de
pignoribus, de ſucceſſ. ab inteſt. de peculio, Græcè ſcripta, quæ ipſe dum viueret, ha-
buit, antiquiſſima teſtari poſſunt.

Diuiſio prima Pandectarum.

Pandectas igitur iſtas ex duorum millium librorum in quinquaginta tantùm & ex
verſibus tricies centenis millibus, in centum quinquaginta millia dumtaxat, nimis fi-
denter reductas, Tribonianus, Ioannes Patricius, Theophilus, Dorotheus, & alij par
titi ſunt primò in ſeptem partes; Deinde haſce in libros, hos autem in titulos, vt le-
ctor commoda cuiuſque loci inſpectione, ad iudicium de rebus ipſis inuitaretur.

Septem partes Pandectarum, Ex Iuſtiniani partitione. Cap. XII. C

Pandectarũ prima pars, quid contineat.

PAndectarum autem pars prima uocatur τὰ πρῶτα, hoc eſt *primaria*, qua nihil
ſit anterius: Continet enim principia Iuris, quod à Iuſtitia uirtute pręſtan-
tiſſima deſcendit: oſtendens, omnium Magiſtratuum, & prudentium in tractan
dis legibus officia, quave ratione his rectè imperantibus obtemperetur. Habet uerò
libros quattuor.

Quid ſecunda.

Secunda de Iudicijs, continet materiam actionum quotidianarum, de rebus tũ vni
uerſalibus, tum ſpecialibus. Nam omne ius pertinet aut ad perſonas, diſtribuendo
vnicuique functionem ſuam, aut ad res, ratione quadam ad vtilitatem perſonarum
commutandas; aut ad actiones, quibus incidentes rerum controuerſiæ iudicantur, ac
certa forma celeriter dirimuntur. Habet libros ſeptem. D

Quid tertia.

Tertia de Rebus creditis, in qua formulæ contractuum proponuntur, quibus homi
nes inter ſe, alrer alterius fidem ſecuti, res ipſas, vel earum vtilitatem, æqualitate qua-
dam obſeruata, communicant. Habet libros octo.

Quid quarta.

Quarta ὄμφαλος, ſeu *vmbilicus* dicitur, quaſi locus in Iure tractando medius. Com
plectitur autem primùm materiam pignoratitiam; deinde ordinationes Aedilium Cu
rulium valde vtiles. De vſuris item, & fructibus, & acceſſionibus rerum tractat. Tum
addit regulas probationum, quæ iudicijs deerant: ſcilicet, quomodo Iudici ſit facienda
fides eorum, quæ apud eum proponuntur. Poſtremò, matrimonij forma, dotes, &
donationes, & puerorum ex matrimonio procreatorum tutelæ definiuntur. Habet
libros octo.

Quid quinta.

Quinta de Teſtamentis, continet materiam vltimæ voluntatis: vt quandoquidem E
anima eſt immortalis, regnet etiam hominis uoluntas extincto corpore. Per vltimam
enim voluntatem admittitur etiam poſt mortem liberalitas erga proximum, inſtitu-
tionibus, legatis, ſubſtitutionibus, fideicommiſſis purè, vel ſub conditione, pro cuiusli
bet arbitrio: Idque militantibus, & defendentibus Rempublicam aliquanto liberius,
propter occupationes, conceditur. Habet libros nouem.

Quid ſexta.

Sexta abſoluit de vltimis voluntatibus tractationem: expoſitis Prætorum edictis,
per quæ Iuris Ciuilis aliquando nimis dura auctoritas redigitur ad æquitatem: Dein-
de libertatis cauſa proponitur. Tum de acquirendis per vſucapionem rerum domi-
nijs certa ratione ſtabiliendis, ne cuilibet ſemper ſit liberum de illis controuertere, ac

publicam

A publicam tranquillitatem turbare. Poſtremò interdicta Prætorum per ordinem recenſentur, quibus controuerſię hominum, celeritatem quamdam deſiderantes, mirum in modum commodè ſolent extingui. Habet libros octo.

Septima continet reliquam tractationem de Stipulationibus, vt certæ ſint formæ, per quas homines ſeſe verbis obligent, ne omnibus paſſim colloquijs conſtringantur. His adnectit fideiuſſiones, ſolutiones, omneſque nouationes; hoc eſt; cùm placet hominibus contractas inter ſe obligationes in nouam formam mutare. Poſtremò ciuilibus explicatis negotiorum formulis, delinquentium pœnæ adijciuntur, aduerſus malos, vt boni fruantur pace. De publicis quoque functionibus aliquid obiter explicatur. Et ne quis exiſtimet, ipſas voces legum, quaſi cuiuſdam hiſtoriæ legendas eſſe, ac nō vim potius, & poteſtatem, in tanta negotiorum varietate excutiendam; ideò B primùm verborum ſignificationes, ex quibus phraſes Iuriſconſultorum colligamus, explicat; deinde regulas ſubijcit, ac theſes, quarum ductu vniuerſi iuris cognitionem liceat facile aſſequi; & pro vſu incidentium quotidie negotiorum exercere. Habet libros ſex.

Quid ſeptima.

Cautiones de altera Pandectarum partitione, in Digeſtum Vetus, Infortiatum, Nouum. Cap. XIII.

Recentiores autem abuſi Indice Iuris quippe qui non tam partem, librum, materiam, quàm foliorum numerum reſpicerent, Tres Digeſtorum Tomos appellarunt; Vetus, Infortiatum, Nouum: vt & diſtinguerent Digeſtum Ve- C tus in titulos centum quinquaginta quinque, verſus ſexaginta quinque; Infortiatum in titulos centum & quinque, uerſus quinquaginta ſex; Nouum verò in titulos CLVIII. verſus LVI. quorum explicatio in fronte cuiuſque tomi iam habetur.

Diuiſio iuris in Digeſtum vetus, Infortiatum, & nouum planè commētitia.

At de hac uoce, Infortiatum, ac de Pandectarum ſerie, & partitione, Andreas Alciatus in manus ſuas nuper incidiſſe ait Digeſtorum volumen quoddam antiquiſſimum, non vulgaribus, protritiſque tomis diuiſum, ſed in duas tantum partes, quarum poſterior à Trebelliano S.C. ſumebat exordium; *Quæ res* (inquit) *manifeſtiſſimum facit, ineptam eſſe recentium dubitationem, dum potiſſimum ambigunt, cur ſecundum Digeſtorū volumen Infortiatum dicatur, quaſi non barbara hæc vox ſit, & nullius ſenſus ab indocto aliquo literatore primum facta, quem deinde alij æquè indociles ſecuti ſint.* Hæc ille. Proinde nemo ſe poſthac cum Accurſianis eruciet, quid ita ſecunda Pandectarum pars In- D fortiatum appelletur; cùm planè nec ſecunda ea ſit, ut quæ uigeſimi quarti libri Digeſtorum (qui vltimus eſt Digeſti Veteris) titulum vltimum ſecum trahat: nec ulla aut eius vocis Etymologia reddi poſſit, cùm barbara ſit, vt iam dictum eſt, aut eius partitionis iuſta ratio. Perpetuus enim eſt Digeſtorum ordo, ac contextus quinquaginta omnino librorum continua ſerie abſolutus, non alia prorſus ratione ab antiquis interciſus, quàm quòd tanta librorum congeries, ac veluti moles, in iuſtum aliquod uolumen conſui non poſſet, quale quid nūc feceris, ſi aut Virgilianam Aeneidem, aut Liuij Decades, aut cuiuſuis alterius Auctoris plures libros eamdem rem tractantes, in tres, aut plures tomos diuiſeris.

Lib. 1. diſp. in proœm.

Infortiatum nihil ſignificat.

Quòd verò Matthæus Monachus quidam ſcripſit etiam Digeſtorum corpus bis editum fuiſſe; primùm breuius, deinde auctius redditum paratitlis; & paratitla eſſe E ἀναπληρώσεις, vt loquitur, ſiue repletiones eorum, quæ cuique titulo Digeſtorum deerant in priori editione, & ſcholia: ipſa fides veri refellit ſatis, quæ fidem facit, vnam tantum Digeſtorum editionem fuiſſe, & paratitla Iuſtiniani, ex 1. & 2. de ver. iure enucl. nihil aliud eſſe oſtendit, quam breues, & ſubtiles titulorum interpretationes, & quaſi monitoria, ſiue claues eorum, quæ ſingulis titulis continentur.

Digeſtū bis non fuis editum.

A

Cautio altera de Pandectarum ordine inuerſo, vel turbato, vel corrupto textu.

Aliqua in Pādectis ſuo in loco non collocata.

ATqui, & præpoſtera titulorum, & chartarum in Digeſtis collocatio præcauenda eſt, præſertim, ſi quis antiquioribus editionibus vtatur. Extat enim titulus de Iudicijs adiectus libro quinto, cùm ſit titulus ſecundæ partis Pandectarum generalis. Item titulus de rebus creditis adiunctus libro duodecimo, cùm ad tertiam vniuerſi operis partem pertineat.

In ipſis etiam Piſanis, quæ poſtea Florentinæ dictę ſunt, & ſummo in honore habitæ Pandectæ, ad quarum exemplaria prouocare ſolebant Baldus, & Bartholus, quæ chartę erraro compactorum, alio translatæ ſint, quiue tituli, aut loci, aut verba mutata, vel falſata ſint, in quibus Bologninus tenuiter; Politianus, & Budæus diligenter; B Gregorius Haloander accuratius laborarunt; accuratiſſimè monſtrauit Antonius Auguſtinus, Noticorum ſimul librorum, vnde Haloander multa ſumpſerat, defectu, atq; aliorum, etiam ſui præceptoris Alciati lapſibus animaduerſis. Is igitur Auguſtinus, vir eruditiſſimus, qui in Eccleſia varijs muneribus perfunctus eſt, anno huius ſeculi quadrageſimo tertiò Venetijs apud Iuntas edidit (licet alibi poſtea editus quoq; ſit) Emendationum, & Opinionum libros quatuor, & librum ſingularē ad Modeſtinum, ſiue de executionibus; quibus maxima Iuris Ciuilis pars ex Florentinis Pandectis emendatur, & declaratur. Vt verò eius laboris vſus, & fructus vnicuique conſtet, Indicem ſingulorum capitum eorumdem quatuor librorum legat attentè lector.

Antonij Auguſtini liber Emendationum.

Fides Pandectarum Florentinarum. Vide hanc Epiſtolā in editione Plantiniana.

Demum hoc loco placet addere, quæ de fide Pandectarum Florentinarum, ſeu potius Piſanarum, Franciſcus Taurellius ſcripſit, vt plena de earum auctoritate, ſiue anti C quitate, habeatur à ſtudioſis notitia. Is igitur ſic: *Pandectarum, ſiue Digeſtorum antiquum volumen, Florentia nunc, olim Piſis adſeruatum, cùm Amalphi prius omnem ſuprà memoriam fuiſſet, inde acceptum, Piſani, quòd Innocentium Secundum Pontificem Maximum, & Lotharium Cæſarem item Secundum, claſſe aduerſus Normannum Rogerium iuuiſſent, egregiè nauata opera monumentum retulerunt, atque penes ſe habuerunt, donec per Ginum Caponium æquè nobilem ac ſtrenuum virum, anno 1406. Piſis in poteſtatem redactis, ſubiectionis ſymbolum tranſtulere. Liber itaque Florentiæ eo ex tempore eſt cuſtoditus: Atque hæc ex antiquis Piſanorum annalibus apud Plotium Griffium eorum ciuem accepimus; quibus & Raphael Volaterranus per omnia ferè adſtipulatur, & illo multo antiquior Raynerius Grachim Piſanus, ijs libris, quòs ante ducentos penè annos de bello Thuſco conſcripſit, quod opus inter cubiculares duos libellos aliquando viſum eſt. Sed & Plotius idem affirmat, antiquum D inſtrumentum domi ſe habuiſſe donationis eius in Piſanos per Lotharium collatæ, quod poſtea contagioſæ peſtis periculo vitando, inter alia ſcripta igne combuſtum ſit. Hunc optimum librum tam quadringentos amplius annos, in Hetruria habitum, nemo ſatis vnquam laudauerit; ſiue antiquitatem ſpectemus, ſiue ſynceritatem ac fidem.*

Cautio ad inueniendas in Pandectis leges accommoda, & de Iuriſconſultis veteribus. Cap. XIIII.

Qua ratione lex inuenienda ſit.

ET præſtat in reperiendis legibus, eam rationem tenere, quam etiam alij attigerunt. Nimirum, cùm proponitur facti ſpecies, cuius definitio ex iure deſideretur, cogitandum eſſe, quanam in parte Pandectarum tractetur genus propoſi E tæ materiæ: Tum pergendum, quoto libro ſit, vt propiùs accedas ad ſpeciem: Sic tandem perquirendos titulos, & ſub titulo legem: Mox lege reperta, uidendum, à quonam ſcripta ſit, Tum verò è Catalogo qui nomina contineat legiſlatorum, colligendum eſt tempus Iuriſconſulti, vel Imperatoris, qui legem ſcripſit. Denique diſpiciendum, ſit ne locus ille ſuccedente ſeculo mutatus, Quorſum enim attinet, citare legem mutatam?

A

Cautio de Iuriſconſultis veteribus.

Iuriſconſulti veteres quo laudandi vel non.

IAm verò Iuriſconſultos veteres æquo animo ferendum erat à pluribus commendari à conſentiente doctrina, ab nitore, atque elegantia ſtyli, a ſoliditate plurium legum, & præceptorum à quadam grauitate morum & vitæ: At Diuinos, & verè Aequitatis Sacerdotes, atque antiſtites vocitare, ac teſtari proximè ad Euangelicam legem eos acceſſiſſe, ijs autem uocibus, cùm de uno Papiniano loquuntur, exclamare: *O diuinum ingenium, ò iudicium irreprehenſibile, quem tibi hominum conferemus? quis mortalium in tam vi[r]idi ætate, ad ſapientiæ, fortitudinis, prudentiæ, temperantiæ, æquitatis, et iuſtitiæ tuæ faſtigiũ peruenit?* Hæc ſanè nimia ſunt, & quæ adoleſcentũ Chriſtia-

Spieg. & quidam alij.

Matth. Grib. in meth. de rat. ſtud.

B norum animos ſic defigant in Gentilium æſtimatione, vt poſtea uix Chriſtianę legis eminentia illis ſapiat, putent autem, vbi ſpeciem quamdam prudentiæ combiberunt, nil quidquam eſſe, quod politico neſcio cui faſtui ſit anteferendum. Et uerò potidùm eſt, homines Ethnicos uocari uerè *Aequitatis Sacerdotes* ab alijs quibuſdam, qui Chriſtianum ſacerdotium, & ſacrificium, atque iccirco Chriſtianam legem, quantum in ijs fuit, exploſerint. Cùm ſi quis ſapienter velit cum Papiniano conferre Virgunculas, & adoleſcentulos impuberes, qui meliora depromſerunt è corde, & Diuinam legem eructantes, intrepidè inter compedes, & ſecures, ſanguinem pro uerisſima Iuſtitia profuderunt, certè ex iſtorum flamma, quæ ſplendebit in perpetuas ęternitates, auolabit fumus, & nimia opinio terrenę illius prudentiæ, atque conſtantiæ, qua Papinianus iſtorum uoce ſublatus in cælum, certiſſimo Dei iudicio deiectus eſt in

Error in appellandis, & extollẽdis præſcis Iuriſconſultis.

Vveſemb. in vita Papiniani.

C Infernum.

Quin ergo potius erànt præmuniendi ſtudioſorum animi cautione illa, quod ex iſtis, cùm alij à Stoicis, ab Academicis, alij, nonnulli à Peripateticis penderẽt, in pleriſque uariarunt, ac uerò eorum nemo in Chriſtum reſpexit, tot licet coruſcãtibus miraculis, legeque perfectiſſima tot terrarum orbe prædicata. Labeonem autem Platoni addictum multa nouaſſe in Romanis legibus, & Auguſtinus, & Pomponius Iuriſconſultus primo Digeſtorum libro meminit: Cum & Martianus, eodem libro Chryſippum in lege definienda ſectetur, Celſus uerò Theophraſtum de legislatorum officio præſcribentem amplectatur. Arqui hodieque Ciuilibus in legibus plura extant tanquam legitima, quæ nec ſeruantur, nec per Diuinam Legem ſeruanda ſunt, Profana utrique & ſceleris plena: qualia ſunt, quæ de uſuris, de diuortijs, de concubinis,

Veterum Iuriſconſultorum inconſtãtia.

D ac de alijs leguntur. Mitto diuerſam illam, & multiplicem tractationem de Iudicijs, & iuriſdictione omnium iudicũ, de actionibus, de exceptionibus, de Actoris, de Rei, de Patroni officijs, de pœnarum generibus, de agendi & probandi præſcriptis.

INTERPRETES Pandectarũ.

Ceterum quæ dici poſſent de Interpretibus Pandectarum, qui ante aliquot ſecula floruerunt, ea quoniam ad calcem huius tractationis adiecimus, quando ad reliqua Ciuilis corporis membra pertinent, iccirco inde petenda ſunt. Nam & Accurſij, & eiuſmodi aliorum lapſus, quantum ſatis eſt cautioni pręmonſtrandę, attigimus.

Codex Iuſtiniani; Vbi & de Gregoriano, & Hermogeniano, & Teodoſiano. Cap. XV.

E LOcus hic monet, vt quæ Iacobus Cuiacius, in ſuis in Codicis libros paratitlis quæ tamen aliqua egent expurgatione, ſcripſit, ne prætermittam, ſi prius dixerim, Codicem eſſe librum, in quo res digeruntur, & ordine conſcribuntur. Quam ob rem rectè Iuſtinianus ſuperiorum Principum ſine ordine poſitas Conſtitutiones purgari curans, tum etiam Nouellas emendatas, Codicem appellauit. *Eſt verò* (inquit Cuiacius) *maieſtas, & diuturnitas maior ſcripto, ſi quod exaratum his, hoc eſt in Codicibus, quam ſi in chartis, aut membranis ſimplicibus; ſicut membranis quoque maior, quàm chartis; adeo ut pleraque hodie non valeant, niſi membranis ſcripta veluti Codicilli dignitatum, & S. C. Verum, vt populi leges, ita generales Conſtitutiones Imperatorum, ne dicam Reſcripta, moris erat pugillaribus ſcribi cuiuſcumque*

Budæus in l. talis, § ſocer, ff. de ritu nupt. in Praf. Paratitl.

Codex quis liber dicatur & cuius ſit auctoritatis. *l. penult. C. de diu. reſcr. l. omnem, C. de teſt.*

Plinius ad Traianum. In confirmatione ſua Codicis.

materia, chartaceis, ligneis, aneis, vel eburneis, atque ita ſeruari ſingulas, vel vniuerſas in vnum corpus collectas, in ſcriniys memoriæ, & diſpoſitionum: & Imperatores ſcribunt, ius in ſuis ſcriniys eſſe conſtitutum, & Plinius, edicta Imperatorum vera, & emendata in ſcriniys eſſe Traiani: & Theodoſius ſuum Codicem haberi in ſacris ſcriniys: & Zonaras, de XII. Tabulis, ὅσα φυλακῆς ἐφαίνετο ἄξια, ἐν σανιδίοις ἐνεταμιεύοντο. Hoc eſt. Quæcunque digna obſeruatu, ab eis iudicata fuerant, ea paruulis tabulis inſerta cuſtodiebant. Reſponſa autem ſua, vel interpretationes, & commentaria ſolebant prudentes chartis, aut membranis perſcribere, quorum etiam quidam libris ſuis Membranarum titulum adhibuit. Et hac ratione factum opinor, vt liber potius conſtitutionum, Codicis nomen obtineret. A

Codex Gregorianus cur ita uocatus. Item Hermogenianus. Theodoſianus Codex.

Et obtinuit quidem illud Codicis nomen primum liber, quo continebantur Conſtitutiones Imperatorum, ab Hadriano ad Valerianum vſque, & Gallienum, dictuſq; eſt Codex Gregorianus, à nomine Iuris ſtudioſi, qui huic collectioni dedit operam. B Subſecutus eſt Codex Hermogenianus, ab Hermogeniano ſimiliter eius editionis auctore, quo continebãtur Claudij, Aureliani, Probi, Cari, Carini, & innumeræ Diocletiani, & Maximiani Conſtitutiones: vt perperam Codici Gregoriano adſcribantur quędam Diocletiani, & Maximiani, cùm fuerint omnes in Codice Hermogeniano. Exijt poſtea tertius Codex, iam nõ à Iuriſconſulto vllo, ſed ab Imperatore ipſo Theodoſio, cuius auctoritate conditus eſt, denominatus Codex Theodoſianus, qui conſtitutiones complectitur Imperatorum omnium à Conſtantino uſque ad ipſum Theodoſium. Et ut ex Gregoriano nihil ſumpſit Hermogenianus, ita nec ex hoc, vel illo, Theodoſianus quidquam; ſed omiſſas in Gregoriano ſequentium Imperatorum Conſtitutiones Hermogenianus habet vſque ad Conſtantinum; omiſſas in Hermogeniano, Theodoſianus. C

Iuſtiniani Codex.

Longè alia ratio fuit Iuſtiniano componendi Codicis huius, quem de ſuo quidem non appellari uoluit Iuſtinianeum, ut ſuum Theodoſius Theodoſianum: ſed non eas tantum Conſtitutiones in ordinem, & compendium digeſſit, quas poſt Theodoſianũ ſequentes Imperatores ediderant, ſed etiam ex tribus ſuperioribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano, & ex Nouellis quoque poſt Theodoſianũ Codicem, vel ab ipſo Theodoſio, uel ab inſequentibus Imperatoribus, editis, omnes quę ad vſum ſui temporis facere videbantur. Rurſus, cùm ſimiles eſſent, contrariæque inuicem conſtitutiones, permiſtim relatæ in illos tres Codices, Iuſtinianus, quantum potuit, è ſuo curauit tolli contraria, ſimilia, ſuperuacua, inutilia omnia. Et hunc quidẽ ſuum Codicem edidit bis (vt dictum eſt ſuprà) Prior editio abolita eſt, quæ exierat ante Digeſta, & Inſtitutiones, de qua ſunt Conſtitutiones huic Codici prælatæ: [a] Poſterior, de qua eſt Conſtitutio illis ſubdita, [b] diuiſa in duodecim libros, quaſi XII. Tabulas, vt Harmenopulus ait, ea eſt, qua vtimur, & cuius titulos Cuiacius ſuſcepit explicandos, poſt editionem Digeſtorum & Inſtitutionum, confirmata, atque confecta. D

a De nou. C. fa. & de Iuſt. C. conf. b. De emend. C. Iuſt.

Codex Iuſtinianeus cur vocatus repetitæ prælectionis.

Et hac quidem poſteriore editione, multas, quæ erant in priori, limauit, detraxit, mutauit, multas addidit & ſuas, & alienas Conſtitutiones: ſuas, inquam, & Deciſiones iuris controuerſi, numero quinquaginta, & alias complures Conſtitutiones nouas. Denique hoc genere priorem ſuum Codicem emendauit, & expurgauit; atque ob eam rem Iuſtinianeum Codicem repetitæ prælectionis appellauit, eleganter ſcribens, *quod repetita prælectio probauit, ſatis eſſe validum, ſatisq; formoſum*, & quod maximè notandũ eſt, ſecundas editiones à Veteribus ait repetitas prælectiones appellatas fuiſſe, & Vlpianum retractaris libris ſuis ad Sabinum ſatis innuit ſecundæ editioni hunc titulum adſcripſiſſe. E

Prælectiones quænam uocatæ.

Prælectiones ſcilicet uocabant lectiones, quibus præceptores diſcipulis præeunt, premonſtrantq; vias diſcendi, ac intelligẽdi, aut uoce uiua, aut ex ſcripto. Nã & quę ex ſcripto ueniũt, quaſi è uoce magiſtra manaſſe uidẽtur, ut Iuſtinianus Iuuẽtuti ait *legum eruditionẽ à uoce ſua, ab ore ſuo procedere*. Porrò, quod Alciatus, & alij quidã affirmarũt, deciſiones tantùm quinquaginta emẽdare ius uetus relatum in Digeſtis & dignoſci eas ex Cos. Lampadio ſcilicet, & Oreſte, uel poſt eorũ Cõſulatũ ſemel, & iterũ, uel Iuſtiniano tertiũ, uel Iuſtiniano quartum, & Paulino, id equidẽ negare malim, & affirmare cõtra, Conſtitutionibus pleriſque eũ emendaſſe ius uetus, quod eſſe certum;

In conſtit. de conf. Inſt. & in alia de conf. Digeſt.

De emend. C. Iuſt.

A tum; deciſionibus certum feciſſe, quod erat controuerſum. Nam & hæc vna ad Con-
ſtitutionem Iuſtiniani conſtitui differentia poteſt inter Deciſiones, & Conſtitutio-
nes: Et quod ad Coſſ. attinet, ea nota communis eſt Conſtitutionibus, & Deciſioni-
bus, non Deciſionum propria: ſed & Decio Cos. quo anno exierat prior Codex, men
ſe Aprili, poſſit eſſe aliqua vel Deciſio, vel Conſtitutio.

Iam qui volent Codicis Theodoſiani libros XVI. Gregoriani V. Hermogeniani
I. ſeparatim legere, vberiores nempè, & Romanum Candorem, & maieſtatem ma-
gis ſapientes, quàm quos Iuſtiniani mandato in Codicem collectos cernimus, id eis ſa
nè licebit. Illos enim primùm typis tradi curauit Ioannes Sichardus, anno huius ſe-
culi XXVIII. Baſileæ, & Ferdinando tum Boemiæ Regi dicauit, cùm Moguntī-
num exemplar ab Ioanne Cochleo, Magno illo, & viro, & Catholicæ fidei propugna
B tore aduerſus Lutherum; & Morparenſe alterum aliundè eſſet nactus: Addidit uerò
Nouellas Theodoſij, Valentiniani, Martiani, Maioriani, Seueri; Caij Inſtitutionum
libros duos; Iulij Pauli receptarum ſententiarũ lib. quinque; Papiniani titulum vnũ:
Tum L. Voluſij Meriani lib. de Aſſe; Iulij Frontini lib. de controuerſijs limitum,
cum Aggeni Vrbici Commentarijs. Sed & alia extat editio Pariſienſis uberior at-
que copioſior.

Codex Theodoſian' & alii vbi primũ editi.

Et Theodoſius quidem alia via ingreſſus, gregarios quoſdam Iuris Ciuilis auctores
in ordinem coegit, nonnullorum autem dignitatem, pretiũmque ſuſpiciendum in ſu-
blimi conſtituit; omnium tamen ſcriptis in medio relictis: Ne tamen pleraque in in-
certo poſita huc, illhuc, pro ingeniorum varietate torquerentur, Conſtitutiones iſtas,
vt in quaque re, quod intuerentur iudices, paratum haberent ob oculos poſitas; velut
C oraculum quoddam eſſe voluit, quod reſponſa ederet: cuius quidem benemerendi de
nobis ſtudium, vt iure extollimus, ita culpæ (inquit Sichardus) eximere Iuſtinianum
non poſſumus, ſi vel obnixè ſtudeamus.

Theodoſij Codex laudatur.

Nouellæ. Cap. XVI.

PRimò, cur Nouellæ dictæ ſint, deinde cur Authentica vocatæ, dicemus: illud ex
Cuiacio, hoc ex Alciato.

Nouellę cur dictæ ſint.

Hæc mihi (inquit Cuiacius) *prior appellationis Nouellarum occurrebat ratio,
quod noua eis, atque à veteribus diſſidentia iura conſtituantur, quamuis non vtique omnibus;
exempli gratia, XCI. & XCII. Et huic quidem rationi Cedrenus aderat, qui de hoc
Nouellarum libro ſcribit in hunc modum in Iuſtiniano.* τὺς παλαιοὺς νόμους πάντας ἀνανέ-
D ωσε, ποιήσας μονόβιβλον, ὃ καὶ νεαρὰς διατάξεις ἐκάλεσε. Hoc eſt. Et quidem leges
omnes veteres renouauit, libro vno confecto, quẽ & Nouellas Cõſtitutiones nominauit.
*Poſterior tamen, quæ ſuccurrit animo meo verior eſt, quod nouiſſimè promulgatæ ſint poſt Codi
cem Iuſtiniani repetitæ prælectionis. Nã & ſæpiſſimè à Græcis Interpretibus appellãtur* νεαραὶ
μετὰ τὸν κώδικα, *Ideſt. Nouellæ, quæ Codicẽ ſequũtur, et ab ipſo Iuſtiniano: Et pariter Theo-
doſij, Valẽtiniani, Martiani, Leonis, Maiorani, Seueri Cõſtitutiones nõ alia ratione Nouellæ appel
latæ ſunt, quàm ꝙ poſt Codicẽ Theodoſij, et alia quædã Leonis Philoſophi, Nicephori, Michaelis,
Romani, Alexij, ꝙ poſt* βασιλικῶν *libros promulgatæ eſſent. Quin et Iuſtiniani quæ vocãtur No
uellæ; nondum retractato Codice hanc appellationem meruerant, editæ cum eſſent poſt primam
Codicis editionem: retractata, repetitave iam Codicis editione, eam amiſerunt: Nec enim
Nouellæ ſunt, quæ in corpus vnum coierunt Codicis repetitæ prælectionis, iuſtum conſtitutio-
E num corpus: ſed quæ poſt Codicem illum emerſerunt nouæ, vel Iuſtiniani ipſius, vel Iuſtini, vel
Tiberij, non quaſi errones in corpus illud retrahendæ, è quo numquam exierunt, ſed quaſi
poſtumæ, Codicem certè rupturæ illum, quo ſunt omiſſæ maxima ex parte.* Adiunxit au-
tem Cuiacius eis formas Præfectorum Prætorio quaſdam, ſiue ἐπαρχικὰ, & Nouel-
las Iuſtini Tiberijque nonnullas. Nec ſeparanda eſſe cenſuit edicta XIII. à No-
uellis: nam & pleraque alia inter Nouellas edicta ſunt, & illa XIII. omnia edi-
cta nõ ſunt, nõ ſanè, quę ad Armeniam, Phœnicem Libani, Ponticam, Helleſpontum,
Aegyptum, Alexandriam pertinent: Edicta enim ſunt generales leges, quæ omnes
populos, & Prouincias tenent, & præterea ex illis tria, vel quattuor, quę ſunt ante re-

Cuiac. in expoſit. Nouel. conſt.

Nou bb. & in Conſt. de no. C fac. in l. 1. § ſed cũ nouel. C. emend. C. Iuſti. l ſi quis filium, in fine, C. de inoſ. teſta.

Edicta quid, l. 1. C. de legibus.

lata, Nouellis fruſtra ſub Edictorum alio nomine, denuo repoſuiſſe. Index verò titu- A
lorum, quia non erat certus (nec enim veteri Interpreti, idem qui vel Haloandro, vel Scrimgero) elegit quem ſequeretur ex Reginæ Galliæ Bibliotheca breuiorem aptioremque ceteris: Fuit autem Græcus, ſed Latinum exhibere maluit.

Vide Indicem Nouellarum, Cuiacij, loco ſuperius notato. *Alciat. lib. 2. Parerg. c. 46.*

Editum verò eſſe hunc librum ait Alciatus Græcè, & Conſtitutiones has Græcè νεαρὰς appellatas fuiſſe. Verum cum Aſiatica quadam luxuria diffuſus, prolixitateque nimia ſcriptus eſſet liber, translatum Latinè à Iuliano Patricio, & Exeos. fuiſſe, ſed compendioſius, & ſtylo (vt tum tempora ferebant) non ineleganti: qui liber adhuc extat, & Nouellæ titulo circumfertur, dubio procul legitimus Iuſtiniani ipſius partus, quem tamen Doctores noſtri, vt ſpurium reiecerunt; maluitque Accurſius Barbaram, & Bulgari tempore factam translationem interpretari, quòd vberior ei uideretur, idemque Authenticum appellauit, quoniam ex ipſo Græco originali ad literam B
traducta eſſet. Sanè Authenticon pro re certæ fidei poni conſtat, non ſolum apud Iulianum, Paulumque Iuriſconſultos, ſed etiam apud Ciceronem, tametſi Gaza hanc vocem apud ueteres non reperiri ſcribat; ſed eos, qui circa mille annos ſcripſere, hac dictione αὐθέντης vti cœpiſſe, vt eum exprimeret, quem Latini Auctorem dicunt: Olim enim idem ſignificat quod αὐτόχειρ, id eſt propria manu aliquid patrans.

Authenticũ vnde dictũ.

Nomocanon Photij.

Extant verò apud Græcos Nomocanon Photij cum Commentarijs Theodori Balſamonis, Patriarchæ Conſtantinopolitani, ex uerſione Gentiani Herueti, βασιλικῶν διατάξεων, i. Imperatoriarum Conſtitutionum libri ſexaginta, quibus Ciuile ius continetur. Sed in ijs, & in Balſamone (de quo poſtea eſt dicendum) cautius incedendum eſt, quod vix eiuſmodi homines abſtinere potuerunt ob occaſione captanda, qua in Eccleſiam Romanam inueherentur. C

Cautio in Balſamone adhibenda.

De Iuris Ciuilis Interpretibus. *Cap. XVII.*

INterpretes autem legum Græci, aut Latini fuere: Hi verò vel aliquot ante ſecula floruere, vel acceſſerunt hoc noſtro eruditionis feraciſſimo.

In 8. Pluteo. Interpretes legum Græci vbi ſint. *lib. 4. emend. Cap. 3.*

Græcorum aliquot Iuriſconſultorum Epitomes ſunt in Bibliotheca Florentina Medicea, in quibus Michaelis quoque Pſelli uerſibus Synopſis legum ſcriptus eſt. *Qui liber non eſt* (aiebat Antonius Auguſtinus) *quod tantopere deſideretur, quãtopere cetera, ex quibus multa, quæ in noſtris Latinis libris aut deſunt, aut mendosè ſcripta ſunt, aut obſcurè, intelligi, & ſuppleri poſſent.*

De Nomocanone verò Photij, deque in eum labore Theodori Balſamonis, uti de D
Theophilo, qui Iuſtiniani uertit Inſtitutiones, ac de Leone Imperatore, qui poſt Iuſtinianum edidit ἐπαναρθωτικὰς ἀνακαθάρσεις, ideſt correctorias expurgationes, ſicut & de Harmenopulo alibi dicemus; ſed quod ad Balſamonem pertinet, haud tacendum eſt, in libro Iuris Orientalis tertio Græco, pag. 181. ſic de illo legi: quod in Latino 221. minus appoſitè verſum, ſequentem habet ſenſum. *Interrogatio Conſtantini Archiepiſcopi Dyrrachij facta Ioanni Epiſcopo Citri.*

Cautio de libris Balſamonis.

Interrogo, an adhærendum ſit quibuſdam digreſſionibus, quas B. Patriarcha Antiochiæ Theodorus cognomine Balſamo ſubſcripſit in Canonicis, et Ciuilibus Conſtitutionibus ad interrogationes Marci ſanctiſſ. Patriarchæ.

Reſpondet autem *Diuinus ille vir Antiochiæ Patriarcha, magnus quidem erat Ciuiliũ, & Canonicarum Conſtitutionum ſcrutator, & ab omnibus in his celebratus. Eius autem ſcri* E
pta, quæ ad Canonica, & Ciuilia poſtulata ſunt edita, non in cunctis, quod mirum eſt, curam ſapiunt. Quin potius obliuionem maximè, atque inconſiderantiam, alibi item confuſionem redolent. Qua de re non dubitabit, qui ſedulò animaduerterit eius ſcripta minimè reſpondentia diligentiæ. Ego verò, eo adhuc ſuperſtite, plures audiui Conſtantinopoli Iuriſperitos, qui quaſdam illius viri opiniones reprehenderent in Canonum, et Legum interpretationibus, atque in huiuſmodi alijs. Reſtat igitur, vt veriſimili ratione dicamus prædicta ſcripta non eſſe legenda niſi ab eo, qui exactè nouerit Iuriſprudentiæ multiplicitatem, atque in varijs Canonicorum anfractuum teſtibus operam ſuam admodum poſuerit. Hic enim adhibita diligentia

Balſamon ab omnibus nõ eſt legendus.

A *ligentia intelliget, quid reprehendendum nec ne ſit. At, qui non habuerit hunc vſum, nulla ratione hæc attingat: ne rudium mercatorum more, in ijs quæ auri & argenti ſpeciem habent, ac æreis, & ſtanneis negociatus, tamquam æquo cum aureis & argenteis pretio damnum in ipſa ſorte patiatur.*

Latini verò Interpretes, poſt veteres illos, de quibus egimus, florere inceperunt, poſtquam Vernherus (quem Irnerium nominant) in Italia apud Mechtildim Reginam excitauit in lucem iacentes (ob Longobardicas Conſtitutiones, quæ Romanas leges oppreſſerunt) in Bibliothecis Pandectarum libros: E quibus cum Lotharius Secundus Saxonum Dux, Cæſar Germanicus XVIII. æquitatem Romanorum legum agnouiſſet, has in Academijs, & Tribunalibus tractandas edixit. Tum alij, Azo, mox Vgolinus, Martinus, Placentinus, Ioannes,
B Vdalricus, & Rogerius, poſt hos Accurſius auditor Ioannis, & Azonis, gloſſas Pandectis adiunxerunt. Secuti reliqui verba gloſſarum, & ſententiam eorum, potius quam verba contextus interpretati, mortuis altercationibus, in infinitam propè molem, libros, & Commentaria redegerunt. Inter iſtos primi, Dynus Muxellanus; tum Petrus de Bellapertica Burgundus, ſiue Heduus; Iacobus de Arena Parmenſis, Cynus Dyni diſcipulus, Iacobus de Butrigarijs, Raynerius Foroliuienſis, Bartolus. Poſt quos innumerabiles alij ſcripſerunt, quorum extat Elenchus non ſemel in lucem editus, cùm prior à Ioanne Neuizano, Ludouico Gomeſio, Ioanne Fichardo, & Ioanne Baptiſta Ziletto Veneto collectus, deinde à quibuſdam Germanis auctus, & Francofurti ad Mænum non ſemel emiſſus, non minùs contineat Hæreticos, quàm Catholicos Iuris Interpretes.

Latini Interpretes quã do florere cœperint.

Anno Domini 1127.

Anno Domini 1190.

Anno Domini 1226.

Anno Dom. 1300.

Anno Dom. 1320.

Elenchus Interpretum Iuris vnde.

C Quare & cautè tractandus eſt, licet in Academijs, licentius, quàm par eſſet verſetur à multis.

CAVTIO.

Ac de inſignioribus quidem ſat erit huc addere, quæ ob ſeculorum illorum calamitatem in aliquibus, præcipuè Accurſio, deſiderata ſunt: cùm quod generatim de ijs exiſtimandum ſit, & Marcus Mantua, & alij ſatis ſcriptum reliquerunt.

Et duæ res fuere potiſſimùm, propter quas Interpretes aliquando ſunt lapſi: Altera, quòd plerique exiſtimarunt, Iuriſconſultorum leges, ea integritate, atque ordine ad nos perueniſſe, quibùs ab ipſis primùm Auctoribus conſcriptæ fuerunt; neſcientes, quibus ab Iuſtiniano Iuris inſtaurandi poteſtas eſt facta, eos ex varijs Prudentum Reſponſis, & Reſponſorum fragmentis, leges, quales habemus, conflaſſe. At certè expedit prænoſſe ex Scriptoribus, è quibus Centones iſti collecti
D ſunt, fuiſſe tantummodò legum interpretationes: quæ quidem accedente iuſſu, & auctoritate Principum, factæ ſunt leges. Quòd ſi fontes, vnde ſunt hauſtæ extarent, cognitionem etiam vetuſtatis haud mediocrem haberemus. Sanè verò è detruncato loco vix diuinaueris, quis Auctoris fuerit ſenſus, niſi aliundè tibi præſidiũ petas: tum, quòd non erat vnus Tribonianus, qui colligebat, ſed & Theophilus, & Dorotheus, qui ſæpè inter ſeſe diſſentiebant, num hoc, an illud ex Herennio, ex Papiniano, ex Celſo ſumerent: tum, quòd diſtenti ſummis occupationibus, varijſque acti perturbationum fluctibus (quippe in eminenti honoris gradu conſtituti, & homines haud ſanctiſſimi) nec veritatem ſemper aſſequebantur, nec proinde ſibi conſtabant.

Cur Interpretes ſint lapſi.

Leges quas habemus, ex Prudentũ reſponſis conflatę.

§. 1. in 1. conſtit. C.

Altera, Hiſtoriæ, atque Annalium veterum neglecta excuſſio atque notitia. Hiſtoriam cùm dico, non Ciuilem tantùm, ſed & Eccleſiaſticam intelligo, & Sacram. Nam quòd Pomponius Atticus aiebat, ſeſe Ciceronis de Republica libris incenſum fuiſſe, ad veterum Annalium memoriam comprehendendam; ac quòd quaſi quodam humano myſterio Lælius ille ſapiens generos ſibi adſciuit, alterum, Q. Mutium Scæuolam augurem, & magnum Iuriſconſultum; alterum Fannium Hiſtoricum nobilem: & quòd denique P. Mutius Scæuola, habitus Iuriſconſultorum Princeps, in Conſulatu habuit L. Calpurnium Piſonem, Annalium ſcriptorẽ clariſſimum collegam: ſatis indicatur, Iuriſprudentiæ, atque Hiſtoriæ Diuinæ & Humanæ, indiuiduam eſſe debere coniunctionem, ijs proinde vtramque hanc eſſe vſurpandam,

Hiſtoriæ ignorantia damnũ alterum

NOTA.

Hiſtoriæ Sacræ & profanę iuriſconſultis cognitio neceſſaria.

pandam,

pandam, qui vim legum rectè percipere voluerint? Quippe illa ſuppeditat non A
ſolum regionum, & temporum, verùm etiam rationem iudicandi, & agendi, quæ-
cumque domi, foris, in cultu Diuino, in ciuili pace, atque iuſtitia, in commercijs,
in bello, gerenda ſunt. Ac de Hiſtoria quidem Sacra iam ſuo loco planiùs dictum
eſt, cùm hic ſat fuerit, obiter attingere quod ad præſentem rem deſignandam fa-
ciat. Obuiæ ſunt omnibus, Gratiani, & Theodoſij de Religione Conſtitutiones,
ex vtroque Codice repetitæ. In Iuſtiniani autem Codice ſi conferatur, qui eiuſ-
dem generis eſt titulus vltimi libri Codicis Theodoſiani, in huius poſtremo capi-
te hactenus extitit Valentiniani, & Theodoſij Conſtitutio, quæ dat poteſtatem

Conſtitutio Valentiniani, & Theodoſij minimè Catholica à quo ſcripta.

conueniendi, & (vt loquitur) colligendi ijs, qui ſecundùm ea ſentiunt, quę tem-
poribus Conſtantij, conuocatis Sacerdotibus ex omni orbe Romano, in Arimi-
nenſi Concilio (ſeu Conciliabulo) decreta ſunt, ac decreto Conſtantinopoli- B
tano confirmata. Ergo, qui ignorat, Theodoſium Imperatorem, Catholicam-
que Romanam Eccleſiam ab eo Ariminenſi decreto captioſo maximè abhorruiſ-
ſe, facilè Arianiſmum admittet, laxabitque habenas omni impietati. At, qui
hiſtoriam eius temporis nouerit, & ſubſcriptionem eius Conſtitutionis obſerua-
uerit, hanc eſſe Mediolani latam animaduertet à Iuſtina in gratiam ſuorum A-
rianorum, abutente filij ſui Valentiniani nomine, ac falſitate falſi Concilij
fraudem tegente. Ceterùm, in quos lapſus reliqui ignoratione hiſtoriæ inci-
derint, ij etſi non pauci iam liquent ex Bolognino, Budæo, Alciato, Cuiacio,
& huiuſmodi viris, præſtat tamen aliquos adijcere, vt oculatiores deinceps ſint
ſtudioſi.

De Accurſio. In l. filium in ſi. ff. de acqu. hære.

Accurſius igitur, non malè de legibus meritus, mirificè torquetur in quodam Ia- C
boleni reſponſo, vbi Compilatores, Iaboleni lege ad vnguem recitata, in qua La-
beonis ſententia confutatur, demum ex ſcriptis Pauli, & Proculi Iunioris, Iabole-
ni ſententiam contra Labeonem tuentur. Hoc loco ille, nunc Iabolenum de ſeip-
ſo in tertia perſona loqui contendens, nunc legem Neratio tribuens Iaboleni ſen-
tentiam referenti, nullo pacto ſeſe explicat, qui non Iuriſconſulti, ſed Compila-

Compilatores verba quędam legibus admiſcent quę nō ſunt legum auctorum.

torum ea verba eſſe non intellexit. Cùm autem hinc Vlpiani lex in Modeſtinum
deſinat; Scæuolæ in Claudium Triphoninum; Labeonis in Iabolenū; Papiniani in
Paulum; Marcelli in Vlpianum; & aliorum in reliquos; interpretesque huiuſmodi
appendiculas Compilatorum, eiuſdem Auctoris, cui lex adſcribitur, eſſe credidiſ-
ſent, ſtatim exiſtimarunt, uel legem fuiſſe malè inſcriptam; vel Auctorem legis à
prima perſona in tertiam diuertiſſe. Atqui à Neratio Iabolenum, aut à Iaboleno D
Paulum citari crediderunt, quamquam Neratium Iabolenus minimè præceſſerit,
& Iabolenum Paulus vix decrepitum audierit. Floruit quidem Neratius Priſcus
Traiani temporibus, Iabolenus vſque ad Pij imperium peruenit, Paulus ſub Ale-

In l. 2. in ſi. ff. de orig. iur. In l. 1. in ſi. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd.

xandro maximè claruit. Quem ordinem ex Pomponio quoque ſuſcipimus, qui &
Neratij Iaboleni meminit, Pauli nequaquam. Idem obſeruatum videmus in alio
Papiniani reſponſo, cui Compilatores addiderunt verba hæc: *Paulus notat, & im-
perium, quod iuriſdictioni cohæret, mandata iuriſdictione, tranſire: quod & verius eſt*.
Conſtat autem Papinianum Seueri temporibus floruiſſe, & à Baſſiano occiſum; Pau-
lum verò eius diſcipulum, ſub Alexandro. En igitur, vt error initio leuis, maximas
tenebras in fine parit.

In l. ſi quis vinum, in ſi. cum duab. ll. ſeq. In l. item ſi ſuſpectus, de procur. l. 2. Paulū. Vlpi. in l. praceptoris ad l. Aquil.

Extat item (quod alij Iuriſperiti graues obſeruarunt) reſponſum Vlpiano in- E
ſcriptum, titulo de trit. vin. legat. vbi quæritur, *ſi vinum vetus legatum fuerit, qua-
liter accipiendum ſit*. Compilatores eo loco, Neratij fragmentum, qui diu ante
Vlpianum fuit, ita commodè ſubiecerunt, vt ad quæſtionem Vlpiani ex compoſito
reſpondiſſe videatur: Sed & alibi Caium, atque Vlpianum Paulo ita accommo-
darunt, vt omnes in idem reſponſum eodem tempore conueniſſe exiſtimentur. A-
libi quoque Paulum, & Caium Vlpiano, tit. de priuileg. creditorum. Sic etiam
credendum eſt, ſcabroſam illam, implicitamque legem, tit. de vſucapion. ex
diuerſorum fragmentis à Compilatoribus fuiſſe conſutam. Cuius rei non leue ar-

argumentum

A gumentum eſt, tum quòd incerto adhuc auctore profertur (nam alij Paulo, alij Caio acceptam ferunt), tum verò quòd Iuliani, & Marcelli controuerſiam adeò obſcurè, perplexeque complectitur, vt incertum omninò ſit, vtra opinio præferatur, & an in calce ipſius legis, negatiua, vel affirmatiua oratio deſideretur. Quantùm verò in eius interpretatione maiores hallucinati fuerint ob Annalium imperitiam, neminem vel mediocriter doctum, latere poteſt. Nempe Iuliani opinionem contra Marcellum approbantes non immeritò Marcellum à Iuliano notatum, confutatumque fuiſſe communiter receperunt. Atqui Marcellum longè poſt Iulianum floruiſſe, notaſque in eum ſcripſiſſe palam eſt. Fuit ſi quidem Iulianus, Hadriani, Pijque temporibus, Marcellus autem Seueri Imperio claruit. Meminit Iuliani Pomponius, Marcelli nequaquam.

L. ſi quis pro emptore.

L. apud Iul. de hare inſti. l. ſi fundum, de leg 1.

B Eandem ob cauſam lapſi ſunt Baldus, Paulus, & alij præſtantiſſimi viri, in quodam Iuſtiniani reſponſo. Nam Bartolus Papinianum, Diocletiani, & Maximiani legem negat ignoraſse, quaſi poſt illos vixerit. Paulus à Caſtro longè diuerſum ſentit, nempe Papinianum ſub Auguſto Cæſare vixiſſe, & à Marco Antonio necatum. Sic igitur plura ex hiſtoriæ notitia eruet Iuriſprudentiæ ſtudioſus, quemadmodum item, vbi obſcuriora tempora inciderunt, legum ipſarum lectio magnum ad hiſtoriam pernoſcendam auxilium præbebit. Quod vt adhuc liquidius indicem, ſciat Iuriſprudentiæ auidus, quæ in Codice Theodoſiano leges ab ſeniore Valentiniano ſunt latæ Pariſijs, Rhemis, Ambianis, Nouioduni, Treueris, Tangioribus, Moguntiaci, Coloniæ Agrippinæ, eas tum maximè intelligi, cùm ad Ammianum Marcellinum acceditur, qui hiſtoriam Valentiniani copioſè conſcripſit:

In d. l. 2. de or. iu in ſi. In l. ſi. C. de in ſti. & ſubſtit. L. precib. C. de imp. & alijs ſubſt. Paul. à Caſtr. in d. l. ſi.

NOTITIA Hiſtoriæ neceſſaria legũ ſtudioſo.

Obſeruatio perutilis.

C Itidem cùm ad Iuſtiniani Imperium venitur, cuius bellicas res geſtas Procopius, & Agathias, Eccleſiaſticas Euagrius, & Nicephorus ſcripſerunt, magnam viciſſim lucem de eius Imperio hauriri, qui & vtramque illam hiſtoriam, & cum his Conſtitutiones Iuſtiniani aptè coniunxerit. Iam Leonis Imperium, qui Philoſophus eſt dictus, quod ad hiſtoriam pertinet, quæ vix vlla extat, vix quoque agnoſcitur, ſed eius Nouellis, quæ ad libros Iuris non ita multò anteà acceſſerunt, lux aliqua præfertur. Eadem dico de conſequentibus ſeculis, quibus adiunctæ Rerum publicarum notitiæ, & ciuilium ſtatuum conſiderationes, ſic neceſſariæ ſunt ad hoc aſſequendum, vt ſine his in clariſſimo Sole plerumque cæcutiendum ſit, quodque caput eſt, etiam cum Religionis ſummo detrimento. Exiſtimabat igitur Alciatus, ſi Iuriſconſultorum opera extarent, nec Iuſti-

Viri veri Politici hoc norent.

Alciati conſideratio.

D niani iniquiſſimo illo (ut ait) edicto ſublata fuiſſent, Accurſij, & qui poſt eum ſcripſerunt, minimè neceſſarias futuras fuiſſe lucubrationes, quas immenſa illa Doctorum Commentaria ſecuta ſunt: quę ipſi Iuriſperiti, quibus Carolus Girardus Caſtihonenſis ſubſcribit, coercenda putarunt, *quòd &* (ait) *plus oſtentationis præſeferant, quam doctrinæ, & quod eorumdem pelago, Aduocatorum nequitiæ* (boni ſemper excipiendi ſunt) *nutriantur, qui foro* (vt ipſe inquit) *venenant, Iudices ludificantur, quietem turbant, Rerumpubl. collegia, ſtatum, ordinem, Inſtituta euertere contendunt, Deo exoſi, & hominibus.*

Aduocatorũ (ſed non omnium) nequitia.

Quęritur autem alicubi, Doctores, qui alioqui in multis, & ingenio valuerunt, & doctrina, hac una re tam obuerſo fuiſse animo, ut quidquid alicui Interpreti in buccam venerat, ſępenumero pro veritate, ſine altiore diſquiſitione ſequerentur, & ita

E orbem replerent erroribus, adeoque veritatis amatoribus tantum negocium ueritatis reducendę tribuerent, eosq. graui fatigatione Iuris perpurgandi onerarent.

DE

A ſultum ſit futurum ijs, qui ſuperiores methodos ſimul contulerint, diſpicere ecquid
magis ſuo captui ſatisfaciat.

Quin etiam cùm in methodo ipſa tradendę Iuriſprudentiæ non omnes conue-
niant inter ſeſe; Ac verò hoc erudito ſeculo ſit exorta controuerſia inter Italicos
Profeſſores,& Tranſalpinos; cumque qui ſolitì ſunt verſare antiquiores Iuris Inter
pretes, non libenter admittant recentiores: alij verò aliam viam inſtiterint, qualē
Budæus, Alciatus, Duarenus,Balduinus, Cuiacius,& eiuſmodi alij, omnes tamen
conſentiunt neceſſariam eſſe in Legum ſtudijs methodum eiuſmodi,quæ aptari poſ
ſit forenſibus actionibus, ſolida,matura,breuior, quàm hactenus fuit,nimirum, ne
inueniendis rebus iactura fiat temporis, nec decidendis litibus vita ipſa contera-
tur,iccirco his omnibus rationem adieci, qua præter ſolidam illam Bartoli, & pri-
B ſcorum aliorum ſtudendi viam,hæc quoque altera, in qua pręſtantes viri collabora
runt, non ſit omninò deſerenda; Quæ verò optimis viris ſententiam de alijs hac in
re quęrentibus pro exiguo noſtro captu reſpondimus,ad extremum huius de Iuriſ-
prudentia tractationis reiecimus, quæ qui legerit,conatum noſtrum ſpero haud im
probabit. Porrò tabulis de Iuriſprudentia, quas huius initio capitis diximus cir-
cumferri, & à nobis alicubi eſſe emendatas, hęc, quę ſequitur,Iuris vniuerſi diſtri-
butio, præfixa erat.

Controuerſia Iuriſconſultorum de iure tradēdo.

IVRIS VNIVERSI DISTRIBVTIO.

Caput XX.

C CVM iam certis finibus,& facilitate ſumma concludi omnia poſſint, ſi or-
dinis pulcherrimi ratio teneatur, vt principio Definitio,ac Diuiſiones v-
niuſcuiuſque diſputationis proponantur, deinde breues, ac perſpicuę ſen-
tentiæ, veluti regulæ, ſuo loco & ordine, deſcribantur: iccirco, ne aliarum artium
magiſtri, magno cum Iuriſconſultorum dedecore,tamdiu gloriarentur Ius arte cō
prehenſum iacere: & eos qui artem illam ratione, ac methodo tradere debuerant,
Iuris Ciuilis artem fuiſſe profeſſos: quo nihil eſt artium dignitate ac præſtantia ma
gis alienum: cùm artes ac ſcientiæ ſint vniuerſorum; ius autem Ciuile proprium ſit
vnius Ciuitatis; hęc Iuris vniuerſi Diſtributio proponitur, diffidens quidem ab
ijs,qui auulſa,laceraque membra Romani Iuris huc illuc diſperſerant. Sed tamen
non ſine cauſa factum. Quod enim Plato dicere ſolebat, nihil Diuinius ſibi vide-
D ri,quam aptè diuidere,eo pertinet, vt in recta diuiſione membrorum omnium per-
petua ſit,& continua quędam ſeries: tùm vt alia ex alijs nexa,& omnia inter ſe ap-
ta, colligataque vno poſſint, & eodem aſpectu videri,atque integri corporis formā
præſeferre. Ita ſit, vt reſpondeant extrema primis, media vtriſque, omnia omni-
bus, & facilè intelligere quiſque poſſit, quid antecedat, quid ſequatur. Hæc ſanè
eſt non modo artium tradendarum, ſed etiam omnium ſcientiarum ratio commu-
nis. Nam cùm tribus omninò generibus θεωρικῶ, πρακτικῶ, & ποιητικοῦ, omnes
diſciplinę definiantur,ac primum quidem ad ſcientias,ſecundum ad prudentiam re
rum agendarum, tertium ad opificia ſpectet; illud quidem, quod ſcientiarum, &
contemplationis proprium eſt, à natura totum ducitur, aut à rationibus Diuinis;
prudentia verò actionum magiſtra, ortus ſui primordia naturæ,cetera debet homi-
E num inſtitutis, in quo genere ius ipſum eſt,cuius partem natura ipſa,partem vindi
cant hominum leges, ac mores. Nam ſi verum eſſet, ius, quantumcunque eſt, à
natura,non etiam ab hominibus fluere,id eſt τὸ δίκαιον ἐκ εἶναι θέσει, ἀλλὰ μὲν φύσει,
quemadmodum Stoici loquuntur, non eſſet Iuris hęc, quę dicitur, prudentia, ſed
propriè ſcientia: nec quantùm vtile ab inutili, turpe ab honeſto,ſed omninò, quid
verum inter & falſum interſit, contemplaremur. Ac iuris, & Iuſtitiæ ſemina in
animis vniuſcuiuſque noſtrum à Deo inſita primùm à ratione excitantur,& cùm ra-
tio in nobis adoleuit, eaque perfectionem eſt aſſecuta, Iuris hanc, quam quęrimus
prudentiam parit: quæ tandem vſu & arte concluditur hunc in modum.Cùm enim
ad

Methodus iuris docendi pulcherrima.

Diuiſio apta quæ ſit.

Scientiarum diuiſio.

Ius partim à natura, partim ab hominibus.

Iuris finis & cauſſa efficiens. ad tuendam hominum inter homines ſocietatem; ſuum cuique tribuere neceſſe ſit, A qui finis eſt huius diſciplinę, id aſſequimur legis actionibus, & Iudicis officio, in quibus vertitur efficiens cauſſa Iuris uniuerſi: legis autem actiones, & Iudicis officium pertinent ad executionem rerum iudicatarum, res iudicatę pendent à ſententijs: ſententiæ à iudicijs: iudicia litis conteſtatione accipiuntur: conteſtatio fit intentione; ac depulſione, ſiue, quod idem eſt, actione, & exceptione: actiones & exceptiones ab obligationibus, liberationibus, acquiſitionibus, alienationibus cauſam habent: hæ rurſus à conuentionibus, & delictis oriuntur, conuentiones ac delicta manant à perſonis, rebus, & factis: in his enim tribus materia huius diſciplinæ verſatur, cuius *Iuris materia & forma.* forma in Iure conſiſtit, quod vltimum principium eſt huius diſciplinę: quam arceſſere oportet ab ipſis cauſis, & ab his ſumma genera, generumque formas, ad infima quæque deducamus. Quòd ſi quis eſt, qui ſubtiliorem exigat docendi rationem, co- B gitare debet, aliter ſcientias rerum ęternarum, & immutabilium; aliter artes tradi debere. Ac ſi quid hic in diuidendo pręternuſſum videbitur, illud alij progreſſu firmiores facti facilè ſupplebunt.

Iuriſprudentia quid. Iuriſprudentia igitur eſt ars tribuendi ſuum cuique, ad tuendam hominum ſocietatem. Et quia virtus eſt mentis, in ſceleratos etiam cadit, qui prudenter iudicent, quo quęque modo conſtituenda Ciuitas eſt: quid quemq. cuiq. dare, facere, oporteat.

Hæc ad Quattuor cauſſas, ac totidem quæſtiones referri poteſt. An ſit, Quid ſit, Qualis ſit, Cur ſit.

Eadem Quattuor partibus conſtat: Lege, Aequitate, Legis actione, Iudicis officio. C

FORMA

FORMA, QVAE HVIC ARTI VIM ET ESSENtiam tribuit, nihil eſt aliud, quàm Ius ipſum, ſine qua Iuriſprudentia nulla ſit.

Huc pertinent tit. de iuſt. de legib. & conſtit. ff. & C. tres tit. priores, & tit. de vet. iu. C.

Huc tit. 4. 8. 9. 16. 11. 12. C.
Huc tit. de lib. agnoſcend.

Vide cap. 21. huius libri vbi Guidonis Pancirolæ expẽſio harũ Iuriſprudentiæ Tabularum affertur.

- Ius eſt bonitatis, & prudẽtiæ Diuinæ lux hominibus tributa, & ab iis ad utilitatẽ humanæ societatis traducta.
  - Naturale, quod a unicuiq; eſt primordio ſui generis inſitũ, idcirco ſemper æquum bonum eſt. l. pen. de iuſtit. ff.
    - Religio erga Deum.
    - Pietas in ſuos.
    - Gratia aduerſus merentes.
    - Vltio contra ſceleratos.
    - Iuſtitia in omnes.
  - Humanum, quod ab hominibus præter naturã vtiliter conſtitutum eſt, l. penul. de iuſtitia.
    - Gentiũ, quod omnes populi, uel bona pars omnium ſumma conſenſione probarunt.
    - Ciuile, quod vnius eſt, aut alterius ciuitatis propriũ, quod in artẽ non cadit.
      - Antecedens
        - Ius publicum, quod publicam vtilitatem conſectatur.
          - Sacra tueri.
          - Leges iubere.
          - Magiſtratus creare.
          - Conſilium de rep. capere.
          - Bellum indicere, ac finire.
          - Pœnas, & præmia irrogare.
          - Legis actiones exequi.
        - Ius priuatum, quod à publico diuiſũ habet rationes; idq; pertinet ad
          - Municipia.
          - Collegia.
          - Familias.
            - Viri & uxoris.
            - Parentũ, ac liberorum.
            - Dominorũ, ac ſeruorũ.
          - Singulos.
      - Conſequẽs
        - Sãctio, ſeu iuſſum
          - Principis, aut ſummæ in Repub. poteſtatis, quæ lex appellatur. Lex
            - Vniuerſalis
              - Iubens.
              - Vetans.
              - Permittens.
            - Singularis
              - Beneficiũ præter legem.
              - Priuilegiũ cõtra legem.
                - Reale.
                - pſonale.
                - Miſtum.
          - Magiſtrat⁹
            - Edictum.
            - Interdictũ.
            - *Huc tit. de muner. & ſeq. de uac. mun. de priu. fiſci, veteranorum, creditorũ.*
        - Ius ſine ſanctione,
          - Aequitas ius eſt arbitrio ſtatuentis permiſſum
            - Principis
              - Leges emendantis.
              - Leges ſoluentis.
            - Magiſtratus
              - Quum leges ſupplet.
              - Quum leges moderatur.
          - Cõſuetudo ius eſt, quod uſu inueterauit.
            - Vniuerſalis, quam maior pars ciuium comprobauit.
            - Singularis, quæ eſt unius
              - Municipij.
              - Collegij.
              - Familiæ.

Huc tit. ad l. municipalem, de conſuetudine, de adminiſtratione rerum ad ciuitatem, de decurionibus, &c.

Nonnulli liberorum procreationem iuri naturali tribuunt: ſed nõ magis ad ius pertinet, quàm cibi ac libidinis appetitus, qui belluarum æquè, ac hominum communis eſt, homini verò cum belluis nulla iuris ſocietas eſſe poteſt, & quia non ſunt iniuriarum, ita nec iuris vllius participes eſſe poſſunt, l. 1. ſi quadrupes ff. & qui hominem cum bellus iuris ſocietate coniungit propter liberorum procreationem, non modò matrimonij ſplendorem labefactare, ſed etiam inceſtos concubitus probare videtur. Quod cum Vlpiani venia dictum ſit. *[Belluæ nullum iuris commercium cum hominibus habẽt.]*

Peruulgata Iuris diuiſio eſt in Naturale, Gentium, ac Ciuile. Sed commodius eſt διχοτομεῖν & vnum vni, quo ad eius fieri poteſt opponere: vt Ariſtoteles lib. 5. de morib. ad Nicom. & Plato lib. 11. de legibus τὰ δίκαια partiuntur in φύσει, & νομικά: quam diuiſionem Paulus ſecutus eſt in l. pen. de iuſt. ff. Nam Vlpiani diuiſio, quis nec ipſa ſibi, nec Pauli diuiſioni congruit, refutatione minùs eget. nec item diuiſio Demoſthenis & Iuſtiniani, qui Ius in ſcriptum, & non ſcriptum diſtribuunt, quia ſcriptum legem appellant, non ſcriptum, conſuetudinem; cum Lycurgi leges, quarum exemplum affert Iuſtinianus, Rhetæ dicerentur, quod vetitum eſſet eas ſcribere: non tamen conſuetudines dici poterant, quæ vſu diuturno coaleſcunt: at Lycurgi Rhetæ, vt leges omnes vno & eodem momento vim acceperunt: Contra verò Iura Feudorum, & pleræque conſuetudines, ac inſtituta ſcripta quidem ſunt, nullam tamen præſeferunt ſanctionem: quod in lege neceſſarium eſt. cùm lex nihil ſit aliud, quam ſummæ poteſtatis iuſſum, ſiue ſanctio. eſt enim ſancire, & ſciſcere, iubere. Neq; minus fallunt, qui artem Iuris ciuilis ſe tradere profitentur; cùm ius ciuile ſit vnius ciuitatis proprium, ars verò ſit vniuerſorum, non etiam ſingulorum. Quæ ratio fecit, vt partitione Iuris ciuilis quaſi vnius indiuidui omiſſa, ius gentium, ſeu commune ad eã, quam quærimus, artem reuocaremus. Habent autem omnes populi, aut certè quidẽ populorum bona pars, Ius publicum, Ius priuatum, leges principũ, Edicta magiſtratuum, iura maieſtatis, Conſuetudines quaſdam, & inſtituta. &, ubi lex deſit, aut ipſa conſuetudo, æquitatem: tum etiam pœnarũ ac præmiorũ iura quędã, conuentiones obligationes, teſtamenta, iudicia, decreta, legis actiones, & id genus alia, quibus hominũ inter homines ſocietas conſeruatur: & quæ arte concludi poſſunt. Neque verò decuit principum conſtitutiones à legis appellatione ſegregare, neque Senatuſc. leges appellare, Etſi enim Senatus Romanorum ius facere potuit extremis temporibus, non tamen ius illud lex erat, vt nec edicta, id eſt, ea quæ magiſtratuum iuſſa Varroni uocantur, leges ſunt, & impropriè principi tribuuntur. Nam Senatus decernere quidem in omni Rep. ſolet, princeps verò iubere; Sic Liu. ſæpe, *Sen. decreuit, Pop. iuſſit*: ac *ſine pop iuſſu, nulla erat olim SS. CC. vis*, inquit Dionyſ Halyc. lib. 2. & 7. Nec item plebiſc. aut prudentum reſponſa, quæ vim legis habent, à legis appellatione ſeiungenda veniunt: non magis quã Barbaui Baldi ſententiæ quædam, quæ principum iuſſu leges euaſerunt, reſponſa dici debent. Nam cùm primùm Adrianus, deinde Iuſtinianus, ea quæ extant reſponſa prudentum pro legib. valere iuſſerunt, reſponſa eſſe deſierunt: & cùm reſponſa, ſeu res iudicatæ in conſuetudinem abeunt, vetus nomen amittunt. Eadem ratio eſt edictorum, quæ antea nihil aliud erant, quam magiſtratuum iuſſa, quibus Adrianus rogatione Iuliani, uim legum attribuit, nec tamen edicta dici deſierunt. l. vn. de vet. iu. enucleando. C.

[Iuris diuiſio in naturale & poſitiuum commodior.]

[Iuris ciuilis nulla ars eſt.]

[Reſponſa prudentum quomodo leges euaſerunt.]

MATERIA, CIRCA QVAM OMNIS DE IVRE Quæſtio verſatur, aut in Perſonis eſt, aut in Rebus, aut in Factis, ac Dictis perſonarum.

PERSONAE.

Perſonæ trifariã diuiduntur.

- Ex ſexu
  - Vir.
  - Fœmina.
  - Hermaphroditus.
- Ex ſtatu
  - Seruus
    - Natus
    - Factus
      - Venditione.
      - Captiuitate.
  - Liber
    - Ingenuus
    - Manumiſſus.
      - Filiusfamilias
      - Paterfamilias

Huc tituli de ſuis & legitimis, de naturalibus liberis.

- Legitimus tantùm.
- Naturalis tantùm.
  - Adoptione.
  - Adrogatione.
- Legitimus & naturalis ex iuſtis nuptijs, vnde contrahitur.
  - Conſanguinitas
    - Cognatio
    - Agnatio.
      - Ex parẽtib.
      - Ex liberis.
      - Ex collateralibus.
        - Frater.
        - Soror.
        - Sobrinus.
        - Auũcul.
        - Amitin.
  - Affinitas
    - Soceri.
    - Generi.
    - Leuiri.
    - Priuigni.

Huc pertinẽt ti. de iure perſonarum, de ſtatu hominũ, de magiſtratib. & officia lib.1.ff & li 1. ac 12. C de liberali cauſa, & manumiſſione. de ſtatu liberorum.

- Ex dignitate pſonę dicunt
  - Publicæ, quæ publico muneri præſunt
    - Cum imperio
      - Ordinario
        - Princeps.
        - Magiſtratus
          - Maior.
          - Minor.
      - Extraordinario ad incertum tempus.
    - Sine imperio, Miniſtri magiſtratuum,
      - Scribæ.
      - Notarij.
      - Apparitores.
      - Actuarij.
      - Cohortales.
      - Lictores.
      - Præcones.
      - Accenſi.
  - Priuatæ
    - Ex ordine
      - Ciues.
        - Nobiles.
        - Plebeij.
      - Peregrini.
    - Ex inſtituto vitæ
      - Theologi.
      - Iuriſconſulti.
      - Oratores.
      - Milites.
      - Medici.
      - Agricolę.
      - Mercatores.
      - Opifices.
      - Operarii.
      - Scholaſtici.
        - Philoſophi.
        - Mathematici.
        - Rhetores.
        - Hiſtorici.
        - Poetæ.
        - Grammatici.

Huc tit. de varijs cognit. de re militari &c.

Huc tit. de profeſſ. & med. &c.

Ciuium ordo cuiuſque ciuitatis proprius eſt, nec in diſciplinam cadit. Galli veteres populum in Druidas, Equites, & Agricolas partiebantur, vt Cęſar ſcribit: Aegyptij, in Sacerdotes, Opifices, Paſtores, vt tradit Diodorus: Romani in Patricios, Equites, Plebeios: Græci poſteriores ſex ordines conſtituerunt, Patricios, Illuſtres, Spectabiles, ſeu ſpectabiles, Auguſtales, Clariſſimos, Perfectiſſimos: Veneti Patricios diuidunt à Ciuibus, & Plebeijs: Alij olim, Grandes à Popularibus, & Plebe diremerunt, ac Popularium tres ordines fecerunt, Potentiores, Mediocres, Infimos. Nos omninò tres ordines facimus, Eccleſiaſticos, Nobiles, ac Plebeios: vbique tamen Nobiles à Plebeijs diuiduntur.

RES.

R E S.

- **Res bifariam diuiduntur.**
  - **Ex ſu bie-ctis.**
    - Corporeæ
      - Immobiles
        - Prędia.
        - Prædijs cohærentia.
      - Mobiles
        - Simplices ex homogeneis ut
          - Aqua.
          - Vinnm.
        - Miſtæ
          - Vnitę natura.
          - Arte coagmentatæ.
          - Diſcretæ partibus collectim corpus efficiẽtibus, ut
            - Grex
            - Popul⁹
            - reſũ miſtura. ff. l. de vſucapion.
    - Incorporeæ, q̃ tũ mobiles, tũ immobiles cenſentur, Dd. in l. ſi conſtante. ff. ſoluto matrimonio.
      - Bona.
      - Peculium.
      - Hæreditas.
      - Seruitus —
        - Perſonalis
          - Vſus.
          - Vſusfructus.
          - Habitatio.
        - Realis
          - Vrbana.
          - Ruſtica.
        - miſta
          - Operę.
          - Homagium pro Feudo
            - Ligium.
            - Non ligiũ.
          - Reditus trifariam diuiduntur.
            - Ex rei natura
              - Prædiatorij, ſeu fundiarij.
              - Impoſititij.
                - Pecunia conſtituti.
                - Sine pecunia.
                  - Donatione.
                  - Legato.
                  - Compẽſatione.
                  - Tranſactione.
            - Fruendi modo
              - Cum creditor per ſe fruitur, quæ antichreſis uocatur.
              - Per manum debitoris.
            - Ex tempore
              - Perpetui.
              - Tẽporales.
                - Teſtamento.
                - Lege.
                - More.
                - Pacto.
                - Caſu.
      - Nomina.
  - **Ex adiunctis**
    - Publicæ
      - Ciuibus tantum.
      - Ciuibus & peregrinis.
    - Priuatæ
      - Municipij.
      - Collegij.
      - Singulorum.
    - Nullius
      - Sacræ.
      - Sanctæ.
      - Religioſæ.
      - Vacantes.

F A C T A.

FACTA, ideſt, perſonarum dicta, ſcripta, geſta, actiones: Nam faciendi verbo hæc omnia continentur, l: *verbum facere*, l. *faciendi verbo*, de verb. ſignific. Sed ea dumtaxat intelliguntur, quæ iuris, aut iniuriæ communionem habent. Caius, & Iuſtinianus omnem materiam Iuris, in Res, Perſonas, & Actiones diuiſerant: ſed vterque actionis verbum pro forenſi actione vſurpauit, contra quam putat Connanus: Qua diuiſione prætermittunt conuentiones, teſtamenta, delicta, obligationes, liberationes, acquiſitiones, alienationes, ex quibus oriuntur actiones forenſes, ſeu effecta actuum momentanea, l. *conſilio.* in fi. *de curat. furio.* Sunt autem Facta partim Nuda, partim Cum iure coniuncta.

Miſta dandi, ac faciendi genera plurimùm lucis afferunt ad perſpicuam conuentionum cognitionem: hoc verò neceſſarium eſse docet Calliſtratus in l. *Ariſto, de don.* l. *cum ſeruus, de condit. & demon.* l. *quamuis*, eo. l. *veteris de contr. ſtip.* C. Negatio verò non dandi, non faciendi neceſſaria Paulo viſa eſt, in l. *in facto*, de condit. & demon. licet is qui facit, quod debuit, videtur aduerſus ea facere, quæ non facit. in l. *qui non facit*, de reg. Ex quo refellitur Zaſij, & Bazutij opinio in l. 2. de verb. obl. qui miſtum genus dandi, ac faciendi contrave repudiant contra perſpicua verba, l. *ſed & cum, de nego. geſt.* l. *cum ſeruus, de cond. & demon.* ut rationes reddere, &c. Præterea, miſta ſimplicibus non concinnantur, l. *vim paſſam.* §. *præſcriptione*, de adult. Alex. conſil. 116. nu. 9. lib. 2. Alber. per ſtat. q. 90. l. *hoc legatum*, l. *pediculis*, §. *quædam*, de auro, & arg. leg. Hoc etiam admonendi ſumus, dandi uerbum factum quoque ſignificare, puta traditionem, l. 1. l. *ex empto, de actio. emptio. l. naturalis.* §. *& cum do. de præſcript. ver.* ſed diſciplinæ cauſa diſtinguuntur.

FACTA ſunt vel nuda, vel cum iure coniuncta. Nuda verò ſunt, vnde iuris quæſtiones oriuntur, vt Conuentio, vel Delictum. A,

Facta nuda, vnde iuris quæſtiones oriuntur
- Conuentio. A.
- Delictum. B.

A. Conuentio eſt pluriū in idē conſenſus dandi, aut faciendi cā. Quæ ab obligatione differt, quòd ea in eo quod factum, uel non factū ſit, conſiſtit: Conuētio verò in eo, qđ dari, fieri ve debeat, *l. qui liberos, de ritu nupt. l. in fraudē, quā ī fraud. cred l. 1. de pac. ff.* Ac fruſtra diſputant Bar. Alex. & Ludou. Rom. in l. 1. *de verb. obl.* Vtrum ſtipulatio ſit iuris, vel factis cùm appareat, in facto verſari, & ex ea ius oriri,

- Conſenſu nudo facta
  - Pollicitatio, vnius promiſſum. *Hac tit. de Pact. de Pollicit.*
  - Pactū plurium conſenſus, trifariam diuiditur
    - Ex ſubiectis
      - In rem.
      - In perſonam.
      - Miſtum.
    - Ex forma
      - Tacitum.
      - Expreſſum.
    - Ex fine
      - Obligatorium, quod in ipſo contractu adijcitur.
      - Liberatorium, quod extra contractum obligationem contractam minuit.
- Stipulatione, quæ verbis legitimis præter conſenſum perficitur. Hæc bifariam diuidi poteſt
  - Ex ſubiectis ſtipulatio
    - Certa.
    - Incerta.
  - Ex adiunctis
    - Temporum ſtipulatio
      - Pura.
      - In diem.
      - Sub conditione, vel modo.
    - Rerum
      - Diuidua.
      - Indiuidua.
- Contractu, cui ſynallagma ineſt, & ex facto vel datione perfectionem accipit, l. *Labeo, de verb. ſign.* Accur. & Cy. in l. 1. *de per. & rimo.* Bald. in l. *ab emptione, de pactis. ff.*
  - Negotiū, communi acceptione, ea, quę mercede & gratuito fiūt, cōplectitur, l. 1. *& toto. tit. de neg. geſt.* l. 1 *de aſtim. act. ff.*
    - Mercenariū, quod dandi, ac faciendi cauſſam habet
      - Do, vt des
        - Rem pro re, Permutatio.
        - Rem pro pecunia, contrave
          - Emptio.
          - Venditio.
        - Pecuniam pro pecunia, & fructu pecuniæ
          - Fœnus.
          - Reditus conſtitutus.
        - Pecuniam pro re, & pecunia, miſtum negotium habet, cùm partim res permutatur, partim venditur. Si dominium transferri conuenit, vt res fiat accipientis, ſingularis eſt contractus hoc genere comprehenſus, l. vlt. *de cond. cauſa da.* l. *vbi*, in fine, *de per bo. obligatio.* licet aliquando emptio dicatur, *l. ſi conuenerit, de contr. empt.* ſed hoc impropriè.
      - Do vt facias, aut ne facias
        - Locatio
          - Temporaria.
          - Perpetua.
        - Conductio
      - Facio, vt facias, aut ne facias. Infinitę conuentiones hinc oriuntur, quæ nomine uacant, vt in reliquis conſequentib. & faciendi verbo, etiam non faciendi, non tradendi, non alienandi, permittendi, non permittendi, continetur, l. *quod non facit, ff. de regu.* l. *vbi autem, §. qui id quod, de verb. oblig. ff.*
      - Facio, vt des, contrave, i. ne des huic, vel illi.
      - Do aut facio, vt des, contrave.
      - Do, vt des ac facias, contrave.
      - Do ac facio, vt des, ac facias, cōtrave.
        - Societas
          - Vniuerſalis.
          - Singularis.
        - Sponſalia.
        - Nuptiarum contractus: Viri, & uxoris conuentio ad mutuam uitę coniunctionem. Ea conſiſtit in
          - Officiis mutuis.
          - Donis mutuis.
            - Ex lege
              - Dos.
              - Donatio pp nuptias.
            - Ex pacto.
    - Gratuitū, quod minus ppriè negotium dicitur, l. *Ariſto*, de don. ff.
      - In faciendo tantùm
        - Iuſſu alterius
          - Fideiuſſio.
          - Expromiſſio.
          - Mandatum.
        - Sine iuſſu, Negotiorum geſto.
      - In dando, & faciendo, Miſtū, l. qui ſaxum, l. qui in ædib. ff. de don.
        - Curatio
          - Prodigi.
          - Furioſi.
          - Minoris.
          - Bonorum vacantium.
        - Procuratio.
        - Tutela
          - Teſtamentaria.
          - Datiua.
          - Legitima.
            - Parentum.
            - Agnatorum.
            - Patroni.
            - Fiduciaria
      - In dando tantum
        - Donatio pura.
        - Donatio conditionalis
          - Mortis intuitu.
          - Cuiuſque alterius conditionis, quę modò non ſit obligandi donatarij cauſſa, puta in euentum rei futuræ poſita.
    - Miſtum, vt cum res partim donatur gratuito, partim obligando, l. *ſed cum ff de neg.* l. *tranſactione*, C. *de tranſactionibus.*
      - Teſtamentum.
      - Codicilli.
  - Creditum
    - Mutuum eſt creditum, abutendi cauſſa, ut certo tempore ſimile reddatur.
    - Cōmodatum eſt creditū ad tempus, ut idem reddatur.
    - Precarium eſt creditum utendi cauſſa, domini arbitrio.
    - Depoſitum eſt creditum cuſtodiæ cauſſa, ut idem reddatur.
    - Pignus eſt creditū alterius obligationis cauſſa ɔtractū.
    - Indebitū eſt creditū ſub cōditione, vel errore ɔtractū.
    - Res æſtimata credita eſt creditum, ut res eadem, aut æſtimatio reddatur.

Plures ſunt aliæ ſpecies creditorū, vt cū deponitur pecunia ea lege, vt ſimilis reddatur, depoſitū eſſe definit, l. *Lucius, ff. depoſ.* aut cum venditor fidē hēt de pretio, l. *ſi procuratoris, §. plane vbi, de tributoria, ff.* In creditū ire dr: aut ſi mutuū, cōmodatū, depoſitū, mercede ſiat nomē amittunt, nec tñ tā propriè locationis q̃ crediti verbo ɔtinēt.

Miſta

Supradicta autem diuiſio Conuentionum ad hanc diſciplinam intelligendam facilis eſt: ac tametſi alij aliter diuidunt, nulla tamen in tanta rerum confuſione commodior mihi viſa eſt: Aut enim nudo conſenſu fit conuentio, aut præter conſenſum uerbis quoque legitimis conficitur, aut præter vtrunque habet ſynallagma. Primum ad pollicitationes, aut pacta: Secundum ad ſtipulationes. Tertium ad contractus pertinet. Contractus autem omnes ad negotia pertinent, aut ad credita. Cetera facilia ſunt. Sed hoc habet obſcuritatem, quod inter contractus teſtamenta collocantur. cùm tamen Labeo nihil ad omnino contractus pertinere diceret, *l. Labeo, de verb. ſign.* ff hoc quidem ſubtiliter magis, quàm ad id, quod docuit, accommodatè. Nam cùm duæ ſint omninò contractuum ſpecies, negotium, & creditum, neceſſe eſt alterutro genere contineri. quia non poſſunt credita uideri, quæ teſtator legauit dicitur tamen contrahere cum hærede § *ſed neque, de hæred inſt.* lib. 1. Inſt. *l. teſtamentum*, C. eo atque hinc argumenta ducuntur à contractib. ad teſtamenta, contrà ve, *l. qua de legata, de leg.* 1 *l. quo teſtamento.* § *quæcunque, de teſtam l. iure de cond & demonſt.* Bal. Ang. & Sal. in d. l. teſtamentum. Accurſium ſecuti negant appellatione contractuum teſtamenta venire, ſed tamen cùm hac exceptione in reb. odioſis: quæ ratio friget. At hoc amplius tota Gallia, Germania, Italia, Hiſpania teſtamenta contractib miſcere conſueuit, & Hebræi vno verbo Berith conuentiones, ac teſtamenta complectuntur. & Greci *διαθήκας* cum *συνθήκαις* ſæpe confundunt. Quòd verò donationes cauſa mortis in gratuito contractuum genere poſuimus ad id, quod ſæpius fieri ſolet diuiſionem accommodare neceſſe fuit: non quod gratuito ſemper fiant; ſed quæ partim obligationem, partim gratuitam donationem habent, mixto genere complexi ſumus, vt cum res partim venditur, partim donatur, l. *ſed & eum*, ff. *de nego. geſt.* l. *tranſactione*, C. de tranſact. In eo genere ſunt etiam teſtamenta, Codicilli, & quæ ex his ſequuntur. Quaſi contractus, & quaſi delicta iiſdem contractuum generibus complecti viſum eſt, ne diuiſionis vniuerſæ membra conturbarentur.

Huc libri 47. 48 ff & 9 Codicis.

- **Delictū eſt offenſio contra jus illata, eaq; trifaria diuiditur,**
  - **Ex ſubiecta materia, ſcilicet**
    - Conſilio
      - Praua ſuaſio.
      - Coniuratio.
    - Geſtu
      - Simulatio nocendi cum metu.
      - Contumelia.
    - Scripto
      - Famoſi libelli.
      - Famoſæ picturæ.
      - Falſæ ſcripturæ.
    - Verbo
      - Conuitia
        - In Deum, Blaſphemia.
        - In Homines, iniuria.
      - Falſa teſtificatio.
      - Excantatio.
      - Perfidia
        - Cum iuratur decipiendi cauſſa.
        - Infida aduocatio
          - Calumnia.
          - Præuaricatio.
          - Tergiuerſatio.
    - Facto, quo verbo non factum continetur, ut puta delictum in prætermiſſione, l. *qui non facit*, ff. *de regulis iuris*.
      - Percuſſio.
      - Homicidium.
      - Veneficium.
      - Incendium miſſum.
      - Furtum.
      - Rapina.
      - Stuprum.
      - Adulterium.
      - Inceſtus.
      - Subiectio, ac deprauatio
        - Legum.
        - Tabularũ.
        - Monetæ.
        - Clauium.
        - Nominis.
        - Perſonæ.
  - **Ex adiunctis delicta grauiora ſũt, aut leuiora**
    - Temporum cum delinquitur
      - Noctu.
      - Interdiu.
    - Locorum
      - Publicè, vel clam.
      - In ſacro, vel profano loco.
    - Perſonarũ
      - Eius qui peccauit
        - Vir, an fœmina.
        - Pubes, an impubes.
        - Maior, an minor xxv. annis.
        - Ciuis, an peregrinus
        - Diues, an pauper.
      - Eius in quem peccatum eſt
        - Magiſtratus, an priuatus.
        - Liber, an ſeruus.
        - Infamis, aut integri ſtat'.
  - **Ex cauſa.**
    - Volũtaria
      - Spontanea, cũ dolo malo, ac prauo conſilio peccatur
        - Praua ſuaſio
        - Iniuria contumelioſa.
        - Stellionatus.
        - Damnum dolo datum.
        - Rapina.
        - Furtum
          - Manifeſtum.
          - Nonmanifeſtum
          - Conceptum.
          - Oblatum.
          - Suſpecti crimen.
        - Plagium.
        - Effractio.
        - Arbores furtim cæſæ.
        - Latrocinium.
        - Falſi crimen
          - In teſtimonijs.
          - In ſcriptis.
          - In legibus.
          - In moneta.
          - In perſonis.
          - In nominibus ſubiectis.
          - In ſuppoſito partu.
        - Coniuratio.
        - Collegium illicitum.
        - Percuſſio.
        - Incendium miſſum.
        - Veneficium.
        - Cædes ex inſidijs.
        - Parricidium.
        - Vis illata
          - Publica.
          - Priuata.
        - Maieſtas læſa.
        - Perduellio.
      - Non ſpõtanea, qua ira, impetuve cupiditatis peccatur,
        - Iræ indomitæ
          - In rixa.
          - In tumultu.
          - In ultione repẽtina.
        - Libidinis impotentia
          - Raptus.
          - Inceſtus.
          - Adulteria.
          - Portentoſæ cõtra naturam libidines.
    - Fortuita, populari modo: alioquin nihil fortuitum eſt
      - Quæ prouideri non potuit, & culpa vacat, ſed ex conuentione luitur.
      - Quæ prouideri potuit, vt damnum iniuria, ideſt, non iure datum, ſine dolo tamen, l. 5. ff. ad l. Aquiliam.
    - Mixta, cùm uoluntate quid fit, quod ſine dolo deſinit in alterius damnum
      - Ioco.
      - Ebrietate.
      - Ignorantia ſupina.
      - Metu.

Huc tit. ad l. Aq. ff.

Cum iure communi ſta. C.

- C. Antecedentia
  - Acquiſitio eſt rei, iuriſve adeptio.
  - Alienatio eſt rei, iuriſve amiſſio
    - Poſſeſſionis
      - Poſſeſſionis, ideſt uſus à proprietate diuiſi, l. *quaſtionis verb. ſign.*
        - Naturalis tantùm.
        - Legitimæ tãtùm, quæ ſola legis fictionẽ ſuſtentatur
          - Vſusfructus recentione à domino facta, qui dominiũ, ac poſſeſſionẽ transfert, l. *quiſquis*, C. *de don.*
          - Clauſula conſtituti.
          - Proximi agnati ſucceſſione, qua poſſeſſio legis fictione omnium populorum conſenſu defertur contra l. *cum heredes, de acquir. hered.*
        - Naturalis, ac legitimę, cùm ex iuſta cauſſa poſſeſſio à domino traditur, aut à magiſtratu actu ſollemni, aut uacans occupatur.
    - Dominij
      - Vi iuſta
        - Armorum, cùm bellum iure ſuſceptum eſt.
        - Venationis licitæ
          - Ferarum.
          - Auium.
          - Piſcium.

          Huc tituli de acquirendo rerum dom. ff. & nouem tituls à tertio ad finem lib. 41. ff.
      - Occupatione
        - Rei derelictæ.
        - Locorum vacantium.
      - Naturalis acceſſionis ex
        - A luco,
        - Inſula,
        - Sylua,
        - Prato,
      - Arte
        - Opificijs.
        - Mercatura.
      - Arte aç natura
        - Agricultura.
        - Pecuaria.

        Huc libri. ff. quattuordecim à 24 ad 39. & à tit. 9. vſque ad finem lib. 6. C. &c.
      - Traditione ex iuſta cauſſa
        - Vera
        - Ficta, ut in l. *à Titio*, ff *de fur.* l. *vt inter*, C. *de ſacroſ. eccl.*
      - Decreto
        - Subhaſtatione.
        - Triplici iudicio lib. 4. Inſtit. de off. iud.
          - Familiæ herciſcundę.
          - Communi diuidundo.
          - finium regundorum.
      - Lege
        - Accreſcendi.
        - Vſucapiendi.
        - Inteſtati.
      - Teſtamẽto, ſeu codicillis, quibus transfertur
        - Hæreditas, i. ius quod quis habuit, cum moreretur, l. *hæreditas*. ff. *de verb. ſign.*
          - Agnitione
          - Additione
            - Ex ui inſtitutionis.
            - Subſtitutionis
              - Vulgaris.
              - Pupillaris.
              - Exẽplaris.
              - Militaris.
        - Legatum, ſeu fideicommiſſum
          - Vniuerſale.
          - Singulare.
- D. Conſequentia — *Huc tituli de ſolutionibus*
  - Obligatio, iuris vinculum, quo dare facere tenemur,
    - Naturalis tantùm.
    - Gentium quidem omnium, non tamen naturalis, ut ſententia iniuſta obligat, & pro veritate habetur, l. 4. ff. *de ſta. hom.* l. *Iulianus*, ff. *de condic. indeb.*
    - Ciuilis tantum, quæ vnius ciuitatis propria eſt.
    - Naturalis, & gentium omnium, quę ex conuentionibus iuſtisq; decretis oritur, aut ex iis delictis, quæ omnium populorum, & naturæ conſenſu vindicantur:
  - Liberatio, eſt obligationis ſolutio
    - Naturalis, & legitima, quę realis ſolutio dicitur: alioqui ſolutionis verbum omnem complectitur debiti liberationem, l. *ſolutam*, de ſolut.
    - Legitima tantum, q̃ ſatiſdatio, vel ſatiſfactio dicitur
      - Ipſo iure, quoties ſine reali ſolutione liberatio ſequitur, & obligatio reperi, aut errore ſolutum condici poteſt l. quòd dicitur. §. pen. ff. de impenſ. in re dot. fa.
        - Acceptilatio eſt, qua debitori creditor debitum accepto tulit, l. *pluribus*. ff. *de acceptil.*
        - Nouatio eſt, veteris obligationis in nouam transfuſio, l. *qui negotia*, ff. *mandati*.
        - Delegatio eſt debitoris pro debitore mutatio, l. *delegare*, ff. de nouat.
        - Confuſio eſt, cùm debitori creditor ſuccedit, contrave, l. *ſi debitor*, C. *de pact.*
        - Compenſatio eſt, debiti liquidi cum liquido in ſolutum datio, l. *ſi conſtat*, C. *de compenſ.*
        - Obſignatio eſt, cùm pecunia liberationis cauſa deponitur legitimè, l. *acceptum*, C. *de vſuris*.
        - Dominij adeptio, cùm ſpecies debita uenit in dominium creditoris, l. *quoties*, de ſolut.
        - Interitus ſpeciei debitę ſine culpa debitoris, l. *ſicut*, *quib. mod. pig.*
        - Exemptio rei debitæ à cõmercio, cùm res profana fit ſacra, uel ſancta, uel religioſa, l. *inter ſtipulantes*, uel obligatio in eã cauſam recidit, a qua incipere non potuit, l. pen. ff. *de duo reis*.
        - Tranſactio eſt à lite, & obligatione priori diſceſſio, l. *cauſſas*, C. *de tranſact.*
        - Ceſſio in iure ſolutionis uim hêt, ſi debitur cedat rẽ a ſe petitã,
      - Ope exceptionis
        - Pacto, l. ſi unus. §. pactus, & l. ult. ff. de *pact.*
        - Iureiurando, l. *aut prætor*, *de iureiur.* *Huc tit. de iureiur.*
        - Obligatione, l. *ſi ſeruum*, §. *ſtichum*, *de verb. ſig.*
        - Re iudicata, l. *Iulianus*, *de condic. indeb.*
        - Præſcriptione, l. *ſicut omnes*, C. de præſcr. 30. an. *Huc tit. de praſcr.*

Dominij acceptio ſimplex, ac pura Romano iure ſignificat proprietatem: Neque enim in Pandectis, aut Codice, at ne in Authenticis quidem, vllum verbum extat vtilis, aut directi dominij: ſed ea verba ex uſu Feudorum manarunt in vulgus: Deinde quibuſdam viſum eſt, fundiarios dominos, & cenſuales, & fundiariſſimos appellare: Et horum quidam immediati, quidam intermedii, poſtremo loco ſunt proprietarii, qui recta verborum interpretatione domini ſunt: reliqui nihil aliud, quam iura prædiatorum, ſeu vectigal, ſeu ſeruitutem habent, dominium non habent: quia duorum ſimul eſſe non poteſt, *l. ſi ut certo. § ſi duob. ff. commod. l. hæreditate. § pater, de caſt. pec.*

- Efficiens, quæ controuerſias ac lites ad exitũ perducit, non legibus, ſed legũ actionibus; & effectis: nam lex & æquitas ad ius conſtituẽdum pertinẽt: legis actio, & iudicis officium ad exequendum: & vt ſeſe hẽt lex ad legis actionem, ſic etiam æquitas ad iudicis officium.
  - Legis actio eſt ipſius legis executio, vis, ac poteſtas: quo nomine venit etiam conſuetudo, ac ſtylus agendi.
    - Extraiuridicialis,
      - Ritus ſacrorum.
      - Legislatio.
      - Magiſtratuum creatio.
      - Forma comitiorum.
      - Actiones tabellionum, ſeu ſtylus notariorum,
        - In contractibus ſcribẽdis,
        - In atteſtationibus.
        - In poſſeſſionibus capiendis.
        - In inſinuationibus. *Hoc tit. de ſolut.*
        - In repertorijs.
        - In conſignationibus recipiendis.
        - In teſtamentis, codicillis, donationibus deſcribendis.
        - In additionum, ac repudiationum actis, &c.
    - Forenſis, quæ in iure, id eſt apud iudicẽ explicatur. l. 9 *de interrogat. ſeu in actio nibus.* ff. l. vlt *de iuſtitia.*
      - Imperioſa, quæ in iuſſis, vetitis, & permiſſione verſatur: hec in auctoritate, vel imperio conſiſtit:
        - Auctoritas, eſt publica magiſtratus aſſenſio, qua legitimi actus comprobantur.
        - Imperium,
          - Publicum,
            - Summum,
              - Principis.
              - Optimatum.
              - Populi.
            - Legitimũ,
              - Magiſtratus,
                - Maior, qui Principi tantum, non item magiſtratui parere tenetur.
                - Minor, qui magiſtratibus etiam parere tenetur.
              - Curatoris, quem commiſſarium vocant.
          - Priuatum, quod à publica poteſtate diuiſas habet rationes:
            - Vniuerſitatis.
            - Collegiorum.
            - Familiarum.
              - Viri in uxorem.
              - Patris erga liberos.
              - Domini in ſeruos.
      - Iuridica, ſeu iuriſdictio, id eſt iuridica legis actio ab imperio diuiſa. hæc bifariam diuiditur.
        - Ex cauſis,
          - Ex efficiẽte iuriſdictio,
            - Voluntaria, quę agentium conſenſu explicatur apud eum, qui iuriſdictionem habet:
              - Conteſtationes, ac ſententiæ uoluntariæ.
              - Ceſſio in iure.
              - Adoptio.
              - Emancipatio.
              - Manumiſſio.
            - Contentioſa, quæ in inuitũ datur l. *inter ſtipulantẽ de verbor. oblig.*
              - Libellaris, quæ libellis, & fere cognitione cauſæ explicatur.
                - Præiudicium eſt intentio, uel depulſio nuda ſine conteſtatione.
                - Comparitio in iure.
                - Subrogatio.
                - Interruptio.
                - Teſtatio in iure.
                - Cautio.
                - Miſſio in poſſeſſionem.
                - Reiectio teſtium, uel iudicum.
                - Interrogatio in iure.
                - Prouocatio.
                - Renunciatio.
              - Decretoria, quę maturam exigit cauſæ cognitionem. l. *nec quicquam.* §. *ubi decretum de offic. procons.*
                - Decretum eſt id quod magiſtratus poſt cognitionem ſtatuit ſine litis conteſtatione, licet interdum pro ſententia accipiatur.
                  - Excuſationum,
                  - Dilationum.
                  - Alimentorum.
                  - Rerum alienandarum.
                  - Tutelarum & curationum.
                  - Bonorum poſſeſſionis.
                - Iudiciũ eſt cõtentiosa legis actio quę litis conteſtatione ac ſententia conſtat. *Tabula ſequentis diuiſio hoc ſpectat*
          - Ex materia iuriſdictio eſt
            - Ciuilis.
            - Criminalis.
            - Mixta.
          - Ex forma iuriſdictio eſt
            - Ordinaria, quæ explicatur ea lege uel more cõſueto.
            - Extraordinaria, quæ iudicis arbitrio regitur, aut curatoris, vel iudicis a principe dati cum iuriſdictione.
        - Ex adiunctis iuriſdictio
          - Propria,
            - Legitima, quæ iure magiſtratus competit.
            - Lege ſoluta iure maieſtatis competit.
          - Mandata,
            - A principe.
            - A magiſtratu.
      - Executoria duplex,
        - In eum qui ſponte obſequitur.
        - In eum qui ui cogitur.
  - Iudicis officiũ in ijs uerſatur, quæ nõ ſunt lege comprehenſa, uel nimis obſcurè dicta ſunt, uel ad propoſitam cauſam iniqua uidentur,
    - In legibus ſupplendis *l. ius autem de iuſtitia.*
    - In legum acerbitate, uel lenitate temperanda. l. *reſpiciendum.* l. *hodie de pæn.* ff.

Publicum

- Publicum quod ad rē publicam pertinet,
  - Criminale,
    - Accuſatio,
    - Defenſio.
  - Ciuile, quod ad populares actiones refertur, quę crimine vacant,
- Priuatum præiudiciū duplex eſt
  - Actio eſt priuatum præiudicium intentione ciuili conſtitutum,
    - Ex materia actio triplex eſt
      - Realis, quæ in rē, aut rei cauſa infertur,
        - Preparatoria,
          - Ad exhibendum. *Huc ꝑtit ad exhibendum.*
          - Sequeſtraria.
          - Alimentaria ante iudicium conſtitutum.
          - Vindiciarum.
        - Poſſeſſoria, Adipiſcendæ / Retinendæ / Recuperandæ poſſeſſionis. *Huc interdictorum diſciplina lib. 43. tit. 59*
        - Petitoria, quę dominium ſe petit, aut ius rei à tertio poſſeſſore
          - Hypothecaria pura, quę ius ad rem ſemota perſona ſequitur,
          - Rei vindicatio,
            - Rei incorporeæ,
              - Confeſſoria.
              - Negatoria.
            - Rei corporeæ.
      - Perſonalis quæ perſonæ cohæret & eam ubi conſectatur,
        - Præiudicialis, ſiue de ſtatu, ordine, ſexu, conditione perſonarum,
          - Actio liberalis.
          - Actio ingenuitatis.
          - Actio peregrinitatis.
          - Actio de liberis legitimis contrave.
          - Actio dē uxore iuſta contrave.
          - Actio de iure magiſtratuum.
          - Actio de generis nobilitate, aut obſcuritate.
          - Actiones de cuiuſque moribus, ordine, conditione, vita, inſtituto, genere, ſexu, ætate, morbo, furore, fama, infamia.
        - Cōdictio eſt actio i pſonā ab obligatione profecta,
          - Certi, eſt certa res eſt, quę petitur quantitate, vel ſpecie,
            - Ex conuētione,
              - Actio mutui.
              - Actio pignoratitia reſcerta.
              - Actio ex donato.
              - Actio indebiti.
              - Actiones ex omnibus conuentionibus cū certa res petitur.
            - Ex lege.
            - Ex delicto cum certa res pactione circumſcribitur.
          - Incerti, cū agitur ad id quod interest, ſiue principaliter ſiue acceſſoriè
            - Ex conuētione,
              - Actio ex ſtipulatu incerta.
              - Actio depoſiti, & æſtimatoria.
              - Actio commodati, ac de precario,
              - Actio empti redhibitoria, quanti plurimi.
              - Actio quantò minoris.
              - Actio ex retractu gentilitio, feudali, conuentionali.
              - Actio locati, conducti, emphyteuseos.
              - Actio ſocietatis, matrimonij, dotis, donationis propter nuptias, & rerum amotarum.
              - Actio mandati, tutelæ, negotiorum geſtorum, de eo quod certo loco, curationis bonorum, de conſtituta pecunia.
              - Actio de geſtis eorum qui ſunt alieni iuris,
                - Inſtitoria.
                - Exercitoria.
                - Tributoria.
                - Quod iuſſu.
                - De peculio.
                - De in rem uerſo.
              - Actio de iureiurando in litem.
              - Actio de alienatione iudicij mutandi cauſa.
              - Actio fœneratitia, & de reditu conſtituto.
              - Actio teſtamentaria, codicillaris, fiduciaria, funeraria.
              - Actiones præſcriptis verbis, quæ etiam vtiles ex infinitis conuentionum generibus, quæ nomine uacant. *l. quoties. de præſcript. verb.*
            - Ex delicto cum crimine uacat is contra quem agitur,
              - Actiones damni infecti, vel dati.
              - Actiones deiecti, & effuſi.
              - Actio de pauperie.
              - Actio de paſtu.
              - Actiones noxales in dominos.
              - Actiones in nautas, caupones, ſtabularios.
              - Actiones ex omnibus criminibus, cùm agitur tantum ad id quod priuatum intereſt.
      - Miſta, quę rē afficit & perſonam. *l. hereditatis de hereditatis petitio. C.*
        - Hypothecaria perſonalis.
        - Hæreditatis petitio
        - Actiones famil. herciſcun. cōmuni diuidundo, finiū regundor. & omnes actiones es interdict. l. j de interd.
    - Ex cauſis,
    - Ex forma,
      - Bonæ fidei.
      - Stricti iuris,
      - Arbitraria.
    - Ex efficiēte,
      - Legitima, quę i lege tribuitur,
        - Directa ex verbis.
        - Vtilis ex interpretatione æqua.
      - Prætoria, quę datur à magiſtratibus ex eorum edictis,
        - Directa.
        - Vtilis.
    - Ex fine,
      - In ſimplum ſeu principale.
      - In expenſas.
      - In id quod intereſt præter ſimplū.
      - In totam litis æſtimationem, qua ſimplum, & acceſſio, & expenſę continentur.
    - Ex adiunctis,
      - Temporis,
        - Actiones temporariæ.
        - Actiones perpetuæ.
      - Hæredum, dantur.
        - Actiones quæ hęredibus tātùm
        - Quæ in hæredes tantùm
        - Quæ hæredibus, & in hæredes
  - Exceptio eſt pręiudicium, quod in actionis excluſione uerſatur,
    - Dilatoria.
    - Peremptoria.
    - Miſta.

Miſtum præiudicium dicitur, quum publica priuatis miſcentur, & eodem iudicio, quod publicè & priuatim intereſt, perſequimur.

Ex cau-

A

- **Ex cauſis,**
  - Ex materia iudiciū eſt
    - Ciuile.
    - Criminale.
    - Miſtum.
  - Ex forma iudicium eſt
    - Ordinarium,
    - Extraordinarium.
  - Ex efficiẽte in parſes diuiditur,
    - Litis cõteſtatio eſt legitima verborũ cõceptio ex intẽtione, depulſione, ac magiſtratus interlocutione iudicij conſtituẽdi cauſa.
      - Status cauſæ eſt, in quo præcipuè cauſa vertitur,
        - Coniecturalis, cũ de facto tãtùm
        - Legitimus, cùm de iure tantùm
        - Miſtus, cũ de iure & facto
        - quæritur.
      - Probatio,
        - Perſpicua,
          - Voluntariæ confeſſionis.
          - Actuum legitimorum.
          - Tabularum, ac teſtium exceptione maiorum.
          - Legum, & conſuetudinis non dubię.
        - Dubia,
          - Ex repugnantia legum, teſtium, tabularum.
          - Ex varietate conſitentis in quæſtione.
          - Ex iureiurando,
            - Extraiudiciali,
              - Temerario.
              - Conuẽtionali.
              - Legitimo.
              - *Huc ti. de prob. teſtib. iureiurando.*
            - Iuridiciali,
              - Neceſſario propter calumniam.
              - Voluntario,
                - Supplendæ probationis.
                - Litis definiendæ.
    - Sententia,
      - Interlocutoria.
      - Deciſoria ſeu diffinitiua.
        - Abſolutoria.
        - Condemnatoria.
        - *Huc titulo decem lib. 7. C. à 41. ad 52. & Pandec. de iudic.*

B

  - Ex fine iudiciũ eſt,
    - Pœnale,
      - Mulctę.
      - Infamiæ.
      - Proſcriptionis.
      - Relegationis.
      - Exilij, deportationis.
      - Verberum.
      - Amputationis.
      - Mortis naturalis,
        - Gladio.
        - Aqua.
        - Suſpendio.
        - Confractione.
        - Igne.
        - Lapidatione.
    - Rei perſecutorium,
      - In ſimplum ſeu principale.
      - In acceſſiones vltra ſimplũ,
        - Certas,
          - Lege,
            - Vſura.
            - Fœnus nauticum.
          - Pacto ſeu pœna conuenta.
        - Incertas,
          - Id quod intereſt
            - Rei cohærens.
            - Remotum.
          - Fructus.
    - Miſtum, quod vniuerſam complectitur litis æſtimationem.

C

- **Ex adiunctis cõſtat,**
  - Actore.
  - Iudice.
  - Reo.

D

Finis, Iuſtitia ſuum cuique tribuens, ideſt [illegible]**, quod in triplici proportione verſatur, Arithmetica, Geometrica, & Harmonica, quę quaſi tres filiæ Themidos ſe complexu mutuo fouent,** [illegible], **ideſt æqua lex, iuſtitia, pax: vel commodius** [illegible] **ad Arithmeticas rationes, vt lex omnibus eadem:** [illegible] **ad Geometricas, ideſt æquitas:** [illegible] **ad Harmonicas: quæ vtriſque conflatur, ut iuſtitia ex lege & æquitate coaleſcit.**

- Ratione Arithmetica, quæ [illegible] dicitur, ſemper æqualis facta factis, res rebus, ſine perſonarum delectu coæquando: eaq. potiſſimùm elucet in rebus creditis, mutuis, pignore, commodato, depoſito, & ſimilibus. — *Proportio Arithmetica. In numeris 2. 4. 6. 8. 10. 12.*
- Ratione Geometrica, quæ [illegible] vocatur, ſimilitudinem non æqualitatẽ ſpectans. exempla in l. *capitalium*, §. *in ſeruorum, de pœnis*, l. vlt. *de incendio*, l. *vt gradatim, de muneribus.* — *Proportio Geometrica. In numeris 2. 4. 8. 16. 32. 64.*
- Ratione Harmonica, quæ ex arithmeticis, & geometricis rationibus coaleſcit, ęqualitatis & ſimilitudinis coniuncta ratione cauſas definiens, exemplum eſt in *l. eos, de vſuris.* — *Proportio Harmonica. In numeris* [illegible]

Conſi-

A

Conſideratio Viri Iuriſperitiſſimi, Guidonis Pancirolæ in ſuperiores Tabulas de Iuriſprudentia. Caput XXI.

Ius quomodo ad cetera animantia pertinere iuriſperitus dicat.

IN prima Tabula omittitur Ius naturale, quod noſtri primæuum appellant, & ad bruta etiam pertinet, & homines ſimul; hoc verò non intelligo vulgarem ſenſũ, & appetitum, ſed educationem liberorum, & amorem in eos; Videmus enim cetera quoque animantia *ob huius peritiam iuris cenſeri*, ideſt, eſſe in quadam admiratione. Inſtit. *de iure nat. gent. & ciuili*, poſt principium ita verò in iure accipitur verbum, *cenſeri*, & apud alios Auctores.

Naturale Ius homini ingenitum eſt, etiam, quod noſtri appellant ſecũdarium, ideo non poſſunt ſeparari. B

Ius gentium ſecundariũ quid.

Reperitur & aliud ſecundum Ius gentium, quod non eſt natura homini innatum, ſed non eſt omninò præter naturam: ſed ea præuia inductum hominum vſu, vt emptio, locatio, mutuum, ſocietas, & ferè omnes contractus.

Ius illud gentium, quod aliquando eſt priuatum. ȝ Videndum, quomodo hoc magis ad municipia, & collegia, quàm ad alios pertineat, cum ſit omnium gentium.

Iuris gentium lex principis, aut magiſtratus vix eſſe poteſt, cùm plerumque ſint hæc propria aliquorum populorum, non omnium gentium. Minùs ſingularis lex, aut priuilegium, beneficiumve ſub iure gentium eſſe poterit. Idem de conſuetudine, præſertim municipij, aut collegij, quæ ſub Ciuili Iure uidentur comprehendi, ut opponit Iuſtinianus Inſtit. de Iure natur. gent. & ciuili; Fortè, vt bimembris ſit diuiſio, quemadmodum quælibet eſſe debet, poſſit diuidi ita. C

Iuris diuiſio primaria eiuſdem.

- Ius
  - Naturale
    - Omnium animantium.
    - Gentium
      - Cum natura natum.
      - Præuia ratione inductum.
  - Ciuile.

Si dicatur, omnes populi legem aliquam habent, ergo lex Iuris gentium eſt: reſpondetur, habent, ſed non eam, quæ illius eſt populi, nam ciuilis eſt, vt in Iure intelligi ſolet.

In Secunda Tabula Naturalis tantùm filius eſt paterfamilias, quia non eſt in patris poteſtate, frater, ſoror, &c. Sunt innumeri, ex agnatis, patruus, patruus magnus, patrueles, & plurimi alij itidem ex cognatis, idem in affinitate, vt vitricus, & alij. Apparitores autem cohortales, & lictores ſunt idem. Scribæ item, & Notarij, Actuarijque, Grammatici, ac Dialectici. D

Auguſtales ȝ hoc delerem, quia non eſt inter gradus harum dignitatum: Et Perfectiſſimis adderem Egregios, qui erat vltimus dignitatum gradus, de quo Lactantius, Caſſiodorus, & Iura.

In Tertia Tabula. Bona, peculium, etiam corporalia hæc ſunt. ȝ Homagium addi poterat, Emphyteuſis, & illis ſimilia.

Reditus. ȝ Hi ſunt corporales, ſi verò intelliguntur, qui feudi Domino dantur, vt quandoque contingit, id erat exprimendum. Et ſequentes ſubdiuiſiones poſſent omitti.

Facta intelligunt Iureconſulti, quæ in faciendo conſiſtunt, vt ſcribere librum, ædificare, & huiuſmodi, vel quæ in non faciendo conſiſtunt, Inſtitut. de verborum obligatio. in Iure. ſub rebus continentur contractus, teſtamenta, delicta, & obligationes. E

In Quarta Tabula eſt. Ius ortum ex conuentione, nec in facto conſiſtit, L. de actione, & obligat. primum ad pollicitationes.) Pollicitatio non eſt conuentio. Duæ ſunt contractuum ſpecies, negocium, & creditum: id non admittitur. creditum enim naſcitur ex contractu, qui verſatur ſuper negocio, ſed ipſe poteſt dici negocium. At non omne negocium eſt contractus, qui diſtinguitur à teſtamento. Nec teſtator contrahit cum hærede, quia reuocare poteſt teſtamentum, ſed eſt hæres, qui adeundo hæreditatem quaſi contrahit cum defuncto, & obligatur creditoribus, & legatarijs. Donatio cauſa mortis eſt gratuita, quia donatio; & poteſt reuocari.

In

A In Quinta Tabula liberatio, legitima, quæ ſatiſdatio.] Hæc eſt meta obligatio, quia eſt fideiuſſio.

In ſexta Tabula litis conteſtatio eſt ſecundum Doct. vbi reus reſpondet principali petitioni actoris in l. 1. C. de litis conteſtat. Probatio dubia, ex iuramento.] Hæc non videtur venire ex iuramento, immò iuratur quia non probatur. Et hæc quidem Pancirola.

TABVLA LIBRORVM IVRIS CIVILIS A VIGELIO conſcriptorum ſeriem, ac ordinem complectens. *Caput XXII.*

B

- Ius ciuile tractat aut
  - Genera Iuris Eſt autē ius aliud
    - Publicum. Publica autem ſunt
      - Iura & leges.
      - Magiſtratus.
      - Iudicia publica.
      - Iudicia priuata.
      - Eccleſia & Religio.
      - Fiſcus.
      - Militia.
      - Ciuitates.
    - Priuatum, quod ſinguli habent, aut
      - In perſonis, ut eſt ius inter
        - Maritum & uxorem.
        - Parentes ac liberos.
        - Dominum & ſeruum.
        - Patronum & liberum.
        - Tutorem & pupillum.
        - Curatorem & adultum.
      - In rebus, ut ſunt
        - Dominium.
        - Poſſeſſio.
        - Vſusfructus.
        - Vſus.
        - Seruitutes, & ſimilia iura.

C

  - Cauſas Iuris, vel
    - Acquirendi q̃ ſunt aut
      - Lucratiuæ, ut ſunt
        - Hæreditates { Ex teſtamento / Ab inteſtato } cum ſuis actionibus.
        - Legata, & Fideicōmiſſa, cum ſuis actionibus, & reliquis ſpeciebus.
        - Donationes.
        - Vſucapiones.
      - Onoroſę ut ſunt
        - Obligationes, & Actiones q̃ ſunt & ex
          - Cōtractu
            - Vero, & nominato, qui fit, aut
              - Re, ut eſt
                - Mutuum.
                - Cōmodatū.
                - Depoſitum.
                - Pignus.
              - Verbis, ut ſunt, verborum obligationes, quæ cū ſuis ſpeciebus, & affinibus remediis tractantur.
              - Litteris
              - Conſenſu vt eſt
                - Emptio & uēd.
                - Locatio & cōd.
                - Societas.
                - Mandatum.
            - Quaſi & innominato.
            - Hiſce accedunt contractus eorū, qui ſunt in aliena ptāte, cū ſuis actionib.
          - Maleficio: ut eſt
            - Furtum.
            - Rapina.
            - Damnum.
            - Iniuria.
            - { Horum item ſpecies, & actionū adfinia remedia.

D

    - Retinendi, amittendi, & recuperandi: ut ſunt
      - Exceptiones.
      - In integrum reſtitutiones.
      - Condictio indebiti.
      - Liberationes.
      - Capitis diminutio.
      - Captiuitas.
      - Poſtliminium.
      - Quibus accedunt duo Tituli generales de verborum ſignificatione, & de Regulis Iuris.

E

RATIO-

Rationes cur ſuperior tractatio de Iuriſprudentia non vnam methodum complexa ſit: Reſpondetur item ad ea, quæ à probis Viris prudenter quæri, vel dubitari potuerunt. *Cap. XXIII.*

Auctor cur hanc bibliothecam condiderit.

CONdendæ Bibliothecæ meæ ea ratio fuit, vt methodus, pietas, & vſus meliorum librorum traderetur; Vitarentur autem, qui labe aliqua, aut hæreſibus eſſent aſperſi; Id quod initio vniuerſæ Bibliothecæ præfatus ſum. Qui verò libri non recenſentur in ipſa Tractatione de Iuriſprudentia, ij ex probatioribus Catholicorum Auctorum catalogis ſeligerentur.

Methodus iuris cur non vna tradita.

Methodum quoniam non eandem omnes tenuerunt, ſiue priſci, ſiue recentio- B
res, ſiue qui in Italia, & Hiſpania, ſiue qui in Gallia, Germania, & alijs Regnis degunt, nec ipſe quoque vnam attuli, ſed qua quæque Academiæ meliores antiquitus, aut nouiſſimè vſæ ſunt. Quod cùm præcipuè neceſſarium eſſet, iccirco non tam, quæ ab Vltramontanis, quàm quæ ab Ciſmontanis vſurpata eſt, conatus ſum innuere; & quidem cum nullius iniuria, laude verò eorum, qui etſi linguam Latinam, & Græcam, vel aliam minimè calluerunt, commendati tamen à me ſunt tamquã peracris ingenij, & Iuriſprudentiæ ſcientiſſimi, quemadmodum de Accurſio factum eſt, atque alijs.

Cur Iuriſperitos aliquos non nominauerit.

Iuriſperitos aliquos alios non nominaui, quòd cùm hæreſeos ſuſpecti eſſent, erant in Bibliotheca Selecta reticendi, niſi prius fuiſſent ab Eccleſia emaculati, & conceſſi; ſicuti quoniam hoc factum eſt de Mynſingero, ac de alijs quibuſdam, ideo eos non ta- C
cui. Si quid ex Gribaldo eſt depromptum, non vt eius, ſed vt noſtrum, ideſt à Catholicis variè, ac ſparſim antea traditum repetijmus ea ratione, quam in præfatione totius operis attulimus. At quoniam aliqui eiuſmodi libri de ratione ſtudendi Iuriſprudentiæ aliquas vtilitates habent, ideo rem potius quæ bona eſſet, quam nomen iudicaui proponendam, ne quid quorundam Auctorum nomina, aut ſuſpicio rei ipſi incommodarent.

Iuriſprudentiæ baſis eſt corpus ciuile.

Quoniam verò fons Iuriſprudentiæ eſt ipſum corpus Ciuile ſuas in partes diſtributum, iccirco attigi quonam modo in primis eſſet intelligendum, ne laboraretur in ipſo contextu; aut ne hoc omiſſo, gloſſis tantummodò inhæreremus: nam & in ipſa Theologia, qui Scholaſticos Auctores nimio plus volutarunt, Diuinam ipſam Scriptu-
ram, quæ Scholaſticæ Theologiæ baſis eſt, omittentes, haud profecere, quantùm feciſ- D
ſent, ſi vtramque ſedulò fuiſſent amplexi.

At cùm Galli, Germani, Poloni Iuriſprudentiæ, quæ hoc modo traditur, libentiùs operam dent, iccirco tradenda erant, quæ ab ipſis erant declinanda, ne cum Iuriſprudentia impietatem haurirent, quam Septentrionales quidam ſuis hac de re ſcriptis inſperſerant.

Methodus Vltramontana non reprobanda. Rom. 1.

Quòd ſi Vltramontanorum methodum conuelleremus, non ſolùm Barbari vocaremur, ac rudes; verùm etiam nil ad pietatem proficeretur. Chriſtiani autem hominis eſt (ac tantò magis religioſi) vt, cùm intelligit, ſe *debitorem eſſe ſapientibus, & inſipientibus*, Chriſtum in omnibus curet lucrifacere: Quod certè, qui non verſati ſunt extra Italicas Academias: aut in vna Italia legum aliquam notitiam hauſere, non ita facilè intelligunt, quantùm commodi hæc res ſecum ferat. Quinetiam cùm Ger- E
mani, & Galli, qui ad Catholicas Academias veniunt, ſint plures; neque verò hi velint vſitatum ſcholarum morem, quo quæſtiones longiùs expenduntur, Pandectarum autem lectio ijs magis arrideat, tentandum eſt, vt intra veritatis cancellos hoc modo inducantur, & ingenuam, atque auitam ſuorum Maiorum ſemitam etiam in Religione Catholica terant.

Quibus maxime auctor laborauerit.

Præterea non profeſſoribus (quamuis & præcipui viri, qui primas obtinent cathedras, ſibi quoque vtilem iſtiuſmodi tractationem faſſi ſunt) ſed qui ingreſſuri ſunt in hanc legum quaſi ſyluam, ſternitur via; nec qui eam ſuis tractatibus complanare tentarunt, ſilentio inuoluti ſunt, quin etiam in fronte oſtenſi, vt ſciretur, ſi

quid

A quid boni dixerint, vel ex ijs à me eſſe delibatum, aut ab alijs poſſe decerpi. Porrò ſuus cuique ſenſus, & bona mens fuit, nec cuiuſque illorum adeo malus eſt liber, quin bona quædam contineat.

Quoniam verò ad Iuriſprudentiam ſpectat, noſſe quo iure quæque Prouincia vtatur, aut Reſpublica, ideo variarum Rerum publicarum iura, quive de ijs ſcripſerint, indicaui. Neque verò hic meus tantummodo ſenſus fuit, verumetiam Iuriſconſultorum, & ipſius adeo Ariſtotelis, ac B. Thomæ Aquinatis multò antea fuerat. *Oportet* (inquit Ariſtoteles) *non ignorare differentias politiarum, quot nam ſint Reſpublicæ, quot modis componantur, eademque cum prudentia conſiderare ſimul oportet & leges optimas, & vnicuique Politiarum congruentes, quandoquidem leges oportet ad politias accommodare, ſicut & omnes accommodantur, non autem è contraria Reſpublicas, ad leges*; ac

Ariſtot. lib. 3. Polit. cap. 7. in fine lib. 4. cap. 1. ſub finem.
S. Thom. In eũdem locum.

B quæ ſequuntur. Sed vt Rerum publicarum notitiam illam neceſſariam meis ſcriptis inſerui, ſic ſummoperè in omnibus adiutus ſum ex ijs rebus, quæ ad æquitatem noſcendam, & in rem conferendam non tam ex libris, quàm ex ipſo vſu percepi, atque inprimis ex Deo bonis conatibus aſpirante hauſi. Atque ut eiuſmodi plura à Theologis, & à Nauarro deinceps, ad omnes actiones humanas dijudicandas neceſſaria exiſtimata ſunt, quæ quamuis antiquitus tradita ab alijs, non tamen ad vſum ab omnibus adhibebantur, vtque regulæ de diſcernendis ſpiritibus ad noſtras interiores actiones dijudicandas, vtiliſſimæ etiam ſunt ad reliqua dignoſcenda; (licet, qui ijs non vtuntur, non eas magni æſtiment) ſic perneceſſarium exiſtimandum eſt, quod hac de tota re dictum eſt in Tractatione noſtra. Nec tam ut prolegomena, quàm vt regulę, quæ præire, & proſequi iudicia omnia debent, accipiendæ ſunt.

Auctor vnde habuerit, quę hic de æquitate tradidit.

C Et hæc quidem ratio fuit inſtituti mei. Ceterùm, quoniam aliqui ſuſpicari poſſent, Accurſium, & reliquos eiuſmodi uiros, ob paucos errores, minuſque politum dicendi genus eſſe ablegandos, alij uerò nihil eſſe aduerſus eos hiſcendum, utriq; hæc habeant quæ dixero: Primùm equidem exiſtimo horum habendam eſſe mentionem perhonorificam, commendandumque iudicium, & probandam eſſe maturitatem; veruntamen conſultum non eſſe taceri lapſus, aut emendatiores codices, ac typos non indicari. Et Patrum quidem aliqua, quibus ab Eccleſia inſcienter diſſenſerant, iudicata reiectaque ſunt, quæ & eorum aliquis, vt S. inquit Auguſtinus, ſanguine ipſo martyrij eluiſſe credendus eſt. Retractauit item magna cum laude idem Auguſtinus, quæ olim minus aptè ſcripſerat: at doctrina, qua cum Eccleſia conſentit, recepta eſt, atque ſeruata. Et Sixtus Senenſis ſua in Bibliotheca Sancta operæprecium cenſuit (id quod

De Accurſio & ſimilibus iudicium.

D. Cyprianus

D cenſuere optimi alij Theologi, ac comprobauit Eccleſia) ſi eadem Patrum loca, vel malè intellecta, vel quibus ipſi aberraſſent à ſcopo, oſtenderentur. Itaque nulla Accurſio, ceteriſve illis viris iniuria infertur, ſi quid à reliquis Iuriſperitis eruditis adnotatum eſt, quod minus rectè ob linguæ, vel Hiſtorię, aut aliarum facultatum eius ſæculi inopiam, ſunt aſſecuti. Quin ijdem ipſi, & Accurſius tantò libentius teri ab omnibus poterunt, quantò emendatiores ſint. Id quod & in Iure Canonico ſapienter factum eſt ab Gregorio XIII. Sanctæ memoriæ Pont. Maximo, qui, quod vniuerſæ Academiæ Catholicæ ſummoperè optarant, Gratianum, & reliqua ingenti labore iuſſerit emendari.

Gregorij XIII laus in Gratiani emendatione procurata.

Iam quę aliquibus dubitatio oborta fuerat de Philoſophiæ ſtudijs, num Iuriſprudentię quidquam conferrent, ita crederem ſtatuendum; non ſolùm Philoſophiam,

E verum etiam Theologiam Iuriſperito maximè profuturam, nam quòd inde verebantur aliqui, ne ſcientijs, ac diſciplinis intellectus non aſſuetus, aut in litibus euaderet Sophiſta; vel materias de contractibus, Iudicijs, & poſtremis voluntatibus dedignaretur; iſto timore liberabuntur, ſi cogitent, non aliundè ferme de contractibus, deq; ſexcentis oriri alijs controuerſiã: niſi quòd aut Philoſophiæ ea pars, quę de principiis humanarum actionum, deque officiis agit, percepta rectè non eſt; aut Theologia ignoratur, quæ omnes earundem actionum qualitates, atque (vt cum Scholis loquar) paſſiones ęquiſſima lance perpendit. Ac propterea factum eſt, vt non pauci, qui in Iuriſprudentiæ ſtudium illotis pedibus ingreſſi fuerant, euaſerint neſcio quales,

Philoſophia & ipſa Theologia Iuriſconſulto neceſſaria.

O nimitum,

nimirum, qui ad ſuum ingenium negotia quoque Religionis traxere, potius quam vt ad veritatis normam ſeſe componere voluerint. A

Iuriſconſulti Philoſophia, & Theologia exculti ſunt eminentes.

Quòd autem alij putent, iſtos parum profeciſſe, aut ſtudia ſua non cõtinuaſſe, quod potiora illa ſtudia priùs amplexi eſſent, id tribuendum non eſt earum ſtudijs diſciplinarum, ſed alijs cauſis. Profectò enim meliores Iuriſconſulti, qui hanc optimam viã inſtiterunt, Reipublicæ fuere perutiles, ſæpeque uno momento in Synodis, & in grauiſſimis cauſis plus profecere, quàm qui omiſſis interioribus illis, contentioſum tantum, ac forenſe dicendi genus ſecuri ſunt. De Baldo, vt taceam reliquos, notum eſt, quid è Philoſophia commodi acceperit: De Bartholo item, quam ſedulo mathemata, & alias perdidicerit diſciplinas. Quòd ſi ob Theologiæ, aut Philoſophiæ ſtudia vileſceret tractatio de contractibus, & eiuſmodi alijs: idem dici poſſet de ijs, qui practicam Theologiam profitentur, quaſi Theologia iſtis rebus minutioribus, aut inferioribus incommodaret. At nec incommodat quidquam, ſed pernecessaria eſt; & Theologiæ is eſt præcipuus fructus, vt de qualibuſcumque conſcientiæ caſibus ſoliſſimè agat. B

Hæretici dialecticam cur oderint.

Porrò Philoſophiam qui rectè diſcit, nouit ſophiſmata euertere: quare non ſolùm, quibus non eſt ingenium ad Dialecticam perdiſcendam, ij hoc conuitio hebetudinem ſuam tegere ſunt ſoliti; verùm etiam Lutherani, & Caluiniani ideo ſunt Scholaſticis Theologis infenſiſſimi, quòd experti ſunt in iſto genere pugnæ ſeſe cominus feriri, vt prorſus elabi nequeant. At certè qui optimorum Iuriſconſultorum, qui Philoſophiam, & Theologiam didicerunt, Tractatus contulerit cum alijs, qui diſciplinas illas ignorarunt, videbit quàm perſpicuè, verè, iuſtè tradiderunt, quæ tractanda ſuſceperant. C

Iuriſcõſultus quot & quantis libris indigeat.

At cùm Viri prudentes conſultant, vt ſtudijs Iuriſprudentiæ abſolutis copioſam quiſque habeat Bibliothecam; omnium nempè, qui Ius ciuile interpretati ſunt, vel Tractatus, vel conſilia edidere, ac Theologorum, vt Sancti Thomæ, Bouauenturæ, Richardi, Auguſtini de Ancona, Medinæ, Dominici Soti, Iacobi Ledeſmæ: omnia item Concilia, Doctores Eccleſiæ, Vltramontanos Iuriſconſultos, & alios libros curioſos Iuriſconſulto utiles habere curet, vt de quacumque re propoſita, ſcribere, reſpondere, ac ſtatuere poſſit: intelligunt ijdem quantopere diſciplinis illis ſit incumbendum. Vix enim aliquis ſolidi quidquam reſponderit ex Theologis, quorum ſenſa, voces, doctrinæ ordinem non fuerit primò aſſecutus? Nec ſanè, ſi quis mitteretur ad prouincias longiſſimè diſſitas, ad pacificationes ſtatuendas, ad principum fœdera icienda, ad deponenda arma, ad propagandos fines, in quibus quidem prouincijs, nec tales Bibliothecæ vllę reperirentur, nec iuris eædem formulæ eſſent, ac iudicia eadem, aliquid faceret deſtitutus tot libris. Certè cum de rebus vniuerſalibus ſcientię ſint, perque eas aperiantur fontes, è quibus ad actiones quaſque diſcernendas regulæ traduntur, maximam ſibi comparabit Bibliothecam, qui eaſdem diſciplinas primò eatenus hauſerit, quatenus ſatis ſint futuris rerum euentis dijudicandis, quæ propè innumera ſunt. Deinde & libros, qui de ijſdem rebus haberi poſſint ad manus, perlegat ijs adhibitis cautionibus, quas antea oſtendimus. D

Capiantur clerici vel monachi, excommunicantur monachi qui ad ſtudia qui conquod: ſine licentia vadunt; & Doctores q eos phyſicam & leges habitu dimiſſo docent.
Horat.
1. *Tim* 4.
Expurgati aliquot Iuriſconſulti.

Arqui ſi alius dixerit, verendum eſſe, ne quis Regularis in pœnas canonum incurrat, ſi addiſcendi Ciuilis Iuris regulas præſcripſerit, is conquieſcet, ſi intellexerit; nil inde periculi exiſtere. Errarent enim, & Theologi, & Concionatores & Confeſſarij, qui plura quomodo iuſtè bellandum, à quibus rebus abſtinendum: quòmodo regnandum: ac in vnoquoque hominum genere, quid requirendum ſit, docent; licet ipſi nec militiam, nec alia munera exercere debeant; funguntur nimirum uice cotis exortes ipſi ſecandi: *pietasq́ ad omnia valet.* cùm & neceſſarium ſit præmonere plurimos, ne in hæreſes, & impietates impingant. Et uerò cum iam in Italia Molinæus, ac plerique alij profeſſorum, & ſtudioſorum mentes infecerint, certè ad Theologos potiſſimũ pertinet, vt inſonent buccina, & proditores Eccleſiæ prodant. Quæ res fecit, vt anno huius ſæculi octogeſimo ſeptimo à Magiſtro Sacri Palatij vnà cum Theologis, & Iuriſconſultis aliquot eminentioribus Zaſij expurgatio confecta ſit, Hiſpanica autem E

Inquiſitio,

A Inquiſitio, & Academia Louanienſis, atque Viſitatores Sanctæ Sedis Apoſtolicę, aut illorum Antiſtitum in Regno Neapolitano, & Siciliæ, idem in alijs Auctoribus nouiſſimè præſtiterint. Quæ tamen cum paſſim non habeantur ad manus, nec omnia typis adhuc ſint data, quis neget ad pietatem Chriſtianam ſpectare, vt de ijs moneantur Iuriſconſulti, & habeant, vnde rectius iuuentuti ſalutis iter cum ſcientia oſtendant? Sed & Confeſſarij, vbi hæc liquidius cognouerint, rectius officio ſuo fungentur. Nam & in aliquot Academijs ipſi Iuris Profeſſores hac ratione admodum adiuti ſunt. Iunioribus autem, qui alioquin in eoſdem errores præcipites ruiſſent, hac præcautione, & expurgatione conſultum eſt.

An verò, quæ de Iuſtitia, & Iure dicta ſunt à nobis, ea relinquenda Theologis fuiſſent, dubitari poterat. Sed dubitationem exemit neceſſitas; atque vtilitas, qua fue-
B runt præmonendi animi adoleſcentum, vt ſcirent, vnde iſta facilius, ac ſecuriùs deſumerent. Maximi enim momenti eſt, ſi antequam ad molem illam legum tam vaſtam acceſſerint, id quod de Iure, ac Iuſtitia dictum eſt, perceperint. Ac quidem ſunt multa, quæ ad Theologos pertinent, quæ ab ipſis accuratius perpenſa attinent tamen ad Iuriſprudentiæ Profeſſores, & Auditores. Iuris enim peritos Chriſtianos cupimus, & quid ius, & iuſtitia vera ſit intelligentes. Præterquam quod, cum apud Hæreticos, aut fluctuantes, vel apud eos, qui Italicum ſtudiorũ morem haud ſequuntur, iſti Auctores Catholici, & Theologi non proponantur; ſtudia verò hæc magnopere iuuent Chriſtianæ pietati, & animarum ſaluti quibuſcumque rationibus conſulendum eſt.

Quò Theologis conueniat de iuſtitia & iure diſputare.

At cum videri poſſit, quoniam prodierunt in lucem pleraque Dictionaria Hotoma-
C ni, Spiegelij, & aliorum; quibus, quod obſcurum in Pandectis, in Codice, in Nouellis, fuerat ab Alciato, & alijs declaratum, id planiùs explanatur, idcirco non eſſe, quod laboretur in nouis illis Interpretibus adhibendis: ſciant, qui hæc cogitant, eorum ſanè mentionem à me factam eſſe, ſed ita, vt inſperſa erroribus illa Dictionaria agnoſcerentur, quãdo quidem ab Hæreticis fuerant euulgata, ſed neque ij ſatis ſunt Pandectarũ ſenſui eruendo; niſi quis ſe putet Latinæ aut Græcę Linguæ vim, aut facultates ipſas poſſe perdiſcere ex Calepino, & Lexicis tantũ: Præterea varij idiotiſmi Iuriſcõſultorum; nec idem omnium ſtylus, cauſſæ item diuerſæ, cur ederent reſponſa, vel Imperatoribus reſcriberent; connexio autem à Triboniano, & eius ſocijs plerumq; conciſius facta ex pluribus, hiſtoriæque & reliqua eiuſmodi, aliud quam ſola requirunt Dictionaria ad Pandectas, & cetera intelligenda. Quamobrem optimè Guido Panciro-
D la cenſuit vna cum optimis huius ſæculi Iuriſconſultis, Cuiacium in ijs, quę ad Ius Canonicum haud pertinent, perutilem eſſe ad legum ciuilium ſenſum aſſequendum; ac proinde legendum attentè; uti & alios quoſdam, qui antea hoc in genere laborarunt, ſi quidem nulla in ijs fuerit labes.

Dictionaria Iuris nõ ſufficit ad ius intelligẽdũ.

CVIACIVS in ijs, quę pertinent ad Ius Canonicum, haud eſt ſequendus.

De Chronographijs autem, quæ ad Iuriſprudentiam habentur neceſſariæ, quæve Spiegelio videntur adiunctę, is qui ſecundi noſtri huius libri XXII. caput legerit, intelliget, quid de Chronologijs, & Chronographijs uerioribus cenſendum ſit. Et verò, quoniam putatio temporum non ad ſolam Iuriſprudentiam, ſed ad Diuinas inprimis literas, atque ad ceteras pene omnes diſciplinas, & hiſtoriam vniuerſam pertinet, idcirco ei tractationi dandus erat locus certus. Quin & ibi recenſentur pręter alios Contius, ac ſi qui alij in ea laborarunt: deque ijs optimorum iudicium ex-
E poſitum eſt.

Iuriſprudentiæ hiſtoriæ cognitio neceſſaria.

De Connano autem, cum ſententia de me exquireretur, paucis reſpondi: nempè me, quamquam ante uiginti annos in Gallijs non ſemel de illius opere, ac methodo, meo iudicio diffidens, Iuriſconſultos doctiſſimos, quid de eo ſentirent conſuluiſſem, ſilentio tamen data opera præteriſſe. Silentij mei cauſa fuerat potius methodi nouitas, & quod ab ijs, qui Italica frequentant tribunalia minùs exiſtimatur vtilis ad quæſtum, & ad tribunalium vſum, quàm quod vmquã viri illius ordinem, ſtylum, ac redactas ad capita materias improbare potuerim: cùm fortaſſe ad eandem

De Cõnano Auctoris iudicium.

methodum aptari Academiarum ratio docendi poſſet, reſectis quæ in immenſum ex A
creſcunt quæſtionibus,& (quas vocant) allegationibus.

Quæſiuere alij, cur Commentaria,& Tractatus Cuiacij, Duareni, Viglij, Connani,& ſimilium, Iudices, vtique,& Aduocati etiam in Romana curia non legant: ſecus verò Caſſanæi, Tiraquelli, Coraſij,& ſimilium; & excepto Tractatu de præſumptionibus, nemo Alciatum verſet.

Sed reſponſum eſt, non ob Italos, tantum, ſed & ob alios Bibliothecam eſſe conditam. Si enim iſti in Italia non leguntur, leguntur alibi,& quidem cum fructu; noſtrates autem non ſunt in tanto vſu apud illos.

In varietate interpretum quo ſe gerat Iuris ſtudioſus.

Scire alij cupiebant, vtilius ne ſit, alicui Interpreti eſſe addictum, an paſſim omnibus, & quænam ratio extet, illos inuicem conciliandi. At reſponſum eſt, primò id pertinere ad eos, qui clauum Chriſtianæ Reipublicæ tenent: quod tamen propter ra- B
tionem temporum, Mundique difficilem ſtatum, uix ſperari poſſit. Deinde ſecurim eſſe apponendam ad radicem: barbariemque & ſitim pecuniæ ablegandam: leges item in fonte percipiendas; Catholicam verò Religionem hauriendam, ne, dum leges Ethnicorum addiſcimus, Chriſtianam dediſcamus. Sanè verò (quòd ad conciliandos Doctores pertinet) communior pars ſequenda eſt, de qua cum dubitatur, rationes aliæ, & periſtaſes afferendæ ſunt, quibus veritas conſtet. Extat autem communium opinionum Syntagma, ſiue receptarium L.V. ſententiarum in tres Tomos diſtributum anno 1576. Lugduni rectius editum apud Philippum Tingium ex vndeviginti Iuriſconſultis noſtri temporis collectum. Quartus porro Tomus ſequentibus annis adiectus eſt: è quibus omnibus erui poſſit non minimum eorum, quæ ad eam conciliationem attinent. C

Vide Chronographiam Genebrardi.

Sed ſanè iuuerit Ioannem Baptiſtam Fiderum perlegere, qui ius ciuile, vel Theologiam iuridicam edidit? Qua indicat, veteres Imperatores, à quibus ius magna ex parte habemus, Catholicam Religionem fuiſſe profeſſos: ita vt ſi qui Iuriſconſulti ſint à Catholica Religione alieni, hi aduerſus ſua principia, vel axiomata, & leges peccant.

Vltramontani interpretes quomodo diſtinguendi.

Num verò Vltramontani Iuriſperiti (expurgati quidem priùs, ſi quos continebant errores) legendi ſint poſt antiquos; viri perdocti exiſtimarunt, primò de Vltramontanis eſſe diſtinguendum. Tiraquellus enim,& alij in ijs, quæ citra Religionis offenſam ſcripſerunt, cùm aliqua ex parte morem ſequantur Italicarum Academiarum; ſuaque Commētaria fulciant,& auctoritate,& argumentis Iuriſconſultorum eorum, qui celeberrimi ſunt apud noſtrates: non tanquam bellaria, ſed tamquam exquiſitæ e- D
pulæ habendi ſunt. Mynſingerus item primis ſtudiorum annis præ manibus haberi poteſt, qui ſua Commentaria gloſſis,& Bartholo illuſtrauerit: At Mynſingerus Vltramontanus eſt, qui tamen iam & Patauij,& Romæ, & in alijs Academijs legitur penè ab omnibus, quemadmodum & ſenſim fit de alijs, ac frequentius fieret, niſi mos Tribunalium Italicorum aliud poſceret. Præterea Vltramontanorum alij eatenus legendi ſunt, quatenus contextum Inſtitutionum, Pandectarum, & alia eiuſmodi liquidò, & pro captu, ac ſine moleſtia Tyronum exponunt. Ij verò Interpretes, ſi Catholici ſunt, (aut certè emendati) potiùs antea percurrendi ſunt, quam alij noſtrates, qui ſolidiores gloſſas, aut maturiora Commentaria edidere. Alioquin enim accidit ſæpè, vt hac præpoſtera gloſſarum lectione, nec prius intellecta litera, non ſolùm Pandectę, ac reliquus corporis ciuilis contextus in puluere relinquatur, verum etiam facultas hæc E
odioſa,& grauiſſima non rectè contextum intelligentibus fiat.

Ad extremum, quæſitum eſt, quid de Viglio generatim eſſet iudicandum in ijs, quę ad rationem cauſarum tractandarum pertinent. Sed cùm ex ijs, quę ipſemet tradidit, nemo ferè ſit, quin facilè id conſequatur, ex eo quæ ſequuntur, hęc habeant.

Viglii methodus qualis ſit.

Rationem igitur ille tam in ciuili, quàm pontificio, necnon controuerſo iure digerendo ſecutus eſt eam, qua arbitratus eſt non ſolùm facilem vtriuſque iuris cognitionem, ſed & argumentorum forenſium inuentionem promptam, & expeditam ſeſe reddidiſſe. Hanc, cum ij qui in foro verſarentur, tanquam nouam,& à fori conſuetu

dine

A dine alienam, principibus uiris ſuſpectam, & inuiſam facere conarentur, his uerbis reſpondit. *Cùm ius, ars boni, & æqui, perinde, ac ceteræ artes, doctrina partim, partim uſu paretur, & exercitatione, ita ſentio, doctrinam ſimul, & exercitationem Iuris forenſibus actionibus, dummodo non uitioſis, debere eſſe accommodatam. Eſt enim perabſurdum, artium ac ſcientiarum ſtudia ab actionibus, quarum artes, atque ſcientiæ ſunt, diſcrepare. Iam nemini dubium eſt, actiones forenſes, quibus Iuris ſtudia ſunt accommodanda potiſſimum conſiſtere in argumentis cauſarum, quæ in iudicia deducuntur, tum inueniendis; tum formandis, tum denique diiudicandis: quorum priora duo Aduocatorum munera ſunt, poſtremum ad Iudicem, eiuſque aſſeſſores ſpectat. Argumenta autem cauſarum appello actiones, exceptiones, replicationes, duplicationes, & ſic deinceps, quibus iura cauſarum vtrinq; diſputantur. Huiuſmodi diſputationibus forenſibus doctrinam iuris accommodaui. Siquidē*

In ſecunda editione Methodi Iuris Canonici.

Argumenta cauſſarūque.

B *propoſito aliquo iure, eius exceptiones, exceptionum replicationes, replicationum duplicationes, & ſic deinceps ordine ſubieci: Hac re nihil aduerſus fori conſuetudinem deliqui: nec credo quemquam omnium, qui in foro uerſantur, tam iniquum, qui hanc meam iuris docendi rationem duxerit reprehendendam. Quod ad rationem attinet argumentorum formandorum, ſeu apud Iudicem proponendorum, in ea (fateor) à fori conſuetudine diſcrepo: nec enim quid in foro fiat, ſed quid fieri debeat in hac re ſpectaui. Siquidem conſuetudo fori, qua unum argumentum per decem, uiginti, uel triginta, interdum plures propoſitiones proponitur, quibus ſingulis ſingulariter ab aduerſario reſpondetur, à Dialecticorum, Rhetorum, & veterum Iuriſconſultorum præceptis abhorret: ipſeq; cauſa ſtatus, ad quem Iudici ante omnia in iudicando eſt reſpiciendum, iſta ponendi, ac reſpondendi ratione inuoluitur, ut difficilius Iudici apparere poſſit. Proinde non ſine cauſa Princeps quidam hunc morem à ſuis iudicÿs*

Conſuetudo fori reprehēdēda quę ſit.

C *per conſtitutionem repulit. Nec praua iſta conſuetudo defendi hoc colore poteſt, quòd in locum interrogationum, quæ olim in iudicÿs erant receptæ, ſucceſſerit. Siquidem iſtarum interrogationum longè alia fuit ratio: tunc enim adhibebantur, quando actor dubitabat, an, & pro qua parte aduerſarius heres eſſet, eiuq; rei probatio difficilis erat. In poſitionibus autem, quibus hodie vtuntur, actor non dubitat, ſed aſſerit uerum eſſe, ſeq; ad probandum offert. Proinde præſtat ſyllogiſtica forma, vel copioſius argumentum proponere, & aut negando, aut diſtinguendo ad id ab aduerſario reſponderi: hæc enim ratio Dialecticorum, Rhetorum, & ueterum Iuriſconſultorum præceptis conſentit, & ad cauſæ ſtatum Iudicem rectà ſine longis ambagibus perducit. Supereſt de argumentis propoſitis iudicandi ratio, in qua mea Iuriſprudentia veteribus quidem Iuriſconſultis non incognita, noſtris hominibus noua uidetur, eſtq; (ut ingenuè fatear) hoc caſu à fori conſuetudine, ſeu corruptela potius prorſus aliena. Licet*

D *enim omnes fateantur, litis conteſtationem iudicÿ fundamentum eſſe: quid tamen litis conteſtatio ſit, & quomodo lis conteſtanda, nemo intelligit, & ita in ipſo iudicÿ fundamento aberratur ab omnibus: ex quo errore litium longæuitas, & incertitudo, de qua graues hoc ſæculo querelæ exiſtunt, originem trahit.* Impp. Seuerus, & Autoninus Auguſti: Lis (inquiunt) tunc conteſtata uidetur, cum Iudex per narrationem negotij cauſam audire cęperit. *Quorum uerborum ſenſus hic eſt, Litem conteſtatam uideri, cùm per actionem, exceptionem, replicationem, & alia huiuſmodi cauſæ argumenta, in iure vtrinque propoſita, Iudex id, in quo cauſa conſiſtit, ſeu ſtatum cauſæ cognoſcere cæperit, nec enim audire cauſam aliò ſpectare poteſt, quàm ut Iudex ſtatum totius negotÿ cognoſcat. Quo cognito, uel actio, uel exceptio, uel replicatio, vel duplicatio apparebit controuerſa: & aut de iure, aut de facto eius lis erit, de qua re aliàs copioſius differui. Quod igitur in Iudicio actio proponitur, excipi-*

Litis conteſtatio quę ſit.

E *tur, replicatur, duplicatur &c. omne eò pertinet, ut Iudici ſtatus negocÿ conſtare poſſit. Nec enim Iudici, quemadmodum aduocatis, qui argumenta ad cauſam agendam ac defendendam quærunt, ad circunſtantias cauſæ, ſed ad cauſæ ſtatum in iudicando reſpiciendum: nec cauſa illi in perſonis, & temporibus, ſed in genere vniuerſo conſideranda, & hypotheſis ad Theſim reuocanda eſt. Quod & Cicero teſtatur his verbis:* Omnes controuerſias ad uniuerſi generis uim, & naturam referri: *Item dum ait;* Nullam eſſe cauſam, in qua id quod in iudicium venit, ex reorum perſonis, ac non generum ipſorum vniuerſa diſputatione quæratur. *Hac ratione uſi veteres Iuriſconſulti, non uerboſis conſilÿs, ut nunc fit, ſed breuiter de iure ſoliti ſunt reſpondere, ut ex Pandectis conſtat, Nec obſtat quòd in ſuis re-*

Hypotheſis ſemper ad theſin in iudicio reuocanda eſt.

Cic. in partitio. & in ora.

ſponſis, quemadmodũ Imperatores etiã in ſuis Reſcriptis, ſæpè certas perſonas, & res nomina A
tim poſuerint. Ex hoc enim non conuincitur, eos in reſpondendo ac reſcribendo ad facti ſpe
ciem, ſeu ad perſonas, & tempora, potius quàm ad genus vniuerſum reſpexiſſe: cùm nihil
interſit utrum reſpondeatur Titium, qui Stichum ſeruum Kalendis Martijs dare pro-
miſerit, Sticho ante Kalendas Martias ſine dolo, & culpa Titij mortuo liberatum
eſſe: *an ſic*, Debitorem ſpeciei, interitu ipſius rei debitæ liberari, ſi dolo & culpa
caret, nec in mora ſoluendi fuit. Nec item obſtat, quod *iudici interdum à legibus*
iniungitur; ut pro qualitate perſonæ, & cauſæ duriorem, uel humaniorem ſententiam
ferat. Hoc enim in ijs cauſis obtinet, quæ magis ex arbitrio iudicis, quàm ex certa
legum auctoritate pendent, in quibus litis conteſtatione opus non eſt, nec iudex ad
ſtatum cauſæ alligatur. Hæc ueteribus Iuriſconſultis non fuerunt incognita, ſed hodie noua
uidentur, & ſunt inaudita. Niſi tamen aliquando in uſum reuocentur, fruſtra de litium B
longæuitate, & incertitudine è iudicijs extirpanda in Comitijs Imperij conſultatur.

Hęc Vigelius.

SYNO-

SYNOPSIS SEV METHODVS INSTITVTIONVM IVRIS CIVILIS.

- IVRIS
  - Finis
  - Sciētia
  - Diuiſio
    - Prima in: Publicum, Priuatum } 1
    - Secunda in ius: Naturāle., Gentium., Ciuile.
    - Tertia in ius immutabile, & mutabile } 2
  - Obiēcta
    - Enumeratio
    - Ordo
    - Expoſitio
      - Perſonarum.
        - Diuiſio
          - Prior in: Liberis, Seruis } 3 — Libertinis. 5.6.7., Ingenuis. 4.
          - Poſterior in
            - Sui iuris
            - Alieni iuris
              - In poteſtate dominorum. } 8
              - In poteſtate parentum.
                - Conſtitutio. 9.
                  - Nuptijs.
                  - Legitimatiōe.
                  - Adoptione. 11.
                - Diſſolutio. 12.
            - In
              - Tutela
                - Definitio
                - Diuiſio in
                  - Teſtamentariam.
                    - De perſonis.
                      - De his q. dant, vel accipiūt tutores. } 13
                      - De his q. dātur tutores.
                    - De modo
                    - De re
                    - Interpretatio quarundā ſpecierū. } 14
                  - Legitimā
                    - Ex l. 12
                      - Adgnatorū. 15.16
                      - Patronorum. 17
                      - Parentum. 18
                    - Ex nouo iure, Fiduciariam. 19
                  - Datiuam
                - Ratio
                - Effectus: De rōe reddēda à tutorib., De auctoritate tutorū 21 } 20
                - Diſſolutio. 22
              - Curatione. 13
              - Neutro iure.
              - Cōmunia de tut. & cur.
                - Satiſdatio. 24
                - Excuſatio. 25
                - Suſpicio. 26
      - Rerū *hoc eſt de dominio, & de obligatione de qua agitur i pag. ſeq.*
        - De dñio quidem.
          - Iuris gentium. 1.
          - Iuris ciu.
            - De acquiſitione particulari.
              - De rebus: Corporalibus, Incorporalib. } 2 — Quales ſunt ſeruitutes
                - Reales. 3.
                - Perſonales: Vſusfructus. 4; Vſus, Habitatio } 5
              - De modis
                - De vſucapione. 6.
                - De donatione.
                - De iure accreſcendi. } 7
              - De perſonis: Alienantibus. 8., Acquirentibus. 9.
            - De acqſitione uniuerſali.
              - De hereditate.
                - Ingenui,
                  - Ex teſtamento.
                    - Etymologia
                    - Conſtitutio.
                      - De teſtatore
                        - Qui iure communi teſtatur. } 10
                        - Milite. 11.
                        - Qui teſtari nequit 12
                        - Parente, qui liberos hēt in ptāte. 13
                      - De herede
                        - Inſtituendo. 14
                        - Subſtituendo. Vulgariter. 15, Pupillariter. 16
                    - Diſſolutio: Ipſo iure. 17, Officio Iudicis. 18
                    - Accidentia,
                      - Qualitas heredum. 19
                      - Legata
                        - Natura, Conſtitutio } 20
                        - Ademptio, Tranſlatio } 21
                        - Imminutio 22.
                      - Fideicommiſſa. Vniuerſalia. 23, Particularia. 24.
                      - Codicilli. 25
                  - Ab inteſtato
                    - De defuncto } 1
                    - De heredib. Ordo
                      - Primus
                      - Secundus — Adgnatorum.; Quaſi adgnatorum: Patris emancipātis. } 2, Matris. 3, Liberorum. 4
                      - Tertius. 5
                    - Hypotheoriç
                      - De Gradibus. 6
                      - De ſeruili cognatione
                      - Communia de ſucceſſionib. ab inteſtato. } 7
                - Libertini: Si aſſignatio facta non ſit. 8, Si aſſignatio facta ſit. 9
              - De bonorum poſſeſſione. 10
              - De acquiſitione per abrogationem. 11
              - De addictione bonorum, libertatum conſeruandarum cauſa. 12
              - De bonorum venditione; De S.C. Claudiano } 13

- De obligatione autem
  - In genere.14
  - In ſpecie,
    - Ex contractu, uel quaſi.
      - Conſtitutio
        - De modis.
          - De contractu,
            - Re.15
            - Verbis
              - De repromiſſione.
                - Summa
                - Expoſitio
                  - De forma
                  - De materia }16
                  - De efficiente
                    - Proximo
                      - De duobus reis.17
                      - De ſeruo.18
                    - Remoto.19
                  - De effectu.20
              - De fideiuſſione.21
            - Literis.22
            - Conſenſu
              - In genere.23
              - In ſpecie
                - De emptione & venditione.24
                - De locatione & conductione.25
                - De ſocietate.26
                - De mandato.27
          - De quaſi contractu.28
        - De perſonis.29
      - Diſſolutio.30
    - Ex delicto vel quaſi.
      - De delictis
        - In genere
        - In ſpecie
          - De furto. }1
          - De rapina.2
          - De damno.3
          - De iniuria.4
      - De quaſi delictis.5
- Actionum
  - De iudiciis priuatis.
    - De actionibus.
      - Continuatio
      - Definitio
      - Diuiſio }6
      - Appendix de actionibus
        - Ex filiorumfam. vel ſeruorum
          - Contractibus.7
          - Delictis.8
        - Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.
      - Affinia, & accidentia
        - Perſonæ.10.
        - Satiſdationes.11
        - Duratio.12
    - De exceptionibus.
      - Continuatio
      - Cauſa.
      - Exempla. }13
      - Diuiſio
        - Prima
        - Secunda
        - Tertia
        - Quarta }14
    - De interdictis.15
    - Præcepta de
      - Litigatorum.16
      - Iudicum.17
  - De iudiciis publicis.18

L I B. I.

1. De iuſtitia, & iure.
2. De iure naturali, gentium, & ciuili.
3. De iure perſonarum.
4. De ingenuis.
5. De Libertinis.
6. Qui, & ex quibus cauſis manumittere non poſſunt.
7. De lege Fuſia Caninia tollenda.
8. De his qui ſui, uel alieni iuris ſunt.
9. De patria poteſtate.
10. De nuptijs.
11. De adoptionibus.
12. Quibus modis ius patriæ poteſtatis ſoluitur.
13. De tutelis.
14. Qui teſtamento tutores dari poſſunt.
15. De legitima adgnatorum tutela.
16. De capitis deminutione.
17. De legitima patronorum tutela.
18. De legitima parentum tutela.
19. De fiduciaria tutela.
20. De Attiliano tutore, & eo qui ex lege Iulia, & Titia dabatur.
21. De auctoritate tutorum.
22. Quibus modis tutela finitur.
23. De curatoribus.
24. De ſatiſdatione tutorum, uel curatorum.
25. De excuſationibus tutorum, vel curatorum.
26. De ſuſpectis tutoribus, vel curatoribus.

L I B. I I.

1. De rerum diuiſione, & acquirendo rerum dominio.
2. De rebus corporalibus & incorporalibus.
3. De ſeruitutibus ruſticorum, & urbanorum prædiorum.
4. De vſufructu.
5. De vſu & habitatione.
6. De vſucapionibus, & longi temporis præſcriptionibus.
7. De donationibus.
8. Quibus alienare licet, uel non licet.
9. Per quas perſonas cuique acquiritur.
10. De teſtamentis ordinandis.
11. De militari teſtamento.
12. Quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum.
13. De exhæredatione liberorũ.
14. De hæredibus inſtituendis.
15. De vulgari ſubſtitutione.
16. De pupillari ſubſtitutione.
17. Quibus modis teſtamenta infirmentur.
18. De inofficioſo teſtamento.
19. De hæredũ qualitate & dfia.
20. De legatis.
21. De ademptione legatorum, & translatione.
22. De lege Falcidia.
23. De fideicommiſſarijs hæreditatibus, & ad Senatuſconſultum Trebellianum.
24. De ſingulis rebus per fideicõmiſſum relictis.
25. De codicillis.

L I B. I I I.

1. De hæreditatib. quæ ab inteſtato deferuntur.
2. De legitima adgnatorũ ſucceſ.
3. De Senatuſcõſulto Tertulliano.
4. De Senatuſcõſulto Orficiano.
5. De ſucceſſione cognatorum.
6. De gradibus cognationum.
7. De ſeruili cognatione.
8. De ſucceſſione libertorum.
9. De adſignatione libertorum.
10. De bonorum poſſeſſionibus.
11. De acqſitione p adrogationẽ.
12. De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur.
13. De ſucceſſionibus ſublatis, q̃ fiebãt per bonorũ vẽditiones, & ea ſenatuſcõſul. Claudiano.
14. De obligationibus.
15. Quib. modis re cõtrahitur obligõ.
16. De verborum obligationibus.
17. De duobus reis ſtipulandi & promittendi.
18. De ſtipulatione ſeruorum.
19. De diuiſione ſtipulationum.
20. De inutilibus ſtipulationib.
21. De fideiuſſoribus.
22. De litterarum obligationib.
23. De obligationib. ex cõſenſu.
24. De emptione & venditione.
25. De locatione & conductione.
26. De ſocietate.
27. De mandato.
28. De obligationibus quæ quaſi ex contractu naſcuntur.
29. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.
30. Quibus modis tollitur oblig.

L I B. I I I I.

1. De obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.
2. De vi bonorum raptorum.
3. De lege Aquilia.
4. De iniuriis.
5. De obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.
6. De actionibus.
7. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negocium geſtum eſſe dicitur.
8. De noxalibus actionibus.
9. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.
10. De ijs, per quos agere poſſumus.
11. De ſatiſdationibus.
12. De perpetuis, & temporalibus actionibus, & quæ ad hæredes & in hæredes tranſeunt.
13. De exceptionibus.
14. De replicationibus.
15. De interdictis.
16. De pœna temerè litigantium.
17. De officio iudicis.
18. De publicis iudicis.

De

De Elencho Scriptorum, qui in Iure Ciuili, & Canonico laborarunt.

QVod Iuriſprudentię ſtudioſos noſce adhuc oportet (nam cum Iuriſperitis, & veteranis vix hoc neceſſarium eſt) Ioannes Neuizanus, Ludouicus Gomeſius, Ioannes Fichardus, Ioannes Baptiſta Zilettus, Io. Vuolfgangus Freymonius pleraque nomina, & monumenta indicarunt eorum, qui in iure Ciuili, atque Canonico vel condendo, vel explicando laborarunt, Sed & poſtea celebres alij prodierunt, quorum ipſi mentionem facere non poterant. Acceſſit nimia quorundam diligentia, qui nullum ſcriptorem omittere nolentes, lutum cum auro commiſcuerunt, nimirum qui cum hæretici fuerint, ſenſa legis humanæ, atque Diuinæ ad proprium ſenſum quàſi obtorto collo rapuerunt, ſuisque Conſiſtorijs (ſi Deo placet) ac nouis Tribunalibus plus, quàm rectiſſimis legibus à legitima poteſtate ſiue ſancitis, ſiue declaratis deferri uoluerunt.

Nos igitur ſeligentes id, quod ſatis videatur initio fore, primo antiquos, qui de varijs iuris ciuilis materijs, ſcripſerunt, ſubdemus, ſecuti in hoc Fichardum; Mox nomina Iuriſconſultorum, & ordinem in Catalogo Pandectis præfixo, & ſi quid aliud huc ſpectat, quàm breuiſſimè huc adtexemus: Denique ſi non omnes, certè plures, qui ad ius ciuile potiſſimum ſcripſerunt, cum reliqui, ex eorundem, quos nominauimus elenchis peti poſſint, ac præſertim Repetitiones Iuris Ciuilis, quæ in uarias Iuris vtriuſq; Conſtitutiones extra Lecturas (vt vocant) reperiuntur.

INDICIS PRIMI DISPOSITIO PRIMA iuxta Librorum materias.

DIGESTORVM LIB.

SALVIVS Iulianus ſcripſit Digeſtorum libros xcix.
Alfenus Varus lib. xl.
P. Iubentius Celſus lib. xxxix
Vlpius Marcellus. xxxi
Serbidius Scæuola lib. xl
Aufidius Namuſa viii. Auditorum.
Sulpitij omnes libros digeſſit in cxl. lib. L. 2. ff. de orig. iur.

PANDECTARVM.

Domitij Vlpiani πανδεκτῶν x.
Herennij Modeſtini πανδεκτῶν libri xii

IVRIS CIVILIS.

Sabini Iuris Ciuilis lib. iii
Aemilij Papiniani ἀστυνομικὸν i
Hermogeniani ἐπιτομῶν Iuris libri vi
Quinti Mutii lib. xviii

INSTITVTIONVM.

Florentinus lib. xii
Tit. Caius lib. iii. Extát ex illis duo.
Domitius Vlpianus lib. ii
Iulius Paulus lib. ii
Calliſtratus lib. iii
Aelius Martianus lib. xvi

AD LEGES.

Iulius Mauritianus lib. vi. De legib.
Terentius Clemens lib. xx
Voluſius Mætianus ad L. Rhodiam lib. i
Vlpii Marcelli ad leg lib. vi
T. Caii lib. xv. & [illegible] lib. xvi. aliàs vi. tantum, ut in Catalogo Pandectis, præfixo videre licet.
Domitius Vlpianus lib. xx.
Iulius Paul. lib. x. & idem ad L. Iuliam lib. ii
Ad L. Aeliam Sentiam lib. iii
Ad regulam Catonianam i
Ad L. Velleiam. i
Ad L. Cinciam. i
Ad L. Falcidiam i. In eandem.
Maximus lib. i
De legibus lib. i
Aemilius Macer εἰκοστῆς, ſiue ad legem uiceſimam hæreditatum, lib. i
Sexti Aelii Tripartita.

AD SENATVSCON.

Sextus Pomponius Senatuſconſultorum lib. v
Iulius Paulus ad S C. Silanianum, & Claudianum, lib. i
Idem ad SC. Velleianum lib. i. ad Tertul. i. Ad S C. Libonianum i. ad Orphicianum. i
De Senatuſconſultis lib. i
Aemylius Martianus ad S C. Turpilianum. i

AD EDICTVM.

T. Caius ad Edictum prouinciale lib. xxxii
Idem ad Edictum publicum, qui haberi potuerunt, lib. x
Domitius Vlpianus ad Edictū lib. lxxxiii.
Iul. Paul. ad Edictum lib. lxxx.
Idem breuis Edicti lib. xxiii
Calliſtratus Edicti monitorii lib. vi
P. Furius Anthinus Partis Edicti lib. v
Saturninus x
Offilius
Seruius ii

AD EDICTVM CVRVLIVM.

T. Caius lib. ii
D. Vlpianus lib. ii
Iulius Paulus lib. ii

DE INTERDICTIS.

Venuleius Saturninus lib. vi
Hadrianus ii

AD ORATIONES.

Iulius Paulus ad Orationem Diui Seueri.
Idem ad Orationem Diui Marci & Commodi.

AD CERTOS.

Saluius Iulia. ad Minutium Natalem libros vi
Ad Vrſeium Ferocem lib. iiii
Iabolenus ad Plautium lib. v
S. Pomponius ad Q. Mutium Lectionum lib. xv
Ad Sabinum lib. xxxv
Ad Plautium lib. vii
Dom. Vlpianus ad Sabinum lib. li.
Iul. Paulus ad Plautium lib. xviii
Ad Sabinum lib. xvi
Seruius ad Brutum ii
Idem ad Neratium lib. iiii
Ad Vitellium Sabinum lib. iiii

RESPONSORVM.

Aemilius Papinianus lib. xix
Neratius Priſcus iii
Vlpius Marcellus lib. i
Serbidius Scæuola lib. vi
D. Vlpianus lib. ii
Iulius Paulus lib. xxiii
Iulius Aquila lib. i
Herenn. Modeſtinus xix.
Papyrius Fronto lib. iiii

EPI-

EPISTOLARVM
Proclus ἐπιστολῶν lib. VIII.
Iabolenus lib. XIIII.
Sex. Pomponius lib. XX.
SENTENTIARVM ET OPIN.
D. Vlpianus Opinionum lib. VI.
Iul. Paulus Sententiarum ſiue Factorum lib. VI.
Sententiarum receptarum lib. V.
REGVLARVM.
Neratius Priſcus lib. XV.
S. Pomponius lib. I.
Serbidius Scæuola lib. IIII.
D. Vlp. lib. VII. & rurſus lib. I.
Iul. Paul. lib. VII. Extans lib. V.
Regularum maiorum lib. I.
Regularum tertiò lib. I.
Aelius Martianus lib. V.
Heren. Modeſtinus lib. X.
Licinius Rufinus lib. XII.
T. Caius lib. I.
MEMBRANARVM.
Neratius Priſcus lib. VII.
QVÆSTIONVM.
Aemylius Papin. lib. XXXVII.
Africanus lib. IX.
Serbidius Scæuola lib. XX.
Et idem Quæſtionum publicè tractatarum. I.
Iulius Paulus lib. XXVI.
Calliſtratus lib. II.
Tertullianus lib. III.
LECTIONVM.
S. Pomponius ad Q. Mutium Lectionum lib. XV.
Variarum Lectionum lib. XV.
Iulius Paulus de varijs lectionibus lib. I.
Iaboleni ex Caſſio lib. XV.
DISPVTATIONVM.
D. Vlpianus lib. X.
Claudius Tryphonius lib. XXI.
PVBLICORVM.
Voluſius Martianus lib. XIIII.
Venuleius Saturninus lib. III.
DE OFFICIIS.
De officio Proconſulis, Venuleius lib. IIII. Iulius Paulus lib. II.
Conſulis, Vlpianus lib. III.
Præfecti vrbis, Vlp. lib. I. Paul. I.
Præfecti vigilum, Vlp. lib. I. Paul. I.
Curatoris Reip. Vlp. lib. I.
Prætoris tutelaris, Vlp. I. Paul. I.
Quæſtoris, Vlp. I.
Conſularium, Vlp. I.
Aſſeſſorum, Iul. Paul. I.
Præſidis, Aemyl. Macer lib. II.
Præfecti prætorio, Aurelius Arcadius Chariſius. I.

DE PVBLICIS IVDICIIS *pœnalibus & criminalibus.*

Aelius Martianus de publicis Iudicijs libros II.
Aemylius Macer de iiſdem lib. II.
De pœnis omnium legum Iul. Pau. lib. I.
Item de pœnis militum lib. I.
De pœnis Paganorum I. De iiſdem Venuleius Saturninus lib. I.
De pœnis lib. 4. Heren. Modeſt.
Aelius Martia. de delatoribus lib. I.
De adulterijs Aemil. Pap. lib. I.

Vlpia. lib. V. Paul. lib. III. & iterum lib. I.
Serb. Scæuola de quæſt. familiæ. I.
I. Paulus de extraordinarijs criminibus lib. I.
FISCALIA.
Iul. Paul. de iure fiſci lib. II.
Calliſtratus de iure fiſci lib. IIII.
CONSTITVTIONVM *& Decretorum.*
Papyrius Iuſtus conſtit. lib. XX.
Iulius Paulus decretorum lib. VI.
IVDICIALIA.
D. Vlpianus omnium Tribunalium libros X.
Calliſtratus de cognitionib. lib. VI.
Aurelius Arcadius Chariſius de Teſtibus lib. I.
De appellationibus Vlpian. libi. IIII.
Iul. Paul. lib. I. Aelius Martianus lib. II.
Aemylius Macer lib. II.
De centumuiralibus Iudicijs Iul. Paul. libi. I.
ACTIONES.
Actiones primus ſcripſit Appius Claudius. Venuleius Saturninus lib. X Actionum.
Iulius Paulus librum vnum.
AD CONTRACTVS.
Venuleius Saturninus Stipulationũ lib. XIX.
T. Caius ad hypothecariam formulam lib. I.
I. Paulus ad eandem lib. I. & Aelius Martianus lib. I.
T. Caius de verborum obligationibus lib. III.

TRACTATVS CERTArum materiarum.

Fideicommiſſorum, Sex. Pompon. lib. V. Aburnius Valens VII. Voluſius Martianus XVI. T. Caius II. Vlp. lib. VI. Paulus III. De legatis & fideicommiſ. Heren. lib. I. De Tacito fideicom. Paulus lib. I.
De Teſtamentis, Paulus lib. I. Heren. lib. I.
De iure codicillorum, Paul. lib. I.
De inofficioſo Teſtamento, Iulius Pau. lib. I. Heren. lib. I.
De legitimis hæreditatibus Paulus lib. I.
De ſecundis Tabulis, Paul. lib. I.
De libertatibus dandis, Paul. lib. I.
De manumiſſionibus, Caius lib. 3. Heren. I.
De iure patronatus, Paul. I. & idem de iure patronatus quod ex L. Iulia & Papia venit, lib. I.
De operis libertorum, Paul. libro I.
De aſſignat. libertorum, libr. I. Paul.
De iure ſingulari, Paulus lib. I.
De re militari, Arrius Menander lib. IIII. Tarantinus Paternus lib. IIII. Aemilius Macer lib. II.
Dotalium Caius, lib I. De differentia dotis Heren. lib. I.
Excuſationum Heren. lib. VI.

De excuſationibus tutelarum, Vlpi lib. I. Paul. lib. I.
De ſponſalibus, Vlp. lib. I.
De ritu nuptiarum, Heren lib. I.
De donat. inter virum & vxorem, Paul. lib. I.
De interceſſionibus fœminarum, Paulus lib. I.
De iuris & facti ignorantia, Paulus lib. I.
De Caſtrenſi peculio, Tertyl lib. I.
De vſuris, Paul. I.
De gradibus & affinibus, lib. I. Paul.
De cenſibus, Vlpianus VI.
Ad municipalem, Paulus I.
De portionibus quæ liberis damnatorum conceduntur, Paul. I.
De inſtructo, & inſtrumento, Paul. I.
De iure libellorum, Paul. I.
De præſcriptionibus, Heren. I.
De muneribus ciuilibus, Aurel. Arcad. lib. I.
De poteſtatibus, lib. VII. Gratiani Iunij citatur l. prima, ff. de offic. quæſto.
De Iuriſdictione, Offilius.
De legibus viceſimæ, Idem.

MISCELLANEORVM.

Aureorum ſiue rerum cottidianarum, Caius lib. VII.
De enucleatis caſibus, Heren. lib. I.
De ambiguitatibus, Iulianus I.
Πιθανῶν lib. VIII. & poſteriorum Antiſtij Labeonis.
Ὅρων Q. Mutij Scæuolæ lib. I.
Περὶ εὑρημάτων Heren. lib. I.
Differentiarum Heren. lib. IX.
Definitionum, Papinia. lib. II.
De verborum, quę ad ius pertinent, ſignificatione, Aelius Gallus.
Caſellij liber Benedictorum. I.
Aſſeſſorum aliquot Puteolani.
Ἐγχειρίδιον Sex. Pomp. lib. I.
Manualium Iulius Paulus libr. III.

NOTAE IVRECONSVLtorum.

Notas ſcripſerunt Paul. in Sal. Iulianũ, in Reſponſa & quæſtiones Papiniani, in Libro πιθανῶν Labeonis, in Serb. Scæuolam. Item, Marcellus in Iulianum, Vlpia. in quæſtiones Papiniani, Martianus in Vlpium Marcellum, Claudius Triphonius in Scæuolam, Et Seruius Sulpitius in Q. Mutium Scæuolam.

IN EPITOMEN REDACTI

Alfeni Vari Digeſtorum XL. libri in Epitomen redacti, per Paul. poſteriorum lib. X. Labeonis, Epitomen fecit Iabolenus.
Ἐπιτομὴν Iuris Hermogenia. libr. VI.

INDICIS PRIMI DIPSOSITIO II. IUXTA NOMINA IURECONſultorum, & ordinem, in Catalogo, Pandectis Florentinis præfixo, approbatum, concinnata.

1 SALVII IVLIANI
Digeſtorum lib. nonaginta-nouem.
Ad Minutium Natalem libri ſex.
Ad Vrſeium Ferocem, lib. quatuor.
De ambiguitatibus, lib. unus.

2 ÆMILII PAPINIANI
Quæſtionum lib. triginta ſeptem.
Reſponſorum lib. decem & nouem.
Definitionum lib. duo.
De adulterijs lib. duo.
Lib. ſingulares.
De Adulterija.
[illegible]

3 Q. MVCII SCÆVOLÆ
Ὅρων liber unus.

4 SABINI
Iuris ciuilis lib. tres.

5 ALFENI VARI
Digeſtorum lib. quadraginta.

6 PROCVLI
[illegible] lib. octo.

7 ANTISTII LABEONIS
[illegible] lib. octo.
Poſteriorum lib. X.

8 NERATII PRISCI
Regularum lib. quindecim.
Membranarum lib. ſeptem.
Reſponſorum lib. tres.

9 IAVOLENI
Ex Caſſio lib. quindecim.
[illegible] lib. quatuordecim.
Ad Plautinum lib quinque.

10 P. IVVENTII CELSI
Digeſtorum lib triginta nouem.

11 SEXTI POMPONII
Ad Q Mutium lectionū lib. xxxix.
[illegible] lib. viginti.
Variarum lectionū lib. quindecim.
Ad Plautium lib ſeptem.
Fideicommiſſorum lib quinque.
Senatuſconſultorum lib. quinque.
Ἐγχειριδίου lib. duo.
Regularum lib. unus.

12 ABVRNII VALENTIS
Fideicommiſſorum lib. ſeptem.

13 VOLVSII MÆCIANI.
Fideicommiſſorum lib. ſexdecim.
Publicorum lib quatuordecim.
Ad L. Rhodiam lib. vnus.

14 IVLII MAVRITIANI
Ad leges lib. ſex.

15 TERENTII CLEMENTIS
Ad leges lib. viginti.

16 AFRICANI
Quæſtionum lib. nouem.

17 VLPII MARCELLI
Digeſtorum lib. triginta unus.
Ad leges lib. ſex.
Reſponſorum lib. vnus.

18 CERBIDII SCÆVOLÆ
Digeſtorum lib. quadraginta.
Quæſtionum, lib. viginti.
Reſponſorum lib. ſex.
Regularium lib. quatuor.
Lib. ſingulares.
De quæſtione familię.
Quæſtionum publicè tractatarum.

19 FLORENTINI
Inſtitutionum lib. duodecim.

20 T. CAII
Ad edictum prouinciale lib. xxxii.
Ad leges lib. quindecim.
Ad edictum urbicum quæ haberi potuerint, lib. duodecim.
Aureorum (ſiue rerum cottidianarum) lib ſeptem.
[illegible] lib. ſex.
Inſtitutionum lib. tres.
De manumiſſionibus lib. tres.
Fideicommiſſorum lib. duo.
De verborum obligationibus lib. tres.
Ad edictum ædilium curulium lib. duo.
Lib. ſingulares.
De caſibus.
Regularum.
Dotaliciorum.
De formula hypothecaria.

21 VENVLEI SATVRNINI
Stipulationum lib. decem & nouem.
Actionum lib. decem.
De officio Proconſulis lib. quatuor.
Publicorum lib. tres.
De interdictis lib. ſex.
De pœnis paganorum lib. unus.

22 TERTYLLIANI
Quæſtionum lib. octo.
De Caſtrenſi peculio lib. vnus.

23 PAPYRII IVSTI
Conſtitutionum lib. viginti.

24 DOMITII VLPIANI
Ad Edictum lib. octoginta tres.
Ad Sabinum lib. quinquaginta unus.
Ad leges lib. viginti.
Diſputationum lib. decem.
Omnium tribunalium lib. decem.
De officio Proconſulis lib. decem.
Πανδεκτῶν lib. decem.
Regularum lib. ſeptem.
Fideicommiſſorum lib. ſex.
Opinionum lib. ſex.
De adulterijs lib. quinque.
De appellationibus lib. quatuor.
De officio Conſulis lib. tres.
Inſtitutionum lib. duo.
De cenſibus lib. ſex.
Reſponſorum lib. duo.
Ad edictum ædilium Curulium lib. duo.
Libri ſingulares.
De ſponſalibus.
De officio Pręfecti vrbi.
De officio Præfecti vigilum.
De officio Curatoris Reip.
De officio Prætoris tutelaris.
De officio Quæſtoris.
De officio Conſularium.
De excuſationibus tutelarum.
Regularum ruſus.

25 IVLII PAVLI
Ad edictum lib. octoginta.
Quæſtionum lib. viginti ſex.
Reſponſorum lib. viginti tres.
Breuis edicti lib. viginti tres.
Ad Plautium lib. decem & octo.
Ad Sabinum lib. ſexdecim.
Ad leges lib. decem.
Regularium lib. ſeptem.
Sententiarū ſiue factorum lib. ſex.
Sententiarum receptarum lib. quinque.
Ad Vitellium Sabinū lib. quatuor.
Ad Neratium lib. quatuor.
Fideicommiſſorum lib. tres.
Decretorum lib. tres.
De adulteriis lib. tres.
Manualium lib. tres.
Inſtitutionum lib. duo.
De officio Proconſulis lib. duo.
Ad legem Æliam Sentiam lib. 3.
Ad legem Iuliam lib. duo.
De iure fiſci lib. duo.
De cenſibus lib. duo.
Ad edictum ædilium Curulium lib. 1 2.
Libri ſingulares.
Regularum iterum lib. unus.
Regularum tertiò lib. unus.
De pœnis Paganorum.
De pœnis Militum.
De pœnis omnium legum.
De vſuris.
De gradibus & adfinibus.
De iure Codicillorum.
De Excuſationibus tutelarum.
Ad regulam Catonianam.
Ad Senatuſconſultum Orphitianum.
Ad Senatuſconſ. Tertyllianum.
Ad Senatuſconſ Syllanianum.
Ad Senatuſconſ. Velleianum.
Ad S. C. Libonianum, ſeu Claudianum.
De officio Præfecti Vigilum.
De officio Pręfecti vrbi.
De officio Prętoris tutelaris.
De officio adſeſſorum.
De Extraordinariis criminib.
Ad Hypothecariam formulam.
Ad municipalem.
De publicis iudiciis.
De inofficioſo teſtamento.
De Septemuiralibus iudiciis.
De Iure ſingulari.
De ſecundis Tabulis.
Ad Orationem Diui Seueri.
Ad Orationem Diui Marci & Cōmodi.
Ad legem Velleiam.
Ad legem Cinciam.
Ad legem Falcidiam.
De tacito fideicommiſſo.
De portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur.
De Iuris & facti ignorantia.
De adulteriis.
De inſtructo & inſtrumento.
De appellationibus.
De adſignatione libertorum.
De Iure libellorum.
De Teſtamentis.
De Iure patronatus.
De Iure patronatus quod ex lege Iulia & Papia venit.
De actionibus.

De

De concurrentibus actionibus.
De interceſſionibus fœminarum.
De Operis libertorum.
De varijs Lectionibus.
De donationibus inter virum & uxorem.
De legibus.
De legitimis hæreditatibus.
De libertatibus dandis.
De Senatuſconſultis.
26 CLAVDII TRYPHONINI
Diſputationum lib. xxi.
27 CALLISRATI
De cognitionibus lib. ſex.
Edicti monitorij lib. ſex.
De Iure Fiſci lib. quattuor.
Inſtitutionum lib. tres.
Quæſtionum lib. tres.
28 ARRII MENANDRI
De re militari lib. quattuor.
29 AELII MARCIANI
Inſtitutionum lib. ſedecim.
Regularum lib. quinque.
De appellationibus lib. duo.
De publicis iudicijs lib. duo.
Libri ſingulares.
De delatoribus.
Ad Senatuſconſultum Turpillianum.
Ad hypothecariam formulam.
30 IVLII AQVILAE.
Reſponſorum lib. vnus.
31 HERENNII MODESTINI.
Reſponſorum lib. vndeuiginti.
Πανδεκτῶν lib. duodecim.
Regularum lib. decem.
Differentiarum lib. nouem.
Excuſationum lib. ſex.
De pœnis lib. quattuor.
Libri ſingulares.
De Præſcriptionibus.
De inofficioſo Teſtamento.
De manumiſſionibus.
De Legatis & fideicommiſſis.
De Teſtamentis.
Περὶ εὑρηματικῶν
De enucleatis caſibus.
De differentia dotis.
De ritu nuptiarum.
32 TARVNTENI PATERNI
De re militari lib. quattuor.
33 AEMILII MACRI
De re militari lib. duo.
De publicis iudicijs lib. duo.
De officio Præſidis lib. duo.
De appellationibus lib. duo.
Εἰσαγωγῶν [illegible]
34 AVREL. ARCAD. CHARISII
Libri ſingulares.
De teſtibus.
De officio Præfecti Prætorio.
De muneribus ciuilibus.
35 LICINNII RVFFINI
Regularum lib. duodecim.
36 P. FVRII ANTHIANI
Partis Edicti lib. quinque.
37 MAXIMI
Ad legem Falcidiam lib. vnus.
38 HERMOGENIAN
Ἐπιτομῶν Iuris lib. ſex.
39 AELII GALLI
De verborum, quæ ad Ius pertinent, ſignificatione.

INDICIS PRIMI DISPOSITIO III. HENRICI ALMANNI, I.C. & Patricij Magdeburgenſis: Alphabetica ſerie oſtendens, ex quibus veterum Iureconſultorum ſcriptis Digeſtorum ſeu Pandectarum Iuris libri ſint congeſti. In qua numerus primus multitudinem librorum, quos eius argumenti, quod adfertur, Iuriſconſultus ſcripſit, denotare ſolet: Secundus, quotum ſit operum eius auctoris volumen, oſtendit: Tertius, quotus exiſtat in ordine Catalogi Pandectis præpoſiti, docet.

Actionum x. Venulei. xxi. 2
De actionibus i. Paul. xxv. 67
De Adulteriis i. Papiniani ii. 4. Vlpiani v. axi iii. 2. Paul. iii. xxv. 15 & 4. xxv. 58
De appellationib. iv. Vlpiani xxiv. 12. Paul. i. xav. 60. Marciani ii. xxix. 3. Macer ii. xxxiii. 4
De Ambiguitatibus i. Iuliani i. 4
Ἀστυνομικ. i. papin. i. 5
Aureorum vii. Caij xx. 4
Breuium xxiii. Pauli xxv. 4
De caſibus i. Caij xx. 11
De Caſſio xv. Iaboleni ix. 5
De Caſtrenſi peculio. i. Tertulliani xaii. 2
De cenſibus vi. Vlp. xxiv. 15
De cognitionibus v i. Calliſtrati xavii. 8
De concurrentibus actionibus i. Paul. xxv. 68
Conſtitutionum xx. Papyrij Iuſti xxiii. 1.
Decretorum iiii. Pauli xxv. 14
Definitionum ii. Papin. ii. 3
Differentiarum ix. Modeſtini xxxi. 4
De Differentia dotis i. Modeſtini xxxi. 14
Digeſtorum xcix. Iuliani ii. Alphe. xl. v. i. Celſi xxxix. x. i. Marcelli xaxi. xvii. i. Scæuolæ xl. xviii. 1
De Delatoribus i. Marciani xxix. 5
Diſputationum x. Vlpi. xxiiii. 4. Tiphonini xxi. xxvi. 1
Dotaliciorum i. Caij xx. 13.
De Donationibus inter virum, & vxorem i. Pauli xxv. 60
Αὐ[illegible] vi. Caij xx. 5
Ad Edictum lxxxiii. Vlpia. xxiv. i. Pauli. lxxx xxv. 1
Ad Edictum vrbicum x. Caij xx. 3. prouinciale xxxii. xx. 4
Edicti Monitorij v i. Calliſtrati xxv. 13. 2
Ἐγχειριδίου ii. Pomp. xi. 8
Εἰσαγωγῶν ii. Macri xxxiii. 9
De Enucleatis caſibus i. Modeſtini xxxi. 13
Ἐπιτομῶν xiii. Proculi vi. i. Iauoleni xiv. viiii. 2. Pôponij xx. xi. 5
Ἐπιτομῶν vi. Hermog. xxxviii. 1
Περὶ εὑρηματικῶν i. Modeſtin. xxxi. 12
De Excuſationibus vi. Modeſtini xxxi. 12
De Excuſationibus tutelarum i. Pauli xxv. 31
De Extraordinarijs criminibus i. Paul. xxv. 42
Fideicommiſſorum v. Pomp. xi. 6. Valentis vii. xii. i. Mariani xvi. xiii. i. Caij ii. xx. 9. Vlp. vi. xxiv. 9. Pauli 3. axv. 14
De Gradibus & adfinibus i. Pauli xav. 29
Inſtitutionum xi i. Florent. xix. i. Caij iii. xx 6. Vlp. ii. xxiv. 14 Pauli ii. axx. 27. Calliſtrati iii. xxvi ii 4. Mæiani 16. xxix. 1
De inofficioſo teſtamento i. Pauli xxv. 46. Modeſtini i. xxxi. 8
De Inſtructo & inſtrumento i. Pau li xxv. 59.
De interdictis vi. Venulei xxi. 6
De interceſſionibus fœminarum i. Paul. xxv. 66
De iure codicillorum i. Pauli xxv.
30. De Iure fiſci ii. Paul. xxv. 25. Calliſtrati iv. vii. 3. De Iure libellorum i. Pau. xxv. 62
De Iure ſingulari i. Pau. xxv. 48
De Iure Patronatus, quod ex l. Iulia & Papia venit, i. Pau. xxv. 64
Iuris Ciuilis iii. Sabini iv. 1
De Iuris & facti ignorantia i. Pauli xxv. 57
De legatis & fideicommiſſis i. Modeſti. xxxi. 10
De Legibus i. Pauli xxv. 70
De legitimis hæreditatibus i. Pauli xxv. 71
Ad Leges vi. Mæcia xiv. i. Terentij Clementis xx. xv. 1
Marcelli vi. a vii. 2. Caij xv. xx. 2. Vlpia xx. xxiv. 3. Pau. x. xxv. 7
Ad Legem Aeliam Sentiam iii. Pauli xxv. 20. Ad leg. Cinciam i. Pauli xxv. 53. Ad leg. Falcid. i. Pauli xxv. 54. Maximi i. xaxvii. ii Ad leg. Iuliam ii. Pauli xav. 19
Ad leg Velleiam i. Pau. xxv. 51
De libertatibus dandis i. Pau. xxv. 72
Manualium iii. Pauli xxv. 16
De Manumiſſionibus iii. Caij xx. 1. Modeſtin. xxxi. 9
Membranarum vii. Nerarij vi iii. 2
Μ[illegible] v. Anthi, ſiue Rup. Furij Anthiani xxxi. 1
Militarium iv. Menandri xxviii. 2. Taruntenii Paterni iv. xxxii. 1. Macri ii. xxxiii. 1
Ad Minutium vi. Iuliani 2
De Muneribus ciuilibus i. Arcadij xaxiv. 1
Ad Municipalem i. Pau. xxv.

Ad

Ad Neratium iv. Paul. xxv. 12
De officio Conſulis iii. Vlpiani xxiv. 2
De Officio curatoris Reipublic. i. Vlp. xxiv. 20
De Officio Præfecti Prætorio i. Arcadij xxxiv. 2
De Officio Præfecti Vigilum i. Vlp. xxiv. 10 Paul. i. xxv. 39
De officio Præfecti Vrbi i. Vlp. xxiv. 19. Pau i. xxv. 40
De Officio Præſidis ii. Macri xxxiii. 3
De Officio prætoris tutelaris i. Vlp. xxiv. 11. Paul i xxv. 40
De Officio Proconſulis iv. Venulei xxi. 3. Vlp. x. xxiv 6. Pauli ii. xxv. 18
De Officio Quæſtoris i. Vlpian. xxiv. 13
Opinionum vi. Vlp. xxiv. 9
Ad Orationē D. Mar. i. Pau. xxv. 51
Ad Orationē D. Seueri i. Pauli xxv. 51
Πανδεκτῶν x. Vlp. xxiv. 7. Modeſtini xii. xxxi. 2
Πιθανῶν viii. Labeo. vii. 1
Ad Plautium v. Tabol. ix.
Pompon. vii. xi. 5. Paul. xviii. xxviii. 5
De Poenis iv. Modeſt. xxxi. 6
De Poenis Militum i. Paol. xxv. 26
De pœnis Paganorum i. Venulei xxi. 6. Paul. i. xxv. 27
De pœnis omnium legum i. Pauli xxv. 28
De portionibus quę liberis dānatorū conceduntur i. Pau. xxv. 36
Poſteriorum x. Labeo. vii. 2
De præſcriptionibus i. Modeſtini xxxi. 7
Protribunalium x. Vlp xxiv. 5
De publicis Iudicijs i. Paul xxv. 45
Publicorum xiv. Voluſ. Mæt. xiii 2. Venulei iii. xxi. 4. Marcia. ii. xxix. 4. Macr. ii. xxxiii. 2
Quæſtionum xxxvii. Vlpiā. ii. i. Africani ix. xvi. i. Serbidij Scæuolæ xx. xviii. 2 Tertyllia. viii. xxii. i. Paul. xxvi. xxv. 2. Calliſtrati iii. xxvii. 5
Quæſtionum publicè tractatarum i. Serbidij Scęuol xviii. 6
De Quæſtione familiæ i. Serbidij Scæuolæ xviii. 5
Ad Quintum Mutium Lectionum xv. Pomp. xi. 1
Regularum xv. Neratij viii. Pompo i. xi. 9
Serbidij Scæuolæ iv. xviii. 4. Caij i. xx. 12. Vlpi. vii. xxiv. 8. Eiuſdē. i. xxiv. 16. Pau. 7 xxv 8. Eiuſdē. i. xxv. 13. Eiuſd. i. xxv. 14. Marcia v. xxix i. Modeſtini x. xxxi. 3. Licinij Rufini xii xxxv. 1
Ad Regulam Catonianam i. Pau. xxv. 34
Reſponſorum xi. Neratij viii. 3. Serbidij Scæuolæ vi. 3. Papin. xix. ii. 2. Pau. xxiii. xxv. 3. Vlp. ii. xxiv. 5. Iulij Aquilæ i. xxx. i. Marcelli i. xvii. 3. Modeſti. xxix. xxx. 3
De Ritu nuptiarum i. Modeſtini xxxi. 15.
Ad Sabinum xxxv. Pompo. xi. 2. Vlpia. li xxiv. 2. Pauli xvi. xxv. 6
De Secundis tabulis i. Pau. xxv. 49
Senatuſconſultorum v. Pom xi 1
De Senatuſcōſultis i. Paul xxv. 73
Ad Senatuſconſultum Libonianū ſeu Claudianum i. Pau. xxv.
Ad S. C. Orphitianum i. Pauli xxv. 33
Ad SC. Tertullianum i. Pauli xxv. 34
Ad S C. Silanianum i. Pau xxv. 35
Ad S C. Velleianum i. Pau. xxv. 36
Ad S C. Turpilianum i. Martiani xxix. 6
Sententiarum ſiue factorum vi Pauli xxv. 9.
Sententiarum receptarum v. Paul. xxv. 10
De Septem vitalibus iudicijs i. Paul. xxv. 47
De Sponſalibus i. Vlp. xxiv. 17
Stipulationum xix. Venuleii xxi. 1
De Tacito fideicōmiſſo i. Pauli xxv. 55
De Teſtamentis i. Paul. xxv. 63. Modeſtini i. xxxi. 14
De Teſtibus i. Arcadii xxxiv. 3
Variarum lectionum xv. Pompon. xi. 4
De verbor. obligationibus Caij iii. xx. 2
Ad Vitellium iiii. Paul. xxv. 2
Ad Vrſeium Ferocem iv. Iuliani i. 3
De Vſuris i. Paul. xxv. 28
Ὑπομνημάτων i. Caij xx. 14. Pauli i. xxv. 43. Martiani i. xxix. 6

INDEX PLVRIVM INTERPRETVM,

Qui ad vtrunque ius ſcripſerunt.

A

ABBAS antiquus.
Abbas Affaldus.
Abiernius Valens.
Accurſius Gloſſator.
Adamus Drathzier.
Adrianus Puluæus.
Aegidianæ conſtitutiones.
Aegidius Bellamera.
Aegidius Beesburgius.
Aegidius Boſſius.
Aegidius de Mandelbertis.
Aegidius Perrinus.
Aegidius Thomates.
Aegidius Tullius.
Aelius Gallus.
Aelius Martianus.
Aemilius Ferretus.
Aemilius Papinianus.
Aemilius Perotus.
Aeneas de Falconibus.
Africanus.
Agenus Vrbicus.
Albanus Spinatus.
Albericus de Maletis.
Albericus de Oliua.
Albericus de Roſate.
Albertus de Albertis.
Albertus Blandinus.
Albertus Brunus.
Albertus Cenalis Epiſcopus.
Albertus de Ferrariis.
Albertus Galeotus Parmenſis.
Albertus de Gandino.
Albertus de Oliua.
Albertus de Pergamo.
Albertus Pighius.
Albertus Trotus.
Alexandor ab Alexandro.
Alexander de Antila.
Alexander Arioſtus.
Alexander Baldus Troianus.
Alexander Caraffa.
Alexander Imolenſis.
Alexander de Lentria.
Alexander Loſcus.
Alexander de Neuo Vicentinus.
Alexander Ortigius.
Alexander Picenardus.
Alexander de S. Elpidio.
Alfenus Varus.
Almericus Buchardus.
Alphonſus Aluares Guerero.
Alphonſus de Caſtro.
Alphonſus Gomeſius.
Alphonſus Soto.
Amanellus de claris aquis.
Ambertus de Amramonia.
Ambroſius Catharinus.
Ambroſius Opizonus.
Ambroſius de Vignate.
Amodeus Iuſtinus.
Anaſtaſius Platus.
Andreas Alciatus.
Andreas Angnonus.
Andreas Barbatia Siculus.
Andreas Barutus.
Andreas Bauria.
Andreas de Beſetis.
Andreas de Bononia.
Andreas de Capua.
Andreas Ciaffus.
Andreas ab Exea.
Andreas Hiſpanus.
Andreas de Iſern.
Andreas Malatinus.
Andreas Renerus.
Andreas Monceni.
Andreas de Piſa.
Andreas Seruetus.
Andreas Tiraquellus.
Anellus Arcamonus.
Angelus Aretinus.
Angelus Capreolus.
Angelus de Clauaſio.
Angelus Felix.
Angelus de Horto.
Angelus de Gambilionibus, qui eſt Aretinus.
Angelus de Periglis.
Angelus Politianus.
Angelus de Vbaldis Peruſinus.
Annibal Troyſius Canen.
Anſelmus Botheuenius.
Antiſtius Labeo.
Antoninus Archiepiſcopus Florentinus.
Antonius de Alexandro.

Conſtitutiones Apoſtolicæ.
Conſtitutiones diuerſæ.
Conſuetudines Pariſienſes.
Cornelius Boniucaſius.
Coſmas Guimier.
Coſtumerium Franciæ.
Cuiacius Toloſanus.
Curſus iuris Canonici.
Curſus Iuris Ciuilis.
Cynus Piſtorienſis.
Cyprianus Beneti.

D

D Amaſus.
Darius Attendolus.
Deſtructor vitiorum Summiſta.
Detleuus Langebecius.
Didacus Couarruuias.
Diomedes Marcunda.
Dionyſius Peruſinus.
Dodus.
Dominicus à Sancto Geminiano.
Dominicus Iacobatius.
Dominicus Lupoldus.
Dominicus de Portu Hiſpanus.
Dominicus Soto frater.
Durandus Epiſcopus Meldenſis.
Dynus de Muaello.

E

E Duardus Henriſonius.
Emanuel Coſta.
Eguinarius Baro.
Epiſcopus Ciuitatis.
Euſtachius Conſtantinopolita.
Examen ordinandorum.

F

F Abianus de Monte S. Sabini
Fabianus Bodeti.
Fabianus de Giocchis.
Fabius Acorumbonus.
Fabius de Monteleone.
Fabius Ottinellus.
Fabius Longianenſis.
Federicus Nauſea.
Federicus Petrutius.
Federicus Senenſis.
Federicus Scotus.
Felynus Sandeus.
Ferdinandus Abduenſis.
Ferdinandus Loazes.
Ferdinandus Paez.
Fernandus Cordubenſis.
Fernandus Toloſates.
Fernandus Vaſquius.
Flores Legum.
Florentinus.
Florianus à S. Petro.
Formularium Commiſſionum.
Formularium Inſtrumentorum.
Formularium Terminorum.
Fortunatus Pereſinus.
Fortunius Garzia.
Forum reale Hiſpaniæ.
FosKenus.
Franciſcus de Accepantibus.
Franciſcus Accurſius.
Franciſcus de Albergoris.
Franciſcus de Accoltis Aretinus.
Franciſcus Alciatus.
Franciſcus Aluarotus.
Franciſcus Arias.
Franciſcus Balbus.
Franciſcus Balduinus.
Franciſcus Burſatus.
Franciſcus Bocaan.
Franciſcus Brunus.
Franciſcus de Caleſia.
Franciſcus Caſonus.
Franciſcus Conanus.
Frãciſcus Coſcius decanus Senẽſis.
Franciſcus Cremenſis.
Franciſcus de Cruce.
Franciſcus Curtius ſenior.
Franciſcus Curtius iunior.
Franciſcus Dormazonus.
Franciſcus Duarenus.
Franciſcus Floridus.
Franciſcus Foſchius.
Franciſcus Herculanus.
Franciſcus Iamerius.
Franciſcus Iouerius.
Franciſcus Lucanus Parmenſis.
Franciſcus Lucus.
Franciſcus Ludo. Faſſar.
Franciſcus Marcus.
Franciſcus Niconitius.
Franciſcus Papafaua.
Franciſcus Parona.
Franciſcus Pepus.
Franciſcus de Piſis.
Franciſcus de Platea.
Franciſcus Ponzinibius.
Franciſcus de Porcellinis.
Franciſcus Ramponus.
Franciſcus Scarabulla.
Franciſcus Scilecenſis alias Squilacenſis Epiſcopus.
Franciſcus Sceua.
Franciſcus SonsbecKius.
Franciſcus Tertius Cremenſis.
Franciſcus de Thelesia.
Franciſcus Torrenſis.
Franciſcus Turaſinus.
Franciſcus Vargas.
Franciſcus Viuius.
Franciſcus Zabarella Cardinalis.
Franciſcus Zoannetus, Bononiẽſis.
Fredericus ScheneK.
Fuluius Conſtantinus.

G

G Abriel Biel.
Gabriel Catlanus.
Gabriel Mudæus.
Gabriel Palæotus Card.
Gabriel Satayna.
Gallencinus.
Galuanus Beneuentanus.
Gaſpar de Arengueria.
Gaſpar Calderinus.
Gaſpar Odoletus.
Gaſpar de Peruſio.
Gaſpar Velaſcus.
Gauffridus de Satiniaco.
Geminianus.
Gentianus Herbetus.
Gentilis Albertinus.
Georgius Cruderus.
Georgius Ederus.
Georgius Natta.
Gerardus Alber.
Gerardus Mazolus.
Gerardus Senenſis.
Gerardus Teutonicus.
Gilbertus Regius Noſerenus.
Gorus Senenſis.
Goffredus Beneuentanus.
Goffredus Tranenſis.
Gotardus Alamanus.
Gregorianus Codex.
Gratianus.
Gregorius Haloander.
Gregorius Magalotus.
Guido de Baiſio.
Guido Montrochierius.
Guido Papæ.
Guido Parpinianus.
Guido de Suzaria.
Gulielmus Benedicti.
Gulielmus Bene.
Gulielmus Budæus.
Gulielmus Caſſadorus.
Gulielmus de Cuneo.
Gulielmus Durandus.
Gulielmus Fornerius.
Gulielmus Hanoectonius.
Golielmur de Ludo.
Gulielmus Martenus.
Gulielmus Maynerius.
Gulielmus de Monteferrato.
Gulielmus de Moote Lauduno.
Gulielmus à Perno.
Gulielmus Pontanus.
Gulielmus Realis Luuere.
Gulielmus Rodoanus.
Gulielmus de Rouille.
Gulielmus de Tulaldo.
Gundiſaluus de Villadiego.

H

H Ector Richerius.
Helenus Ribitus.
Henricus Agileus.
Henricus Boich aliàs de Boetio.
Henricus de Botis.
Henricus Buccelius.
Henricus Goedem.
Henricus Hoſtienſis Cardinalis.
Henricus Inſtitor.
Henricus Knauſtius.
Henricus de Piro.
Hercules Seuerolus.
Herenoius Modeſtinus.
Hermannotius Detus.
Hermannus Barenſis.
Henricus Riſuuichius.
Hermannus Schildis.
Hermogenes.
Hermogenianus.
Herucus Natalis frater.
Hieronymus Balbi Epiſcopus.
Hieronymus Butigella.
Hieronymus Cagnolus.
Hieronymus Campi S. Petri.
Hieronymds Cucalon.
Hieronymus Donatus.
Hieronymus Fortius.
Hieronymus Gabrielius.
Hieronymus Gigas.
Hieronymus Gratus.
Hieronymus Groslotius.
Hieronymus Laurenti.
Hieronymus de Luca frater.
Hieronymus Magius Anglarenſis.
Hieronymus Manfredus.
Hieronymus Monachus.
Hieronymus de Monte.
Hieronymus Mutius.
Hieronymus Panſetus.
Hieronymus Paulus Barchinus.
Hieronymus Piſca.
Hieronymus Preuitellus.
Hieronymus Rota.
Hieroaymus Tergulinus.
Hieronymus Torpiellus.
Hieronymus de Tortis.
Hieronymus Vereus.
Hieronymus Zanchus.
Hieronymus Zannetinus.
Hippolytus Riminaldus.
Honofredus Bartholinus.
Honoratus Bonhor.
Horatius Lucius Calienſis.
Hormanotius, ſup. Hermanotius.

Hugolinus.
Hugo Donellus.
Huguтius.
Huldricus Fabricius.
Humbertus de Bouon.

I

Iacobus Albertinus.
Iacobinus à Sancto Georgio.
Iacobinus Riminaldus.
Iacobus Aemilianus.
Iacobus Aegidij.
Iacobus de Aiello.
Iacobus Almain.
Iacobus Aluarotus.
Iacobus Ardizonus.
Iacobus de Arena.
Iacobus Aſaa.
Iacobus de Beluiſio.
Iacobus Boulenchus.
Iacobus Poniout.
Iacobus de Beocardis.
Iacobus Burrigarius.
Iacobus de Caſtillo.
Iocobus Concenadus.
Iacobus Cuiatius.
Iacobus Curtius.
Iacobus Fontanus.
Iacobus Gentilis.
Iacobus Girardus.
Iacobus Labirus.
Iacobus Machellus.
Iacobus Mandeſſus.
Iacobus Menochius.
Iacobus Naclantus.
Iocobus de Nigris.
Iacobus Nouellus.
Iacobus Omphalius.
Iacobus Paleo.
Iacobus Petri de Ptholo.
Iacobus de Puteo.
Iacobus Raynardus Burgeoſis.
Iacobus Rebuſſus.
Iacobus Renardus.
Iacobus Reuardus.
Iacobus Simanca.
Iacobus Sprenger.
Iacobus Traiectanus.
Iacobus Varinerius.
Iacobus Venetus.
Iacobus VVindelſinus.
Iacobus de Villa Sancta.
Iocobus Zochus.
Iacobus Philippus Portius.
Iaffredus Cherinenſis.
Iaffredus Lanfranchus Balbus.
Iaſon Maynus.
Iauolenus.
Ieſelinus de Caſſanis.
Incertus Auctor.
Innocentius Papa IIII.
Innocentius Papa VIII.
Ioachimus.
Ioachimus Camerarius.
Ioachimus Hopetus.
Ioanoes Abbas Niuicellenſis.
Ioannes à Darl.
Ioannes Agaſellus.
Ioanoes Aleſbius.
Ioaones de Amicis.
Ioannes de Adama.
Ioanoes Andreæ.
Ioannes Apellus.
Ioannes Antonius Rubeus.
Ioannes Antonius Trigona.
Ioan. Bapt. Peruſinus.
Ioannes Bapt. Perretus.
Ioan. Bapt. Caccialupus.

Ioannes Aquilæ.
Io. Archiepiſcopus Neapolitanus.
Ioannes de Aroano.
Ioannes Baccan.
Ioannes Bagniolus.
Ioannes Belloius.
Ioannes Berberius.
Ioannes Bernardinus Maſcatellus.
Ioannes Bertachinus.
Ioannes Beſſinus.
Ioannes Blancus.
Ioannes Blondel.
Ioannes de Blouoſco.
Ioannes Bolognetus.
Ioannes Boſcheus.
Ioannes Boſcus, de Coag.
Ioannes Boſſinus.
Ioannes Brachetus.
Ioannes Breitembachius.
Ioannes Brunellus.
Ioannes Bureon.
Ioan. B Salomonius.
Ioannes Cephalus.
Ioannes Caldetinus.
Ioannes Campegius.
Ioannes de Canibus.
Ioannes Caraffa.
Ioannes Cæſarinus.
Ioannes Claudius Aprutinus.
Ioannes Coconatus.
Ioannes Copus in Arſicuſis.
Ioannes Coraſius.
Ioannes Corteſius.
Ioannes Craſſus.
Ioannes Criſpanus.
Ioannes Criſpus.
Ioannes Crottus.
Ioannes Cruceus.
Ioannes Dayma Biionenſis.
Ioannes de Deo Hiſpanus.
Ioannes Dhumbert.
Ioannes Diaconus Hiſpanus.
Ioannes Dilectus Durant.
Ioannes Donatus à Fina.
Ioannes Droſæus.
Ioannes Eckius.
Ioannes Faber.
Alter Io. Faber.
Ioannes Fagiolus.
Ioannes Fantucius.
Ioannes de Ferrariis.
Ioannes Ferrault.
Ioannes Ferrus frater.
Ioannes de Fœlicitate.
Ioanoes Fichardus.
Ioannes Foucherius.
Ioannes de Friburga.
Ioannis Gironis.
Ioannes Gauducius.
Ioannes Gaufredi.
Ioannes Geneſius.
Ioannes Gerſon.
Ioannes Gillotus.
Ioannes de Graſſis.
Ioannes Grillus.
Ioanoes Griſonus.
Ioannes Hannibalis de Canonicis.
Ioannes Humbertus.
Ioannes Hugonis.
Ioannes Igneus.
Ioannes de Imola.
Ioannes de S. Iulia.
Ioannes Iuuenalis Vrſinus.
Ioannes Kœlner.
Ioannes de Lando.
Ioannes Lecirier.
Ioannes de Lignano.

Ioannes Longouallius.
Ioannes de Lopis.
Ioannes Lorichius.
Ioannes Lucius Pariſienſis.
Ioannes Lupus.
Ioannes Mauritius.
Ioannes Mercerius.
Ioannes Milus.
Ioannes Milleus.
Ioannes Monachus.
Ioannes Montaygne.
Ioannes Montanus.
Ioannes de Monte Ferrato.
Ioannes Montolonius.
Ioannes Neuia.
Ioannes Neuizanus.
Ioannes Nider.
Ioannes Oldendorpius.
Ioanes Paleoth.
Ioannes Papa XXII.
Ioannes Papanus.
Ioannes Pariſienſis.
Ioannes de Petrutia.
Ioannes Pierius.
Ioannes de Platea.
Ioannes de Prato.
Ioannes Pyrrhus.
Ioannes Quintinus.
Ioannes Ramus.
Ioannes Randeus Gallus.
Ioannes Raymundus.
Ioanes Raynaudi.
Io. Robertus Aurelius.
Io. Rocherius.
Ioan Rogen. Froc.
Ioannes Ronchegallus Gioldus.
Ioannes Pugetius de Mota.
Ioannes Sadoletus.
Ioannes Saporta.
Ioannes de Saxonia.
Ioannes Saxoni Hatteſtilius.
Ioãnes Oenotomius repurgatus anno 1601. Venetijs nam aliæ editiones ſcatēt hæreſibus, & errorib.
Ioannes de Selua.
Ioannes Seuerle.
Ioannes Sichardus.
Ioannes Stamburgus.
Ioannes Staphilæus.
Ioannes Superior.
Ioannes Surgetus.
Ioannes de Terra rubea.
Ioannes Theutonicus.
Ioannes Tritemius.
Ioannes de Turrecremata.
Ioannes Tornorus.
Ioannes Tyeri.
Ioannes Vuanquel.
Ioannes Vaca.
Ioannes Vaurienſis Epiſcopus.
Ioannes de Vico mercato.
Ioannes Villemarius.
Ioaones de Viſchiis.
Ioannes Vlachius.
Ioannes Ant. Delphinus.
Ioan. Anto de Ferrariis.
Io. Ant. de S. Georg. Prępoſ. Mediol.
Io. Ant. à Leone.
Io. Ant. Rubeus Alexandrinus.
Io. Ant. Trigona.
Io Bapt. Egnarius Venetus.
Io. Bapt. Afinius.
Io. Bapt. Ateſtinus.
Io. Bapt. Bouius.
Io Bap. Caccialup. alias de S. Seuer.
Io. Bapt. Caſtellionus.
Io. Bapt. Ferretus.

Io. Bap. Manivoldus.
Io. Bap. Neua.
Io. Bap. Paulianus.
Io. Bap. Paulinus.
Io. Bap. Peruſinus.
Io. Bap. Pinea.
Io. Bap. de Floris Nouarienſis.
Io. Bap. de Salis.
Io. Bap. Roſellus.
Io. Bap. Suſius.
Io. Bap. Ziletus Venetus.
Io. Bartholomæus de Scarampis.
Io. Bernardinus Diaz.
Io. Bernardinus Muſcatellus.
Io. Chriſtophorus Portius.
Io. Franciſcus Balbus.
Io. Franc. Ozerius.
Io. Franc. Pauinus.
Io. Franc. Picus.
Io. Franc. Pogius.
Io. Franc. Ponzinibius.
Io. Franc. Purpuratus.
Io. Franc. Ripa.
Io. Franc. Scaliontus.
Io. Georgius Brandicius.
Io. Hieronymus Albanus.
Io. Iacobus de Canibus.
Io. Iacobus de Leonardis.
Io. Ludouicus Viues.
Io. Maria Riminaldus.
Io. Nicolaus Arelatanus.
Io. Nicolaus Delphinates.
Io. Nicolaus Gimonteus.
Io. Paulus Lancellotus.
Io. Petrus de Ferrarijs.
Io. Rocherius Trocheus.
Iodocus Clichtoueus.
Iodocus Damhouderius.
Iordanus Bucci.
Ioſeph Cumia.
Ioſeph Moniardus.
Iſidorus auctor Decretorum.
Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus.
Iſidorus de Iſolanis.
Iulius Aquila.
Iulius Britannus.
Iulius Capra Vicentinus.
Iulius Clarus.
Iulius Ferettus.
Iulius Mauricianus.
Iulius Frontinus.
Iulius Paulus.
Iulius Roſtinellus.
Iuſtinianus Imperator.
Iuſtinus Goblerus.
Iuuenalis à Coſtaferdi.

L

L Aelius Taurellus.
Lælius de Valle.
Lalus de Thuſcia.
Lambertus de Ramponibus.
Lambertinus.
Lancelotus Corradus.
Lancelotus Decius.
Lancelotus Galiaula.
Lancelotus Politus.
Lanfrancus de Oriano.
Lapus de Caſtelliono.
Larbre Baſtilles.
Laureatium.
Laurentius Ballanolus.
Laurentius Bellus.
Laurentius Calcaneus.
Laurentius Mollerus.
Laurentius de Pallatis.
Laurentius de Pinu.
Laurentius de Rodulphis.
Laurentius Syluanus.
Laurus Corgerius.
Lazarus Baiphius.
Leo Speluncanus.
Leobinus Dalerius.
Leodegarius à Quercu.
Leonhardus Ceſanus.
Leonhardus Gerle.
Leonhardus Cicarus.
Leonhardus Venetus.
Licinius Ruffus.
Lotharius Rex.
Lucas Craſſus.
Lucas de Penna.
Lucius Honoratus Draco.
Lucas de Caſtallis.
Lucius Paulus Roſellus.
Ludouicus Alferius.
Ludouicus Aluarus.
Ludouicus Babeonus.
Ludouicus Bologninus.
Ludouicus Burgeſius.
Ludouicus Caranda.
Ludouicus Carerius.
Ludouicus Caro.
Ludouicus Clomarus.
Ludouicus Comes.
Ludouicus Gozadinus.
Ludouicus Interamnas.
Ludouicus Montaltus.
Ludouicus Nogarola.
Ludouicus Orianus.
Ludouicus Picus.
Ludouicus Pontanus.
Lodouicus Rex Franciæ.
Ludouicus Sardus.
Ludouicus Suarez.
Ludouicus Teſſara.
Ludouicus de la Turre frater.

M

M Aceu.
Maiorianus Auguſtus.
Mandagotus.
Mapſuctius.
Maphæus Vegius.
Marcellus Bonus.
Marcus Mantua Benauidius.
Marcus Menarcius.
Marcus de Peruſio.
Marc. Ant. Bardus.
M. Victorius Strigellus.
Marc. Ant. de Baueria.
Marc. Ant. Belarmatus.
Marc. Anton. Blancus.
Marc. Anton. Cucchus.
Marc. Anton. Maraſcottus.
Marc. Anton. Natta.
Mare magnum.
Margarita.
Marianus Socinus ſenior.
Marianus Socinus iunior.
Marinus de Caramanico.
Marinus Trecia.
Marinus de Porta.
Marius Arcudes.
Marius Salomonius.
Marquardus de Suſannis.
Martianus Auguſtus.
Martinus Abbas.
Martinus de Arles.
Martinus de Fano.
Martinus frater.
Martinus Gualdo.
Martinus Pandenſis.
Martinus Ramundus.
Martinus Ranault.
Martinus Sanctius.
Martinus Silimanus.
Matthæus de Afflictis.
Matthæus Brunus.
Matthęus Calaber.
Matthæus Gribaldus.
Matthęus Mattheſilianus.
Matthæus Nerucius.
Matthæus Offa.
Matthias Vgonius.
Maximus.
Melchior Klingius.
M Meſnartius.
Michael Angrianus.
Michael Calidonius.
Michael Iterus.
Michael Pochmaier.
Michael de Mediolano frater.
Michael Monachus.
Michael Vulcurnus.
Minantes.
Monaldus Sumiſa.

N

N Eapodanus Sebaſtiani.
Nellus à S. Gemioiano.
Nepos de Monte Albano.
Neratius Priſcus.
Nicaſius de Voerda Medinienſis.
Nicolaus de Agazijs.
Nicolaus de Auſmo.
Nicolaus Bellonus.
Nicolaus Berardus.
Nicolaus Boerius.
Nicolaus Brencius.
Nicolaus de Bruxella.
Nicolaus de Craſellis.
Nicolaus Euerardus.
Nicolaus Ciſnerus.
Nicolaus Leſcur.
Nicolaus Marinus.
Nicolaus Milis.
Nicolaus Pignoladus.
Nicolaus Plouius.
Nicolaus de Portu.
Nicolaus Ruffus.
Nicolaus de Spinellis.
Nicolaus Superanous.
Nicol. de Tudeſchis Abb. Panorm.
Nicolaus de Valle.
Nicolaus de Vbaldis.
Nicolaus Vigelius.
Nicolaus Anton. Grauat.

O

O Ctauianus Veſtrinus.
Odoffredus Beneuentanus.
Odonellus Mercantilis.
Oldradus de Ponte.
Oliuerius Textor.
Onufrius Panuinius.
Orpheus Cancellarius ord. minorũ.
Otho Sononenſis.
Otho alter.

P

P Acificus frater Summiſta.
Pamphilus Molus.
Pandectę.
Panormitanus Abbas. & vide ſupra. Nicolaus de Tudeſchis.
Pandaleo Calderius.
Papinianus.
Papyrius Iuſtus.
Paris de Puteo.
Paulus Angelus.
Paulus Caſtrenſis.
Paulus Citadinus.
Paulus Florau ants.
Paulus Florentinus.
Paulus Grillandus.

Paulus de Leazariis.
Paulus Leonius.
Paulus de Lignano.
Paulus de Venet.
Paulus de Montepicco.
Paulus de Oriano.
Paulus Quartus Pontifex.
Paulus de Roma.
Paulus Antonius del Bene.
Paulus Saxo.
Pax Scala.
Petrinus Bellua.
Petrus Albinianus Trecius.
Petrus Aldobrandinus.
Petrus Aluarorus.
Petrus Ancharanus.
Petrus Antiboldus.
Petrus de Aureliaco.
Petrus Ballo.
Petrus de Bellapertica.
Petrus Belluganus.
Petrus Benintendius.
Petrus Bertrandus.
Petrus Beſutius.
Petrus de Biazio.
Petrus de Boateriis.
Petrus Calephatus.
Petrus Cornelius.
Petrus Coſtalius.
Petrus Criſpus.
Petrus Duennas.
Petrus Follerius.
Petrus Franciſci.
Petrus Gerardus.
Petrus Godofredus.
Petrus Graſſus.
Petrus Iacobi de Monte Peſſulano.
Petrus Iacobus.
Petrus Leſnaudier.
Petrus Licetius.
Petrus Lignæus.
Petrus Loriotus.
Petrus Matthesillanus.
Petrus Moncada.
Petrus de Monte Peſſulano, ſupra, Petrus Iacobi.
Petrus de Monte Venetus.
Petrus Nitardus Nicæus.
Petrus de Palude frater.
Petrus Pape.
Petrus Parpaleus.
Petrus Patricius.
Petrus Peckius.
Petrus Piccolus.
Petrus Plancus.
Petrus a Plaza.
Petrus Plateanus.
Petrus Rauennas.
Petrus Rebuffus.
Petrus Roytius.
Petrus Salernus.
Petrus Saterias.
Petrus Soto frater.
Petrus Stella.
Petrus Suberti.
Petrus de Superuilla.
Petrus Trecius Albinianus.
Petrus de Vbaldis ſenior.
Petrus de Vbaldis iunior.
Petrus Venderanus.
Petrus Vendramus.
Petrus Vetruuius.
Petrus de Vnzola.
Petrus Andreas Gammarus.
Petrus Dominicus de Muſis.
Petrus Franciſc. Curtius.
Petrus Ioannes Ancharanus.
Petrus Michael Delphinus.
Petrus Paulus Pariſius.
Petrus Philippus Corneus.
Petrus Pirheus.
Philibertus Bonetius.
Philibertus Bruſellius.
Philippus de Caſolis.
Philippus Decius.
Philippus Francus.
Philippus Probus.
Philippus de Rotingo frater.
Photius.
Piſanellus Summiſta.
Pius Antonius Bartolinus.
Platina.
Polydamas Tibertus Ceſenas.
Pontificale.
Proculus.
Proſdocimus de comitibus.
Proſper Carauita.
Proſper Farinacius.
Pub. Iuuentius Celſus.
Pub. Purius Antonius.
QVintilianus Mandoſius.
Quintus Mutius Scæuola.
RAphael Comanus.
Raphael Fulgoſius.
Raphael Perlion.
Raphael Seilerus.
Raphael Venuſtus.
Raymundus Barchinonenſis.
Raymundus Franguier.
Raymundus de penna forti.
Raymundus Senilis.
Raynaldus Lonzon.
Raynerius de Forliuio.
Reginaldus polus.
Reguerius.
Remigius de Conti.
Remundus Ruffus.
Reſtaurus Caſtaldus.
Rhodiorum leges.
Richardus de Saliceto.
Robertus Cenalis Arboricenſis epiſcopus.
Robertus Maranta.
Rochus Curtius.
Rodericus Soares.
Rodericus Zamorenſis epiſcopus.
Rodulphus de Anticuria.
Roffredus.
Rogerius.
Roglerius de Comitibus.
Rolandinus paſſagerius.
Rolandinus de Ramutiis.
Rolandus à Valle.
Rota.
SAbinus.
Saluius Iulianus.
Saluſtius de Peruſio.
Scipio Ianuarius.
Sebaſtianus Auguſtus.
Sebaſtianus Brant.
Sebaſtianus Dunterus.
Sebaſtianus Monticulus.
Sebaſtianus Sapia.
Sebaſtianus Vantius.
Sergius Vrſonus.
Seuerus Auguſtus.
Sextus pomponius.
Sigiſmundus Loffredus.
Sigiſmundus picenardus.
Signorolus de Homodeis.
Simon Vicecomes.
Speculator.
Stephanus Aufrerius.
Stephanus Bertrandus.
Stephanus Budæus.
Stephanus Coſta.
Stephanus de Fridericis.
Stephanus Forcatulus.
Stephanus de Gaieta.
Stephanus Malareti.
Stephanus de Noris frater.
Stephanus Gerardus Regiomõtan'.
Stylus.
Syluester Aldrobandinus.
Syluester de pierio.
TAbiena Summa.
Tancredus de Corneto.
Taruntenus paternus.
Terentius Clemens.
Tertyllianus.
Theodoricus Rex Francorum.
Theodoſianus Codex.
Theodoſius Auguſtus.
Theophilus anteceſſor.
Tobias Nonius peruſinus.
Thomas de Brunduſio.
Thomas Campegius.
Thomas Chaloneus.
Thomas Aquinas.
Thomas Diplouatatius.
Thomas Docius.
Thomas Elyſius.
Thomas Ferratius.
Thomas Grammaticus.
Thomas Lineus.
Thomas Meleghinus.
Thomas Muruart.
Thomas Parpalia.
Thomas de piperata.
Thomas de Vio.
Titus Caius.
Traianus Delfinus.
Troylus Maluitius.
Tyndarus.
Tyreſius Foſcarus.
VAconius à Vacca.
Valentinianus Auguſtus.
Valentinus Forcherius.
Vbertinus Zuchardus.
Vbertus de Bobio.
Vbertus de Bonacurſo.
Ventura Cœcus.
Venuleius Saturnius.
Veronenſiũ eporum Cõſtitutiones.
Vigilius Zuichemus.
Vincentius.
Vincentius Cigaulit.
Vincentius Giacarus.
Vincentius Herculanus.
Vincentius palçotus.
Vincentius de Sala.
Vincentius Saluiolus.
Virgilius de Syluestris.
Vitalis de Cambanis.
Vitalis Nemauſenſis.
Vinianus.
Vdalricus Zaſius.
Vlpianus.
Vlpius Marcellus.
Vlpianus de Zanis.
Voluſius Metianus.
Vsilius.
Vuigandus Happellius.
Xiſtus Medicus Venetus.
Zacarias Ferrerius.

FINIS.

ARGVMENTVM

LIBRI DECIMIQVARTI.

QVAM in tradenda Philoſophia methodo rationem ſecuti ſumus, eadem in Medicina Origine, Partitione, Cautionibus, Ducibus ipſius, et breuius tenenda eſt, quòd tractatio ſuperior de Philoſophia planiorem viã ad eandem Medicinam ſtrauit. De ratione autem conſultandi vberius aliqua interſeruimus, quæ nondum in lucem edita, ex viri perdocti laboribus ad noſtras manus venerunt. Sed et alios interſeruimus, qui eximiè hoc de negotio egerunt. Quæ verò ad pietatem ſpectabant, ea libentiſſime adiecimus, quòd Medicina, & ſi corporis ſanitatem ſpectet, plurimas tamen occaſiones præbet viris in ea præſtantibus non ſolum de Republica, verumetiam de Deo bene merendi. De Medicina Hippocratis Coi, atque Galeni tamquam huius facultatis primariorum Ducum optima ex optimis, et eruditiſſimis viris attulimus. Elenchum Auctorum, qui de Medica facultate ſcripſere, ſat fuit modo innuere, vnde nam eſſet petendus, nam omnium, qui vel Græcè, vel Latinè, vel Arabicè, vel patria lingua ſcripſerunt, is numerus eſt, vt bonam huius voluminis partem ſolus occupaſſet. Interim medici aliquot præſtantiſſimi indicantur; qui ſi ſerio, ac ſedulo legentur; pro aliis multis pluſquam ſuffecerint.

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Quartusdecimus,

QVI EST DE MEDICINA:

PRAELOQVIVM AD METHODVM MEDICINAE.

QVANDO vbi deſinit Phyſicus, ibi incipit Medicus, appoſitè C huc, quæ ad Medicinæ conſiderationem & cautiones attinent, ſubijcienda ſunt. Ac Medicinæ primò originem, mox partitionem, deinde neceſſitatem, ac methodum, ſic generatim attingam, vt hæc poſtea liquidius innoteſcant, cum ad Hippocratem Coum, & Galenum Pergamenum, qui duo Medicinæ lumina fuere, acceſſero.

O. R. I. G. O. Cap. I.

IAm de Origine nota ſunt, quæ viri præſtantes ſcripta reliquere, nempè Artis medicæ inuentionem Græcos ferè vniuerſos qui tum erant Gentiles, in Deos ipſos, atque illorum amicos retuliſſe. Quippe, Aeſculapium ab Apolline patre inſti- D tutum, filios ſuos poſtea Medicinam docuiſſe, atque in hunc modum artem ipſa cœptam Diuinis auſpicijs, ſucceſſione quadam hæreditaria, à parentibus propagatam ſemper in liberos, ad Hippocratem uſque (qui & ipſe ex Aeſculapio oriundus fuit) perueniſſe. Cautum ſiquidem erat in illa Aſclepiadarum familia, ne quis artem & induſtriam medendi, poſſeſſionem ſanè Diuinam, à Deoque (vt dicebant) ſolis ipſis conceſſam, cuiquam communem faceret, qui ab eodem non eſſet genere exortus: id quod fuiſſe in cauſa videtur, vt peritos artis illius τῶν ἰατρῶν παῖδας, hoc eſt, filios Medicorum, Græci ſemper vocarint. Hæc illi. Sed & Clemens Alexandrinus, primo Stromatum libro, affert eorum ſententiam, qui dicerent, Medicinæ inuentorē fuiſſe Apim Aegyprium indigenam, priuſquam Io veniret in Aegyptum, poſtea uerò Aeſculapium artem amplificaſſe. E

Verumenimuero, quod dixi de Philoſophia, idem de Medicina dicendum eſt. Huius nempè orginem ex ipſis primis parentibus à Deo extitiſſe, quibus rerum omnium vires ſic innotuerant, vt conuenientia quibuſque nomina indiderint. Obſcuratam deinde peccatis humanam mentem, dum orbitam rectiſſimæ iſtius facultatis amiſiſſet, deflexiſſe in pleraque deuia: planè, ut neque una iam Medicina haberetur ab omnibus, ſibique originem iſtius varij uariam adſcriberent. Rationalis alij, Empiricæ reliqui, Methodicæ nonnulli, quemadmodum mox attingam. Cum igitur potiora diſciplinarum ſemina apud Hebræos ſeruata eſſent, ortum quoque iſtius, qua de agimus, Diuinis literis conſignatum agnoſcimus à Deo.

Creauit

A *Creauit enim (inquit) Medicinam Altiſsimus. Et, à Deo eſt omnis Medela. Et, Altiſsimus creauit de Terra Medicinam Nonne à ligno (ait) indulcata eſt aqua amara? ad agnitionem hominum virtus illorum, et dedit hominibus ſcientiam Altiſsimus honorari in mirabilibus ſuis.* Atqui ab lignis Libani vſque ad Hyſſopum diſputauit Salomon. Ac cum trigeſimum nonum Iobi caput brutis animātibus inſitas à Deo vires innuat, eaſque nos in ipſis quoque cernamus, in vulneribus ſanandis, in ſagittis excutiendis, in noxijs humoribus egerendis: ecquis dubitet, hæc à Deo profecta, qui bruta creauit, & pro eorū natura agit? Certè verò CHRISTVS Dominus, eiuſque item ſerui, quibus dona curationum impertita ſunt, ſæpiſſimè remedia corporibus adhibuerunt, ſupra, contraque omnem Naturæ modum, vt ſe omnis Medicinæ fontem oſtenderet. *Eccleſ. 38.*

B Itaque rectiſſimè Auguſtinus, cum de animi, corporisq; medicina loqueretur, ſic ait: Sunt verò alia, quibus multi modi, uarijque morbi animorum, magna quadam & prorſus ineffabili ratione ſanantur; quæ medicina niſi Diuinitus populis mitteretur, nulla ſpes ſalutis eſſet tam immoderata progreſſione peccantibus: Quamquam & illa corporis medicina, ſi altius rerum originem repetas, non inuenitur, vnde ad homines manare potuerit, niſi à Deo cui rerum omnium ſtatus, ſalusque tribuenda eſt. Hæc Aug. Qui non vno loco in libris de Ciuitate Dei, cum ſcriberet aduerſus Hermetem Triſmegiſtum, qui ſe nepotem Aeſculapij ſcripſerat, oſtendit, quàm falſo Deo Medicinæ niterentur Romani, quem & præter conſtitutionem Numæ adiecerant ceteris Dijs vna cum aliorum numeroſitate Deorum; quique ab Epidauro eductus, minimè opitulari potuit mulieribus, quæ ex peſtilentia interibant; nimirum (inquit) ſe excuſans, quod ἀρχίατρον ſe, non obſtetricem, profitebatur. *Vide Aug. de Ciuit. Dei. lib. 3. c. 12. & 17. & lib. 8. c. 26.*

C Ceterum Clemēs Alexandrinus Oratione ad Gentes, cum ex ipſis Græcis Poetis Pindaro, & Euripide oſtendiſſet, Aeſculapium ictum fulmine iacere in finibus Cynoſuridis, idque ob auaritiam ei tributū: Cum beneficio (inquit) afficientem Deum non intelligerent, effinxerunt quoſdam Seruatores, Caſtorem, & Pollucem, & Herculem ἀλεξίκακον, ideſt in malis adiutorem, & Medicum Aeſculapium. Hæ quidem (ſubdit) ſunt lubricæ & exitioſæ à veritate digreſſiones, quæ hominem à Cælo detrahunt, & in barathrum perfundant.

PARTITIO. Cap. II.

D NEque verò eadem omnibus fuit Partitio Medicinæ; quòd qui in ratione eius tradenda variarunt, varia quoque ipſius principia, parteſque conſtituerant: Nam Methodici, quorum princeps fuit Themiſon, Trallianus autem abſolutor: cum particulares omnes affectus redegiſſent ad generales duos, aſtrictum, & laxum; curationes quoque adhibebant vniuerſas ad aſtrictionem eorum, quæ eſſent laxa, & ad laxationem aſtrictorum. Hi proinde cum abditas morborum cauſſas, quas Rationales indagabant inprimis, & experimenta reſpuiſſent, quæ Empirici potiſſimum ſpectabant, diuerſam ab vtriſque Sectam instituerunt, quemadmodum Galenus libro de Sectis, Iſagogico præcipuè, & Sextus Pyrrhonius, qui & Empirica ſcripſit, tradiderunt: cū & hic eos cum Scepticis inquit conuenire plurimum. At Empirici ſub Philino Coo, inter quos primarij fuere, Creon, ſiue Acron, Serapion, & qui hūc ſecuti

E ſunt, Glaucias, Heraclides Tarentinus, & duo Apollonij, Menodotus, & Sextus Afer, vſu contenti eorum, quæ aliàs obſeruaſſent, Medicinam à Methodicis, Rationalibuſque diremerunt. Quæ res fecit, vt lacera & tamquam rimas agens Medicina, pluribus ſæculis nutauerit: ſicut Plinius præter alios ſcripſit vigeſimioctaui libri ſecundo, & tertio capite: & vigeſiminoni primo; atque trigeſimi capite primo & ſecundo. Hippocrates igitur diſperſam cum collegiſſet, ac methodo rationali condidiſſet vniuerſalia præcepta, habuit fere inſigniores omnes, qui Rationalem Medicinam coluere, Dioclem Cariſtium, Praxagoram, Chryſippum Sophiſtam, Eraſiſtratum ex Ariſtotelis filia genitum, & reliquos, donec poſt ſexcentos propemodum annos Hippo-

craticam doctrinam, ac methodum iterum iacentes, Galenus excitauit, de qua nos A
non ita multo poſt planius agemus.
Ex his autem potiſſimum partitio promenda eſt, qui ratione, vſuque valentes, rectiſſi-
mam poſteris viam complanarunt. Cum enim vniuerſa Medicina in tres partes di-
ſtributa ſit, Quæ victu, Quæ medicamentis, Quæ manu curat corpora, ideo illa Diæti-
ca, ſequens Pharmaceutica, tertia Chirurgica à Græcis vocata eſt. Vniuerſæ porrò
qui principia perpendunt, hæc referunt ad eſſentiam, quæ ſub conſiderationem gene
ralem ac ſingularem cadit; Et ad accidentia, vnde Fortunata, Difficilis, Moleſta,
Iucunda, Celebris; Admiranda, Contempta, dici ſolet; At cum ea cogitant, quæ
ab iiſdem principijs fluunt. Medicinæ differentias ſumunt à ſubiecta materia, hoc
eſt à ſalubribus cauſſis, ſignis, corporibus, quorum ambitu omnia Artis theoremata
comprehenduntur; quæ tamen ipſa rurſus diſtinguenda ſunt ſecundum cauſſas, in B
Theoremata, alia ſpectantia ad Medicinę materiam, ad corpus videlicet humanum;
quæ dicuntur Phyſiologica; Ad formam, hoc eſt, ad ſalubritatem & inſalubritatem,
quæ Græcè nominant, *Παθολογικά*; Ad efficientem, nempè ad inſtrumenta ſalubrita-
tis & inſalubritatis, quæ Græcis *Αἰτιολογικά*. Ad finē, poſitum partim in cognitione
per Signa, quæ ideo *σημειωτικά* partim in operatione, quæ *θεραπευτικά* vocarūt. Sed
& differentias alias ſumunt à Forma: Quapropter ſecundum Arabes partiuntur Me
dicinam in Theoricam Vniuerſalium, & Praxin particularium.

Neceſſitas, Vtilitas, Nobilitas. *Cap. III.*

IAm verò ex his omnibus Neceſſitas, & Vtilitas, addo item Nobilitas, patet in-
gens, quæ non tantum ad curanda corpora, verum etiam ad ſanandas, & exco- C
lēdas mentes ſummopere pertinent. Extat initio ſextæ Iuntarum editionis vita
Galeni ex Iullo Alexandrino, alijsque collecta; qua utiliſſimam Medicinam Philolo-
gis, Philoſophis, Theologis, accuratè, quiſquis ille fuit, demonſtrat. Plura item An-
dreas Tiraquellus Regius in Curia Pariſienſi Senator Commentarijs de Nobilitate,
& iure Primigeniorum, diſſerit capite trigeſimo primo. Et uerò, hi Commentarij po-
ſtrema editione ab Auctore diligenter recogniti, & tertia amplius parte locupletati,
Venetijs excuſi ſunt anno huius ſeculi ſeptuageſimo quarto, curante Dominico
1574. Nicolino, & Lugduni octoctogeſimo quarto à Gulielmo Rouillio. Porrò toto eo ca
pite cum ſibi propoſuiſſet tractandum, an Ars Medicinæ nobilitati deroget, plurimus
eſt in congerendis teſtimonijs ex vniuerſa antiquitate profana Poetarum, Hiſtorico-
rum Philoſophorum, & Sacra, quibus originem, propagationem, difficultatem, præ- D
ſtantiam huius facultatis oſtendat. Præterea, quo eam magis reddat illuſtrem, enu-
merat Sanctos Angelos, Summos Pontifices, Cæſares, ac Reges, & Poetas, atque Phi-
loſophos, qui Medici vel fuerunt, vel alijs eam adhibuerunt. Mox varia à Medicis
excogitata medicamenta per Alphabeti ſeriem attexit: cui & Catalogum adijcit eo-
rum, qui Græcè, Arabicè, Latinè de Medicina ſcripſerunt. Quin & extat Antonij Gue
uaræ olim Epiſcopi (vt vocant) Mondogneti, Epiſtola Doctori Melgari medico ſcri-
pta de Damno, atque Vtilitate, quam Reipub. Medici afferunt. In ea verò agit de an-
tiquiſſimis Medicinæ inuentoribus, epiſtolamque inſerit, quam Cato Vticenſis filio
Marcello ſcripſit de Græcis, eorumque diſciplinis, ne in Vrbem admitterentur: prę-
terea, de ſeptē vtilitatibus, quas boni, & periti Medici: deq; nouem damnis, quę impro-
bi, & indocti Medici afferūt; mox quid & ipſe de Medicina ſentiat. Ergò qui in Artem E
hanc ſerio incumbit, nouos ſemper Diuinę ſapientię theſauros eruit, Philoſophięque
ipſi magnum è Medicina præſidium accerſit. Nam & Philoſophis plus à Medicis
notitiæ rerum, & cauſſarum, quam iſtis acceſſiſſe à Philoſophis, Galenus ſatis indicat,
cū oſtendit Ariſtotelem ab Hippocrate plura eſſe mutuatum. Sanè, in Diuino hoc or
gano oculorum, quo Cęlum illico, quęve ipſius ambitu continentur omnia cernimus,
ſiue neruos, humores varios, temperiem, poſitionem, numerum, ſiue actionem prima-
riam, quæ in chryſtallino reſidet, cōtemplamur, quantum, optime I E S V, lucis elici-
mus, ad Platonis, Ariſtotelis, Stoicorum, & Epicuri, & Empedoclis, & Alhazen, &

Vitellio-

A Vitellionis, & aliorum Opticorum de modo viſionis,ſententias expendendas; vel ad
eas quæ inter Ariſtotelem & Platonem haud cohærent, aliquatenus conciliandas;
quin etiam ad pernoſcendas ipſas animi & Intellectus actiones ac vires; qui vt in auri
bus audit, & mouet in muſculis; ſic per oculos, & in oculis cernit; ad ſeſeque hinc
phantaſmata per ſenſus illos interiores, quaſi per gradus ſic admittit, vt functiones
illas edat in ſe mirabiles concipiendi, intelligendi, ac promendi quęcumque percepit?
At etiam hinc ad lucem illam æternam, cuius hæc caligo penę denſiſſima & mera vm
bra eſt, magnum affertur momentum, vt deinceps anima meditetur, & cæleſtium re-
rum ſpecies liquidiſſimo quaſi animi diaphano concipiat, & ſeruet. Ceterum in ani
mi ſedandis perturbationibus, quæ res ad Ethicen ſpectat, & in imagine rectè conſti
tutę, & æquabiliter adminiſtratæ Reip. dum corporis membrorum principatum, famu
B latum, & mutuum miniſterium aliquis intuetur, ecquantam haurit lucem, qui poſitio
nes, & vſum reliquarum corporis partium ex Anatome acutius inſpexerit? Fateri
equidem hic, ad vnam CHRISTI Domini gloriam, cogor nihil vnquam præter
Diuinas literas tam meo hæſiſſe animo, quam quæ Patauij, dum Philoſophiæ operam
dabam, ex Fracantiano, qui tum Galenum de vſu partium interpretabatur, pene caſu
audiui, ſępe verò animaduerti in Humanis, & Brutorum corporibus, quę viri pręſtan
tiſſimi diſſecabant, Cæſar Pendaſius Mantuæ, Riarius Romæ, Fallopius Patauij. Ca-
nanus Ferrariæ. Quoties autem meam tunc adoleſcentis hęc ſubibat mentem cogita-
tio? Ego ne corpus, animæ domicilium illuſtriſſimum, in cuius opificio tam mirabi-
lem Deum cerno, fœdabo maculis, quod æterna veſtiendum eſt gloria? At vbi iam
ſeneſcenti obtigit, vt quadriennium Patauij agerem, nactus eximios alios Medicos,
C anatomen autem aliquarum inſigniorum corporis partium, ex Hieronymo Fabritio Hieron. ab Aqua pendē-te.
cernens; cum item doctiſſima eius ſcripta legiſſem; non miratus ſum, Ciceronem al-
tero libro de natura Deorum, & Lactantium de opificio Dei, præclarè hac de re ſcri-
pſiſſe; Galenum autem quamquam Ethnicum in eas, quæ ſatis notæ ſunt, erupiſſe
ſententias, cum inquit: At verò ſi de huiuſmodi pecudibus plura verba fecero, me-
lioris mentis homines merito mihi forte ſucceſeant, dicantq; me polluere ſacrum ſer- Gal. 3. de vſu part. c. 10.
monem, quem ego conditoris noſtri verum hymnum compono; exiſtimoq; in eo ve-
ram eſſe pietatem, non taurorum hæcatombas ei plurimas ſacrificari, & caſias, aliaq;
ſexcenta odoramenta, & vnguenta ſuffumigari; ſed ſi nouerim ipſe primus, deinde &
alijs expoſuerim, quænam ſit ipſius ſapientia, quæ virtus, quæ bonitas. Quod enim
cultu conuenientę exornare omnia, nihil ſuis beneficijs priuatum eſſe voluerit, id per-
D fectiſſimæ bonitatis ſpecimen eſſe ſtatuo, & hac quidem ratione eius bonitas hymnis
nobis eſt celebranda. Hoc autem omne inueniſſe, quo pacto omnia potiſſimum ador-
narentur, Summæ Sapientiæ eſt; effeciſſe autem omnino quæ voluit, virtutis eſt
inuictæ ac inſuperabilis. Et hæc quidem Galenus pauciſſimis verbis, Diuina San-
ctiſſimæ Trinitatis attributa, neſciens quid diceret, quaſi aram ignoto Deo excitans,
deſignauit.

Sed & profecto illud mirandum eſt, in hoc corpore, quanto laboratum eſt magis à
viris præſtantiſſimis, cum omnia ſecando, partiendo, tangendo per tot ſæcula tra-
ctauerint attentiſſimè, reperiri tamen indies noua, receſſuſque alios ex alijs aperi-
ri, quos ignorauit Antiquitas: vt quemadmodum in hoc maiore Mundo ſubinde
deteximus, & motus varios, & diuerſas Inſulas, & nouos penè Orbes, ſic in hoc alte
E ro Microcoſmo exerant ſeſe quæ haud cernebantur. Nimirum immenſi ſunt (vt di-
ximus) Diuinę potentię theſauri, qui in minimis quibusq; corporis particulis latent.
Ei honor, & gloria: Amen.

Methodum

Methodum Medicinæ non vnam eſſe. Cap. IIII. A

AT quoniam in tanta Naturæ, hoc eſt, Dei qui naturam condidit, penu, totq; varijs morbis, quibus oppugnantur corpora, Methodus debet eſſe rectiſſima, quæ ſine ambagibus ſcientiam ipſam rerum explicet, ac ſolidam in hac vita breuiſſima exercitationem ſuggerat; eadem omnino Methodus noſcenda eſt. Quæ licet ſumi poſſit ex partitione, quam attulimus, Medicinæ; quoniam tamē latius adhuc patet non vnam hic ſtatuemus. Pertinet enim ad ſtudendi, ad conſultandi, ad medicamenta componendi, ad medendi, ad Chriſtianæ Medicinam adhibendi rationem.

Methodus Studendi Medicinæ vnde hauriend a. Cap. V. B

IAm prima, quæ ad ſtudium iſtius facultatis pertinet, ea ex dotibus Auditoris; E Notitia meliorum Auctorum; Ex ordine, quo legi debeant; Ex optimis Interpretibus, & Expoſitionibus petenda eſt.

Auditor Medicinæ qualis. Cap. VI.

Galen. lib. de Conſt. Artis Medicæ. Hippocrates lib. de Præceptis.

ET Philoſophi quidem, ac Medici veteres in Auditore dotes neceſſarias eſſe dixerunt. Indolem ingenuam, Perſpicax ingenium, Fidam memoriam, Acre iudicium, Validum, & laboris patiens corpus; Quòdque Arithmeticam, & Geometriam, ſed & Muſicam, atq; Aſtronomiam, (Philoſophiam inprimis) ſedulo C didicerit: Addamus nos, Linguæ Græcæ cognitionem, qua plena ſunt omnia Medicorum ſcripta, & Pietatem, qua & Delectus Catholicorum Interpretum (non autem Hæreticorum) habeatur, & deſiderium non minus conſulendi Animę ſaluti, quam corporis ſanitati, eorum, qui ſolent à Medicis curari.

Vt uerò ad eas diſciplinas ſunt perutiles libri Galeni Demonſtratorij, atque ipſius hortatio ad artes diſcendas; Quin & hiſtoria, Philoſophorum Galeno adſcripta, & eiuſdem liber prenotatus, Quòd optimus Medicus, idem etiam Philoſophus; liber item de optima Doctrina, & de Sectis, ac de Optima Secta, cuius uix octaua pars eſt in veteri verſione, & liber de Subfiguratione Empyrica, ac de experientia Medica: ſic ad verborum, quibus Medicinę facultas potiſſimum vtitur, ij magnopere conducunt, quos edidit de Vocabulorum rectitudine. De captionibus, quę in dictione conſiſtunt. D Expoſitio antiquarum Dictionum Hippocratis. De ſignificatione nominum Grecorum ex ſcriptoribus Atticis, & Comicis congeſti propter Philoſophos, & Medicos, noua Dictionum Gręcarum ſignificata ſcribentes, libri 48. Qui quoniam deſiderantur, adhibenda ſunt Medica Lexica, & Libri Definitionum Galeni, ſi quis eos vmquam legitimos aſſequi poſſit. Nam qui definitionum Medicarum libri nomine Galeni circumferuntur, vt Galenica quędā continent, ita etiam non pauca Galeni doctrinę, ac veritati pugnantia docere, Iacobus Syluius meritò admonuit. Atqui ſciendum, haud purum, neque ſemper verum eſſe, quod in Othonis cuiuſdam Medico Onomaſtico continetur.

Inſigniores Auctores Medicinæ quinam. Cap. VII. E

AT ſine dubio Hippocrates, Galenus, quique ante hunc fuit, Dioſcorides Anazarbenſis, primum obtinent locum, hi quidem Antiquiores, ac Gręci; Reliqui verò, & Gręci ſanè, ſed & alij, qui fuere Arabes, & Latini; Quorum prenoſcendi ſunt legitimi fœtus, & purgatiores Editiones, quidve ſit de ijs ſentiendum, aut in ijs cauendum.

A

Hippocrates Cous. *Cap. VIII.*

VT autem Græci Philoſophiam & Medicinam ad ſeſe deriuauerunt è fontibus Hebræorum, & Chaldæorum; Platoq; illam, & Ariſtoteles, ſic Hippocrates, & Galenus hanc mirificè, vt ſuprà attigimus, illuſtrarunt. At ante Hippocratem Auus eius Hippocrates, & Alcmæon Crotoniates extiterant inſignes Medici; qui Alcmęon, cum Pythagoræ fuiſſet auditor, primusq; feratur inueniſſe diſſectionem corporum, intelligi etiam hinc poteſt, vnde hauſta ſint Medicinæ principia, quemadmodum de Philoſophia diximus, cum de Pythagora loqueremur. Ijs ergo ducibus, complanata eſt Hippocrati via, qui deinceps ingenio, moribus honeſtis, grauitate ſcriptionis, peritia ſcientiarum interiorum, tantus euaſit. Eius autem vitam qui
B legerint, antequam ipſum verſare incipiant, cautiones item in eius libris aliquas prægustauerint, quas paullo poſt ſubijciam, facile cernent, quæ dico. Porrò vnum ipſum tempus, cuius filia eſt Veritas, quo per tot ſecula comprobata eſt vbique Hippocratis doctrina, ſatis eſto depellendis odioſorum hominum criminationibus, qui ex aliena ruina ſtruere ſibi nomen cogitarunt. Et veteres quidem, eos, qui rationalem ac clinicem medendi Hippocratis rationem conuellebant, Galenus ſtrenuè, atque eruditiſſimè confutauit. Qui verò nouas hoc ſeculo commenti ſunt opiniones aduerſus eiuſdem Hippocratis & Galeni doctrinam, ab vno omnium celebriorum conſenſu Medicorum ſcriptis, neque ipſa exploduntur. Quod dictum velim, ne Iuuentus curioſior, ſpecie atque illecebra nouæ cuiuſdam medendi rationis, rapiatur in admiratio-
C nem alicuius, quem ſecuta, eo denique pręceps ruat, vbi naufragium etiam fidei Catholicæ faciat. Neque enim ita multos ante annos vixit Theophraſtus quidam Paracelſus, qui cum plures libros de re Medica, Philoſophia, Theologia edidiſſet, aut ſolidioribus diſciplinis, aut ipſi Catholicæ pietati tetendit inſidias. Et, vt mittam, quòd Magicis dementationibus, & Geomantię eſſet addictus, Chymicam ſupra modum exercuit, ex qua remedia ſanè validiſſima inuexit, in quibus ſæpiſſimè tamē facilior eſt abuſus, atque pernicies, quam vſus & ſalus. Hic cum mercurium, ſulphur, & ſal, deinceps autem ſpiritus conſtituiſſet ſuę Medicinę principia, Hippocratem atque Galenum deturbare è Scholis connixus eſt, quaſi tria principia, & quattuor elementa nō extarent in Hippocratis, & Galeni ſcriptis, proprijs tamen appellata nominibus, vti viros cordatiſſimos decuit. Sed & liturgiam illam ſuam mundanam inducens, fucum *Paracelſus.*
D ſimplicibus fecit, quaſi Hippocratē latuiſſet, hunc hominem eſſe μικρονόσμον, hoc eſt paruum Mundum. Iam verò Anatomen corporum reiecit, quam neque cognorat, neque exercuerat, ſicuti etiam non cenſuit morbos ab humoribus gigni, ſed ab elementis; quaſi elementa non continerentur in humoribus; Quod tamen Hippocrates, & Galenus manifeſtiſſimè aſſeruerunt. Quòd verò Hippocratem reprehendit, temporum mutationes nō obſeruantem, mera eſt calumnia, & flagris dignior quàm calamo vindice. Extant apud Hippocratem & Galenum plures libri, quibus temporum obſeruationes indicant accuratiſſimè. In eo autem labitur, quo omninò negat, contraria contrarijs adhibenda eſſe remedia. Nam vt aliquando ea, quę ſimilitudine, vel propria facultate, & ſpecifica non omninò contraria eſſe videntur, morbo tamen contraria ſunt, id quod Hippocrates & Galenus non vno loco monſtrarunt. Nec priſci ar- *Ars Chymicæ.*
E tis Chymicæ ignari fuere, cum tamen qui eius abuſum, qui maximè inualuit, ſecernat à recto vſu, hic rebus Diuinæ Sapientiæ contemplandis, multisque alijs rebus eruendis vſui poſſit eſſe. Nos igitur Theophraſto iſto, & alijs eiuſmodi reiectis, ad Hippocratem redeamus. In cuius ſenis ſapientis laboribus in primis laborauit penè ad miraculum Galenus; ut verè dictum ſit, in hoc Hippocratem non minus uiuere, quam in Hippocrate Galenum. Qui uerò poſtea ſudarunt ſiue in uertendo, ſiue in interpretando Hippocrate, ex ijs, quę dicentur, vbi de Galeno loquemur. quantum ſatis fuerit, elici poterit. Primum autem ſe offert, quod cuique ſtudioſo curę eſſe debet, ut quam emendatiſſimum Gręcè Hippocratem habeat, ſi hanc linguam, Medicis ſummopere

neceſſariam, calluerit; Deinde legitimos à ſpurijs libros Hippocratis non ignoret; La- A
tinam verſionem omnium optimam tractet; Phraſes, & idiotiſmos Hippocratis genuinos prænoſcat, Methodum Hippocraticæ tum Philoſophiæ, tum Medicinæ, diligenter hauriat (Philoſophia enim anima eſt Medicinæ.) Ac denique quę contra pietatem Chriſtianam faciant, ſic intelligat, vt hac ſalua, errores viri ethnici præmonſtret, ac ſapienter, cum opus ſit, refutet.

Hippocratis editio emendatior, ſiue Græca, ſiue Latina.
Caput IX.

IAm emendati Græcè & Latinè Hippocratis libri, cum Hieronymus Mercurialis
Venetijs. hanc ſibi curā poſtremo ſumpſiſſet, editi ſunt à Iuntis, anno huius ſeculi à Chri- B
ſto nato ſextidecimi octauo ſupra octogeſimum. Itaque & inſcriptio hęc eſt. Hippocratis Coi Opera, quæ extant Græcè & Latinè, Veterum Codicum collatione reſtituta, nouo ordine in quattuor Claſſes digeſta, Interpretationis Latinæ emendatione, & Scholijs illuſtrata à Hieronymo Mercuriali Foroliuienſi. Addidit enim Notationes, & Scholia, quæ vt ſenſum, ſic ſtylum Hippocratis illuſtrant. Quare & poſteriorem verſionem Hippocratis, accuratiorem ijs, quæ præceſſerant, ſiue Marci Fabij Rauennatis, ſiue ſi quis aliàs hoc munere perfunctus ſit, Mercurialis admodum iuuit; & verò Hippocratis voces, ex quibus eruendus eſt ſenſus, expoſuit, vbi oportuit; non mediocri acceſſione lucis ad ea, quæ cum in hoc genere primum Galenus, mox Erotianus collegiſſent, denique Euſtachius Sanctoſeuerinas, non ita multos ante an-
nos auxit. Atqui ex ijs, qui ſcripſerunt in Hippocratem, cum multa huc facere poſ- C
ſint, tum ſi quis Franciſci Valleſij Commentaria in Aphoriſmos, in Prognoſticum, in libros De ratione victus in morbis acutis, in librum de Epidemicis, ſiue popularibus morbis, in librum de alimento, quin & ipſum Valleſij librum aureum de officio Medici verſauerit, Hippocratis orationem, & ſenſum altius aſſequetur. Et ſanè, libro de Epidemicis morbis, qui vniuerſam, propriamque ægrotantium hiſtoriam complectitur, cum ea quoque tractentur, quæ ad hominem Medicum efformandum pertinent, magni momenti erit, ſi adhibito tanti commentatoris pręſidio, perlegantur attentè.

At neque hic ſubſtitit vtiliſſimus labor Mercurialis: Libri enim, qui Hippocratis nomine circumferebantur, cum neque eiuſdem omnes fuiſſent, germanos à ſpurijs ſe-
creuit, mox in proprias claſſes, magno ſtudioſorum commodo, digeſſit. Et hoc qui- D
dem, quod ad ordinem ſpectat (altero illo librorum examine perneceſſario omiſſo) Erotianus fecerat antiquitus, cum libros omnes Hippocratis nomine euulgatos, in ſignificatiuos, naturales, ſiue cauſatiuos, curatiuos, & qui pertinerent ad artis præceptiones, diſtinxiſſet. Quæ diſtinctio dilucidior, vti fructuoſior, & compendioſior
Theorica. reddita eſt à Mercuriali, cum ſic Theorica (quantum huius generis extat Hippocra-
Practica. tis) practicis præpoſuit, vt ea primo locarentur; deinde quæ rerum naturæ principia, & cauſſas continent; tum morborum. & ſignorum curationes; poſtremo ea, quę ſiue victus ratione, ſiue medicamentorum vſu, ſiue manuum operatione, curationem docent; Omnium autem ſiue Hippocratis, ſiue eius nomine editorum in vulgus librorum, quattuor claſſes fecit, pręnotatis rationibus, quibus ad hoc adactus eſt. E

Methodus Hippocratis ex alijs. Cap. X.

1581. VEruntamen cum hæc diſtinctio Methodum ipſam Hippocratis quadantenus indicet, curarunt alij magna ex parte vel tabulis Methodicis, vel libris reddere clariorem. Et breuis quidem paucos ante annos ex Offici-
Carolus V-vitteſtein. na Chriſtophori Plantini Antuerpiæ prodijt Commentarius Caroli VVitteſtein, ſiue à Petra Alba Placentini, inſcriptus, Vera totius Medicinæ forma; qua Hippocratis, & Galeni Methodum quanta potuit diligentia, & breuitate ponit ob oculos,

A olim per duodeviginti annos Sereniſſimis, Matri primum, deinde Filio Alexãdro Far
neſio Duci Parmenſi, operam præſtans. Is igitur ſanè prælegi poterit, qui & eodem
opere pollicebatur maiore adhuc diligentia ſe editurum Vſum, & exercitium totius
Medicinæ Formæ.

Sed ante hunc Franciſcus Valleſius initio Commentariorum in libros de morbis
populariter vagantibus, Hippocratis methodum breuiſſimè attigerat his verbis. Ope
rum Hippocratis, quædam continent præcepta, velut libri Aphoriſmorum, & Prædi
ctionum, & De ratione victus, & quidam alij; Quædam ſolum obſeruationes, velut hi
libri, quorum enarrationem modo aggredimur; nulla enim præcepta continent, ſed
narrationem ſolum eorum, quæ Hippocrates fieri circa multos ægrotos obſeruauit.
Itaque hoc loco Auctor hiſtoricus eſt, non præceptor. Nimirum, cum Ars Medica
B ex Philoſophia, & experimentis naſcatur, perfectiſſimè videtur mihi hanc Artem tra
didiſſe, ſeorſum ſcribens de natura rerum omnium, præcipuè verò Hominis, & de
morbis; ſeorſum ſuas obſeruationes, atque deinceps enucleatiſſimas ſententias. Scri-
pſit ſcilicet & Artis præcepta, & principia, ex quibus ea nata ſunt. Verum, quia prę-
cepta non ex his, quæ cuidam homini, aut paucis quibuſdam, ſed multis euenerunt,
capi debent, conſentaneum fuit tempeſtatum inſalubrium, in quibus fuerunt morbi
communes multis hominibus, præcipuè meminiſſe, vnde etiam acceperunt nomen li
bri Epidemicon, ſiue de morbis populariter vagantibus; nam tempeſtatibus ſalubri-
bus accidere ſolent morbi rari. Nulla enim ſalubris adeo eſt tempeſtas, vt nullos æ-
grotos habeat; ſed quæ non eſt morboſa, habet raros; in inſalubribus accidunt mul-
ti. Morborum quidam vocantur ab Hippocrate communes, quidam ſparſim graſſan
C tes. Communes ſunt, cum omnes, aut plerique, iiſquè omnis naturę & ſexus, eo-
dem morbi genere capiuntur. Sparſi, cum varij homines varijs morbis ęgrotant. At-
qui communes, aut regionis, vrbiſve naturam ſequuntur, vocanturq; ab Hippocrate
Endimici, à nobis Patrij, aut Vernaculi, aut non, ſed aliam cauſam, & vocantur Epi-
demici, ſiue Populares. De morbis vernaculis, in libello de aere, locis & aquis, vide-
tur mihi ſatis ſcripſiſſe; De ſparſis, in libris de morbis: In hoc opere de his omnibus
agit, vt in ipſius operis decurſu patebit, pręcipuè verò de Epidemicis, quos naſci ex
cauſſa communi in libris de Natura Humana, & de flatu dicit Hippocrates; ſparſos
verò non ex cauſa communi, ſed ex cuiuſque victu. Hęc Valleſius: Quę antea Iacobus
Syluius libello ſuo de ordinis ratione in legendis Hippocratis, & Galeni libris accura
tè eſt perſecutus, ad cuius lectionem amandamus Medicinę ſtudioſum, qui inde ma-
D gnam hauriet lucem.

Obſeruanda in libris Hippocratis. Cap. XI.

CEterum in libris Hippocratis, quędam aliquando quę Diuinitatem deſignare
videntur, ſano ſenſu accipienda ſunt; qualia quę ad calcem libri de aere, a-
quis, & locis: nam cum quoſdam morbos vocet diuinos, non eſt, cur pietatẽ, Morbi Diuini quinam.
vel religionem ab eo magis ęſtimatam fuiſſe cenſeamus: ſi quidem ijs in locis Diui- Prima cautio.
nitas ſecretam quamdam, & homines latentem morborum rationem notat, quam e-
tiam naturalem eſſe dicit: ita namque in Epidemicis, vagantes ęgritudines quodam-
modo Diuinas eſſe tradidit, & initio Prognoſtici, in morbis, quod Diuinum eſt, diligẽ
E ter ſpectandum præcipit.

Iam in libris de morbo ſacro, ac de Inſomnijs (Hippocratis ne, quod Cælius pu-
tauit Aurelianus, nec dubitare viſus eſt Scaliger, an Philotimi, vel alicuius alterius
fuerint: id quod ex Græca cenſura præpoſita codicibus Gręcis, & ex ipſa ſcriptione
euincitur) cum ſint aliqua, quę pietatem poſſint lędere, eadem pręcauenda ſunt.
Nam quod ad inſomnia generatim pertinet, videndum eſt, ne naturalia quę ſunt, cum Inſomnia & Prædictiones.
Diuinis, aut Dęmoniacis confundantur, ſenſimque aliquos à veritate trãſuerſos agat
Satanas inuector omnis doli fallaciſſimus. Id non inficior, ſigna interdum apparere,
per quę notentur affectiones aliquę, ea uerò tum exiſtere potiſſimum ex motione hu-

morum,quorum veluti ſigno,& in affectionibus,& in morbis corporum iudicandis, A
Medici prudentes vtantur: ſcimus enim abundantiam, vel phlegmatis, vel choleræ,
ex aquæ aſpectu,vel guſtatu,aut ex ignis imaginatione,perſenſioneque caloris conij-
ci poſſe;Quod & Ariſtotelem mouit, qui in libro de Diuinatione per ſomnum,inquit
nocturnum aera percipiendis viſis commodiorem,quòd ſilentior ſit, atque pacatior;
& Galenum,cum ſanguinem minui iuſſit ei, qui id ſomniauerat. Veruntamen quo-
niam & ſortilegi, & alij Dæmonum miniſtri Accaronem potius & ipſi, quam Deum
viuentem in ſecula, conſulunt,permittuntur errare, & in errorem inducere,qui eiuſ-
modi faſcinationibus,potius quam prognoſticis credunt.

Et erit igitur reuocandum ad memoriam ſtudioſorum,ab optimis Medicis,quę Ma
gnus ille Dei amicus Antonius Aegyptius de aſtu Dæmonum docuit,vt Diuus ſcri-
pſit Athanaſius, Nam, cum rerum naturas Dæmones agnoſcant, prænoſcunt qui- B
dem multa in ſuis cauſſis priuſquam humano intellectu percipiantur,ac tamen neque
in ſuis cauſſis cuncta prænoſcunt, ſed quæ tantum ex illis fluunt. Neque enim ea quę
nondum fieri cæpta ſunt, referunt, quia Dominus ſolus eſt conſcius futurorum; ſed
quorum conſpiciunt in actu initium, eorum ſibi tamquam fures apud ignatos vendi-
cant notitiam. Norunt quoque & affectiones humanas,& propenſiones, ex quibus
ſæpè coniectant,& tanto hominibus exactius,quanto ſublimius eſt eorum ingenium.
Experientiſſimi item ſunt à primo æuo, & indicibili rerum memoria; quò fit, vt ex
pręteritis inueſtigare, & conijcere futura minimè difficile poſſint; dolo etiam ſæpenu
mero pręoccupant, & quaſi dixerim, anteuertunt hominum mentes, & quæ ipſi actu
ri ſunt,prænunciant prius, quò prædictio videatur impleta: ea item, quæ iam facta
ſunt,cum ſubtilitate naturę,perſpicacitateque intelligant prius quam homines,quos C
& tempus & diſtantia impedit locorum,annunciant tamquam futura, vt veridici ap
pareant; præſentia enim ipſis ſunt & iam facta; remota autem ab hominum cogni-
tione, ideoq. futura exiſtimata.

Porrò Medici quoque meminerint, hunc in locum poſſe opportunè cadere, quod
ex Euangelio habemus de Chriſto Domino, Dæmonibus iubente,vt obmuteſcerent,
à quibus neque volebat in ſui laudem quidquam pronunciari: Quod Athanaſius cō-
ſiderans ſcribit. Quamuis vera fateretur Dæmon, compeſcebat tamen Chriſtus eius
ſermonem,ne ſimul cum veritate,ſuam etiam iniquitatem promulgaret;vt nos etiam
aſſuefaceret,ne talia curemus,licet vera videantur. Nefas enim eſt,vt, cum nobis ad-
ſint Diuina Scriptura,& eius certiſſima Interpres Eccleſia,à Diabolo doceamur.

Tertia cautio.

Eodem autem libro de Inſomnijs, hęc quoque ſunt verba, De ſignificationibus D
quidem igitur aſtrorum ſic iudicare oportet, prouidereque ac diæram ſtatuere,& Dijs
ſupplicare; in ſecundis quidem rebus, Soli, Ioui cęleſti, Ioui poſſeſſori, Mineruæ opu-
lentę, Mercurio, Apollini: in contrarijs verò, Dijs malorum auerſoribus,& terræ, &
Heroibus,quò mala,ac grauia omnia auertant. Hæc ille. Quibus verbis occaſio ca-
pienda eſt, & confutandi,quæ de decretorijs diebus refutanda ſunt (quod quidem ex
ijs, quę de Aſtrologia locuti ſumus, facilè liquet) & verum ſacrificium offerendi ei,
cui vni debetur ſacrificium veriſſimum, & vnicum Chriſti Domini, & cordis noſtri.

Cautio de dieb. decretorijs,

Quo item loco patet campus, in quo Antiquitatis Ethnicæ error oſtendatur, quo ſce-
lerata uota,& Tabulas Aeſculapio, Iſidi,& alijs falſis Dijs affigebat,& precioſiſſimas
ueſtes Dianę offerebat (vt extat in libro de morbis uirginum, qui Hippocratis nomi-
ne circumfertur) ijs curationem morborum tribuentes: Quò de errore cum egerimus E
alibi, dum hiſtoricos refellimus, qui talia Imperatoribus quoque Gentilibus tribue-
bant, inde petenda ſunt, quæ huc faciunt. Quæ item præmunire poterunt lectorem ad
uerſus ea, quę ex Maſſęorum marmorea tabula Hieronymus Mercurialis initio ſui
libri de Gymnaſtica adſcripſit: vt erudito illi labori, ſi eadem, quæ ex Aug. & ex alijs
noſtro huic libro inſeruimus, adiicerentur, magnū eſſet pietatis operępretium. Quod
& eradendis ex eo lib. quę nōnulli appoſuerūt, obſcęnis uerſib. Martialis & imaginib.
mulierū nudis, optandū eſſet: Sic enim Chriſtianis mentibus, & Medicis, & Militibus,
ſine labe vſui eſſet, cum inde diſcatur, quid ſit ipſa Gymnaſtica, quomodo, & quādo in

A uenta,aucta,perfecta, quot eius ſpecies;quid exercitatio; quot genera; & quomodo ab
antiquis adhibebantur advſum;demum quid ſit illa quantitas,qualitas,& occaſio,qui
bus hæc ars adeò recte conſeruandę valetudini conducat.

Iam verò in libro de morbo ſacro,eiuſdem Hippocratis nomine edito,nepotis,for
ſan ex Dracone filio,hęc ſunt: Quiſquis luſtrationibus & magicis incantamentis ta
lem affectionem abducere potens eſt, is etiam alijs artibus abduxerit,& ex hac ratio-
neDiuinitatis opinio penitus peſſum it. Ac quæ ſequuntur.In quibus etſi quędã ſunt, Quarta cautio.
quę non videntur abſona,cauẽdum eſt tamen,ne id negetur,quod apertè Diuina Scri
ptura, Patresquè & ipſa res ſępe monſtrarunt. Deum enim ſuis vti creaturis, etiam
Dæmonibus,ad opera ſuæ Iuſtitiæ, ac Sapientiæ patranda, nemo eſt qui ignoret,cum
B reminiſceretur quæ Iobo, & alijs; Deo vel iubente,vel permittente,euenerunt. Acci- Iob,1.3. Augu.de Diuinatione.
piunt ſępe Dæmones, (ait Sanctus Auguſtinus) poteſtatem morbos immittere, & ae
rem viciando morbidum reddere. Infinita nimirum Diuina poteſtas eſt, quę armat
creaturam ſuam omnem aduerſus inſenſatos. Huc illud ſpectat, Nullum malum eſt
in Ciuitate,quod non faciat Dominus. Et quidem de ea Dæmonum poteſtate extat
illud teſtimonium,quod ſic habet. Multi non dubitant,magicis artibus elementa tur Lib.4.de Maleſ.& Mathe.
bare,vitam inſontium labefactare,& Manibus accitis audent ventilare,vt quiſq; ſuos
conficiat inimicos. Et illa altera. Qui fruges excantaſſit, pœnas dato. Et illa,Ne alie
nam ſegetem pellexeris incantando. Et illa. Ne incantanto,neu quem defraudanto:
Videant verò Medici librum Quinque Inquiſitorum,& Pauli de Grilandis tractatũ
de maleficis,ſed potiſſimum libros Martini Delrij de Diſquiſitionib. Magicis;& quæ
C capite 28.de Sacra Philoſophia cordatè, ac piè Franciſcus Valleſius eſt perſecutus de
Saule,de Epilepſia,de homine Dęmonium habẽte;de Lycanthropia,cum cetera,quę
cauenda ſunt,ad pietatem ſartam tectam tuendam,ex ijs,quæ de Galeno dicemus,in-
telligi poſſint.

Quin quod idem Valleſius,cum quod capite decimo Lucæ,ait Dominus: *Et appropians alligauit vulnera eius, infundens oleum & uinum:* uideret poſſe reprehendi ab ijs,
qui in Hippocratis uerba iurarunt, appoſitè quæſtioni occurrit,inquiens, ipſius Do-
mini uerbis uideri ad uulnera oleum, & uinum commendari, quod Gręcis uocatur
οἰνέλαιον. At uidetur (ait) ad id alia quidem ex parte Medicinę placitis conſonum,ex
alia autem diſſonum.Nam de Vino Hippocrates libello de vlceribus ita inquit:Vlce-
ra uniuerſa,niſi uino, humectari non oportet,niſi in articulo fuerit ulcus. At oleum
D (paullo poſt inquit) & quæcunque mollia, aut oleoſa ſunt medicamenta,talibus ul-
ceribus non conducunt, ſi non ualde iam ad ſanitatem tendant;Quæ omnia cũ Valle-
ſius ſapienter expendiſſet,oſtendit denique nihil aptius etiam Hippocratis, & Gale-
ni Medicinę potuiſſe proponi, quã quòd à Domino IESV dictum eſt. Quamobrem
concludit his uerbis Valleſius. Siue enim fuſtibus ictus ſit,quòd plagarum nomen ſo
nat,ſiue enſe uulneratus,oleo neceſsariò indigebat. Nam ſi contuſione erant infli-
cta uulnera,nihil potius: Sin autem ſola inciſione,tamen deſtituto ſine alligatione iã
diu ſub dio,ab aere haud dubiè eſsent exaſperatę,& refrigeratę partes,cui malo nulla
re melius ſuccurreretur,quàm calente Oinoleo.&c.

Dioſcorides Anazarbenſis. Cap. XII.

E DE Dioſcoride Anazarbenſi teſtimonium Galeni ſatis eſset,ut illius & do-
ctrina,& utilitas agnoſcerentur,atq; auidè à Medicinę candidatis percipe-
rentur. Verũ cum Galeni iudiciũ ſint ſecuti,quotquot fuere Medici eximij,
certè qui ſeſe Medicinę ſtudijs addixerint, Dioſcoridem neceſse eſt, ut prę manibus
habeant,ac uerſent continenter. Et Galenus quidem cum libro 6.de ſimpl. Med. fa-
cult.Pamphilum quendam,qui librum de herbis compoſuerat,reiecisſet,ſubdidit hęc
uerba ipſa: At Dioſcorides Anazarbenſis quinque libris materiam omnem utilem, Galeni iudiciũ de Dioſcoride.
abſoluit,non herbarum tantum, ſed & arborum, & fructuum,& ſuccorum, & liquo-
rum: memorans inſuper & metallica omnia,& partes animalium. Et mihi vtique vi-

detur omnium perfectiſſimè Tractatum de materia medicamentorum confeciſſe. Nā licet à maioribus multa de illis bene ſcripta extent, tamen à nemine omnium æquè de omnibus. Ceterum quæ ſcripta reliquit Heraclides Tarentinus, & Crateuas, & Manteias, non in vnum ordinem digeſta, nec in vnum omnia collecta viſuntur, quemadmodum illa, quæ ſcripſit Dioſcorides. Sic quidem Galenus, qui & primo libro de Antidotis ſubdit: Ac de omni Medica materia à Dioſcoride ſufficienter quinque libris traditum eſt, à quò tibi diſcere licet cùm alias omnes notas, tum guſtu, olfactuque perceptas, quibus maximè probatiora medicamenta à deterioribus cognoſcuntur, & diſcernuntur. A

At Petrus Andreas Matthiolus, qui optimè eſt meritus de Dioſcoride, cum ſtudiū adoleſcentum etiam, atque etiam excitaſſet ad eundem Auctorem verſandum, atque ad ſimplicium medicamentorum, quæ vſui Medicinæ competunt, cognitionem, ac facultatem ſenſibus exactè conſequendam, oſtendit additiones quaſdam nominum, quę inſertę fuerant contextui Dioſcoridis, fuiſſe ſpurias: id quod huius rei teſtimonium præbuit, quod in quibuſdā antiquis Bibliothecis legitima Dioſcoridis volumina reperta ſint ante plura ſecula, manuſcripta, in quibus nullum prorſus ex ijs nominib. ſpurijs legebatur. Quorum vetuſtam auctoritatem (ait idem Matthiolus) ſimul cum doctiſſimo Ruellio ſecutus in ſuis verſionibus Italica lingua conſcriptis omnia illa nomina adulterina ab opere abdicauit, quemadmodum fecit in Latino Dioſcoride: etſi Hermolaus, & Marcellus vulgatis exemplaribus decepti nomina illa ſuis interpretationibus reliquerant tamquam Dioſcoridis legitima. B

Ergo Dioſcoridem cùm alij, tum Andreas Matthiolus Commentarijs Italicè, ac Latinè ab eodem cōſcriptis illuſtrauit, quàm qui maximè. Cùm verò Theophraſtus, Crateuas, Plinius, Apuleius, & reliqui, quos nominauit Galenus, ſed & antiquitus hāc materiam tractaſſent, recentiores quoque in eandem ſeduló incubuiſſent, hi ſine dubio, quibus filia temporis Veritas ingentes theſauros aperuit, diligenter ſunt ſtudioſis euoluendi, per quos Dioſcorides altius intelligetur, & conferetur in vſum. Atque vt mittam Fuchſium, cuius ſcripta (ſi verſandus ſit) omninò ſunt expurganda, certè Iacobus Dalechampius Cadomenſis in Gallia, plurimum diligentiæ, atque vtilitatis toti huic negocio adhibuit, non ſolum in Plinio, quem operosè emendauit, atque ex Officina Gulielmi Rouillij edidit anno Domini 1587. atque in Athenęo, quem Latinitate donauit, uetùm inprimis eo in opere ſat grandi, quod inſcripſit Hiſtoriam generalem Plantarum in duodeuiginti libros per certas claſſes ingenioſè digeſtā. Quippè, cum ceteri ante illum eadem non digeſſiſſent, Andreæ autem Matthiolo alium, quàm, quem ipſe Dioſcorides tenuit ordinem, tenere non licuiſſet, Dalechampius præter conquiſitas ex omnibus Prouincijs, atque adeò ex Indijs omnium generum plantas, ſtirpes, herbas, hæc omnia certas in ſedes retulit, ne quem in tanta librorum multitudine, atque ordine tam confuſo tęderet quærere, quæ veſtigaret. Addidit plantarum imaginibus iconicis expreſſarum deſcriptiones, è quibus noſceret lector vniuſcuiuſque genus, formam, vbi creſcant, quo tempore vigeant, natiuum temperamentū, ac proprias in Medicina vires. In ſingularum porrò propemodum hiſtoria Auctorum de illis loci & citantur, & expenduntur, & interdum collatione explorantur, aut ſi pugnate inter ſeſe videri poſſint, conciliantur. Quamobrem & tantus hic labor, cum labore Matthioli coniunctus Dioſcotidi intelligendo perutiliter eſt adhibendus. C D

Vide autem quæ de Dioſcoride in ſua Bibliotheca Photius. E

Galenus Pergamenus. Cap. XIII.

DE Galeno breuius hic eſt agendum, quando quæ ſuprà de Medicis generatim, & de ipſo deinceps Hippocrate, ac de Dioſcoride dicta ſunt, viam videri poſſunt ſtrauiſſe ad rationem ſtudiorum Galenicę diſciplinæ. Acceſſere autem labores præſtantiſſimorum in Arte Medica Virorum, qui in edendo Galeno deſudarunt. Quæ enim apud Iuntas, anno huius ſeculi octogeſimo ſexto Venetijs

edita

A edita fuerunt, quæ quidem fuit editio ſexta Galeni, habent non ſolum quæ legitima, & ſpuria, & integra, & manca fuerant ad illud vſq; tēpus euulgata; verum etiam Cōmentarium ſecūdum Galeni in librum vulgarium morborum Hippocratis ſecundū, nunquam aliàs vel Græcè, vel Latinè editum: Galeni in libros Hippocratis de humoribus Cōmentarios tres, qui & in ipſorum quoque Iuntarum prioribus editionibus, deſiderabantur: ſingulæ autem Hippocratis ſententiæ à Galeno citatæ, & loca Auicennæ, quę Galeni ſententijs reſpondent, ſub quoque loco indicantur. Quæcumque item hactenus alij ad Germanum Galeni ſenſum exprimendū, margini adnotarunt, ea ut reliquerūt, ſic multis obſcuris locis claritati, & corruptis veritati reſtitutis; ex recognitione Ioannis Coſtei Medicinæ Practicæ in Bononienſi Academia ſupremo loco Profeſſoris, dederunt operam, vt augerentur. Nacti uerò Indicis olim a Braſauola
B in Galeni opera conſtructi rationē, ea, quæ notatu digna in libris poſterius adiectis videbantur, opportunis locis addi curarunt: Synopſim denique breuiter amplectentem quidquid vnoquoque libro, & cuiuſque libri ſingulis capitibus continetur, qui ad propoſitæ rei argumentum ſpectet, Lucij Scarani labore eodem anno primum elaboratum, emiſerunt in lucem.

Sed quæ huic editioni prefixæ ſunt epiſtolæ Hieronymi Mercurialis de delectu librorū Galeni, & Ioannis Baptiſtæ Montani Phyſici Veronenſis, de uera methodo ex Galeni libris eruenda, perutiles ſunt ijs quibus cordi ſit, ex tanta librorum mole, quid quoque loco, & ordine uerſandum ſit, percipere. Eæ igitur omninò ſunt prælegendæ. Delectus librorum Galeni, & Methodus.

Nec verò Mercurialis omiſit, quæ uirum decebant uera eruditione, ac pietate, pre-
C ditum. Quod enim uix fortaſſe eatenus ab alijs profectum erat, id planius ſub aſpectum oculorum poſuit; ac Galeni doctrinam uindicans ab obtrectatoribus (quod & Montanus ſapienter fecerat) Chriſtiana libertate, non ſolum quid de libris, moribuſque Galeni ſentiendum eſſet, uerum quibus in locis potiſſimum pietatem læſerit, quaſi digito præmonſtrauit.

Ad Montanum quod attinet, cum hic ante Mercurialem ſcripſiſſet, vidiſſet autem Galenum potius de conſtitutione artis cogitaſſe, quam vt eam redegiſſet ad integram Methodi rationem: Auicennam autem inter Arabes acris ingenij uirum, in opere Canonum appellato, collectionem quidem compoſitiuo (vt ſcholæ uocant) ordine tentaſſe in vnum corpus omnium Galeni in Arte Medica monumentorum, quæ uarijs in libris ſparſa ſunt, ſed & morte ſuperueniente, finem tanto operi non potuiſſe
D imponere; & verò minimè eleganter, neque ad captum omnium expoſuiſſe, ſtatuit priuſquam libros Galeni omnes in certas claſſes diſponeret, ex ipſiuſmet Galeni medullis, placitiſque priuatis rationem explicare, qua is ordo à ſe fuiſſet inſtitutus: quem quidem prælegiſſe, antequam in labores Galeni pes inferatur, expediet: ſicuti & reliquę diſpoſitionis rationem, quam Montanus prima parte ſui operis de Medicina vniuerſa ſic tradidit, ut particularem quoque methodum aliquot Galeni, & adeo Hippocratis librorum, tamquam breuiſſimum compendium attulerit. Quod quidem ile vocat σωματοποίησιν, Libri Hippocratis de Natura humana, & librorum Galeni, de Elementis, de atra Bile, de Temperamentis, de Facultatibus naturalibus.

Sanè præter iſtos, extat Iacobi Syluij Methodus, & ſeries omnium Hippocrătis, & Galeni Operum, quam ſequi ſtudioſus quiſque quosve alterutrius, vel coniunctim le-
E gere debent: quem optimum, & tamquam normam, ne materiæ, & ingenia confundantur, eſſe exiſtimo.

At præter iſtos Viros, & alios, qui in Galenum ſcripſere, idem, de quo antea dixi, Franciſcus Valleſius, Galeni interpres fidus, breuis & perſpicax eſt, quem omninò legere cum ijs Galeni libris, quos expoſuit, aut vbi de ijſdem materijs egit, vtiliſſimum fuerit.

Pranoſcenda, & pracauenda in Galeno. Cap. XIIII. A

DVo verò prænoſcenda ſunt in Galeno, quorum alterum ad Anatomen, ad Chirurgiam, ad vſum Thermarum, & ad loca pugnantia: Alterum autem ad pietatem ſpectat. Quippe hominis auctoritati nimium tribuentes, etiam ipſi antiquiores, ac celebres viri Oribaſius, Theophilus, Arabes, & qui hoc ſeculo quoque vixerunt aliqui, cum nullum in Anatomicis eius libris errorem animaduertiſſent (quamquàm ipſe vſu edoctus, ſæpè ſe ipſum corrigat, interdum autem ſibi non conſtet) in varios abuſus delapſi ſunt, magno Medicæ facultatis dedecore, maiore ægrotorum damno: falſus nimirum ſimiarum ſuarum ſectione Galenus, quas etiam differre penè tantum putabat in digitis, ac poplitis flexu, ab humani corporis organis à quibus plurimis alijs partibus differunt, minus hanc partem abſoluit; Quam deinceps ætate noſtra primò Veſalius Belga auguſto labore, mox Fallopius, deniq; Hierony. Fabritius ab Aquapendente ad ſummum fermè apicem euexere. Qui ſanè ſuo tempore, ac quaſi continenter habendi erunt præ manibus, inprimis Hieronymi Fabritij labores, qui Veſalium, & alios omnes ſuperauit. B

Anatome.

Chirurgia.

Ex hoc errore Anatomes factum eſt, vt neque Galeni lectio ſufficiat informandis ſtudioſis Medicinæ in ijs, quæ pertinent ad tumores præter naturam, ad vulnera, ad vlcera, ad luxationes, ad fracturas, & ad reliqua, quæ Chirurgi manum expoſcunt. Sed & hæc cum plurimi tractauerint, tum certè Hieronymus Fabritius, & Hieronymus Capiuacceus, atq; Ambroſius Paræus accuratiſſimè docuerunt.

Et Hieronymi quidem Fabritij Methodus extat Chirurgica à Francofurtenſibus eo inſcio euulgata, quæ ſanè quamuis ille vberiorem, ac pleniorem, vt apud ſe habet, voluiſſet) ſummum continet ad eam facultatem conſequendam, momentum, ac fructum. C

Quin & ijdem Francofurtenſes quam Capiuaccei Methodum, ſiue Artem (vt ille vocauit) curatiuam reliquit, eo demortuo emiſerunt in lucem: Quę Methodus certè vtiliſſima cenſetur, cui adiunctæ ſunt, Methodus Anatomica: Acroaſeis de Virulentia Gallica, ſiue lue Venerea: Conſilia item de recta Cauteriorum adminiſtratione, & Enterocele ab eodem Capiuacceo, & à Collegio ſimul Patauino, alijsq. Medicis conſcripta.

Quod verò pertinet ad Ambroſium Paræum, ſtudioſi Medicinæ, ac Chirurgiæ ſciant, eius qui Galliarum Regis primarius, ſicuti & Vrbis Pariſienſis Chirurgus fuit, Opera Chirurgica vtiliſſima edita fuiſſe, primò quidem Gallicè, deinde recognita, & Latinitate donata Francofurti ad Mænum anno milleſimo quingenteſimo nonageſimo quarto: Sed Latino volumini deeſt liber ille de curationibus à ſe adhibitis, qui Gallico adſunt. D

De vſu autem Thermarum, nemo (opinor) vberius, aut magis ad rem totam indicandam ſcripſit, quam Andreas Baccius Elpidianus, qui & ſuum librum Sixto Quinto Pont. Maximo dicauit.

Loca pugnantia Galeni.

Reſtant loca pugnantia in Galeno, de quibus etſi plerique ſcripſerunt, vnus tamen Franciſci Valleſij libellus de locis apud Galenum manifeſtè pugnantibus erit perlegendus; qui eiuſdem Valleſij libro Controuerſiarum Medicarum, & Philoſophicarū fuit additus tertia editione Francofurti anno Domini 1590. Vt mittam, quæ Nicolaus Rorarius Medicus Vtinenſis ſecunda ſua editione emiſit de cōciliatione Hippocratis, Celſi, Galeni, Aetij, Aeginetæ, Auicennę. E

Pietas in Galeno deſiderata.

Iam verò Ethnici quoque in Galeno pietatem deſiderarunt, quaſi immortalitatē animæ negante, ipſamque animam nil aliud quàm temperationem corporis eſſe, innuente. Nemeſius enim Platonicus libro de natura humana, confutat iſtam, quæ videbatur eſſe Galeni, ſententiam: Veruntamen Galenus non tam ex temperatione corporis id collegit, quàm ex defectu fidei, veræque Philoſophiæ. Quo enim libro egit, Quòd animi mores temperationem, ſeu conſtitutionem corporis ſequuntur, mortalem inquit animam corporis eſſe temperiem, cordis quidem temperiem iracundam animam, iecinoris autem temperiem deſideratricem. Has verò duas animę par-

A tes,ſeu potius ſpecies iracundam,& alumnam per hominis mortem interire fatentur Plato,& Galenus, ſicuti eodem in libro capite tertio ſcripſit. At certè de anima rationali quid ſenſerit,ibidem Galenus ipſe ſic inquit. *Inter has autem animæ ſpecies, parteſque,rationalem eſſe temperaturam Plato ſibi perſuaſiſſe viſus eſt, ego verò ſit ne,an non ſit, quid aduerſus ipſum obijciam non reperio.* Quibus verbis ſi rationalem animam exiſtimaſſet eſſe corporis (vtaiunt) temperaturam,haud eſſet veritus eam aduerſus Platonem appellare mortalem,cum omnis temperies interitui ſit obnoxia. præterquam quod ſi temperationem corporis eam ſtatuiſſet,cur pluribus in locis ſaſſus eſſet, ſe animæ ſubſtantiam ignorare? quando iam temperiei natura, & ſubſtantia fuiſſet illi perſpecta? At in libri citati capite tertio, & libri de formatione fœtuum capite vltimo, & libri de vſu partium capite octauo,libri de vtilitate Reſpirationis capite quinB to ſuam ignorantiam confitetur.

Quā tamē ab eo auertere conati ſunt viri,qui plus ex interiori pietate,qua ipſi erāt imbuti,quam aliundè argumenta ducebant. Id certum eſt,vt & Plinium,diximus,relicto vniuerſi Opifice, nimis effecta contemplatum, iis effectis honorem detuliſſe, quē Deo debebatur: ſic Galenum ex viſibilibus, non ad inuiſibilem, qua decebat, fide ſe euexiſſe; ſed ab inuiſibili, quo non putabat præcipitio,ſe demiſiſſe ad viſibilia,vt quæcumque denique ſub oculorum aſpectum non caderent,ea ſaltem dubitaret una cum corporis interitu euaneſcere. At homini eo magis hæc crimini danda ſunt, quem non latebat Chriſtianę Religionis fama, & Martyrum conſtantia, quæ toto orbe percrebuerat. Quin etiam iſtius conſtantiæ Chriſtianorum ipſemet fecit mentionem libro tertio de pulſuum differentijs, cum ſcribit: *Citius autem Moyſis aſſeclæ, & Chriſti C ſua deſerant dogmata, quam qui Sectis addicti ſunt tum Medici, tum Philoſophi.* Quibus ſanè verbis ſe quoq; ipſum deſignare potuit aberrantem à ſcopo, & in errorem alios auctoritate ſua trahentem.

Alter Galeni error. *Cap. XV.*

DEum verò,& Naturam alibi diſtinguit; ac quæ Natura facere nequit,materiæ aut defectu, aut ineptitudine, hæc eadem inquit Deum neque aggredi, ac ne poſſe quidem efficere. Qui ſenſus medius eſt inter Moyſis fidem, & placitum Epicuri. Nam ille (quod veriſſimum eſt) Deum ſimpliciter omnia poſſe, ac facere diſertiſſimè teſtatus eſt: Epicurus autem oſcitantem fecit Deum,& ſapientio-D rem quidem,at non Natura potentiorem. Ergò quicquid Galenus interdum in hac veritatis inſcitia, ne dicam profunda impietatis infantia, balbutiebat, explodendus eſt,& ſemita eſt agnoſcenda eius,qui neque fallit,nec fallitur,qui nobis myſteria non minus facto,quam uerbo reuelauit,in ſinu Patris exiſtens,& naturæ totius, ac materiæ omnis Creator,illa,vt organo,quotieſcunque vult,vtens;hanc informans,quacunque placeat forma; miracula uerò edens ſuprà,contraque omnem naturam,ab artificibus,qui ſine materia nequeunt agere quidquam,tanto diſtans interuallo,quanto ab impotente diſtat omnipotens: excelſior uidelicet cælis, & captu omnium mentium humanarum,& Angelicarum,quas è nihilo condidit. Et libros igitur Galeni verſantium ſic præmuniēdi initio ſunt animi,vt Deum ſciant intercidere flammas ignis,qua litateſque ipſas,& ipſas,quæ uidentur eſſe elementorum,naturas,quandocunq; uult, E unico nutu ſecernere. Quæ uoluntas (ut inquit Auguſtinus) eſt ipſiſſima omnium cauſſa. Nempè igni inſitum eſt,ut ardeat,& luceat: Veruntamen uolente Deo nō ardebat pueris in fornacem ab Nabuchodonoſore coniectis; neque in Inferno impijs lucet: quoniam ita Deo placet Omnipotenti. Ecclypſim quoque præter naturæ ordinem,Filio patiente,effecit,ne homines inde naturę adſcriberent Diuinitatem, ſed altius eſſe ualidiuſque naturâ,proprium in CHRISTO Domino Vniuerſi agnoſceretur: Quam ob cauſſam excitati mortui, & deſperatis reſtituta ualetudo, ac potius impedimentis,quam remedijs abacti morbi cæcitatis, Deum nobis manifeſtarunt, non fratrem,aut ſocium,ſed Dominum eſſe Naturæ. *Auguſt lib. 1. cont. Manich.*

A

Tertius error Galeni. *Cap. XVI.*

DEnique quod Galenus lib. 2. de diff. pulſ. Moyſis, ac Domini noſtri IESV ſcholas repudiet, ſeu nulla roboratas demonſtratione, pleniſſimum temeritatis eſt, atque blaſphemiæ. Refellerunt autem iſta æquales eius temporis

Lib. 1. Bibl. Selecta. Viri Sancti, quique poſtea ſecuti ſunt Patres, quod alibi interdum monſtrauimus. Et verò modus quo introducta eſt in Orbem Chriſtiana doctrina, probatam hanc eſſe diuinitus declarauit aptiſſimè. Domino enim cooperante, & ſermonem pauciſſimorū pauperum indoctorum, inermium, nil carni, nil ambitioni, nil diuitijs dantium, admirabiliter confirmante, ſuperatus eſt Mundus, & inde colla ſubdidere iugo CHRISTI, qui videbantur potentiſſimi, ſapientiſſimi, eminentiſsimi, ipſaſque in voluptatum delicias penitus immerſi. Cuius argumenti vim maximam, vt indicarunt Iuſtinus Martyr, Chryſoſtomus, Auguſtinus, Damaſcenus, & alij plurimi, ſic Apoſtolus in- B

1. Cor. 1. telligi à Corinthijs voluit, cum diuina illa verba pronunciauit: *Videte* (inquit) *fratres vocationem veſtram, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles, ſed quæ ſtulta ſunt Mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia Mundi, & contemptibilia elegit Deus, & ea, quæ non ſunt, vt ea, quæ ſunt deſtrueret.* At & (vt ſecundo libro huius Bibliothecæ Selectæ copioſè oſtendimus, nunc autem in ſtudioſorum Medicinæ gratiam ſummatim dicendum eſt) conſtantia Martyrum, qui innumerabiles omnis ordinis, ſexus, & ætatis homines, Deo placendi cupidiſſimi, &

Chriſtianæ fidei præſtantia. vitæ ſanctitate conſpicui, ualidiſſimum argumentum fuit ad eamdem CHRISTI doctrinam comprobandam: quandoquidem Dei prouidentia, & bonitas, & eiuſdem erga hominum genus multis modis teſtata charitas, id certiſsimum reddunt. Acceſsit admirabilis quædam mutatio animi eorum, qui CHRISTI Domini doctrinam complectuntur, & colunt, ſingulari videlicet animi robore concepto, quo peccata grauiſsima omnia contra legem naturæ vitanda eſſe intellexerunt. *Erunt mihi* (inquit C

Malach. 3. Deus per Malachiam) *in die, quam ego facio in peculium, & parcam eis, ſicut parcit vir filio ſuo ſeruienti ſibi. Et conuertimini, & videbitis, quid ſit inter iuſtum, & impium, inter ſeruientem Deo, & non ſeruientem ei.* Sic ab hac ipſa animi mutatione duxere argu-

1. Pet. 4. mentum Petrus, & Paulus. Ille cum ſcripſit. *Sufficit præteritum tempus ad voluntatem gentium conſummandam his, qui ambulauerunt in luxurijs, deſiderijs, vinolentiis, commeſſationibus, potationibus, & illicitis idolorum cultibus. In quo* (inquit) *admirantur non*

Epheſ. 5. *concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confuſionem.* Paulus autem, *Eratis enim* (ait) *aliquando tenebræ, nunc autem lux in Domino: vt filii lucis ambulate, fructus enim lucis eſt in omni bonitate, & iuſtitia, & veritate.* Nil autem hic dico de miraculis, de conuerſione Mundi hoc ipſo ſeculo, de ueritate impleta prophetiarum, quæ tanquam argumenta validiſsima, & ex Diuinæ ſapientiæ penu deprompta protulerunt quotquot D

Vide Michaelis Medinæ opus de recta in Deum fide. iſtos Galeni, & ſimilium errores euicerunt. Vtinam autem, qui Medicinæ ſtudijs ſe ſe addicturi ſunt, iſta percipiant, futuri ſic medendis corporibus, & animis non nomine tantum, ſed re excellentiſsimi.

Ceterum Comes Montanus Vicentinus, librum edidit de morbis ex Galeni ſententia libris quinque, qui Venetijs editi ſunt anno 1591. apud Ioannem Guerilium ad ſignum Saluatoris.

Hic ut accuratè tractat quæ ad rationem medendi pertinet, ſic duabus Præfationibus, qui operi ſuo præfixit, altera Galenum laudat, altera uindicat ab ijs, quæ Galeno Fernelius, & Argenterius Galeno in ſuis præfationibus, & illi obiecerunt. E

Ariſtoteles, Theophraſtus, Plinius, Aetius, Promotus, Neapolius, Democritus, Cornelius Celſus, Arabes, & alii quidam; quo loco ſint habendi. *Cap. XVII.*

ID Primò ſciendum, qui morbos, cauſſas, ſymptomata, ſigna, rationem curandi, facultatem Medicamentorum ſcriptis mandarunt, eos rectè cenſeri inter Auctores, qui uerè Artem tradiderunt: Nam qui uiam cum ratione non ſequuntur, magis

A hiſtoriam ſcribunt, quam Artem conſtituant. Quam ob rem ſi Plinium in ijs, quæ de Animalibus, ac de ſtirpibus, cum Ariſtotele de Animalibus, ac Theophraſto cum Stirpibus conferas, illum perſequi hiſtoriam, & ordinem; quem ſibi præfixit, tenere; hoſce autem Methodum adhibere, qui ſingularum rerum genera perſcribentes, eadē è ſuis fontibus hauriunt. Sanè & Oribaſius, Paulus, Aetius, Alexander Trallianus; quamuis Magno in pretio habeantur, ſi quis acutius in eos inſpiciat, inter hiſtoricos Medicinæ ſcriptores magis, quam inter peritos artifices numerabit.

De Aelio Promoto, Neapolio, & Democrito, ita ſentiendum eſt, ſunt Medici, ſūt Empirici, ſunt ineruditi: Democritus eſt nouiſſimus, Promotus vetuſtiſſimus, Neapolius eſt iunior.

Democritus habet Bolum Armenium, & Zizipha, quorum nominum nemo ante
B Galenum meminit. Habet hydrargyrum, quo nomine nemo ante Dioſcoridem vſus eſt. Chamoſacten ait ſpeciem eſſe Hellebori, quod nemo ex veteribus. Pœoniam Epilepticorum collo ſuſpendit, quod ante Galenum nemo. Inſtituit curationem Lichenum, quem morbum nō ante Claudij Cęſaris ętatem Europam inuaſiſſe teſtatur Plinius lib. 26. cap. 1. ad hæc κιχώριον inquit ὅπερ ἴντυβον ῥωμαῖοι καλοῦσι quamquā mendosè ſcriptum ſit, θρύμβιον pro ἴντυβον; At Democriti ipſius priſci tēpore Romanorum vix dum in notitiam venerant, demū habet, μαρύλια, τίφαρα, & συμάχιον.

Neapolius in curatione Elephantiaſis meminit cuiuſdam Porphyrogeniti, quod nomen poſt Conſtantini Magni tempora primum cępiſſe conſtat.

Aelius Promotus antiquus quidem eſt ſcriptor, non tamen Oſtanis illius Magi diſcipulus, quem Plinius lib. 30. cap. 1. teſtatur fuiſſe in exercitu Xerſis in Græciam traij
C cientis. Nam cum Promotus prolixam inſtituat curationem τῶν ὑδροφόβων, certum eſt, eum poſt tempora Pompei Magni vixiſſe, ſi Plutarcho fides habenda ſit, qui Hydrophobiam tempore Pompei primum innotuiſſe memorat. Ad hæc citat Promotus Aſticanum, quem, etiam, ait vixiſſe tempore Antigoni Regis. Eſt autem Africanus vnus ex Veterinarijs Græcis. Habetur quoq; mentio Africani in Geoponicis. Antigonus verò eſt, cui defuncto Alexandro Magno, Aſiæ Regnum obtigit. Præterea meminit Promotus Citrij, quod vocabulum eſſe nouū oſtendit Athenæus, lib. 3. ſuſpicor aūt auctorem libelli περὶ ἰοβόλων καὶ δηλητηρίων φαρμάκων fuiſſe non Aeliū Promotum, ſed Aeſchrium Empiricum, quem Galenus lib. 11. de ſimplicibus medicamentis, cap. de Can ris, vocat Medicorum peritiſſimum ſenem, & præceptorem ſuū, ad quod credendum adducor, quod videam Promotum exhibere in morſu canis rapi
D di puluerem Cancrorum fluuiatilium, & foris tale prorſus vulneri emplaſtrum imponere, quale Galenus loco citato Aeſchrio adſcribit. Ceterum hic ipſe Promoti tractatus eadem ferè continet quæ liber tertiusdecimus Aetij, adeo vt ex hoc non pauca in illo poſſint emendari.

In Cornelio Celſo nō Medicina, ſed ſtylus eſt ſpectādus, sūma in illo eſt breuitas, facilitas mira, uerborū delectus, numerus, ac ſiquid aliud dici poteſt, quod germanam Latinitatē ſapiat. Quin quod ex Hippocrate quædam feliciſſimè Latina reddidit. Veruntamen qui nullam profeſſus eſt Sectam, non Empiricam, non Methodicā, non Rationalem, omnes ſimul confudit, ac diuerſa multorum Auctorum præcepta ſine vlla ratione collegit, vt Rhetorem, aut florum conciunatorem iure dixeris, non Medicū: Huic verò anno vigeſimo ſeptimo huius ſeculi à Io. Baptiſta Egnatio, dictionibus
E Græcis reſtitutis emendato additum eſt Q. Sereni Poœma de Medicina nō inelegās, neque inutile ijs, qui facilè, ac iucundè, res, & dictiones Medicas memoriæ commendare incipiunt. Sic autem incipit.

Phœbe ſalutiferum quod pangimus aſſere carmen:

Vbi autem inuocationem abſoluit, ſic exorditur.

Balſama ſi geminis inſtillans auribus addas.
Tum poteris alacrem capitis reparare dolorem.

Inter Arabes fert primas Auicenna, qui item poſt Galenū reliquis eſt anteponendus. Eius ordo merito laudatur, quo ſenſim à ſimpliciſſimis aſcendit ad maximè cōpoſita, quamuis ad inuentionem ſit aptior ordo reſolutionis, qui à compoſitis, uidelicet Auicenna.

cet notioribus nobis, ad ſimplicia tanquam magis latentia deſcendit. Ac tamen is ipſe Auicenna cum conſtanter viam ſuam inſiſtat, rerum genera exponens, in ijs tamen explicandis hiſtoriam magis texit, quàm ſtatuat artem: ſingillatim enim potius enarrat præcepta, quæ particulis coniungentibus connectit, quàm ut ea eliciens è certis fundamentis comprobet. Quod certè Galenus effecit. Plurimum autem intereſt (aiebat Ariſtoteles) hæc ne poſt hæc; an per hæc. A

Poſt. Ariſt.

Sed ad Medicos Arabas quod ſpectat, legent deinceps ſuo tempore Studioſi Auctores, qui vel aduerſus eos, vel pro ijs ſcripſere, Inter quos extant, qui Lugduni ſunt editi anno 1534. apud Sebaſtianum Gryphium, in Opere ita prænotato.

Noue, quæ tum dicebatur, Academiæ Florentinæ Opuſcula aduerſus Auicennam, & Medicos neotericos, qui Galeni diſciplina neglecta, barbaros colunt. Ea uerò hęc ſunt. B

Dialogus qui Barbaromaſtix, ſeu Medicus dicitur.

Petri Francisci Pauli Medici Galenici aduerſus Auicennam de venæ ſectione Tractatus.

Leonardi Giachini aduerſus Meſuem, & vulgares medicos omnes Tractatus.

Scripſit autem aduerſus hanc Academiam Galfredus Condiaceus Apologiam, quę adiuncta Cribrationi Medicamentorum Symphoriani Campegij, vnà prodijt Lugduni eodem Typographo, & anno, quo Academiæ Opuſcula ſunt euulgata.

Ceterum quę huc pertinere poſſe alia quædam viderentur, ea dicentur vbi de Methodo medendi mox erit agendum.

De Cornelio Gemma Medico eiuſque tribus libris de arte Cyclognomica. Cap. XVIII.

C

PRodierunt autem ex officina Chriſtophori Plantini, anno milleſimo Quingenteſimo ſexageſimo nono, Cornelij Gemmæ Louanienſis, Medicinæ Profeſſoris, de arte Cyclognomica tomi, ideſt, libri tres, Doctrinam ordinum vniuerſam (his enim verbis operis huius materiam breui exponit) vnaque Philoſophiam Hippocratis, Platonis, Galeni, & Ariſtotelis, in vnius communiſſimæ ac circularis methodi ſpeciem referentes, quæ per animorum triplices orbes, ad ſphæræ cæleſtis ſimilitudinem fabricatos, non Medicinæ tantum arcana pandit myſteria, ſed & inueniendis conſtituendiſque artibus ac ſcientijs ceteris uiam compendiariam patefacere pollicetur.

Nouum igitur ordinem atque ideam uir iſte concepit, vt quemadmodum Deus ſenſibilem mundum mundo interiori, vel animæ rationali congruentem propter Analogiæ ſpeciem dicauit; ſic ille artem iſtam ſuam unicam uno ſuffultam ſtabili cētro pro tribus ordinibus rerum, trium circulorum ſpecies continentem (quo virtus animę, naturæque reducitur) vni Monarchæ conſecrater. D

Dion. Areop.

Permouit hominem ad hunc concipiendum ordinem, quod Dionyſius Areopagita de Eccleſiaſtica Hierarchia ſcriptum reliquit in hæc uerba. *Quod vti interioris animæ ſunt quædam corporea notæ, rerumque sēſibus occultarum foris paſsim apparet ſenſibile ſimulachrum; ita caleſtem illam Hierarchiam non ſolum hac mundi viſibilis machina, ſed & homines ſinguli, atque vna ex multis conflata Reſpublica repræſentet.* Ita igitur, inquit, æternam Chriſti Eccleſiam terrenis oculis longè lateque ſemotam refert in terris alter diuinus exercitus, partem corpoream trahens, quæ tamen cum priore illa ſic coaleſcit, vt non minus quam anima cum humano corpore unam conſtituit humani ſpeciem animalis, ſic quoque hęc pręſens in terris cum illa ſuperna, minuſque conſpicua intra vnitatis unius & indiuiduę rationem ſit comprehenſa. Quemadmodum rurſus idem Dionyſius in cælis Angelorum conſtituit ordines nouem, qui iterum in ternarium redeunt, & hinc in vnitatem. Ita hunc cœtum (ait) eſſe in terris longè pulcherrimum; cuius caput incorporeum Deus; ſpirituale magis ſummus Pontifex; uti corporeum Rex; quo cœtu nemo ad Regis æterni ſimulachrum propius venit. Diducti patent hinc ordines trini in tres particulares alios diſtributi. Habitant verò hanc regionem (ut uerbis, inquit, Hippocratis utar) & artes & uirtutes omnis generis, Angeli, E

A geli, & dæmones, ſenatus,conſilia,polus quoque maximus ſtellis inſignioribus coronatus. Vt iuxta diſtributionem Philonis lib. de Gigantibus,primus ordo ſit ſummi illius Concilij pars ſublimior, ſacræ religionis antiſtites comprehendens,tanquam in vniuerſo Angelicæ claſſes,tanquàm in humana fabrica caput,in anima diuinæ mentis particula. Succedit iſti ſublimis alter nobilium cœtus,ducum,comitum, aliorumq; virorum principum mirabilis fulgor, armis, conſilijs Rempub. Chriſtianm iuuans; qualis heroum ordo inter exercitus vniuerſi,cordis in humano corpore,uitalis animæ vis, aut ſpiritus inter illius ceteras poteſtates. Poſtremus ordo diuinus quoque, quamuis pro loci & rerum partium particularium multiplici vultu, maiorem in multitudinem effundatur,Ciuitates,Reges,& Cõſules habet,Duces, & Senatores,quorũ ea ad ceteros comparatio eſt, & locus in vniuerſo,qui & angelis bonis in illo circuitu Philo lib. de Gigantibus.

B animarum,in corporibus hepati; inter animæ uires atque ſpirituum, potentiæ naturali. Sunt rurſus in ſingulis,vt per naturæ reliquam ditionem,gradus inferni,medij, ſupremi: ſed horum omnium una quædam conſenſio,vna uirtus,& pulchritudo ad ſalutem mundi. Hæc, inquam, ille.

Præter hæc, & alia pleraque,adiecit ad finem operis appendicem, qua continetur epilogus, artiſque Cyclognomicæ ſumma complexio; quam qui perleget, intelliget; tum quid hoc opere molitum ſit viri eius ingenium; tum,quàm multiformis ſit Dei ſapientia; cuius veſtigia qui venantur, tam multi ſint, qui tam multis itineribus incedant.

Cum itaque Cornelius Gemma opus hoc de doctrina ordinum digeſſiſſet, fatetur denique ſecutum ſe paſſim ſeriem tumultuariam, multaque ſub fine tradidiſſe, quæ

C præmiſiſſe ſatius fuerat principij loco: plura quoque vel ómiſiſſe,vel obſcuriora iuſtò ſæpius inculcaſſe, vt fert ipſarum partium affinitas ſumma, rerumq; tractandarũ difficultas vix ullis rationum limitibus circumſcripta; vtque fert demum prima quæque inuentio; de qua non dubitat,quin ſibi vſuueniat,quod ſolet,vt vſus, ætas, ratio ſemper aliquid apportent noui, ſintque vulgato prouerbio, δεύτεραι φροντίδες σοφώτεραι hoc eſt, ſecundæ cogitationes ſapientiores.

Hæc cum ita ſint, vix aliquis vſum huius operis aſſequi poterit,qui diu atque accuratè ſenſum auctoris non pręceperit animo, ac verò particularem exercitationem nõ adhibuerit, quæ forſitan vires & vitam exhaurient, priuſquam in rem conferatur. Et ipſe quidem ad finem tertij ſui libri promittit, ſeſe de particularibus exercitamentis, deq. ſubſumptionis forma vberius locuturum proximo tomo, (quem non vidi) Secundæ cogitationes ſapientiores.

D qui,inquit, iuxta analiticam ſeriem ad præcedentium illuſtrationem doctrinę methodicę, velut auctarium tradet; unaq; pauciſſimis totius Philoſophię,Logicę,Phyſicę, ac Metaphyſicę ſeminaria complectetur.

Quod ſupereſt,lectorem monitum velim, vt, etſi ingenijs ſublimioribus hic liber cibum ſuppeditare varium poteſt, pręſertim autem in ijs,quę de methodo agit primi libri capite primo,nec verò quidquam in eo contineri, quod Sanctę Romanę Eccleſię fidei,aut Reipub.aduerſetur,teſtatus ſit Sebaſtianus Baer Delphius Colleg. Eccleſię Sanctę Marię Antuerpienſis Plebanus,qui tum pręerat cudendis ea in Ciuitate libris; ea tamen circumſpectione legendus eſt,ne quid ſenſim irrepat, quo animus auertatur ab ea,quę firma pietatis in nobis debet eſſe poſſeſſio. Sebaſt. Baer.

Placent etenim multa,quibus diuinum cultum,morumque compoſitionem extol-

E lit, rerumque ſub oculos cadentium, & adeo vniuerſi aſpectabilis huius mundi ſpeciẽ proponit ad excitandam mentis aciem ad ea quę ſunt inuiſibilia: at nolim quiſquam tribuat Imperiorum ac Regnorum conuerſiones ſyderum motibus,aut eccentricitati; quod quidem ille videtur innuere capite octauo prioris libri. Placet item quod atheorum impiam ratiocinationem ex euentibus rerum,atq; ex his prouidentiam diuinam negantium, explodat. Cum enim (inquit) tantam viderent rerum humanarum inconſtantiam,vt cuncta cunctis ferè in uita promiſcuè obuenirent, iccirco nunc Deos cum homine tanquã pila ludere, nunc ſortes omniũ ceu iactu teſſerę pendere ſunt arbitrati: immò de Dijs poſtremo, Deumque prouidentia cœptum eſt dubitari. Nam ſi à caſu eueniãt ſingula,prouidentiã tollas oportet:ſin prouidentiã ſtatuas,eidẽ ſ: pe &

iniuſtitiam copulabis, niſi omiſſis diſputationibus, mentem captiuam Fidei reddas, & A
in vnius paſſim conſenſus antiquiſſimi inuiolabili auctoritate perſiſtas: alioqui, certè
in Epicuri opinionem ſublatis primis principijs transferemur, perluſtratoque rerum
circuitu, & mundum conceſſum diſputationibus noſtris, & vanos cum ſapiente di-
cemus omnes conatus hominum, etiam in ſapientia mundi vaniſſimam vanitatem.
Hæc ille.

Verum enimuero, nemini Chriſtiano ita loquendum eſt, vt Deorum (cum Dei
debuiſſet dicere) prouidentiam vocet, ſicut ille facit; plus Ethnicæ antiquæ Latinita-
ti ſtudens, quàm quod re ipſa falli videatur.

Interim noluiſſem ab eo talem æſtimari Eraſmum Roterodamum, vt magnum il-
lum, quaſi honoris gratia, nominaret: id quod facit præſertim libro ſecundo, verſus
octaui capitis finem. B

Methodus conſulendi, ſiue (vt aiunt) colegiandi. Cap. XVIIII.

Conſulendi, ſeu conſultandi Methodus, quamuis percipi poſſit ex ijs, quæ de
Medici officio diſſeruerunt Hippocrates, Galenus, Auicenna, quinque ho-
rum fuerè interpretes; à nemine ante hoc ſeculum (quod ſciam) ita proprio
libro fuerat tractata, qualis omninò deſiderabatur. Ioannes igitur Argenterius ſcri-
ptum de conſultandi ſiue (vt vulgus vocat) de collegiandi ratione in lucem edidit;
quem Franciſcus Valleſius (quoniam inquit ei ſuus non denegandus eſt honor) ci-
tat, quamquàm poſtea non defuere, qui illius Animaduerſiones in Hippocratem, &
Georgius Bertinus cõtra Argenterium.
Galenum confutauerint. Poſt illum verò, vel è cathedra cum publicè Medicinam C
profiterentur, vel ex ſcripto, vel typis, vel praxi ipſa idem ſcribendi genus alij aggreſ-
ſi ſunt. Ac (vt modo loquar de publicis Academiæ Patauinæ Profeſſoribus, cum
quibus diuturna mihi fuit conſuetudo) ad meas quidem manus peruenerat non edi-
ta, ſed quæ pietatem, eruditionem, atque iudicium ſpirat, Nicolai Curtij Methodus
conſultandi, quæ aſſeruata fuit ex doctis alijs eiuſdem ſcriptis, quæ ſupina aliorum
negligentia interierant. Quam, ne periret, & verò Medicis ea iunioribus vſui eſſet,
inſerui in Bibliothecæ meæ Selectæ prima Romana Editione. Præter Curtium Hie-
ronymus Mercurialis alteri tomo Reſponſorum, & conſultationum addidit colle-
giandi rationem, quæ primò Venetijs prodijt ex Iolitorum officina anno 1589. Re-
liqua huc ſpectantia cerni poſſunt in libris Horatij Eugenij, atque in duabus Metho-
dis de legitima conſultationum inſtituendarum ratione, & indicationum doctrina, D
quæ nouiſſimè ex prelis Francofurtenſibus prodiere ab Aemilio Campolongo, & Al
berto Bottono uiris in re medica inſignibus.

Sed Hieronymi Capiuaccei Methodum ſuis Auditoribus dictatam, tamquam Vi-
ri iudicij acerrimi, expedit huc, (paucioribus tamen neque omninò ſuis uerbis, ſed
ſenſu) adtexere: quæ fuit huiuſmodi.

Facti hiſtoria proponatur non mutila, non confuſa, non ſuperflua, quæ neque ab
alijs ſit iteranda, ni fuerit aliquid neceſſarium omiſſum.

Qui adſunt conſilio ſupponant, quæ à primò, uel primis ſint dicta.

Mox agatur de aeris qualitate, in quo uerſatur ægrotus: diuerſa enim ratione pro-
grediendum in aere calido, aut frigido. Quò item referendum eſt, quod ad uarias anni
conſtitutiones, aut adeo ad regiones diuerſas pertinet. E

Deinde ueniatur ad res ſecundum naturam, & quænam ſint proponantur: præterea
ad res contra naturam, in quibus nil aliud fit quam conſiderare receſſum patientis
à ſtatu ſecundum naturam; Quod dum facimus, neminem latere debet quiſnam
fuerit eius ſtatus ſecundum naturam. In ſtatu autem ſecundum naturam conſide-
rare poſſumus temperamentum & totius, & partium habitum, corporis ætatem, vete
rem cõſuetudinem, ac cui rei eſt addictus, deniq; vel difficilem, vel facilẽ tolerantiam
patiẽtis, cauſa tum morborum, tum auxiliorum. Veruntamen quamuis hęc ſint pro-
ponenda; non tamen in omnibus, ſiue in quolibet patiente, nec in quacunq; conſulta
tione ſemper eodẽ modo põderanda ſunt, at diuerſa ratione de his dicẽdũ. Quę enim

ſecundum

A ſecundum naturam dicuntur, ea, vel ſunt manifeſta, vel occulta: ſi manifeſta, ſupponantur vt manifeſta, ne tempus teratur; Signa autem proponantur planius, & plenius, ſiue nota, ſiue occulta. Atqui in rebus naturalibus explicandis cauenda eſt nimia diligentia, quam plerique adhibent proponendis temperamentis totius, & partium. In Febribus uerò quæ totum hominem occupant, inquirendum, quænam ſit totius corporis temperatura in morbo occupante: At ſecus in ijs, quæ totum non occupant hominem: Præterea laborandum in cognoſcendo ſtatu naturali partis laborantis, ſiue principalis, ſiue non principalis, vt in catharro è capite fluente, & capite quidem per eſſentiam affecto omni cum diligentia laborandum, vt noſcatur ſtatus cerebri naturalis: ſi verò teſtes inficiantur, pariter noſcendus ſtatus naturalis teſtium: ac denique inquirenda ſunt accuratè, quæ huc pertinent.

B Ceterum quoniam interdum rerum naturalium, dum conſultationes habentur, hiſtoria recitatur ex ſcripto, interdum autem ex relatu patientis; tunc ſi ex relatu ipſo videmus patientem, dum aliquid eſt ignotum, per ſigna eſt manifeſtandum: Quod ſi non aderit patiens, & verò hiſtoria extet ſcripto, quoniam non ſemper integra ſcribitur, indaganda ſunt ex propoſitis, quę deſiderantur. Verbi gratia. In catharro non ſcribit Medicus quænam ſit diſpoſitio patientis, quæ temperies naturalis cerebri, & tamen in ſcripto aſſerit patientem antequam in morbum laberetur, habuiſſe ſomnos diuturnos, ac profundos, caput item excrementitium, ac proinde per os expuitiones copioſas, & nullius ſaporis: Tunc igitur patebit patientem habuiſſe caput frigidũ, & humidum. Quibus propoſitis quærendum, quonam modo ægrotus ſit redditus diſſimilis ſibi ipſi, in quonam ſimilitudo conſiſtat, an verò cum antea non affligere-
C tur à rebus præter naturam, iam, modo dum patitur, à rebus præter naturam uexetur.

At quoniam res pręter naturam ſunt vel ſymptomata, vel morbi, vel cauſę, tunc ex traditis in hiſtoria colligendum, quænam ſymptomata, ſeu morbi ſint; Quod ſi morbi fuerint propoſiti in hiſtoria, mox uidendum quę nam ſint cauſæ, in quibus proponendis duplex ordo poteſt adhiberi. Alter, vt ſi, qui primo loco eſt locutus, ſit ordinatè progreſſus, is qui ſecundo loco dicturus eſt, alio vtatur ordine, ne ea, quæ à primo dicta ſunt, repetere videatur. Alter eſt, dum progredimur à ſymptomatibus in morbos, & alius dum à morbis in ſymptomata. Quoniam autem hoc nõ ſufficit, ſed multò maioris momenti eſt ita circa hæc progredi, vt nec ſuperflui, nec diminuti ſimus, & ideo noſcendum quænam, & quot capita ſint proponenda. Nempè natura, & ſymptomatis, & morbi, & ſedis affectæ, vel ſymptomatis, vel morbi. Dico
D vel ſymptomatis, vel morbi, nam pars poteſt duobus affici morbis, nimirum per conſenſum, & per eſſentiam. Si per conſenſum, locus poteſt eſſe vel ſymptomatis tantum, vel morbi. Quod ſi pars ſit affecta etiam morbo, neceſſe erit confiteri partem illam per eſſentiam eſſe affectam, nec alio modo progrediendum eſſe in curatione.

Pręterea dum ad ſymptomata accedimus, ea transferenda ſunt in rem pręter naturã, in quam mediatè infertur: immediatè & ſolet, & poteſt referri in morbum, vt dicit Galenus libro de differentijs ſymptomatum capite ultimo. Et hoc quidem dicimus, vt ſemper oſtendi poſſit legitimus receſſus à naturali ſtatu, quoniam fieri poteſt, vt referatur in ſymptomata, & tandem in morbum, v.g. læſa functio immediatè procedit à morbo, læſam verò functionem ſequuntur excreta immutata. Dum igitur ad
E morbum accedimus, dicendum quiſnam ſit ille morbus, neque enim ſiſtendum eſt in generalibus, cum in conſultationibus ratio habenda ſit morbi: cuius ideo dicendum quiſnam ſit affectus, & ſi is ſit affectus in temperie, calida ne an frigida: Qui autem immorantur in differentijs morborum enarrandis, vt inde efficiant non eſſe ephimeram, neque hecticam, ergo putridam, annus eſt, antequam quæ dicunt, abſolnant. Ad immediata itaque ſemper veniendum. Porrò ſi manifeſtus ſit morbus, nulla probatio ne opus eſt: ſin minus, ex ſignis cõprobandum, ac monſtrandum talem eſſe morbum. Quod ſi is, qui primo eſt locutus, apertè rem enunciauit, id iam eſt ſupponendum tanquam manifeſtum. At ſi deceptus ſit, accuratè (ſed amanter eius ſententia improbanda, ſuus vt ueritati ſit locus: idque ex ſignis, ut facilius corruat illa ſententia.

Præterea referẽdus eſt morbus in ſuas cauſas, primò in externas, deinde in internas, pri- A
mò in proximas, ſecundo in remotas. Ac cauſę quęrendę à patiente non ſolum natiuę, ſed adſcititiæ, deinceps primariæ, mox adiuuantes, nihil item ſine quibus effectus pro- duci nequeunt, v.g. ſi fiat eriſipillas, conſiderandę cauſę quę per ſe, quę per accidens concurrant. Num aeris frigiditas prohibens defluxionem ſit cauſa per accidens calefactionis, num calidior aer ſit cauſa calefactionis per ſe, primaria cauſa bilis cõfluens; cauſa verò adiuuans ſit bilis tenuitas, cauſa ſine qua non, meatuum amplitudo. Quod ſi pars eriſipellate affecta imbecilla fuerit, à principio generationis eſt cauſa natiua; ſin minus adſcititia. Qua in re non diuidendæ ſunt cauſę in colloquijs, neque ars proponẽda, ſed artificium applicandum propoſito.

Hæc vbi erunt acta, verſandum adhuc circa res præter naturam, atque monſtrandũ quonam tempore ſint affectus, de quibus quęritur: Conſiderandum item num in prin- B
cipio ſint, an alio tempore; Quod ſi patet, ſupponendum eſt, vt manifeſtum; ſin minus, è ſignis probandum eſt. Denique res omnes præter naturam affligentes ægrotum, de quibus conſulitur, comparandę ſunt inuicem, quæ cum ſint cauſæ morbi, ſymptoma perpendendum eſt, & quid ex his rationem vrgentis habeat. Tum ex traditis declarandum; quodnam habeat rationem cauſæ efficientis, vel conſeruantis; quodnã rationem affectus; quodnam vel producatur, vel conſeruetur; ac tandem quodnam habeat rationem cauſę ſine qua non; de qua dicendum eſt antea.

Iam verò propoſuimus cauſas ſine quibus non producitur affectus, vt modo agendum ſit id, ſine quo non poteſt aliquid præter naturam remoueri. Mox deſcendendum ad indicanda iuuantia, atque adeò ad differentias circa inuentionem iuuantium, ſed & tunc diſquirendum an liceat conferentia, & iuuantia inuenire, vel per indica-
tiones, vel per obſeruationes, vel per Analogiſmos. Sanè verò damnandi ſunt, qui C
per ſolas indicationes ſemper progrediuntur: namque interdum locum habet indicatio, interdum obſeruatio, interdum Analogiſmus, interdum omnibus utimur, interdum uno ſolo pro diuerſitate rerum præter naturam: qua de re Medici agunt in cura putridarum in generali.

Iam his abſolutis antequam ad remedia veniatur, prognoſticum faciendum eſt, pręſertim poſt indicationes. At de prognoſtico quidem eſt loquendum, dum ſermo habetur de patiente, qui non ſit illico moriturus. Quod quidem dixerim, quoniam ſi quis proximè moriturus ſit, non eſt tempus terendum in inuentione iuuantium, ſed prognoſticum faciendum. At ſi mors non adeò eſt propinqua, ſatis eſt, vt primò inueniantur iuuantia, v.g. ſi prius apparuerunt indicationes, tum prædicendum eſt, nũ poſſint abſolui nec ne, in quo ex altera parte perpendendę ſunt res pręter naturã, D
& ex altera vis rerum naturalium, longitudo item, & breuitas futuri ſtatus morbi; è quib. patet aditus ad prognoſtica. Denique cum morbus curationem admittit, deſcendendum eſt vltimo ad materias pręſidiorum, ſed antequam fiat ſermo vel de Chirurgia, vel de Pharmacia, vel de diæta, ne qua contingat confuſio, optimum eſt ſi repetatur, cui nam primò occurrendum, cui ſecundò, & cui tertiò, & deinceps. Quę ſi ignorentur, fruſtra adhibebitur curatio. At ubi innotuit quodnam habeat rationem cauſæ ſiue efficientis, ſiue conſeruantis, quodnam item effectus; quodque tandem cauſę ſine qua non; facili negocio licebit aſſerere, eſſe primò occurrendum vrgenti, dummodo vrgeat, de quo uidendus Galenus 7. methodi 22. cui eſt prius occurrendum, quod habet rationem cauſę, ſine qua non. Ac cum illa multiplicia ſint, illi occurren- E
dum eſt quod habet rationem efficientis, quibus explicatis, deſcendendum ad proponenda remedia, ſiue de Chirurgia, ſiue Pharmacia, ſiue Diæta, in quibus omnibus ordinatè, ac diſtinctè progrediendum, cauendum autem ab eo, quod imperiti quidem facere ſolent, qui dum de Chirurgia, Pharmacia, & Diæta conſulunt, de his agunt ita confuſè, vt & quod dixerint, ignorent, deinde loquentes de Chirurgia, miſcent aliquid de Pharmacia, atque adeo ad Chirurgiam redeuntes, ſubdunt aliquid de Diæta, neglecto ordine.

A *Methodus interrogandi ægrotes.* *Cap. XX.*

AT quoniam conſultandi methodus pendet è notitia eorum, quæ acciderunt
ægroto, hæc autem nequeunt innoteſcere, niſi rectè interrogetur, ideo & de
methodo illum interrogandi præſtat hæc pauca adijcere: Cum igitur con-
ſtet ipſum eſſe Medicum qui dogmaticus ſit, hunc aũt eſſe qui per indicationes ea, quę
conferunt, uenetur, ſiquidem tanta vis eſt indicationum, vt conferentia inueniantur,
quod citra obſeruationes, & citra analogiſmos fieri nequit, denique etiam hoc ſit tam
quam fundamentũm, vnde iuuantia à noxijs ſecernantur; profecto ei, qui optimus ve
lit eſſe Medicus, laborandum eſt, vt noxia rectè intelligat, percepturus mox facillimè
iuuantia, & remedia adhibiturus. Itaque ægrotum primò roget, quænam ſint, qui-
B bus afficitur, & quando ea cęperint illum uexare, quod niſi ipſe dicere poſſit, dicant
aſtantes; ſic enim & Galenus monet primò de locis affectis. Quæ uerò patent, ac
ſunt præſentia, omittantur. Eò verò prima tendat interrogatio, vt noſcantur res ſe-
cundum naturam, ex quibus in notitiam earum, quæ ſunt præter naturam deueniri
poſſit. Qui ſanè ordo & iuuabit ægrotum, & efficiet, vt Medicum admiretur, quod
eius morbum prænouerit, quare & in curatione libentius ei obtemperabit, ac ſanita-
tem Deo iuuante conſequetur. Verbi gratia. Aegrotus inquit ſe multum expuere,
idque nullius eſſe ſaporis, is igitur tum interrogandus eſt, num altè, diuque dormiat,
nam ex ipſa pituita copioſa hoc conijcitur, quæ indicat cerebrum frigidum, & humi-
dum eſſe: deinde progrediendum ad actiones, quæ cum ſint in capite, propriæ ſunt ip
ſius, nempè animales, deinde item perquirendæ naturales functiones, quæ extant in
C omni uiuentis corporis parte, nimirũ quonam modo circa actiones animales, & prin-
cipales, & non principales, ſiue cognitiuas, ſiue motiuas ſe habeat, idq; ea ratione eſt
ante interrogandum, vt noſcatur quonam modo ſe habuerit patiens, antequam labe
retur in morbum, quæruntur enim res ſecundum naturam, & temperamentum capi-
tis. Quæ ubi abſoluta fuerit interrogatio, ueniendum ad actiones naturales, ad diffe-
rentiam animalium quæ in capite ſunt. Quæ quidem actiones naturales ad differen
tiam animalium quando non ita patent, ex ijs functionibus eſt intelligendum, quæ
eas conſequuntur, ſunt autem exeuntia, ſunt qualitates, ſeu affectiones. Exeuntia
ſunt & oris, & natium, & reliquarum partium, de quibus interrogandus ægrotus. Qua
litates ſunt, calor, & reliqua ſeu corporis, ſeu capitis; nam & è vario capitis dolore,
& magnitudine uenarum uenitur in notitiam ſtatus naturalis capitis. Inde quæren-
D dum, quonam modo ſe habuerit ægrotus ante morbum penes uentriculum, quis nam
fuerit appetitus cibi, & potus quę celebrata ſit coctio cibi: Quæ noſcuntur etiam ex
exeuntibus mutatis, quę per aluum deſcendunt; interdum item ex ijs, quę per os e-
xeunt. Tunc interrogandus ęgrotus, an ſolitus ſit pati nauſeam, uomitum, flatus &
per os, & per infernas partes prorumpentes, è quibus intelligitur, bona ne fuerit ven
triculi temperatura, necne; mox de iecore videndum, bona ne fiat ſignificatio, è qua
noſcitur temperies, & conformatio iecoris, ac ſtatus naturalis ipſius. Quę item de-
prehenduntur ex exeuntibus, & ex affectionibus non ex actione, quia naturalis eſt nõ
animalis; excrementa verò ſunt melancholia, & excrementitia bilis, quę ſunt duo ex-
crementa ſanguificationis, quę fit in iecore. Pręterea adeſt lotium, quod quamuis ſit
excrementum uenarum, & arteriarum, nihilominus tamen nequit iecoris ſtatum in-
E dicare. Quam ob rem diligenter ęgroti interrogãdi ſunt, num excrementa ſint bilio
ſa. Vbi enim gignitur bilis copia, qualis à iecore calido, exeuntia maximè citrina
ſunt & colorata. Ac dum uiget excrementum melancholicum, non rarò per uenas he-
morrhoidales melancholicus ſanguis erumpit. Quod ſi noſcatur ex alijs iecur eſſe
calidius, non interrogandum eſt de lotio, ſed dicendum, antequam ipſi ęgroti di-
cant, lotium fuiſſe coloratum, vel ſubflaui coloris. Mox quærendum ab iiſdem de ſta-
tu renum, & veſicæ eodem modo, nam bene ſe habent hæ partes, cum ſine dolore
emittitur lotium.

His quęſitis, ad Vitales functiones eſt ueniendum, nimirum ad eas, quę in corde,
atque eas quę extra cor eduntur. Mox tangendus pulſus, in quo cum poſſit eſſe

deceptio, (nam cum æger ęgrotat, pulſus non eſt ſecundum naturam) prudens Medicus animaduertet, quænam ſit vis morbi, quo tunc corripitur ægrotus, & quam mutationem poſſit efficere, & ita functionem indicabit propter pulſum in ſtatu naturali. E.g. laborabit aliquis febrè quotidiana, cui frequens ſit pulſus, & uelox, quisque illi febri non reſpondet: dicendum igitur hanc velocitatem indicare, & frequentem, & velocem fuiſſe pulſum tempore ſanitatis; Quod profectò Medici prudentiores ſpectant, qui noſcere velint, quæ ſit actio cordis, ac quænam ſit vis animalis. Nec verò quærendum, num ægrotus ſit timidus, nec ne. Ecquis eſt enim, qui fortem ſe eſſe neget? At cum noſcitur ex pulſu eſſe cor calidum, ęgrotus item noſcetur audax, & fortis. A

Hęc vbi acta fuerint, quærendæ erunt res præter naturam, & omittenda interrogatio omnium exeuntium, ne tædio ęgrotis, & aſtantibus ſit Medicus, qui tamen ex ijs intelliget, quænam ſit pars affecta, v.g. ſi læſum ſit caput, interrogandus ęgrotus, quęnam ſecuta mutatio à ſtatu naturali penes functiones capitis, penes exeuntia, penes qualitates mutatas, & alia id genus. Quamobrem ſi quis malè habet in capite, nō eſt interrogandus de alijs corporis partibus; niſi forte aliqua ſit ſuſpicio, ſymptoma capitis non prodire ex capitis, ſed ex aliarum partium morbo, quæ per conſenſum afficiunt caput: Quod cum per conſenſum afficitur, facile è traditis ab ægroto, noſcetur mutatio, quæ ventriculo acciderit. At quod de Ventriculo dictum eſt, de reliquis quoque dicendum eſt. B

Methodus Medicamenta componendi. Cap. XXI.

AT Methodum medicamenta componendi ex ſimplicibus iudicio ſummo delectis, & arte certa paratis, quattuor libris diſtributam, Iacobus Syluius Medicus Gallus præter alios ſcripſit; quam edidit Gulielmus Rouillius ante quinquaginta propemodum annos, quamuis poſtea ſæpius è prælis aliorum Typographorum prodierit. Et Methodum quidem hanc ille ſic confecit, vt Medicamenta ſumeret. G

Plantis, & harum partibus ſimilaribus, & diſſimilaribus. { Radice, Surculis, Corticibus; Floribus, Folijs, Succis; Stipite, Fructibus, Liquoribus; Ramis, Seminibus, Reſinis Gummis.

Animalibus totis. { Vulpe, Limacibus, Oſtreis; Hirundine, Cicadis, Buccinis; Motacilla, Cantharidibus, Purpuris; Galerita, Cancris, Lumbricis, Tinea. D

E Partibus animalium. { Organicis, vt Capite Mænidum, Hepate Lupi, Teſtibus Fibri, Renibus Stincorum, Corpore toto Viperę, excepta cauda, & capite, pelle, interaneis. Similaribus, vt Pinguedine, Adipe, Cerebro Leporis Medulla, Oſſe, Dente, Coagulo, Lacte, & eius partibus, Sanguine, Tunica interna ventriculi, Vnguibus Caprarum, Aſinorum, Cornu Cerui, Vnicornis, Glutino Tauri, Senecta Serpentis.

Animalium Excrementis. { Stercore, Canum, Bubulo; Felle, Luporum, Caprino; Vrina, Puerorum, Columbino; Sorde, Pilis, Sudore, Saliua, Lana ſuccida. E

Ceu excrementis, vt Ouis, Cera, Lacte.

Terreis corporibus. { Marinis, vt Salibus & eius partibus, Adarce, Spongia, Alcyonio, Nitro, Aſphalto. Terra multiplici. Lapidibus, vt Pumice, Iaſpide, Iudaico, Smaragdo, Pyrite, Saphiro, Gagate, Hæmatite. Metallicis, vt Salibus, Nitris foſſitijs, Auripigmento, Sandracha, Sulphure, Cadmia, Litargyro, Chalciti, Auro, Argento, &c. & horum partibus.

A Ex quibus omnibus ecquis Medicinæ aut Doctor, aut Studioſus, non incendetur ad Hymnos laudum Diuinę bonitati ex animo concinendos, cum quæcumque condita ſunt, ad vſum hominis creata videat; & quidem ita condita, vt creſcant, viuant, intereant, diſſecentur, pinſantur, torreantur, & quaſi ſuo Domino immolentur in dies: vt tandem aliquando tarda noſtra hæc mens excitetur ad ſeipſam in eius tradendam obſequium, in cuius gloriam immenſa charitate creati, & redempti in hac beneficiorum omnium Academia excoli debemus, & erudiri? *Pietas quomodo hinc tueatur.*

Methodus medendi vnde. Cap. XXII.

B AT Methodum medendi Humani corporis morbis Galenus quidem doctè, ac ſapienter nobis reliquit libris quattuordecim, quos de ipſa medendi Methodo inſcripſit. Verum quoniam hoc ſeculum deſiderabat faciliorem, ac magis vberem, idcirco Donatus Antonius ab Altomari, iuſtum hac de re volumen, magno Studentium commodo conſcripſit. Viderat enim veriſſimum eſſe id, quod non vno in loco apud Galenum habemus, vniuerſalem methodum, quæ verſatur circa vniuerſalia quædam theoremata, bonum haud efficere poſſe Artificem abſque multa in particularibus exercitatione. Quamobrem egit qua ratione quiſque valeret affectã ſedem omnem, ac quemuis præter naturam affectum, eiuſque cauſſam dignoſcere: His autem cognitis, quidnam eſſet prænoſcendum, ac prædicendum, & demum ſi affectus is ſit curabilis, ſanandus iuxta Hippocratis, & Galeni monimenta potiſſimum. Quippe quæ ad dignotionem, curationem, & prognoſtica ſint percommoda. At eiuſ-
C dem Donati Antonij ab Altomari Methodus cum digna perlectu ſit, nec facile ponęda de manibus, ſic eius Opera antea ſparſa, collecta tandem in vnum, & recognita, & aucta ab Auctore Gullielmus Rouillius anno huius ſeculi ſexageſimo quinto Lugduni euulgauit in Gallia.

Donatus Anton. ab Altomari. *Galen. 2. lib. de locis affec. cap. 9.* *Lib 9. Metho. med. cap. 6.* *Lib. 9. c. 3. de Hippo et Platonis Decretis.*

Sed & cum plerique alij optimi Medici de Methodo medendi egerunt, crediderim poſſe initio ſufficere tam eos de quib. diximus, quam noſce ſingulares aliquos, qui poſtremo hac de re egerunt.

Extat Georgius Bertinus Campanus, qui libris viginti methodicè Medicinam abſoluit, in qua præter multa, quæ huc pertinent, Grecorum etiam, & Arabum conſenſum; legitimam item aduerſus Paracelſiſtas Defenſionem; veramque Animaduerſionum Argenterij in Hippocratem, & Galenum Confutationem: & locorum diffici-
D lium explicationem; atque accuratam hoc ſeculo nouarum rerum Obſeruationem pollicetur. *Baſileæ 1587.*

Quin & poſt Bertinum Ludouic. Tramenus ex Perotijs, Tridentinus, edidit anno 1589. ex officina Dauidis Sertorij, Inſtolſtadij, Commentarium de vera, & perfecta medendi methodo iuxta Peripateticorum doctrinam.

Iam Hieronymi Mercurialis duos habemus Tomos Reſponſorum, & Conſultationum, in quibus medendi methodus, qua vbere cum fructu Vir ille inſignis eſt vſus, cernitur.

At qui legerit Franciſci Valleſij tres libros de Methodo medendi, pauca in hoc genere habebit quę deſideret.

Interim legant Studioſi per breuem ſummam, quam ex Io. Fernelij viri præſtan-
E tiſſimi Methodo medendi, decerpſimus, quam vberiorem in eo deinceps ſunt magno ſui bono viſuri.

Summa Io. Fernelij Methodi medendi. Cap. XXIII.

MEdici munus eſt, cito, tuto, & iucundè remedia conferre, interdum vt adiutor, interdum, vt opifex primarius, vt cum luxatos artus reponit, & vulneris diſiuncta labra adducit. Habet enim ars inſtinctum, quo caret natura. Medicinæ autem finis eſt ſanatio, quæ in morbis leuibus fit à natura, In periculoſis & grauibus vt plurimum ab arte; eſt autem curatio recta, & conueniens teme- *Cap. 1.*

diorum

diorum vſurpatio, quæ tripliciter conſiderantur, hoc eſt Genus remedij, Quantitas, A
& vtendi ratio.

Cap. 2. Morbus omnis contrario profligatur, quod contrarium aliud eſt poſitiuum, vt fri-
gidum & calidum, aliud priuatiuum, vt plenum & inane; & reducuntur ad tria gene-
ra; ad Medicamentum, Chirurgiam, & Diætam. Rara igitur conſtansq; manet cu-
randi lex per contraria, & ſi quidam contrarium velint, dum morbos ſimilibus cura-
ri dicimus, quæ licet morbo ſimilia ſint, eius tamen cauſæ primariò aduerſantur, ut
uomitus curat uomitum, materiam morbificam è medio tollendo. Vnde quot morbo
rum tot remediorum genera ſunt conſtituenda: illa autem modo in intemperie ſim-
plici, modo in mixta, conſiſtunt, & quilibet habet ſuum è diametro contrarium.

Cap. 3. Simplex affectus, ſimplici remedio, compoſitus compoſito repellendus: ſi autem
obſcurior morbi ſpecies nondum tibi penitus cognita, perſpectaque eſt, huic ne pro- B
peres remedia adhibere, ſed rem totam naturę committito ſi quid fortè experiri coge
ris, leue id, eſto ne fiat in re ancipiti iactura grauis.

Cap. 4. Cauſa omnis priuſquam affectus methodo recta excludi & ſummoueri debet, in
connexis uerò affectionibus ab ea curationis ducetur exordium, quæ ortu prima, inue
ſtigatione uerò poſtrema fuerit inuenta. v. g. ſi quis cerebri diſtillatione uexatur quę
ex immodico excrementorum prouentu ſit orta, nullatenus curabitur niſi prius ex-
crementorum colluuies ſublata fuerit. Connexi uerò affectus omnes eò ſingillatim
extirpentur ordine, quo ſibi ortu ſuccedunt.

Cap. 5. Morbi diſparati, & qui ſedibus ualde diſtant, ut unicuique ſua poſſint remedia, ce-
teris intactis, adhiberi, omnes & ſingillatim poſſunt curari: nec refert cui primũ pro-
pria remedia decernas; Impliciti uerò morbi methodo ſunt curandi, qui ſi familiares C
fuerint poterunt ſimul curari. Si verò contrarij temperaris remedijs, ut in inflam-
matione, ui qua repercutientia reſoluentibus admiſcemus. In ceteris uerò complicatis
affectibus, illud prius eſt faciendum ſine quo perfecta ſanitas haberi nequit.

Cap. 6. In affectuum connexione interdum ab eo auſpicanda eſt curatio, à quo maximè
ęgro periculum impendet. Vrgemur autem ad id faciendum aut eſſentię morbi ma-
gnitudine, aut læſæ functionis præſtantia, quibus uires proſternuntur, & franguntur.
vnde ſi maius periculum propter magnitudinem morbi, quam propter virium pro-
ſtrationem incumbat, illi tanquàm grauiſſimo omni cura eſt incumbendum. Grauiſſi-
mum autem dicere poſſis, vel quod maximè ægrum in vitæ diſcrimen adducit, vel de
quo is grauiſſimè quæritur. Qui tamen methodum in omnibus nimium pertinaciter
exquirit, pariter eum morbo plerumque hominem de medio tollit, ſępe etiam graui D
alicui ſymptomati, quod nimis vires conuellat diligenter eſt ſuccurrendum, morbo e-
tiam interdum pręter miſſo. Et hęc eſt curatio extraordinaria.

Cap. 7. Expugnando morbo paria quodammodo exponenda ſunt remedia, & conſideran-
dum, quantum ęgrotus à naturali ſtatu diſtet, quòd ex morbi magnitudine dignoſce-
tur. In uariorum uerò adminiſtratione, euſque eſt progrediendum, donec in natu-
lem, aut certè in priſtinum gradum ſit receſſus. Id autem modo ſubito, modo ſenſim
eſt faciendum, hoc in morbis leuibus, iuxta Hipp. ſententiam in extremis. Illud in
mediocribus morbis; vniuerſim; etenim aut vacuare, aut alterare eſt naturæ odioſum
ex Hipp. Bifariam autem lentè, paulatimque curationes fieri contingit, uel pari con
trario; uel inferiòre receſſus ordine. In ijs uerò quæ tertij gradus ſunt, non eſt admo-
dum tutus uſus, etiam ſi in modica quantitate, & frequenter adminiſtrentur. Non.n. E
immodicum corporis calorem congruenter, uel Opio, uel Mandragora; uel Hyoſcia-
mo exigua licet portione repetita, extingues, neque exuperantem humorem parua
portione, uel ſcamonij, uel colocynthidis repetita utiliter detrahes: uiribus etiam
imbecillis lenta curatio neceſſaria eſt, cauendum autem ne dum uni mitiori remedio
inſiſtis, illo aſſuefacta natura contemnat remedium, unde per uaria & multa eua-
gari licet.

Cap. 8. Remedij quantitas non ſolum ex morbi magnitudine, ſed etiam ex partis conditio
ne eſt ſumenda, in qua conſiderari debent conformatio, poſitus prętantia, & ſenſus.
In conformatione conſideranda eſt raritas, & denſitas, In ſitu ſi ſint uicina ori, uel

non:

A non: In præſtantia an vel ſint principalia, an toti corpori inſeruientia; in ſenſu, num is hebes ſit, an acutus. Denſitas expoſcit remedia validiora quam raritas, ſi procul diſtent ab ore fortiora, quia medicamentum ad illa refractum pertingit, omnia item præſtantia membra requirunt remedia mitiora, quam ignobilia. Et qui ſenſu ſunt acri acria renuunt medicamenta. Sciendum eſt autem fieri non poſſe, vt arte quis ad ſimilem, aut meliorem ſtatum redeat, in quo ante morbum erat conſtitutus. *Cap. 9.*

Remediorum alia euacuant, alia duntaxat immutant, & affectum depellunt. Remedia quæ ſolum immutant, ſiue exterius, ſiue interius addantur, ſunt parti affectæ proximæ adhibenda. Perſpecta igitur oportet ſit Anatome, vnde ad caput purgandum optima via eſt quæ per nares, os, & occiput fit. Pectoralia optimè per euaporationem. Hepati, Ventriculo, & Renibus per ea, quæ per os ſumuntur ſuccurritur. Va-
B cuatio autem triplex eſt, prima eſt eorum quæ citra motum, aut exagitationem peccant, ſecunda eſt reuulſio humoribus in preceps ductis idonea, tertia deriuatio eorum, quæ partim obſident ipſi quodammodo impacta. Reuulſio autem fit etiam venæ ſectione, & purgatione.

Formæ remediorum ſunt duæ; liquida, quæ competit locis diſtantibus, & ſolida, quæ etiam vicina iuuat. Porrò liquida magis aperiunt, laxant, reſoluunt, quàm ſolida. Quod attinet ad tempus id, quod prius eſt curandum, præcedat. Non enim ſchirroſum humorem diſcutere eſt tentandum, antequam is planè attenuatus ſit, & emollitus. In fluxionis initio aſtringentia, In ſtatu digerentia, in declinatione reſoluentia. In febribus quidem initio exuperantis materiæ portio euacuanda, reliqua deinde naturæ imitatione digerenda, & demum per loca congrua propellenda. Sed & vi- *Cap. 10.*
C ctus ratio præſcribenda eſt ex morborum temporibus, nam initio tenuis quodammodo eſt habendus, in incremento tenuior, in ſtatu tenuiſſimus. Breuis morbus tenui victu indiget, longus pleniori. Cauenda acceſſio & acceſſionis inuaſio, dum cibum, & medicamenta offerimus.

Methodus Chriſtianè medicinam adhibendi. Cap. XXIIII.

AT quoniam eruditior omnibus ſcholis eſt Charitas, hæcque excellentior eſt alijs via, & methodus, reſtat hæc, in qua erudiendus omninò is eſt, qui Medicinæ dat operam, eò magis, quòd pietas ad omnia valet, ſpemque habet præſentis, & futuræ vitæ, ac præmium Chriſtus Dominus certiſſimum ſpopondit ijs, qui ægrotos inuiſunt, propterea non ſolū quæ ad Oeconomiam ægrotantis attinent, con-
D ferenda ſunt in rem à Medico, cuiuſmodi ſunt quæ ſecunda, & quarta ſectione libri ſexti de popularibus morbis, ac libello Medico, Hippocrates, & alij tradunt; verum etiam diſpiciendum eſt, ſi cum ea declinauerit, quæ fugienda ſunt, temporis & ægri ſtatus poſtulant, vt vel monſtrato Duce ſalutis ſpirituali, vel alia ratione, quam ſubminiſtrauit ipſa charitas, inſtillare poſſit ægroto ſanitatem animi. Et mirum eſt autem, quantum Chriſtianæ Reipub. commodare queat Medicus, occaſionem ſedulo captans iuuandarum animarum. Nec verò tanti eſſet, ſi cum plura lucrentur Medici, hinc quaſi tributum, & ipſi rependerent Deo, qui ægrotis iam conualeſcentibus libros pro cuiuſque captu pios, militi militares, Politicis politicos (ſed ad pietatem conſcriptos) dono darent aptus ſanitati corporis & animi ſtatuendæ; ne videlicet amplius is peccet, qui ſanus factus eſt; ne (vt inquit Dominus) deterius illi
E contingat.

Porrò non ſolum Medico declinanda ſunt, quæ ij tradunt, qui de officijs agunt, quæ dicuntur caſus conſcientiæ, verum etiam quæ in primis Pontifices Maximi, vel Conſtitutionibus, vel anathemate ſapienter cauetur. Prioris generis, vt alij attigerunt, ſic poſtremo Nauarrus, vigeſimo quinto capite Enchiridij Confeſſariorum, & pœnitentium, numero ſexageſimo, vſque ad quartum ſupra ſexageſimum. Differit enim, quanti momenti ſint, quæ peccant Medici, & Chirurgi Medicæ artis ignoratione, atque abiectione rationalis Methodi, & præceptorum, ex quibus remedia petenda ſunt. Qui item faſcinationes adhibent pro Medicinis, vel morborum cauſſas, & periſtaſes ex approbatis Medicinæ Auctoribus accuratè, ac vigili corde non perpendunt.

Vide Baptiſtam Codronchiū de Chriſtiana & tuta medendi ratione, editus eſt liber Ferrariæ anno 1591.

dunt.

dunt. Qui viſere ægrotos negligunt. Qui primariam animæ ſalutis curam reſpuentes,neque eos hortantur, vt ſacramentali peccatorum confeſſione coram Catholicis Sacerdotibus ſeſe expient; & interdum curationem cum periculo differunt,ſeu denique illos deſerunt: vel animis noxia contra Diuinam legem concedunt,aut conſulũt, vt corpora valetudinem aſſequantur. Præterea, qui moribundum haud in tempore præmonent,& adeo tunc plus ęquo mercedis exprimunt,aut nimia inculcant medicamenta. Qui etiam pauperi,uel diuiti ſolutionem detrectanti, non medentur:aut Medicorum aliorum detrahunt famæ. Quæ ſanè omnia prælegiſſe Medicos,pręſtabit, ac identidem ſuos monuiſſe,in quos huius facultatis methodum deriuant. A

Ceterum Pontifices Maximi Innocentius III. Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII. Conſtitutionibus præceperunt, non ſolum ut Medici inprimis monerent ęgrotos,ut animarum medicos ad ſeſe accerſerent,uerum etiam, ut niſi hoc efficerent,tertiò poſt die deſererentur à Medicis: Quæ niſi hi executioni mandaſſent,præter pœnas in Conſtitutione Innocentij III. contentas, perpetuò eſſent infames,& gradu Medicinę omnino priuarentur, atque eijcerentur à Collegio,ſiue Vniuerſitate Medicorum; pœna etiam pecuniaria,arbitrio Ordinariorum,vbi deliquiſſent, multarentur.qui uerò gradus inſignia ſuſcepturi eſſent,ea ne aſſequerentur, quin prius publico iureiurando ritè coram publico Scriba,& teſtibus id profiterentur: quo de iureiurando etiam in me dendi,aut priuilegio, aut permiſſu,mentio fieret. Huc ſpectant,quæ Paulus IIII. & Pius V. cauerunt,ne quis Iudæorum Medicorum,licet uocarentur, & rogarentur, ad curam Chriſtianorum accederet, uel illis intereſset. Quas Conſtitutiones deinceps Gregorius XIII. eminenti erga gregem ſibi commiſsum pietate roboratas, planius adhuc,& ſuſius expoſuit,& inter alia ad perpetuam memoriam edixit,ut quia ſibi nõ ſine magna animi ſui moleſtia innotuerat, ea quæ Prædeceſsores ſui mandauerant, minimè obſeruati, ſed multos adhuc ex Chriſtianis hominibus eſse, qui dum ſuos corporum languores illicitis medijs, & præcipuè Iudæorum, ac aliorum infidelium opera ſanari cupiunt,ueræ ſalutis animarum ſuarum, & corporis ſimul immemores fiunt,& (quod valde dolendum eſt) in damnationis ęternę maximum ſępè diſcrimen incidunt,Medicis Iudæis,& infidelibus huiuſmodi ad ipſorum curationem uocatis, & adhibitis: vnde fit,ut & Iudæis, ac alijs infidelibus magna detur delinquendi occaſio. Iccirco tam Iudæos, qui aduerſus mandata huiuſmodi Apoſtolica committere audent,quam Chriſtianos, qui illos ad ſe accerſunt, vel medendi licentiam concedũt, & uiam ad delinquendum eiſdem aperiunt, coercere voluiſſe, ac ſupradictas prædeceſſorum noſtrorum Conſtitutiones,Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium approbare, confirmare,& innouare, ac inuiolabiliter obſeruari mãdare,atque ea in perpetuum valitura conſtitutione,eiſdem Conſtitutionibus,& præceptis,pro firmiori illorum obſeruatione addentes, vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſti fidelib. diſtrictè inhibere, & interdicere, ne poſthac Iudæos,vel alios infideles, ad ipſorum Chriſtianorũ ægrotantium,& infirmorum curam vocent,ſeu admittant,aut vocari, admittive faciant, concedant, vel permittant. B C D

Conſiderationes aliæ, & cautiones à Medicis in ſuis cordibus altiſſimè imprimendæ. Cap. XXV.

Atqui ad hæc omnia accedunt dignæ Chriſtianis mentibus conſiderationes, & cautiones,quæ Catholici Medici quantò magis auctoritate valuerint,tãto altius impriment in ſuorum cordibus auditorum. Iam enim Europę magna pars peccatis hominum, ſanitatem non ſolum fidei, verum etiam Medicinę abiecit. Paſſi autem hoc fidei naufragium,non deſiſtunt tamen celebriores adire Catholicorum Academias,vt arte Medicinæ exculti, inſignibus quoque Doctoratus ſuſceptis, profeſſi item falsò Catholicę Religionis iuſiurandum,ad ſuos redeant eo animo, vt opes,nomenque ſibi comparent. Redeuntibus, quanto doctiores facti ſunt à noſtris, tanto aditus his latior patet ad Principes, & ad præcipuos omnis generis homines. Vt verò filij ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis, nihil non attentant, quin per E

medendi

A medendi occaſionem, hæreſes, & Atheiſmum in animos ægrotantium infundant. Hi verò affecti morbis, non ſolum patientes aures adhibent, ſed & arrigunt, atque eum opinione doctrinę, tum neceſſitate ac deſiderio recuperandæ valetudinis, ecquid nō admittunt? Sic igitur fouetur impietas, fitque pererranti contagio via, vt hæretico, aut quouis alio infideli medico nullum præſentius venenum ſit, quo Chriſtiana tabeſcat Eccleſia, & longiſſimè ablegetur. Quamobrem quantopere initio ſudandum ſit Catholicis Medicinæ Tractatoribus, ne ſuis laboribus armentur infectiſſimi Catholicæ Religionis hoſtes, nemo non videt. Ac propterea, pijs, & fidei veritatem tutantibus libris, frequenti autem Catholicorum Concionatorum auditione, vt eoſdem externos alliciant, ſummo opere enitendum eſt Medicis Prælectoribus, ſi ſalui eſſe velint: Ne dicam ſplendidiſſimam coronam adepturos, qui in hoc uigilauerint ſo
B lertiſſimè. Nam ubi inualuit abuſus, ut uel eadem hora, qua Catholica habetur cō cio (diebus etiam Quadrageſimalibus) ipſi Medici publicè prælegant, uel continenter corpora curantes, nihili animorum ſalutem ducant, is ipſe abuſus ſanè tollendus eſt, pro ea cura, quæ eſſe debet in corde uel Magiſtratuum, uel Medicorum antiquiſſima.

Capita alia magni momenti de Chriſtiana, & tota medendi ratione.
Caput XXVI.

QVod autem docti peroptabant, ut aliquis inter præſtantes Medicos de Chriſtiana, & tuta medendi ratione ageret, id à Baptiſta Codronchio Forocome-
C lienſi planè conſecuti; quæ ille hac de re pręcipua capita explicuit, ea nos huc neceſſariò apponimus; ut inde quiſq; & ſuę conſcientiæ, & ſaluti ęgrotorum conſulat. Editus autem liber eſt primo quidem Italicè, deinde Latinè Ferrariæ; quem Hieronymus Mercurialis, uir tantus, præfixa epiſtola maximè commendat. Baptiſta Codronchius Philoſoph⁹, & Medicus Imolenſis.

MEdicum grauiter peccare ſine ſufficienti ſcientia ad medendum ſe exponentē, exceptis caſibus non periculoſis, & dummodo remedia periculoſa non adhibeantur, uel ſcandalum & occaſio alijs non pręſtetur idē agendi.

D Medicus curando, antequam morbum cognoſcat, peccat, nec in quibuſdam morbis ſolos Practicos excipiendos eſſe contra aliquorum opinionem, ex quo horum vitia, & fraudes deteguntur, & in morbo difficilis cognitionis aliquod remediū leue adhiberi poſſe probatur.

Qui medicinæ pręcepta negligit, uel ſtudijs uacare, cum eſt opus, contemnit, experimento ſuo nimis fidens, ac proprio ſenſui nimis tribuens, peccat, & damna præſtare debet.

Medicus valde negligens in ſtudendo, viſitando, morborum ſigna animaduertendo, uel in cō-
E ſulendo cum eſt opus, grauiter peccat, & aliquando ad damna tenetur.

Aegroti abſentes num per nuncios, uel litteras tutò, ac ritè curari poſſint, & quæ remedia ipſis offerenda.

Dubia medicamenta prębens, ut experiatur, uel quæſtus cauſa, aut ne videatur imperitus, graue peccatum admittit, quod modo mortale, modo veniale eſſe poterit.

Aegrotum deſerens non abſoluta curatione peccat, & aliquando reſtitutioni tenetur, & quāuis in quibuſdam caſibus non peccet, tutius tamen eſſe dicitur, ſi uſque ad ultimum interitum, vel completam ſanitatem eum curet.

Deploratis cibos, vel potus morbo aduerſantes non eſſe permittendos, & quodnam medicus hac in re peccatum committat.

Medicum habita medicamentorum ſcientia grauiter peccare, ſi corrupta, ac vetuſta & noxia permittat ægrotis dari, & recentiora ac meliora non eligat. Et Medicos collegij, vel alterius officij, ac dignitatis, in multis alijs peccare, vt plurimum mortaliter, & quando medici priuati medicamenta, vel aromatarias inſpicere teneantur.

Medicus lucri cauſa morbum protrahens, opportuna non adhibens, morbum augens, vel recidiuam faciens, peccat, & ad reſtitutionē tenetur.

Qui medicamentum præſcriptum, & deinde pro non conuenienti cognitum commutare cum graui damno infirmi renuit, peccat, & ſatisfacere tenetur.

Sententiam mutare erubeſcens in diſpoſitionib. ac canonicam curationem ab alio medico aptius propoſitam, in dubiū reuocans, grauiter peccat, & ſatisfacere tenetur.

Medicamentis nec experimento, nec ratione comprobatis non eſſe vtendum, vbi aliqua de medicamentis veterum, ac recentiorum dicuntur.

Peccat medicus ſi medicamento nimis purgante

ægro

iniuſtitiam copulabis, niſi omiſſis diſputationibus, mentem captiuam Fidei reddas, & A
in vnius paſſim conſenſus antiquiſſimi inuiolabili auctoritate perſiſtas: alioqui, certè
in Epicuri opinionem ſublatis primis principijs transferemur, perluſtratoque rerum
circuitu, & mundum conceſſum diſputationibus noſtris, & vanos cum ſapiente di-
cemus omnes conatus hominum, etiam in ſapientia mundi vaniſſimam vanitatem.
Hæc ille.

Verum enimuero, nemini Chriſtiano ita loquendum eſt, vt Deorum (cum Dei
debuiſſet dicere) prouidentiam vocet, ſicut ille facit; plus Ethnicæ antiquæ Latinita-
ti ſtudens, quàm quod re ipſa falli videatur.

Interim noluiſſem ab eo talem æſtimari Eraſmum Roterodamum, vt magnum il-
lum, quaſi honoris gratia, nominaret: id quod facit præſertim libro ſecundo, verſus
octaui capitis finem. B

Methodus conſulendi, ſiue (vt aiunt) colegiandi. Cap. XXIIII.

CONſulendi, ſeu conſultandi Methodus, quamuis percipi poſſit ex ijs, quæ de
Medici officio diſſeruerunt Hippocrates, Galenus, Auicenna, quinque ho-
rum fuerè interpretes; à nemine ante hoc ſeculum (quod ſciam) ita proprio
libro fuerat tractata, qualis omninò deſiderabatur. Ioannes igitur Argenterius ſcri-
ptum de conſultandi ſiue (vt vulgus vocat) de collegiandi ratione in lucem edidit;
quem Franciſcus Valleſius (quoniam inquit ei ſuus non denegandus eſt honor) ci-
tat, quamquàm poſtea non defuere, qui illius Animaduerſiones in Hippocratem, &
Galenum confutauerint. Poſt illum verò, vel è cathedra cum publicè Medicinam C
profiterentur, vel ex ſcripto, vel typis, vel praxi ipſa idem ſcribendi genus alij aggreſ-
ſi ſunt. Ac (vt modo loquar de publicis Academiæ Patauinæ Profeſſoribus, cum
quibus diuturna mihi fuit conſuetudo) ad meas quidem manus peruenerat non edi-
ta, ſed quæ pietatem, eruditionem, atque iudicium ſpirat, Nicolai Curtij Methodus
conſultandi, quæ aſſeruata fuit ex doctis alijs eiuſdem ſcriptis, quæ ſupina aliorum
negligentia interierant. Quam, ne periret, & verò Medicis ea iunioribus vſui eſſet,
inſerui in Bibliothecæ meæ Selectę prima Romana Editione. Præter Curtium Hie-
ronymus Mercurialis alteri tomo Reſponſorum, & conſultationum addidit colle-
giandi rationem, quæ primò Venetijs prodijt ex Iolitorum officina anno 1589. Re-
liqua huc ſpectantia cerni poſſunt in libris Horatij Eugenij, atque in duabus Metho-
dis de legitima conſultationum inſtituendarum ratione, & indicationum doctrina, D
quæ nouiſſimè ex prelis Francofurtenſibus prodiere ab Aemilio Campolongo, & Al
berto Bottono viris in re medica inſignibus.

Sed Hieronymi Capiuaccei Methodum ſuis Auditoribus dictatam, tamquam Vi-
ri iudicij acerrimi, expedit huc, (paucioribus tamen neque omninò ſuis verbis, ſed
ſenſu) adtexere: quæ fuit huiuſmodi.

Facti hiſtoria proponatur non mutila, non confuſa, non ſuperflua, quæ neque ab
alijs ſit iteranda, ni fuerit aliquid neceſſarium omiſſum.

Qui adſunt conſilio ſupponant, quæ à prim..ò, uel primis ſint dicta.

Mox agatur de aeris qualitate, in quo uerſatur ægrotus: diuerſa enim ratione pro-
grediendum in aere calido, aut frigido. Quò item referendum eſt, quod ad uarias anni
conſtitutiones, aut adeo ad regiones diuerſas pertinet. E

Deinde ueniatur ad res ſecundum naturam, & quęnam ſint proponantur: pręterea
ad res contra naturam, in quibus nil aliud ſit quam conſiderare receſſum patientis
à ſtatu ſecundum naturam; Quod dum facimus, neminem latere debet quiſnam
fuerit eius ſtatus ſecundum naturam. In ſtatu autem ſecundum naturam conſide-
rare poſſumus temperamentum & totius, & partium habitum, corporis ætatem, vete
rem cōſuetudinem, ac cui rei eſt addictus, deniq; vel difficilem, vel facilē tolerantiam
patiētis, cauſa tum morborum, tum auxiliorum. Veruntamen quamuis hęc ſint pro-
ponenda; non tamen in omnibus, ſiue in quolibet patiente, nec in quacunq; conſulta
tione ſemper eodē modo pōderanda ſunt, at diuerſa rationę de his dicēdū. Quę enim

ſecundum

A ſecundum naturam dicuntur, ea, vel ſunt manifeſta, vel occulta: ſi manifeſta, ſupponantur vt manifeſta, ne tempus teratur; Signa autem proponantur planius, & plenius, ſiue nota, ſiue occulta. Atqui in rebus naturalibus explicandis cauenda eſt nimia diligentia, quam plerique adhibent proponendis temperamentis totius, & partium. In Febribus uerò quæ totum hominem occupant, inquirendum, quænam ſit totius corporis temperatura in morbo occupante: At ſecus in ijs, quæ totum non occupant hominem. Præterea laborandum in cognoſcendo ſtatu naturali partis laborantis, ſiue principalis, ſiue non principalis, vt in catharro è capite fluente, & capite quidem per eſſentiam affecto omni cum diligentia laborandum, vt noſcatur ſtatus cerebri naturalis: ſi verò teſtes inficiantur, pariter noſcendus ſtatus naturalis teſtium: æ denique inquirenda ſunt accuratè, quæ huc pertinent.

B Ceterum quoniam interdum rerum naturalium, dum conſultationes habentur, hiſtoria recitatur ex ſcripto, interdum autem ex relatu patientis; tunc ſi ex relatu ipſo videmus patientem, dum aliquid eſt ignotum, per ſigna eſt manifeſtandum: Quod ſi non aderit patiens, & verò hiſtoria extet ſcripto, quoniam non ſemper integra ſcribitur, indaganda ſunt ex propoſitis, quę deſiderantur. Verbi gratia. In catharro non ſcribit Medicus quænam ſit diſpoſitio patientis, quæ temperies naturalis cerebri, & tamen in ſcripto aſſerit patientem antequam in morbum laberetur, habuiſſe ſomnos diuturnos, ac profundos, caput item excrementitium, ac proinde per os expuitiones copioſas, & nullius ſaporis: Tunc igitur patebit patientem habuiſſe caput frigidū, & humidum. Quibus propoſitis quærendum, quonam modo ægrotus ſit redditus diſſimilis ſibi ipſi, in quonam ſimilitudo conſiſtat, an verò cum antea non affligere-
C tur à rebus præter naturam, iam, modo dum patitur, à rebus præter naturam uexetur.

At quoniam res pręter naturam ſunt vel ſymptomata, vel morbi, vel cauſę, tunc ex traditis in hiſtoria colligendum, quænam ſymptomata, ſeu morbi ſint; Quod ſi morbi fuerint propoſiti in hiſtoria, mox uidendum quę nam ſint cauſæ, in quibus proponendis duplex ordo poteſt adhiberi: Alter, vt ſi, qui primo loco eſt locutus, ſit ordinatè progreſſus, is qui ſecundo loco dicturus eſt, alio vtatur ordine, nę ea, quæ à primo dicta ſunt, repetere videatur. Alter eſt, dum progredimur à ſymptomatibus in morbos, & alius dum à morbis in ſymptomata. Quoniam autem hoc nō ſufficit, ſed multò maioris momenti eſt ita circa hæc progredi, vt nec ſuperflui, nec diminuti ſimus, & ideo noſcendum quænam, & quot capita ſint proponenda. Nempè natura, & ſymptomatis, & morbi, & ſedis affectæ, vel ſymptomatis, vel morbi. Dico
D vel ſymptomatis, vel morbi, nam pars poteſt duobus affici morbis, nimirum per conſenſum, & per eſſentiam. Si per conſenſum, locus poteſt eſſe vel ſymptomatis tantum, vel morbi. Quod ſi pars ſit affecta etiam morbo, neceſſe erit confiteri partem illam per eſſentiam eſſe affectam, nec alio modo progrediendum eſſe in curatione.

Prętereà dum ad ſymptomata accedimus, ea transferenda ſunt in rem prętęr naturā, in quam mediatè infertur: immediatè & ſolet, & poteſt referri in morbum, vt dicit Galenus libro de differentijs ſymptomatum capite ultimo. Et hoc quidem dicimus, vt ſemper oſtendi poſſit legitimus receſſus à naturali ſtatu, quoniam fieri poteſt, vt referatur in ſymptomata, & tandem in morbum, v.g. læſa functio immediatè procedit à morbo, læſam verò functionem ſequuntur excuntia immutata. Dum igitur ad
E morbum accedimus, dicendum quiſnam ſit ille morbus, neque enim ſiſtendum eſt in generalibus, cum in conſultationibus ratio habenda ſit morbi: cuius ideo dicendum quiſnam ſit affectus, & ſi is ſit affectus in temperie, calida ne an frigida: Qui autem immorantur in differentijs morborum enarrandis, vt inde efficiant non eſſe ephimeram, neque hecticam, ergo putridam, annus eſt, antequam quæ dicunt, abſoluant. Ad immediata itaque ſemper veniendum. Porrò ſi manifeſtus ſit morbus, nulla probatione opus eſt: ſin minus, ex ſignis cōprobandum, ac monſtrandum talem eſſe morbum. Quod ſi is, qui primo eſt locutus, apertè rem enunciauit, id iam eſt ſupponendum tanquam manifeſtum. At ſi deceptus ſit, accuratè (ſed amanter eius ſententia improbanda, ſuus vt ueritati ſit locus: idque ex ſignis, ut facilius corruat illa ſententia.

Prętereà referendus eſt morbus in ſuas cauſas, primò in externas, deinde in internas, pri A
mò in proximas, ſecundo in remotas. Ac cauſę quęrendę à patiente non ſolum natiuę,
ſed adſciticiæ; deinceps primarię, mox adiuuantes, nimirum ſine quibus effectus pro-
duci nequeunt, v.g. ſi fiat eriſipillas, conſiderandę cauſę quę per ſe, quę per accidens
concurrant; Num aeris frigiditas prohibens defluxionem ſit cauſa per accidens cale-
factionis; num calidior aer ſit cauſa calefactionis per ſe, primaria cauſa bilis cōfluens;
cauſa verò adiuuans ſit bilis tenuitas, cauſa ſine qua non, meatuum amplitudo. Quod
ſi pars eriſipellate affecta imbecilla fuerit, à principio generationis eſt cauſa natiua;
ſin minus adſcititia. Quã in re non diuidendæ ſunt cauſę in colloquijs, neque ars pro-
ponenda, ſed artificium applicandum propoſito.

Hæc vbi erunt acta, verſandum adhuc circa res pręter naturam, atque monſtrandū
quonam tempore ſint affectus, de quibus quęritur. Conſiderandum item num in prin B
cipio ſint, an alio tempore; Quod ſi patet, ſupponendum eſt, vt manifeſtum; ſin mi-
nus, è ſignis probandum eſt. Denique res omnes præter naturam affligentes ægro-
tum, de quibus conſulitur, comparandę ſunt inuicem, quæ cum ſint cauſæ morbi, ſym
ptoma perpendendum eſt, ecquid ex his rationem vrgentis habeat. Tum ex traditis
declarandum, quodnam habeat rationem cauſæ efficientis, vel conſeruantis, quodnā
rationem affectus, quodnam vel producatur, vel conſeruetur; ac tandem quodnam
habeat rationem cauſę ſine qua non; de qua dicendum eſt antea.

Iam verò propoſuimus cauſas ſine quibus non producitur affectus, vt modo agen-
dum ſit id, ſine quo non poteſt aliquid præter naturam remoueri. Mox deſcenden-
dum ad indicanda iuuantia, atque adeò ad differentias circa inuentionem iuuantium,
ſed & tunc diſquirendum an liceat conferentia, & iuuantia inuenire; vel per indica-
tiones, vel per obſeruationes, vel per Analogiſmos. Sanè verò damnandi ſunt, qui C
per ſolas indicationes ſemper progrediuntur: namque interdum locum habet indica
tio, interdum obſeruatio, interdum Analogiſmus; interdum omnibus utimur, inter-
dum uno ſolo pro diuerſitate rerum præter naturam: qua de re Medici agunt in cura
putridarum in generali.

Iam his abſolutis antequam ad remedia veniatur, prognoſticum faciendum eſt,
pręſertim poſt indicationes. At de prognoſtico quidem eſt loquendum, dum ſermo
habetur de patiente, qui non ſit illico moriturus. Quod quidem dixerim, quoniam
ſi quis proximè moriturus ſit, non eſt tempus terendum in inuentione iuuantium, ſed
prognoſticum faciendum. At ſi mors non adeò eſt propinqua, ſatis eſt, vt primò
inueniantur iuuantia, v.g. ſi prius apparuerunt indicationes; tum prædicendum eſt,
nū poſſint abſolui nec ne, in quo ex altera parte perpendendę ſunt res pręter naturā, D
& ex altera uis rerum naturalium, longitudo item, & breuitas futuri ſtatus morbi, è
quib. patet aditus ad prognoſtica. Denique cum morbus curationem admittit, deſcen
dendum eſt vltimo ad materias pręſidiorum, ſed antequam fiat ſermo vel de Chirur-
gia, vel de Pharmacia, vel de diæta, ne qua contingat confuſio, optimum eſt ſi repe-
tatur, cui nam primò occurrendum, cui ſecundò, & cui tertiò, & deinceps. Quę ſi
ignorentur, fruſtra adhibebitur curatio. At ubi innotuit quodnam habeat rationem
cauſæ ſiue efficientis, ſiue conſeruantis, quodnam item effectus, quodque tandem cau
ſę ſine qua non; facili negocio licebit aſſerere, eſſe primò occurrendum vrgenti, dum-
modo vrgeat, de quo uidendus Galenus 7. methodi 22. cui eſt prius occurrendum,
quod habet rationem cauſę, ſine qua non. Ac cum illa multiplicia ſint, illi occurren- E
dum eſt quod habet rationem efficientis, quibus explicatis, deſcendendum ad propo
nenda remedia, ſiue de Chirurgia, ſiue Pharmacia, ſiue Diæta, in quibus omnibus or
dinatè, ac diſtinctè progrediendum, cauendum autem ab eo, quod imperiti quidem fa
cere ſolent, qui dum de Chirurgia, Pharmacia, & Diæta conſulunt, de his agunt ita
confusè, vt & quod dixerint, ignorent, deinde loquentes de Chirurgia, miſcent ali-
quid de Pharmacia, atque adeò ad Chirurgiam redeuntes, ſubdunt aliquid de Diæta,
neglecto ordine.

A *Methodus interrogandi ægrotos. Cap. XX.*

AT quoniam conſultandi methodus pendet è notitia eorum, quæ acciderunt ægroto, hæc autem nequeunt innoteſcere, niſi rectè interrogetur, ideo & de methodo illum interrogandi præſtat hæc pauca adijcere: Cum igitur conſtet ipſum eſſe Medicum qui dogmaticus ſit, hunc aũt eſſe qui per indicationes ea, quę conferunt, uenetur, ſiquidem tanta vis eſt indicationum, vt conferentia inueniantur, quod citra obſeruationes, & citra analogiſmos fieri nequit, denique etiam hoc ſit tam quam fundamentum, vnde iuuantia à noxijs ſecernantur; profectò ei, qui optimus vellit eſſe Medicus, laborandum eſt, vt noxia rectè intelligat, percepturus mox facillimè iuuantia, & remedia adhibiturus. Itaque ægrotum primò roget, quænam ſint, qui-
B bus afficitur, & quando ea cęperint illum uexare, quod niſi ipſe dicere poſſit, dicant aſtantes; ſic enim & Galenus monet primò de locis affectis. Quæ uerò patent, ac ſunt præſentia, omittantur. Eò verò prima tendat interrogatio, vt noſcantur res ſecundum naturam, ex quibus in notitiam earum, quæ ſunt præter naturam deueniri poſſit. Qui ſanè ordo & iuuabit ægrotum, & efficiet, vt Medicum admiretur, quod eius morbum prænouerit, quare & in curatione libentius ei obtemperabit, ac ſanitatem Deo iuuante conſequetur. Verbi gratia. Aegrotus inquit ſe multum expuere, idque nullius eſſe ſaporis, is igitur tum interrogandus eſt, num altè, diuque dormiat, nam ex ipſa pituita copioſa hoc conijcitur, quæ indicat cerebrum frigidum, & humidum eſſe: deinde progrediendum ad actiones, quæ cum ſint in capite, propriæ ſunt ipſius, nempè animales, deinde item perquirendæ naturales functiones, quæ extant in
C omni uiuentis corporis parte, nimirũ quonam modo circa actiones animales, & principales, & non principales, ſiue cognitiuas, ſiue motiuas ſe habeat, idq; ea ratione eſt ante interrogandum, vt noſcatur quonam modo ſe habuerit patiens, antequam laberetur in morbum, quæruntur enim res ſecundum naturam, & temperamentum capitis. Quæ ubi abſoluta fuerit interrogatio, ueniendum ad actiones naturales, ad differentiam animalium quando non ita patent, ex ijs functionibus eſt intelligendum, quæ eas conſequuntur, ſunt autem exeuntia, ſunt qualitates, ſeu affectiones. Exeuntia ſunt & oris, & narium, & reliquarum partium, de quibus interrogandus ægrotus. Qualitates ſunt, calor, & reliqua ſeu corporis, ſeu capitis; nam & è vario capitis dolore, & magnitudine uenarum uenitur in notitiam ſtatus naturalis capitis. Inde quærendum, quonam modo ſe habuerit ægrotus ante morbum penes uentriculum, quis nam
D fuerit appetitus cibi, & potus quę celebrata ſit coctio cibi: Quæ noſcuntur etiam ex exeuntibus mutatis, quę per aluum deſcendunt; interdum item ex ijs, quę per os exeunt. Tunc interrogandus ęgrotus, an ſolitus ſit pati nauſeam, uomitum, flatus & per os, & per infernas partes prorumpentes, è quibus intelligitur, bona ne fuerit ventriculi temperatura, necne; mox de iecore videndum, bona ne ſiat ſignificatio, è qua noſcitur temperies, & conformatio iecoris, ac ſtatus naturalis ipſius. Quę item deprehenduntur ex exeuntibus, & ex affectionibus non ex actione, quia naturalis eſt nõ animalis; excrementa verò ſunt melancholia, & excrementitia bilis, quę ſunt duo excrementa ſanguificationis, quę fit in iecore. Prętereà adeſt lotium, quod quamuis ſit excrementum uenarum, & arteriarum, nihilominus tamen nequit iecoris ſtatum in-
E dicare. Quam ob rem diligenter ęgroti interrogãdi ſunt, num excrementa ſint bilioſa. Vbi enim gignitur bilis copia, qualis à iecore calido, exeuntia maximè citrina ſunt & colorata. Ac dum uiget excrementum melancholicum, non rarò per uenas hemorrhoidales melancholicus ſanguis erumpit. Quod ſi noſcatur ex alijs iecur eſſe calidius, non interrogandum eſt de lotio, ſed dicendum, antequam ipſi ęgroti dicant, lotium fuiſſe coloratum, vel ſubflaui coloris. Mox quærendum ab iiſdem de ſtatu renum, & veſicæ eodem modo, nam bene ſe habent hæ partes, cum ſine dolore emittitur lotium.

His quęſitis, ad Vitales functiones eſt ueniendum, nimirum ad eas, quę in corde, atque eas quę extra cor eduntur. Mox tangendus pulſus, in quo cum poſſit eſſe

deceptio, (nam cum æger ęgrotat, pulſus non eſt ſecundum naturam) prudens Medicus animaduertet, quænam ſit vis morbi, quo tunc corripitur ægrotus, & quam mutationem poſſit efficere, & ita functionem indicabit propter pulſum in ſtatu naturali. E.g. laborabit aliquis febrè quotidiana, cui frequens ſit pulſus, & uelox, quique illi febri non reſpondet: dicendum igitur hanc velocitatem indicare, & frequentem, & velocem fuiſſe pulſum tempore ſanitatis; Quod profectò Medici prudentiores ſpectant, qui noſcere velint, quæ ſit actio cordis, ac quænam ſit vis animalis. Nec verò quærendum, num ægrotus ſit timidus, nec ne. Ecquis eſt enim, qui fortem ſe eſſe neget? At cum noſcitur ex pulſu eſſe cor calidum, ęgrotus item noſcetur audax, & fortis. A

Hęc vbi acta fuerint, quærendæ erunt res præter naturam, & omittenda interrogatio omnium exeuntium, ne tædio ęgrotis, & aſtantibus ſit Medicus, qui tamen ex ijs intelliget, quænam ſit pars affecta, v.g. ſi læſum ſit caput, interrogandus ęgrotus, quęnam ſecuta mutatio à ſtatu naturali penes functiones capitis, penes exeuntia, penes qualitates mutatas, & alia id genus. Quamobrem ſi quis malè habet in capite, nō eſt interrogandus de alijs corporis partibus; niſi forte aliqua ſit ſuſpicio, ſymptoma capitis non prodire ex capitis, ſed ex aliarum partium morbo, quæ per conſenſum afficiunt caput: Quod cum per conſenſum afficitur, facile è traditis ab ægroto, noſcetur mutatio, quæ ventriculo acciderit. At quod de Ventriculo dictum eſt, de reliquis quoque dicendum eſt. B

Methodus Medicamenta componendi. *Cap. XXI.*

AT Methodum medicamenta componendi ex ſimplicibus iudicio ſummo delectis, & arte certa paratis, quattuor libris diſtributam, Iacobus Syluius Medicus Gallus præter alios ſcripſit; quam edidit Gulielmus Rouillius ante quinquaginta propemodum annos, quamuis poſtea ſæpius è prælis aliorum Typographorum prodierit. Et Methodum quidem hanc ille ſic confecit, vt Medicamenta ſumeret. G

Plantis, & harum partibus ſimilaribus, & diſſimilaribus.	Radice	Surculis	Corticibus
	Floribus	Folijs	Succis
	Stipite	Fructibus	Liquoribus
	Ramis	Seminibus	Reſinis Gummis.
Animalibus totis.	Vulpe	Limacibus	Oſtreis
	Hirundine	Cicadis	Buccinis
	Motacilla	Cantharidibus	Purpuris
	Galerita	Caocris	Lumbricis, Tinea.

D

E Partibus animalium.
- Organicis, vt Capite Mænidum, Hepate Lupi, Teſtibus Fibri, Renibus Stincorum, Corpore toto Viperę, excepta cauda, & capite, pelle, interaneis.
- Similaribus, vt Pinguedine, Adipe, Cerebro Leporis Medulla, Oſſe, Dente, Coagulo, Lacte, & eius partibus, Saoguine, Tuoica ioteroa ventriculi, Voguibus Caprarum, Aſinorum, Cornu Cerui, Vnicornis, Glutino Tauri, Senecta Serpentis.

Animalium Excrementis.	Stercore	Caoum	Bubulo
	Felle	Luporum	Csprino
	Vrioa	Puerorum	Columbino
	Sorde, Pilis,	Sudore, Saliua,	Lana ſuccida.

E

Ceu excrementis, vt Ouis, Cera, Lacte.

Terreis corporibus.
- Marinis, vt Salibus & eius partibus, Adarce, Spongia, Alcyonio, Nitro, Aſphalto.
- Terra multiplici.
- Lapidibus, vt Pumice, Iaſpide, Iudaico, Smaragdo, Pyrite, Saphiro, Gagate, Hæmatite.
- Metallicis, vt Salibus, Nitris foſſitijs, Auripigmento, Sandracha, Sulphure, Cadmia, Litargyro, Chalciti, Auro, Argento, &c. & horum partibus.

Ex

A Ex quibus omnibus ecquis Medicinæ aut Doctor, aut Studioſus, non incenderetur ad Hymnos laudum Diuinę bonitati ex animo concinendos, cum quæcumque condita ſunt, ad vſum hominis creata videat; & quidem ita condita, vt creſcant, viuant, intereant, diſſecentur, pinſantur, torreantur, & quaſi ſuo Domino immolentur in dies: vt tandem aliquando tarda noſtra hæc mens excitetur ad ſeipſam in eius tradendam obſequium, in cuius gloriam immenſa charitate creati, & redempti in hac beneficiorum omnium Academia excoli debemus, & erudiri? *Pietas quomodo hinc oriatur.*

Methodus medendi vnde. Cap. XXII.

B AT Methodum medendi Humani corporis morbis Galenus quidem doctè, ac ſapienter nobis reliquit libris quattuordecim, quos de ipſa medendi Methodo inſcripſit. Verum quoniam hoc ſeculum deſiderabat faciliorem, ac magis vberem, iccirco Donatus Antonius ab Altomari, iuſtum hac de re volumen, magno Studentium commodo conſcripſit. Viderat enim veriſſimum eſſe id, quod non vno in loco apud Galenum habemus, vniuerſalem methodum, quæ verſatur circa vniuerſalia quædam theoremata, bonum haud efficere poſſe Artificem abſque multa in particularibus exercitatione. Quamobrem egit qua ratione quiſque valeret affectã ſedem omnem, ac quemuis præter naturam affectum, eiusque cauſſam dignoſcere: His autem cognitis, quidnam eſſet prænoſcendum, ac prædicendum, & demum ſi affectus is ſit curabilis, ſanandus iuxta Hippocratis, & Galeni monimenta potiſſimum. *Donatus Anton. ab Altomari. Galen. 2. lib. de locis affec. cap. 9. Lib 9. Metho. med. cap. 6. Lib. 9. c. 2. de Hippo et Platonis Decretis.*

C Quippe quæ ad dignotionem, curationem, & prognoſtica ſint percommoda. At eiuſdem Donati Antonij ab Altomari Methodus cum digna perlectu ſit, nec facile ponéda de manibus, ſic eius Opera antea ſparſa, collecta tandem in vnum, & recognita, & aucta ab Auctore Gullielmus Rouillius anno huius ſeculi ſexageſimo quinto Lugduni euulgauit in Gallia.

Sed & cum plerique alij optimi Medici de Methodo medendi egerunt, crediderim poſſe initio ſufficere tam eos de quib. diximus, quam noſce ſingulares aliquos, qui poſtremo hac de re egerunt.

Extat Georgius Bettinus Campanus, qui libris viginti methodicè Medicinam abſoluit, in qua præter multa, quæ huc pertinent, Gręcorum etiam, & Arabum conſenſum; legitimam item aduerſus Paracelſiſtas Defenſionem; vetamque Animaduerſionum Argenterij in Hippocratem, & Galenum Confutationem: & locorum difficiD lium explicationem; atque accuratam hoc ſeculo nouarum rerum Obſeruationem pollicetur. *Baſileæ 1587.*

Quin & poſt Bertinum Ludouic. Tramenus ex Perotijs, Tridentinus, edidit anno 1589. ex officina Dauidis Sertorij, Inſtolſtadij, Commentarium de vera, & perfecta medendi methodo iuxta Peripateticorum doctrinam.

Iam Hieronymi Mercurialis duos habemus Tomos Reſponſorum, & Conſultationum, in quibus medendi methodus, qua vbere cum fructu Vir ille inſignis eſt vſus, cernitur.

At qui legerit Franciſci Valleſij tres libros de Methodo medendi, pauca in hoc genere habebit quę deſiderer.

E Interim legant Studioſi per breuem ſummam, quam ex Io. Fernelij viri præſtantiſſimi Methodo medendi, decerpſimus, quam vberiorem in eo deinceps ſunt magno ſui bono viſuri.

Summa Io. Fernelij Methodi medendi. Cap. XXIII.

MEdici munus eſt, cito, tuto, & iucundè remedia conferre, interdum vt adiutor, interdum, vt opifex primarius, vt cum luxatos artus reponit, & vulneris diſiuncta labra adducit. Habet enim ars inſtinctum, quo caret natura. Medicinæ autem finis eſt ſanatio, quæ in morbis leuibus fit à natura. In periculoſis & grauibus vt plurimum ab arte; eſt autem curatio recta, & conueniens remediorum *Cap. 1.*

diorum vſurpatio,quæ tripliciter conſiderantur. hoc eſt Genus remedij, Quantitas, A
& vtendi ratio.

Cap. 2. Morbus omnis contrario profligatur,quod contrarium aliud eſt poſitiuum, vt frigidum & calidum,aliud priuatiuum,vt plenum & inane; & reducuntur ad tria genera,ad Medicamentum,Chirurgiam, & Diætam. Rata igitur conſtansq; manet curandi lex per contraria, & ſi quidam contrarium velint,dum morbos ſimilibus curari dicimus, quæ licet morbo ſimilia ſint,eius tamen cauſæ primariò aduerſantur, ut uomitus curat uomitum,materiam morbificam è medio tollendo. Vnde quot morborum tot remediorum genera ſunt conſtituenda: illa autem modo in intemperie ſimplici,modo in mixta, conſiſtunt, & quilibet habet ſuum è diametro contrarium.

Cap. 3. Simplex affectus, ſimplici remedio,compoſitus compoſito repellendus: ſi autem obſcurior morbi ſpecies nondum tibi penitus cognita, perſpectaque eſt,huic ne properes remedia adhibere,ſed tem totam naturę committito ſi quid fortè expetiri cogeris,leue id,eſto ne fiat in re ancipiti iactura grauis. B

Cap. 4. Cauſa omnis priuſquam affectus methodo recta excludi & ſummoueri debet, in connexis uerò affectionibus ab ea curationis ducetur exordium,quæ ortu prima, inueſtigatione uerò poſtrema fuerit inuenta. v. g. ſi quis cerebri diſtillatione uexatur quę ex immodico excrementorum prouentu ſit orta, nullatenus curabitur niſi prius excrementorum colluuies ſublata fuerit. Connexi uerò affectus omnes eò ſingillatim extirpentur ordine,quo ſibi ortu ſuccedunt.

Cap. 5. Morbi diſparati,& qui ſedibus ualde diſtant, ut unicuique ſua poſſint remedia, ceteris intactis,adhiberi, omnes & ſingillatim poſſunt curari:nec refert cui primū propria remedia decernas; Impliciti uerò morbi methodo ſunt curandi,qui ſi familiares C
fuerint poterunt ſimul curari. Si verò contrarij temperatis remedijs, ut in inflammatione,ui qua repercutientia reſoluentibus admiſcemus.In ceteris uerò complicatis affectibus,illud prius eſt faciendum ſine quo perfecta ſanitas haberi nequit.

Cap. 6. In affectuum connexione interdum ab eo auſpicanda eſt curatio, à quo maximè ęgro periculum impendet. Vrgemur autem ad id faciendum aut eſſentię morbi magnitudine, aut læſæ functionis præſtantia, quibus uires proſternuntur,& ſranguntur. vnde ſi maius periculum propter magnitudinem morbi, quam propter virium proſtrationem incumbat,illi tanquàm grauiſſimo omni cura eſt incumbendum. Grauiſſimum autem dicere poſſis,vel quod maximè ægrum in vitæ diſcrimen adducit, vel de quo is grauiſſimè quæritur. Qui tamen methodum in omnibus nimium pertinaciter exquirit,pariter cum morbo plerumque hominem de medio tollit, ſępe etiam graui D
alicui ſymptomati,quod nimis vires conuellat diligenter eſt ſuccurrendum,morbo etiam interdum pętermiſſo. Et hęc eſt curatio extraordinaria.

Cap. 7. Expugnando morbo paria quodammodo exponenda ſunt remedia,& conſiderandum,quantum ęgrotus à naturali ſtatu diſtet,quòd ex morbi magnitudine dignoſcetur. In uariorum uerò adminiſtratione, euſque eſt progrediendum,donec in naturalem,aut certè in priſtinum gradum ſit receſſus. Id autem modo ſubito, modo ſenſim eſt faciendum, hoc in morbis leuibus, iuxta Hipp. ſententiam in extremis. Illud in mediocribus morbis; vniuerſim; etenim aut vacuare,aut alterare eſt naturæ odioſum ex Hipp. Bifariam autem lentè, paulatimque curationes fieri contingit,uel pati contrario,uel inferiore receſſus ordine. In ijs uerò quæ tertij gradus ſunt, non eſt admodum tutus uſus,etiam ſi in modica quantitate,& frequenter adminiſtrentur. Non.n. E
immodicum corporis calorem congruentet,uel Opio,uel Mandragora; uel Hyoſciamo exigua licet portione repetita,extingues, neque exuperantem humorem parua portione,uel ſcamonij, uel colocynthidis repetita utiliter detrahes: uiribus etiam imbecillis lenta curatio neceſſaria eſt, cauendum autem ne dum uni mitiori remedio inſiſtis, illo aſſuefacta natura contemnat remedium, unde per uaria & multa euagari licet.

Cap. 8. Remedij quantitas non ſolum ex morbi magnitudine,ſed etiam ex partis conditione eſt ſumenda, in qua conſiderari debent conformatio,poſitus pręſtantia,& ſenſus. In conformatione conſideranda eſt raritas, & denſitas, In ſitu ſi ſint uicina ori, uel

non;

A non: In præſtantia an vel ſint principalia, an toti corpori inſeruientia; in ſenſu, num is hebes ſit, an acutus. Denſitas expoſcit remedia validiora quam raritas, ſi procul diſtent ab ore fortiora, quia medicamentum ad illa refractum pertingit, omnia item præſtantia membra requirunt remedia mitiora, quam ignobilia. Et qui ſenſu ſunt acri acria tenuunt medicamenta. Sciendum eſt autem fieri non poſſe, vt atte quis ad ſimilem, aut meliorem ſtatum redeat, in quo ante morbum erat conſtitutus. Cap. 9.

Remediorum alia euacuant, alia duntaxat immutant, & affectum depellunt. Remedia quæ ſolum immutant, ſiue exterius, ſiue interius addantur, ſunt parti affectæ proximæ adhibenda. Perſpecta igitur oportet ſit Anatome, vnde ad caput purgandum optima via eſt quæ per nares, os, & occiput fit. Pectoralia optimè per euaporationem. Hepati, Ventriculo, & Renibus per ea, quæ per os ſumuntur ſuccurritur. Va-
B cuatio autem triplex eſt, prima eſt eorum quæ citra motum, aut exagitationem peccant, ſecunda eſt reuulſio humoribus in preceps ductis idonea, tertia deriuatio eorum, quæ partim obſident ipſi quodammodo impacta. Reuulſio autem fit etiam venæ ſectione, & purgatione.

Formæ remediorum ſunt duæ; liquida, quæ competit locis diſtantibus, & ſolida, quæ etiam vicina iuuat. Porrò liquida magis aperiunt, laxant, reſoluunt, quàm ſolida. Quod attinet ad tempus id, quod prius eſt curandum, præcedat. Non enim ſchirroſum humorem diſcutere eſt tentandum, antequam is planè attenuatus ſit, & emollitus. In fluxionis initio aſtringentia, In ſtatu digerentia, in declinatione reſoluentia. In febribus quidem initio exuperantis materiæ portio euacuanda, reliqua deinde naturæ imitatione digerenda, & demum per loca congrua propellenda. Sed & vi- Cap. 10.
C ctus ratio præſcribenda eſt ex morborum temporibus, nam initio tenuis quodammodo eſt habendus; in cremento tenuior, in ſtatu tenuiſſimus. Breuis morbus tenui victu indiget, longus pleniori. Cauenda acceſſio & acceſſionis iuuaſio, dum cibum, & medicamenta offerimus.

Methodus Chriſtianè medicinam adhibendi. *Cap. XXIIII.*

AT quoniam eruditior omnibus ſcholis eſt Charitas, hæcque excellentior eſt alijs via, & methodus, teſtat hæc, in qua erudiendus omninò is eſt, qui Medicinæ dat operam, eò magis, quòd pietas ad omnia valet, ſpemque habet præſentis, & futuræ vitæ, ac præmium Chriſtus Dominus certiſſimum ſpopondit ijs, qui ægrotos inuiſunt, propterea non ſolū quæ ad Oeconomiam ægrotantis attinent, con-
D ferenda ſunt in rem à Medico, cuiuſmodi ſunt quæ ſecunda, & quarta ſectione libri ſexti de popularibus morbis, ac libello Medico, Hippocrates, & alij tradunt; verum etiam diſpiciendum eſt, ſi cum ea declinauerit, quæ fugienda ſunt, temporis & ægroti ſtatus poſtulans, vt vel monſtrato Duce ſalutis ſpirituali, vel alia ratione, quam ſubminiſtrauit ipſa charitas, inſtillare poſſit ægroto ſanitatem animi. Et mirum eſt autem, quantum Chriſtianæ Reipub. commodare queat Medicus, occaſionem ſedulo captans iuuandarum animarum. Nec verò tanti eſſet, ſi cum plura lucrentur Medici, hinc quaſi tributum, & ipſi rependerent Deo, qui ægrotis iam conualeſcentibus libros pro cuiuſque captu pios, militi militares, Politicis politicos (ſed ad pietatem conſcriptos) dono darent aptus ſanitati corporis & animi ſtatuendæ; ne videlicet amplius is peccet, qui ſanus factus eſt; ne (vt inquit Dominus) deterius illi
E contingat.

Porrò non ſolum Medico declinanda ſunt, quæ ij tradunt, qui de officijs agunt, quæ dicuntur caſus conſcientiæ, verum etiam quæ in primis Pontifices Maximi. vel Conſtitutionibus, vel anathemate ſapienter cauerunt. Prioris generis, vt alij attigerunt, ſic poſtremo Nauarrus, vigeſimo quinto capite Enchiridij Confeſſariorum, & pœnitentium, numero ſexageſimo, vſque ad quartum ſupra ſexageſimum. Differit enim, quanti momenti ſint, quæ peccant Medici, & Chirurgi Medicæ artis ignoratione, atque abiectione rationalis Methodi, & præceptorum, ex quibus remedia petenda ſunt. Qui item faſcinationes adhibent pro Medicinis, vel morborum cauſſas, & periſtaſes ex approbatis Medicinæ Auctoribus accuratè, ac vigili corde non perpendunt.

Vide Baptiſtam Codrōchiū de Chriſtiana & tuta medendi ratione, editus eſt liber Ferrariæ anno 1591.

dunt. Qui viſere ægrotos negligunt. Qui primariam animæ ſalutis curam reſpuen- A
tes,neque eos hortantur, vt ſacramentali peccatorum confeſſione coram Catholicis
Sacerdotibus ſeſe expient; & interdum curationem cum periculo differunt,ſeu deni-
que illos deſerunt: vel animis noxia contra Diuinam legem concedunt,aut conſulũt,
vt corpora valetudinem aſſequantur. Præterea, qui moribundum haud in tempore
præmonent,& adeo tunc plus ęquo mercedis exprimunt,aut nimia inculcant medica
menta. Qui etiam pauperi,uel diuiti ſolutionem detrectanti, non medentur:aut Me
dicorum aliorum detrahunt famæ. Quæ ſanè omnia pręlegiſſe Medicos,prętabit, ac
identidem ſuos monuiſſe,in quos huius facultatis methodum deriuant.

Ceterum Pontifices Maximi Innocentius III. Paulus IV. Pius V. Gregorius XIII.
Conſtitutionibus præceperunt, non ſolum ut Medici inprimis monerent ęgrotos,ut
animarum medicos ad ſeſe accerſerent,uerum etiam, ut niſi hoc efficerent,tertiò poſt B
die deſererentur à Medicis: Quæ niſi hi executioni mandaſſent,præter pęnas in Con-
ſtitutione Innocentij III. contentas, perpetuò eſſent infames,& gradu Medicinę om
nino priuarentur, atque eijcerentur à Collegio,ſiue Vniuerſitate Medicorum; pœna
etiam pecuniaria,arbitrio Ordinariorum,vbi deliquiſſent, multarentur.qui uerò gra-
dus inſignia ſuſcepturi eſſent,ea ne aſſequerentur, quin prius publico iureiurando ri-
tè coram publico Scriba,& teſtibus id profiterentur: quo de iureiurando etiam in me
dendi,aut priuilegio, aut permiſsu,mentio fieret. Huc ſpectant,quæ Paulus IIII. &
Pius V. cauerunt,ne quis Iudæorum Medicorum,licet uocarentur, & rogarentur, ad
curam Chriſtianorum accederet, uel illis intereſset. Quas Conſtitutiones deinceps
Gregorius XIII. eminenti erga gregem ſibi commiſsum pietate roboratas, planius
adhuc,& fuſius expoſuit,& inter alia ad perpetuam memoriam edixit,ut quia ſibi nõ C
ſine magna animi ſui moleſtia innotuerat, ea quæ Prædeceſsores ſui mandauerant,
minimè obſeruari, ſed multos adhuc ex Chriſtianis hominibus eſse, qui dum ſuos
corporum languores illicitis medijs, & præcipuè Iudæorum, ac aliorum infidelium
opera ſanari cupiunt,ueræ ſalutis animarum ſuarum, & corporis ſimul immemores
fiunt,& (quod valde dolendum eſt) in damnationis ęternę maximum ſępè diſcrimen
incidunt,Medicis Iudæis,& infidelibus huiuſmodi ad ipſorum curationem uocatis,
& adhibitis: vnde fit,ut & Iudæis, ac alijs infidelibus magna detur delinquendi occa
ſio. Iccirco tam Iudæos, qui aduerſus mandata huiuſmodi Apoſtolica committere
audent,quam Chriſtianos, qui illos ad ſe accerſunt,vel medendi licentiam concedũt,
& uiam ad delinquendum eiſdem aperiunt, coercere voluiſſe, ac ſupradictas præde-
ceſſorum noſtrorum Conſtitutiones,Auctoritate Apoſtolica, tenore præſentium ap- D
probare, confirmare,& innouare, ac inuiolabiliter obſeruari mãdare,atque ea in per
petuum valitura conſtitutione,eiſdem Conſtitutionibus,& præceptis,pro firmiori il-
lorum obſeruatione addentes, vniuerſis vtriuſque ſexus Chriſti fidelib. diſtrictè inhi
bere, & interdicere, ne poſthac Iudæos,vel alios infideles, ad ipſorum Chriſtianorũ
ægrotantium,& infirmorum curam vocent,ſeu admittant,aut vocari, admittive fa-
ciant, concedant, vel permittant.

Conſiderationes aliæ, & cautiones à Medicis in ſuis cordibus altiſſimè imprimendæ. Cap. XXV.

ATqui ad hæc omnia accedunt dignæ Chriſtianis mentibus conſiderationes, E
& cautiones,quæ Catholici Medici quantò magis auctoritate valuerint,tã-
to altius impriment in ſuorum cordibus auditorum. Iam enim Europę ma-
gna pars peccatis hominum, ſanitatem non ſolum fidei, verum etiam Medicinę abie
cit. Paſſi autem hoc fidei naufragium,non deſiſtunt tamen celebriores adire Catho
licorum Academias,vt arte Medicinæ exculti, inſignibus quoque Doctoratus ſuſce-
ptis, profeſſi item falsò Catholicę Religionis iuſiurandum,ad ſuos redeant equanimo,
vt opes,nomenque ſibi comparent. Redeuntibus, quanto doctiores facti ſunt à no-
ſtris, tanto aditus his latior patet ad Principes, & ad præcipuos omnis generis homi
nes, Vt verò filij ſeculi prudentiores ſunt filijs lucis, nihil non attentant, quin per

A medendi occaſionem, hæreſes, & Atheiſmum in animos ægrotantium infundant. Hi verò affecti morbis, non ſolum patientes aures adhibent, ſed & arrigunt, atque tum opinione doctrinę, tum neceſſitate ac deſiderio recuperandæ valetudinis, ecquid nō admittunt? Sic igitur fouetur impietas, fitque pererranti contagio via, vt hæretico, aut quouis alio infideli medico nullum præſentius venenum ſit, quo Chriſtiana tabeſcat Eccleſia, & longiſſimè ablegetur. Quamobrem quantopere initio ſudandum ſit Catholicis Medicinæ Tractatoribus, ne ſuis laboribus armentur infeſtiſſimi Catholicæ Religionis hoſtes, nemo non videt. Ac propterea, pijs, & fidei veritatem tutantibus libris, frequenti autem Catholicorum Concionatorum auditione, vt eoſdem externos alliciant, ſummo opere enitendum eſt Medicis Prælectoribus, ſi ſalui eſſe velint: Ne dicam ſplendidiſſimam coronam adepturos, qui in hoc uigilauerint ſo
B lertiſſimè. Nam ubi inualuit abuſus, ut uel eadem hora, qua Catholica habetur cōcio (diebus etiam Quadrageſimalibus) ipſi Medici publicè prælegant, uel continenter corpora curantes, nihil animorum ſalutem ducant, is ipſe abuſus ſanè tollendus eſt, pro ea cura, quæ eſſe debet in corde uel Magiſtratuum, uel Medicorum antiquiſſima.

Capita alia magni momenti de Chriſtiana, & tota medendi ratione.
Caput XXVI.

QVod autem docti peroptabant, ut aliquis inter præſtantes Medicos de Chriſtiana, & tuta medendi ratione ageret, id à Baptiſta Codronchio Forocornelienſi
C planè conſecuti; quæ ille hac de re præcipua capita explicuit, ea nos huc neceſſariò apponimus; ut inde quiſq; & ſuę conſcientiæ, & ſaluti ęgrotorum conſulat. Editus autem liber eſt primo quidem Italicè, deinde Latinè Ferratiæ; quem Hieronymus Mercurialis, uir tantus, præfixa epiſtola maximè commendat.

Baptiſta Codronchius Philoſoph', & Medicus Imolenſis.

MEdicum grauiter peccare ſine ſufficienti ſcientia ad medendum ſe exponentē, exceptis caſibus non periculoſis, & dummodo remedia periculoſa non adhibeantur, uel ſcandalum & occaſio alijs non prēſtetur idē agendi.

D Medicus curando, antequam morbum cognoſcat, peccat, nec in quibuſdam morbis ſolos Practicos excipiendos eſſe contra aliquorum opinionem, ex quo horum vitia, & fraudes deteguntur, & in morbo difficilis cognitionis aliquod remediū leue adhiberi poſſe probatur.

Qui medicinæ pręcepta negligit, uel ſtudijs uacare, cum eſt opus, contemnit, experimento ſuo nimis fidens, ac proprio ſenſui nimis tribuens, peccat, & damna præſtare debet.

Medicus valde negligens in ſtudendo, viſitando, morborum ſigna animaduertendo, uel in cō-
E ſulendo cum eſt opus, grauiter peccat, & aliquando ad damna tenetur.

Aegroti abſentes num per nuncios, uel litteras tutò, ac ritè curari poſſint, & quæ remedia ipſis offerenda.

Dubia medicamenta prębens, ut experiatur, uel quæſtus cauſa, aut ne videatur imperitus, graue peccatum admittit, quod modo mortale, modo veniale eſſe poterit.

Aegrotum deſerens non abſoluta curatione peccat, & aliquando reſtitutioni tenetur, & quāuis in quibuſdam caſibus non peccet, tutius tamen eſſe dicitur, ſi uſque ad ultimum interitum, vel completam ſanitatem eum curet.

Deploratis cibos, vel potus morbo aduerſantes non eſſe permittendos, & quodnam medicus hac in re peccatum committat.

Medicum habita medicamentorum ſcientia grauiter peccare, ſi corrupta, ac vetuſta & noxia permittat ægrotis dari, & recentiora ac meliora non eligat. Et Medicos collegij, vel alterius officij, ac dignitatis, in multis alijs peccare, vt plurimum mortaliter, & quando medici priuati medicamenta, vel aromatariam inſpicere teneantur.

Medicus lucri cauſa morbum protrahens, opportuna non adhibens, morbum augens, vel recidiuam faciens, peccat, & ad reſtitutionē tenetur.

Qui medicamentum præſcriptum, & deinde pro non conuenienti cognitum commutare cum graui damno infirmi renuit, peccat, & ſatisfacere tenetur.

Sententiam mutare erubeſcens in diſpoſitionib. ac canonicam curationem ab alio medico aptius propoſitam, in dubiū reuocans, grauiter peccat, & ſatisfacere tenetur.

Medicamentis nec experimento, nec ratione comprobatis non eſſe vtendum, vbi aliqua de medicamentis veterum, ac recentiorum dicuntur.

Peccat medicus ſi medicamento nimis purgante

ægro

ægro damnum aliquod inferat.

Multos infirmos eodem tempore curandos admittens, ſi ſic cum damno alicuius, peccat, in aliquibus tamen caſibus nihil peccat.

Pro membro emortuo, vel tumore ſecando miniſtrum idoneum non eligens, vel de ſectione dubius ſecare iubens, & cui ſanguinem mittere, vel incidere venas ignorat, mittit & incidit, vel cum ſit peritus, negligit, peccat.

Medicum teneri ante curationem in prima viſitatione, & omnibus morbis, ſub peccati mortalis, ac periurij pœna, hortari infirmum ad Confeſſionem per ſe, & non per alios, & nolentem confiteri poſt triduum deſerere.

Medicum teneri abſentes infirmos per nuncios, vel litteras ad confeſſionem ſuadere.

In quibus caſibus teneatur medicus mortem nunciare infirmo, & quomodo omittendo id peccet.

De eo qui ob corporis ſalubritatem conſilia cõtra ſalutem animæ exhibet, vbi probatur Veneris vſum eſſe nociuum corporis ſanitati.

In matricis ſuffocatione ex redundanti, vel retento ſemine, non licere medico ſeminis excretionem prouocare.

Abortum conſulentes, procurantes, vel conſentientes, ſiue fœtus animatus ſit, vel inanimatus, præter peccatum, excommunicatur: vbi probatur ab omni lege prohibitum eſſe abortum.

Venenum conſulens, vel exhibens nocendi, vel necandi cauſſa, peccat.

Medicamenta narcotica ſanis, vel lac exſiccantia in mulieribus mala intentione adhibens, uel conſulens, peccat grauiter.

Exhibens, uel conſulens ad coitum ſtimulantia ſolutis matrimonio, vel illicitam Venerem, aut ſterilitatem inducentia, quacunque ratione id faciat, peccatum committit grauiſſimum.

Ieiunijs corpora deſtrui tenens, vel ſine cauſa legitima dans licentiam ieiunij frangendi, uel carnes ueſcendi, peccat, & quantum obſit nimia indulgentia in huiuſmodi conceſſionib. ita ut qui ouis ſolis, ac lactarijs ueſci poſſunt, non habeant veniam carnium.

Arcana grauia commiſſa, & morbos, vel eorum cauſſas lætali peccato annexas, palam faciens medicus peccat, & ſæpiſſimè mortaliter, qui per ſe, non per alium ad correctionem fraternam tenetur.

Medicus non conductus à publico immodicum ſalarium petens, conductus aliquid notabile accipiens contra pactum, peccat, & ex quibus ſtipendium licitum metiri poſſit.

Nimium præmium timore mortis oblatum exigens poteſt peccare, & non peccare, ſi conuenientem mercedem ſemper accipiat.

In morbis non curabilibus Medicum poſſe ſalarium recipere, dummodo non taceat morbũ inſanabilem eſſe, uel cùm mendacio ſalutem non ſpondeat.

Certam mercedem pactus cum ægroto poſt curationem, ſi fiat recidiua ex Medici culpa, denuo curare tenetur. At ſi ægri cauſſa, uel in dubio, non tenetur.

Preſcribens maiorem copiam medicamentorũ, ac maioris pretij ex iniuſta cauſſa, & cogens ægrotos adire ſuam aromatariam aduerſus leges, & iuramentum, peccat grauiter.

Pauper etiam ſine mercede curandus Medico eſt, alioquin peccat ſæpe mortaliter, æque ſi renuat medicus curare poſitum in extrema neceſſitate, & medicamẽtorum pro ęgro pretium ſoluere, ſi poteſt.

Ægrotus diues mercedem Medici, ac medicamẽtorum, & alia neceſſaria ſoluere nolens, curandus tamen eſt, & quibus caſibus à medico peccetur, ſumptus verò & merces poſſunt exigi poſtea, & ægroti etiam inuiti ſunt curandi.

Detrahens alijs peritis mala intentione, uel maledicẽtia graue damnum eis inferens, peccat grauiter, damnumque ac famam, ſi poteſt, reſtituere tenetur

Ægrotantes, libidinosè, ac malo conſilio, aut mẽte contrectans, peccat.

Medicus adhibens ſibi ſocium in curationib. Iudæum, vel alium ad medendum aduocans, vel medicamenta ab eis accipiens, exceptis quibuſdam caſibus, peccat.

Medicus vel tonſor cum iuramento referens falſum Iudici de aliquo morbo, peccat.

Decreta medicorum iuramento firmata non ſeruans peccat, & de tribus conditionibus iuramenti.

Septa monialium ingrediens medicus ſine licentia, uel cum licentia abſque neceſſitate, aut alia cauſſa non explicita, peccat, & excommunicatur, cuius abſolutio Papæ reſeruatur.

Anatomen exercens in corpore humano ſine licentia, peccat.

Qui optat, vel gaudet multos eſſe ægros, & morbos protrahi, qui triſtatur nullos ſibi eſſe infirmos, uel alium medicum plures habere, & qui mala conſilia dat ſanis, ut ægrotent, peccat.

De iuſtitia, charitate, & bonis moribus, & quomodo medicus in multis peccare poſſit, ſi uel de ſint cõtra iuſtitiam, uel charitatem, aut bonos mores.

LIBRI SECVNDI.

An Medicus ſit neceſſarius, & utrum ſit ab ægris uocandus. An uita noſtra ope artis medicæ produci poſſit, & ægrotantem in graui morbo Medici auxilium ſpernentem, peccare.

Infirmus non obediens medico, & aliquid ſumens cum graui damno, uel periculo mortis, peccat.

Non licet confugere ad ſortilegos, uel maleficos ꝓ ſanitate recipiẽda, & eorũ remedijs vti.

Medicis conuenientẽ mercedem ſoluere nolens, peccat.

Miniſtri

A Miniſtri dantes, vel facientes aliquid cum graui damno ægri grauiter peccant, & irregularitatem contrahunt, & ideo Medicos, qui veline ad ſacros ordines promoueri, debere à Sede Apoſtolica diſpenſationem petere: ac quomodo Sacerdotibus ars Medica ſit prohibita.

Sanitatem multis rebus præſtare probatur, pro qua conſeruanda utrum ſani arte medica egeant, diſputatur, & pars affirmatiua probatur. Concluditur ſanos debere ſeruare mediocritatem in victus ratione, qui, ſi aliquid edãt, vel bibant, cum graui damno ſalutis corporis, grauiter peccant.

Vtrum in curatione infirmorum, melius ſit plures vocare medicos, uel unum tantum.

Deum ad miſericordiam allici uiſendis ægrotis. Cap. XXVII.

QVi autem ægrotos inuiſunt, ac de ijs bene mereri ſtudent, tam ſpirituali, quam Hoc item caput additum
B corporali beneficio, Chriſtiano munere funguntur, Deum quãtumuis iratum, eſt ad calcẽ
placatum efficiunt, & alliciunt ad miſericordiam. Huc enim laus illa ſpe- libri hui⁹ Bi
ctabat viri patientiſſimi: *Ab infantia mea creuit mecum miſeratio, & de utero matris* bliothecæ,
meæ egreſſa eſt mecum &c. Exempla igitur, mox eius Inſtituti rationem, & cauſas affe- quoniam ad ſodalitates
ram. Tertullianus naſcenti vicinus Eccleſiæ ad vxorem ſcripſit fuiſſe hoc Chriſtianæ pias, etiam
conſuetudinis, vt quæ item eſſent coniugatæ, vicatim aliena & pauperiora quæque tu pertinet.
guria circuirent, in carcerẽ ad oſculanda vincula Martyrum reptarent, cibum, potum, Iob 31.
& reliqua ſubminiſtrarent pietatis ſubſidia. Placilla Theodoſij Imperatoris vxor Iob 29.
à Deo Spiritus Sancti artibus obtinuit imperij firmitatem. Quæ de ipſa Scriptores 2. lib. ad vxorem.
memoriæ mandarunt, ecquem legere, aut imitari pigeat? Verba Theodoreti hæc Vide Grego. Niſſ. qui ſer
ſunt. Habebat autem ipſe Imperator, & aliam vtilitatis occaſionem, per quam de bo monẽ de ei⁹
C nis operibus triumpharet; coniunx enim de Diuinis legibus eum ſæpius admonebat, morte habuit.
ſeipſam tamen perfectè prius erudiens. Non enim Regni faſtigijs elata eſt, ſed potius
Diuino amore ſuccenſa. Beneficij namque magnitudo maiorem ei amorem Benefa-
ctoris excitabat. Repente ergo vt venit ad purpuram, claudorum atque debilium ma
ximam habebat curam, non ſeruis non alijs miniſtris vtens, ſed per ſeipſam agens, &
ad eorum habitacula veniens, & vnicuique quod opus haberet, præbens; ſic etiam
per Eccleſiarum Xenodochia diſcurrens ſuis manibus miniſtrabat infirmis, ollas eo-
rum tergens, ius guſtans, offerens cochlearia, panem frangens, ciboſque miniſtrans,
calices abluens, & alia cuncta faciens, quæ ſeruis, & ancillis mos eſt ſollemniter ope-
rari. Illis autem qui ei tales res nitebantur prohibere, dicebat: Autũ diſtribuere opus
Imperij eſt, ego autem pro ipſo Imperio hoc opus offero bona omnia mihi conferen-
D ti. Nam viro ſuo ſæpè dicebat: Oportet te ſemper, marite, cogitare, quid pridem fue-
ris, quid modo ſis; Hæc ſi ſemper cogitaueris, ingratus benefactori non eris, ſed Impe
rium, quod ſuſcepiſti legitimè gubernabis, & harum rerum placabis auctorem. His er
go ſermonibus ſemper vſa velut optimam quandam vtilitatem, virtutiſque abundan
tiam coniugi ſuo alioqui ad optima propenſo offerebat. Hæc Theodoretus. Secutæ
porrò ſunt aliæ vel nobiliſſimæ, Elizabetha Regina Pannoniæ, S. item Ludouici Re-
gis mater, & vxor, & pleræque eius generis, quas nec matrimonij vinculum, nec re-
gnorum cura deiunxit à vinculo charitatis. Sanctę item Virgines Pulcheria Impe-
ratoris Theodoſij iunioris ſoror, (etſi fratris pueri moderatabatur Imperium, cum-
que ſumma cura alebat,) cetcræque adeo eius ſorores eadem ſtudia erga templa, er-
ga egenos, mendicos, & aduenas libenter pręſtitere. Itaque factum eſt, ait Nicepho- lib. 14. c. 2.
E rus, vt domus eorum rectè adminiſtraretur, ætaſque Imperatoris optata caperet incre
menta: Et aduerſariorum inſidiæ, bellaque orta omnia ſua ſponte ſoluerentur: Et Im-
perator ipſe in dies rebus bonis accumulatos, laudatis ſororis conſilijs, veluti vera ef-
figies, & ſtatua in optimi Imperatoris formam expolita eſſet. Hæc ille. Qui paulo an
te ſententiam auream his de rebus pronunciarat: Amorem inquiens Dei non conſe-
qui homines, niſi ſeipſos (Dei gratia) factis ipſis idoneos præbeant. Stetere igitur, &
aucta ſunt ſumma Mundi Imperia per hæc pietatis opera; & hæreſes ipſæ, bellaque
ſua ſponte ruerunt. Multa verò Hieronymus eiuſmodi ad Saluinam, ad Gerontiam, Hieronym
ad Furiam viduas ea de re; multa reliqui ferè omnes eius ęquales Ambroſius, Augu- ad Saluinam ad Gerontiã
ſtinus ſcripſerunt. Sed & Baſilius leproſis, quos idem ipſe curabat, Valetudinarium ad Furiam.

Gregor. Nazianzen. de Amore pauperum.

conſtruxerat. Extat in illud Gregorij Nazianzeni Epiſcopi ſermo vndique charitatem ſpirans, de pauperum amore, ac de ualetudinarijs, vbi ad leproſos viſendos & iuuandos, vt miſericordia digniſſimos, quibus, inquit, ſemper eſt maior morbi metus, quàm ſpes ſanitatis, Dei vir adhortatur. Et ſanctum Ludouicum homini eo morbo laboranti inſeruiſſe, cibumque flexis genibus miniſtraſſe à maioribus noſtris accepimus. Sic Deo, miſericordiam miſericordi Regi præſtante, qui ab hominibus non uult vinci, Albigenſium hæreſes ad nihilum reciderunt, Regnum ad antiquam frugem, auitamque religionem redijt, ipſeque Rex præclariſſima pro CHRISTI fide itinera confecit. A

De Catalogis Auctorum, qui de Medicina ſcripſerunt.

PORrò nequid eorum, quæ ad noſtras manus peruenerunt, lateat Medicinæ candidatos, ſciant extare quidem Catalogus, ſiue Indices Auctorum qui de Medicina ſcripſerunt. Et inter alios, Alterum quidem Paſchalis Galli Pictonis Villeſanenſis, quem prænotauit Bibliothecam Medicam, nempe quid ſcripſerunt, Qua forma, Quo tempore, Quo loco excuſa, ſiue manuſcripta Alterum, qui poſt hunc prodijt, inſcriptus Nomenclator. B

At quoniam ille Baſileæ fuit editus à typographo non Catholico, neque uero ſpatium nobis datum eſt Auctores illos ita recenſendi, quemadmodum inſtituti noſtri Ratio, & pietas erga Chriſtianam Rempubl. poſtulant, propterea fuerit ſatis modo præmonuiſſe nobiles Medicos, quib. cordi eſt non minus animos, quã corpora curare. Quoniam verò ijs, qui Medicinæ ſtudiis ſeſe dedunt, Theoricam Morborum, quã Antonius Alexandri Fratris mei Filius carmine cecinit, perutilem, uti & periucundam ſapientes Medici exiſtimant, ideo huc adnectendam exiſtimauimus, Qua morborum omnium cauſas, breuiſſime ponit ob oculos. C

SCIPIONIS HONOFRII PRAENESTINI

V. I. D. de Ant. Poſſeuino iuniore.

Bella MARO cantat: Morbos ANTONIVS arcet:
Ille graui, hic miro concinit ingenio.
Ille neces; fragilem docet hic defendere vitam,
Ille vt delectet; quò iuuet iſte, canit.
Ille ſui ſtudio; Patriæ hic quò proſit, & Orbi:
MANTVA vtriq; parens iudicet ex meritis.

ANTO:

ANTONII POSSEVINI
IVNIORIS PHILOSOPHI,
AC MEDICI MANTVANI
THEORICAE MORBORVM
LIBER PRIMVS.

MORBORVM ſeriem; ſeu quos præpoſtera vita
Normula, ſeu luxus, ſeu vita effrana libido,
Seu quos præcipites, celſo Deus æthere miſit,
Criminibus pœnas, ſcelerisq. piacula noſtro,
Dicere cæleſtis calor incidit: vnde iubetis
Ferre pedem, ſacro regnantes vertice Mentes?
Chriſtus Dominus. *Chriſte graues noſtrum ſemper miſeráte labores*
Corporis, atq. animi: ſummo qui ſydere lapſus
Prævalidos facili ſuperaſti nomine morbos,
Cum ſine te non vera ſalus, nec cura paretur,
Adſis. Tuq. etiam cæli decus, & Medicinæ
Dīs. Coſmas. *Coſma non in ludos verſu accerſite profano,*
Arte potens ſupera, Requies poſcentibus ægris,
Diuinas lentis adſpires uiribus auras;
Noſtraq. fac puro ſint carmina munerè plena.
Tu quoq. naſcentis Patriæ, ſplendorq. decusq.
Sereniſs. Duci Mãtuæ. *Vincenti, frontem regali ornate coronà,*
Spes Latij; famà toto ſpectabilis orbi,
Suſcipe pacatà morborum nomina fronte,
Eq. iſto vultu, qualem decet eſſe Patroni,
Curas pelle graues, curis cadentibus olim,
Audijt Auguſtus Mantoi carmina vatis,
Dumq. acres hominum, uoluisq. audisq. labores,
Fac ualeas, miſerisq. ægris ſuccurrere diſce.
Forſitan immiſſo ſtudio, uitaq. ſuperſtes,
Quæ tibi morborum mittit ſignàcula Muſa,
Hæc eadem curas Methodo tibi ſiſtit apertà,
Omnis pro Patria labor, et pro Principe ſumptus.
Proœmiū: *Principio dū factus Homo mortalis, ad auras*
Euaſit, uitaq. & libertate potiri
Cœpit perpetuà: Deus æthere lapſus ab alto
Prohibitio diuina. *Impoſuit leges, & ius fandi, atq. nefandi.*
Heu mea progenies, inquit, te certa ſequetur
Pernicies, uotisq. Deum uenerabere ſeris
Morte grauis, ni te audentem, pietasq. fidesq.
Parcere ſignato per rura patentia Malo
Suaſerit. Hunc rapidà diuellere ab arbore dextrà
Eſto nefas, nocuoq. ſacrum perfringere dente.
Heu fera natorum clades, immania quando
Crimina cæleſti nos libertate fugarunt.
Nam rapidi furto gens neſcia fraudis anhelant,
Et ſcelus expirant auidi, mens neſcia quantum
Impietasq. poteſt ſacrà illud fronde ſupinum
Corripiunt; tremuere manus, mens conſcia furti Peccatum primū parentum.
Hæſit in ambiguò, & ſauam extinxere Parentes
Ingluuiem, genus immemores legisue ſupernæ.
Tarda nec ætherei deſcendit Principis ira,
Inuaſitue reos, delicti pœna patratæ.
Namq. Deo monſtrante uiam, mox pallida tetro
Exijt Amne Stygis, totumq. agitata per orbem
Effera, mortales crudeli labe peredit:
Dirà clade neces ſignans, ac corpore morbis.
Hinc exaudiri capitis mala, Tuſsis anhela
Cœpit, & accluſa latitans ſub fauce Synanche Sinanche.
Febris edax, atq. ægra pedum ſtructura, manūq.
Calculus, atq; ſitis rara ſuperabilis arte,
Innumereq. Erebi peſtes, fuſumq. per orbem
Morborum genus omne nouū; non Aequore tanta
Fluctibus impulſa, pronove in littore arena
Spectantur: folia Autumno, non tanta furenti
Sternuntur Boreà; quanti morbive, luesue
Inuaſere: omnes numero enarrare negatur.
Talis inexpletos inuaſit pœna Parentes
Vnius ob culpam ſceleris, furtiuaq. damna:
Anxia quid mirum, tantis ſtupet obuia morbis Peccāta cauſa morborum.
Progentes, uario ſi ſeculo fœda reatu,
Criminibusq. Dei pertentant noxia pectus:
Vindictamq. cient. Venient, ni falſò petitis
Coniectura ſubeſt ſignis, ſic Numine dante,
Tempora; cùm tactis cunctis langueſcere morbis
Incipient, prorſusq; ſalus omni excidet orbe.
Ni uitijs, culpisq. modus ſtatuatur, & actis
Fletibus, æterni placetur Numinis ira.
Horum igitur plures, certo deducere uerſu
Incipiam ſummà capitis regione petità.
Mēs delapſa Polo, quia ſummo è ſydere uenit, Diuiſio capitis.
Summa tenet, Capitisq. gerit mens ardua ſedē,
Hanc triplici ſecuiſſe modo conſueuimus: Vna
Fit Cerebri moles: Membrana eſt altera triplex
Quæ pia, quaq. dura eſt, Craneo q̄ fortis inhæſit,
Tertia pars ductus, & uentres continet omnes, Hiſtoria morborū.
Lataq. Diuino graſſata eſt uertice peſtis.
Non igitur cerebro una eſt Deſipiētia tantum. Deſipientia triplex.
Prima agitat nugas: ſtultis patet Altera uerbis:
Tertia ſe factis ueſanam prodit ineptis.

Cauſa. *Hos vapor elatus Cerebro, vel feruidus humor*
Commiſtus generat morbos; cauſa omnibus vna,
Inſipiētia ſine febre. *Sed modus haud vnus; Huic Febris nulla moleſtat,*
Huic comitem ſe Febris agit; Sine febre laborāt,
Queis caput attritum, queis eſt penuria mētis
Spirituum, rapiusq́; Vapor, potusq́; cibiq́;
Melancholia. *Adde Melācholiā, dū quē metus, & timor vrgent*
A ratione procul; Quod ſi ſecreta petantur,
Si latebras quærant, putridisq́; ſubire ſepulchris,
Si pigeat vixiſſe, licet necis ingruat horror
Furor. & Mania. *Sæuior eſt morbus. Furor hunc, & ſæua Mania,*
Excipit increſcens, ſtrictisq́; domanda catenis.
Magnorum ſiquidem ſpectares more Luporum
Exululare Animi tot ſunt incommoda læſi,
Dentibus in rabiem, ſtrictisq́; in prælia pugnis
Currere; Mortales ſemet diſcerpere morſu,
Proh ſcelus, o Hominis lapſum, cladēq́; dolendā
Hos nec cura grauis, nec ferrea vincula morbos
Ferre queunt; non igne tibi, aut fas vincere ferro
Cauſa. *Perniciem, nec ſi Princeps foret artis Apollo.*
Nāq́; Melācholicus premit humor, ſeu vapor, illiq́;
Aut ſedes Cerebro eſt, aut toto in corpore, diro
Aut de ſplene venit, Capitive adiungitur hoſtis.
Quod ſi ſuccenſo bilis nigra æſtuet igne
Iāq́; febrem, aut ſummū prodat ſine febre calorē,
Fit Furor, à rarà peſtis curabilis herbà.
Omnibus his exoſa quies, mollisq́; recuſant
Tradere ſe ſomno, placidoq́; inferre ſopori.
Deſipientib. a uulnere. *Deſipiunt ſine febre etiam, quos lucis ab ortu*
Amentes natura creat, vel vulnere fixo,
A paucitate Cerebri. *Vel male formato Cerebro, vel molis egente:*
Hos rigor educit morbos, frigusq́; perenne.
Sed ſine febre tamen; cum febre inſania fertur
Phrænitis. *Phrænitis; ſeu quæ delira plurima ſpectas;*
Febris in augmento, morboq́; cadente ſoluta.
Hæc procul à Cerebro, ſed certo tempore ſurſum
Delirium. *Elatus vapor, aut humor deliria promit,*
Cauſa. *Et breuia, & quæ tam curà adueniente recedant:*
Perpetuo premit illa modo, cerebroq́; reſedit
Peſtis, & accendens febrim præferuidus humor.
Compoſitaq́; licet ſint ægri fronte, minaq́;
Ex interuallis ſileant, ſapiantq́; quietem,
Mens furit interius tamen, & longinqua iacētes
Somnus falſus. *Percurrunt, clauſisq́; oculis nigra ſomnia fallūt.*
Defeſſi ſiquidem nequeunt agitante Furore
Aegrotis vigilare, leuis ſopor effugit artus:
Morbi ſoporiferi. *Iamq́; ſoporiferi qui ſint ex ordine morbi*
Expediam, dulci eſt etiam mors iuncta ſopori;
Et meritò, mortis ſopor eſt venientis imago.
Nam leuis infeſſos, qui ſomnus permeat artus,
Somnus naturalis. *Ingluuie ſtomachi, crapulaq́; alienus ab omni*
Naturalis erit, requies certiſſima vitæ,
Subuenit hic mentis reſolutio ſolus anhelæ,
Spiritibus, potumq́; cibumq́; æqualiter omnem.

Congeris in maſſam rotandis partibus aptam. Somnus grauis.
Sed grauis à craſſa latè qui fit pituita,
Atq́; Vapore pari, Cerebri dum ſumma laborant,
Cataphoram, ſomnūq́; grauē facit atq́; Veternū; Cataphora.
Hic grauior, lenis ille, febris qui exordia primus Veternus.
Inficit: obiectà dum fallit imagine mortem,
Sed facilis victo curà ad primordia: fertur
Igne paranda ſalus; nam quæ neglecta laborat,
Tranſit in algentem Lethargum non ſine febri: Letharg[o]. Cauſa.
Huic vitæ ſpes pauca ſubeſt, nam craſſa ſupremo
In cerebro pituita ſcatet, requieq́; putreſcit.
Quod ſi languentem lux ſeptima viderit ægrū,
Hisq́; ſuperuiuat, quamuis ſopor inſtet anhelus,
Atq́; expergiſci quauis ratione recuſent,
Immunis algido tamen eſt diſcrimine vita,
Somniculoſi etiam ſiunt ex ordine morbi, Somniculoſi affect[o], & cauſa.
Vel cuſſo cranio, Cerebro vel vulnere læſo.
Si leuior iactura ſubeſt, nec concaua forti
Robore membra labant, ictu veniente ſoluta.
Quid ſi neruorum ferro truncetur origo,
Findaturve caput, qui vulnere concidat æger
Immotus, facilem curà expectare ſalutem
Aſtra negant; læſa mentis nam cauſa perurget.
Nec tacuiſſe iuuat Catalepſin, turpior iſte Catalepſis.
Morbus: & adſtantes vario tenet vſq́; ſtupore.
Nam motu, ſenſuq́; caret: quaq́; ingruet horà,
Peſtis, in ambiguo fixos determinat artus.
Hi vigiles quamuis iaceant, noctesq́; diesq́;
Inſomnes ducunt, falluntq́; quiete ſoporem.
Cauſa, Melancholicus dum toto vertice ſuccus Cauſa.
Panditur, inq́; habiles deſcendit percitus artus.
Infandoq́; ferit neruorum humore receſſus.
His ſatis eſt placaſſe Deum, & prædicere mortem
Præſentem, cauſamq́; graui ſignare Cerebro,
Nam deſperatos remanet prædictio morbos.
Quà ratione decet morbos inuadere quoſuis
Spes vbi pauca ſubeſt, at vita certa ruina.
Altera nunc capitis, pandatur Sectio, quos ve Morbi Mēbranarū.
Membranæ capiant morbos, intusq́; foriſq́; Dolor capitis difficilis.
Has dolor vrget iners, & non ſuperabile monſtrū
Perpetuo; plures dum morbus durat ad annos,
Qui leuis à facili capitis dolor excidit arte;
Hic faciles habuit cauſas, hyemem, atq́; calorem, Facilis.
Atque ſonos, ictusve leues, ſolemve diurnum.
Qui verò firmatus adeſt, & tempore longè
Principio inuaſit, Cephalea dicitur eſſe Cephalea.
Ingens ſorte malum, atq́; morà vlteriore laceſſēs.
Tertia languoris ſpecies Hemicranea fertur, Hemicranea.
Quà media regione caput, languetq́; doletq́;
Huic ſimilis dolor interdum penetralia forti Cauſa.
Diuexat, velliq́; morà, dum vertice ſummo
Quæ diuulſa ſolent aditum præbere vapori
Oſſa, ſimul cum illo ſunt omnia iuncta tenaci; Caput carens commiſſuris.
Atque vtrimque deſit iunctura Cerebro

Nam quicunq; Vapor caput æſtu inuadit anhelo,
Si cranei preclusa via eſt, nec peruius extrà
Prorumpit fumus, capitis penetralia vexat.
Hinc fruſtra immenſo res eſt ſuperanda labore,
Quando quia morbo reliquus eſt via, ſydere dante
Deficit, & craßi laſtant in mente vapores.
Dolor Pericranei. *Quin dolor externam Pericraneō vrget ineptus,*
Quem poteris digiti tactu cognoſcere preßi,
Hoc fuge ſollicità crines componere dextrà,
Flectereq; aduerſam in faciem, nam pectine preſſo
Verticeis ſe pandit dolor hoſtis, & intima quaq;
Interdum, parteſq; caua hac ratione laborant.
Omnibus eſt ſiquidem membranis cura reductis
Subiectos retinere oculos, ac cingere vallo.
Cumq; ſit in tota, connexio maxima, vità,
Qualibet immißis, quod ſit pars obuia neruis;
Hinc morbo veniente oculi penetralia languent;
Cauſa. *Hunc facilè ardentes May fecere Kalendæ,*
Cum cutis aßiduo ſolis percuſſa calore
Arſit, & algentes exuſſit noxia ſuccos.
Haud etenim quacunq; calor, friguſq; parauit
Dāna, calore ſcatēt, calor attrahit, acta rigeſcūt
Interdum, Pituita nocens dum parte reſedit,
Nec dolor eſt vnus ſpecie, modo pondere vexat,
Dolorum ſpecies. *Quē generat craſſū ſummo ſub vertice phlegma.*
Et modo pungenti ſimilis, quem feruidus edit
Humor, vt infixo lacerans penetralia clauo.
Tertius alta petit, qui quod ſit lenior aura
Diuellens fertur, facilisq. fugabilis arte.
Tertia pars capitis, qua ductus cōtinet omnes
Ipſa ſuas ſortita vices, morboſq; latentes
Hauſit; & ipſa habilē poſcunt penetralia curam.
Vertigo. *Vertigo prima eſt: quà quæ tenet ambitus omnis*
Cernis agi circum, & rapidos imitarier orbes.
Suffuſio. *Hinc ſuffuſio fit, quà nubibus omnia circum*
Tranquillà quamuis ſint tempeſtate, teguntur.
Non graue vtrūque malū, quia certo tpe ſurſum
Cauſa. *It vapor in ventres Cerebri, nec cauſa perennis*
Humores cogit curſus agitare rotundos.
Sectari hoc caueas celeres per deuia ceruos,
Fiſus equi rapido circum campeſtria curſu.
Ardua nec quæras agilis conſcendere Mala,
Poma legens, furtoq. amens lætatus inani,
Ne praeceps ſignata retro veſtigia ducas,
Tantum verticibus fictis, circliq. figura
Conceſſum, fugienda rata eſt, & curſus aquarū.
Nec vapor elatus cerebro de ſedibus yſdem
Euaſit, facilem venter, vel laxa dederunt
Vaporum officina. *Ilia, vel Cerebro connexus prodyt hoſtis.*
Curaq. precipuè languentes prouida partes
Reſpiciat, morbi fomes, radixq. fugentur.
Nec poteris, tempuſve fugax, parteſve remota
Vertice ab excelſo elatos arcere vapores.
Hinc quo quicq. loco vapor omnis ſurgat habeto.

Nunc Epilepſiæ turpis dicatur origo, **Epilepſia.**
Quam ſpecie monſtri diuinam nomine dicunt,
Huius erit rapido corpus vexare tremore,
Præcipitare ægros motu, ſenſuq. ſonoq.
Erepti, fædaſq. trahent de gutture ſpumas.
Quin quod turpe magis, reſoluto robore uitæ,
Atq. retentricis effæto munere, tandem
Vrinas, ſtercuſq. cient, genitaleq. ſemen
Ignari. Hæc facilis Luna ad primordia peſtis
Eſſe ſolet, latitat plures contagio menſes.
Raraq. decedit, niſi quam mutatio uitæ,
Aetatiſq. fugat, reliquis mors unica cura eſt.
Haret fœda lues cerebro, partemq. laceßit
Perpetuò, ex imis abit ad ſuprema uenenum
Partibus, interdum leuior ſit cauſa Vaporis. **Cauſa.**
Hac Epilepſia grauior ſit forma. minori
Vertigo nomen ſimili ſtatuere figura.
Quod progreſſa dein labem ſe mutet in illam
Bilis & atra, & craſſa iſtam defert Pituita,
Aut Cerebro reſidens, aut ſurſum concita ab imis
Partibus, ut pedibus, cute, uentre grauiq. liene.
Quod non claudat iter prorſus, mißiſq. moretur
Spiritibus curſum, tremor id manifeſtior edit.
Spiritibus ſiquidem preßis, immota ruinam
Mēbra trahūt, lentos morbus neq. cōmouet artus.
Sola nec eſt rigidis humoribus addita culpa, **Epilepſia à cauſa venenata, & maligna.**
Aſt inimica lues, Cerebri, vitaq. venenum,
Partibus ex yſdem, ſummā defertur ad arcem,
Sacra lues, non mole premens, ſed uixa ueneno
Peſtifero, ſummò ſedes quod uerticè fixit,
Procreat inſenſam ſenſus, motuſq. ruinam.
Nec morbum ſuperare tibi, aut euincere curā
Sic facilè, audentem cura aſpernata magiſtrū eſt,
Immutata licet monſtrum deuicery ætas.
Incubus eſt grauior compreſſo pectore moles **Incubus.**
Nocturnam requiem, & calidi ſpiracula cordis
Offendens, claramq. premens in pectore vocem.
Altius elatas ſiquidem clamoribus auras
Fallit cacà quies, & iniquo pondere ſiſtit,
Hoc, uelut rigidus ſi pectora tunderet hoſtis **Opinio vulgi.**
Mole grauis, miſeri infeſtantur ſæpius ægri, **Cauſa.**
Craſſum ubi conſedit circum præcordia phlegma,
Bilis & atra grauans pulmones, ac diaphragma,
Quà turgente leues reptant ad ſumma uapores,
Monſtraq. portentis referunt enormia miris,
Craßitie indomita, ac fumo capita alta premente,
Monſtra creat: ſomno incertum, uigiline labore,
Sollicitet, clamare animus, ſed robora fallunt.
Principijs obſtà, ſæpè bis dum cura paratur,
Incubus in ſociam mutans ſigna Epilepſin,
Namq. Epilepſia ſpecies non magna uocatur:
Præſertim ſi ſpectra frequens tibi morbus adūbret
Nec niſi moxioſos liceat tibi carpere ſomnos.
Eſt Apoplexia quoque morbi cura petita **Apoplexia.**

Cauſa.
Difficilis: quam craſſa facit Cerebro pituita
Ventriculiſq; premens animalia robora clauſis.
Hac ſi forte malum, præceps tibi concidet æger,
A motu, ſenſuq; procul rationis & vſu.
Fit gelida ſimilis morti, niſi miſſus ad auras
Spiritus elati recreet ſpiracula cordis.
Sed ſi pernicies latè ſe vertice pandat
Iam vitæ poſitura modum, vix ſemiſopita
Reſpirare nequit, craſſus quod ſtertor adumbrat.
Præ foribus latet interitus, nam acceſſio cunctis
Rara redit, ſi forte malum, ſed ſauciat auras
Spiritibus, cordiq; negans, Cerebrumq; laceſſenc,
Quod ſi forte datum eſt, crudeli vt labe ſuperſtes
Apoplexia curata cedit in alios graues affectus.
Viuat homo; capitis pituita è vertice præceps
Irruit, & neruos effeto robore truncat.
Nare fluit patula, denſa manatq; palato,
Cunctaq; mucoſis turgeſcunt viſcera ſuccis.
Hanc ſomnus, luxus, crapula, atq; ignauia vitæ,
Atq; Venus ſine lege creant; Quot damna ſupina
Producunt mentes, & deſes inertia vitæ?
Eſt alacri ſecura magis tibi vita labore,
Nam teter toto difflatur corpore ſuccus
Si motus ſtudium, ſiq; exercere voluntas.
Sin minus, impacti mucoſo ventre vapores
Hærent, & turpi languent ſtata munia fæce.
Reſolutio duplex.
Neruos præterea duplex reſolutio lædit:
Altera quæ ſenſum, motumq; procaciter aufert,
Altera vel motum, vel ſenſum ſola laceſſit,
Nerui motiui alij, alij ſenſorij.
Nam motu ceſſante ſolent eſſe organa ſenſus
Fortia nonnunquā: quòd prima ab origine neruos
Vtraq; vis conſtans proprios accepit in vſus.
Nunc pes laſſus adeſt ſibi, nunc reſoluta moratur
Dextera præſidium, medio nunc corpore vires
Effætæ languent, quamuis pars altera conſtet.
Nam quæ totius robur, vel munia ſoluit
Eſt Apoplexia non diſpar nomine forma
Cauſa.
Cauſa: licet ſummo non ſit connexa Cerebro,
Lapſa ſed è ſummo neruis inſederit ægris.
Hinc tibi ſollicito morbi natura labore
Eſt oculis ſpectanda, maliue effrænis origo:
Nam morbo poſitura modum medicina, dolenti
Altius aptanda eſt parti, & ſcaturigo petenda,
Quæ craſſam è laxis trudat neruis pituitam,
Et fuget influxus in ſubdita viſcera lentos.
Conuulſio.
Nunc conuulſiui remanent ſignacula morbi;
Nam quo præcedens ſenſu, motuq; carebat
Morbus, in hoc ſtatum naturæ excedit vterq;
Non defeſſa tibi liceat diſtendere membra
In requiem; Inuitos ſtudiiq; in contraria ſemper
Morbus agit neruos, ad prima exordia torquens.
Rara quidem peſtis; ſed quæ breuiore receſſu
Vix cedat curam interdum mora pauca feſellit.
Vnica ſed morbo ſi pars grauet, inq; relictis
Partibus, innata conſiſtant munia vitæ;
Interdum ſuperata lues purgantibus, atque
A Perdurante victa eſt materia curà.
Anteriora trahens, Proſthotonus. Altera flectens Prothotonus.
Poſteriora nocens Epithotonus horrida fertur; Epithotonus.
Tertia ſe partes dum membrum flectit in ambas
Tethanus eſſe ſolet, nulla ſuperabilis arte. Thetanus.
Omnibus his indigna mali ſtatuetur origo Cauſa, & locus.
E dorſi ſpina, motiuis namq; ea neruis
Cuncta ſcatet, faciles in ſubdita viſcera ſpargēs.
Nec ſolà labor in ſpina, dorſóve locandus;
Quiſq; ſuos patitur manes, neruuſq;, locuſq;,
Et cauſas potis eſt quiuis aſſumere eaſdem.
Neruos præterea duplex reſolutio lædit, Reſolutionis cauſa duplex.
Altera, quà neruis pituita humentior amplis Inanitio, & Repletio.
Imbibitur, ſiccis dum cauſa inimica reſedit:
Altera ſub mēbris; Motus tamen omnibus vnus.
A flatu leuior quoque fit conuulſio, quando Cōnulſio a flatu.
Ima vapor craſſus penetrat, neruoſq; tenaces
In molem extollit, quà membri forma recedat.
Aut cum laxa graui caro mole inſtante tremiſcit,
Dum vapor internus cæcis occluſus in antris
Vincula ferre negat, ductumq. inquirit apertū.
Huic facilis cura eſt, veniens Acceſſio namque
Humida febrilis ſiccat penetralia flammà.
Affinis quoq; languētes tremor occupat artus Tremor.
Mole ſuà, dum membra cadunt, motiuaq; virtus
Tollere quærit; iners facit hunc diſcordia morbū.
Quod ſenibus ſolitum tardà veniente ſenectā,
Cum virtus effæta iacet, neruiq; laborant.
Quī leuis & exhauſtos q infigitur humor ī artus Cauſa.
Membra tremore quatit, facilis curatio vtriuſq;
Ni fœda in plures diſcordia tranſeat annos.
Iamq; catharroſos, quos diſtillatio morbos Diſtillatio.
Producat referam, cuius vel noxia ſummo
Materies ruit è cerebro, ſubiectaq; membra
Paſſim mole graui, & turpi languore laceſſit,
Formà capax crani ducendo aptata vapori;
Vel frigus Cerebro comes, & locus; (ardua namq;
Mens tenet) influxus potis eſt producere craſſos.
Verū quæ partes ſubſunt, pulmone, Iecurve, haud
Diſtillare queunt, rigidos neque ſpargere ſuccos;
Frigida ſit Cerebri cum ſummo vertice maſſa
Frigidioris egens ſucci eſt; Quia maxima, pluri:
Plurima ſint etiā Cerebri excrementa neceſſe eſt,
Quæ tardante morà, vt tandem data copia ſucci
Auribus, & ſudore fluit, ſputoq. oculiſq.
Sed ſi ſtricta negent aditum, facilemq. morētur
Membra viam, morbos, ubi concidit, edit inertes.
Multa equidem Pituita cauo ſe uertice condit,
Multa caput, uentreſq. grauat, uix eruta tuſſi
Altera ſuccedit ſudore arcenda fluenti.
Hinc uariis Pituita malis inimica, labores Cauſa diſtillationis.
Innumeros, longoſq. parit, facileq; necantes.
Quid mirum ſi docta modū mens, arſq. requirat
Aſſiduè,

Aſsiduè, Vomitu, lacrymis, ſudore, receſſu,
Cauterio, liquore, ſiti, tenuiq́; dietà?
Morborum ſiquidē certum eſt, q̄ maxima turba,
Phlegmatis inuadit culpà, lentoq́; catharro.
Qualis vbi celſo torrens de vertice lapſus
Irruit in ſegetes, campis trahit ille ruinam,
Nec pecudi frendens miſero, nec parcit ouili,
Cænoſam trahit vſq; viam, quā ſcindere adunco
Hoc ex mente Fernelij. *Vomere, & incaſſum certant ſuperare coloni.*
Nec ſatis; elatis modo perluit omnia ripis
Inq́; Vrbes, ac tecta ferox, immania voluit
Corpora, ſuccumbunt venienti mœnia moli,
Et ſata, præcipiteſque agitat ſub ſede ruinas.
Talis vbi rigidum fluit amplo à vertice phlegma
Quà tandem ratione fluat; ſeu viſcera rore,
Seu neruos, artusve leues, ſeu brachia fœdet,
Implacidus, ſeu ſūma malū, cerebrūq́; laceſſat,
Perniciem membris, morboſq́; minatur edaces.
Sola hominū rigidis obnoxia membra Catharris
Eſſe ſolent, ſublime caput, ſubiecta tenaci
Viſcera rore notat, ſpargitq́; in membra liquorē.
Morborū Capitis ſeriem, formamq́; modūq́;
Diximus, & cunctis ſubiectas ordine cauſas,
Interna fuerint, ſiue hæ, ſeu deforis actæ.
Morbi oculorum. *Lumina nunc quæ clara premāt incōmoda, verſu*
Dicamus: præcelſa oculis curatio namq́;
Cōuulſio. *Digna. Frequens oculos Conuulſio lædit, vt æger*
In rem diuulſos nequeat conuertere eandem.
Viſ' iners. *Spiritibus quoq; culpa datur, dum viſus iners eſt,*
Dum craſsi, dum mole carent, Quod cōtigit illis,
Queis natura dedit ſolito maiora tuendi
Organa, ſeu patulà quibus extant lumina frōte,
Debilis his viſus, quod paruula forma probetur.
Quodve foras lapſis minus obuia dāna probentur.
Viſio deprauata, et ſublata. *Quod ſi ſpectandi vis toto charior Orbe*
Intereat, culpare caput, neruoſq́; ſolemus.
Temperie ſi ſumma carent, ſi obſtructio craſsis
Cauſæ, Glaucoma. *Aſsideat neruis, ſi lumina vulnere languent.*
Galucoma fit glaucum, vitreus, ſi ferre colorem
Incipiat; nebulas ægroti obſtare fatentur,
Quove oculus læſus fuerit, tinctusve colore
Viſa parem referunt ſpeciem fumiſq́; ſequuntur.
Spes leuis in morbo eſt, vitrei ſubſtantia namq́;
Humoris ſic læſa iacet, reparandaq́; nulli.
Suffuſio. *Suffuſis oculis, ſurgit noua læſio, namq́;*
Obſcuros algentes, craſſoſq́; adducere ſuccos
Sollicitat, claram & tenebris velare pupillam,
Dilatatio. Diuulſio. Ruptio. *Nunc dilatatur, diuellitur, atq́; ſubinde*
Rumpitur, & ſæpè à vinclo conſtringitur arcto.
Spiritus id paucus, macieſq́; efficit, at illos
Peruia delati produxit copia ſucci,
Caligo. *Aut ictus. Tenebroſa tamen Caligo, nocenſq́;*
Ob denſam pellem, quæ Cornea dicitur eſto:
Hoc ſolitum ætati vitium, curuaq́; ſenectæ

Prodit; nam longo craſſeſcūt tempore & vngues
Fit nebula à tenui, quem geſtat cornea, ſucco Nebula.
Dicta, quòd in nebulà verſentur lumina denſà.
Craſsior eſt denſa, conſtansq́; albuginis humor
Vuea quem recipit læſurum tempore lumen.
Cornea ſi diſrupta cadat ſubito albidus humor Cornea rupta.
Profluit, heu curà nunquam ſuperabile mōſtrū.
Nunc et adhærentis mēbranæ ſigna canamus.
Vnguis mēbrana eſt, dura alba, oculiſq́; ſubacta Vnguis.
Angula cuſtodit, claram tegit atq́; pupillam
Interdum; longo excreſcit, nam tempore pannus
Rurſus & Epiphora ſunt lumina ſubdita morbo, Epiphora.
Cum tenuis tenui lachrymà caluaq; ſuprema
Nunc ſalſus, nunc verò ſuauis decidit humor.
Aſtantis Sol luce ferit, morſuq; laceſsit
Palpebras, lachrymaſq; ciet redentibus ægras.
Ophtalmia nocens oculi eſt phlegmone cruore, Ophtalm.
Angula dum lucis, membranaq; deſuper hærens
Inficitur, venæq; tument, oculiq; rubeſcunt.
Ardor adeſt, lachrymæq; ruūt, dolor īntima pulſat,
Hanc tenuis ſeu bile ſcatens ſentina laborem Cauſa.
Efficit, è venis per tempora laxa recurrens.
Sed quia non leuis eſt oculorum nomine morbus,
Atq; dolor, dicendum etiam, quæ cauſa doloris. Dolor oculorum.
Mēs ardēs facit hunc reſidēs ſub lumine morbū;
Ardor item, quauis de cauſa fortius inſtet; Cauſa.
Nec flatus eſt culpà minor, ſucciq; ruentis
E ſummo Cerebro, quorum prouentus abundat.
Quāuis parua Egilops phlegmone, inimica te Egilops.
Palpebras vexare tamē cōſueuit, & acri (gētes
Infeſtare modo, donec tumefacta calore
In ſaniē abſcedat, purgataq; membra relinquat.
Hanc tenuis generat ſanguis, felliſq; redundans Cauſa.
Nec niſi maturam ſemper curare memento,
Et tremulam docta ſaniem detrudere dextra.
Ne tortà decuſſa vià, ſibi quærere ductus
Cogatur, tabīq; imos fœdare receſſus.
Aut neglecta loco ſuccedat Fiſtula, & imò Fiſtula.
Angula ſub naſo referant infenſa cloacam.
Difficile eſt ſimulare malum, namq; angula lucis
Continuà Phlegmone rubent, vtruſq; profundūt
Compreſſa partes, ſi lucis ſumma premantur.
Igne paranda ſalus: Morbi violentia tanta eſt.
Palpebris ſcabiē calidus quoq; ſuſcitat humor. Scabies.
Inficit & Callus, ſua aucta copia carnis Callus.
Illas inuertit; Grando his ſuccedit inepta, Grandus.
Durus & Abſceſſus, licet is ſit molis egenus. Abſceſſus.
Hordeolus ſupereſt ſignatus nomine morbus; Hordeol'.
Exiguus, non artis egens natura, medelam
Ipſa ſibi inſtituit ſoluendo pure dolorem.
Duximus in ſeriē quæ lumina ſacra laceſſunt
Illuuies, & quanta oculos incommoda vexent,
Quoq; caput, Cerebrumq; premāt, edicere tādē
Artis erit, neruis quæ nam ſtatuatur origo.

Qui

Qui per ſubiectum diſcurrunt vndique corpus.
Origo nervorum. Primæuáſiquidem ſtatuunt ab origine venas,
Arterias, neruoſq; ſimul ſacra turba ſophorum
Ex Ariſtotele. Radices fixiſſe vno, & procedere cordo.
Quod veluti celsà reſidens Rex arce, ſacroq;
Imperio præſes dici conſueuit, & Vrbi,
Quodq; vni Imperij concedere ſummà, decuſq;
Fas erat, & reliquos regi ſeruire miniſtros.
Sit opus in toto membrum ſit corpore, cuius
Conſilio vires, ac munia cuncta regantur,
Cunctorumq; ſimul conſtans exiſtat origo.
Hoc cor erit, Cerebro tantum, Iecoriq; negandū:
Sic ſophiæ ſtatuit, rectorq; paterq; decuſq;
Opinio Medicorū. Magnus Ariſtoteles; Medicis contraria ſummus
Hippocrates, atq; Parens noſtræ Artis Apollo
Scripſerit; Galenus quæ in Methodū inſinuauit.
His manuum adiectis poſt ſecula pauca labores,
Anatomesq; viā, rerū penetralia viſa;
Cuncta docet ſenſus ſibi conſtans; fidere ſenſu
Aduerſum quamuis pugnet ratio ipſa tenemur.
Viſio, qua ratiōe fiat, receptiōe, an emiſſione. Altera præmiſſæ ſuccedit quæſtio cauſa,
Qua Viſus fiat ratione; intus receptis
Vt ſpeculo, formis, radijs an lumine pulſis
In ſpeciem: Inſtante viſus ſua munia complet.
Quicquid id eſt, reliqui funguntur munere sēſus,
Nilq; foras mittunt: Quidni ratione petitā
A reliquis, ſpecie immiſſa quoq; lumina cernent?
Morbi aurium. Nunc ratio poſcit fixas veniamus ad Aures.
Phlegmō. Nam dirà Phlegmone ſolent, acriq; dolore
Vexari, dum cæca ſubit penetralia ſuccus,
Inter Meningem craſſam, pannumq; ſonorum.
Nec quamuis varijs partos anfractibus auras
Excipiant, tutaſq; ideo Natura crearit,
Immunes vitio morborum Regia fecit.
Cauſa. Hoc tenuis licet humor agat, ſtimulante dolore
Incidit in ſaniem, rigidis quæ anfractibus acta
Manat, & exeſum fugat ima ex aure dolorem:
Sed lacerat partes ferus Humor, iamq; ſequētur
Vlcus. Vlcera, qua ſanies fluxu deducta feretur.
Huic medicas appone manus, nam vulnus inerti
Carne ſolet tumidos auris præcludere ductus.
Vermis. Impurgata etiam vermes naſcuntur in aure,
Dum quæ fulua ſolet ſanies prodire, putreſcit
Tēpore, et occluſos generat (proh crimina) vermes
Sueta lues, tacito dum quis ſe fidere ſomno
Audet: & immiſſis defœdas fœtibus aures
Muſca fugax, Puluiſq; leuis, Vermeſq; ſubacti
Mole graues; fortem patitur membrana dolorē.
Flatus. Nec minus aure malum ſurgit, dū copia flatus
Diuellit, cæcos aditus, omneſq; pererrat
Receſſus, exire vetat dum obſtructio ventos.
Sibillus. Sonitus. Strepitus. Flatus item, ſibilos, ſonitus, ſtrepitusq; latētes
Producit, tot in aure nocent incommoda densà.
Grauis auditus. Nec grauis auditus læſas ſubterfugit aures.
Senſus & ipſe graui culpa deletur, ab ictu,
Obſtructis neruis, Anfractibus, vt puta carne Proſtratus naſi.
Craſſa, Fœce, cano miſſa cerebro Pituitā.
Læſa etiam attenſam ſolet auris ferre Parotim Parotis: Cauſa.
Glandibus, & flexæ affinem radicibus auris.
A calidi ſucci; celeri de vertice, fluxu
Irrumpit; comitemq; gerit febrim, atq; calorē. Parotis critica.
Quā ceſſare ſolent lenti poſt tempora morbi,
Phrenitis, Capitiſq; dolor, febriſq; perennis.
Hanc vbi feruentes fuculis calor excitat artus, Apoſtemata Emunctoriorum crudiuſcula ſecāda.
Sollicità præſcinde manu, matura ruinam
Intulit, & ſæpe internas penetrauit ad auras
Sacra lues: Vires tantum perpende ruentes, Dolor, & fœtor opprimūt vires.
Nam vires ſuperare dolor, fœtorq; docentur.
Quod ſi prædictas tenet Inflammatio partes
Perſiſtente malo, grauior tibi morbus agetur.
Purgando Cerebro naſum natura creauit, Morbi naſi.
Inq; decus frontis: Quis ductibus exit ab imis
Humor, & hic lacerat penetralia clauſa dolore,
Vlcere defœdās. Facit hoc quoq; vlcus. At Vlcus Vlcus.
Cōſpicuū tamē eſſe nequit, quia vix dolor vrget,
Atque mora impatiens vno ſe menſe recondit,
Donec ſordeſcat prorſus, cruſtaq; tenellā
Tectam vicino ſaniem communicet oſsi
Ozenam dicunt. Quod ſi Sarcinoma eoſdem Ozena. Sarcinoma.
Ductus poſſideat, penetrans radice ſub ipſa
Naſi; deformi vitio labra perforat oris.
Fœtoremque parit, peſtem ſpectantis, & ægri.
Vlceris incepti curam ſi negligis, ima
Carne tument partes: Polipos, ac Sarcoma dicas, Polipus.
Naturā promptam ſibi conciliante ſalutem,
Hæc prohibent claras educere pectore voces,
Et turpes tactare ſonos incommoda cogunt.
Deficit interdū vis cūcta, minorq; frequēti eſt Defectio odoratui.
Sarcomate, aut Polipo, læſo Cerebroue, locoue
Neruorum, aſsiduus quā ſpiritus extima pulſat:
Si tibi cura mali, morbos, cauſaſq; require.
Fit grauitas naſi craſſo ueniente catharro, Grauitas naſi.
Quā tumet in molē, quā frōti ſumma graueſcūt,
Nec niſi per fauces vlli ſpirare poteſtas,
Fluxio per nares quoq; ſanguinis exit ab acrè Fluxio ſanguinis.
Humore, aut tenui, ut vulnere uena laboret.
Aut vbi diſtenti turgent ſub pectore ductus.
Nec verò, à Cerebri naſi ſunt vertice uenæ, Venę naſi vnde.
Aut capitis de ſede ruunt, ſed ab ore, palatoque
Erumpunt, flexuq; tegunt penetralia denſo.
Splendida nec turpi facies ſecura labore. Morbi faciei.
Scilicetaque malum curà, dextraque fugandum.
Vnica nam facies homines diſtinguit, & illi
Omne decus, ſplendorq; comes, ſic noſcimur, iſtà
Elati ad cælos, ſuperos, atque aſtra uidemus.
Puſtula prima tibi eſt vrēs, q̄ sāguinis aucti, Puſtula.
Subtiliſque viam ſequitur; Rubor excipit iſtam Rubor.
Totà pelle tenus, ſimilis quem tempore cauſa
Efficit.

Efficit. At certo redeat ſi tempore monſtrum,
Hanc vapor educit, tenuis vel copia ſucci
Sueta iuuentutis labes, iuuenilibus annis.
Glaucus color Liuidus. Hancq; volunt licitos curare, ſacroſq; hymeneos
Glauca etiam, liuenſq; ſolet, nigricãſq; colore
Niger. Eſſe cutis: morbos latitantes corpore cauſa
Efficiunt iecore exuſto, tumidoq; liene,
Cauſæ. Aut Pulmone leui, facilis ſit cura labori,
Viſcere ſi liceat cauſas ſuperare latentes.
Pulmonum, Iecoriſq; ſolent, tumidiq; lienis
Signa cani: Rarò veteres, obliquaq; e ductu
Inteſtina ſolent faciem fœdare patentem.
Varus. Exiguus tumor eſt Varus, calliq; figurà,
Lentigo. Lentigoq; leues maculas cute ſpargit in omni.
Sed quid ego vlterius faciei dicere morbos
Sollicitor? numeri morbis ac carmina deſunt.
Morbi oris. Os etiam ſpaſmo partem torquetur in vnam
Spaſmus. Turpe malum, labriſq; paralyſis inuida prodit,
Paralyſis. Supradictorum morbis cauſa omnibus vna,
Omnis in immiſſos neruos quod ſiſtat origo.
Fiſſura labri. Pertinet huc fiſſura labri, quam ſiccior vrens
Cauſa, & veluti faciunt in viſcere morbi
Dura licet, conſtanſq; facit ſubſtantia dentes,
Morbi dentium. Multiplici tamen illa modo, cauſiſq; laborat
(Proh ſcelus) an neruos ſatis eſt, carneſq; fluentes
Et venas, Cerebrumve capax, vitaleq; membrũ,
Diuerſis languere modis? Non tuta labore
Oſſa, ſed in dentes quoq; morbos crimina trudũt,
Mortales omni vt poſſimus parte vocari.
Stupor. Namq; ſtupent ſucco auſtero, vel frigore acerbo
Nigredo. Nigreſcunt, craſſoq; omnes lentore teguntur,
Lentor fœcis. A crapula, à dulcis, calidiq; frequentius eſu.
Tremor. Mobilitate tremunt externo robore pulſi,
Vel putris in vacuis dum regnat ſedibus humor.
Iamq; dolor facilè inuadit, dum tempora pene
Dolor. E Cerebro Pituita cadit, faciliſq; catharrus
Maxillas, neruoſq; ferit ſub denſa tenello.
Caries. Quod ſi exeſa habili Caries in dente moretur,
Si non purgato dudum teneatur in ore,
Fluxio à Capite. Faxq; leuis, denteſq; tegat, fixumq; palatum
Promptius excipiet cerebroſos vertice fluxus.
Tumor maxillæ. Mole etiam maxilla tumet, denteſq; teguntur
Carne ſuper, rigidis degentes ſedibus, & qui
Frigore conſuetis multum genuere catharrum,
Quiue ſolent ſaturæ ſemper poſt tempora cœnæ
(Immiſſa quamuis fæces non dentibus hærent)
Inſtigare vnis vlteris, denteſq; ſpecillo
Phlegmone. Vexantur. Pueri interdum Phlegmone laborant
Maxillæ, quà indita caro radicibus inſtat
Dentis, & exili macerans ſe pure recludit.
Interior maxilla quoq; infeſtatur iniquis
Spaſmus. Spaſmo, & Paralyſi, nonnunquam fluxio laxã
Paralyſis. Illius lacerat iuncturam, moleq; fœdat.
Aphta. Nec leuis Aphta tibi ſit cura, hæc pendula labra,
Gingiua, ac linguæ radix denteſq; laborant,
Vlceribus putridis, minimas, quæ tempore ſtrictos
Alueolis dentes depaſta ſede repellant.
Tot languent morbis, fortiſſima corpora, dentes.
Felices quibus intacti ſub ſedibus hærent
Perpetuo, forteſq; ſibi data munia complent.
Coctio namque cibi laxo fit prima ſub ore.
Quod reliquũ ſi prima perit, ſpes pauca ſecũdis. Prima coctio in ore.
Nũc opus vt fauces referam, linguaſq; ſonoras Morbi faucium.
Qui feriant morbi, nulli euitare periclum
Conceſſit natura: ſua ſunt nomina morbis.
In primis tenuis dum pendet ab vbere fœtus,
Et grauidas tenera mammas ſub gutture ſugit, Lingua nexa palato.
Lingua tenella imo ſpectatur nexa palato.
Hanc, (vbi conceſſum faciles immittere cultros)
Scindito, nam prohibet claras edicere voces
Infanti, & ſaturas ſugendo abſumere mammas.
Perditur interdum, facilis guſtuſq;, ſaporq;, Proſtratio ſaporis.
Dum proprij frigent nerui, aut mucore redudãt, Cauſa.
Dumq; per claras ad guttura concaua fauces
Aeger ſuccus abit, fœdans loca peruia guſtu.
Sed deprauati guſtus natura latentis Deprauatus ſapor.
Corpore conſurgit, latitante & viſcere prodit, Cauſa.
Cum vitioſus ineſt linguæ, curuoque palato
Humor, non grato fallens data fercula guſtu.
Præcipuè teneris vbi languent Viſcera ſuccis
Ventriculuſve capax inimico humore redũdat.
Nam facilè fauces Vapor, & caua guttura lædit.
Batrachus eſt Aedema tumens, radice ſub ipſa Batrachus.
Linguæ, quod ſaniem maturo tempore profert,
Corripit & totam interdum reſolutio linguam, Reſolutio linguæ.
Qua ſpaſmi cauſas dicti ſortitur eaſdem.
Lingua breuis, vel craſſa grauem dũ cõcipit intus
Vberius ſuccum, aut tenuis, producere balbos Balbedo.
Conſueuit, rarò niſi partu emergit ab ipſo.
Fauce ſubeſt Tonſilla etiã, tumor intus aperto Tonſilla.
Gutture ſe pandit, facto quod pure recedit.
Præcluditq; viam, potuſq; ciboq; patentem.
Hanc Humor ſalſus, Cerebroq; cadens Pituita
Profert membranas Tonſilla infeſta peredens.
Tonſillæ ſimilis Columella eſt, lapſaq; ſede Columella.
Vuea, quas præceps induxit ſanguis ab alto, Vuea.
Inſtat namq; metus, ne ſuffocatio fauces
Corripiat, bolus ſtricto nam gutture pendet
Ingluuiem fallens, dum deglutire voluntas.
His faciles appone manus, curatio certa eſt.
Aſt Angina graui fauces præcludit hiatu, Angina.
Mole ſuper, facileque cibos, potuſq; vorari
Indignata, negat, nec reſpirare poteſtas.
Iamq; breui exitium miſeris mortalibus infert,
Si latet ore malum: Quod ſi inflammatio partes
Externas teneat, ſecurior exiſtat æger.
Perpetuò tundenda humeri tibi ſunt palati
Vena licet fauces nulla inflammatio vexet.

At iugulum violare manu, cultrove receſſus
Internos luſtrare caue, ne ſaucïet illa,
Et tu cauſa necis populo dicare petita.
Cauſa. *Sanguis eã,& Bilis generãt, deducta per amplas*
Angina Nota. *E iugulo venas. Quod ſi non propria lædit*
Angina externas partes, fauceſq́; peredens,
Hanc pituita facit Cerebro delapſa retrorſum.
Vertebra luxata. *Vertebrà ſi luxata intrò ſe ducat, eandem*
Anginæ ſpeciem, ſimulatà fronte reducet.
Turpe malum, ſed rara lues puerilibus annis.
Hanc dextra compelle manu, facilemq́; retrude.
Morbi Pectoris. *Hoc capitis læſi morbos, ac nomina verſu*
Edixiſſe ſatis. Nunc pectoris intima, quanti
Exercere ſolent morbi, cauſæq́; canendum.
Vſus pulmonis. *Vſum Pulmonis varium natura creauit*
Informem, vt tacito deducat pectore vocem;
Vt trahat humentes ſugens, ſeu ſpongia, riuos
Quos flexa longo coſtæ exſuxere receſſu;
Vtq́; ferat calidis algentes cordibus auras.
Hoc læſo, non clara ſonat vox: ſemper abundãt,
Anfractus ſucco, & craſſo penetralia rore,
Nec calor innatus flatu emergẽte tepeſcit, (eſt,
Morbi pulmonum. *Pulmo igitur modo friget iners, ſpiratio rara*
Frigus. *Iamq́; calet, ſuccuſq; ſubeſt, ſpiratio præceps:*
Calor. *Diuerſis ſatiare cibis, amor excitat ingens*
Ingluuiem, curam interdum natura requirit.
Sed ſi incepta, morà, lis vel diſcordia in ægram
Tranſit amicitiam, nec iam pulmonibus actus
Halitus æger eat, cæcis occluſa ſub antris
Delituit ſæpè, & ſpe fictis eluſit amoris,
Eſt quoq; forte malum latitans obſtructio, nãq;
Obſtructio. *Ægrè ducuntur tumidis pulmonibus auræ,*
Infenſæq; agitant penetralia concaua tuſſes.
Cauſa. *Hoc humor multus peragit, craſſuſq; tenaxq;*
Diſtillans Cerebro: Quem ſi mẽbrana recingẽs
Guttur habet, vox rauca ſonat, falliſq; vocãtem.
Quod ſi ſumma tenet, clauſo et Thorace reſedit,
Tuſſis. *Tuſſis adeſt enorme malum, atq; inimica ſopori:*
Nam quod mole grauat, vel ſucci acredine pũgit,
Expurgare animus, purgareq; concaua tecta.
Quod ſi materies tuſſi inſtigante lateſcat,
Spes minor, aut nimia ſuperata eſt mole cathar-
Natura, aut humor denſi ratione repugnat, (ri,
Vel iam præcipitem expectat natura ruinam.
Si tenuis tibi ſuccus adeſt ſub pectore, qualem
Excipis increſcens morbus ſi craſſius intus
Phlegma frequẽs, tuſſis ſputo alleuiãdaq; pauco;
Extat in extremo fallax curatio vtroq;.
Aſt vbi natiuo vires creuere calori
Fuſaq. ſubtilis circum præcordia maſſa,
Senſim abit in teretes mucos, denſoſq. catharros,
Victa foras reſilit geminato murmure maſſa.
Nec tamen impactos purgare è pectore ſuccos
Perpetuò licuit, partem coniuncta recepit
Bronchia, & inflatis hæſit pituita ſub antris;
Iamq. morà vitreum, vel fortis imagine Gipſi
Phlegma parit, ſolidũ ſtrictis penetralib' adſtãs
Aſthma malo nomen, rectà ceruice ſupini Aſthma.
Reſpirant, ſtrictiſq. canunt anfractibus auræ.
Plures ſunt morbo formæ, modus omnibus vnus.
Aſthma vetus princeps vbi diſtillatio iũctà eſt,
Sauciat, Anginam ſuppreſſà voce putabis.
Rara redit, quamuis lædens acceſſio morbi,
Nec niſi, vel nimio ſub frigore detegit ortum
Vel certè Autumni ſub tempeſtate moleſtat.
Nec Vomica diuerſa ſubeſt ſtructura tumẽtis; Vomica.
Sub Pulmone latet ſanies, viruſq. coactum
Burſiculà tectum propria, quod tuſſis acerbo
Ferre ſputo potuit, ſtrictoq. euellere ductu.
Ipſa Tubercula ſunt etiam Pulmone frequenti, Tubercula.
Cruda quidem arterys, cæciſq. meatibus hærẽs,
Spiritus his ægrè trahitur, tuſſiſq. laceſſit.
Nec lapides, duroſq. Tophos reticebimus; ipſos Lapis.
E pulmone actos, ſputo natura creauit. Tophus.
Vidi egomet plures olim, quos tuſſis inanẽ
Pro ſucco eduxit, claraſq. eiecit ad auras.
Hae vitrea proles Pituitæ, ac munera ſunto.
At conſtans, ſanuſq. aliàs vir (proh Deus) intus
Seruabit mortis cauſas, ſperabit & annos?
Aſt vbi Pulmonia ſubeſt, deducitur ægrè Pulmonia.
Spiritus, & malæ ſubito feruore rubeſcunt,
Iamq. tument oculi, tuſſis ſeſe irrita torto
Detegit anfractu, febri comitante, ſitique.
Hanc tenuis, feruenſq. facit, ſuccuſq. cruorq. Cauſa.
Venali arteriâ ſparſus, fuſuſq per omnes
Pulmonis ſedes, hic ſi primordia morbi.
Sed ſi præcipui vitium, morbuſq. trahatur
Conſenſu: ſummo ſi diſtillante Cerebro
Pleuritico, aut ceſſante malo, decumbet in ægros
Succus Pulmones, nec erit curatio certa.
Rara mali ſpecies: quamuis qui vertice ſummo
Decidit humor iners, tenuiſq. ſub ima penetrat Catharrus.
Pectora, tuſſiculam, & ſpirandi incõmoda ducẽs
Et febri ſenſim abſumens pia viſcera lentà.
Pulmonia ſolet ſimili ratione vocari.
Artis erit morbos ſigno dignoſcere certo,
Quod quoq. Pleuritici ſit compar forma laboris,
Fitq. dolor ſimilis, quem diſtillatio ſimplex
Efficit, fallax vt res, ſic ſigna putentur.
Eia igitur cæcis mentem conuerte ſub antris,
Clauſaq. morborum dignoſcere ſigna memento,
Nã dolor eſto minor, quã quem Pleuritide ſperas,
Atq. ferè alterius ſequitur Pulmonia morbos.
Huic Phtiſis accedit; namq. acri ex vlcere totum Phtiſis.
Corpus ab affecto Plumone liqueſcit, et aret.
Incipiente malo, tuſſim ſpuit ore cruento,
Et tandem ægrotus ſaniem, dolor excidit omnis,
Febris adeſt, cuncto ſimilis qua tempore, ſumpto

Efferuere

Vlcus pulmonum.

Efferuere cibo, veluti Hectica torrida ſueuit.
Sordeſcente magis, magis & fœtente, latenti
Vlcere, ſe virus lymphæ quod ſubſidet, effert,
Quodq; agili peſtem redoles ſi inſederit igni.
Iamq; vbi confirmata lues, in viſcere ſedit
Portio Pulmonum ſpuitur, vulſaq; ſupina
E' radice comæ deſecto vertice currunt.
Liueſcunt male, atq; vngues, aureſq; dehiſcunt,
Interitusq; grauis patulis pro poſtibus adſtat.
Quemq; foras natura trahit de pectore flatū,
Teter, & infenſo fœtorem ſpargit odore:
Omnia ſæua vides, tandem flos decidit omnis
Ergo iuuentutis: Contagio pernia vaſtat,
In puerosq; magis ſæuit, dum languet adultus.

Fluxio ſāguinis.

Profluit interdum Pulmonū ſanguine vena,
Dum ſuppreſſa latet certi vacuatio membri,
Aut ictus, clamorq; ferit penetralia fortis.
Difficilis tibi cura ſubeſt, dum tuſsis ab imâ
Sede trahit gelidum, ne excreſcat mole, cruorē,
Intima dilatat, manantis & oſcula venæ.
Quòd ſi profuſus cæco pulmone recumbat
Sanguis, pure ſcatet: membri penetralia denſe
Vlcere conſumens, lapſoq; in corda veneno.

THEORICAE MORBORVM

LIBER SECVNDVS.

Morbi Thoracis.

NVNC vacuo Thorace lues, quæ ſiſtat, & error
Dicamus, membrana cauo quæ nexa cohæret,
Horrendâ Plegmone frequens, fluxuq; laborat.

Pleuritis.

Nec dolor eſt vnus ſpecie, nam ſæpe vagatur

Diſtillatio. Phlegmōe muſcul. externorum, intercoſt.

Flatus in internis, vellens penetralia denſa,
Partibus, aut præceps cum diſtillatio vexat,
Externusve calet dirâ Phlegmone receſſus
Pectoris: hæc falſa Pleuritidis eſto figura.
Si membrana tamen, vicinâ aut ſede laboret
Muſculus internus, vero fit nomine Pleuris.

Signa pathognomica.

Spiritus his ægrè trahitur, mox febris acuta
Et lateris dolor, & tuſsis veſana moleſtat.
Omnibus his ſanguis ſubtilior, intima pulſans,
Decumbensq; cauis circum penetralia coſtis
Cauſa fit, aut calido connexum phlegma cruori.

Cauſa. Ictus.

Nec leuis eſto dolor, quem conſtans ictus inuſsit,
Quòq; vagi redeunt ſpatio diſtante dolores,
Et tumidos fictâ Pleuritis imagine fallunt.
Eſt ſperanda ſalus, ſputo dum Pleureſis inſtat
Vertor, & tumidis ſanies impacta cauernis.
Viſa tamen ſudore foras Pleuritis adacta,
Viſa per vrcteres fluxu emerſiſſe latentis
Interdum: præſtatq; fidem curatio certam,
Ipſa ſibi cæcos aperit natura receſſus,
Quàq; poteſt, ſaniem, morbiq; exordia pellit.
Namq; exeſa dolēs dum ſe membrana refringit,
Tenuia præcipitem ſuccum venæ oſtia ſugunt,
Inſinuantq; cauis pulmonibus: omnia tandem
Tuſsis agit, pellitq. foras, ac concaua purgat.
Dum quis præualidis audet ſe credere ventis
Sit multâ quamuis tectus præcordia veſte:
Dumq. calēs ſubito friget, dum pectore flamma
Aeſtuat, atq. ardens rigidis ſe potibus explet:
Certus adit morbos, ſed non curatio certa.
Dira quoque ignaris adſunt conſortia morbis:
Nam ſubitā in Pleurim, præceps Angina faceſſit,
Huicq. modo ſuccedit iners Pulmonia, & ima
Parte, malum ſerpens, tacitè dolor excipit alter.

Empiema.

Pure vbi Pulmo ſcatet, thorax, ſeptūq. graueſcit
Illuuiè infanda, morbi noua forma ſuperſtat.

Angina.

Materies ſiquidem Anginæ malè noxia, Quæque
Pulmonia grauat, lacerans aut intima Pleuris,
Quique ruens celeri venit de ſede Catharrus:
Ni ſputo purgata fluant, tuſsique frequentis,
Vlcere deformi, ſanies in pectore ſenſim
Fluctuat, hàc fluitat thorax, pulmoq. recūbens,
Donec tanta grauet penetralia copia morbi.
Quanta queat ductos arcere è pectore flatus.
Nec ſenſum latet iſte labor, nam pectore in imo
Pondus adeſt: & miſſa fœtent pulmonibus auræ
Ante cibos: pulſaq. leues, tenuesq. notantur.
Præterea mugit, cæcis agitata ſub antris
Illuuies: teneros Phtiſin hæc diſpergit in artus.

Morbi cordis.

Internaſque licet ſummo ſub pectore partes
Cor teneat, tepidumq. gerat uitæ, atq. caloris
Munia, ab externo ſecurum in pectore caſu,
Incurſusq. ideo primo contemnat ab ortu,
Robore virtutis fretum ſapienter, & inde
Proferat eximias in corporis organa uires:
Non potuit tamen audaces effugere morbos:
Interitusq; cauis inuaſit corda ſub antris.
Proh ſcelus, & laſo proſtrauit munia fonte.
Hìc genus omne mali poſuit naturā, perennis
Ne conceſſa foret miſeris mortalibus aura.
Cumq; habiles iſtà veniant de ſede, locove
Arteria & vita conſtans exordia mandet,
Hinc facilè quauis potuit langueſcere cauſa.

Sana

6

Intemperies. *Sæua intemperies prima eſt, quà ſpiritus æger*
Concidit, & toto vires in corpore languent.
Plurima ſunt etiam ſacri ſub cordis hiatu
Vlcera, quæ partes externas ſola laceſſunt.
Vulneraq; audaci quæ cordi nexa cohærent.
Deplorata ſalus cunctis, ſed tardior extat
Interitus: ſubitus; ſi ventres vulnere cadit.
Tumor. *Iamq; tumor, ſcirruſq; loco ſi inſedit eodem,*
Scirrus. *Atq; mali genus omne ſibi ſua ſigna retexit.*
Syncope. *Sincope ſæpè redit; quamuis tibi neſcia cauſa*
Morte repentina, morbi vis ſumma notatur.
Mens cadit, interdum rigidus de corpore ſudor
Emanat, vomituſq; cauo ſub ventre laceſſit.
Cauſa. *Noxia nam tumido ſunt hæc conſortia cordi,*
Quippe vtero fumante, grauiq; tumente liene,
Ventriculoq; ſolent animi deliquia naſci.
Venenata vis. *Nec ratio diuerſa, latens vbi cor de venenum*
Delituit, ſumptumve cibo, aut in corpore natũ:
Occultà ſiquidem cauſà vis deperit omnis,
Securum placido quod pectore detinet hoſtem:
Hanc omni perquire viâ, curaq; retunde
Perniciem; neglecta tibi ſint tempora morbi;
Nec concoctricis ſint ſigna notanda, repente
Lapſa cadit virtus, dum morbi tempora ſpectas.
Origo cordis. *Aſt age, quæ tandem noſtrum Vitalis origo;*
Quidve prius natura parẽs Cerebrũve, Iecurve
Efformet. Rerum cauſas ab origine ferre
Eſt opus: Hic Medicos inter lis magna, ſophoſq;
Hoc ſiquidem inſultu vitali excedit ab aurà
Tardius, & vitæ princeps, atque auctor habetur.
Vana fides igitur careat, quæ præcipit Hepar
Propterea primùm vitalem aſſumere formam
Venturo cordi, quod nutrimenta procuret.
Falſa quidẽ hæc, paucis ſiquidẽ formatio ab horis
Perficitur; Nec viſcus eget pinguante liene
Interea, ambobus Cerebrum comes accipit artus.
Cum tamen innatas inter, vis maxima vires,
Cor gerat, & vitæ conſtans ſtatuatur origo,
Corda prius natura parat, regemq; neceſſe eſt
Tempore nõ multo, paucas tamẽ inſtar ad horas.
Sin minus haud animalis erit, nec in Hepate coc-
Perſiſtet, cunctas præeat vitalis oportet. (trix
Palpitatio. *Palpitat interdum Cordis ſubſtantia, motu*
Naturà, ſolitoq; magis, dum copia feruet
Cauſa. *Sanguinis, aut mordens inſedit partibus humor.*
Nec minor eſt tetro cum longis ductibus exit
Splene vapor, cordiſq; ferit penetralia, tanta
Pellere cura malum cordi eſt, vis tanta reſurgit,
Vt poſſit luxare cauas, & rumpere coſtas.
Morbi Exophagi. *Nũc opus Exophagi morbos, ac dãna canam⁹.*
Parua licet membrana loco eſt, tamẽ obuia multà
Morborum illuuie, dorſo connexa recumbit.
Hanc Intemperies lædit, prohibetq; ciborum
Deſcenſum, qualis longæuis viſitur ægris.
Nunc ſcirrus, cæcuſq; Tumor penetralia vexat,
Nunc etiam liquidis prohibetur ſemita, nuncq;
Non niſi prædurus vexat penetralia bolus.
Sæpè etiã graue vuln⁹ adeſt, q ab vlcere circũ Vulnus.
Pendet adhærenti; patet id, namq; acria, ſalſa,
Quique vias lacerat, mordẽs loca peruia ſuccus,
Infando partem vellunt, punguntq; dolore.
Porrò omnis dolor in dorſum, ſpinamq; recumbit,
In quam lapſa gulæ incumbunt velamina partẽ.
Os quoq; ventriculi, ſimilis labor occupat arctũ, Morbi ventricali.
Namq; Intemperies, omniſq; Tubercula morbũ, Intemperies.
Summa parte latent, ſingultus cauſa frequẽtis, Tubercula.
Culpaq. ne præceps cibus intima tecta penetret. Singultus.
Huic grauis accedit confecto pure per amplos
Illuuies ductus, tuſſi, vomituq. reſurgens.
Cumq; leues ſextà neruis de ſede recumbant,
Mentis adeſt error Stomachi conſortia ſignans. Dolor.
Nec dolor eſto leuis, quando ſalſumve, rigenſve,
Aut acidum, crudumq; aliquid, durũve voratur.
Intima Vẽtriculi facilis quoq; morbus adũbrat,
Nam ſeu pacato, penetralia rore madeſcant,
Seu deleterys dapibus pars ima laboret,
Venter ab ambobus patiens incommoda ſumet.
Nec quamuis vicina ſibi ſint corda, Iecurve,
Incumbatq. cauis, potuit vitare periclum.
Namq; Intemperies, vbi feruida viſcere ſedit, Intemperies calida.
Ima ſitis veſana tenet. non vincere monſtrum
Aude mero, claris ardens compeſcito lymphis.
Nec cibus eſto calens, nec aromata fercula condi.
Rara mali ſpecies, quod ventris tecta fluenti
Humeſcant ſucco, ſeu quod pars ipſa calore
Vix ſcateat proprio, niſi viſcera cetera mandent.
Si rigidus ſtatus eſt, decedit cura ciborum, Intemperies frigida.
Eneruata iacet concoctrix, nec ſitis inſtat
Peruia, ſed ſiccas amor eſt accedere menſas.
Quod ſi prætereà craſſus conſederit humor
Mole grauis, Ructu infenſo, Vomituq; patebit.
Quodq; olet ouorum ſpeciem, putreſq; vitellos Cruditas.
Ore redundabit, res infenſiſſima laxo.
Partibus interdum grauis Inflammatio ſedit, Inflammatio.
Dum leuis è laxis prorumpit ductibus humor,
Spargens rore graui viſcus, Stomachumq. cruore:
Hĩc dolor, atq; tumor, vomitus, febriſq; ſequũtur.
Syncope ſollicitat, conſtans & cura bibendi.
Aſt vbi præcipitem natura euicerit hoſtem,
Pureq. confecto meditatur inire ſalutem,
Seceſſu ſaniem, viruſq. educit aperto:
Hacq. magis via recta malo eſt; Purgare p aluũ
Pauca licet Stomacho ſi ſint impacta recenter.
Nam Medica primaua parens natura latentes
Ventre, prius vomitu, morbos educere tentat,
Si licitum; hoc vetito, fœda propellit ab aluo.
Vlcera prætereà clauſo dum ventre teguntur,
Vix callo potuere tegi, nam tranſitus ipſis

Partibus

Partibus infenſus, potuſq́, cibiq́ laceſſit:
Dum grauiore malo, fibriſq́, ſitiq́ premente
Languet; & aſſumptis dapibus nō paſcitur æger.
Deplorata ſalus morbo eſt, nec cauſa pateſcit
Certa, per ambages ſignorum ducta frequentes.
Appetitio læſa. *Reſpuit interdum præſtantia fercula Venter,*
Appetit atq; parum, dum toto corpore ſucci
Luxuriant, & laudatus dum ſuccus abundat.
Athletarum iſtud proprium fortiſq́ Iuuenta,
Quod caleāt interna foco, quod ſanguine, abūdēt,
Viſcera laudato, multo & penetralia rore.
His medicas inferre manus, ac ſanguine venas
Alleuiare, docet medicæ primarius artis
Hippocrates, careant quamuis ſub viſcere morbi,
Vel grauis internas humor dum poſſidet arces,
Seu Pituita tenax: Quamuis quod pendet ab ima
Indicium linguâ, ſtomacho nolente pateſcat.
Bulimus. *Aſt vbi vix ſatias fames inſederit, agrum*
Extenuat, maciem graciles ſpargitq́ per artus.
Exhauſtoq́ facit bulimum corpore. Quod ſi
Internæ ventris partes, ſtomachiq́ graueſcant
Infando ſucco, ſalſove, acidove, putrive,
Pica. Fames canina. *Pica ſubeſt, præſenſq́ fames tibi dicta canina,*
Qua lapides crudiq́ cibi, cineresq; vorantur,
Proh ſcelus, an ve-Coci, quæ concoxere trecenti,
Humano generi ſatis ad conuiuia non ſunt?
Hac conſueta lues grauidis, ſancitaq́ longè
Lex populo; tribus quicquid petit ardor edendi,
Sin minus, educet ſignatos tempore fœtus.
Nam modo præduris hærent à frontibus artus
Pendula nunc partes caro deſinet, atque ſupremà
Pelle tenus, Ceraſusve tument, aut pernia fraga,
His facies imitata merum candore rubeſcit.
Sunt qui prætereà, craſſo fortiq; teguntur
Viſcera compacto ſucco, facieve, manuve,
Sed tamen a natà non languent viſcera carne.
Nec modus is rebus: diris portenta figuris
Interdum, binosq; homines connectit, eadem
Pelle, modò gignit informes natura Catellos.
Hinc ſtata ſollicitos vexat diſcordia Vates,
Vtrne vnus, iunctusve homini ſit forte catellus.
Coctio læſa. *Coctio ventriculi, ſimili ratione laborat*
Ipſa quoq; Aut etenim cōpacta ī viſcere cauſa eſt,
Cauſa. *Frigus edax, pituita grauis, leuis eſca caloris,*
Aut iecore ardente, calor imo in ventre ſubactus
Augetur, viſcusve aliud penetrale fatigat
Conſenſu infando, quo coctio tota labaſcit.
Nec minus ipſa cibis onerata frequentibus errat
Coctio, congeſtus ſiquidem, dum ventre reſedit
Euincit longo neſcit lentore coactus.
Hta iuuenitis morborum fons et origo.
Nam veluti immiſſa ſtrue, ſenſim flamma reſedit
Lignorum, pluriq; peris Vulcanus ab eſca:
Sic calor innatus, luxu ſuperatus amico

Concidit, interitum vitæ de fonte capeſcens.
Excipit hanc flatus, Ructusq; vbi concaua tecta **Flatus. Ructus.**
Ventris cūcta tumēt, dū potus, & humor abūdat;
Dumq; fluunt liquidæ circùm præcordia menſæ.
Deniq; ſingultus ventres diſtendit inertes, **Sigultus.**
Dum ſtomachi membrana latens exhauſit acutos
Vberius ſuccos, quos vi deducere tentat:
Aut vbi longa prius, quouis de corpore, ſucci
Fluxio, quæ Ventris penetralia mollia ſiccet.
Sueta lues, vbi multa cauam demiſſa per aluum
Materies, pronusq; cruor per viſcera fertur:
Aut vbi profuſo langueſcunt ſanguine nares, **Siugultus à ſiccitate & humiditate.**
Longave concluſos febris diſtemperat artus.
Depaſcens ſi ruore habitum flammaq́ perenni.
Sed quia diuerſi, diuerſa eſt cura laboris.
Nec decet arenti, ſiccis inferre medelas,
Morbo, nec fluidis humentes addere riuos;
Ergo ſollicita morborum exordia mente
Cerne, ſolent veteres eludi ſæpè magiſtri.
Sed grauior ſingultus adeſt, dum Pulmo, Iecurve **Singultus à phlegmone internâ.**
Vrenti phlegmone ſcatet dum viſcere ab uno.
Halitus erumpit, referens in corda venenum.
Huic uita ſpes pauca ſubeſt, febre talis in illa
Cernitur, infando quæ dicitur ordine peſtis.
Fit quoq́ ſingultus, ventris ſi ſumma premantur
Externo incurſu, coctisve ad concaua verſis.
Turpe malum eſt etiā Vomitus, quò ſæpe ferūtur **Vomitus.**
Quæ per ſubiectum debebant currere ventrem.
Debilitas eſt cauſa prior, dum tanta fatigat **Cauſa.**
Ventriculum, vt ſumptos renuat potusq;, cibosq́.
Interdum veſana lues, fit cauſa malorum,
Dum latet vberior ſuccus, dum pinguior eſca,
Copia dum laudata cibi, dum vexat acumen
Humoris, quod ſponte ſuâ ſibi peruia quærit,
Dumq; Venenatis dapibus præcordia languent.
Sed Vomitu grauior morbus: dū ſāguine rupta **Vomitus cruentus.**
Vena fluit, craſſusq; foras cruor exit, ab imis
Partibus, immiſſo mixtus, ſuccoq;, ciboq;
Nigreſcitq; magis, ſi tempore clauſus, anhelo
Ventre ſit: In grumos reſerato gutture cedens,
Nec vomitu deformis erit ſeceſſus, in ipſà
Fæce cruor pulpas tamarindi, & caſſia fallet,
Hanc animi ſequitur nonnunquàm lypotimia,
Putreſcens ſiquidem ſanguis, grumoq; coactus
Extra ortum, Venasq; imitatur ſæua Venena,
Huic ſimilis prima uita ſub origine, curſus
Eſt pueris tetro fæces ſignante cruore,
Ante cibos, primasq; dapes, ſic Hepate crudi
Excedunt, aluoq; humores tempore currunt.
Quod ſi Vētriculus, fellis, cumularit, et Hepar
Mole graui bilem, cholera fit nomine morbus; **Cholera.**
Dedignata etenim tantum natura periclum,
Et vomitu ſimul, & turpi ſe ſubleuat aluo.
Omnia flaua uides, ſitis inſtat, & obuia febris,

Sed ternos ſuperare dies vix omnia norunt.
Hoc ſumma inuadit monſtrũ, morbusq; inuictà,
Dum ferit innato virtus primana calore,
Aſtraq́; præcipites mandãt de vertice flammas,
Nec reiicere dapes licitum, ſi plurima ventres
Inficiant, Oriens quæ munera mittit amicus.
Dolor. *Nec dolor eſto leuis, mordax dũ viſcere ſucc⁹,*
Aut vapor acer adeſt, ventris penetralia lædens.
Morbi Iecinoris. *Duximus in ſeriem morbos, qui cõcaua vẽtris*
Tecta tenent, Iecoris ſupereſt cantare dolores.
Multa lues morbo eſt, multo nam ſanguine Viſcus
Infarctum, ſuccosq́; haurit pars prouida cunctos.
Intemperies calida. *Hunc Intemperies primùm præferuida lædit,*
Sueta lues paſſim, ſitis inſtat, & ardor edendi
Concidit, & manuum flagrant interna, pedumq́;
Cumq; malo, ſuccus cæcis retinetur in antris,
Mixtus, in infernis totus ſe cruribus effert;
Vlcere depaſcens artus, flammàq; perenni.
Intemperies frigida. *Quod ſi frigeſcat, maior ſit cura ciborum,*
Nec ſitis inſtat, vterq; poteſt ab origine morbus,
Sponte, (nec id mirum) culpà prodire parentum.
Hic prior interitus, longæua tempora vitæ
Præuenit hoc totum vitiatur origine corpus,
Quod ſit cum totà membri communio vità.
Sunt qui ſuccenſo longæua tempora vitæ
Iecore calidiori, nõ eſt vita prolixior. *Hepate prædicant, quod mors extinctio primi*
Sit calidi: calidumq; queat Iecur addere flãmas
Deficiente foco; ſumma eſt inſania, ſumma
Stultitia eſt, morbis auctis, ſperare ſalutem.
Nam Iecur exuſtum, calidos producere ſuccos
Sollicitat, cunctosq; morà violenter adurit,
Quiq; riget, rigidos humores procreat, omnis
Membri intemperies ſuccos ſibi comparat æquos.
Iſta cachexiæ ſemper primordia ſunto
Nam tumido quauis generantur in Hepate ſucci
Diffuſi in totum ſpargunt ſua munia corpus.
Putredo ſubſtãtiæ. *Nũc quoq; putreſcit Iecoris ſubſtantia craſſi,*
Senſim illo fragilis vitio ſuccumbat vt ager.
Et ſperabit homo, niſi vis deſæuiat atra,
Viuere, ſit quamuis tã fœdus in Hepate morbus?
Odit aquas, puroq; petit ſatiare Lyæo
Perpetuã, comitemq; ſitim, grauis halat ad auras
Spiritus, interno liuent à viſcere malæ;
Pinguis odor carnis, menſà veniente moleſtat,
Aeger amat ſatiare mero penetralia multo,
Et fluidis inimicus aquis petit ore lyæum,
Ipſe ſibi interitum texens, morbosq; fugaces.
Sic ſolet illecebris inimicus, & ore nitenti
Blandiri, iugulumq; petit male fidus amici.
Deſperata ſalus, latitans nam corpore peſtis,
Nec ſtudio quamuis multo curata recedit,
Sanguine ſpermatico, ꝙ pars putrefacta redũdet.
Nec quamuis ſignis noteſcat morbus apertis,
Perpetuo morbi curas ars docta retexit.

Tanta mali ſpecies Medicis eſt cognita doctis.
At quos debilitas, & vis proſtrata fatigat,
Hepaticos ars docta vocat; ſi tractio languet, Hepatici.
Sponte ſuà liquida exhauſtà funduntur ab aluo;
Si retinens effœta iacet, cruor effluet æger,
Mactatæq; recens carnis lotura iacebit:
Nec dolor acer adeſt, ſiue ſenſu perfluit omnis
Illuuies, liquidà fluitant caua viſcera fæce.
Copia prorumpet crudorum, extremaq; craſſà
Mole tument, agilesq; pedes, venterq; manusq;,
Eximius cedit faciei ſplendor, honorq;
Quiq; prius læti radiabant fronte colores,
Squallent, & tetrà fœdantur viſcera carne:
Sanguifica ſi robur abit: ſic contigit ægris, Hæmatoſis læſio.
Præteritis quos longa probat duratio morbi.
Hepatis eſto frequens obſtructio, tẽpora raros Obſtructio.
Immunes vitio poſt interualla tulerunt.
Nam quà ducta patet ſucci via, quà ve recurrẽs
Per uenas, artusve leues, cruor itq; reditq;:
Vel mucore graui, vel craſſo hærente catharro,
Stricta uia eſt, latitansq; imitatur vena capillũ;
Humor enim vel mole premens, vel craſſior ius
Viſcere compactus, ſenſim loca peruia claudit.
Hinc dextri grauitas, & tenſio, qualis apertè
Vix dapibus ſumptis, ſi quem tact oneris, extat.
Nec craſſus replere vias, ac concaua ſolùm
Humor conſueuit, cholera modo tardior extãt
Pulſio, quæ longis vbi ſedit ductibus, ægras
Paſſa moras, acri naturæ initante calore,
Atque ſuo, ſenſim lapideſcit marmoris inſtár.
Dura lues ſcirrus, digito reprimẽte renitens, Scirrus.
Si minus abdomen ſpectatur, dextera namq;
Mole tument, verſaq; dolor recubare figurà.
Huius præcedens morbus primordia iecit
Perpetuo, longò duret ſi tempore morbus. Cauſa.
Namq; calor laxos, feruore ardente catharros,
Extenuat primum, liquidos ducitq; vapores
Pelle tenus; reliquos vrit, duratq; coquitq;
Hinc eſt difficilis, quauis duratio formà.
Rara per ardores morbi generatio, namq;
Pars feruore calens, abſceſſus procreat ægros.
Eſto tumor noua forma mali, breue tẽpus et ãnos
Morbus hẽt, breuibus morbus ſuperabitur horis. Tumor.
Si leuior: grauior partem diſtendet in amplam
Molem: quà digitos inus ſupponere coſtis
Sit vetitum, membra notas ſignareq; formas.
Cauſa mali, vel flatus iners, vel crudior eſca Cauſa.
Qualis ab æſtiuis conſueuit fructibus eſſe,
Atq; merò dulci; ſuaues Iecur vndiq; ſuccos
Allicit impensè, tanta eſt laſciuia, vt ipſos
Nondum ventre prius coctos, deducat & inde
Morboſam ruat in molem, fœdosq; tumores.
Eſt inflammati Iecoris quoq; noxia labes;
Sanguinis hanc moles ſuccive acredo renitens Inflammatio.

Inducit,

Cauſa. *Inducis, venis extrà prolapſus apertas.*
Hic cruor in ſaniem primùm ſecedit olentem,
Quæ iecoris populata locum, carneſq́; rubentes
Excauat, & membris vlcus penetralibus infert.
Dextrâ parte dolor, iugulum, coſtaſq́; laceſſit,
Et grauitas, ſpirare nefas, & tuſſis inanis.
Pure at confecto, dum virus profluit, ingens
Corda labor petijt, tetro expirantis vapore.
Quid mirum, ſi rara ſalus, cùm certior extet
Interitus, tantis cauſis vrgentibus ægrum?
Abſceſſus. *Si leuis abſceſſus, natura inſtante, per amplas*
Vreteres ibit ſanies, aluo, vomituq́;,
Aut fluet in laxos abdominis vnda receſſus.
Quò fluit hydropiſis multo poſt tempore ſuccus.
Multiplici natura modo propellere morbos
Conſueuit, ſibi doctá viam, curſuſq́; parauit.
Vlcus. *Nec reparare latens Vlcus natura valebit,*
Vt neq́; Pulmones; quæq́; ipſa ab origine prudens
Membra ſpermatica non reſtaurat ide perdita. *Spermate membra facit natura, & ſemine cōſtat.*
Si tamen innata partes ſplendore reſarcit
Carne ſuper; leniaq́; actum pinguedine vulnus:
Summa cicatricem pars ſemper geſtat apertam.
Morbi in chyſti fellis. *Nec iecoris chiſtim, morbi aufugere ruentes:*
Nam quà laxa petit cholera inteſtina, viaq́;
Queis bilis chiſtim curſu tam permeat æquo,
Obſtructio. *Craſſa tenere ſolet partes obſtructio vtraſq́;.*
Aluus dura riget, atq́; albeſcentia craſſa,
Et flaua vrinæ ſummas ducuntur ad auras.
Flauus & albentes tandem color occupat artus.
Quod conſueta cano detrudi è pectore moles
Sedium egens, oculoſve petat, reneſve ſubactos.
Calculus. *Calculus in chiſtis fellis concreſcit, & ipſa*
Rara quidem lapidis ſpecies, Tophiq́; coacti:
Sed leuis & lapſus, qui ſummis hæreat vndis.
Hicq́; per infernas eſt viſus currere ſedes.
Heu lector reperire viam, curſuſq́; latentes
Incaſſum properas, naturæ arcana negantur.
Cauſa. *Materies bilis grauis eſt, quæ tempora ſedes*
Vt tenuit, lentaq́; morâ, virtuteq; forti
Non ceſſit, ſolitis neq; prodijt inteſtinis,
Longæua tandem fuerit lapideſcere cauſa.
Aucta tamen bilis vomitu expurgatur aperto,
Intermittentes nunc procreat inuida febres.
Attractis læſa. *Si careat immiſſo chiſtis ſubſtantia ſucco,*
Et ſit per ſummas totus fuſuſve per imas
Menſuram ſupra, ſuper atq; modum, labor vnus.
Quod ſi tam nimia cholera ſubſtantia fluxu
In molem chiſtim tollat; geminatio morbi
Multa eſt, per ſuperas vomitus, fluor eſto per imas.
Morbi lienis. *Nūc age, qui ſplenem morbi, cauſæq; laceſſāt,*
Dicamus: rarum viſcus natura creauit,
Munus ſplenis. *Vt trahat infenſos, toto de corpore ſuccos,*
Atq; melancholia purget caua viſcera riuo:
Nam mali progenies choleræ eſt, ſuccíq; nigrantis,
Peſſima ſi multo deſidet tempore corpus.
Hanc vbi colluuies multo congeſſit aceruo
Præcipitem iecore è ſummo natura profundit,
Hinc lateris tumor, & moles infenſa ſiniſtri, Tumor.
Anxia ſe prodit. Si crudior vnda lienem
Materieſq; premat, decedet cura ciborum
Reſpirare nefas, faciei flos perit omnis
Flatus in internis rugitu fluctuat ægro,
In dextramq; negat morbus ſe flectere partem.
Vſus id herbarum, ventiq; vndaq; nocentes, Cauſa.
Et fructus fecere malum; Natura miniſtra eſt
Interdum, rigidaq; notat ſub fronte venenum.
Vt quos, nec ſtudium, nec vita effrena libido
In riſus poſſunt, vlla ratione ciere.
At quos omnipotens primo dignatus amore eſt,
Inq; illos firmas vires ab origine, ſanxit
Hi neſcire luem ſueti, niſi longior ægras Ex diuturno morbo Tumor.
Morbus habet partes craſſo lentore coactus.
At vbi materies, acrem perpeſſa calorem
Duruit; in ſcirrum viſcus, parteſq; feruntur, Scirrus.
Ad lanam quæ tecta tenent tactuq; prementi
Clarior indicijs moles ſe durior edit:
Hæc grauior natura mali, niſi longior illam
Cura, & languentis conetur vincere robur.
Ieiunos ſudare decet, campeſtria curſu,
Ardua prærupti & ſuperare cacumina montis:
Abſtinuiſſe mero, potu indulgereq; pauco.
Et ſit curarum retro domus orba per annum.
Nec viſcus craſſum ſolet inflammatio præceps Lien raro inflammatur.
Diuexare, agilis ſiquidem, tenuiſq;, calenſq;
Vix cruor arcta poteſt ſplenis connexa ſubire.
Namq; viæ lentore graues, calloq; coactæ
Laudatos renuunt, è toto corpore ſuccos.
Si tamen hi veniant pro cauſa ſplenis alendi,
(Nam fœdo partem ſucco, quò viſcera languent,
Nutriri, & morbo vires pollere negandum)
Iāq; magis penetrent, & pars phlegmone laboret; Phlegmō.
Areſcent ſtimulata ſitu penetralia, febris
Acrior & leuæ partis dolor ingruet ingens.
Nec minor eſt morbi ſpecies, dum clauſa liene Cauſæ.
Eſt bilis nigra, & vires acquirit eundo:
Clauſæve contigua, ſi turgeat inuida parte. Venenata qualitas.
Huic licet eſt (res mira quidē) vis maxima certè,
Impar maſſa tamen ſucci. Natura Venenum
In molem tranſire negat, vim viribus addens,
Præcipitemq; foras hoſtem, morbumq; repellit.
Si tamen interna iecoris retinebitur arce,
Fit capitis deforme malum, Vertigo, minaq;
Febricula, ructus acidi, flatuſq; recluſi.
Sæpeq; poſt longos deliria ſtulta dolores.
His veteres curam vomitu ſtatuere frequenti. Vomitus ſalutaris.
Sæpius & ſucco per corporis infima pulſo.
Porrò multa manent, in tota incommoda vita, Morbi iecoris & lienis.
Quæ iecoris, ſplenisq; ſolent conſurgere cauſa.

Hac quod purgandis ſuccis natura crearis,
Sæpius,& membri vires, ac munia ceſſent.
Iſteritia: Ictérus eſto prior, quo corporis extima turpi
Signa. Flaueſcunt ſucco,& ſqualent, concluſus in imis
Sudor viſceribus claras non fertur ad auras;
Mēs languore grauat, dū corporis organa lāguēt,
Ventriculoq́; nocens vomitus, febriſq; ſequuntur.
Cauſa. Quæ niſi ſublato decedunt viſcere ſucco.
Huius cauſa mali variat, calcata repente
Vipera, quæq; alia morſu miſère venenum
Serpentes, puros offendunt dente receſſus,
Cumq́; graues auido ſorbentur gutture riui,
Inſtigante ſiti, quos vel cauſa horrida ſenſim
Infecit, lentâ quæ putent ſtagna palude;
Praua mali ſpecies, ſecurior illa futura
Iſteritia. Critica. Cum febres natura graues perpeſſa, calentes
Exturbat ſuccos,& corporis extima fœdat.
Exonerans interna foco, nec ſegnior eſto
Forma mali, quando Iecur Inflammatio vexat
Maxima, vt cuius, toto de ſanguine maſſa
Flaueſcit, ſummâ & velox ſe pelle recondit.
Febris adeſt, dexterq; grauat, feruetq; receſſus,
Sed dolor vrget iners, Iecoris ſubſtantia neruis
Pœnè caret, quem ſumma tegēs mēbrana coercet.
Iecur leuis ſēſus. Iam verò exactâ morbum diſcernere mente
Artis erit; Vera eſt ſiquidē, dum ferbuit Hepar,
Nec fuit vndanti choſtis bene congrua ſucco,
Quem Iecoris veſana lues generauit,& ardor,
Cumq; fugax nimia retineri mole recuſet
Septa intrà, ductuſq́; ſuos, è ſedibus exit
Impauidus, varioq́; aditum ſibi ſtruxit poſcit,
Cunctaq; venturum propellere viſcera ſuccum,
Sollicitant; peſtem arcanis de ſedibus arcent.
Hinc croceæ fæces, vrinaq; flaua recurrit,
Sudor ineſt flauus; flaueſcunt lumina,& artus.
Obſtructio. Nam flauus cunctis dominatur ſedibus humor.
Hinc morbus variare ſolet, ſi obſtructio ductus
Poßideat fellis, nec ſucco tecta petantur
Flauenti conſueta, cauam nam miſſa per aluum
Materies croceâ immunis ſpectabitur vndâ.
Ietcrus niger. Icterus eſto niger, cholera dum copia tetra
Sanguine miſta probo; ſummos defertur ad artus,
Cauſa. Quæ viſio interdum iecoris generabitur aut cū
Turgeat vndanti ſplenis ſubſtantia ſucco,
In ſummam pellem trudet natura venenum.
His grauitant ægri morbis durantibus artus,
Floreſcenſq; perit frontis decus, omnia languēt,
Horriduq; oppreſſam perturbant ſomnia mentē,
Concoctrix effæta iacet, non vlla ciborum
Cura eſt, non lætis horas impendere ludis;
Solus amor potus, fortiſq; inſedit aceti
Nōnunquā: Hoc liceat quāuis depellere morbos.
Paſſio hypochondriaca. Eſt Hypochondriacæ labis deformior ortus.
Namq; Melācholicus ſi ſplenem obſederit humor,
Vicinaſve vias, circum penetralibus actus Cauſa.
Vexet,& ardeſcens fumos emiſerit ægros,
Error mentis erit, Defectio, plena timoris
Omnia, ſecedent ægri, fugientq; ſodales,
Interdum furijs acti deliria fingent,
Tanta ſub internis incommoda, latus ad auras
Fumus,& horrendâ feriens capita ardua labe
Efficit, Interdum redolet Vapor iſte Venenum.
Fiet Atrophiæ ſpecies, cum viſcera prima Atrophia.
Cor, Iecur,& Venter, morbo grauiore laborant.
Partibus aut ijſdem choleræ prouentus abundat. Cauſa.
Suauis enim, tetris ſcateat ſi fæcibus humor,
Nec ſaturet ſummas, nec partes recreet imas,
Hinc macies, ſe turpis agit, nec ſqualida præter
Pellem membra tegūt, nec ſanguine vena regēdo,
Vt ſolet in molem, ſummâ cutis, nempe tumeſcit,
Mēbra cadunt, corpuſq; malo, morboq; liqueſcit,
Sæpe comes monſtro febris, quæ lenta receſſus
Abſumit, ſimilis quam cauſa eduxit ad auras.
Huic medicas adhibeto manus,& mente ſagaci
Inquirenda lues primùm eſt, curaq; fuganda.
Nam fallax eſt cura malo, dum multa vorari
Et multa ingluuiem dape fallis forte videmus,
Nam leuis à dapibus nutritio viſcera firmat,
Quin magis immiſſo, langueſcunt viſcera ſucco,
Eſto cachexia ratio diuerſa, moduſq; Cachexia.
Sub quâ plena licet moles ſit corporis, ipſa
Attamen eſt vitiata caro, color, atque laborans:
Non Athletarum uires, non forma colori
Vna graues faciles labes ibi fiſcinat artus
Impurus ſuccus morbos effecit,& imis
Viſceribus latitans longi iam temporis error.
Vt vacuas replere vias, ac membra decenti
Sic vetitum ſucco, vel quod commiſtio lædat
Impuri, vel quod partes, ac viſcera languent. Cauſa.
Nec ſatis innato funguntur munere membra.
Hinc quia fex variat, morbi mutatio multa eſt,
Alter flaueſcit, lentam hic redolet Pituitam,
Iſte Melancholico fœdatur membra colore.
Proxima ſubſequitur totius corporis hydrops. Hydrops.
Turpe malū,& rarum curà euitabile monſtrum.
Primus Anaſarcæ modus eſt, cum corpore toto Anaſarca.
Humor,& algeſcēs populatur membra caſhectr.
Incipiente malo, primùm languere trementes
Conſueuere pedes, qui præcedente labore, Signa.
Sponteve ſub tarda languentes nocte tumeſcunt.
Quòd ſi mucoſus ſub partibus hæreat humor,
Parte ſuper digiti remanent veſtigia preſsi;
Intereà, nec mole tument humerive, manuſve,
Nec dorſum, venterue leuis; ſed languidè ſenſim
Membra cadunt, motuq; leui vexata recumbunt.
Febris at aßiduè comitatur, talia morbi
Principio, natura monet ſignacula; Cauſa eſt, Cauſa.
Hepatis algeſcens ad munia pernia frigus,

Frigidus & toto diffuſus corpore ſucens.
Siue rigens Iecoris natali ab origine culpa,
Seu calor immodicus, nimio qui frigore ſenſim
Decedit, ſimilis diuerſa ab origine morbus.
Hoc ſummo feruore malum, ſi haurire rigentes
Aeger ſueuit aquas, frigentes eſſe ciboſq́.
Nec minus eductus venis dum currit apertis
Forte cruor, excludus dū ſpiritus intima linquit,
Aut ſi deficiat miſeranda debita vita
Illuuies vteri, aut inferna fluxio ſedis.
Quiq́ alias partes fluxus ratione, viaq́
Subleuat, oppreſſis pondus dum ſedibus aufert.
His detenta lues ſenſim, dum copia multa eſt,
Suffocare poteſt natiuum ſola calorem.
Aſcites. *Hydropis eſt ſpecies Aſcites dicta ſecunda,*
Cum tumet abdomen congeſti rore catharri,
Et reliquæ exhauſto procumbunt robore partes.
Nec Iecoris frigus ſemper, vireſue ſoluta
Cauſa. *Effecere malum: nam crudior eſca patentes*
Eſt fortita vias, qua paſſim elabitur, aluo,
Vrinā, ſudore graui, vomitu, atq́ ſecreatu.
Sæpe etenim qui mole premit caua viſcera ſuccus
Rumpit inhærentes, immo de viſcere fuſus,
Membranas, miſeroq́ abdomine totus inhæret.
Nec, niſi quā tegitur viſceus membrana dehiſcat,
Profluet humor iners: ductu caret illa poroſo.
Hæc ſcrotum ratione ſolet, conſortia morbi
Aſcites pectoris. *Naneiſci, fluidā totum dum fluctuat undā.*
Interdum laxo grauitat ſub pectore moles
Vteri. *Frigida, vel partes vteri male ſana moleſtat;*
Summa mali tibi cauſa Iecur, dum feruida moles
Ardet, & aſſiduā requiem ſibi poſtulat undā.
Tympanis. *Tympanites hæc ſpecies tibi tertia hydropyſis eſto,*
Cum denſus cæco flatus ſub ventre ſuſurrat.
Non tumor, aut moles; qualis qui Aſcite laborat,
Percipitur: digito ſonitum dat venter adacto.
Hinc nomen, ſed cauſa eadem, concoctio languens
Hepatis, aut vſu flatus congeſtus edendi.
Rara mali ſpecies, niſi ſucci portio lædat.
Morbi Inteſtinorū. *Nūc caua qui vexēt morbi inteſtina canēdū.*
Primus mali ſpecies obſtructio, concaua clauſtra
Obſtructio. *Expurgare vetat, qualem tumor edidit olim,*
Cauſa. *Durataq; habili fæces ſub uentre latentes.*
Cura malo facilis, pituita portio craſſa,
Multa uias, ductusq́ tenet, congeſta ciborum
Illuuie, qualis non ſummo è vertice præceps
Irruit; In grumos verùm congeſta tenaces.
Aſt etiam natura, malo ne immunis ab omni
Dicatur, cæcis generauit ſaxa ſub antris,
Partibus infernis curſu deducta ſequaci.
Inflammari etiam ſolita inteſtina, viaq́
Saxa. *Sed raro graciles, quod ſanguinis imber abundet*
Inflammatio. *In craſſis, dolor inde grauis, conſtansq́ laceſſit.*
Nec velut in cholicà chlyſteri pœna leuatur:

Hinc abit in pus materies; tum qui dolor vrget,
Et febris, ſanie eam deſcendente, recedunt.
A quibus, vt partem fæces inere per ægram,
Vlcere ſubiecto dolor inſtat, amorq́, ſedendi,
Quod ſi mordaci fluitent caua viſcera ſucco
Infenſos natura parit ſtimulata fluores.
Immitis cholica dolor eſt, curaq́ fuganda Cholica.
Non facili, ſeſe multos cum flectat in orbes
Laxior, & varias patefacto gutture fæces
Excipiat; varijs ideo languoribus ardet.
Flatibus is primùm crudis, ventoq́ laborat Cauſa.
Præcipuè, ſiquidem flatus natura ſubacti
Hanc ſtatuit ſedem, cui ſi vel fæce negetur
Exitus, aut craſſus præcludat concaua ſuccus,
Languentem immenſo diſtendit robore partem.
Hinc dolor immanis; Morbi fit dignior ille,
Qui retinere grauies morum ſuadente decore
Vult flatus, ructusq́ negat prodire ruentes;
Craſſa etiam Pituita malum producit, & acris
Materies in parte latens, quæ mordet: Vtriq́ Similitudo cholicæ & nephritidis.
Eſto dolor conſtans, ſimili ſub imagine, qui ſe
Nephritim fingit, fixo id ſuadente dolore.
Fallax cura malo, calidis propellere morbum
Præſidijs, certà medicorum lege monemur:
Sed tamen interdum calidam diſcrimina curā
Multa, dolorq́ grauis, morsq́ īprouiſa ſequuntur.
Clyſteri lentas molli detrudito fæces,
Ante calor ſiquidem mucoſo è fomite, flatus
Sollicitat, dirosq; grauant medicamina morbos.
Hæc cholica natura luis, Male lancinat illa,
Quæ Peritoneon, vel quæ ſub uentre locantur,
Membranas lacerat, cholici ſub imagine morbi.
Longior hæc ſpecies, qualem feciſſe vetuſtæ
Febres conſueuère criſi veniente ſoluta.
Partibus his etiam uentris dejectio pigra, Deiectio pigra.
Eſſe ſolet, ſiue id natura more paretur,
Seu quando fæces natiuo vrgente calore
Siccescunt, duræq; uias penetrare recuſant. Cauſa.
Aut quia ſenſus abeſt, ſummo id faciente cerebro,
Aut quia nec ſtimulus cholera penetralia tangit,
Quodve cauos ductus, lædens obſtructio firmet.
Ileus has ſequitur cauſas miſerabile monſtrū, Ileus.
Si ſtabiles, forteſq; premant, namq; Inteſtinum,
Sedibus euulſum proprijs conuoluitur, & quia
Ire per infernos fæces ſueuere receſſus,
(Proh ſcelus) in fauces vomitu ꝑperāte recurrūt:
Rara ſalus morbo eſt, nec ſummo è ſydere maior
Plaga, per afflictam miſit ſua germina plebem.
Horreſco referens, ſuperi miſereſcite Diui
Neue precor tantum conſcribite ventre dolorem.
At cita diuerſis cauſis ſubductio ventris Fluor alui.
Inuadit liquidove cibo, pinguive, grauive,
Aut ubi uentre latent uermes, iuuenive, ſenive.
Aut lacerante uias ſucco, ſiue ille uenenum,

Cauſa. Pocula ſeu fuerint medicato noxia ſucco;
Seu cholera elapſa fluor inteſtina fatiget.
Quod ſi cruda foras, nulloq́ vrgente dolore
Afflatuq́ graui, & chimi ſub imagine currant,
Cæliaca. Cauſa. Cæliaca eſt: confecta etenim ſubſtantia, quando
Diſtribui per membra nequit, dum copia pellit,
Continuo fortis naturæ pellitur auſu;
Emiſſoq; malo, fluxus tibi deſinet æger.
Lienteria. Cauſa. Quod ſi delapſis, ſumptorum forma ciborum
Sit, ſimiliſq; color, tibi Lienteria fertur.
Hanc facit inualidi languens concoctio ventris;
Sueta lues, vbi longa malum per tempora ſidit,
Aut vbi deſuetis onerantur viſcera menſis,
Ima ve ventriculi ſedes effœta recumbit.
Diarræa, Cauſa. Eſto Diarræa ſpecies iam tertia, namq;
Syncerus laxis defertur ſedibus humor,
Nec dolor, aut vacuum diuexãt tormina vẽtrẽ;
Nunc Pituita fluit, Cholera nunc copia falua,
Rara Melancholici ſucci, licet infimus atra.
Deyciat picis effigie excrementa receſſus.
Sed fallax eſt forma mali, nam rupta ſub antris
Vena vbi feruentem diffudit ventre cruorem
Ille via, ſpatioq; latens ſicceſcit, & aret.
Atq; morà tetrum ſibi comparat vſq; colorem.
Dyſenteria. Quarta mali ſpecies eſt Dyſenteria. Noſtri
Tormina dixerunt, mucus decurrit, adepsq;
Signa. Tincta cruore leui. Vilis, fibráq; tenellæ
Ex internallis, lacerà de ſede recumbunt.
Iamq; malo ſuperante modum, depaſta per aluũ
Inteſtina cadunt, ſpecies dolor occupat omnes,
Sed modus haud vnus, vita ſecurior illa.
Spe caret iſta equidem depaſta interna, viasq;
Reddet nulla licet medici doctiſſima dextra.
Tenaſm*. Recti Inteſtini ſimilis quoq; forma, modusq;,
Exonerare grauem dum mens expoſtulat aluũ,
Nec niſi pauca foras, & vix ſignata cruore
Cauſa Omniũ. Erumpunt, languensq; leui inteſtina dolore.
Cũcta facis mordax humor, ſeu flaua recumbat
Fæx cholera, aut ſalſa ſpargatur fæx Pituita,
Siue Melancholicus vexet caua viſcera ſuccus,
Hæc vexant, lacerantq; vias acredine læſas.
Fluor ſanguinis. Sed purus, conſtansq; cruor, quoq; viſcere ꝓdit,
Turpibus ex ani prorumpens ſedibus, atq;
Ex internallis certà ratione recurrens.
At qui dilutus cæcis de ſedibus exit,
Is Iecoris vitio, & venarum errore moleſtat.
Quæ per laxa procul ſunt Inteſtina reductæ.
Vermis. Eſt quoq; turpe malũ, Vermes, qui renibus acti
Interdum putridoq; ſolent ex vlcere naſci,
Attamen illorum ventri communio maior
Eſſe ſolet, puerum vidi emiſiſſe ducentos.
Cauſa. Craſſum phlegma parit monſtrũ, dũ cõſita vẽtre
Materies, craſſa tandem lentore putreſcit.

Sunt alij teretes, paruiq; in ſede latentes. Differentiæ Vermium.
Inferna; lati interdum Inteſtina vagantur;
Sunt alij longi, qui nutrimenta coquentis
Ventriculi abſumunt, Vomituve, aut nocte cubã
In fauces, naresq; abeunt; ſi copia partes
Infeſtet, Cerebro grauiora pericla ſuperſunt.
Vertiga, morbusq; cadens, defectio mentis,
Et tremor: Et tãdem mors nõ præuiſa prahẽdit.
Nũc turpẽ qs morbus habet deſcribere ſedem Morbi ſedis.
Fas erit; à dira Phlegmone exordia ſunto.
Hanc vbi plus ſolito partes penetrauit in ægras Phlegmõ. Cauſa.
Effectu ſanguis, diro comitante dolore,
Atq; febri, fæcesq; ægrè redduntur adactæ.
Excipit abſceſſus Phlegmonẽ, qui magis imus Abſceſſus.
Serpit, & in tenera ſedem ſibi parte procurat.
Tandem pure foras acto, fœdiſſima perſtant
Vlcerà, quæ longis abeunt vix acta diebus.
Sin minus ægra loco generatur Fiſtula, qualem
Podice diſrupto Veſicam inuadere vidi.
Vlcera ſunt etiam extremo defixa ſub ano, Vlcus.
Ragadias dixere; dolor comitatur acerbus,
Nec niſi depreſſa apparent incommoda ventre.
Materies, fæcesq; arida fecere dolorem. Cauſa.
Condiloma etiam partes inſedit eaſdem Condiloma.
Tædia quod præbet potius, quam parte dolorem.
Huic cõforme malũ, quæ cæca Hæmorrois extat,
Conſequitur, dolor vrget iners, ficusq; figurã,
Parte ſub inferna, nec fundit vena cruorem.
Iſta Melancholici ſoboles humoris habetur, Cauſa.
Quæq; cruore ſcatens, certo ſe tempore profert
Fæce leuans nigros natura vrgente lienes.
Exerit interdum nimius conatus agendi Recti inteſtini deſceſſus.
Excrementa, aluum; & totus deuoluitur extrà.
Vel quia rore madens partes, ac viſcera multo, Cauſa.
Vt pueris, morbus raro peruaſit adultos.
Aut ſolito morbus ſi priuet robore partem.
His feciſſe ſatis morbis, qui concaua Ventris
Tecta tenens, videor, Supereſt edicere quanta
Seiunctos, calidosq; premant incommoda renes. Morbi renũ Phlegmone.
Eſt Phlegmone prior, quamuis rariſſima partẽ
Præduram infeſtat, ſuccoq; tenacior obſtet,
Si tamen aut caſu partes grauiore tenentur,
Imbibitove altè ſucco, febris ingruet ingens, Signa.
Vrina feruore rubent, vomitusq; laceſſit,
Quæq; ſubeſt ſyncera tamen, nec confeſa facti.
Coxa ſtupet, venterq; grauis ſtat a munia linquit.
Præterea partem lacerans obſtructio uexat, Obſtructio.
Quam prælenta poteſt producere vix pituita,
Sed lapis, aut toto latitantes corpore arenæ.
Iſta frequens natura mali: ſubſtantia renum Lapis.
Producit ſalebras, quarum communio, denſos
In lapides, fragiles tandem commutat arenas. Arena.
Tum ſtimulos natura graues, & paſſa dolores

Vreterum in longos deduxit ſaxa meatus,
Vt refluant: dolor unde grauis penetralia vexat,
Aſpera ſi lapidi, aut maior ſit facta figura,
Hic venas dilacerat, tandemq́ adactus ad auras
Vrinas lentore graues trahit, atq; fluorem.

THEORICAE MORBORVM

LIBER TERTIUS.

Morbi Veſicæ. *NVNC age qui vacuam Veſicam morbus, & error*
Diuexet dicam, totà eſt communio uita
Morborum, pauco quamuis ſit ſanguine pollens.
Calculus. *Calculus eſto prior, qui formà, mole colore,*
A reliquis diſtat, quamuis ſint ſede creati.
Sunt qui mucoſos cauſentur viſcere ſuccos
Vreterum laxis prolapſos ſedibus, unde
Renum præcipitant fœdæ excrementa, luesq;
Sed quia tanta nefas deſcribere tempora ſucco,
Quin fluat in præceps, purgatáq. membra relinquat:
Lapidis ueſicæ origo in renibus. *Et quia quos ſtudio medicorum cura ſagaci*
Attriuit lapides, natura arcana requirens,
Vidit in internis renum laſſaſſe labores
Principium morbi: Nec quemquam calculus iſte
Inuaſit, quem non Nephritidis vſſerit ardor.
Hinc è rene mihi primordia ducere fas eſt.
Pube ſenus grauitas, pruritus habetur, & æger
Mictio ſollicitat; niſi calculus inguine lapſus,
Præcludatq́ vias; lædatq́ dolore pudendum.
Exonerare animus, nã ſphinctere calculus hærens
Inteſtina premit, ſtimulosq́ adiungit acutos
Quin ſalebras, mucosq́ foras vrina profundit.
Lapis propria veſicula concluſus, & ſuſpenſus. *Iſta tibi ſint ſigna mali, niſi conſcia fraudis*
Burſiculà lapidem naturæ in viſcere ſeruet
Altius; unde leues ueniant de parte fluores.
Nec languens acto penetralia concita ſaxo.
Veſicam non vlla premit phlegmone rigentem,
Phlegmon colli ueſicæ. *In ceruice tamen morbo veniente reſedit.*
Tumor. *Aſt vbi concreta eſt pro ſphinctere portio carnis,*
Pigra foras vrina nequit prodire, coactis
Ductibus; & craſſo partem tendente tumore.
Sæuus adeſt ſubito dolor, vrget febris acuta
Inquietàs, pulſusve leuis, pectenq́ laceſſit,
Nec cæcos ſuetus ductus reſerare Catheter,
Itve, reditve viam, tanta eſt anguſtia partis.
Hic ſtimulare nefas, uiſenſq́ vrgere laborans,
[...]mergna. *Sæpè etenim Cancrana loco, vel ſponte creatur.*
Quà veniente perit uita ſpes omnis, & ipſa
Pure foras acto, febrisq́, dolorq́ recedunt.
Atque cauum remanet cæcis penetralibus vlcus,
Per quos præcipiti currens urina meatu,
Pure ſcatet, tenuisq́ rubet deducta cruore

Interdum: ſpes pauca malo, penetrare laborem Progreſſus.
Ventre ſub infernà medica obſeruatio uidit,
Ac veſicam illo fæces miſiſſe receſſu.
Iamq́ per vreteres, veſicaq́ intima ſerpit
Vlcus, ſeù multo lentior, dum profluit vrens Vlcus.
Humor, & infarctò turgent penetralia uino. Cauſa.
Hinc dolor, & febris, mingendi, & cura perennis:
Nec ſatis iſta malo ſedes, penetralia namq;
Penis, & internos ductus exulcerat idem
Ardor, & infarcti morboſo in corpore ſucci.
Itq; putris ſanies, tenuiq́ notata cruore Morbi pudendorũ.
Vrina, immenſo partem ſtimulante dolore.
Fœda Priapiſmi ſpecies, cum uaſcera flatu Priapiſm°.
Turgeſcunt, nimiove graueſcunt ſpermate partes. Cauſa.
Rara lues, deforme malum, pariterq; cum ipſa Defunctus pene erecto viſus
Non cedit uità, ſupereſtq; è funere morbus.
Iam uerò obſcena ſymptomata plurima parti Vis hæbet. Cauſa.
Occurrunt; nunc languet iners, quod copia flatus
Debita deficiat, careantq́ interna calore;
Aut petulans immo non ſit quod corpore ſemen,
Aut quia, quod ſolitum ſacro ſunt carmine partes Incãtatio.
Obſtricta, ſobolisq́ ruat quòd cura creandæ.
Quod ſi profuſo natiua ſemine partes Gonorea.
Luxurient, Gonorea ſubeſt, non uiribus ullis
Non prodit ſtudio, nec ſunt in ſomnia cauſæ.
Res fluida eſt, et aquoſa foras, nec cocta recurrũt,
Hoc mulier, paſſimq́ uiri languore tenentur.
Cum retinens effœta iacet, nec coctio uires Cauſa.
Exerit ipſa ſuas, coituq; interna frequenti,
Langueſcunt, ægro fluitat de corpore ſemen.
Gallica porro nouis inuaſit corpora formis Morbus Gallicus in Gonorea.
Contagies, fuſoq; infecit ſemine uitam;
Flaua prius, uiridesq; foras imitantia ſuccos
Erumpunt, fœtore graui; non ſeminis ulla
Forma, ſed emiſſa ſaniei aſpectus, odorq;
Interea cæcis ſerpit penetralibus ulcus,
Quod fæces; uirusq; leui ſignare cruore
Conſueuit: dolor urinà fortiſſimus actà.
Maior in àrrecto pene eſt, nam ſubdita uirga
Pars, ueluti neruo languet, ſi pone trahatur.
Quod ſupereſt faciles incõmoda plurima mictu Morbi urinæ.
Sollicitant, morbusq. nouos nouus excitat ortus.
Prima Diabetes, quæ pocula ſumpſit hianti Diabetes.
Gutture, uix ullo reddit ſignata colore.
Quod ſi prætumido fluitent ſub corpore riui,

Et

Et ſcateat iam venter aquis: agitata repente
Per faciles ve uias ueſica,& corpora renum
Præcipitat ſuccus, tolliq; è uentre tumorem,
Rara lues, nec certa ſalus,è renibus omnis
Cauſa. Morbus vt ardenti flagrarunt uiſcera flamma;
Illi ab inexpleto venientia pocula uentre
Sollicitant,& lapſa foras per viſcera mandant:
Debilitas eſt tanta loco,languénsq; retentrix.
Sphinctere ceruicis reſoluto, profluet omnis
Reſolutio ſphinctoris. Vrina,imperio mentis,nec robore pulſa.
Quod pueris cõmune quidem,ſenibusq; per ipſa
Somnia,nec morbos ægri per ſomnia norunt;
Donec iam ſaturo titubantia lumina ſomno
Excipiant, ſpectentq; humentis ſtragula lecti.
Iſchuria. Iſchuria mali diuerſa eſt forma, modusq;
Nec licet immiſſo ſatietur xore receſſus;
Ire foras vrina poteſt, concluditur intrò
Fortius,& tumidis aditum ſibi poſcit in antris.
Iam uero morbiq; locum, ſedemq; ſagaci
Artis erit ſpectare anima,atq; aſsiſtere curâ.
Vreterum ſiquidem lateat ſi obſtructio ductu;
Cauſa. Nulla grauans pecten,nec in imis vlla dolori
Partibus indicia,at ſi ſphincteris intima morbus
Obſideat; grauitasq; nocent,pondusq; dolorq;.
Nec laxas repplere uias, craſſusq;, tenaxq;
Humor erit potis,hinc tibi calculus ilia figet,
Aut grauis adnato qui perſtat ab ulcere callus.
At ſi ſuppreſsis vrina è ductibus exit,
Stranguria: Guttatimq; fluat, nixu grauiore premente,
Aut acer dolor inſtet,vel fluat abſque dolore,
Stranguria malo nomen; Cui cauſa priori
Conſimilis morbo, ſæpe ſtimulante dolore:
Cauſa. Aut latet internis depaſcens ſedibus humor,
Aut nocet exeſis erodens calculus antris.
Diſſuria: Diſſuria cauam Veſicam ſede laceſsit,
Siue frequens,tenuisq; fluat, ſeu viſcere exirat
Conſertim,partem dolor vrget maximus ægram.
Humor cauſa leuis mordax,latitansq; ſub imis,
Cauſa. Vlcus uiſceribus, fera quod Phlegmone crearit,
It quoq; per meatus acti pars multa cruoris,
Mictio purulenta. Nec velutiè reliquis proſternit partibus actus
Vrtrum,vel rene fluit,vel ductibus,vnde
Omnis in infernam Veſicam maſſa recumbit.
Sphinctere quin etiam læſo; Cauſa omnibus una,
Calculus effringens, Vlcusq; in parte ſubactum.
Humori quod ſi ſanguis ſit miſtus adacto
Rene fluit,miſtura leuis ceruice pateſcit.
Pus quoq; deſo mi partem populatur hiatu
Quod vel iuncta leues Vrina eduxit ad auras,
Et de rene malum: Vel ſphinctere labitur ægro.
Cauſa. Et leuis eſt miſtura; Grauis tibi Calculus intus,
Vlcera,vel feruens humoris forma creabit.
Vrina nigra. Porro nigra foras interdum Vrina recurrit,
Seu fluat adſtrictis lapſus tibi calculus antris,
Quo miſſo,rapuere viam fæcesq. tophiq.
Hæc ſibi morborum,queis mictio læſa,vieq;
Langueſcunt ſeries. Teſtes edicere quanta
Damna ferant ſupereſt, ſcrotiq; referre labores, Scroti morbi.
Namq; agiles primum grauis Inflãmatio partes, Inflammatio.
Et ſcrotum vexare ſolet, dolor aſper adacto
Pollice; febricula comites,ac forma tumoris,
Feruidus è toto delapſus corpore riuus, Cauſa.
Bilis,& ægra malo cauſa eſt, modo lãguet vterq;
Quod rarò: Alterutra modo partis dãna purgẽt.
Sollicità,certaq; malum depellere dextra, Callus:
Artis erit; denſos ſiquidem Inflammatio callos
Non curata parat,quos vincere normula neſcit.
Hernia præterea partem fœdiſsima uexat, Hernia.
Nam primum obſtrato præbebit in inguine ſigna,
Nunc dirò totum,replebit pondere ſcrotum.
Res varias ratione mali,hincq; dehiſcit omentum, Diuerſæ ſpecies.
Et modo diſrupta ſunt Inteſtina ſub aluo.
Ambobus docta veniendia trudere dextra
Inteſtina ſatis; paritiq; obſtacula rupta
Oppoſuiſſe iuuat,ne rurſum perfluat aluus.
Hanc labor exſuperans,oneri,ſeu cura gerendo Cauſæ.
Aut flatus generare ſolent, longèq; reuulſi,
Hinc atq; inde pedes; morbos fecere perennes
Cura leuis puero; ſi ſedibus truſus imis
Teſtis. Et excuſſo callum ſub pectine firmes.
Hydrope ſubiectum tumuit quoq; tẽpore ſcrotum. Hydrope.
Maceries nec pulſa redit ſub luminis auras;
Nunc flatus ſub parte latet,quem crudior eſca,
Totiusq; nocens generauit corporis error.
Longa lues,paſsimq; ſuo cum tempore creſcens,
Ni mucrone malum medici manus obuia firmet.
Iſta viris morbi ſtrauere incommoda ſolis;
Et ſua fœmineus quoq; crimina ſexus habebis.
Menſtrua profluuies,naturæ legibus acta Morbi vteri.
Poſt tria luſtra uenit,niſi nec ueniente ſenectà Menſtrui terminus primus, & ultimus.
Deficit ante decem,reliquis purgatio uita
Præſidium,& uires petulanti ſumit ab aluo.
Tardius interdum,citiusq; emergit,& ultra Menſtruus fluor pcox & tardus.
Luſtra decem perſiſtit adhuc,narratio uita,
Atq; cibi, duratq; morà,uel ſiſtitur ante. Cauſa.
Omnibus indicium firma,ualidæq; ſalutis Suppreſſio uteri.
Vita Valens,ualida uires, conſtansq; ſenectus
Hos fines intra effluuij ſuppreſsio languens;
Ni grauis aluus eat,ſi profluat ordine nullo,
Deficiatve fluor cenſentur, plurima ab iſtis.
Damna malis,ualidæ febres,morbiq. ſequuntur.
Nauſea,lumborum grauitas,capitiſq; dolorẽs.
Cauſa malis,paucus è cibus, ſudorq; laborq; Cauſa.
Multus,& ex aliquo prorumpere uiſcere ſanguis.
Importuna alui deiectio,Cauſa timoris
mnis,mæſtitia,uomitusq; è corpore crebri.
Hic menſes fecere moram; Penetralibus ipſis
Eſt quoq; cauſa frequẽs: Iecori, Cordi,atq; Cerebro
Dum

Dum frigent, dum craſſa vias obſtructio claudit.
Aut moles ſchirroſa ſubeſt, nam ſigna cruoris
Siſtere cauſarum potis eſt, licet vna priorum,
Nec petulans vlcus ſimili tibi labe carebit,
Nã tumor, & ſchirrus, rigor atq; obſtructio, ſiſtet,
Menſtrua, languenti veluti inflammatio parte.
Excreſcensq́; caro, grumusq́; calore coactus;
Multaq; præterea Medici ſcrutanda labore.
Profluuiũ menſium. *Ipſe vterus pariter ſpectatur prodigus alno,*
Idq; vltra vitaq́; modum, formamq́; ſalutis
Sanguineſi fluitent nimio penetralia: Vires
Effuſæ, laſæq́; iacent; Color albidus omni
Corpore ſe prodit; Nec amor, nec cura ciborum
Cauſa. *Inſidet, Inq; pedes tumor, & coniuncta vagatur.*
Deniq; profluuium generant quæcunq; calore
Sanguineam attenuant maſſam, venaq́; latentis
Oſcula, ſollicito deducunt ſanguinis auſu.
Haud ſecus effuſa ſi turgent ſanguine venæ,
Pletoriam dixere, fluit penetralia vexat,
Cumq; grauis tacitò reſidens ſub corpore fœtus
Erumpit, vexatq; latus cauæ ſecta, dolorq;
Aut vbi tranſuerſè partus ſe ſiſtit ad auras,
Iſta quidem laceramq; vias, venasq́; laceſſunt,
Maioresq; ægra manent ex inguine fluxus.
Frequẽtia menſium. *Cauſa eadẽ crebros quoq; ſuſcitat ætate flua ex*
Roræ leus interdum muliebria viſcera ſtillans
Perpetuo: exeſa monſtrum producere vena.
Cauſa. *Conſuenere, vterq; vlcus penetralibus hærens,*
Aut ceruice, patens digito quod conſtat adacto.
Lues vterina. *Eſt vterina lues, qua non cruor eminet æger,*
Sed putridum quoddam, varijsq; coloribus actum
Erumpit, ſine odore graui; modo fœdus aperto
It Vapor afflatu, modo ſubdita membra fluore
Vlcerat, aut acri langueſcunt viſcera ſucco;
Nunc vteri morbo, modo principe viſcere læſo.
Cauſa. *Conſurgit, dum ſumma malos penetralia ſucos*
Adgenerant, vteroq; lues emiſſa recumbit.
Et Iuneni, & Veſicula: modo lãguet frigore matrix.
Immiſſosq; aliè ſuccos ſub viſcere ſeruat.
Gonorea. *Nec ſolùm conſueta viros gonorea laceſſit,*
Sed muliebre genus, ſimili ratione laborat.
Sæpe; fluens ſiquidẽ, crudumq; in pectine ſemen
Profluit, & fluxu partem deturpat iniquo.
Gohorea. Gallica. *Aſt impura lues Gonoream ſuſcitat ipſa.*
Interdum, virusq́; canis ſe ſedibus effert.
Viſu turpe quidem, & fœdo male gratus odore.
Nec fluor iſte ſatis, luis vndiq; ſigna nefandæ
Turgeſcunt, fuſaq; coma, neruiq; dolentes,
Et depaſcentes in toto corpore plagæ.
Suffocatio vteri. *Ex vteri tandem quæ ſuffocatio cauſà*
Euenit, horrendo vires abſorbet hiatu.
Morborum pars magna vteri, ſi lentor inſtet
Cauſa. *Ex vterò elapſus vapor, intima viſcera rore.*
Lambit peſtifero: mox nauſea ſubuenit, atq;
Per vomitum quæſita quies, longasq; dietas,
Sed cùm præcipiti inuaſit caua pectora curſu
Forte Vapor, cordisq́; ferit penetralia, & ipſas
Irruit in fauces, Cerebri & arcana laceſſit,
Peſſima morborum ſoboles; Non ordine certo
Arteria, motusve cient, viresq; miniſtrant.
Spiritus incaſſum tumido de pectore ductus Signa.
Sollicitat, mens languet iners, defectio multo
Tempore, ni medici præſto ſit dextera, durat.
Iamq; caput vexante malo, deliria ſenſim
Inſurgunt, furijsq́; animos, ac brachia ſoluunt.
Multaq; non ſolitæ, caſto licet ore, furentes
Effutiunt, rationis iners pudor effugit omnis.
Deficiente malo, mox lumina neſcia ſomni
Tolluntur, malæq; rubent, motusq; vigorq;
Mens redit, & languẽs vegetatur robore Corpus.
Læſaq; mucoſo fluitans muliebria rore;
Horridus elatas vapor vt penetrant ad arces,
Cauſa mali; minus hauſta ſolent nocuiſſe venena,
Namq; vias, portesq; furens, vitaleq; munus
Sauciat, atq; ipſo genitus ſub viſcere tandem
In deleterium ſoboles abit impia virus.
Hæc Vapor: at fœdo quænam ſit cauſa Vapori Cauſa vaporis.
Dicamus, modo ſemen iners penetralibus actum
Putreſcit, modo conſueti purgatio menſis
Multa vias, parteſq́; grauant, putredo vtriuſq;
Noxia præ reliquis fumos ſibi ſuſcitat ægros.
Nec ſatis eſt denſos ad viſcera ſcãdere fumos; Mota vterus.
Ex vtero Matrix, ſolitaq́; è ſede receſſit
Interdum, ſummiq; petit Thoracis hiatus,
Anxietas infenſa ſubeſt; modo ſubſidet ægra,
In dextrumve latus rapitur, partemve ſiniſtram.
Cõſpicua eſt ſua forma malo; Vapor actus aperto Cauſæ.
Viſcere ſuſtollit, matremq; ad viſcera torquet:
Humor ad infernas vterum propellere ſedes
Conſueuit, patriuſq; fugax, vteriq́; fugando
Fortis amor; gratos vterus ſectatur odores.
Odit & infenſos; animalis munia matrix
Effingit, latitare animal ſub viſcere credas.
Nec ſatis hæc, Phlegmone vterus vexatur inepta, Phlegmõ.
Febris ineſt, & parte dolor, ſi pollice tentes.
Aſt vbi corrupti putreſcunt ſede cruores
Pus fluit & ſanies, febrisq; dolorq; recedunt.
Vlcus ab abſceſſu fœdum, modo viſcere ſenſim
Concreſcit, modo feruente ſtimulante calore
Permanet, atq; acri ſucco pars læſa patefcit.
Vlcere præterea matrix languere maligno Vlcus.
Conſueuit, putri ſiquidem penetralia rore
Fœcundant, morboſq; lues annexa procurat. Cauſa.
Illuuies etenim putredis in ſedibus acta
Haud ſatis experta medicorum lege ſanatur.
Proxima ſchirroſo ſequitur deſcriptio morbo, Schirrus
Quem craſſos, denſoſq́; parit ſub viſcere ſuccus: Cauſa.
Seu Phlegmone prior, quæ nec diſcuſſa receſſit.

Nec

Nec pure emiſſa penetralia pura reliquit.
Irritus cõceptus. Irritus inſequitur conceptus, nomine monſtri
Dicuntur; maloq; graues matrice coacta.
Cauſa Has non materies, quæ menſtrua dicitur eſſe,
Sola poteſt generare; uiri coniunctio namq;
His deeſt, & languens effuſo robore ſemen
Hinc quæ læſa cadit profuſi ſeminis aura
Imperfecta uterus, nullamq; gerentia formam
Proferet; & monſtrum plantarum more uigebit.
Pendula namq; utero retinebunt uiſcera carnem
Informem, uenis tantum per membra tumentem.
Turgeſcunt mammæ; Purgatio menſtrua cadit,
Et ſenſim in molem, matrix attollitur ægram,
Motus at à uero fœtu diuerſus, utramq;
Nam ruit in partem, nec pondere uiſcera blando
Vt prolis grauitant; facies deperit omnis
Formæ; cadunt malæ; gracileſcunt omnia ſenſim
Membra, cibi prorſus deceſſit cura ſalubris.
Hydropa Vteri. Ex utero uerum hydropiſis & fœcundior ortus
Eſſe ſolet: Iecoris morbos, tumidiq; lienis
Cauſa. Inſequitur, certoq; malum tam tempore, fusà
Menſibus illuuie, non uiſo more recedit.
Rhagadiæ. Condiloma. Rhagadiæ porro, Condiloma, fœdaq; parte
Naſcitur interdum uenis Hæmorrois amplis:
Hæmorrois. Cauſa eadẽ turpem, quæ monſtra immittit in anũ,
Eſſe ſolet; morbos ſimili ratione ſanabis.
Cauſa ſterilitatis in uiris. Nũc age quæ ſteriles præſtãt incõmoda matres,
Quæue uiros referam: facilis tibi morbus utriq;
Non facilis ſit cura; ſacris apponere uota
Aedibus, & paſſa ſuperos orare penates
Conſuetum palmâ, tantus dolor urget utroſq;.
Quid quod ſunt ſteriles, ſcripti, legeſq; uetuſtæ
Permiſſu, quondam ſociali è iure remota?
Ludibrioq; ueluti populo ſpectaclà ferebant,
Impuberes primum, rigidaq; premente ſenecta
Sũt ſteriles, rigidũ his, liquidũ illis ſemen abũdat
Inſtar aquæ, & tota nulla eſt conſtantia maſſa.
Nec ueluti certà natura lege cietur:
Quiq; licet ualidas maturo corpore uires
Exercent; grauiore tamen ſuccumbere morbo
Coguntur, languentq; ægra fata ſemina uitæ.
Nec minor eſt labis ſpecies, ſi principe morbus
Viſcere conſiſtat, febris ſeu lenta moleſtet:
Seu phtiſis, aut patulo latitans obſtructio ductu,
Seu phlegmone grauis; ſeu uilis ſcirrus aduſtis.
Omnibus his, ueneris quamuis ſtimuletur amore
Semen inops, languensq; ægro de uiſcere manat.
Cauſa ſterilitatis in mulierib. At muliebre genus fœcundi ſemina roris
Ludit, & optata ſobolis primordia fallit
Namq; modo iactum ſibi matrix prodiga ſemen
Cauſa. Propellit, mittitq; foras; modo ſemina matris
Deficiunt, læſoue ſopitur uiſcere proles;
Aut proles nugas, molaſue imitatur inanes.
Quin uitia obſcœnis latitantia ſedibus, agri
Sæpè mali ſunt cauſa, Paralyſis, & Gonorea,
Deformis ſtructura Vteri; ſeu laxa pateſcat;
Seu pars anguſto ductum præcludat hiatu
Siue uiris tenuis, ſolito ſeu maior agatur
Virga, facit ſterilem cauſarum quælibet una.
Nec reticenda quidẽ latitans obſtructio, & ictus
Glande tenus, membrũ uacuũ uirtute, dolorq;
Deficit ipſa modo in membro natura creando,
Monſtraq; portentis reddit uix credita miris; *Defectio generationis. Monſtra.*
Vt quibus aut oculis ſpeciem mutauit, ab ortu,
Lumina ſi ſub fronte carent, aut plurima iungit
Mẽbris membra ægris, digitoſq; manuſq; pedeſq;
Aut ubi mole tument partes, nec carne decorâ
Augeſcunt artus, & languent munia morbis.
Hinc quoq; quæ patulà generat portenta ſub aluo,
Internâ tantum formà uitiante figuram *Vulgus coperciatas uocat.*
Præcludunt laxos aditus, ac mollia tecta.
Tantus honos patri, pro uirginitate ſacrarunt
Progenies elapſa quidem; Quid iungere noti
Vota iuuis? caſtas primæua ab origine fecit
Nonnullas natura uteri penetralia claudens.
Nam neq; ſi monſtri ſpecie ſunt parta pudendi
Membra, nec in molem licet inſtas ſurgat iniquã,
Nì natura malum generet, præcludere ductus
Pars poterit; ſtimulis uis maxima concitat ambos
Nec ſat erit teneras mentito urgere colore
Aetates, atq; in teneris culpare puellis
Exiguos artus; nugis ſunt omnia plena.
Nam duodenis, ecquis non ſciat eſſe potentes, *Duodeci annis fœmina uiri potens.*
Annis, uirgineos artus; ſperanda uiroq;
Subſidijs nati certis ſignacula fœtus?
Si tamen eſt uetitum grauido turgeſcere uentre,
Atq; uiros explere; mali natura miniſtra
Eſt culpanda, alio iam ſponſa aſſueſce cubili,
Si tibi ſunt curæ nati, ſi prolis egenus
Sollicitas in uota Deum, nam incommoda nulla *Sciſſio irrita ut plurimũ ob nouã coalitionem cum callo.*
Arte leues uxoris erit diſcindere ductus
Res fallax, callo ſiquidem turgeſcere partes
Conſueuere nouo; nec ubi iam labra coacta
Vulneris exiſtunt, aditum præcluſa parabunt
Viſcera, nec multi curabunt parte dolores.
Quid plura, admiſſo quamuis iungare marito,
Virgo, tamen plenos non eſt producere fœtus
Res facilis, perimit cunctos anguſtia partis, *In partu prolis periculum.*
Dũ prodire labor: Quod ſi tamen exit ad auras,
Aegra, uel in molem diſtendere brachia neſcit,
Aut famur lentore grauat, nec luce potiri
Vlteriore queunt partus, ſed uiribus ægris
Deficiunt pueros cali, & curatio paucos
Seruauit, monſtri ſpecie uenientis ad inſtar.
Tot mala compreſſis exire meatibus extant.
Porro intemperies fœcunda inimica parenti. *Intẽperies cauſa ſterilitatis.*
Siue calens, qualis petulanti in uirgine pollet,
Siue rigens, effœta uenus, menſeſq; latentes

Indicium.

Indicium.& tota ſqualleni qui fronte colores.

Quæ fœmina fœcunda.

Quæ natura tamen mulier, perfectaq; toto
Corpore, nec tenuis, nec obaſo incommoda geſtat,
Qua lumbos, amplumq; gerit ſub pectore uentrẽ,
Hæc fœcunda tibi certa ratione putetur.
Sæpe tamen quamuis fœcundus quiſque parentũ
Exiſtat, natura tamen diſſentit vtrique.

Simpathia optima. Antipathia mala.

Nã modo quiſq; calet, modo frigore lãguet, uterq;
Mutua ſitq; modo diſcors natura parentum
Frigida cum calido rectè eſt ſocianda marito,
Temperies in vtroque magis laudanda parente.

Inditia cõceptus.

Iam quibus adnata pateat ſpectatio prolis
Indicijs referam. Mulier, ſi iuncta marito
Delectetur iners, ſemen & matrice retentum
Perſiſtat, tacto fluitent nec rore pudenda.

Primum ſignum conceptus.

Sæpè leuis matres horror vexare, dolorq;,
Arctius emmiſſo dum ſemine viſcera firmant.
Conſueuit, Veneris cedit iam cura peractæ;
Menſtrua ſubſiſtunt, uteri namq; intima ductu
Pæne carent, miſſo nequeas reperire ſpecillo

Quomodo menſtruum, impragnationis tempore cernatur.

Internas ſedes, ſi quis tamen exit ad auras
Dilutus, candensq; cruor, ceruice ſupinà
Prodit, & è venis uteri ceruice coactis.
Iam verò mammæ turgeſcere menſe ſecundo
Incipiunt. latera in molem tolluntur apertam,
Et vẽter grauitas minor eſt, quã forma tumoris.
Sunt quibus in niuea floreſcunt fronte colores,
Et Papulæ, maculiſq; manus, facieſq; notantur.
Vrinæ lentore ſcatent, medioq; peracto
Tempore, progenies motu ſpectatur aperto.
Illa leui, blandoq; ſolet penetralia ſaltu
Diuexare, dolor, rugitus, pondus abeſto,
Qualis ab adnatà conſueuit ſurgere molà.
Ardua ſubſequitur noſcendi normula partus

Signa maris, & fœminæ.

Fæmina, mas ve loco, eſt fallax tibi coniectura.
Lætitia, atq; hilares nati ſub fronte colores
Dextrum ferre pedem, dextrã turgeſcere mãmã;
Atq; cito, lacte & denſo, multoq; grauari;
Laudatos adamare cibos, penetralia dextra
Mole premi facili. Dextra regione tumentes
Arterias, venaſq; trahi, ſignacula maris
Sunto: Fæmineo contraria ſigna patebunt.
Ergo qua ſano concepit fæmina ventre,
Sanaq; ſubmiſſum tenuit iam cognita ſemen,
Prole tumet, toto nec enim prægnatio cur ſu
Offendit, donec uitalem ſurgat ad auram.

Incommoda prægnãtium non valentiũ.

Verum morboſas incommoda plurima matres
Diuexant, genito fætu mala multæ pateſcunt,
Membra grauant, lumbiq; dolẽt, genitalia fœtus
Tendit, & eſt ſomni grauioris ſemper origo.
Inq; dapes, dulceſq; cibos, inimica uoluntas.
Nauſca: nec vomitu labes ſuperatur frequenti.
At quibus internos vomitus curare receſſus
Non potuit, nunc Pica ſubeſt, nunc ardor edendi
Acria, carbones, lapides, terramq; lutumq;

Nunc faciles cauſas verſu dicamus Abortus.

Cauſæ abortus. Quinto, & ſexto ra° abortus.

Quattuor is primum prægnantes menſibus urget,
Deinde tribus reliquis, ubi fœtus corpore toto
Conſtitit, & ſolida vallauit uiſcera carne.

Cauſæ internæ. Dolor. Timor. Venenum. Immodica euacuatio. Diæta. Curſus. Saltatio. Ictus. Plethora. Humor craſſus. Cacochimia.

Hic primùm internis morbus conſurgere cauſis
Conſueuit, dolor, atq; timor, defectio mentis,
Atq; venenato pollentia fercula ſucco,
Immodicus à quouis purgatio viſcere currens
Efficiunt: prohibens nutriri membra diæta;
Quæq; ibidem nati lacerant acetabula fœtus.
Cauſæ, curſus iners, ſaltatio, uectio præceps,
Ictus pube tenus, nati penetralia uellens,
Plethora, mucoſus parti cum ſubſidet humor,
Quiq; acres lentore vias, neruoſq; relaxant.
Nec Cacochimiæ putres, tardeq; tacenda.
Namq; malo neſcit nutriri ſanguine partus.

Abortus vitalis, & mortuus.

Perditur his proles cauſis, modo uiuida prodit
Cum ſubità nerui cauſa, morboq; dehiſcunt,
Et modo fœda leuem præcedunt funera uitam.
Si ſenſim morbusq; vias ac concaua ſoluat.

Signa Abortus.

Signa repentini ſed enim ſunt plurima Abortus,
Lac ſponte, ſenſimq; fluens, mammæq; cadentes:
Ventris ſumma labãt, & in imis pondus inhæret.
Motus iners, ſolitoq; minor, deſfluxus aquoſus.

Signa abortus mortui.

Cum verò extinctus cæco ſub uentre lateſcit
Fœtus, & ante ſuum clauſit pia lumina partum.
Morſus adeſt ventris, deliquia pernia vexant,
Et frigus febrile ſubeſt, ſpiratio fœda,
Ima grauans, frigentiq; manu tractãda matrona.
Maturo tandem uitalia tempore membra
Erumpunt, partuq; ſolent ſupereſſe labores,
Matre quidem uitæ breuitas, atreſq; ſopita,
Atque metus, primo qualis conſurgere partu
Aſſolet, anguſti ductus, Veſicaq;, prægnans
Nonnunquam ſaxis, cum ſcabra aut ſubſtat arena
A fœtu, ſi firma viam membrana moretur,
Fœtus & æger opem matri conferre recuſet.
Aut ubi mole premit nimia. Geminusq;, ſub aluo
Delitust. Tardòue obliquus viſcere prodit.
Hæc ſatis infenſos uteri cantaſſe labores,
Credo, & ſuppoſitos partis dixiſſe dolores.

Morbi extremitatũ.

Nũc opus ut manuum dicamus dãmna, pedumq;.
Diuerſas ſiquidem patiuntur uiſcera cauſas,
Et ſua pars quæuis fert nomina, ſede, locove.
Eruta ſit triplici quamuis fere nomine tabes.

Iſchia. Podagra. Chiragra.

Iſchia prima quidẽ, tardans ſubit inde Podagra,
Tertia ſed Chiragra eſt. Cũctis ſubſtãtia, forma,
Et dolor vnus ineſt, diſtant mala, uoce, locoq;
At quicunq; alij recubant ſub viſcere morbi

Arthritis.

Nomine communi Arthritis, membriq; dolores
Dicuntur: Curas morbus non nomina poſcit.

Chiragra.

Aegra chiragra manũ vexat carpũve, nodosve
In digitis, parte in ve externam, mole laceſſit.

Quin

Podagra.
Quin ſimili ſpecie, partem vexare podagra
Conſueuit, quamuis qui pollice morbus inhæret
Acrior, is multo ſoleat conſiſtere menſe.
Eſt dolor ambobus, tumor, & vicina laceſſit,
In molemq; graues tolluntur corpore Venæ.
Iſchia.
Iſchia ſæua lues, dolor ingens, partibus hæſit
Acrius ad nates, vbi neruus tergore lapſus
Fæmora, & obiectas conſueuit viſere partes.
Anatome.
Nec dolor hac ſolum perſiſtit ſede, ſed imos
Vſq; pedes, coxasq; grauis vexare labore
Aſſolet, externis careant licet omnia ſignis.
Cauſa.
Cauſa regens humor, Pituitæ ſemina ſunto,
Aegrotis infixa locis; non ſanguine partes
Vexantur, tetroue artus humore redundant.
Cum omnis podagra frigida, cur tumor & calor.
Omnis enim (quæcunq; ægrotent mēbra) podagra
Eſt frigens, tumor ille leuis, venaq; calorq;
Infixo ueniunt partem ſtimulante dolore.
Via fluxionis.
Quà regione tamen fluor extima viſcera fœdat,
Ignotum; medicis opprobria, parturit error;
Non etenim internis de ſedibus effluus humor
Namq; cachexia extrema quæ parte reſedit
Humes, ægram neſcit generare podagram.
Vertice de ſummo, pituita cuius aquoſa
Pelle tenus properat: Cerebri excrementa laceſſis,
Craſſa foras natura fugat, facilive palato
Naribus, aut præceps ventris penetralia figit.
Cauſa podagræ.
Porrò repentinis quæ cauſa inimica fluoris,
Hæc eadem lentas potis eſt proferre Podagras.
Copia ſuccorum, Cerebri de vertice ſummo,
Et iuncturarum vires, munusq; ſopita.
Cura tibi facilis, ſi morbi exordia, certa
Arte leues, capitiq; celer munimina panas;
Quæ verò infernas inuaſit libera partes
Vix curà poterit, ſtudioq; quieſcere labes.
Elephantiaſis.
Hinc Elephantiaſis dicamus Carmine vires.
Turpe malum: Terrena etenim ſubſtantia ſenſim
Deperit; & conſtans naturæ inuertitur ordo.
Sueta lues; vbi multa cano ſub corpore creſcit
Cauſa.
Maſſa Melancholici ſucci, quæ tempore, ſenſim
Aucta, venenata pollet virtute, ſuiq;
Perſimiles ſuccos, haud indefeſſa miniſtrat.
Nec tantùm in ſummà radices pelle coegit,
Peſtis, at interna quoq; viſcera ſede laceſſit
Acrius occluſo depaſcens membra labore,
Quaq; altè natura legat ſibi prouida ſuccos
Nutrimenta; mali ſpecies, morbiq; parantur.
Elephant. è iecore.
Prima tamen ſibi cauſa iecuriſve aucta liene
Materies, peſtem potis eſt efferre latentem.
Ab origine.
Ortu alij cæpere malum, dum cauſa parentum
Prima, quib. virtus generādæ eſt maxima prolis.
Nec minus, vnus ſi ſit natura parentis
Inclinata malo, partus generaliter æger.
Generatio tempore menſtrui.
Multi multa docent, Proles tibi plena pericli eſt,
Maternus fœdo venter ſi menſe laboret,
Concipiatq. actis fœdatur menſibus illa
Progenies; turpisq; artus defertur ad auras.
Sponte ſua interdum morbi primordia ſunto,
Cum tumet infarcto iecoris ſubſtantia ſucco,
Cumq; Melancholicum diuexat maſſa lienem.
Hinc conſueta lues, vbi menſes prouida ſiſtit
Matrix, aut tumida occultantur ſede Varices.
Signa:
Incipiente malo, frontis color ille, decusq;
Excidit, & tota cute peſtis ſigna notantur;
Aret enim mox palma manus, tibiæve, pedesve,
In faciemq; grauis ſpecies, morbusq; vagatur.
Frigeſcunt extrema tamen, Verruca per omne
Corpus it, & linguæ primùm radice pateſcit.
Iamq; extrema tument, fœdiq; tubercula moris
Liuida, ab affecto tandem ſe viſcere tollunt.
Labra inuertuntur, dum alarum pondera naſi
Intima præcludunt; rimisq; patentibus ægra
Cruſtula, quæ nigro ſit tincta colore ſuperſtat.
Candida flaueſcunt oculi, nataq; teguntur
Vngue velut, fluitantq; pili, vis tanta Veneni;
Peſſima ſpes.
Iamq; pedum digiti, manuumq; labore dehiſcunt
Vngues ſinduntur, totumq; liqueſcit, & aret,
Infixa altiùs acicula ad digiti profunditatē ſenſus interdum non percipitur.
Corpus, Et affectù ſenſus de pelle recedit,
Guttura rauceſcunt, nec reſpirare poteſtas.
Halitus æger adeſt, è corpore triſtis aperto
Exhalat fœtor, totà ſeſe vlcera carne
Inſinuant; parteſq; grauis putredo laceſſit.
Vnius tot monſtra mali, non vincere morbum
Spes vllà, aut certà præſcribere lege dolorem,
Conceſſum, cœliq; ſalus de numine habenda.
Morbus Gallicus.
Gallica ſubſequitur ſignis notiſſima certis
Illuuies; ſceleris pœnam, luxusq; flagellum
Immiſit Chriſtus toto tibi corpore labes,
Vlcera, uel ſaudi generat vis ægra dolores.
Cauſa.
Cauſa venenata vires, ſuccusq; malignus
Interna collecta ſinu, ſummisq; ſubacta
Viſceribus, toti peſtem minitantia vitæ.
Namq; vbi primæuo læſerunt viſcere partem,
Cætera naſcentis ſumunt conſortia morbi
Membra, nec impactà languet pars unica labe.
Haud etenim tibi ſola, mala complexio languens
Redditur, at ſenſim puræ ſubſtantia vitæ
Perditur, & fœdo rorantur viſcera ſucco.
Tam crudele nefas; namq; halitus inficit æger
Innocuos; nudove acceptus corpore ſudor.
Quà ratione contrahatur morbus Gallicus.
Multa via eſt, facilisq; modus, ſed certior eſto
Concubitus, grauiorq; lues è crimine habendis,
Sæpius obſcœnis virus de partibus exit,
Rarius à reliquis, quas vel madefecit adactus
Sudor, & impreſſa accenſis ſæpe oſcula labris
Læditur impuro, purus. Si languet, uterq;
A mage morboſo paulatim læditur alter.
Si ſimilis morbus, ſimilis contagio ſurget.
Heu caueas ægram, fuge crimina flenda perenni.

Hinc,

Hinc, illincq; morà, non qua tibi ſplendida vultu
Arridet, roſeo ue genas perfuſa colore
Spectatur, ſecura malo: nam ſæpe lateſcit
Actus viſceribus morbus, Stationeq́ certà
Non expectatus miſeris ſe detegit ægris.

Spẽs luis Venereæ.

Qui minus exactè morbi nouere figuram,
Symptomatisq́ magis ſiſi, ſtatuere trecentas
Morboſæ ſpecies labis, licet vnica morbo
Forma ſit, inq́ nouas nequeat decedere formas.
Magna, minorq́ lues rectè eſt ſtatuenda, minorē
Exigua exercent Symptomata membra dolore,
Ingentem maiora premunt; nec nuncia peſtis
Certior vlla via eſt, quanis tibi parte recumbat.

Prima ſpecies.

Quod ſi caluities oculos, mentumq. caputq.
Fœda notet, ſectiq; fluant de fronte capilli,
(Vt ſæpe, inſtactas frondoſo vertice pompas
Autumnus ventoſus agit, detectaq; longè
Brachia protendunt ſylua, veniente pruinà)
Hæc lentior morbi ſpecies, ſu diſſima quamuis
Cauſa, Vapor lentior, cute qui detectus apertà,
Iamq; comas lacerat, rarasve effundere barbas,
Tempo aq; & canos ſuenit quoq; ferre capillos.

Secunda ſpecies.

Altera ſubſequitur ſpecies mage noxia primâ;
Turpis; at ingrato non eſt infenſa dolore;
Cum totà macula florent cute, nulla tumoris
Signa, dolor nullus, flaua, rubeaq; patéſcunt
Exterius. Tenuis ſignacula promere ſanguis
Peſtifera infectus potuit lue; Vincere morbum
Ni radix auulſa prius, tentare caueto.

Tertia ſpecies.

Tertia ſubſequitur ſpecies ſecura laborum,
Impreſſaq; luis. faciem dum puſtula fœdat,
Aut nares, auresq;, ac concaua tempora ſignans.
Huic niſi ſollicita Medici ſuccurrere dextrà
Feſtines, ulcus ſenſim cute ſerpit in omni.
Difficilis ſit cura tamen, caro namq; tenella
Partibus, atq; ægrè Humores euadere cernes.

Quarta ſpecies.

Morboſi porrò Poſtrema eſt forma Veneni.
Cum creſcente malo, ſolida langueſcere partes.
Oſſaq. neruiq. ac membranæ, ac viscula denſa
Incipiunt, rara medijs niſi in oſſibu. hæret.
His vbi iam uitium conſedit. partibus, acta
Excrementa procul toto de corpore manant.
Cum verò diuulſa cano diſtollitur oſſe.
Membrana, aut miſſo languet penetrale Veneno.
Immanis vexare dolor, noctesq. dieſq.
Aegros conſueuit, ſitus omni in parte moleſtus.
Nocte magis, febriſq; acri ſociata dolori
Inuadit, donec vigiles producere noctes,
Et querula tectum diſrumpere voce neceſſe eſt.
Inſomnes donec, victiq; laboribus ægri
Succumbunt, venduntq; inopi pro crimine vitâ.
His breuiter Veneris morbos dixiſſe dolentes
Sit ſatis, effuſo ſunt qui cecinere cothurno,
Et curam, formamq; mali, fœdiſſima certe,
Nobiliore tamen ſunt crimina Carmine dicta.

Hiſtoria Veneni.

Nunc ubi morborum ſcripſiſſe arcana, modoſq.
Iam videor, morboſq. veneni robore dignos
Edixi, ſupereſt; ſi qua eſt natura Veneni
Tangere, Quaq. via eſt. Modus oĩb. ordo, vigorq;
Eſſe nequit. Species arcto quas dicere verſu
Vix licitum, Innumeras homini natura nouerca
Sat fœcunda mali genuit. Tu Regia proles
Vincenti prohibeto nefas à limine ſacro,
Sollicitusq; animo, dum uires diſcis iniquas,
Eſto Venenatis cyathis inimicus, & omne
Huc confer ſtudium, nil Principe dignius iſta
Eſt curà, Patria ut uiuàt fac uiuere diſcas.

Quid Venenum.

Ergo Venenum illud certà ratione putamus
Cui uires natura dedit, formà, ſpecieq;
Humana infenſas uitæ, cordiq. latenti.
Nam quæ mole una, non certo robore lædunt
Eſſe Venenato haud pollentia robore poſſunt.
Hinc nec frigus edax, nec tacti flamma caloris.
Siue calet ſummè, ſeu frigore torpet iniquo
Haud ſtatues uerum uerà ratione Venenum.
Sed quia, quæcunq; implicito connectitur Orbi
Forma, ſuo debet iungi contermina miſto.
Inde uenenàtæ quocunq. in corpore uires,
Aut frigus ſocium, aut ipſum meruere calorem
Ambobus præſtanda quidem curatio, quamuis
Prima Venenatas inſpectet prouida uires.
Haq; per Antidotos omni ratione fugandæ.

Omne Venenũ comes eſt calori, aut frigori.

Qui uerò leniora refert ſignacla ueneni
Principium à calido, rigidoq. exordia ſumunt.
Namq; repentinè ſcateant ſi membra calore
Intima; Corq; magis uita cui cura tuenda,
Langueſcat; facilis uitæ iactura ſuperſtat.
Frigida quin etiam calida ſpiracula uitæ
Interdum, nimio ueniant ſi robore, uincunt;
Peior uterq; modus, forſan ſecurior ille,
Quod menti docta ſuo præſens ſit fixa labori,
Præſidioq. libens animos, ac pectora firmet.
Hæc labat interdum, mentis decus illud, honorq.
Et ratio, ſomnusq; ægros determinat artus.
Quo cura præciſa uia eſt, nec ferre medelas
Conceſſum interius, niſi languens pocula ſumat,
Multa acris ſucci, ſeu perfida frigora agenti.

Venenum calidum & frigidum.

Venenum calidum ſecuntus frigido; eò quod curari poſſit ægro conſurgente.

Nec ſignis nouiſſe ſuis res uana uenenum,
Prouida nos natura docet, ſimul arsq. miniſtra.
A calido noſana ſitis, non uincere monſtrum
Crede merum, claris fruſtra compeſcere lymphis
Conceſſum, maria ad curam ſunt parua futura.
Interiora graui uexantur membra calore,
Vētriculusq; prior, Vomitus modo ſubuenit æger,
Et modo præruptus uentris fluor; Intima tandem
Inteſtina gemunt, ructu, fremituq. querelas

Signa ſpecierum Veneni: Signa calidi.

Hæc quod purgandis ſuccis natura creârit,
Sæpius, & membri vires, ac munia ceſſent.
Icteritia. Icterus eſto prior, quo corporis extima turpi
Signa. Flaueſcunt ſucco, & ſquallent, concluſus in imis
Sudor viſceribus claras non fertur ad auras;
Mēs languore grauat, dū corporis organa lāguēt,
Ventriculoq́; nocens vomitus, febriſq; ſequuntur.
Cauſa. Quæ niſi ſublato decedunt viſcere ſucco.
Huius cauſa mali variat, calcata repente
Vipera, queq; alia morſu miſere venenum
Serpentes, puros offendunt dente receſſus,
Cumq́; graues auido ſorbentur gutture riui,
Inſtigante ſiti, quos vel cauſa horrida ſenſim
Infecit, lenta qua putent ſtagna palude;
Praua mali ſpecies, ſecurior illa futura
Icteritia. Critica. Cum febres natura graues perpeſſa, calentes
Exturbat ſuccos, & corporis extima fœdat
Exonerans interna foco, nec ſegnior eſto
Forma mali, quando Iecur Inflammatio vexat
Maxima, vt cutis, toto de ſanguine maſſa
Flaueſcit, ſummâ & velox ſe palle recondit.
Febris adeſt, dexterq; grauis, ferueţq; receſſus,
Sed dolor vrget iners, Iecoris ſubſtantia neruis
Pœnè caret, quem ſumma tegēs mēbrana coercet.
Iecur leuis ſēſus. Iam verò exactâ morbum diſcernere mente
Artis erit; Vera eſt ſiquidē, dum ſerbuit Hepar,
Nec ſunt vndantis cluſtis bene congrua ſucco,
Quem Iecoris veſana lues generauit, & ardor,
Cumq; fugax nimia veſicam mole recuſet
Septa intrâ, ductuſq́; ſuos, è ſedibus exit
Impauidus, variuq́; aditum ſibi manere poſcit,
Cunctaq; venturum propellere viſcera ſuccum,
Sollicitant; peſtem arcanis de ſedibus arcent.
Hinc croceæ fæces, vrinaq; flaua recurrit,
Sudor ineſt flauus; flaueſcunt lumina, & artus.
Obſtructio. Nam flauus cunctis dominatur ſedibus humor.
Hinc morbus variare ſolet, ſi obſtructio ductus
Poſſideat fellis, nec ſucco tecta petantur
Flauentis conſueta, cauam nam miſſa per aluum
Materias croceâ immunis ſpectabitur vndâ.
Icterus niger. Icterus eſto niger, cholera dum copia tetra
Sanguine miſta probo; ſummos defertur ad artus.
Cauſa. Quæ vitio interdum Iecoris generabitur aut cū
Turgeat vndanti ſplenis ſubſtantia ſucco,
In ſummam pellem trudet natura venenum.
His grauitant ægri morbis durantibus artus,
Floreſcenſq; perit frontis decus, omnia languēt,
Horridaq; oppreſſam perturbant ſomnia mentē,
Concoctrix effæta iacet, non vlla ciborum
Cura eſt, non lætis horas impendere ludis;
Solus amor potus, fortiſq; inſedit aceti
Nonnunquā: Hoc liceat quāuis depellere morbos.
Paſſio hypochondriaca. Eſt Hypochondriacæ labes deformior ortus.
Namq; Melācholicus ſi ſplenem obſederit humor,

Vicinaſve vias, circum penetralibus actus Cauſa.
Vexet, & ardeſcens fumos emiſerit ægros,
Error mentis erit, Defectio, plena timoris
Omnia, ſecedent ægri, fugientq; ſodales,
Interdum furijs acti deliria fingent,
Tanta ſub internis incommoda, latus ad auras
Fumus, & horrendâ feriens capita ardua labe
Efficit, Interdum redolet Vapor iſte Venenum.
Fiet Atrophiæ ſpecies, cum viſcera prima Atrophia.
Cor, Iecur, & Venter, morbo grauiore laborant.
Partibus aut iiſdem choleræ prouentus abundat. Cauſa.
Suauis enim, tetris ſcateat ſi fæcibus humor,
Nec ſaturet ſummas, nec partes recreet imas,
Hinc macies ſe turpis agit, nec ſquallida præter
Pellem membra tegūt, nec ſanguine vena regēdo,
Vt ſolet in molem, ſummâ cute, nempe tumeſcit,
Mēbra cadunt, corpuſq; malo, morboq; liqueſcit,
Sæpe etiam monſtro febris; quæ lenta receſſus
Abſumit, ſimilis quam cauſa eduxit ad auras.
Huic medicas adhibeto manus, & mente ſagaci
Inquirenda lues primùm eſt, curaq; fuganda:
Nam fallax eſt cura malo, dum multa vorari
Et multa ingluuiem dape falli ſorte videmus,
Nam leuis à dapibus nutritio viſcera firmat,
Quin magis immiſſo, langueſcunt viſcera ſucco,
Eſto cathexia ratio diuerſa, moduſq; Cachexia.
Sub qua plena licet moles ſit corporis, ipſa
Attamen eſt vitiata caro, color, atque laborans:
Non Athletarum vires, non forma colori
Vna graues facilis labes tibi faſcinat artus;
Impurus ſuccus morbos efficit, & imis
Viſceribus latitans longi iam temporis error.
Vt vacuas replere vias, ac membra decenti
Sic vetitum ſucco; vel quod commiſtio lędat
Impuri, vel quod partes, ac viſcera languent. Cauſa.
Nec ſatis innato funguntur munere membra.
Hinc quia fex variat, morbi mutatio multa eſt,
Alter flaueſcit, lentam hic redolet Pituitam,
Iſte Melancholico fœdatur membra colore.
Proxima ſubſequitur totius corporis hydrops. Hydrops.
Turpe malū, & rarum curâ euitabile monſtrum.
Primus Anaſarca modus eſt, cum corpore toto Anaſarca.
Humor, & algeſcēs populatur membra catharrus.
Incipiente malo, primùm languere trementes
Conſueuere pedes, qui præcedente labore, Signa.
Sponteve ſub tardâ languentes nocte tumeſcunt.
Quòd ſi mucoſus ſub partibus hæreat humor,
Parte ſuper digiti remanent veſtigia preſſi;
Intereà, nec mole tument humeriue, manuſve,
Nec dorſum, venterue leuis; ſed languida ſenſim
Membra cadunt, motuq; leui vexata recumbunt.
Febris at aſſiduè comitatur, talia morbi
Principio, natura monet ſignacula; Cauſa eſt, Cauſa.
Hepatis algeſcens ad munia peruia frigus;

Frigidus & toto diffuſus corpore ſuccus.
Siue rigens iecoris natali ab origine culpa,
Seu calor immodicus, nimio qui frigore ſenſim
Decedit, ſimilis diuerſa ab origine morbus.
Hoc ſummo feruore malum, ſi haurire rigentes
Aeger ſueuit aquas, frigentes eſſe cibosq́.
Nec minus eductus venis dum currit apertis
Forte cruor, exhaudus dũ ſpiritus intima linquit,
Aut ſi deficiat miſerandæ debita vitæ
Illuuies vteri, aut inferna fluxio ſedis.
Quiq́ alias partes fluxus ratione, viaq́
Subleuat, oppreſſis pondus dum ſedibus aufert.
His detenta lues ſenſim, dum copia multa eſt,
Suffocare poteſt natiuum ſola calorem.
Aſcites. Hydropis eſt ſpecies Aſcites dicta ſecundæ,
Cum tumet abdomen congeſti rore catharri,
Et reliquæ exhauſto procumbunt robore partes.
Nec iecoris frigus ſemper, viresve ſoluta
Cauſa i Effecere malum: nam crudior eſca patentes
Eſt ſortita vias, quæ paſſim elabitur, aluo,
Vrina, ſudore graui, vomitu, atq́ ſcreatu.
Sæpe etenim qui mole premit caua viſcera ſuccus
Rumpit inhærentes, immo de viſcere fuſus
Membranas, miſeroq́ abdomine totus inhæret.
Nec, niſi qua tegitur viſcus membrana dehiſcat,
Profluet humor iners: ductu caret ille poroſo.
Hac ſcrotum ratione ſolet, conſortia morbi
Aſcites pectoris. Nanciſci, fluida totum dum fluctuat unda.
Interdum laxo grauitat ſub pectore moles
Vteri. Frigida, vel partes vteri male ſana moleſtat;
Summa mali ſibi cauſa iecur, dum feruida moles
Ardet, & aſſidua requiem ſibi poſtulat vnda.
Tympanis. Tympanites hæc ſpecies tibi tertia hydropyſis eſto,
Cum denſus cæco flatus ſub ventre ſuſurrat.
Non tumor, aut moles; qualis qui Aſcite laborat,
Percipitur: digito ſonitum dat venter adacto.
Hinc nomen, ſed cauſa eadem, concoctio languens
Hepatis, aut vſu flatus congeſtus edendi.
Rara mali ſpecies, niſi ſucci portio lædat.
Morbi Inteſtinorũ. Nũc caua qui vexẽt morbi inteſtina canẽdũ.
Prima mali ſpecies obſtructio, concaua clauſtra
Obſtructio. Expurgare vetat, qualem tumor edidit olim,
Cauſa. Durataq; habili fæces ſub uentre latentes.
Cura malo facilis, pituita portio craſſa,
Multa uias, ductusq́ tenet, congeſta ciborum
Illuuie, qualis non ſummo è vertice præceps
Irruit; in grumos verùm congeſta tenaces.
Aſt etiam natura, malo ne immunis ab omni
Dicatur, cæcis generauit ſaxa ſub antris,
Partibus infernis curſu deducta ſequaci.
Inflammari etiam ſolita inteſtina, viaq́
Saxa. Inflammatio. Sed raro graciles, quod ſanguinis imber abundet
In craſſis, dolor inde grauis, conſtansq́ laceſſit.
Nec velut in cholica chlyſteri pœna leuatur:
Hinc abit in pus materies; tum qui dolor vrget,
Et febris, ſanie tam deſcendente, recedunt.
A quibus, vt partem fæces tuere per ægram,
Vlcere ſubiecto dolor inſtat, amorq́, ſedendi,
Quod ſi mordaci fluitent caua viſcera ſucco
Infenſos natura parit ſtimulata fluores.
Immitis cholica dolor eſt, curaq́ fuganda Cholica.
Non facili, ſeſe multos enim flectat in orbes
Laxior, & variis patefacto gutture fæces
Excipiat; variis ideo languoribus ardet.
Flatibus is primùm crudis, ventoq́ laborat Cauſa.
Præcipuè, ſiquidem flatus natura ſubacti
Hanc ſtatuit ſedem, cui ſi vel fæce negetur
Exitus, aut craſſus præcludat concaua ſuccus,
Languentem immenſo diſtendit robore partem.
Hinc dolor immanis; Morbi ſit dignior ille,
Qui retinere graues morum ſuadente decore
Vult flatus, ructusq́ negat prodire ruentes;
Craſſa etiam Pituita malum producit, & acris
Materies in parte latens, quæ mordet: Vtriq́ Similitudo colicæ & nephritidis.
Eſto dolor conſtans, ſimili ſub imagine, qui ſe
Nephritim fingit, fixo id ſuadente dolore.
Fallax cura malo, calidis propellere morbum
Præſidiys, certa medicorum lege monemur:
Sed tamen interdum calidam diſcrimina curã
Multa, dolorq́ grauis, morsq́ ĩprouiſo ſequuntur.
Clyſteri lentas molli detrudito fæces,
Ante calor ſiquidem mucoſo è fomite, flatus
Sollicitat, dirosq; grauant medicamina morbos.
Hæc cholica natura luis; Male lancinat illa,
Quæ Peritoneon, vel quæ ſub uentre locantur;
Membranas lacerat, cholici ſub imagine morbi.
Longior hæc ſpecies, qualem feciſſe vetuſtæ
Febres conſueuere criſi veniente ſoluta.
Partibus his etiam uentris deiectio pigra, Deiectio pigra.
Eſſe ſolet, ſiue id natura more paretur,
Seu quando fæces natiuo vrgente calore
Steteſcunt, duraq; uias penetrare recuſant. Cauſa.
Aut quia ſenſus abeſt, ſummo id faciente cerebro,
Aut quia nec ſtimulus cholera penetralia tangit,
Quodve cauos ductus, lædens obſtructio firmet.
Ileus has ſequitur cauſas miſerabile monſtrũ, Ileus.
Si ſtabiles, forteſq; premant, namq; Inteſtinum,
Sedibus euulſum propriys conuoluitur, & quia
Ire per infernos fæces ſueuere receſſus,
(Proh ſcelus) in fauces vomitu ꝑperãte recurrũt:
Rara ſalus morbo eſt, nec ſummo è ſydere maior
Plaga, per afflictam miſit ſua germina plebem.
Horreſco referens, ſuperi miſereſcite Diui
Neue precor tantum conſcribite ventre dolorem.
At cita diuerſis cauſis ſubductio ventris Fluor alui.
Inuadit liquidove cibo, pinguive, grauive,
Aut ubi uentre latent uermes, iuueniue, ſeniue.
Aut lacerante uias ſucco, ſiue ille ueneꝛum,

Cauſa. *Pocula ſeu fuerint medicato noxia ſucco;*
Seu cholera elapſa fluor inteſtina fatiget.
Quod ſi cruda foras, nulloq; vrgente dolore
Afflatuq; graui, & chimi ſub imagine currant,
Cœliaca. *Cœliaca eſt: confecta etenim ſubſtantia, quando*
Cauſa. *Diſtribui per membra nequit, dum copia pellit,*
Continuo forti natura pellitur auſu;
Emiſſoq; malo, fluxus tibi deſinet æger.
Lienteria. *Quod ſi delapſis, ſumptorum forma ciborum*
Cauſa. *Sit, ſimiliſq; color, tibi Lienteria fertur.*
Hanc facit inualidi languens concoctio ventris;
Sueta lues, vbi longa malum per tempora ſidit,
Aut vbi deſuetis onerantur viſcera menſis,
Ima ve ventriculi ſedes effœta recumbit.
Diarrææ, *Eſto Diarrææ ſpecies iam tertia, namq;*
Cauſa. *Syncerus laxis defertur ſedibus humor,*
Nec dolor, aut vacuum diuexãt tormina vẽtrẽ;
Nunc Pituita fluit, Cholera nunc copia falua,
Rara Melancholici ſucci, licet infimus atra.
Deijciat picis effigie excrementa receſſus.
Sed fallax eſt forma mali, nam rupta ſub antris
Vena vbi feruentem diffudit ventre cruorem
Ille via, ſpatioq; latens ſucceſſit, & atet.
Atq; morà tetrum ſibi comparat vſq; colorem.
Dyſenteria. *Quarta mali ſpecies eſt Dyſenteria. Noſtri*
Tormina dixerunt, mucus decurrit, adepsq;
Signa. *Tincta cruore leui. Villi, fibraq; tenella*
Ex interuallis, lacerà de ſede recumbunt.
Iamq; malo ſuperante modum, depaſta per aluũ
Inteſtina cadunt, ſpecies dolor occupat omnes,
Sed modus haud vnus, vita ſecurior illa.
Spe caret iſta equidem depaſta interna, viaſq;
Reddet nulla licet medici doctiſſima dextra.
Teneſm⁹. *Recti Inteſtini ſimilis quoq; forma, modusq;,*
Exonerare grauem dum mens expoſtulat aluũ,
Nec niſi pauca foras, & vix ſignata cruore
Cauſa *Erumpunt, languentq; leui inteſtina dolore.*
Omniũ. *Cũcta facit mordax humor, ſeu flaua recumbat*
Fæx cholera, aut ſalſa ſpargatur fæx Pituita,
Siue Melancholicus vexet caua viſcera ſuccus,
Hæc vexant, lacerantq; vias acredine læſas.
Fluor ſanguinis. *Sed purus, conſtanſq; cruor, quoq; viſcere pdit,*
Turpibus ex ani prorumpens ſedibus, atq;
Ex interuallis certà ratione recurrens.
At qui dilutus cacit de ſedibus exit,
Is Iecoris vitio, & venarum errore moleſtat.
Quæ per laxa procul ſunt Inteſtina reducta.
Vermis. *Eſt quoq; turpe malũ, Vermes, qui renibus acti*
Interdum putridoq; ſolent ex vlcere naſci,
Attamen illorum ventri communio maior
Eſſe ſolet, puerum vidi emiſiſſe ducentos.
Cauſa. *Craſſum phlegma parit monſtrũ, dũ cõſita vẽtre*
Materies, craſſa tandem lentore putreſcit.
Sunt alij teretes, paruiq; in ſede latentes. Differentiæ Vermium.
Infernaq; lati interdum Inteſtina vagantur;
Sunt alij longi, qui nutrimenta coquentis
Ventriculi abſumunt, Vomitu ve, aut nocte cubã
In fauces, nareſq; abeunt; ſi copia partes
Infeſtet, Cerebro grauiora pericla ſuperſunt.
Vertigo, morbusq; cadens, defectio mentis,
Et tremor: Et tãdem mors nõ præuiſa prahẽdit.
Nũc turpẽ qs morbus habet deſcribere ſedem Morbi ſedis.
Fas erit; à dira Phlegmone exordia ſunto.
Hanc vbi plus ſolito partes penetrauit in ægras Phlegmõ. Cauſa.
Effecit ſanguis, diro comitante dolore,
Atq; febris, fæceſq; ægrè redduntur adactæ.
Excipit abſceſſus Phlegmonẽ, qui magis intus Abſceſſus.
Serpit, & in tenera ſedem ſibi parte procurat.
Tandem pure foras acto, fœdiſſima perſtant
Vlcera, quæ longis abeunt vix acta diebus.
Sin minus ægra loco generatur Fiſtula, qualem
Podice diſrupto Veſicam inuadere vidi.
Vlcera ſunt etiam extremo defixa ſub ano, Vlcus.
Ragadias dixere; dolor comitatur acerbus,
Nec niſi depreſſo apparent incommoda ventre.
Materies, fæceſq; arida fecere dolorem. Cauſa.
Condiloma etiam partes inſedit eaſdem Condiloma.
Tædia quod præbet potius, quam parte dolorem.
Huic cõforme malũ, quæ cæca Hemorrois extat,
Conſequitur, dolor vrget iners, ficusq; figurã,
Parte ſub inferna, nec fundit vena cruorem.
Iſta Melancholici ſoboles humoris habetur, Cauſa.
Quæq; cruore ſcatens, certo ſe tempore profert
Fæce leuans nigros natura vrgente lienes. Recti inteſtini deſceſſus.
Exerit interdum nimius conatus agendi
Excrementa, aluum; & totus deuoluitur extrà.
Vel quia rore madent partes, ac viſcera multo, Cauſa.
Vt pueris, morbus raro peruaſit adultos.
Aut ſolito morbos ſi priuet robore partem.
Hisfeciſſe ſatis morbis, qui concaua Ventris
Tecta tenent, videor. Supereſt edicere quanta
Seiunctos, calidoſq; premant incommoda renes. Morbi renũ Phlegmone.
Eſt Phlegmone prior, quamuis rariſſima partẽ
Praduram infeſtet, ſuccoq; tenacior obſtet,
Si tamen aut caſu partes grauiore tenentur,
Imbibitove altè ſucco, febris ingruet ingens, Signa.
Vrina feruore rubent, vomitusq; laceſſit,
Quæq; ſubeſt ſyncera tamen, nec conſeſa facti.
Coxa ſtupet, venterq; grauis ſtata munia linquit.
Præterea partem lacerans obſtructio uexat, Obſtructio.
Quam prælenta poteſt producere vix pituita,
Sed lapis, aut toto laſſantes corpore arenæ.
Iſta frequens natura mali: ſubſtantia renum Lapis.
Producit ſalebras, quarum communio, denſos
In lapides, fragiles tandem commutat arenas. Arenæ.
Tum ſtimulos natura graues, & paſſa dolores

Vreterum.

Vreterum in longos deducit ſaxa meatus,
Vt refluant: dolor unde grauis penetralia vexat,
Aſpera ſi lapidi, aut maior ſit facta figura,
Hic vena dilacerat, tandemq́ adductus ad auras
Vrinas lentore graues trahit, atq; fluorem.

THEORICAE MORBORVM

LIBER TERTIVS.

Morbi Veſicæ.

NVNC age qui vacuam Veſicam morbus, & error
Diuexet dicam, totà eſt communio vitæ
Morborum, pauco quamuis ſit ſanguine pollens.
Calculus eſto prior, qui formà, mole colore,
Calculus.
A reliquis diſtat, quamis ſint ſede creati.
Sunt qui mucoſos cauſentur viſcere ſuccos
Vreterum laxis prolapſos ſedibus. vnde
Renum præcipitant fœda excrementa, luesq;
Sed quia tanta nefas deſcribere tempora ſucco,
Quin fluat in præceps, purgataq. membra relinquat:
Lapidis veſicæ origo in renibus.
Et quia quos ſtudio medicorum cura ſagaci
Attriuit lapides, natura arcana requirens,
Vidit in internis renum latitaſſe labores
Principium morbi: Nec quemquam calculus iſte
Inuaſit, quem non Nephritidis vſſerit ardor.
Hinc è rene mihi primordia ducere fas eſt.
Pube tenus grauitas, pruritus habetur, & æger
Mictio ſollicitat; niſi calculus inguine lapſus,
Præcludatq́ vias; lædatq́ dolore pudendum.
Exonerare animus, nã ſphinctere calculus hærens
Inteſtina premit, ſtimulosq́ adiungit acutos
Quin ſalebras, mucosq́ foras vrina profundit.
Iſta tibi ſint ſigna mali, niſi conſcia fraudis
Lapis propria veſicula concluſus, & ſuſpenſus.
Burſiculà lapidem natura in viſcere ſeruet
Altius; vnde leues veniant de parte fluores.
Nec languent acto penetralia concita ſaxo.
Veſicam non vlla premit phlegmone rigentem,
Phlegmon colli veſicæ.
In ceruice tamen morbo veniente reſedit.
Aſt vbi concreta eſt pro ſphinctere portio carnis,
Tumor.
Pigra foras vrina nequit prodire, coactis
Ductibus, & craſſo partem tendente tumore.
Saucius adeſt ſubito dolor, vrget febris acuta
Inquietàs, pulſusve leuis, pectenq́ laceſſit,
Nec cæcos ſuetus ductus reſerare Catheter,
Itve, redıtve viam, tanta eſt anguſtia partis.
Hic ſtimulare nefas, viſcusq́ vrgere laborans,
Cancrena.
Sæpè etenim Cancrana loco, vel ſponte creatur.
Quà veniente perit vita ſpes omnis, & ipſa
Pure foras acto, febrisq́, dolorq́ recedunt.
Atque cauum remanet cæcis penetralibus vlcus,
Per quos præcipiti currens vrina meatu,
Pure ſcatet, tenuisq́ rubet deducta cruore
Progreſſus.
Interdum: ſpes pauca malo, penetrare laborem
Ventre ſub infernà medica obſeruatio vidit,
Ac veſicam illo fæces miſiſſe receſſu.
Iamq́ per vreteres, veſicaq́ intima ſerpit
Vlcus.
Vlcus, ſeù multo lenior, dum profluit vrens
Cauſa.
Humor, & infarctò turgent penetralia vino.
Hinc dolor, & febris, mingendi, & cura perennis:
Nec ſatis iſta malo ſedes, penetralia namq;
Penis, & internos ductus exulcerat idem
Ardor, & infarcti morboſo in corpore ſucci.
Morbi pudendorũ.
Itq; putris ſanies, tenuiq́ notata cruore
Vrina, immenſo partem ſtimulante dolore.
Priapiſm⁹. Cauſa.
Fœda Priapiſmi ſpecies, cum viſcera flatu
Turgeſcunt, nimiove graueſcunt ſpermate partes.
Defunctus penè erecto viſus.
Rara lues, deforme malum, pariterq; cum ipſa
Non cedit vità, ſupereſtq; è funere morbus.
Vis hæbet. Cauſa.
Iam verò obſcena ſymptomata plurima parti
Occurrunt; nunc languet iners, quod copia flatus
Debita deficiat, careantq́ interna calore;
Aut petulans immo non ſit quod corpore ſemen,
Incãtatio.
Aut quia, quod ſolitum ſacro ſunt carmine partes
Obſtricta, ſobolisq́ ruat quòd cura creandæ.
Gonorea.
Quod ſi profuſo natiuo ſemine partes
Luxurient, Gonorea ſubeſt, non viribus vllis
Non prodit ſtudio, nec ſunt inſomnia cauſæ.
Rex fluida eſt, et aquoſa foras, nec cocta recurrũt,
Hoc mulier, paſſimq́ viri languore tenentur.
Cauſa.
Cum retinens effœta iacet, nec coctio vires
Exerit ipſa ſuas, coituq; interna frequenti;
Langueſcunt, ægro fluitat de corpore ſemen.
Morbus Gallicus in Gonorea.
Gallica porro nouis inuaſit corpora ſordibus
Contagies, fuſoq; infecit ſemine vitam,
Flaua prius, viridesq; foras imitantia ſuccos
Erumpunt, fœtore graui; non ſeminis vlla
Forma, ſed emiſſa ſaniei aſpectus; odorq;
Interea cæcis ſerpit penetralibus vlcus,
Quod fæces, virusq; leui ſignare cruore
Conſueuit: dolor vrinà fortiſſimus actà
Maior in èrrecto pene eſt, nam ſubdita virga
Pars, veluti neruo languet, ſi pone trahatur.
Morbi vrinæ.
Quod ſupereſt faciles incõmoda plurima mictu
Sollicitant, morbusq. nouos nouus excitat ortus.
Diabetes.
Prima Diabetes, quæ pocula ſumpſit hianti
Gutture, vix vllo reddit ſignata colore.
Quod ſi præ tumido fluitent ſub corpore riui,

Et

Et ſcateat iam venter aquis: agitata repente
Per faciles ve uias veſica, & corpora renum
Præcipitat ſuccus, tollitq; è uentre tumorem,
Rara lues, nec certa ſalus, è renibus omnis
Cauſa. *Morbus vt ardenti flagrarunt uiſcera flamma;*
Illi ab inexpleto venientia pocula uentre
Sollicitant, & lapſa foras per viſcera mandant:
Debilitas eſt tanta loco, languénq; retentrix.
Reſolutio ſphincteris. *Sphinctere ceruicis reſoluto, profluet omnis*
Vrina, imperio mentis, nec robore pulſa.
Quod pueris cõmune quidem, ſenibusq; per ipſa
Somnia, nec morbos ægri per ſomnia norunt;
Donec iam ſaturo titubantia lumina ſomno
Excipiant, ſpectentq; humentes ſtragula lecti.
Iſchuria. *Iſchuria mali diuerſa eſt forma, madusq;*
Nec licet immiſſo ſatietur xere receſſus,
Ire foras vrina poteſt; concluditur intrò
Fortius, & tumidis aditum ſibi poſcit in antris.
Iam vero morbiq; locum, ſedemq; ſagaci
Artis erit ſpectare animo, atq; aſsiſtere curà.
Cauſa. *Vreterum ſiquidem lateat ſi obſtructio ductu,*
Nulla grauans pecten, nec in imis vlla dolori
Partibus indicia, at ſi ſphincteris intima morbus
Obſideat, grauitasq; nocent, pondusq; dolorq;.
Nec laxas repplere vias, craſſusq;, tenaxq;
Humor erit potis, hinc tibi calculus ilia figet,
Aut grauis adnato qui perſtat ab ulcere callus.
At ſi ſuppreſsis vrina è ductibus exit;
Stranguria: *Guttatimq; fluat, nixu grauiore premente,*
Aut acer dolor inſtet, vel fluat abſque dolore,
Stranguria malo nomen; Cui cauſa priori
Conſimilis morbo, fruſtra ſtimulante dolore:
Cauſa. *Aut latet internis depaſcens ſedibus humor,*
Aut nocet exeſis erodens calculus antris.
Diſſuria: *Diſſuria cauam Veſicam ſede laceſsit,*
Siue frequens, tenuisq; fluat, ſeu viſcere currat
Confertim, partem dolor vrget maximus ægram.
Humor cauſa luis mordax, latitansq; ſub imis,
Cauſa. *Vlcus viſceribus, fera quod Phlegmone crearit,*
It quoq; per mictus acti pars multa cruoris,
Mictio purulenta: *Nec veluti è reliquis proſternit partibus actus*
Virtutem, vel rene fluit, vel ductibus, vnde
Omnis in infernam Veſicam maſſa recumbit.
Sphinctere quin etiam læſo; Cauſa omnibus una,
Calculus effringens; Vlcusq; in parte ſubactum.
Humori quod ſi ſanguis ſit miſtus adacto
Rene fluit, miſtura leuis ceruice pateſcit.
Pus quoq; deſo mi partem populatur hiatu
Quod vel iuncta leues Vrina eduxit ad auras,
Et de rene malum: Vel ſphinctere labitur ægro.
Cauſa. *Et leuis eſt miſtura; Grauis tibi Calculus intus,*
Vlcera, vel feruens humoris forma creabit.
Vrina nigra. *Porro nigra foras interdum Vrina recurrit,*
Seu fluat adſtrictis lapſus tibi calculus antris,

Quo miſſo, rapuere viam fæcesq. tophiq.
Hæc ſibi morborum, queis mictio læſa, viæq;
Langueſcunt ſeries. Teſtes edicere quanta Scroti morbi.
Damna ferant ſupereſt, ſcrotiq; referre labores,
Namq; agiles primum grauis Inflammatio partes, Inflammatio.
Et ſcrotum vexare ſolet, dolor aſper adacto
Pollice; febriculæ comites, ac forma tumoris,
Feruidus è toto delapſus corpore riuus, Cauſa.
Bilis, & ægra malo cauſa eſt, modo lãguet vterq;
Quod rarũ: Alterutra modo partis dãna porrigit.
Sollicità, certaq; malum depellere dextra, Callus:
Artis erit; denſos ſiquidem Inflammatio callos
Non curata parat, quos vincere normula neſcit.
Hernia præterea partem fœdiſsima uexat, Hernia.
Nam primum obſtruto præbebit in inguine ſigna,
Nunc dirò totum, replebit pondere ſcrotum.
Res varias ratione mali, hincq; dehiſcit omentum, Diuerſæ ſpecies.
Et modo diſrupta ſunt Inteſtina ſub aluo.
Ambobus docta venientia trudere dextrâ
Inteſtina ſitis, pariq; obſtacula rupta
Oppoſuiſſe iuuat, ne rurſum perfluat aluus.
Hanc labor exſuperans, oneri, ſeu cura gerendo Cauſæ.
Aut flatus generare ſolent, longéq; reuulſi,
Hinc atq; inde pedes, morbos fecere perennes
Cura leuis puero, ſi ſedibus iruerimus
Teſtis. Et excuſſo callum ſub pectine firmes.
Hydrope ſubiectum tumuit quoq; tẽpore ſcrotum. Hydrops.
Macerie nec pulſa redit ſub luminis auras.
Nunc flatus ſub parte latet, quem crudior eſca,
Totiusq; nocens generauit corporis error.
Longa lues, paſſimq; ſuo cum tempore creſcens,
Ni mucrone malum medici manus obuia firmet.
Iſta viris morbi ſtrauere incommoda ſolis;
Et ſua fœmineus quoq; crimina ſexus habebit.
Menſtrua profluuies, naturæ legibus acta Morbi vteri.
Poſt tria luſtra uenit; niſi nec ueniente ſenectâ Menſtrui terminus primus, & ultimus.
Deficit ante decem, reliquis purgatio uitæ
Præſidium, & uires petulanti ſumit ab aluo. Menſtruus fluor præcox & tardus.
Tardius interdum, citiusq; emergit, & ultra
Luſtra decem perſiſtit adhuc, narratio uita, Cauſa.
Atq; cibi, duratq; morã, uel ſiſtitur ante. Suppreſſio uteri.
Omnibus indicium firmæ, ualidæq; ſalutis
Vita Valens, ualida uires, conſtansq; ſenectus
Hos fines intra effluuij ſuppreſſio languens,
Ni grauis aluus eat, ſi profluat ordine nullo,
Deficiatve fluor cenſentur, plurima ab iſtis
Damna malis, ualidæ febres, morbiq. ſequuntur.
Nauſea, lumborum grauitas, capitiſq; dolores.
Cauſa malis, paucus vè cibus, ſudorq; laborq; Cauſa.
Multus, & ex aliquo prorumpere uiſcere ſanguis.
Importuna alui deiectio, Cauſa timoris
mnis, mæſtitia, uomitusq; è corpore crebri.
Hic menſes fecere moram; Penetralibus ipſis
Eſt quoq; cauſa frequẽs: Iecori, Cordi, atq; Cerebro

Dum frigent, dum craſſa vias obſtructio claudit.
Aut moles ſchirroſa ſubeſt, nam ſigna cruoris
Siſtere cauſarum potis eſt, licet vna priorum,
Nec petulans vlcus ſimili ſibi labe carebit,
Nã tumor, & ſchirrus, rigor atq; obſtructio, ſiſtet,
Menſtrua, languenti veluti inflammatio parte.
Excreſcensq́; caro, grumusq́; calore coactus;
Multaq; præterea Medici ſcrutanda labore.

Profluuiũ menſium.

Ipſe vterus pariter ſpectatur prodigus aluo,
Idq; vltra vitaq́; modum, formamq́; ſalutis;
Sanguineo ſe fluitent nimio penetralia: Vires
Effuſa, laſaq́; iacent; Color albidus omni
Corpore ſe prodit; Nec amor, nec cura ciborum

Cauſæ:

Inſidet; Inq; pedes tumor, & coniunctà vagatur.
Denique profluuium generant quæcunq; calore
Sanguineam attenuant maſſam, venaq́; latentis
Oſcula, ſollicito deducunt ſanguinis auſo.
Haud ſecus effuſa ſi urgent ſanguine vena,
Plethoriam dicere, fluit penetralia vexat.
Cumq; grauis iactio reſidens ſub corpore fœtus
Erumpit, vexatq; labor cauſa ſecta, dolorq;;
Aut vbi tranſuerſè partus ſe ſiſtit ad auras,
Iſta quidem lacerantq; vias, venasq́; laceſſunt,
Maioreſq; ægra manent ex inguine fluxus.

Frequẽtia menſium.

Cauſa eadẽ crebros quoq; ſuſcitat acta fluo: ex
Rore leus interdum muliebria viſcera ſtillans
Perpetuo: exeſa monſtrum producere vena,

Cauſa.

Conſuenere, vteriq; vlcus penetralibus hærens,
Aut ceruice, patens digito quod conſtat adacto.

Lues vterina.

Eſt vterina lues, qua non cruor eminet æger,
Sed putridum quoddam, varijsq; colorib. actum
Erumpit, ſine odore graui; modo fœdus aperto
It Vapor afflatu, modo ſubdita membra fluore
Vlcerat, aut acri langueſcunt viſcera ſucco;
Nunc vteri morbo, modo principe viſcere læſo.

Cauſa.

Conſurgit, dum ſumma malos penetralia ritus
Adgenerant, vteroq; lues emiſſa recumbit
Et Iuueni, & Vetulæ: modo lãguet frigore matrix.
Immiſſoſq; altè ſuccos ſub viſcere ſeruat.

Gonorea.

Nec ſolũm conſueta viros gonorea laceſſit;
Sed muliebre genus, ſimili ratione laborat
Sæpe; fluens ſiquidẽ, crudumq; in pectine ſemen
Profluit, & fluxu partem deturpat iniquo.

Gonorea Gallica.

Aſt impura lues Gonoream ſuſcitat ipſa
Interdum, vtruſq́; tenis ſe ſedibus effert.
Viſu turpe quidem, & fœdo male gratus odore.
Nec fluor iſte ſatis, luis vndiq́; ſigna nefanda
Turgeſcunt, fuſaq; comæ, neruiq; dolentes:
Et depaſcentes in toto corpore plagæ.

Suffocatio vteri.

Ex vteri tandem quæ ſuffocatio cauſà
Euenit, horrendo vires abſorbet hiatu.
Morborum pars magna vteri, ſi lentor inſtet

Cauſa.

Ex vterò elapſus vapor, intima viſcera rore
Lambit peſtifero: mox nauſea ſubuenit, atq;
Per vomitum quæſita quies, longaſq; dietas,
Sed cùm præcipiti ſinuaſit caua pectora curſu
Forte Vapor, cordiſq́; ferit penetralia, & ipſas
Irruit in fauces, Cerebriue arcana laceſſit,
Peſſima morborum ſoboles; Non ordine certo
Arteriæ, motuſve cient, vireſq; miniſtrant.

Signa.

Spiritus incaſſum tumido de pectore ductus
Sollicitat, mens languet iners, defectio multo
Tempore, ni medici præſto ſit dextera, durat.
Iamq; caput vexante malo, delitia ſenſim
Inſurgunt, furijsq́; animos, ac brachia ſoluunt.
Multaq; non ſolitæ, caſto licet ore, furentes
Effutiunt, rationis iners pudor effugit omnis.
Deficiente malo, mox lumina neſcia ſomni
Tolluntur, malæq; rubent, motuſq; vigorq;
Mens redit, & languẽs vegetatur robore Corpus.
Læſaq; mucoſo fluitant muliebria rore;
Horridus elatas vapor vt penetrauit ad arces,
Cauſa mali; minus hauſta ſolent nocuiſſe venena,
Namq; vias, parteſq; furens, vitaleq; munus
Sauciat, atq; ipſo genitus ſub viſcere tandem
In deleterium ſoboles abit impia virus.

Cauſa vaporis.

Hæc Vapor: at fœdo quænam ſit cauſa Vapori
Dicamus, modo ſemen iners penetralibus actum
Putreſcit, modo conſueti purgatio menſis
Multa vias, parteſq́; grauant, putredo vtriuſq;
Noxia præ reliquis fumos ſibi ſuſcitat ægros.

Mota vterus.

Nec ſatis eſt denſos ad viſcera ſcãdere fumos;
Ex vtero Matrix, ſolitaq́; è ſede receſſit
Interdum, ſummiq; petit Thoracis hiatus,
Anxietas infenſa ſubeſt; modo ſubſidet ægra,
In dextrumve latus rapitur, partemve ſiniſtram.

Cauſæ.

Cõſpicua eſt ſua forma malo, Vapor actus aperto
Viſcere ſuſtollit, matremq; ad viſcera torquet:
Humor ad inferuas vterum propellere ſedes
Conſueuit, partuſq; fugax, otiũq; fugando
Fortis amor, gratos vterus ſectatur odores.
Odit & infenſos, animalis munia matrix
Effingit, latitare animal ſub viſcere credas.

Phlegmõ.

Nec ſatis hæc, Phlegmone vterus vexatur inepta,
Febris ineſt, & parte dolor, ſi pollice tentes.
Aſt vbi corrupti putreſcunt ſede cruores
Pus fluit & ſecum, febreſq; dolorq; recedunt.
Vlcus ab abſceſſu fœdum, modo viſcere ſenſim
Concreſcit, modo feruente ſtimulante calore
Permanet, atq; acri ſucco pars læſa pateſcit.

Vlcus.

Vlcere præterea matrix languere maligno

Cauſa.

Conſueuit, putri ſiquidem penetralia rore
Fœcundant, morboſq; lues annexa procurat.
Illuntes etenim putridis in ſedibus acta
Haud ſatis experta medicorum lege, fouentur.

Schirrus. Cauſa.

Proxima ſchirroſo ſequitur deſcriptio morbo,
Quem craſſus, denſuſq́; parit ſub viſcere ſuccus:
Seu Phlegmone prior, quæ nec diſcuſſa receſſit.

Nec

Nec pure emiſſo penetralia pura reliquit.
Irritus cõceptus. Irritus inſequitur conceptus, nomine monſtri
Dicuntur; maloq; graues matrice coacta.
Cauſa. Has non materies, quæ menſtruũ dicitur eſſe,
Sola poteſt generare; uiri commixtio namq;
His deeſt, & languens effuſo robore ſemen
Hinc quia læſa cadit proſeſi ſeminis aura
Imperfecta vterus, nullamq; gerentia formam
Proferet, & monſtrum plantarum more vigebit.
Pendula namq; vtero retinebunt uiſcera carnem
Informem, venis tantum per membra tumentem.
Turgeſcunt mammæ, Purgatio menſtrua cadit,
Et ſenſim in molem, matrix attollitur agram,
Motus at à vero fœtu diuerſus, vtramq;
Nam ruit in partem, nec pondere uiſcera blando
Vt prolis grauidant; facies deperit omnis
Formæ, cadunt malæ, gracileſcunt omnia ſenſim
Membra, cibi prorſus decedit cura ſalubris.
Hydrops Vteri. Ex vtero uerum hydropiſis & fœcundior ortus
Eſſe ſolet: Iecoris morbos, tumidiq; lienis
Cauſa. Inſequitur, certoq; menſium iam tempore, fuſa
Menſibus illuuie, non ipſo more recedit.
Rhagadię. Condiloma. Hemorrois. Rhagadiæ porro, Condiloma fœdaq; parte
Naſcitur interdum uenis Hæmorrois amplis:
Cauſa eadẽ turpem, quæ monſtra immittit in anũ,
Eſſe ſolet; morbos ſimili ratione ſanabis.
Cauſa ſterilitatis in uiris. Nũc age quæ ſteriles pulſãt incõmoda matres,
Quæue uiros referam: facilis tibi morbus utriq;
Non facilis ſit cura; ſacris apponere uota
Aedibus, & paſſa ſuperos orare penates
Conſuetum palmã, tantus dolor urget utroſq;
Quid quod ſunt ſteriles, ſcripſit, legeſq; uetuſtæ
Permiſſu, quondam ſociali è iure remota?
Ludibrioq; uelut populo ſpectaclã ferebant.
Impuberes primum, rigidaq; premente ſenectã
Sũt ſteriles, rigidũ his, liquidũ illis ſemen abũdat
Inſtar aquæ, & totã nulla eſt conſtantia maſſa.
Nec uelut certã natura lege cietur.
Quiq; licet ualidas maturo corpore uires
Exercent, grauiore tamen ſuccumbere morbo
Coguntur, languentq; ægrã ſata ſemina uitã.
Nec minor eſt labis ſpecies, ſi principe morbus
Viſcere conſiſtat, febris ſeu lenta moleſtet
Seu phtiſis, aut patulo latitans obſtructio ductu,
Seu phlegmone grauis, ſeu uilis ſcirrus aduſtis.
Omnibus his, ueneris quamuis ſtimulẽtur amore
Semen inops, languenſq; ægro de uiſcere manat.
Cauſa ſterilitatis in mulierib. At muliebre genus fœcundi ſemina veris
Ludit, & optatæ ſobolis primordia fallit:
Namq; modo iactum ſibi matrix prodiga ſemen
Cauſa. Propellit, mittitq; foras: modo ſemina matris
Deficiunt, læſoue ſopitur uiſcere proles;
Aut proles nugas, molaſue imitatur inanes.
Quin uitia obſcœnis latitantia ſedibus, ægri
Sæpè mali ſunt cauſa, Paralyſis, & Gonorea,
Deformis ſtructura Vteri; ſeu laxa pateſcat,
Seu pars anguſto ductum præcludat hiatu
Siue uiris tenuis, ſolito ſeu maior agatur
Virga; facit ſterilem cauſarum qualibet una.
Nec reticenda quidẽ latitans obſtructio, & ictus
Glande tenus, membrũ uacuũ uirtute, dolorq;
Defectio generationis. Monſtra. Deſiret ipſũ modo in membro natura creando,
Monſtraq; portentis reddit uix credita miris;
Vt quibus aut oculis ſpeciem mutauit, ab ortu,
Lumina ſi ſub fronte carent, aut plurima iungit
Mẽbris membra ægris, digitoſq; manuſq; pedeſq;
Aut ubi mole tument partes, nec carne decorã
Augeſcunt artus, & languent munia morbis.
Vulgus coperciatas vocat. Hinc quoq; quæ patulã generat portenta ſub aluo,
Internã tantum formã uitiante figuram
Præcludunt laxos aditus, ac mollia tecta.
Tantus honos patri, pro uirginitate ſacrarunt
Progenies elapſa quidem; Quid iungere uotis
Vota nouis? caſtas prima ab origine fecit
Nonnullis natura uteri penetralia claudens.
Nam neq; ſi monſtri ſpecie ſint parta pudendi
Membra, nec in molem licet ſurgat iniquã,
Ni natura malum generet, præcludere ductus
Parcè poterit; ſtimulis uis maxima concitat ambos
Nec fas erit teneras mentito urgere colore
Aetates, atq; in teneris culpare puellis
Exiguos artus; nugis ſunt omnia plena.
Duodeci annis fœmina viri potens. Nam duodenis, ecquis non ſciat eſſe potentes,
Annis, uirgineos artus; ſperanda uiroq;
Subſidijs nati certis ſignacula fœtus?
Si tamen eſt uetitum grauido turgeſcere uentre,
Atq; uiros explere; mali natura miniſtra
Eſt culpanda, alio iam ſponſa aſſueſce cubili,
Si tibi ſunt curæ nati; ſi prolis egenus
Sollicitas in uota Deum, nam incommoda nullã
Sciſſio irrita ut plurimũ ob nouã coalitionem cum callo. Arte leues uxoris erit diſcindere ductus
Res fallax, callo ſiquidem turgeſcere partes
Conſueuere nouo, nec ubi iam labra coacta
Vulneris exiſtunt, aditum præcluſa parabunt
Viſcera, nec multis curabunt parte dolores.
Quid plura, admiſſo quamuis iungare marito,
Virgo, tamen plenos non eſt producere fœtus
In partu proles periculum. Res facilis, perimit cunctos anguſtia partis,
Dũ prodire labor: Quod ſi tamen exit ad auras,
Aegra, uel in molem diſtendere brachia neſcit,
Aut femur lentore grauat, nec luce potiri
Vlteriore queunt partus, ſed uiribus ægris
Deficiunt pueros cæli, & curatio paucos
Seruauit, monſtri ſpecie uiuentis ad inſtar.
Tot mala compreſſis exire meatibus extant.
Intẽperies cauſa ſterilitatis. Porro intemperies fœcunda inimica parenti
Siue calens, qualis petulanti in uirgine pollet,
Siue rigens, effœta venus, menſeſq; latentes

Indicium.

Indicium, & tota ſqualleni qui fronte colores.
Quæ femina fœcunda.
Quæ matura tamen mulier, perfectaq; toto
Corpore, nec tenui, nec obeſo incommoda geſtat,
Quæ lumbos, amplumq; gerit ſub pectore uentrē,
Hæc fœcunda tibi certa ratione putetur.
Sæpe tamen quamuis fœcundus quiſque parentū
Exiſtat, natura tamen diſſentit vterque.
Simpathia optima.
Nā modo quiſq; calet, modo frigore lāguet, uterq;
Antipathia mala.
Mutua ſitq; modo diſcors natura parentum
Frigida cum calido rectè eſt ſocianda marito,
Temperies in vtroque magis laudanda parente.
Inditia cōceptus.
Iam quibus adnatæ pateat ſpectatio prolis
Indicijs referam. Mulier, ſi iuncta marito
Delectetur iners, ſemen & matrice retentum
Perſiſtat, tacto fluitent nec rore pudenda.
Primum ſignum conceptus.
Sæpè leuis matres horror vexare, dolorq;
Arctius immiſſo dum ſemine viſcera firmant.
Conſueuit, Veneris cedit iam cura peractæ;
Menſtrua ſubſiſtunt, vteri namq; intima ductu
Pæne carent, miſſo nequeas reperire ſpecillo
Quomodo menſtruum, impregnationis tempore cernatur.
Internas ſedes; ſi quis tamen exit ad auras
Dilutus, candensq; cruor, ceruice ſupinà
Prodit, & è venis vteri ceruice coactis.
Iam verò mammæ turgeſcere menſe ſecundo
Incipiunt. latera in molem tolluntur apertam,
Et vēter grauitas minor eſt, quā forma tumoris.
Sunt quibus in niues floreſcunt fronte colores,
Et Papulæ, maculiſq; manus, facieſq; notantur.
Vrinæ lentore ſcatent, medioq; peracto
Tempore, progenies motu ſpectatur aperto.
Illa leui, blandoq; ſolet penetralia ſaltu
Diuexare, dolor, rugitus, pondus abeſto,
Qualis ab adnata conſueuit ſurgere mola.
Signa maris, & fœminæ.
Ardua ſubſequitur noſcendi normula partus
Fœmina, mas ve loco, eſt fallax tibi coniectura.
Lætitia, atq; hilares nati ſub fronte colores
Dextrum ferre pedem, dextrā turgeſcere mām̄ā;
Atq; cito, lacte & denſo, multoq; grauari;
Laudatos adamare cibos, penetralia dextra
Mole premi facili. Dextra regione tumentes
Arterias, venaſq; trahi, ſignacula maris
Sunto: Fœmineo contraria ſigna patebunt.
Ergo qua ſano concepit fœmina ventre,
Sanaq; ſubmiſſum tenuit iam cognita ſemen,
Prole tumet, toto nec enim prægnatio curſu
Offendit, donec uitalem ſurgat ad auram.
Incommoda prægnātium non valentiū.
Verum morboſas incommoda plurima matres
Diuexant, genito fœtu mala multa pateſcunt,
Membra grauant; lumbiq; dolēt, genitalia fœtus
Tendit, & eſt ſomni grauioris ſemper origo.
Inq; dapes, dulceſq; cibos, inimica uoluntas.
Nauſea: nec vomitu labes ſuperata frequenti.
At quibus internos vomitus curare receſſus
Non potuit, nunc Pica ſubeſt, nunc ardor edendi
Acria, carbones, lapides, terramq; lutumq;.
Cauſæ abortus.
Nunc facilis cauſas verſu dicamus Abortus.
Quinto, & ſexto rar. abortus.
Quattuor is primum prægnantes menſibus urget,
Deinde tribus reliquis; vbi fœtus corpore toto
Cauſæ internæ.
Conſtitit, & ſolida vallauit uiſcera carne.
Dolor.
Hic primùm internis morbus conſurgere cauſis
Timor.
Conſueuit, dolor, atq; timor, defectio mentis,
Venenum.
Atq; venenato pollentia fercula ſucco,
Immodica euacuatio.
Immodica à quouis purgatio viſcere currens
Diæta.
Efficiunt: prohibens nutriri membra diæta;
Curſus.
Quęq; itidem nati lacerant acetabula fœtus.
Saltatio.
Cauſæ, curſus iners, ſaltatio, uectio præceps,
Ictus. Plethora.
Ictus pube tenus, nati penetralia uellens,
Humor craſſus.
Plethora, mucoſus parti cum ſubſidet humor,
Cacochimia.
Quiq; acres lentore vias, neruoſq; relaxant.
Nec Cacochimiæ putres, tardeq; tacendæ.
Namq; malo neſcit nutrire ſanguine partus.
Abortus vitalis, & mortuus.
Perditur his proles cauſis, modo uiuida prodit
Cum ſubita nerui cauſa, morboq; dehiſcunt,
Et modo fœda leuem præcedunt funera uitam.
Si ſenſim morbuſq; vias ac concaua ſoluat;
Signa Abortus.
Signa repentini ſed enim ſunt plurima Abortus,
Lac ſponte, ſenſimq; fluens, mammæq; cadentes:
Ventris ſumma labāt, & in imis pondus inhæret.
Motus iners, ſolitoq; minor, defluxus aquoſus.
Signa abortus mortui.
Cum verò extinctus cæco ſub uentre lateſcit
Fœtus, & ante ſuum clauſit pia lumina partum.
Morſus adeſt veneris, deliquia pernia vexant,
Et frigus febrile ſubeſt, ſpiratio fœda,
Ima grauant, frigentq; manu tractāda matrona.
Maturo tandem uitalia tempore membra
Erumpunt; partuq; ſolent ſupereſſe labores,
Matroquidem uitæ breuitas, uireſq; ſopita,
Atque metus, primo qualis conſurgere partu
Aſſolet, anguſti ductus; Veſicaq;; prægnans
Nonnunquam ſaxis, cum ſcabra aut ſubſtat arena
A fœtu, ſi firma viam membrana moretur,
Fœtus & æger opem matri conferre recuſat.
Aut ubi mole premit nimia. Geminuſq;, ſub aluo
Delituit. Tardone obliquus viſcere prodit.
Hos ſatis infenſos uteri cantaſſe labores,
Morbi extremitatū.
Credo, & ſuppoſitos partis dixiſſe dolores.
Nūc opus ut manuum dicamus damna, pedumq;.
Diuerſas ſiquidem patiuntur uiſcera cauſas,
Et ſua pars quæuis fert nomina, ſede, locove.
Bruta ſit triplici quamuis fere nomine labes.
Iſchia. Podagra. Chiragra.
Iſchia prima quidē tardans. ſubit inde Podagra,
Tertia ſed Chiragra eſt. Cūctis ſubſtātia, forma,
Et dolor vnus ineſt, diſtant mala, uoce, locoq;
At quicunq; alij recubant ſub viſcere morbi
Arthritis.
Nomine communi Arthritis, membriq; dolores
Dicuntur: Curas morbus non nomina poſcit.
Chiragra.
Aegra chiragra manū vexat carpūve, nodoſve
In digitis, partemve externam, mole laceſſit.

Quin

Podagra. *Quin ſimili ſpecie, partem vexare podagra*
Conſueuit, quamuis qui pollice morbus inhæret
Acrior, is multo ſoleat conſiſtere menſe.
Eſt dolor ambobus, tumor, & vicina laceſſit,
In molemq; graues tolluntur corpore Venæ.
Iſchia. *Iſchia: ſæua lues, dolor ingens, partibus hæſit*
Acrius ad vates, vbi neruus tergore lapſus
Fæmora, & obiectas conſueuit viſere partes.
Anatome. *Nec dolor hac ſolum perſiſtit ſede, ſed imos*
Vſq; pedes, coxasq; graui vexare labore
Aſſolet; externis careant licet omnia ſignis.
Cauſa. *Cauſa rigens humor, Pituitæ ſemina ſunto,*
Aegrotis infixa locis; non ſanguine partes
Cum omnis podagra frigida, cur tumor & calor. *Vexantur, tetroue artus humore redundant.*
Omnis enim (quæcunq; ægrotent mēbra) podagra
Eſt frigens, tumor ille leuis, venæq; calorq;
Infixo ueniunt partem ſtimulante dolore.
Via fluxionis. *Qua regione tamen fluor externa viſcera fœdat,*
Ignotum; medicis opprobria parturit error,
Non etenim internis de ſedibus effluit humor
Namq; cachexia extrema quæ parte reſedit
Humes, ægram neſcit generare podagram.
Vertice de ſummo, pituitæ cuius aquoſa
Pelle tenus properat: Cerebri excrementa latētis,
Craſſa foras natura fugat, facilive palato
Naribus, aut præceps ventris penetralia figit.
Cauſa podagræ. *Porrò repentinis quæ cauſa intrinſeca fluxis,*
Hæc eadem lentas potis eſt proferre Podagras.
Copia ſuccorum, Cerebri de vertice ſummo,
Et iuncturarum vires, munusq; ſopita.
Cura tibi facilis, ſi morbi exordia, certà
Arte leues, capitiq; celer munimina ponas;
Quæ verò infernas inuaſit libera partes
Vix curà poterit, ſtudioq; quieſcere labes.
Hinc Elephantiaſis dicamus Carmine vires.
Elephantiaſis. *Turpe malum: Terrena etenim ſubſtantia ſenſim*
Deperit; & conſtans naturæ inuertitur ordo.
Sueta lues, vbi multa cano ſub corpore creſcit
Cauſa. *Maſſa Melancholici ſucci, quæ tempore, ſenſim*
Aucta, venenata pollet virtute, ſuiq;
Perſimiles ſuccos, haud indefeſſa miniſtrat.
Nec tantùm in ſummâ radices pelle coegit,
Peſtis, at interna quoq; viſcera ſede laceſſit
Acrius occluſo depaſcens membra labore.
Quaq; altè natura legat ſibi prouida ſuccos
Nutrimenta; mali ſpecies, morbiq; parantur.
Elephant. è iecore. *Prima tamen ſibi cauſa iecur licet aucta liene*
Materies, peſtem potis eſt efferre latentem.
Ab origine. *Ortu alij cæpere malum, dum cauſa parentum*
Prima, quib. virtus generādæ eſt maxima prolis.
Nec minus, vnius ſi ſit natura parentis
Inclinata malo, partus generaliter æger.
Generatio tempore menſtrui. *Multi multa docent, Proles tibi plena pericli eſt,*
Maternus fœdo venter ſi menſe laboret,
Concipiatq; actis fœdatur menſibus illa
Progenies; turpisq; artus defertur ad auras.
Sponte ſua interdum morbi primordia ſunto,
Cum tumet infarcto iecoris ſubſtantia ſucco,
Cumq; Melancholicum diuexat maſſa lienem.
Hinc conſueta lues, vbi menſes prouida ſiſtit
Matrix, aut tumida occultantur ſede Varices.
Incipiente malo, frontis color ille, decusq; Signa:
Excidit, & tota cute peſtis ſigna notantur;
Aret enim mox palma manus, tibiæve, pedesve,
In faciemq; grauis ſpecie, morbusq; vagatur.
Frigeſcunt extrema tamen, Verruca per omne
Corpus it, & lingua primùm radice pateſcit.
Iamq; extrema tument, fœdiq; tubercula moris
Liuida, ab affecto tandem ſe viſcere tollunt.
Labra inuertuntur, dum alarum pondera naſi
Imma præcludunt; rimisq; patentibus ægra.
Cruſtula, quæ nigro ſit tincta colore ſuperſtat,
Candida flaueſcunt oculi, nataq; teguntur
Vngue velut, fluitantq; pili, vis tanta Veneni.
Iamq; pedum digiti, manuumq; labore dehiſcunt Peſſima ſpes.
Vngues finduntur, totumq; liqueſcit, & aret,
Corpus, Et affectù ſenſus de pelle recedit, Infixa altius acicula ad digiti profunditatē ſenſus interdum non percipitur.
Guttura rauceſcunt, nec reſpirare poteſtas.
Halitus æger adeſt, è corpore triſtis aperto
Exhalat fœtor, tota ſeſe vlcera carne
Inſinuant; parteſq; grauis putredo laceſſit.
Vnius tot monſtra mali, non vincere morbum
Spes vllà, aut certà præſcribere lege dolorem,
Conceſſum, cæloq; ſalus de numine habenda.
Gallica ſubſequitur ſignis notiſſima certis Morbus Gallicus.
Illuuies, ſceleris pœnam, luxusq; flagellum
Immiſit Chriſtus. toto tibi corpore labes,
Vlcera, vel ſæuos generat vis ægra dolores.
Cauſa venenata vires, ſuccusq; malignus Cauſa.
Interno collecta ſinu, ſummisq; ſubacta
Viſceribus, toti peſtem miniſtrantia vitæ.
Namq; vbi primæuo læſerunt viſcere partem,
Cætera naſcentis ſumunt conſortia morbi
Membra, nec impactà languet pars unica labe.
Haud etenim tibi ſola, mala complexio languens
Redditur, at ſenſim pura ſubſtantia vitæ
Perditur, & fœdo rorantur viſcera ſucco.
Tam crudele nefas; namq; halitus inficit æger
Innocuos, nudove acceptus corpore ſudor.
Multa via eſt, faciliſq; modus, ſed certior eſto Quâ ratione contrahatur morbus Gallicus.
Concubitus, grauiorq; lues è crimine habenda,
Sæpius obſcœnis virus de partibus exit,
Rarius à reliquis, quas vel madefecit adactus
Sudor, & impreſſa accenſis ſæpe oſcula labris
Læditur impuro, purus. Si languet, vterq;
A mage morboſo paulatim læditur alter.
Si ſimilis morbus, ſimilis contagio ſurget.
Heu caueas ægram, fuge crimina flenda perenni.

Hinc,

Hinc, illincq; morà, non qua tibi ſplendida vultu
Arridet, roſeo ue genas perfuſa colore
Spectatur, ſecura malo: nam ſæpe lateſcit
Actus viſceribus morbus, ſtatimq; certà
Non expectatus miſeris ſe detegit agris.

Spēs luis Venereæ.

Qui minus exactè morbi nouere figuram,
Symptomatisq; magis fiſi, ſtatuere trecentas
Morboſæ ſpecies labis, licet vnica morbo
Forma ſit, inq; nouas nequeat decedere formas.
Magna, minorq; lues rectè eſt ſtatuenda, minorē
Exigua exercent Symptomata membra dolore,
Ingentem maiora premunt; nec nuncia peſtis
Certior vlla via eſt, quanis tibi parte recumbat.

Prima ſpecies.

Quod ſi caluities oculos, mentumq. caputq.
Fœda notet, tactiq; fluant de fronte capilli,
(Vt ſæpe, intactas frondoſo vertice pompas
Autumnus ventoſus agit, detectaq; longè
Brachia protendunt ſyluæ, veniente pruinà)
Hæc lenior morbi ſpecies, fœdiſſima quamuis
Cauſa, Vapor lenior, cute qui detectus aperta,
Iamq; comas laceras, raraſve effundere barbas,
Temporaq; & canos ſueuit quoq; ferre capillos.

Secunda ſpecies.

Altera ſubſequitur ſpecies mage noxia primâ,
Turpis; at ægroto non eſt infenſa dolore.
Cum totà macula florent cute, nulla tumoris
Signa, dolor nullus, flaua, rubeaq; pateſcunt
Exterius. Tenuis ſignacula promere ſanguis
Peſtifera infectus potuit lue; Vincere morbum
Ne radix auulſa prius, tentare caueto.

Tertia ſpecies.

Tertia ſubſequitur ſpecies ſæuura laborum,
Impreſſæq; luis, faciem dum puſtula fœdat,
Aut nares, aureſq; ac concaua tempora ſignans.
Huic niſi ſollicita Medici ſuccurrere dextrà
Feſtines, vlcus ſenſim cute ſerpit in omni.
Difficilis ſit cura tamen, caro namq; tenella
Partibus, atq; ægrè Humores euadere cernes.

Quarta ſpecies.

Morboſi porrò Poſtrema eſt forma Veneni.
Cum creſcente malo, ſolida langueſcere partes.
Oſſaq. neruiq. ac membranæ, ac vincula denſa
Incipiunt, ægro medijs niſi in oſſibus hæret.
His vbi iam uiſſum conſedit partibus, acta
Excrementa procul toto de corpore manant.
Cum verò diuulſa cauo diſſoluitur oſſi.
Membrana, aut miſſo languet penetrale Veneno.
Immanis vexare dolor, noctesq. dieſq.
Aegros conſueuit, ſitus omnis in parte moleſtus
Nocte magis, febriſq; acri ſociata dolori
Inuadit, donec vigiles producere noctes,
Et querula tectum diſrumpere voce neceſſe eſt.
Inſomnes donec, victiq; laboribus ægri
Succumbunt, venduntq; inopi pro crimine vitā.
His breuiter Veneris morbos dixiſſe dolentes
Sit ſatis, effuſo ſunt qui cecinere cothurno,
Et curam, formamq; mali, fœdiſſima certe,
Nobiliore tamen ſunt crimina Carmine dicta.

Hiſtoria Veneni.

Nunc ubi morborum ſcripſiſſe arcana, modoſq.
Iam videor, morboſq. veneni robore dignos
Edixi, ſupereſt; ſi qua eſt natura Veneni
Tangere, Quæq. via eſt. Modus oīb. ordo, vigorq;
Eſſe nequit. Species arcto quas dicere verſu
Vix licitum, Innumeras homini natura nouerca
Sat fœcunda mali genuit. Tu Regia proles
Vincenti prohibeto nefas à limine ſacro,
Sollicituſq; animo, dum uires diſcis iniquas,
Eſto Venenatis cyathis inimicus, & omne
Huc confer ſtudium, nil Principe dignius iſtà
Eſt curà, Patria vt uiuàt fac uiuere diſcas.

Quid Venenum.

Ergo Venenum illud certà ratione putamus
Cui uires natura dedit, formà, ſpecieq;
Humana infenſas uitæ, cordiq. latenti.
Nam quæ mole una, non certa robore lædunt
Eſſe Venenata haud pollentia robore poſſunt.
Hinc nec frigus edax, nec tacti flamma caloris.
Siue calet ſummè, ſeu frigore ſerpet iniquo
Haud ſtatues uerum uerà ratione Venenum.
Sed quia, quæcunq; implicito connectitur Orbi
Forma, ſuo debet iungi contermina miſto.

Omne Venenū comes eſt calori, aut frigori.

Inde uenenàta quocunq. in corpore uires,
Aut frigus ſocium, aut ipſum meruere calorem
Ambobus præſtanda quidem curatio, quamuis
Prima Venenatas inſpectet prouida uires,
Haq; per Antidotos omni ratione fugandæ,
Quæ uerò leniora refert ſignacla ueneni

Venenum calidum & frigidum.

Principium à calido, rigidoq. exordia ſumunt.
Namq; repentino ſcateant ſi membra calore
Intima, Corq; magis uita cui cura tuenda,
Langueſcat; facilis uitæ iactura ſuperſtat.
Frigida quin etiam calida ſpiracula uitæ
Interdum, nimio ueniant ſi robore, uincunt;
Peior uterq; modus, forſan ſecurior ille,

Venenum calidum ſecurius frigido; eò quod curari poſſit ægro conſurgente.

Quod ment docta ſuo præſens ſit fixa labori,
Præſidioq. libens animos, ac pectora firmet
Hac labat interdum, mentis decus illud, honorq.
Et ratio, ſomnuſq; ægros determinat artus.
Quo cura præciſa uia eſt, nec ferre medelas
Conceſſum interius, niſi languens pocula ſumat,
Multa acris ſucci, ſeu perfida frigora agenti.

Signa ſpecierum Veneni: Signa calidi.

Nec ſignis nouiſſe ſuis res uana uenenum,
Prouida nos natura docet, ſimul arsq. miniſtra.
A calido ueſana ſitis, non uincere monſtrum.
Crede merum, claris fruſtra compeſcere lymphis
Conceſſum, maria ad curam ſunt parua futura.
Interiora graui uexantur membra calore,
Vētriculuſq; prior, Vomitus modo ſubuenit æger,
Et modo præruptus uentris fluor; Intima tandem
Inteſtina gemunt, ructu, fremituq. querelas

Accumulant. Aeger fixo ſtimulante dolore
Impatiens modo ſeſe illhuc, modo iactitat illhac;
Quid ſupereſt, febris ſubitas, ſed lenta, ſeroq́;
Corda foco ſtimulante calent; ſpiratio præceps
Sollicitat, ſudor rigida de fronte recurrit.
Demum ubi concluſa fluxu ceſſere per aluum,
Materies; Pinguedo foras, cum ſanguine fibra.
Inteſtinorum properant, ſuperanteq́; morbo
Extima frigeſcunt, pulſusq; interna ſubintrant:
Hæc ubi viſa, mali ſpecies deformior eſto;
Nec niſi caſſa ſalus; ſi frigida forma Veneno eſt
In vomitus primi motus; ſed lenta per aluum

Signa ueneni frigidi.

Maſſa fluit, frigus ductus, ac viſcera firmat.
Non dolor immanis, ventris ſolam intima forti
Frigore quod nequeat vinci, venterq́; tenentur.
Hinc fumi ad ſuperas ſedes, cerebrumq. coactà
Conſcendunt maſſà; viresq́; ac munia parti
Surripiunt, tremor ima petit, manuumq́; pedumq.
Atq; caput: ſpirare frequens, ac naribus auras
Ferre eſt; exiguas partes perfundere ſudor
Conſueuit: niſi dum vires, ac munia atta
Cuncta cadunt: oculi fixa regione ligantur:
Membraq. marmoreo veluti ſunt nexa ſtupore.
Mors in propatulo eſt, quando ſuccurrere feſſis
Nulla via eſt, iunctos dentes, genuve, maleve,
Haud reputes, verum ſolidis hæſiſſe catenis.

Venena à contactu.

Sunt quæ contactu ſolo læſiſſe venena;
Conſpicuum, carni maculas inferre cruentas;
Et bullas: calor iſta ferox ſignacula perfert;
Cantharides meruere locum, non multa butyro
Viſcera rorare, aut folio tenera lactuca,
Sit ſatis; in multas virus producere laces
Vlcera conſueuit; pellemq; è pelle renatam
Perpetuò feruore leuat: nec ſiſtitur antò
Portentum, quam veſano vis caſſa veneno eſt.

Signa ueneni per contactũ.

Signa patent oculis, primum calor eminet æger,
Interdum bulla, modo fœdis vlcera formis.

Venena non lædẽtia contactu.

Contactu vero, ſunt quæ non lædere partem
Conſuevere, niſi his Epidermis deſit amica.
Nam nec flagrantes Anguis tetigiſſe ſaliuas
Contactà metues dextrà, nec ſana aconita,
Nec quæ lethæo pollere papauera ſucco
Dicuntur, licet interna virtute veneno
Vis maior, calor atq́; minor ſociatus agatur.

Venena inſpiratione contracta.

Quid quod ſæua lues, licet ægro à corpore diſtet.
Non modico ſpatio, liquidum tamen aera tranat
Altius, & miſeros, quà ſpiritus intima pulſat,
Inuadit, cordiq: malum, vitæq. datura.
Tanta eſt peſtifero virtus conceſſa veneno.
Anguibus id commune quidem, dum paſcua diris
Expleuere cibis, ranisve loquacibus eſcas
Perfecere, & bufones hauſere petulcos:
Hinc ferus adit antes dum reſpirare voluntat,
Halitus inuadit capitis, dolor inſtat anhelus,
Et Vomitus, ſine honore tamen: nam viſcera fœdà
Labe carent, venterq. cibis non languet adactis.
Sudor adeſt, etiam febris tremor occupat artus
Innocuos, pulſusq. leues caua tempora complent.

Vis ualida ſuperans Venenũ.

Sunt quos prævalidæ conſtãtes in corpore vires
Suſtentant, ſuperantq. nefas, ſed lenta laceſſit,
Attamen infectos peſtis, quæ tempore iacta
Cedit, & indieſum fœdata pelle relinquit.

Venena ex cibis.

Plurima portẽta hæc, niſi potus, & eſca miniſtret
Plura tibi diuerſa quidem, ſed finibus unà,
Hic mihi quæ lauces cæleſti è vertice Mentes
Concedent, ſeriemq; mali, formasq; canenti?
Non tot crudeli mortis ſunt falce per orbem
Strati, nec tantos inimicos ſuſtulit enſis
Quot rapuit deforme malum, virusq. veneni
Principio, quæ fœta tulit tibi munera tellus
Sollicito perquire animo, nam plurima ſolo

Nocua ſolo tẽpore.

Tempore ſunt nocua, infenſus tibi caulis apertis
Eſt folijs; ubi flagranti ſtata ſydera curſu
Permeat, & terras ſæuo Leo lumine torret.
Lenta limax etiam, proprias niſi promida ſedes
Purgarit, ſtercoriq́; carens; potuq; ciboq;
Plures ante dies, dapibus non tuta petitus.
Quid memorem putres pluuijs, ardoreq; fungos
Concretos, oltra, atq; inopi uenientia in horto,
Quæ ſuper menruis uenerunt greſſibus angues,
Et nocui dira ſparſere arbuſta ſaliuà?

Lotio ciborũ tuta.

Certa ſalus liquidis menſas immergere lymphis.
Nec ſecura licet cum cortice mandere poma;
Suſpicio procul abraſo tibi cortice cedet.
Omnibus his uomitu primum curatio agenda
Si multus, ſtimuloq. aluum vexare perenni:
Defluet humor iners, & quæ coniuncta Veneno
Materies, ſummas ibit partesq. per imas.
Antidotis ſperanda ſalus: ſi regia longè
Ars deſit, medicaq. manus, perfundere oliuo

Oleũ Antidotum ueneni.

Viſcera ꝓmulto, & vomitus properare frequẽtes,
Spes maior, uentriq. oleum iactare ſabactis.

Allium. Stercus colũbi. Menta. Marathrũ.

Alia quid memorem, quid ſtercora fœda columbi
Miſta mero? mẽtãue inopẽ, marathrũne caducam?
Omnibus his reparare nefas, purgareq; cura eſt.

Venena medicinalia.

Nec minus ipſa ſuo Medicina eſt tuncta Veneno,
Nec minus aſſumptà, præſẽs necis ingruit horror.
Parcius ò Princeps penetralia uiſcera læde
Antidotis, quos docta parat ſibi pharmacopola
Dextera, quaq; iubent medici documenta parari.

Reubarbarum.

Radix Barbariæ iecori mala multa talenti

Agaricus.

Conciliat, nocet Agaricus iecori, atq; palato.

Aloes.

Aloes amborum, licet utilis eſſe putetur.

Thurbit.

Perniciem nimia ſumptum arce pandit apertam.

Scammonea.

Quid Thurbit referam, Scãmonea, quaq. perẽnis

Sena.

Sena ſolet medicas ornare incongrua menſas?

Omnibus

Omnibus his, vt multa ſolent incommoda tolli
Multa tamen ſurgunt, ni parcè pocula libes.
Quæ tamen eſſe ſuis cognoſces feruida ſignis
Cōtraria cōtrarijs. *Antidotis cura re parà, queis frigida maſſa eſt;*
Frigidaq; aduerſo curabis damna calore.
Hei mihi quod nulla eſt vita ſecura tuenda
Semita, quodq; patens ſit cuncto anguſtia calle.
Quodq; neci tandem miſeri ſuccumbere dira
Cogimur, & calidos educere pectore flatus.
Nam licet externis non cedat uita venenis,
Pocula nec lædant Medici prægnantia ſucci,
Attamen interius, morbis ſtimulantibus, artus
Accumulant fæces, & viſcera concaua complent;
Donec tanta premat penetralia copia morbi,
Venenū in corpore generatum. *Vt ſenſim in dirum decedat fœda Venenum.*
Quid mains, non dente ferox tibi Vipera mortem
Arte parat renuente; leuet in pectore ſucci
Præſidio nequeunt medicæ ſuperarier artis.

Nec minus his certà curatio lege paranda eſt, Cura potiſſimum cordis.
Communi antidoto, cordis primaria cura
Sit tibi. Vix alio ſuperamur uiſcere læſo.
Nonne uides cūctos maculæ ut ſpargātur in artꝰ.
Vt frons tuta parum reliqua uariare colores
Certatim ſtudeant partes, ſignisq́; notari? Signa.
Talis ubi rigidum deceſſit ab Aethere frigus
Tarda notat, ſquallensq; uiam per florida ſerpēs,
Aſt ubi iam faciles radiantia lumina Titan
Aethere diſplicuit, lumenq́; per aera fudit,
Continuò ſpolijs gaudens exuta uetuſtis
Mille ſub ardenti cœlo læta explicat orbes.
His tibi quot uarient ſignis, formisq; Venena
Diximus o Patriæ lux ſpectatiſſima noſtræ
Vincenti; Tu ſumme Deus, ſuperumq́; poteſtas
A tanto propelle malum Duce; Cuiq́; Veneni
Nil natura dedit, (miſeris quod parcere ſolum
Non ſeuire ſciat) tutam concedito vitam.

THEORICAE MORBORVM
LIBER QVARTVS.

MAXIMA ſubſequitur ſuſcepta cura laboris
Vltima, qui febres educto di cere uerſu
Expedit, & certis deſcribere nomina morbis,
Magnū opus aggredior, Vos ò de Culmine mentes
Aethereo præbete, modos, & carmina nobis,
Sertaq; perplexis latè contexta Corymbis,
Quæ diluta prius trepidantem ad numinis undā
Veſtris ſint manibus, capiti ſuperadlite noſtro.
Tuq; adeo ſpes vna mei, meta vna laboris,
Vincenti Dux magne faue, vultuq; ſereno
Inſpice poſtremam connexo carmine partem,
Forſitan expleto ſtudio, mea muſa, laborq.
In laudes iturа tuas, ſtirpemq. Ducalem,
Inq. tuos Decus Italiæ per ſecula natos,
Quid febris. *Principio Febris mutatio certa caloris*
Natiui eſt in eum, qui non natiuus, & extra eſt,
Naturæ, vitæq. modum; Quiq. ante latentem
Tempore vitam, ſuccoq. regebat amico
Immanis, vitæ, curſumq., modum. retractat.
Nec tamen ingenti quāuis, cunctæ organa flāma
Depereant, febris certa ratione uoanda eſt.
Origo in corde. *Cordis nāq. prior labor eſt, mox ſanguine paſſim*
Spiritibusq. foras toto ſe corpore ſpargit.
Nec calor immodicus ſatis eſt, niſi nuntia vitæ
Deſtituat, pateatq. omni tibi læſio fonte.
Porrò cuncta ſcatent natiuà corpora flammà,
Calor radicalis. *Et Radicalis quam dicunt humiditas,*

Hanc igitur ſuperare modum, uinciq. neceſſe eſt.
Eſt Elementaris quoq. corpore forma caloris, Calor Elementaris.
Quæ perit, atq. redit ſæpe, ducto robore cauſa:
Quæ diuina tamen flamma eſt, à Numine miſſa, Humiditas radicalis irreſtaurabilis.
Humiditatis egens natiuæ ſæpe labeſcit,
Nutrimenta tamen, pleno quæ copia cornu
Subſtituit, nequeunt deperdita reddere damna.
Nec niſi peiori ſucco fere membra rigantur. Quib. ætatib. plus, minusq; inſit.
Huius maſſa quidem ſumma eſt puerilibus annis
Ponè ſubit nulla ſuperanda à lege Iuuentus.
Inde uiri. Multo languens caret inde ſenectus.
Cumq. patet iuueni, natiui copia ſucci
Corpore, fælici ſuccedunt omnia curſu.
At contrà elapſo, uires languere ſopitæ
Incipiunt, curuiq. artus minitantur apertum
Interitum, ante fores curuis mors unguib. adſtat.
Deniq. non plures uno ſunt corde labores,
Sed numero, ſpecieq. unus, qui robore diſtant.
Namq. minus ſpeciem, maiusq. inuertere neſcit,
Denique ſunt plures diuerſa ab origine febres,
Quæ parit ægrotos ſæuum Apoſtema per artus. Febres à conſenſu.
Conſenſu, Cordisq. ſinus, ac viſcera fœdans.
Hinc flamma in totum graſſatur noxia corpus.
Nec licet interdum non toto in corpore feruor
Conſurgat, verà Febris ratione neganda eſt,
Cum vel frigus iners, vel pars à vulnere crudo
Arterijs, venisq. caret feruore carebunt.
Cumve licet rapidæ penetralia ſubdita flammæ,
Feruescant, tamen occultà ratione, modoq.
Extima marmoreum ſentiantur viſcera frigus. Cauſę cur calor totū nō teneat.

Omnib. his cõmune malũ, calor intima complens.
Quiq; nequit certũ ductum ſibi ſumere cauſã.
Dicere ſubiectum ſupereſt febrile. Sophorum

Subiectũ febris.

Omnia plena quidem, Natiuum hunc eſſe calorẽ,
Et meritò, flammæ ſuperadditur altera prima.
Non naturalis paſſim tunc munia vitæ
Deficiunt, iuſto quæ ſunt ardore coacta.
Ille quidem natiuus erit, qui viribus æquis
Pollet, At externus, ſub adaucto robore conſtat.
Nunc quo quaq; modo febris conſurgat habeto.
Principio implacidus morbi primordia motus

Febres à motu.

Efficit, & læſo producit viſcere peſtem.
Nam nimio iuuenes ſtudio; ſaltuq; iocove,
Vt vicere modum, fortiq; hæſere labori,
Continuò calidis concepta incenſio membris,
Cuncta ſubit: cordiſq; libens penetralia ſcandit,
Interitum, morboſq; graues, bellumq; datura.
Fortis enim rigido, ſi attritio, marmore, flammas
Excitat, & motu latitantes ſuſcitat ignes;
Quid facias labor indomitus, ſi viſcera certo
Igne ſcatent, actũq; gerunt penetralia flammas?
Attamen vxori expediet cognoſcere ſponſum
Ante dapes; lentamq; excire è pectore flammam
Interdum; dum iuſſa cibos concoctio vincat.
Sic tamen vt ſine labe thori conceſſio perſtet.
Sed labor eſto procul, ſolitos iuſtare labori
Certa ſalus, conſueta probes, non ſueta recuſa.
Nec ſatis eſt nimijs vexare laboribus artus

Animi motus.

Innocuos, quo febris edat, morboſq; ſequatur.
Sunt moderandi etiam, mentiſq; animiq; furores
Immodici, Studiumve frequens. Agitatio mentis
Ira ferox; Maiore nequit conſurgere cauſà
Febris edax; quam ſuccenſis penetralibus irà.
Sunt quos inſolità ſeruantes tædia Mente,
Horrendum, febres rapuerunt, victa nec ante
Atra lues, cedit quàm ceſſerit ira veneni.
Altera morboſam Putredo conſita febrim

Febris à putredine.

Quæ generat, ſatis eſto frequens, obſtructio cũctis
Cauſa prior, faciles humore tenente meatus,
Per quos ingeniti veniunt, redeuntq; vocati
Succi, (ſi liceat) rorandis artubus apti.
Ergo calor denſis vbi torruit inguine maſſas;
Clauſa via ſucco eſt, & reſpirare patentes
Per venas, facileſve poros hinc inde negatur.
Ipſe calor faciles ſuetus transferre vapores
Pelle tenus, rigidoſq; intrò deducere flatus
Marceſcit, prohibente malo; maſſa omnis in ipſo
Corpore putreſcit ſucci. penetralia flamma
Immodicum quatiunt, pulſuſq; arcana recondũt.
Non tamen humorum putreſcit quilibet, vnà

Loci diuerſitas.

Parte, ſuis ſtudio, ſunt omnia ſedibus acta.
Alter corde tenus, iecur igni ſauciat alter,
Sollicitis alter ſuccendit viſcera flammis
Extima: Quaq; ſuos fortita eſt maſſa labores.
Nec tamen ignauam queuis perducere febrim
Maſſa poteſt, Putridusq; humor, ſed certa cuiq;
Conditio, certusq; locus, cauſaq; latentes.
Cerne vt deformi Scabies exercita cruſtà,

Scabies. Elephantiaſis.

Quiq; Elephantiaſis ſignatur nomine morbus,
Sint ſine febre; leuis putreſcat maſſa ſubinde,
Quæ febres excire queat per tempora ſanas.
Tertia quæ febres potis eſt educere cauſa,

Tertia febris cauſa.

Harens feruor erit, non qui ſtudiove, laboreve
Elicitur; flammis ſed enim conſurgit apertis,
Soleve ſuccenſis radijs per tempora ductis.
Eſt commune malum, ſeu Sol ſuper ariete fertur,
Seu premit implacidi dorſum crudele leonis.
Hunc tolerare nefas, nam fontes, flumina, riuĩ
Humiditate carent: Cerebri nec robora tanta
Eſſe queunt, Solis poſſint ut lumina ferre
Innocui; Alterius minus eſt ſecura malorum,
Cauſa, leues ſiquidem trahit ad conuexa vapores,
Et Cerebrum languore grauat, nec vincere maſſã
Iam potis eſt, vitaq. calor fera damna ſopire.
Hinc dolor immanis capitis, non nocte, dieq.

Capitis dolor immanis unde.

Vna, ſed totis infeſtans menſibus extat.
Qui niſi veridica curantis lege dometur
Menſibus elapſis, lentos ſe extendit ad annos.
Nulla lues longæua magis, curaq; renitens,
Nec mirum non ſi toto ſibi corpore Soles
Aeſtiui fuerint, (caput hinc deme) ſiue diurni
Geſtandi, facilè fuerit conſumere febres.
Tanta capit, cordiſq; ſinus communio firmat.
Quarta mali tibi cauſa manet, commiſtio toto

Quarta febris cauſa. Subſtãtia feruida.

Corpore cum calidis, ſubſtantia feruida dictis
Dicta olim, innocuo lateat ſi viſcere maſſa:
Nam neq; præcipiti ſatis eſt ſe dedere flammæ,
Atq; via ſtudio Solis vitare diurnos,
Sollicitoſq; graues animo renuiſſe labores:
Ore malum ſiquidem, ni rectè vitare dietã,
Subuenit, & ſano febres ſub pectore conſtat.
Non lautis ſatiare cibis, & aromate menſas
Immodicè condire caue, nam ſumpta, voraces
Aggenerare faces, febreſq; creare docemur.
Certa ſalus caruiſſe croco, pipere, atq; galanga,
Zinzibere & reliquis, q̃b. ignea forma probatur
In medicos potius ſunt transponenda labores;
Antidotiſq; fauent mage, quam tibi, mixta mũſis;
His febres excire modis natura laborans
Aſſolet. eſt propria cunctis curatio lege.
Multa tamen vario cauſarum febris obortu
Aduenit interdum, multiſq; adhibere medelas
Cogimur, & varias, vario conamine cauſas
Pellere, difficiles cauſarum copia curas
Efficit, ac faciles paucis, ſi culpa notetur.
Ingenium his febris, cauſarum exordia, forma
Dicta eſt, & tacitò flagrantes viſcere flammæ:

Species febrium diſtinctæ.

Nunc ſpecies dixiſſe iuuat, confuſaq; rerum

Nomina,

Nomina, diſtincta præſcribere lege tenemur.
A ſubiecto. *Subiectis ratione quidem diſtinctio prima*
Hæc fuerit: tria nam febris ſubiecta docentur.
Ephimeræ. *Spiritus Ephimeras, ſi flammis ardeat, ægris*
Efficit: Humores, febres educere putres,
Hectica. *Et ſolida partes illas, queis Hecticæ nomen,*
Conſueuere: ſuis ægrotant viſcera morbis.
Pluribus hic equidem Doctores inter adultos
Diſceptatio de febribus. *Diſceptatur, et in dubium non pauca trahuntur.*
Ephimera ſiquidem, Febreſq́; Humore coacta
Non recta poſſunt morbi ratione vocari.
Nam morbus vita naſcentia munia paſſim
Deſtruit, & vires intercipit immediatè.
Quæ tamen in ſolida ſolum conſiſtere parte
Dicuntur non ſpiritibus conſtare, fluentive
Humore, vt ſolùm queat Hectica nomine morbi
Deſcribi, ſolidis ardens namq́; artubus ignis
Expatiatur, & in ſolidis ſtata munia tollit:
Falſa quidem ratio, nam ſpiritus intima pulsãs,
Diffuſiq́; cauis Humores ſedibus omnes
Conſtituunt. ſolidis conflato robore partes.
Præterea accenſi Febris non rara cruoris
Eſſe ſolet. putrensq́; caret ſub viſcere ſuccus.
Nec tamẽ Ephimera hæc, vel febris qualibet eſto,
Spiritibus nam tota caret, vel putrida, quando
Nulla putredo ſcatet ſuccenſi tempore ſucci.
Attamen Ephimeræ ſpeciem, formamq́; ſubibit
Iſte modus: dictáq́; omnis tibi febris agetur
Parte; inſta vigili ſtudio, non lite moleſta.
Altera ſectio, quæ morboſa proxima Febri
Febris propria, & à conſenſu. *In Propriã eſt, et eam quæ fit conſenſibus ægris,*
Quam conſenſus agit; Nunc è Phlegmone latenti
Aduenit, adq́; graues ſequitur non iuſſa dolores.
Quæ Propria, alterꝰ nec erit ſub origine partis,
Sed ſenſim, ſeu ſponte venit, ſiue intima cauſa eſt,
Seu fluat extertus ſuſcepti culpa laboris.
Nec verum eſt vnam pluri ratione, modoq;
Febrim, nunc morbi, nunc & Symptomatis eſſe.
Tertia ſubſequitur febris Diuiſio, namq;
Febris maligna. *Sunt aliæ, queis forma ſubeſt, ſpecieſq; maligna*
Dicitur, & tacitè vitalia munia frangit:
Peſtifer iſte modus, vixq. eſt crudelior vlla
Peſtis, ab innato impendens fera damna Veneno.
Febris nõ maligna. *Altera morborum ſpecies vt viribus impar*
Peſte caret, dira, ſæuiq; ardore Veneni.
Sunt alia implacidà quæ torrent viſcera flammà
Perpetuò, nec ſuſcepto deſiſtitur igni
Ante, habitu donec morbus tibi decidat æger.
Febris cõtinua. *Continuas ars docta vocat, non tuta pericl̃o*
Illuuies toto obſiſtas ni robore contra.
Intermittens. *Porro intermittens, certis redit acta diebus*
Nec nocet aſſiduè, certiſq; emanat ab horis.
Certa ſalus morbo eſt, Quãdo languentia certis
Indicijs membra, iuſcenſa licet haſte fruuntur.

At verò enati, non tempora noxia morbi
Simpliciter ſpectanda tibi, ſed ſigna, modiq; Curæ ratio in febribus.
Sollicito ſeruanda animo, nam plurima toto
Tempore febris adeſt; quæ certis cederet horis
Sponte ſuà, niſi præcipiti compulſa ruinà
Altera primæua premere: contagio finem.
Iſta ſubintrantis dicuntur nomine damna. Febris ſubintrans.
Nũc age quæ Ephimera febris natura canam Ephimera.
Dicta quidem, ſpatium quod non ſuperare dici
Sueuerit, & vires, paucas, quòd fundat in horas.
Spiritus hac faciles aſſumit concitus ignes
A causà leuiore tamen, quæ externa, fugaxq;
Extat, & à facili ſuperatur lege medentis
Ira, labor, coitus, crapula, timor, atq; parato
Spes've, metus've animo, mærore, atq; lugubres.
Lautiaq; leues, ſtudium, quæq; intima mentis
Robora, mutandi vires habuere caloris.
Ephimeras generare ſolent, non ſiſtere putres
Perpetuò, ni incluſa malo, ſubſtantia prõpta eſt
In flammas, facileq; ægrum gerit icta calorem.
Haud etenim ſtipulas qui paruus conterit ignis
Inditus, hic viridi flammas immittere ligno, Pulchrũ!
Aut poterit denſos abſumere noxius agros.
Sed quoniam externis febris ſæpe excita cauſis
Eſt putrida, hinc ſtudio paſſim Medicina ſagaci Febris putrida.
Perquirit rerum cauſas: Et diſcere cura eſt,
Ephimera an ſimilis febres præcurrere ſemper
Debeat, & flammis accendi ſpiritus ægris.
Quòd putridas enata ſuo ſuccedere curſu,
Ephimera interdum ſoleat, concluſio certa eſt;
Quòdq; olim Ephimerox corpus vexante labore
Putrida ſucceſſit, Medicorum dogmata pandunt.
Non tamen ephimerã Putridas præcedere ſemper
Eſt opus, externa quamuis ſit origine morbus.
Nam veluti, quæ magna putres accendere febres
Cauſa ſolet, liquidis obſiſtere noxia ſemper
Spiritibus non ſueuit, erit ratio tibi compar:
Namq, leues extrà vexantes corpora cauſæ,
Occultà interdum putres ratione reducunt
Saluis ſpiritibus, ſecut enim tempore adeſſet.
Cum putridà Ephimera, & certo decedere fine
Vnica non ſcires, niſi cederet altera febris.
His ſtatus poterit nulla ratione, latentes
Cedere poſſe putres, niſi cedat & Ephimera ipſa,
Regula falſa quidem, nec enim flagrare neceſſe eſt An putris cedat non cedente Ephimera.
Humores, vbi natiuus ſibi ſpiritus ardet.
Nec contra: certis ſunt vtraq; ſubditæ cauſis,
Nec niſi febrilem ſparget ſua cauſa calorem.
Hinc ſignis nouiſſe ſuis primordia morbi
Artis erit certa, multos eludere formà
Ephimeræ ſueuere; Calor moderatus Amicus
Naturæ toto ſenſim ſe corpore ſparget, Signa.
Haud naturali diſtabit pulſus ab ortu
Immodicè; celer, atq; frequẽs licèt extima pulſet.

Vrina ſimiles ſanis, concoctio totà
Vrina conſtat, calor eſt natiuus in ipſo
Proceſſu febris, ſitis eſt leuis, omnia tandem
Signa ſalutari ſunt exornata figurà.
Eſto procul vomitus, crapula niſi fortè trahatur,
Vrina non maſſa ſubit, niſi plurima ventres
Vnda grauet, ſumpta aut ſint libera dona Lyæi,
Confertim. fluor exhauſta non prodit ab aluo,
Ni grauior vexet penetralia concaua ſuccus.
Sudor adeſt placido ſimilis per cuncta vapori
Plurimus, atque breui diſperdit tempore morbũ,
Non fætore grauis, non tetro triſtis odore
Quale erit heu Putridæ ſignum indelebile febris.
Horis, qua grauior, viginti affligere corpus,
Conſueuit labes; leuior vix præterit horas
Denas; Quæ cedant breuiori tempore ſunto.
Deficiente malo, capitis dolor excidit omnis
Nauſea, debilitas, & amor conſurgit edendi.
Nec rapida ut reliquas ſequitur ſitis obuia febres.
Curà tibi facilis, nam ſi bene cognita labes,
In promptu præcepta geres; ſi neſcia, vita
Ipſa ſibi curam, ſedatà febre parabit.
Fallax cognitio morbi, namq́; altera putres
Febres ſueta referre; Illas modo putrida labes
Conſequitur, certo ut nequeas prædicere ſigno,
Quæ morbi ſpecies; Prædicere gloria maior
Quàm curare, leuis uulgi ſi arcana rependas.
Nunc quia ſpirituum nobis eſt mentio facta,
Ephimeroq́; illos maſſam præbere calori
Diximus, inſurgit quæſito Turba frequenti,
Spirituũ diuerſę diuerſorum functiões. *Namq́; alij ſenſum Cerebro, motumq́; miniſtrant,*
Atque alij Iecori vires, ac munia ſubdunt.
Poſtremi uita fontem, pulſusq; latentes.
Conſeruant. diuerſa tribus natura, modusq.
Hinc uulgus Medici ſtudioſum dogmatis inſtat
Ephimera ſit quis ſubiectum ſpiritus ignis.
Oẽs dãna premunt, quia quæ ſubſtantia cunctos
Conſtituit, ſubtilis adeſt, facilisq́; cremari.
Vitales ſed enim (quib. eſt non copia languens,
Nec calor æger ineſt, cordisq; arcàna penetrant,)
Sponte faces ſubeunt, febrilíq; igne laborant.
Ephimera maligna q̃ & peſtes. *Præterea Ephimeras certũ eſt reperire malignas*
Quas, peſtem veteres communi nomine dicunt.
Peſtẽ non cõſtare putredine. *Haud etenim peſtis putredine conſtat iniqua,*
Vt multi ſtatuere; Nocens namq;, aera, forma,
Cauſa peſtis. *Incertà pollens naturà fœdax, ut actus .*
Spiritus, ac cæco depromptus pectore, certà
Spiritibus noxam lue comparet; Abdita labes
Cur putredo grauis temere ſtatuetur, & ingens?
Adde quod infenſa putreſcere ſpiritus aurà
Neſciat; iſta calor, ſicco ſociatus amictu
Damna fugat; Natura ſibi munimina firmat.
Synocha. *Nunc opus ardentis Synochæ deſcribere flãmas,*
Non Putrida, affini res ordine pãdere cura eſt.

Cauſa latens imo, ſanguis ſub pectore multus, Cauſa.
Cordiq́; veſano torrens ardore, Malorum
Copia cauſa quidem, toto ſeu corpore abundet,
Viſcere ſeu tacito tantum; Quod pectore multis
Luxuriet; Cerebro multis incommoda ſiſtat.
Hanc modo ver blando producit fomite craſſam
Immodicusve cibus, conſuetaq; uſta Lyæo:
Otia, morboſa, & uallantia viſcera carne.
Quæ tamen adnati cenſetur cauſa laboris
Plethora, per magnas obſedit noxia uenas.
Ephimeræ tibi ſigna eadem; Duratio quamuis Plethora. Signa.
Sit diuerſa mali, ternas attingere noctes
Cognita, totq́; dies, rarò niſi lenior extet
Non ruptis aditum ſibi naribus explicat, atq;
Oppreſſa, ex altà deturbat parte cruorem.
Si ſuperare tamen ternas uolet anxia luces
In Putridam, quam certa notant ſignacula, cedet.
Poſteritas quamuis rerum documenta negarit
Inq́; ſuos ſit uiſa parum non grata nepotes;
Attamen accenſam conſueuit ſynocha peſtem
Concipere, &, certo licet haud ſubiecta periclo eſt,
Præcipitat, dum damna ægro ſibi ab aere manãt.
Nam grauis infenſo quæ pendet ab æthere labes
Spiritibus hærere quidem, dehinc ſanguine puro
Sueuit, & haud dubiè toto ſe corpore miſcet.
Synocha rara datis apparet origine ſignis,
Plurima namq́; putres imitatur; ſueta Iuuentus Signa Synochæ.
His languere malis æſtiui ob damna caloris.
Hos ueteres curare malum ſueuere, reciſa Remediũ Phlebotomia.
Venà; & feruenti demiſſo è parte cruore,
Dum ueluti placidus, veniant deliquia, ſomnus
Oppreſſis, fuſoq́; cadat pro tempore virtus.
Et licet internis moderetur flamma ſub antris,
Et ſudor, fluxusq; alui, uomitusq. ſequatur,
Vix ſecura tamen morbi curatio cunctis.
Tanta reaſſumpto ſpes eminet vnica cultro.
Eſt quoq. progeniti non rara medela laboris, Alterum Epota aqua.
Exhauſtà impensè lympha; ſed tempora morbi
Obſeruanda prius, vires, moresq; iacentis.
Sin minus, interno lateat ſi obſtructio uentre,
Aut Phlegmone uias cæco ſub uiſcere ſeruet,
Pernicies ſecura, vndis explere uocatis
Velle ſitim, fuſoq. faces compeſcere fonte.
Hectica conſequitur, cuius non putrida maſſa Febris hectica.
Intima diuexat, lentos ſed febris in artus
Diſcurrit, fœdoq́; habitum feruore laceſſit.
Et ſolidas uſte partes, rorimq. latentem,
Carnoſos, pinguesq. artus, neruosq. laceſſit.
Oſſa tamen cenſere, nefas; quia neſcia aduri
Interius, ſecura colunt ſub corpore tecta.
At fons accenſa flamma, ſeu febris origo
Corde ſubeſt, illhinc rapidè per denſa ſenſim
Membra laceſſentem diffundit uena calorem.
Raro ſponte ſua ſuccenditur hectica, ſæpè

Longa,

Longa, vbi languentes febris conſumpſerit artus,
Inſequitur, longis eſt febribus hectica amica,
Artubus exuſtis, atq; areſcentibus ægris.

Tres gradus Hecticæ.

Tres ſũt porrò gradus, quos Hectica ſuſcipit. Vnº
Deſtruit vndantis naturam roris, at alter
Carnoſos, pinguesq. vorat, malè prouidus artus.
Tertius implicitos toto ſub corpore neruos
Abſumit, rara eſt ſpecies: nam deperit ante
Cum vita compacta lues, quam neruus edatur.
Par nec erit ratio concepti in corde caloris
Febribus à reliquis, illis conſenſus inuſſit
Corde facẽ, huic proprio conſedit limine flamma,
Nec tamen hac ſubito cor conſumatur oportet;
Vt neq; dum Putrida reſident in corpore febres,
Semper corda putres inuadunt peruia maſſa,
Nomina diuerſis ſortita eſt febris ab annis;
Cunctorum quamuis varies natura modorum:

Hectica. Maraſmº. Phtyſis.

Hectica ſæpe ſolet dici; ſolet atq; Maraſmus
Et Phtyſis, & toto conſumptuo corpore fixa.
Hanc ſine febre olim lenta uenisse ſenectà
Perſpectum, fœdus ve cano dum corpore ſuccus
Nutrimenta negans latuit. Quæ porrò Maraſmus
Dicitur, eſt ſpecies morbi tibi tertia dicti.
Aegra Phtyſis pulmone latet, ſeu pure redundent
Viſcera, & infarcta inteſtina fluentia fæce.
Seu Pulmone grauis lateat Phlegmone tumenti:

Calfaciẽtia, & ſiccantia, unde.

At q calfacere immodico æſtu corpora poſſunt,
Aut ſiccare, mali cauſa dicentur; vt illas
Omnis culpa premat, ſudor, Vomitusq., ſitisq.
Non tempeſtiuis ſatiata in febribus undis,
Lentaq. languentes quæ febres conterit artus,
Adde cibos calidos, ſiccosq. adiunge labores
Præcipites, imoq. latentia corpore damna,
Vt Phlegmone, calẽs forma, aut obſtructio lenta,
Morboſiq. omni recubantes corpore ſucci.
Iam uerò certis cognoſcitur Hectica ſignis.

Signa certa Hecticæ.

Si ſolidà aſſiſtas curà, calor æger in omni
Corpore, ſed quamuis febris leuis vrgeat, extat
Ipſaq. neſano, quæ turba obiecta labori
Se neſcit febrire, calor namq. æquus in omni
Parte eſt, unius male iudex altera pars eſt:
Squallidus in toto color emicat, obuia quàmuis
Prandia, purpureo tingant caua tempora fuco.
Omnibus id commune quidem, quod rapta pereſo.
Nutrimenta habitu, ceu calx diluta caleſcat.
Nec proprijs urina caret, pinguedoq. ſignis
Quæ matulæ ſummo patulas effertur ad auras.
Sed leuior morbus pauco miſcetur oliuo.

Obeſi cur immunes ab hoc morbo.

Si grauior, pluri. Carnemq. liquante calore
Immunes morbo, febris quamquam inſtet, obæſi
Eſſe ſolent. lento ſomes nam plurimus igni
Obuiat, & tardè pinguantes atterit artus.
Nec ſpecies tibi prima mali curabitur ægrè,
Cognitione licet plures eludat, Et inde
Altera ſuccedat febris ſpeciè, hancq. tenaci
Deuiciſſe manu, res eſt non tuta periclò.
Tertia quæ ſequitur, ſiquidẽ ars eſt uirib. impar
Non tentanda quidem: finemq. edicere ſat ſit.
Porro quæ ſpecies, nomen ſortita Maraſmi eſt, Maraſmi cauſæ.
Tres habuit cauſas. Habitum, qui fæce ſcatebat
Corporis, atque cibi non exoptata decentis
Tædia, quæ nulla poſſint ratione domari.
Vlceraq. inflatis Pulmonibus indita ſenſim.
Spes leuis eſt cunctis, Eſt illis morbus amicus, Quinam Maraſmo facilè laborent.
Quos humeri laxis exornant inſuper alis,
Qui graciles, lõgoq. habitu, prolixaq. valde (tes
Colla gerũt, quibº Aſthma ſubeſt, coleraq. frequẽ
Nec reticere decet natura arcana nouerca,
Hæredes ſiquidem morbi facit, illaq. longè
Difficilis cura eſt, quæ alienà è febre ſubiuit;
Quam verò inſequitur fluxus crudelior alui
Peſſima, nec dubiam liceat ſperare ſalutem.
Si verò inſtabiles Autumnos morbus habebit,
Si quæ pura prius, tamen incuruabitur vnguis,
Si tibia in molem, ſerà ſub nocte ferantur,
Deſperata ſalus. ſimilis ſibi morbus agetur
Si ſiccos putris peruadat febris in artùs,
Iuncta putreſcenti, ſitq. Hectica noxia febri.
His breuiter cunctas ediximus ordine febres,
Infauſto quæ humore carent, ſeu ſpiritus illis
Materiam, ſeu forte cruor, ſeu mẽbra miniſtrẽt.
Nunc putridas labor exacto reſerare labore.
Principio à crudo differt humore putredo, Putres febres.
Vtilis ille quidem natura: Putrida maſſa
Vtilitate caret, ſemper eſt iuncta calori.
Frigore crudeſcunt illa, vlterioreq. flammà
Si naturalis membris alimenta propinat.
Putreſcunt verò, tetroq. vapore laborant,
Infarcti ſæpè ſucci, cum peruia deſit
Natura, calidi flatus difflatio, & algor: Cauſ.
Nam naturalis dum corpore flamma latebat,
Et denſos excire nefas per deuia ſuccos
Concipit immodicas humorum copia flammas,
Nec tamen illa tibi verè Putredo vocanda:
Namq. ea mixtorum propria eſt: ſic nõia rebus
Non veris, vt vera parat medicina, ſcholaq.
Tu rerum ſtudium, non nomina mente teneto.
Nec loca queis certo putreſcat tempore ſuccus
Conticuiſſe iuuat; Vena, caua viſcera, ventres,
Externiq. artùs morbo veniente laborant.
Porrò lues omnes ferit indiſtincta, premitq.
Humores, ſecura tenet, tibi ſpiritus arce
Limina, nam nulla putredinis interit aurà.
Quod reliquum cholera ſuccus ſi viſcera vexet,
Quæ putrida; alternis febrim expectato diebus,
Si Pituita luem capiat; ſecura malorum
Nulla dies: omni infeſtant incommoda luce.
De quarto in quartum redit irrita, neſcia vinci

Quartana,

Quartana. *Quartana, & multis amens producetur annis,*
Quando Melãcholicus languet putredine ſuccus.
Si tamen ipſe grauis lue ſanguis forte putreſcat
Synochus eſt, ſupra ſignis deſcripta petendis.
Nec ſat erat modo bile fera candeſcere pectus,
Et modo frigentis Cerebrum gemuiſſe catharro;
Ni commiſta ſimul langueret maſſa, putriſq;
Humor cum Putrido febrim componeret vnam,
Difficilis tunc cura mali, nam vincere vtrumq;
Eſt opus, & certa ambobus ſuccurrere lege.
Febres cõtinuæ. *Continuis etiam non raro febribus artus*
Vexantur: quando concepta in viſcere flamma,
Perpetua reſident, nec habent iã membra quietẽ,
Donec iam facili morborum incommoda fine
Cedant, & triſti focus in Pulmone coactus.
Humanum porrò corpus, venæq; latentes
Internus ſuccos tantum, humoreſq; benignos
Conſeruant, qui præcipites extollere uires,
Naturamq; queant, atq; artus ſpargere rore:
Illa tamen, noto tenuis quæ ſanguine maſſa
Febris quę & Bilis. *Conſtitit, aſſimili uocitatur nomine Bilis.*
Quæ uero iam cruda ſubeſt, & frigore lento
Pituita. *Tarda fluit, ſolitæ Pituita uoce notatur.*
At quæ craſſa quidẽ, ſed frigida, ſiccaq; maſſa eſt
Melancholia. *Miſta, Melancholica uocitatur more figuræ.*
Pura tamen, latè natiuo ſita calore (git
Quæ nec craſſa, nec eſt tenuis, verùm utrũq; refu
Sanguis. *Extremum, ſanguis rectà ratione uocatur.*
Atqui illis, ea fixa prius cognomina maſſæ,
Nam tenuis corrupto facit bilem, atrior atra,
Fit cholera, & frigens euadit Phlegma, ſuiſq;
Omnia nominibus certa ſunt indita lege.
Cauſa. *Continuæ febris quæ cauſa intermittentis*
Eſt eadem; vel mole premens plethoria vexat,
Vel toto ægrotans ſe pandit corpore ſuccus,
Cacochimius. *Quem Cacochimium medici dixere uetuſti.*
Continuis ſed enim non eſt modus vnus, et ordo.
Eſt alijs, cæcis occluſus ſedibus humor
Putreſcens, veniſq; lues maleſana lateſcit,
Sunt alij, quibus infarctis licet intima ſuccis
Non ſcateant; ſocià languet tamen intima labe.
Vt cum præualida languent Phlegmone receſſus,
Quo putridus fumus venis ſe immittit apertis.
Eſt quoq; continuis acceſſio peruia morbis
Cum, qui corda ferit ſuccus, longinquaq; ſeruãs
Exilis requiem reputatur tempore ferre:
Falſa quies certè, donec nouus impetus ægram
Seminet in uenas maſſam, tum feruere totum
Exemplo corpus, uenaſq; tumeſcere cernes.
Par neq; erit, quæ certa ſuis acceſſio ſignis
Euenit, & tremulo diuexat membra rigore:
Illa etenim nullo, dum res moderatior extat
Frigore concutitur, fictà aſſiſtente quiete.
Deniq; continuam accendens ſubſtãtia febrim
Tota ſimul rapidis exæſtuat indita flammis.
Vna etenim à morbi radice, acceſſio toto
Succeſſu, ad finem protenditur, vnaq; morbo
Forma, per augmentum quamuis, ſtatũq; feratur.
Prædictas vltrà cauſas obſtructio, paſſim Obſtructio.
Et putridi occurſus febres producere poſſunt.
Nec tamen vna tibi ratio ſtatuenda, modusq;
Continuæ; certà ratione, & origine verà
Nonnulla, vt ſignis res eſt ſpectabilis, extant:
Intermittentes alia licet intima uexent,
Alterius tamen aduentu, producitur error,
Vt ſi cedentis peruaſerit altera finem.
Hinc proprijs eſt quæq; lues abſcondita ſignis,
Nam quæ continua eſt ortu, non frigore membra,
Aut horrore quatit quãuis nouus impetus inſtet,
Naturam proprij redolens humoris, & acta.
At quæ Intermittẽs finẽ premit altera primò, Intermittens.
Certa, ſui, ſignis præbet ſignacula, namq;
Frigus iners, vomituſq; ſubeſt, tremor occupat art⁹
Innocuos, ſomniq; graues, caua tẽpora complent.
Ergo acri perſiſte animo, remq; ordine certa
Metire; & rebus certas appoſito curas.
Eſt ſiquidem diuerſa ſibi ſubſtantia morbi
Et longè ſeiuncta locis, non omnibus vna
Cura eſt, diuerſis cures diuerſa medelis,
Ardua porro ſubeſt rerum doctrina, peritos
Inter lis grauior, quà ſuccus parte coactus
(Siue intermittat, ſeu ſemper febris adurat)
Putreſcat; veteres communi dogmate, Primæ
Conſtituere habitum totius corporis. Hi Lis inter doctos de loco putredinis.
Materiam venas intrà ſtatuere latentem.
Sunt alij rerum ſtudio, ſophiæq; potiti
Vlteriore uiri, quos non elapſa tulerunt
Tempora, ſed tardà uenerunt luce, dieq;.
Hi ſiquidem latitare volunt intermittentis
Febris corruptam circum præcordia maſſam.
Vt vomitu clarum, nec res perſpecta rigoris
Aut ſudoris erit, ſiquidem penetralia, totum
Frigore concutiunt, fumoſq; ad mẽbra propellũt
Mordaces, horrore graues, ſudoreq; fuſos
Deficiente malo, dubio res vtraq; multo Noua doctrina de putredine præualet antiquæ.
Præualet, at cauſas rerum formaſq; tuenti
Hæc noua præterita delet doctrina fauorem.
Intermittentis nec enim ſubſtantia paſſim
Tota abit in flammas ſimul; At dũ uiribus inſtat
Pluribus, & vexat lentas acceſſio uires,
Pars à parte putret; donec natura, nocentes
Euacuet ſuccos, & uiſcera pura relinquat.
At ratione graui cauſas edicere rerum,
Quaq; tacent ueterum vulgata annalia Patrum
Difficile eſt. Cur quæq; ſuos acceſſio ſuccos
Reſpiciat, quanto culpam, qualiq; dedere Cauſa cur quæq; acceſſio ſuos humores reſpiciat.
Nonnullis, & multis cauſas ſtatuere latentes.
Copia perficiet longas, defectio paruas

Materia febres, facilis ſibi notio morbi.
Certè ſuprema cauſa eſt è Numine habenda
Sæpe recurrentis morbi, naturave ſucci
Intima, quæ certo niſi tempore robora pandat,
Certum eſt. Continuas quãdo typus excitat æger
Interdum, fallitq́ novis contagio ſignis.
Acceſſio anticipãs. *Oppreſſa ſed enim typus eſt Innaſio vitæ,*
Naturaq́ ſimul, dum pellere noxia vires
Sollicitant, hoſtesq́ ſuis propellere tectis.
Quid mirũ anticipans ſi acceſſio dãna minetur
Nõnnunquam, aut certa promat tibi ſigna ſalutis.
Coniectura malo fallax; Poſtponere ſæpè
Securum, dubium interdum tardatio ſignum.
Rigor. *Nunc opus infauſti mores proferre rigoris;*
Qui Putridus ſemper febris quando intermittit
Prævenit, & morbi defert ſignacla futuri.
Hunc acres referunt morborum ab origine ſucci
Cauſa. *Non feruore ſolùm. Putredinis impetus ipſe*
Membra rigore quatit, fuſusq́ in mẽbra tenaces
Membranas, nervosq́ ferit. Primordia ventres,
Et quæ prædulcem ſeruant penetralia vitam,
Conſtituere, omnisq́ ex illa parte laborans
Fit rigor, in ſano quamuis modo corpore ſiſtat.
Hinc ſudor, frigusq́ comes, poſt ſumpta paratũ
Fercula, cum dapibus ſaturãtur viſcera multis.
Maſſa quidem vt celeres febri veniente recepit
Flammas, in rapidos diffunditur undiq́ fumos.
His mordax natura, artus modo lancinat ægros,
Aut ferit implacido exercens externa tremore.
Si tamen abſiſtant mordacis robora ſucci,
Frigus ineſt, qualis Boreali è ſydere manat.
Horror in febri. *Horror, ſi leuior morbus, breuiore receſſu*
Subſequitur, cõforme notatur ſymphonia morbo
Hinc ſi qua febris careat rapido acta rigore,
Eſt reliquis peior, nam toto tempore perſtat.
Febres cõtinuæ. *Continua quamuis mores, formamq́ ſecuta*
Intermittentis rigeant, vix normula certa
Viſa malo, latitãs ſiquidem penetralibus humor
Acrior, & venis eductus pectora tundat,
Externosq́ artus, & ductibus actus ad auras
Irruat, atque rigor languentes concutat artus,
Non tamen à certa natura lege, profuſa
Materia eſt, verum ratio ſymptomatis ipſam
Naturam ſtimulat, ponendi ponderis ardens.
His pateat febris nomen meruiſſe rigorem,
Eſſeq́ morborum partem, nec copia fumi
Non niſi ſuccenſis poterit ſuccreſcere ſignis.
Et licet in cunctos nondum calor irruat artus,
Obuiat acredo tamen, ardoremq́ moratur.
Signa febrium. *Nũc febres, morbosq́ ſimul quæ ſigna ſequãtur,*
Dicamus, Varijs languent febrilia ſignis.
Primum. *Primus erit toto diffuſus corpore ſudor*
Qui modo morboſus, quem vel producere moles
Multa ſolet, modo mordacis natura fluoris.
Is vel fronte tenus, ſtricto vel pectore ſummâ
E cute conſpicitur, noctesq́ inuadit egenas
Virtutis, dum natura vis maxima contra
Nititur, hoc certo deprendes frigore monſtrum.
Alter amans vita eſt, febris qui extrema cadẽtis **Secundus.**
Excipit, effuſo defœdans ſtragula morbo.
Multus hic, & toto fluitat, multaq́ ſolutus
Illuuiè, requiem membris, ſomnosq́ procurat.
Omnibus eſto mali fomes, qui viſcera circùm
Humor adeſt, dirà exonerans penetralia maſſa. **Cauſa.**
Expultrix, natura, locus, cutis omnis, ad vngues
Vſq́ ad diffuſos ſummâ ſub fronte capillos.
Naturam tamen impreſſi tenet ille vaporis.
Perpetuo, donec rigido ſit ab aere viſus,
Inq́ vndas abeat primæui oblitus honoris.
Febrili at Symptoma venit ratione ſecundum,
Sanguinis è naſo fluor, Hoc curatio certa eſt; **Curatio.**
Phrænitis, Capitisq́ dolor, deliria, feruor
Decedunt, miſſo ſpes eſt immenſa cruore.
Sanguineis conſueta lues æſtate calenti,
Et quibus ardentes inflammant pectora menſæ.
Eſt alius, quo certa ſalus, dum criſe paratur
Præſidium, & facilis febrim profuſio curat.
Naturam Symptomatis alter, redoletq́ laboris,
Nec febri cura eſt, morbo ſed iungitur alter.
Quo fuſæ properant vires, quo fronte calores
Immanes, totoq; ardores corpore inhærent.
Alui porro fluor qui ſignet tertius eſto. **Tertiũ ſignum.**
Quem ſignis dicti poteris ſpectare fluoris,
Principijs olim Medicinæ munia primæ
(Quam minorationem dixere) emiſſus obiuit.
Attamen in primis non eſt res certa diebus
Quod potius vires effuſo robore perdat,
Maſſaq; profluuij laudato humore grauetur.
Cauſa eadem fermè eſt omni connexa fluori
Copia, feruor iners, acredo. Coctio ſenſim **Cauſa fluoris.**
Digerat impactos opus eſt natiua fluores, **Curatio.**
Indeq; laudatos rorandis artubus indat,
Et nocuos criſi tandem veniente repellat.
Eſto dolor capitis, qui ſignet quartus, hiantes **Quartum ſignum.**
Si ſubeat febres, febri languente recedet.
Principio tamen inuadit, quia vertice ſummâ
Materies morboſa ſubeſt, vel parte leuatur
Infernâ, nocuos Cerebro mittente vapores.
Qui modo principijs cedũt, modo tempora morbi
Perficiũt, lapſa modo quamuis febre ſuperſtant.
Copia morboſa fæcis, ſpeciesq; vaporis **Cauſa.**
Cauſa mali, pauco pauens dolor eſto vapori.
Quĩta lues vomitus, multis via certa ſalutis, **Quintũ**
Qui facilè infarctos deducunt tempore ſuccos:
Nam qui ventriculo non exceſſere labores
Ante, ſibi febres, citò fauce feruntur hianti;
Sueta nec expectet coctricis munia, namq;
Plurima ſub vacuo latitabit tempore maſſa,
Nec

Nec potis eſt natura malum coctrice leuare:
Attamen aſſiduà vires diſcernere lance
Sunt tibi. præualido motu, ne viribus acta
Vena fluat, ſtudiumve cibi tollatur, & ante
Tempus, aut vires, & vita excurrat en auras.
Deliria in febri vnde. Nec leuia à natà veniunt deliria febri
Dum vel mole grauans humor penetralia cõplet
Acrius, infernà aut ſublati è ſede vapores,
Summa petunt, robur'q; animi, vireſq; laceſſunt.
Peſſima morborum ſpecies, ſi exordia morbi
Inficiat, multaſq; labor tibi duret ad horas;
At leuior breuiore morà, nec tempora febris
Sollicitat ſolo morbi feruore pateſcens,
Dira in ſomnia. Nec febri morboſa carent inſomnia dirà.
Huicq; comes ſæpè eſt languens concoctio, toto
Ventre, nec eſt dapibus ſtudium gaudere paratis.
Ilicet effuſo ſaturantur viſcera ſomno,
Inq; agros facilis chilus deducitur artùs.,
Sin minus intereunt vegeta ſpiracula uita
Nec facilis laſſos requies exſuſcitat artus;
Cauſa. Acres materies, acti unà de ſede vapores
Mordacee fecere malum; Dolor ipſe malorum
Cauſa fit interdum, requies eſt nulla dolore.
Quin q turpe magis, qui concaua viſcera purgãt
Sudores, non læſa queunt inſomnia ferre.
Mæror item facilè conceptus pectore, luces
Inſomnes, nocteſq; parant: ſuperanda ferendo
Tædia, ſeu triſtes caſus, nil culmine ſummo
Dirius, aut mente potuit contingere peius.
Sitis. Adde ſitim rapidã, quam non euincere vini,
Non mare, non fluuij poterunt, vincenda virili
Curatio. Robore, et inuicta mõſtrum virtute domandum.
Nam ſpatio perfecta ſuo, quæ febris inhæſit,
Vt ceſſit, ruet ipſa ſitis, ſignacula morbi
Cum morbo, ſimul vnanimes deceſſus habebit.
Nec tamen implacida labes curabitur arte
Mitius audendum, quando ferus omnia terret,
Phœbus, & aduerſo latrat canis obuius axe.
Præterea febris ſæuo conflata calore
Inteſtina ſollicitat, parcè ſuccurre bibendo
Aegrotis, pereat ne ſitis, morbove latenti
Intererit nihil; impietas procul eſto medentis.
Tempore pauca ſuo languenti oblata cunabunt.

Sunt qui præruptis, quas ars effinxerit vndis,
Fontis & in morem, pendenti flumine certent
Intra tecta, ſitim vt curent, ſtudiumq; bibendi.
Perpetuum canſtructa ſitim non flumina ſiſtẽt, Viſa mouent.
Ante thorum viſà ſuccenditur æger ab undà.
His ſignis prodi febres ſueuere: parata
Omnibus auxilia, & curas pro tempore habeto. Auerſio à cibis.
Quid memorem oblatis dapibus crudelia paſſim
Odia, nec dulci ſtomachum gaudere, nec acri:
Tanta mali vis ventre ſedet, defectio multos,
Deliquiũq; premũt, quòd vis proſtrata minetur Vis proſtrata.
Interitum, auxilio careant quod viſcera cuncto.
Sunt quibus eſt acri ventres explere voluptas,
Nec niſi mordaci ſpargunt data fercula aceto,
Vtraq; praua lues, peior primaua, ſuiſq;
Ambobus ſtudijs medicali inſiſte labore.
His moderanda manus, namq; acri viſcera ſucco Curatio.
Frigeſcunt, tardeq; cibi coctrice domantur.
Omnibus ad primos dapibus conſurge labores,
Dulcia, ſeu placeant, ſeu Pontica, victa receſſit
Res olim, properante cibo, dubijsq; medendum
Eſt potius, certa ægrotos quàm adſcribere morti.
Aluus item febri ſuccensà ſiſtitur intus,
Quod febres vexet, ſiccantur viſcera flammà,
Quaq; leues abeunt in ſpiras membra; ſalutem
Sollicità clyſtere pete, & ſupponere oliuo
Ne metuas, febris talis fluor extat amicus,
Si modicus, radixq; mali per concaua cedit.
Acris feruor adeſt vrina, dum fluit extrà
Extimulat, ſaniuſq; dolor vexare pudenda
Et renes, ductuſq; ſolet: non ſiſtere dorſo
Certa via eſt, puraq; habitum mulcere meliorum
Semine, dum morbus pariter febriſq; recedant.
Eſt Tremor extremus febres nãq; excipit ægras Tremor vltimum ſignum
Interdum, atq; artus lacerans conuulſio vexat.
Si grauior morbus, cauſæ; vel copia ſucci
Eduxit, fluidijs amens conterminia neruis.
Aut quia natiuus, flammis exceſſit iniquis
Humor, & attracto ſtimulantur viſcera morbo. Cauſa.
Exactè quæ cauſa ſubeſt ſpectanda, medentis
Conſilium, effectus ridet, cauſaſq; requirit.
Multa via eſt cura, redijt ſpes certa ſalutis; Curatio præcipua.
Igne dato, flammis flammas arcere monemur.

THEORICAE MORBORVM

LIBER QVINTVS.

Putridæ febres. NVNC putridas reſerare labor; moreſq; ſeorſim
Expedit exacto connectere carmine febres.
Quandoquidem elapſo cunctis communia libro
Diximus, vt rerum cauſas, ſic ſigna canentes.

Synochus eſto prior, diuerſo nomine multi Synoch⁹.
Hoc dixere malum, natura ſit vnica quamuis;
Laudati ſiquidem putreſcit maſſa cruoris Cauſa.
In venis, febreſq; afflatu ſuſcitat ægras.
Proh ſcelus, à læſo qua ſpes exiſtere fonte;
Quæ ſalus poterit, quando humiditate latenti;

Et

Et feruore putret facilis natura cruoris?
Et licet, infarcta quoties Putredine vena
Turgeſcunt, ſanguis reliquorum munia ſumat
Succorum, cholera interdum, flauaq́, nigraq́.
Attamen exiguo Putredo tempore maſſam
Sanguinis inficiet, nec erit Putredo peracta,
Quicqd agãt veteres, donec ſtata flãma recedat,
Galeni diſpar dogma. *Nec tibi cum magno Galeno dogma tenendum,*
Qui modo continuas, modo diſpare dogmate cre-
Intermittentes etiam conſurgere poſſe (dit
Scilicet à ſummà dum virus parte coactum
Diſsidet, & tardè ſanies ſacra corda capeſcit,
Res incerta quidem, nec enim niſi conſita venis
Sanguinis illuuies putredine fluctuat ægrà,
Vt ſit continuas opus omnes ſurgere febres.
Harum alijs quantũ Putredo inimica ſubiuit,
Tantundem certà naturæ lege fugatur.
Homotonos. *Homotonon dixere, grauis tibi forma laboris*
Imminet, & tardè vires, ac munia ſugunt.
Sunt aliæ, quibus innato Putredo calore
Plurima naturæ ductu, ſtudioq́ recedit.
Species Agmaſtica. *Eſtq́ minor ſanies; ſpecies Agmaſtica fertur.*
Cum ſera concluſis Putredo conſita venis,
Maior erit curà, minor Euacuatio morbo
Namq́ eſt, at geniti pro tempore copia puris.
Succreſcẽs febris. *Peſsima ſuccreſcens demùm, quæ conſtat eodẽ*
Robore, febris erit, mitis tibi tertia fiet.
Quòq́ minor morbus, maior ſpes viſa ſalutis.
Cauſa. *Sanguis cauſa mali, cacis putreſcere venis.*
Dum ſolet, & læſa præuertere munia fonte,
Dum craſſus penetrale grauat, dum copia ſucci;
Dumq́ cibus nimius, dum pocula plurima vẽtres
Exercent, dum cura leues aſſumere fructus.
Aeſtiuos, gelidum generant qui ventre cruorem
Si ceſsit ſoluti forſan vacuatio membri,
Quiq́ ſua lædens debebat currere ſede
Humor, in internis haret penetralibus, atq́
Synochus breuis. *Infando totum corpus defœdat hiatu.*
Si tamen interni ceſſet profuſio ventris,
Hinc magis exurgent Putridæ per tempora fe-
At verò elatis ſi ceſſet naribus ire, (bres.
Vt iuuenum conſueta ſolent, Quod copia ſolùm
Inficiat, ſynochum pauco qui tempore duret
Adgenerant; diuerſa malis natura, modusq;
Signa. *Ingenito morbo capitis, grauitatio perſtat,*
Vt colli tumor, & venis turgentia clauſtra,
Per malas rubor æger adeſt; totoq; vagantes
Corpore, diffusà venientes labe dolores.
Delirant nonnunquam ægri, rutilàq; coruſcant
Lumina luce. ſubeſt toto dulcedo ſub ore.
Pulſus hiat, feruore valens, nec forma caloris
Acrior, vrinæ craſſas ducuntur ad auras.
Iſta frequens æſtatè lues, iuuenilibus annis
Si crapulis indulget homo, ſi ſueta receſsit

Phlebotome, dulce ve grauent penetralia vino. Cauſa. Miſsio ſanguinis quãdo conducat.
Sæpè ſalus proſtrata iacet, ſi miſsio tardet
Sanguinis, & venis inimicus permanet humor.
Alleuiare tamen turgentis membra cruore
Res ſecura magis miſſoq; inſurgere ſucco.
Caumatis inſequitur cui nomina feruor inuſsit, Cauma.
Febris: & ardeſcens nonnullis dicta ſubinde. Ardeſcens febris.
Nam bilis venas intrà, corpusq; putreſcens,
Si procul a ſacro ſedes ſibi corde pararit,
Continua eſt: tamen ardentis nõ nomine digna.
(Vt cunctas quas bilis iners generauerat, olim
Ardentes Galene iubes cognomine dici) Galenus.
Si tamen implicitum cor morbo, & copia ſucci
Sit cordi propius, febris cui caumate nomen
Efficitur; ſpecies magnorum hæc eſto malorum.
Nec tamen illa tibi ſpecie ſiſtatur in iſta
Febris, vbi ſalſum putreſcit corpore phlegma:
Namq; minor ſucco flamma, & penetralia dire
Vt ſit in ardenti, non ſunt obiecta calori.
Mitior eſtq; lues, quamuis quæ dicitur ardens,
Interdum minor, interdum tibi maior agatur,
Vt cum materià turgent penetralia rubrà,
Si ſecunda mali, non pauca viſcera ſicce
Luxurient flauà, & pauco miteſcere ſucco
Conſueuit morbus, licet ardens dicitur eſſe.
Nec ſignis nouiſſe ſuis res ardua morbos. Signa.
Pulſus namq; valens, iterataq́ motio vita,
Et cordis, magnos etiam facit eſſe frequentes,
Turbida nunc vrina ſubeſt, modo limda prodit
Quod ſummo nobis laſsitans obſtructio ſignat
Tincta modo, & croceo latè diffuſa colore
Mingitur, infarcti quando ſubſtantia ſucci
Labitur, à cunctis varians præſagia morbis.
Corpus it in flãmas totũ, et caua viſcera ſummè
Vruntur: ſitis exhauſto quæ cedere potu
Neſciat, inſurgit: lingua ſub faucibus arent,
Nigreſcuntq́ ſimul: Non ſomnus viſcera lentus
Aegra fouet, ſpirare animus, laxoq́ patentes
Ore ciere auras; tantus ſub pectore feruor
Ardet, vt ad requiẽ, non vnde, aut ſpiritus actus
Sint ſatis, aut toto potaſi gutture fontes.
Nec tamen implicitis tutum eſt confidere ſignis.
Namq́ vbi corde tenus, putreſcens machina ſucci
Tota ſubeſt, celſasq; nihil conſcendere partes,
Vt caput aſſueuit, nec erunt deliria, nec quæ
Fermè poſt morbos inſomnia peruia ſpectas.
Præterea ſi mixta malo Pituita recurrat,
E cerebri ſummo, patulo fluitetq; palato;
Vix morboſa ſitis ſuberit, ſtillante catharro
In fauces, licèt interno focus æſtuet antro.
Promta ſit Medicè tibi dextera, cuncta ſagaci Curatio.
Inquirenda animo, morbus deludere ſæpè
Aſſolet, atq́ alijs alios effingere ſignis
Morbos, prudenti quæ cuncta arcana patebunt,

Certaq́

Certaq́; ſecuris curabit damna medelis.
Præſagia. *Præſagire malum longè, res dignior arte*
Iam ſupereſt, magno præſagia cognita morbo
Nulla quidē, quãuis multa, quē inſtruxerit, arte
Praxis, in extremis prædicere plurima morbis
Certa ſciat Praxis, ſi quæ ſunt, certa docebit.
Ardens febris enim, cui uis per ſigna patebit
Dicta, necvt multa, requiem; ſomnosq́; miniſtrãs
Vix ſunt ſecura. minus eſt, leuiusq́; periclum
Si confuſa malo requies, ſi ſubſidet ardor
Adueniente die, paucà ſuperatuq́; lymphà
Deſiciet anté ſitis, quam uis ſimul effluat omnis
Natura, & nimiò natiuus ſubſidat igni.
Curatio. *Si tamen innatæ vires, ac iuncta conſiſtent*
Acrius accenſam propelles corpore maſſam;
Purgabitq́; vias ſucco per concaua pulſo;
Inq́; cutim, ſeu forte habili perſpiret hiatu,
Seu ſudore malum claras cdatur ad auras;
Educes morbi fæces; ſuccosq́; nefandos.
Morbilli. *Morbillos nunc Verſus agat, quos corpore toto*
Efferuis prima monſtrat ſtatione iuuentus.
Res non rara quidē; ſed quæ fermè occupat oēs,
Si tibi vera canoni veteramo documenta virorū.
Quin quod turpe magis; dixit is non pulſa veneni
Omnino, redeunt tardà conſtante ſenectà;
Dum virus ſinat inſanum, concluſaq́; tote
Corpore peſtis eat, purgataq́; membra relinquat,
Namq́; vbi primæuo, partes, ac membra calore,
Atq; humore ſcatent; molem formamq; potita,
Plurima, laudato ſucci tibi portio præbet
Nutrimenta; nocens compacta in viſcera ſuccus
It quoq; ab vtraque natiuæ exordia prolis
Exiſtunt, donec vitales ſurgat ad auras
Iam ſentit, cæcosq; trahat ſibi prouida ſuccos
Ore petens. Purganda tamen, quæ fœtibus inſtar
Intima mole premunt, quæ menſtrua portio fecit:
Hinc ſtata morbillis labes, nec deperit ante
Illuuie quam purgatà, penetralia conſtent.
At ſiquidem pluri puerorum viſcera, labe,
Atq; calore valent, pueris purgatio digna
Inprimis, tardà quamuis prodire iuuenta;
Cauſa morbillorum. *Et ſenio ſoleat, nonnunquàm cauſa malorum*
Eſt diuerſa, modo eſt leuior ſubſtantia morbi.
Craſſaq; materiæ moles; iuuenisq; ſenisq;
Eſt culpanda etiam, cum qui venere puella
Morbilli; toto de corpore ducere labem
Non potuere, latet multos contagio ad annos.
Atq; venenatà palleats virente recurrit
Curatio ſenio, nonnunquam mitia morbos
Varietas morbillorum. *Numina ſuſpendunt: rari ſine labe reperti.*
Horum alij euicto gaudent conſurgere morbo,
Criſibus id propriū, modo Plethora ſuſcitat ingēs,
Et modo morboſi moles vi congrua ſucci:
His natura malum leuat, vt noua damna priocis

Damna fugent. morbis morbus curabitur olim.
Plurima ſunt harum ſignacula, fulua colore Signacula.
Haud ſecura ſatis. diffuſi forma caloris,
Atq; rubor nimius, caua lumina lampada ſpectēt
Perpetuò, miſſa ſcintillant intima luce;
Pruritus pro pelle latet, tẽtantia conſtans,
Nec lachrymas tacuiſſe iuuat, quæ neſcia fundūt
Tempora, cōcepti indicium hoc ſpectabile morbi.
Nec tantum ſummà peſtis cute ſubſidet, olim
Viſa premi ſimili, penetralia concaua forma.
Inteſtina modo, & fauces, ſtomachusq; Iecurq;,
Cordaq;, ſed tanta nulla eſt curatio labis.
Quin magis infectos natiua ab origine fœtus
Vidimus interdum tantus labor intima uexat.
Qui verò morbillos adeſt candore niuali,
Phlegmatis hic culpa eſt; Qui tetro mēbra colore
Inficiunt, bile atra accedunt; Quos rubor vrit
Sanguine laudato, choleraq; ardore pateſcunt.
Hæc ſecura magis ſpecies, letalior illa,
Dum ſquallet tetris naſcentia puſtula membris,
Aſt vbi lenta ſubeſt febris, nec lumina morbo
Vexantur, nec fauce malum, nec in Hepate ſedit,
Nec fluor æger adeſt, nec viribus indiget æger
Effuſis, nec peſtis adeſt niſi Criſe coacta,
Nec quæ cauſa mali caro latitare receſſit
Gaudet, ſecuros reddunt ſignacula morbos. Curatio morbillorum ſit opportuna.
Oppoſitis ſpes pauca ſubeſt, curatio quamuis
Opportuna malum potis eſt ſedare, necemq;.
ALTERNIS vbi porro redit, vexatq; diebus
Febris adeſt cauanda. Malo diuerſa patebunt Febris alterna.
Signa, licet certà pateat curatio lege.
Quæ ſi continua eſt, nec certo tempore, toto
Corpore decedit, Cauſōnidis inſtar acuti
Membra foco lædet, quamuis quia ſigna prioris
Sint maiora, minor leuibus ſolet vrere flammis: Signa.
Materies ſiquidem putrido confuſa calore
In venis quamuis latent, tamen omnibus ortus
Longè à corde patet, bilis neq; irritat acumen;
Vt Cauſonus habet; minor eſt ſubſtantia, quondã Cauſon.
Principibus ſeiuncta locis; namq; vrat oportet
Lenior, atq; ſitis, capitis dolor, atq; ſudores. Febris lenior.
Nec quæ præcipuè vires, ac robora frangunt,
Infeſtant vigiles ſtudio renuente labores.
Nec tamen alternis acceſſio ſueta diebus
Huic ſolet eſſe malo, rigor omnis, frigus abeſto,
Quãuis qui vacuis reſidet penetralibus humor,
Natura ſtimulante, ſiue nonnulla diebus
Signa monet, quibus enatos dignoſcere morbos
Res facilis, motus dicunt humoris adacti.
Cauſa calor nimius, ſeu ſummà æſtate laboret, Cauſa.
Ima ſeu calidis ſcateant penetralia ſuccis:
Congeſta nimium menſa, natura ſubinde
Aegroti facilis morbos, ac damna capeſſit.
Vrina flauas mictu ducuntur ad auras; Signa.

Et

Et calor ad tactum, & pulſus languore moleſtat.
Iſta quidem ardentis ſignacula ſunto minora;
Curatio non ſit tarda. *Sed ſecura tamen vix eſt curatio morbo,*
Si tardè auxilium, & medicas admiſeris artes.
Nec tibi perpetuò bilis abſcondita venis
Putreſcet, cæcis olim languere ſub antris
Intermittens febris. *Viſa: intermittens iſtà ratione creatur.*
Iamq; rigor ternas grauior qui duret ad horas
Sollicitat, Calor, atq; ſitis penetralia forti
Flammà vrit, denas morbus vix præterit horas:
Hanc æſtiua parant tibi tempora, quæq; priorem
Adgenerant cauſa, hanc etiã producere poſſunt.
Difficilis, nec erit febri prædictio, namq;
Coctio ſi pateat primis optata diebus
Terminus febris. *Vix quartam ſuperare diem, ſignacula poſſunt*
Quiq;, licet ſtatum naturæ pulſus apertè
Prævertit, tamen elapſa ſuccumbere febri
Aſſolet, atque ſuis aſſueſcit legibus ire.
Id proprium morbi, cuius quæ cauſa, modusq;
Res medicis incerta, ſua nec cognita praxi
Eximij quamuis Galeni dogmate dictum.
Exquiſita tamen febris, nec fæda alienis
Exiſtens ſuccis, ſeptem redit acta diebus
Iſta omnes inter morbos ſecura, breuiq.
Curatio. *Cedere ab arte ſolet; Quod ſi curatio dextram*
Porrigat oppreſſæ naturæ, deperit ante
Quam fuerit morbus, circùm præcordia natus,
Ante tamen certà quàm rem propellere curà
Sollicitas, conſiſte animo, curatio certa eſt,
Cognita vbi eſt morbi ſedes, ſecura malorum
Doctrina, vt noris; quà nam regione, viaq;
Pellere morboſos inſtet natura fluores.
Ardua res certè eſt, nam diro inſtanie fluore
Præ foribus, ſudare caue; ſi ſudor apertà
Pelle fluat, vomitu febrim, calidisq. iuuare
Ne credas ſuccos vrinæ è ſede trahentes.
Dux natura tibi: Quæ ſi uexantia toto
Corpore, ad extremum trudat, ſubſiſte; Sin illa
Officio ſit pigra ſuo, ſic porrige dextram
Vt quà tendit, iter morbo, ductusq. paretur,
Quotidiana modo ſupereſt digniſſima cura
Febris quotidiana. *Febris, & aſſiduà vexans præcordia flammà.*
Huius magna quidem toto pro corpore moles
Humoris reſidet, quòd viſcera concaua rore
Cuncta madent; artusq. leues, curuaq. ſubinde
Iunctura, niſi mucoſo tibi rore madeſcant,
Continuò motu areſcunt, actoq. calore.
Nec tamen ipſe fluor, ſuccusq. fugabitur ante
Quàm concoctricis ſuccumbat crudior igni.
Deficiente cibo ſiquidem, Pituita ſubinde
Vlterius concocta cauat peruadere venas.
Aſſolet, & ſucci egenos ſaturare meatus.
Ergo vbi plus ſolito venarũ arcana tumeſcũt
Humenti, rigidaq. lue, & natiua labeſcit
Non naturalem virtus perpeſſa calorem,
Atq. cauà labor in venà ſubſiſtat; Habeto
Continuam. Licet interdum, Symptoma ꝙ affert,
Perpetuo inſiſtat, licet humor putruit extrà
Quod dolor, et uomit⁹, ſtomachi ſubuerſio, et ar-
Efficiũt, ſolidà morbum perquirito mente (dor
Eſt quoq. morborum ſpecies, ac forma catharri, **Forma catharri varia.**
Vt diuerſa ſubeſt, diuerſa lege petenda.
Salſa quidem vacuanda ſtatim, quæ uitrea nullo **Curatio.**
Robore naturæ membris alimenta miniſtrat.
Gypſea non flammis, non vllo agitãda calore eſt,
Vt valeat ſi pulſa loco ſatis eſto latenti.
Si tamen internis putreſceret vna malorum
Partibus, vt ſtomacho, circùm præcordia, clauſo
Pectore, ſi torto premat inteſtina meatu
Eſt Intermittens, tota quæ nocte, dieq;
Diuexat, paucis quamuis tibi ceſſerit horis.
Impliciti (mirum) tanta eſt duratio morbi. **Implicitus morbus.**
Nec modo difficilis rerum eſt edictio, quando
Principium, fomesq. mali, radixq. petatur,
Sic quæcunq. ſuo læſa eſt pars indice conſtat.
Nã vomitus, grauitas, dolor, & defectio mentis, **Signa.**
Et frigus ſunt ſigna mali, latitansq. rugitus:
Atq. ſua facilè decedunt omnia cura
Principium, inualidus rigor inficit, Ipſaq. longè
Frigore lãgueſcũt extrema, hyeme atq. tremiſcũt
Primà fronte calor mitis, ſed tempore, preſſa
Dextera, feruores, & flammas ſentiet acres.
Namq. calor ſubtile prius deducit; & inde
Craſſa foras putredo fluit; ſic tempore fuſæ
Vrina, modo ſunt tenues, quia maſſa lateſcit
Interius, certo nec prodit victa labore,
Et modo craſſeſcunt, dum vires paſſa valentes
Materies, ductũq. foras eſt acta patenti.
Sueta lues vetulis, pueris, nec fœmina conſtans
Eſt morbo ſecura, viro vix obuia forti eſt:
Qui tamen albenti referet muliebria vultu,
Qui lentos ortu, rigidos qui poſſidet artus,
Queis interna rigent, ſi frigore ſubuenit annus
Immenſo, ſi lenta cibos tibi lympha ſequatur.
Abſtemios dixere, fero genitalia quando **Abſtemii.**
Enſe cadunt, languentq. omni tibi corpore uires,
Si craſſas habitare animus, fœdasq. lacunas,
Si naturali langueſcunt frigore membra.
Vt ſtomachus, quos eſſe cibos dectiſſima nuſquã
Dextera, non tempus, nõ lãguida robora poſſunt.
Morbus adit: varys cauſis ſi pectus, adusq.
Eluat vnda uirum immanis: noctesq. diesq.,
Hos quæ quotidie febres inuadere norunt,
Infeſtant, crudà longè deſiſtito ab vndà.
Præterea inualidos præſentit dextera pulſus,
Quod uires ꝑmat hæc febris, ſtata munia frãgẽs
Aut quod quæ repetit; quamuis per tẽpora cedat
Attamen effringit prolixo membra labore.

Aut quia putreſcit Pituitæ portio dulcis,
Quæ multo potis eſt nutrire interna calore.
Præſagia.
Nec quæ præſagio medicorum dogmata iungunt
Sunt reticenda, breui nuſquam ſuperāda labore
Febris erit, quæcunq; humoris forma laceſſat.
Rara quidem peſtis; Verùm prolixior eſto
Exquiſita, breuem, quæcunq; eſt mixta, putabis.
Et licet interdum tantum pro tempore morbus
Vrat, & exurgant nonnullis robora ab horis,
Vix tamen eſt ſecura necis, quia maxima vires
Damna ferunt, longoq; hebetantur munia morbo,
Quartana febris.
His ſuperat Quartana lues, quia tēpora labis
Tarda patent, binà requies nam luce paratur.
Donec terna malo pregnans crudelia ducat
Longæui ſignaclà dies ſub nocte laboris.
Continua ait raro; ſæpè intermittere viſa,
Illa duplex, non vna; triplex et cognita quondā:
Sueta lues triſtis quando mens dedita luctu,
Cauſſa.
Nec vel quæ Cæli, nec florida rura miniſtrant,
Nec quæ marmoreo ſpectantur munera Ponto
Alleuiant triſtes curas, ac ſegnia corda.
Quos Socij, et conſueta grauant conſortia, quosq;
Viuere iam tedet, ſuperum & conuexa tueri.
Bruta equidem melius tales dicantur oportet,
Non homines, quia Syluestri gaudere receſſu
Vt ſueuere feræ, non plenas ire per vrbes.
Non diuerſarum gaudent examine rerum
Non potus, non cura cibi eſt, niſi ſæuior inſtet
Effectus Melancholiæ.
Ore fames, vexetq; ſitis penetralia languens,
Iſta Melancholici ſucci tibi munera ſunto.
Hunc modo natiuum reliquis ſeiungere ſuccis
Varij morbi melancholiæ vnde.
Conſueuit natura; Modo fex vſta aliorum
Humorum eſt; Iſtò peior conſurgit ab ortù.
Natiuo lenior morbus venit omnia certis
Indicia.
Indicijs quærenda, mali ſedèsq; latentes:
Nam, varias varià morbi curatio causà.
Nec licet interdum Pituita maſſa relicta
Quartanam dicant Medici generare latentem;
Id ratione caret, fæces oſtendere doctis
Humorum eſt animus: tetros & olentia ſuccos.
At niſi ſuſceptis dapibus, penetralia morbum
Efficiant, è ſplene labor, morbusq; petendus;
Aut quia dum proprià ſeiungunt munia ſede
Humores, trahit inualidè, nec ſumpta profundit
Continuò, aut vexat tardas obſtructio partes.
Aut quia, quæ certis purgatio menſibus inſtat
Fœmineo ſexu, longos defertur ad annos.
Aut quia, quas fæces Hæmorrois edere viſa,
Firmantur, peſtiſque cauà ſub ſede lateſcit.
Adueniente malo, tardà quod noctè ſubintrat
Frigus iners, hyemi proprium, longinqua laceßit
Terga prius, rigidosq; pedes, auresq; manusq;:
Et ſeptem implacidus durare eſt viſus ad horas.
Hinc calor inſequitur, ſimili qui tempore perſtat,
Interdum breuior morbus, ſi maſſa minor ſit;
Si minus: grauior noctes qui pene, diesq;
Durat, vbi ſucci moles effræna moleſtat.
Meridies inimica malo, producere monſtrum
Aſſolet; hàc ſueuit conſurgere morbus in horà.
Deficiente, fluit toto de corpore ſudor
Immenſus; veſtes, ac ſtragula rore trahendo
Haud ſatis, effuſo rorantur viſcera tabo.
Ni grauis internis obſtructio partibus hæret
Vt Iecori, & ſpleni, nì languens intima ſcirro,
His ſudare nefas morbis, Duratio tandem Duratio morbi.
Tota mali breuior, terno tibi menſe patebit,
Longa decem, denos febris peruaſit ad annos:
Mecænas comitem totà ipſa ab origine vità
Sortitus fertur, fædumq; tuliſſe laborem.
Porrò melancholico, ſi non eſt altera ſucco
Portio mixta, ſolet menſes ſuperare moroſos
Intermittentes ſiquidem ſuperare premendo,
Durandoq; ſolet. Securior omnibus extat.
Nec quibus illa prior vitalia munia læſit
Eſt Elephantiaſis, peracuto aut nomine morbus
Expectandus: habet peſtis pro crimine laudē.
Raro ſponte ſuà vitales ſurgit ad auras,
Sæpius alterius peruadit noxia finem;
Nec niſi verè ſolet fermè decedere uiſo.
Humor porrò nocens ſi venas pondere putri
Infeſtet, ductuq; cauo fera maſſa recurrat,
Continuas generare ſolet, ſi uiſcera circùm
Subq; premat, ſi ſplene malū, ſi ex Hepate manet,
Fermè intermittit, niſi quæ Inflammatio mēbra
Sollicitet, caſuq; nouo, noua damna procuret
Duximus in ſeriem cunctas ex ordine febres,
Quas ſimplex humor certà ratione creauit,
Seu ſint continuæ; ſiue intermittere uiſæ.
Nunc, quia non uno langueſcunt corpora ſucco,
Commixtisq. ſimul febris producitur una,
Quas dixere nothas, connexo carmine dicam. Febres nothæ.
Maior enim morbis curatio, plurima namq;
Pluribus ars ſuccis certa ratione petenda eſt.
Difficile eſt ſiquidem ſuccos in corpore toto
Cerni impermixtos, quando communior illis
Vena aditùs, ac ſecta parat. ſi paucior extet
Maſſa tamen iuncti. Nec putreſcente catharro
Bilis flaua, cruorq. cames ſuccedat, aperto
Marte, licet tenui alterius ſignata colore eſt,
Exquiſita ſolet Febris cognomine dici.
Quod ſi morbus agat plures putredine cauſas Exquiſita febris.
Vt choleram, densàq; catharrum mole, notharū
Vna erit: illius, cuius ſub corpore maſſa
Maior erit, febris nomen, ſpeciemq; ſubibit.
Et meritò, dominatur enim ſubſtantia, quæq.
Signa mali, medicà curantis docis ab arte,
Cuncta ferè illius causà, rationeq; ſurgunt,
Iamq; notham bilis facit, atq; minor Pituita,

Si ſimul, vt quando febriles concipit ignes,
Vtraq́, & vnius typus ambas igne laceſſit,
Alternà redit atq́ die, nec diſpare formà,
Maſſa melancholici ſucci febrim generabit,
Si bilem inficiat, ſitq́ huius copia maior:
Rarior iſta, frequens prior eſt, ſiq́ ordine certo
Morborum cauſas, ac ſigna patentia ſpectas
Ferme omnes reputare nothas cogeris, adaucti
Viſcere namq́ ſcatent ſucci, eſt commiſtio cũctis
Communis, lateant cæcis licet omnia venis
Nec tamen ante mali nomen deſcribere fas eſt,
Quam docili ſit ab arte lues perſpecta; Patebũt
Corpore compreſſi ſignacula plura catharri
Non putreſcentis, choleram infeſtante calore;
Nec tamẽ eſſe notham reputes: Putreſcat oportet.
Quæ febrim generare volet ſubſtantia; Quãuis
Id natura tibi niſa ægrotantis, & annus,
Et ſtudium, & morbis acceſſio congrua, et acres
Vrina, pulſusq́ leues, ac tempora monſtrent.
Non eadem tamen eſt cunctis duratio morbis,
Namq́ Melancholicus cum bile eſt tardior omni
Iam ſpecie, demùm breuior mixtura catharri.

Signa. *Iam ſignis natam facilè eſt cognoſcere febrim.*
Spondilium vexat, grauitasq́, dolorq́, tumorq́,
Nauſea ventriculi, vomitusq́ infeſtat anhelus.
Nec rigor, vt puræ validus; nec frigora, quanta
Quartanas repetunt, medium tenuere labores
Hic tamen. (Heu dictu mirum) producitur olim
Horis penè decem, ſuccurrere namq́ neceſſe eſt.
Sæpe rigor vires, ac munia ſauciat æger:
Hinc calor acer adeſt, non quem facit vnica bilis,
Sed mixtus, Pituita modum iubet eſſe calori.
Porrò cauis reſidens venis, qui putret, vterq́
Humor continuas generat; Modo viſcera circùm
Errat materies, & per præcordia; Iamq́
Intermittet, is à varijs eſt ſedibus error.
Tempora longa mali, nec rem deſcribere fas eſt
Menſe vno, binos, pluresq́ excedit, & annos
Ni quartana mali ſuccedat fine, laceſſit.
Quotidiana etiam, quæ nòn ſyncera moleſtat
Diuerſi exoritur lue ſucci. copia cuius
Sit minor, & craſſi maior iactura catharri.
Huic modo bilis atrox, modo fuſi peruia ſucci
Maſſa melancholici iuncta eſt, ab vtroq́ patebũt
Signa Humore, nequit celari morbus, & error.
Interius ſi morbus adeſt, ſubſtantiaq́ intrà
Putreſcat venarum aditus commixta, parabit
Continuam: interius ſed enim circumſita ventre
Intermittentem ſimili ratione creabit
Scalpello parcè venas lacerato labantes:
Viſcere nam frigus latitat, concluſaq́, lentà
Membra hyeme, & forti vexantur iuncta labore
Sed turpes vomitus facili ratione cieri
Cura tibi, breuiare typos, ac damnà docentur.
Nec calidis aſcueſce tamen, ne concita toto
Corpore flamma furat, feruenti, concita, febre.
Inter vtrumq; tibi medium ſupereſſe memento.
Nec morbos curare tamen, febresq; latentes
Conceſſum, ni cauſa mali ratione petatur:
Crudior vt ſtomachi natura, ſplenis, Iecorisq;
Peruia non viſis obſtructio partibus; vno
Alterutrum rarò niſi læſo febris aduret.
Præſertim ſi certa ſuo purgatio menſe,
Et turpes imo fluitent ſi viſcere fæces:
His ſiquidem oppreſſis, morbi curatio nulla eſt.
Eſt eadem quoq; quartani doctrina laboris.
Namq; Melancholico, cholera ſeu copia, ſucco
Seu Pituita, comes fuerit; Putredoq;, vtriq;
Obuia, certa nothas monſtrant ſignacula febres.
Siq; malum internis ſedes in partibus, ægro
Splene uelut, ſtomachoq; latet, vexatio certo
Tempore ſollicitat, nec continuare poteſtas.
Sin minus infarcti, venarum concaua, ſucci
Inficiant, cuncto morbus tibi tempore durat.
Attamen ipſa minor duratio febris habetur,
Quàm ſi purus adeſt imis penetralibus humor.

Hemitritæum. *Nunc Hemitritæi ſpecies, ac ſigna canamus:*
Maius opus, morbusq; ferox, cognoſcere peſtem
Primùm difficile eſt, nec, vbi bene cognita labes,
Iam ſemper licuit Monſtrũ, et diſpellere Febrim.
Nomen habet prædulce quidẽ, ne in nomine curã
Conſtituas, miti ſub nomine peſſima res eſt.
Nec dubio rem quære nouo, ſeu continuetur,
Siue intermittat: ſiquidem conſtabit utraq;
Labe malum interdum; Nec quæ putredo laceſſit
Sola nocet, tetro ſed enim expirante Veneno.
Porrò malum non morboſo confuſa calore
Putredo pariet, certis, ſed ſedibus unus
Humor erit, ſtabitq; alio noua maſſa receſſu;
Quaq; ſuos, facietq; typos materia: quorum
Hæmitritæus conſenſu inuadit iniquo.
Continuas cum continua, ratione negabis
Perſpecta: ſiquidem ambarum ſubſtantia, uenas,
Infeſtat, reſtuitq; locis putredo, fluitq;.
Hinc ſimul vtrasq; infeſtet confuſio partes
Eſt opus, atque vnà putreſcant omnia ſede,
Et notha febris erit, quacunq; à parte regantur
Intermittentes diuerſà lege docemur
Continuis copulare, loco ſubſtantia quauis
Conflagrare ſuo poterit, febremq; creare.
Nec ſpecies reticenda mali, cum viſcere pluri
Intermittentes veniunt, namq; omnia parte **Intermittẽt febris veniẽs pluri viſcere.**
Sunt diſpoſita ſua, ſignisq; patentibus inſtant;
Certa vnde inſtantis pateat curatio morbi.
Quæque ſuo curanda modo nec viribus unis
Inſtandum; totis opus eſt inſurgere neruis,
Et varijs varias cauſas arcere medelis.
Hic duplex quartana tamen, vel quotidiana

Hamitritaus erit, namq́ hoc concluſa labore
Materies, opus infando flagrauerit igne.
Galenus ſecum pugnans.
Nec tamen hiſtoriam Galeni poſce malorum,
Nam ſecũ pugnans nonunquã, et dogmate falſo
Nititur interdum, (tanta eſt obliuio mentis)
Dum pluri ſtudio, & ſcriptis indulget abundè.
Binis tamq́ nothis, ſiue intermittat apertè,
Signa.
Hamitritaus erit morbus; ſiue altera rerum
Continuet, ſi ſede malum, ſi viſcere diſtet,
Et ſimul inceptas capiat ſubſtantia febres.
Porrò rigor, quacunq́ premat, ſibi forma patebit
Hemitritai, frigusue, ut prima malorum
Signa, laboranti inſigunt incommoda parti.
Sueta lues, vbi natiuaque corpora flammà,
Et cholerà adueniente ſcatent, atatibus iſtud
Haud proprium, Romana malo ſatis obuia tecta.
Vult Galenus, erit ſucceſſus teſtis abundè;
Peſſima uis morbis, & ſummi plena pericli;
Namq́ ubi continua declinant, Altera rurſus
Intermittentis uexant ſignacula febris.
Reſpirare nefas, dulciq́ inhiare quieti.
Praterea breuior, quacunq́ eſt forma, moroſos
Ad menſes trahitur, nec longis munia morbis
Tuta ſatis: pereunt aduerſo robore uires.
Quamuis, ſi lenior, breuiorq́ euaſerit error,
Continua interdum cedant, duretq́ ſuperſtes
Sola intermittens, paucà qua luce ſuperſtes
Permanet, interdum varià vice deficit iſta,
Continuaq́ manent, curà ulteriore domanda
Curatio.
Corda fouè, læſosq́ artus, ne concidat omni.
Robore caſſa ſalus, tanta eſt iniuria morbo.
Nam neque cura cibos reparat, nec paſcere tẽpus
Concedit, binis dubia eſt curatio cauſis.
Namq. dapes niſi flagranti prabere labore
Eſt animus, finem ardoris ſpectare teneris;
Dumq́ cibos affers, typus agro ſubuenit alter
Vt ſecura ſalus dapibus ſit uiſa negatis.
Febris Erratica.
Deniq́ ſubſequitur Febris natura fugacis;
Errantes dixere: quibus typus omnis, & ordo
Deficit, ut nuſquam typus expectatus agatur,
Nãq; modo alterius, modo diſpare ſubuenit horà
Biſq; die validis acceſſio congrua ſignis
Inuadit, modo Quartana ratione recurrit,
Et modo longauos ſectantur tempora menſes.
Idcirco errantes dicta, namq; error habetur
In morbo interdũ, modo quamuis certa petantur
Tempora, ſemotis tamen extant damna diebus
Diſſita, nec Medico Typus, aut natura pateſcit,
Id longis ſolitum morbis, dum victa recedit
Febris prima, Aliaq; ardent ſub viſcere faces
Conſenſu infando, veniunt redeuntq; frequenter
Inſultus, morbi incaſſum ſtata tempora ſpectas.
Variæ cauſæ in febri erratica.
Bilis craſſa etenim, ſpecies, & cuncta catharri,
Atq; Melancholicus putreſcit corpore ſuccus.

Hinc modo, quem cholera moles eduxit, habetur
Morbus: Et infarcta Pituita ſigna pateſcunt,
Interdum: aut Tetra bilis ſignacula vexant.
Et varius, uarias humor producere febres,
Erranteſq; poteſt, nec morbi acceſſio conſtans
Vna poteſt omnem ſuperare in corpore maſſam:
Sed variat, rurſuſque redit, quò uicta recedit
Omnis putredo, natura lege coacta.
Nec binus typus interdum ſatis eſſe putatur,
Namq. triplex uiſus luce eſt, & tempore yſdem, Triplex typus viſus eodem tẽpore.
Immunis licet ad menſem ſit uita laboris,
Iamq; ubi deficiunt portenti ſigna, paratur
Quartana interdum; lento ueniente Autumno;
Qua niſi ſponte ſuà ueniente à Vere fugetur.
Has curare neges; namq; inculcata laborem
Vix leuat, Aſt longis purgatio fontibus acta.
Nam tardè ſuperanda lues, concoctio lenta eſt
Humorum, crudos educere turpe putandum.
Quod reliquum uomitu potius, fortiq; dietà
Contendas, longis ſuperes impacta ſyrupis,
Perq; vices purgato malum, ſi gloria cura eſt.
Sunt quoq; nonnulla ſpecie nõ diſpare febres,
Quas prælenta facit ſubſtantia uiſcere læſo
Contenta, & ſtudio raro ſuperata tenaci.
Quintanas dixere olim, varyſq; nocentes Quintanæ febres.
Deſcripſere modis, aucti pro tempore morbi. Sextanæ.
Vt quoq; Sextanas, Octanas, atque Decenas. Octanæ. Decanæ,
Qua tamen exaucto non cedit tempore labes,
Eſt ſecura magis breuiatio plena pericli,
Fex facit humorum febres: nam craſſa ſubinde,
Seu bilis nigra eſt, ſeu flaua, ſeu pituita,
Effecere malum; Quod ſi non qualibet harum
Menſibus excedat binis, quartana labores
Excipit, & longo exercet penetrale labore.
Non tamen erraticas dices, febreſq; fugaces
Namq; typi certo redeunt ſibi tempore, quorum
Effigiem certà prædicere lege docemur.
Lætitia curare queunt, mentemq; uirenti Curatio.
In nemore, & claris circum recreare lacunis.
Quid triſtes curæ? quid deplorare ſubinde
Signa voluptatis iuuat? heu ſint otia longè;
Atque mero conſueſce leui. Natura negauit
Plurima, quæ varys ſtudys ars docta parauit.
Quod reliquum Epialas ſignis ex ordine viſis Epialæ.
Quaq; malo ſpecies dicamus. Plurima lentos
Exercere ſenes, vetulaſq; aſſueuit egentes.
Continua eſt raro, ſæpe intermittere uiſa
Et ſecura necis, niſi primam peſſima prendat,
Peſtis, quæ in dubium, ſi quid ſecurius effert.
Vitrea prægelidis quæ ſtat pituita ſub antris
Vt ſtomachis, & thoracem languore laceſſit
Seu premat influxus grauia inteſtina nocturns;
Materia eſt ſolet his morbus ſub ſedibus, aucta
Augeri maſſa, febreſq́ parare moroſas.

Ergo

Ergo vbi mole premens, & frigore noxia diro
Intima ſollicitat, nec coctio docta caloris
Natiui ſuperare malum, nec frigora nouit,
Vt putreat ſupereſt, validis ardeſcere flammis
Incipit, atq; imis, fortis ſignaclà rigoris
Partibus intrudit, calidas focus appetit auras,
Curatio. *Atq; calore, calor, languens, curatur adacto.*
Interea valida dum flagrant igne receſſus,
Pars nonnulla mali fumis abit acta nocinis,
Quæ feruore cutim, partisq; extrema laceſſit.
Donec flamma cadat, recidiuaq; febris adurat.
Tardior eſto morbus, nec quæ prognoſtica ſpectas,
Sunt ſecura, malo ſi continuare volumtas.
Intermittentis melior modus, ipſaq; labis
Tempora longa, malum natiuo vrgente calore,
Eſt potis, & ſuccos lentos, ac vincere febrim,
Arte docente viam: Purgantibus vtere tantum,
Et vomitu, dapibus ventrem ne pluribus auge,
Quod reliquum cura, natiuo cede calori.
Lypiria. *Diuerſus lypiriæ modus, contraria primæ*
Omnia, nec, veluti prima, eſt ſecura malorum.
Namq; vbi concluſo flagrant ardore receſſus,
Atq; ſitis, fortisq; agitat iactatio partes,
(Si tamen externis Pituitæ copia denſe
Partibus inſiſtat, denſà quæ mole ruentes
Impediat fumos, partesq; rigore premantur)
Eſto lypiriæ ſpecies, ſubſtantia flagrans
Intima ſuccorum, quæcumq; eſt maſſa malorum,
Si bilis tamen vna, atq; ad præcordia ſiſtat,
Extremisq; rigor, (qui nec veniente calore,
Nec ſubmiſſo ignis cedat) crudelior omni
Eſt ſpecie, fortes nequeunt præcordia morbos,
Diuerſosq; pati: vitæ ſpes omnis abeſto.
Signa. *Perſiſtente malo, ſitis inſtat, & ardor anhelus*
Fauce ſubeſt, certoue animus veniente grauari
Curatio. *Perpetuò, vigil eſto dies, noctesq; laborans.*
Nec tamen hæc peior reliquis ſit forma, ſubinde
Intima ſuccreſcens premit inflammatio tecta.
Vt iecur, vt ſtomachum, pulmones, atq. lienem.
Quæq. tegũt vacuas, membrana, corpore, partes.
His ſiquidem, dum clauſa faces arcana recõdũt,
Allicitur quicunque calor ſub corpore perſtat,
Dãte calore viam: Partes, quæ extrema vocãtur
Igne carent, frigentq; velut feruoris egentes.
His raro ſperanda ſalus, niſi plurima peſtem
Miſſio per venas ſucci ſuperabit, & acto
Igne, cutis caleat: partesq. extrema tegentes.
Si tamen adnati decedat forma rigoris
Semper acta tibi cura eſt, ſpiratio fumis.
Nam textis reſerata patet, Putredoq. cedit.
Nec ſubeat toto morborum ex ordine, febres
Tollere velle iſtas, vtriſque ima, atq. ſuprema
Languerent feruore, niſi iam cauſa reſecta
Obſtaret, ſtatuiſſe obicem pro dogmate ſat ſit.
Peſtiferas certo dicamus carmine febres, Febres peſtiferæ.
Namq. mali vis magna ſubeſt, ſuperare feroces
Magnus honos morbos, leuibus natura ſubinde
Sola viam, ſternitq. modum, maiora canamus
Nomen erit morbo peſtis, dum fuſa, latensq. Peſtis.
Contagies, toto vires in corpore promit.
Quod putredo nequit, ſolo producere tactu
Noxia, vt toto diſcurrat forma veneni
Corpore (quam peſtem dicunt) viresq. reſoluat.
Quæ, quia vel toto labes eſt nexia regno,
Aut vrbi tantum, communis cauſa petenda eſt,
Quæ ſua per totam diffundat ſemina gentem.
Porrò cauſa triplex peſtes generare vagantes Cauſſa.
Conſueuit, Liquidusve aer, Lymphæve, Polive
Aere corrupto, modo putridà forma reſedit,
Et modo, ſecreta tantum contingere cauſà
Aſſolet; affectu, ſumma de ſydere miſſo:
(Occultos dixere modos) ſecurior illa,
Cognita namq. mali radix, facileq. ſecanda.
At quia difficiles occultis viribus artes
Sunt Medicæ, ſtudio decet omnia cernere multo.
Si tamen à cælo longè generatio diſtat, Aura.
Inficient liquidas, amnes fœtentibus, auras
Contentis, lacuumq. ſinus, ventiq. ruentes. Lacus.
Halitus aut putri delatus corpore qualem
Stagna parãt, vbi lina natãt macerata ſub vndis.
His aura cauſis languent, nec pauca per vndas
Dãna manent, vbi ſumpta cibo, potuq. bibuntur. Aqua.
Nam modo ſumma malũ fecerunt aſtra, luemq.
Et modo fœda leues infecit mixſtiefontes.
Aſtra tamen, quadam interdum virtute ruinam Aſtra.
Portendunt, fontes liquidum ſed et aera fœdant.
Omnibus his certa Peſtis conſurgere cauſà
Sueuit: Communis communia promere cauſa
Damna ſolet, cunctosq. auido cefigere morbo.
Nec minus interdum dapibus ſi viſcera languẽt
Inſolitis, putridiſq. lues effrana laceſſit.
Siq. dapes toti, aut Vrbi, regnoue parentur,
Communi ratione malum, Peſtisq. ſubibit,
Cum tamen implicitos Aſtrerum videris ortus,
Occaſusq. vni poteris vix ferrè calori,
Aut luci, tantes rerum per tempora caſus.
Omnia non calor, aut lumen, ſed plurima cæci Influxus.
Influxus generare queunt, queis abdita cauſa eſt.
Inuerſo ſiquidem dictorum damna malorum
Tempore ſollicitant, nã Sydera, Ductus, et Aer,
Corda ſtatim iugulant. Vndis mora lõgior eſto,
Nam neq. perpetuus lymphas expoſtulat vſus,
Et tardè internas peruadunt flumina partes.
Martis præterea & Saturni inſignia diri,
Si coeant, peſtem facili ratione procurant.
Sic docet Aſtrologus. Rerum prædicere cauſas
Perpetuas, non eſt Medici, non Aſtrologiq.
Iam peſtis ſpecies varia, nam condita labes Variç peſtis ſpecies.

Signa.

Interius, modo tota manet, modo robore vitæ,
Bubones dextraq́ue tument, aut parte ſiniſtrà,
Sub ſcapulis modo fœda lues ad brachia ſedit,
Praua quidem ſpecies, verùm ſecurior illà,
Quòd caua turgentis purgantur mẽbra veneno.
Viſq́ue quod internis pollens ſit partibus omnis:
Sunt aliæ quas immanes educere febres.
Conſpicuis; modo vix leuior ſub pectore flamma
Aeſtuat, at ſenſim vires, ac vita recedunt,
Pectora dum peſtis ſubit; ò miſereſce ſuperna
Maieſtas, miſeroſq́ue audi; nec ſperne vocantes.
Theutonicis viſa eſt campis, vbi Cæſaris almi
Subſunt imperio, labes populaſſe colonos,
Et pecudes imis piſces iugulaſſe ſub vndis,
Quodq́ue magis mirùm dictu, fixiſſe volucres
Aethere in aereo, & ſparſos fudiſſe per agros.

Curatio certa peſtis.

Præuenienda Dei vindicta, & ſupplice voto
Exoranda ſalus: Medicis confidere fallax.
Sũt aliæ, quas multa comes Putredo ſequetur,

Alii putridi morbi.

Dum languent interna malo, dum viſcera ſucco
Impuro turgent, faciles aſſumere morbos
Aegro corde datur: Quod ſi natiua tenaci
Robore membra valẽt, duras tamen irrita peſtis,
Spes minor eſt, validæ munus ſunt omnia cauſæ.

Curatio.

Qui tamen et IESVM ſupplex in vota vocauit,
Qui ſe criminibus, ſæua mage peſte, piabunt,
Quid dapibus pauci, queis vitæ munia pollent,
Laudati toto queis ſunt in corpore ſucci,
Qui craſſum ſuperent quoq; multis aera flãmis.
Hi tanto immunes reddent ſe forte periclo.
Si tamẽ immanes mittentur ſydera morbos,

Signa influxuum.

Id quoq́ue nõ fictis poteris cognoſcere ſignis:
Namque frequens aſtris, et in aere lãpada fingẽs
Lumen ineſt, longaq́ue Cometa exterrita cauda;
Reptilium ſed enim, ſeu quæ putredo creauit,
Viuentum ſpecies multos ſpectabis aceruos.
In ſegetes quoq́ue ſigna patent: nam tẽpore, ſparſa
Semina, conueniente labant; ſimul arua colonis
Squallent, ac dudum miſeris optata negatur
Meſſis, & incaſſum ſtudio vigilante coluntur.

Curatio rara.

Adgenito morbo f[illegible]x curatio, & ægrè
Spes adhibenda viris, opus eſt vix fidere cuiquã,
Quando Venenatis miſeri præcordia languent
Viribus. Acta tamen peſtis, ſuperataq́ue curà eſt,
Cum pietas Medicis vlla eſt: Germania multos
Seruat amica; putant Itali curare nefandum.
Heu pietas, heu priſca fides, clementia certè
Numina sũt habitura cohors, quos excitat ardor
In miſeros, vita & non auri inſana libido.
Lenta ſubeſt igitur Febris, nec origine primâ
Succumbunt ægri, donec robuſtior artus
Peſtis habet, vicina quibus ſunt tempora morbi.

Signa.

Paucà ſitis vexat, nec amor, ſtudiumve ciborum
Inſtat, & ad vomitum procliuia viſcera fœdũ.
Principio virtus, (veluti ſi longior ægras
Vexaſſet morbus partes) natiua labeſcit,
Munia non dapibus recreanda, aut arte medẽdi.

Lypothimia.

Lypothimia redit, non expectata ſubinde
Vt facilè morbi cauſas cognoſcere poſſis.

Morbi maligni.

Quod ſupeſt morbos opꝰ eſt reſerare malignos.
Peſtiferos dixere; Malum crudelius iſtud
Febribus eſt reliquis, leuiusq́ue eſt peſte parũper.
Namq́ue vbi concluſum vitali corpore virus,
Deliteuit, cum ſigna mali ſint mitia, certa
Peſtiferi eſt ſpecies: Multi ſtatuere malignam,
Humorum in ſola Putredine: Certius eſto
Dogma venenato vexari viſcera tabo.
Namque leui ſomno, paucoq́ue premente tremore,
Cũ dolor omnis abeſt, qs erit timor? at tamẽ olim
Non ſolùm iuuenes artis perſæpe peritos
Decipiant fortes ſignacula mitia morbi.
Si tamen enitam certis edicere ſignis

Signa.

Illuuiem, febrimq́ue capis; Quæ ſigna malorum,
Nunc maiora patent: adſunt leuiora ſubinde
Quàm ratio infanſi videatur poſcere morbi.

Species duplex putredinis.

Binà tamen ſpecies, alia Putredine languens,
Immani: calor immodicus, iactatio multa eſt,
Et ſitis, inq́ue dapes ſunt odia maxima lectas.

Theriaca quãdo fugienda.

Has calidis curare caue, fuge Mithridatum,
Et quæ caeſa parat tibi commoda Vipera; namq́ue
A calidis calor immodicus conſurgere rebus
Aſſolet, & miſeræ finem concludere vitæ.
Sunt aliæ, quibus internà penetralia flammà
Languidiore ſcatent, tamen eſt vis multa Veneni
Interius; taciti vires quod robore vincit.
His ſecura magis calidorum incommoda, namq́ue
Flamma vorax, peſtem ſuperat, viresq́ue Veneni.
Certa tibi quoq́ue ſit Papulis venientibus altè
E cute colluuies educi plurima, curam
Alleuiat, ductoq; foras per membra Veneno.
Si tamen infando neſcis, num membra labore
Vexentur, vitæ vires, ac robora cerne:
Hæc ſiquidem prima languent ab origine, tacito
Corda premente malo: Quin ſi vulgaris et error
Diſcurrat, morboſq́ue; potes ſperare laborem:
Si tamen eſt curare animus; qua mente paraſti
Auxilia, ad primam ſubito conducito lucem,
Sin minus exactò fruſtra ſuccurrere morbo
Interdum cupies; Naſcenti obſiſte Veneno.
Hactenus à ſummo capitis, per deuia morbos
Vſq; pedes, dixiſſe iuuat; Tu verò laborem
Vincentii Dux Magne, tibi cauſaſq; modoſq;
Præſcripſi, vinus Patriæ compulſus amore.
Tu quæ Principibus cuſtos es Barbara noſtris,
A quibus extructum tibi tam venerabile Tẽplũ,
Lenis vbi vacuo turgeſcit Mincius alueo,
Affer opem, morboſq; fuga: Ducibuſq; ſaluti
Eſto Diua tuis, Patriæq; abſterge dolores.

ARGVMENTVM
LIBRI DECIMIQVINTI.

QVAE me cauſſa impulerit, vt Mathematicas diſciplinas, quæ loco, ac dignitate pleraſque ſuperiorum præeunt, huc retulerim, ea potiſſimum fuit, quòd eæ non ſolum reliquis ſcientijs, et Medicinæ, de quibus hucuſque eſt actum, verum etiam apprimè neceſſariæ ſunt belli Ducibus, variis Reipub. adminiſtrationibus, Geographiæ ſtudiis, ac proinde item Humanæ Hiſtoriæ, cuius ſiue ſeriem, ſiue Auctores meliores xvi. liber continebit. Porro de Arithmetica, Muſica, Geometria, Aſtronomia, ac quicquid inde fluxit ad Architecturam, Picturam, et Plaſticam, id mihi in ſcribendo præſcripſi, vt methodum quidem aliquam, et inſigniores Auctores, ſed imprimis, quæ ad Pietatem facerent, attingerem; Syderalem ſcientiam à Diuinatrice, quam Iudiciariam vocant, abiungerem: Reliquas interim eiuſmodi, quæ ſumma Eccleſiæ erga filios ſuos charitate damnatæ ſunt, indicarem: In Delectu Auctorũ quædam manuſcripta Veterum commentaria non reticerem. Quam ad rem præter alios, Chriſtophori Clauii Mathematici Societatis noſtræ, iudicium, et, quæ verè dici poteſt, præſtantia, magno mihi auxilio fuit: Quin & Muſica, cum breuiſſimis illis præceptis, ac propoſitionibus indigeret, quæ ſemel quidem, ſed mutilæ, Euclidis (rectius forſan Pappi Alexandrini) Lutetiæ olim prodierant in lucem: dedi, Deo iuuante, operam, vt nunc primò integræ emitterentur è Græco Vaticanæ Bibliothecæ, & è libro Fuluii Vrſini manuſcripto diligenter collectæ: ac Latinæ factæ, editurus, Deo eodem adſpirante, pleniorem Muſices antiquæ tractationem, quam Hieronymus Meus vir eruditiſſimus, qui vitam ea in re iam vltra ſeptuageſimum ætatis annum honeſtiſſimè impendit, mihi denique, quod nunquam aliis voluerat, conceſſit. Ceterum quæ uel cautiones, uel notæ interſerendæ viſa ſunt, eæ cum reliqua materia ſequentibus capitibus innuuntur: In qua nihil de Pictura, & Sculptura conieci mus, quoniam pleraque ad Poeſim pertinent: Quamobrem eas cum hac coniunximus, quemadmodum in decimoſeptimo libro videbitur.

ANTO-

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Quintusdecimus

QVI EST DE MATHEMATICIS.

MATHEMATICA GENERATIM. VBI QVAENAM eorum Neceſsitas, unde Dignitas, & utilitas, ac quaenam certitudo. Caput I.

QVOD Patribus Mathematicæ diſciplinæ haud ſemper in pretio fuerint; Quodque Romani (vt inquit Cicero) non tanti eas æſtimauerint, quanti apud Græcos fiebant. Quod denique plerique ad eas animum non applicent, non propterea ſpernendæ ſunt: ſed quorſum illi ea dixerint primò perpendendum eſt: mox attingendæ Neceſſitas, Dignitas, Vtilitas, Origo, Diuiſio, Scopus. C Et quidem Hieronymus vir vt ſanctus, ita doctus, Mathematicas pietatis non eſſe ſcientias dixit. At & Auguſtinus retractauit, quòd liberalibus diſciplinis, in quib. & Mathematicæ collocantur, multum tribuiſſet, quas (inquit) multi ſancti neſciunt quidem; & qui etiam ſciunt eas, ſancti non ſunt. Ambroſius autẽ adhuc grauius in Geometras terræ ambitum metientes Diuinorum eloquiorum auctoritate inuehitur, eñ D perquiſitas vmbrarum cauſas, & Ecclypſium marceſcentes ſapientiæ vanitates vocat. Sanè hi Patres non tam diſciplinas iſtas, quàm ijs abutentes increparunt: quòdq. dũ plurimi faciem cæli dijudicant, terram metiuntur, & alia huiuſmodi ſatagunt, relinquant interim potiora, ſeq. ipſos à ſeipſis, pluſquam res à materijs abſtrahant; reliqui verò ſyderibus, aut caſui tribuant, quæ bonis, & Chriſtiano dignis operibus æterna præmia debentur. Iam ad Romanos quod attinet, quoniam in Imperij adminiſtrationem ſedulo incumbebant, ex ijſdem diſciplinis, quæ negotijs explicandis neceſſaria videbantur, ea, ceteris omiſſis, vſurparunt. Quamobrem Cicero inquit. In ſummo honore apud Græcos Geometria fuit: itaque nihil Mathematicis illuſtrius. At nos (ait) metiendi, ratiocinandique vtilitate inſpecta, huius artis terminauimus modum. E

Auguſt. lib. de Ordine.

Amb. lib. 6. in Hexameron.

Cic. in prima Tuſculana.

Verumenimuerò fuere alij ſiue Antiqui ethnici, ſiue poſtea, vel certè Patrum noſtrorum memoria, Phyloſophi, qui hypotheſes Geometrarum, quæve ducuntur inde argumenta negantes, Mathemata penè omnia, ſicuti & facultates alias, conati ſunt euertere: Et hi non ſolum Sceptici, verum etiam noſtri temporis Philoſophi quidã fuere. De illis fuſius agit Sextus Empiricus. De vtriſque autem preſſius Io. Franciſcus Picus Mirandulanus cap. 61. & ſequentibus libri tertij de examine doctrinæ vanitatis Gentium. Socratem autem narrat Xenophon cenſuiſſe tantum opere dandum eſſe Geometriæ, quantum agrorum menſurationi, ac diſtributioni eſſet ſatis. Neque enim ipſis probabantur, qui difficili figurarum cognitioni nimis inuigilarent,

Sextus Empiricus.

Xenophon in lib. de dictis Socratis.

quam-

A quamuis Mathematica noſſet egregiè. Sed ſapienter ille quidem pro hominis ethnici captu, quippe qui moralem Philoſophiam, tanquam Reipub. vtiliorem, alijs quoque philoſophiæ partibus præferebat, quòd in his plures ſint nodi, qui cum fatigent ingenia, ij neque animi tranquillitatem, nec felicitatem pariunt. De Ariſtotele quidem negandum non eſt, quin dixerit, Antiquos fuiſſe deceptos, quòd cum naturalib. Mathematicas diſciplinas commiſcerent. Quare & Auerroes negabat eas ad felicitatem facere. Quod ſi verò aliquis perfectionem ijs atrogaſſet ex modo cognoſcendi; reſpondit: perfectionem eſſe non poſſe ex parte cognitionis, vbi principia certa non eſſent: reuocantur enim in dubium diuiſio continui infinita, & puncti, & lineæ, & alia permulta. Quin & alij illud attulerunt: Cum ad infinitum Geometricæ figuræ produci poſſint, demonſtrari quicquam in eis per veras cauſſas non poſſe. At omnes iſti plus ſpectabant, quod habebant præ manibus, quàm vt ſibi propoſuiſſent eas

B diſciplinas profiteri, in quibus ſi magis profeciſſent, ea reſpondiſſent, quæ Mathematici præſtantes aduerſus illa ſolent afferre. Profectò non deſtitit Ariſtoteles, qualibet occaſione à Mathematicis præſidium, aut exempla accerſere ad id, quod in philoſophis erat neceſſe comprobandum. Ad extremum haud deſunt qui ſupervacaneam inquiunt eſſe operam in Euclidis theorematibus omnibus percipiendis, quandoquidem eius propoſitiones reduci poſſint ad pauciores. Veruntamen neque id ſupervacaneum fuerit, ſunt enim paucę quędam pro principijs: aliæ pro concluſionibus: plurimæ pro conſequentibus, quæ vocant corollaria: nonnullæ conuerſæ, quas Euclides ſuo deduxit arbitratu ad exercendam iuuentutem. Quo magiſtro non licet maiorem eſſe diſcipulum. — *Euclide Magiſtro non licet maiorem eſſe diſcipulum.*

C Hæc cum ita ſint, neceſſitatem, dignitatem, atque vtilitatem diſciplinarum Mathematicarum illa demonſtrant, quòd ad contemplandi, atque ad agendi rationem Plato, & Ariſtoteles eas aſciuerunt. — *Neceſſitas. Dignitas. Vtilitas Mathematicarũ.* Vt Plato totum Mathematicum ex Arithmeticis, & Geometricis genus à ſenſibus abductum, ſuis verbis appellet ἐλκτικὸν, ἀγωγὸν παρακλητικὸν, ἐγερτικὸν, μεταστρεπτικὸν νοήσεως, διανοίας, θέας, ἀληθείας, hoc eſt eiuſmodi, vt alliciat, impellat, excitet, erigat, conuertat intelligentiam, ratiocinationem, contemplationem, & veritatem. Quibus verbis non Sophiſticas vmbras, ſed Logicam mẽtis actionem intelligit, qua veritatis demonſtratio potius, & accuratius conſideratur. Ac ſanè Timæus Platonis, & Phyſica Ariſtotelis maximo ſunt argumento, quantam præferant lucem Philoſophiæ ipſa Mathemata. — *Timæus Platonis.* Nam in Timæo Plato facit Deum componentem Mundi animam rationibus Arithmeticis; & pro-

D portionibus, deinde corpus Geometricis figuris. Quamobrem Phyſica Platonis, è numeris, & lineamentis, Arithmetica, & Geometrica eſt: quæ ſanè ab Geometriæ ignaris intelligi nequeunt. Inde igitur factum, ut in Academiæ veſtibulo præfixum eſſet à Platone tritum illud, οὐδεὶς ἀγεωμέτρητος εἰσίτω. Nemo Geometriæ expers ingrediatur. Ariſtotelis verò vniuerſa de motu, & quiete, de tempore, cæloque, ac de animalium progreſſu hiſtoria, totaq. illa diſputatio Phyſica non tàm exemplis, quam etiam fundamentis Geometricis abundat. — *Ariſtotel. loci ubi agit de Mathematicis.* Primò enim libro in medium adducit tetragoniſmum Antiphontis, ut illum improbet. — *Tetragoniſmus Antiphõtis.* Secundo affert exempla de duobus rectis in triangulo, præter id quod in Poſterioribus Analyticis egit. Tertio de compoſitis gnomonibus attingit quędam. — *Compoſiti gnomones.* Reliquis de infinitate magnitudinis motus, ac temporis. Vt in eam opinionem Viri docti venerint, eorum librorum integram à pleriſ-

E que expoſitionem omitti, quòd Mathematicas diſciplinas altius non percepterint. — *Cur ab aliquib. omitta tur expoſitio aliquorum librot. de Phyſico auditu.* Sed & in libris de Cælo Ariſtoteles non tacuit, quod diameter ſit incommenſurabilis lateri: deq. triangulis, atque pyramide, deq. ſphæra octo pyramidibus compoſita. In Meteoris verò quam multus eſt in Mathematicis adhibendis. Idem de Metaphyſicis dicendum eſt, nam ut reliqua miſſa faciamus, ſiue quæ Plato in Epinomide ad eius dialogi calcem aſſerit, inter ſpeculatrices ſcientias Arithmeticam adnumerans; — *Plato in Epinomide.* ſiue quæ Alcinous Iſagogen in doctrinam Platonis ſcribens, & Mathematicas diſciplinas extollens: quæve Carpentarius in eundem Alcinoum tradit: — *Alcinous. Carpẽtarius.* Certè Ariſtoteles 12. Metaphyſicæ illa tria conſiderat, An mathemata, & quo pacto ſint. An ſint ideæ, & ſpecificus numerus. An numeri & ideę entium principia ſint. — *Ariſtotel. 12. Metaph.* Quibus omnibus

per-

per neceſſaria quædam Mathematum ſcientia eſt. Atqui cum Plato 6. & 7. de Re- A
pub. abſolutam Philoſophię diſtinctionem tradidiſſet: nimirum, vt Intellectualia Me
taphyſicen conſtituerent, Senſibilia Phyſicen, cogitabilia Mathematicam: Ariſtote-
les autem ſexto Metaphyſices per alia obiecta, concretionem vtique materiæ, & ab-
ſtractionem ſecundum rationem, & ſecundum eſse Philoſophiam ſpeculatiuam diui
ſiſſet: Si quis Mathematicas diſciplinas ignorauerit, non ſolum quomodo in hac re in
ter ſe conſentire poſſint Plato & Ariſtoteles, ignorabit, verum etiam haud aſſeque-
tur, quomodo Ariſtoteles ſtrictius illam aſſumpſerit, cum de parte tantum primę Phi
loſophię agit, quę incorporeas ſubſtantias re à materia ſeparatas rimatur: quo ſanè
pacto Ariſtotelis diuiſio rectè defenditur. At Plato vniuerſam Metaphyſicam intel
lexit, qua in re ad diuerſa obiecta neceſſariò erat confugiendum. Iam ad ipſam quo-
que Theologiam noſcendam quantopere Mathematicę pertineant, monſtrarunt anti B
qua ſecula, & illud potiſſimum, quo Nicęna Synodus eſt habita: nouiſſima item, in
qua, ut in Nicæna, de tempore Paſchatis, ac de reliquorum, ut uocant, mobilium fe-
ſtorum celebratione agendum fuit: qua una re totius Chriſtianę Reipublicę ordo, ac
gubernatio continetur; ne modo digrediar ad ea, quę paſſim in Scripturis occurrunt
de ſtellis, orbibus, menſura, & architectura templi Salomonis, & de alijs pluſquam
ſexcentis. Sin Medicinam reſpicimus, adeſt Galenus medico negans corporum cu-
rationem eſse committendam, qui temporum motus, & opportunitates ignoret: qui-
bus ignoratis plerunque interitum afferat, à quo ſalus & ſanitas expectatur. Agrico-
lę verò ipſi, dum in tempore non fiunt inſitiones, plantationes, ſementes, penuriam &
caritatem ſoliti ſunt experiri. Architas quoque, & Eudoxus, ut refert in Marcelli uita
Plutarchus, cum Geometricas contemplationes ab animo, & rebus in mentis tantum C
contemplationem cadentibus ad rerum ſenſibilium, & corporearum exempla tradu-
xiſſent, Geometriam exornarunt non tam Logicę, quam practicę demõſtrationis va-
rietate. Et Ariſtoteles Mechanica docuit, literiſq. prodita euulgatur. Neque verò
ij tantum ex hac re percepti ſunt fructus, quod Architas ligneæ columbæ volatum in-
diderit, quam ita libramentis ſuſpenderat, vt aura ſpiritus occulta concitaretur; vel
quod Archimedes, & Poſſidonius ſphæras eas fabricauerint, in quas, vt Cicero in-
quit, cum Solis & Lunæ, ac quinque errantium motus alligaſſent, effecerunt idem,
quod ille, qui in Timæo Mundum ędificauit Deus, ut tarditate, ac celeritate motus
difficillimos una regeret conuerſio: uel quòd Muſcam, & Aquilam Geometricis pen
nis illatã Norimberga exhibuerit: uel quę Claudius Gallus hiſce proximis annis Ty
bure in Aeſtini Cardinalis hortis uiſus ſit penè noua naturę miracula edidiſſe; cùm D
effeciſſet, ut aquarum leni, ac placido illapſu æneę auiculę motu, uoce, cantu ad noctuę
aduentum opportunè intermiſſo, ad eius diſceſſum repetito opportunius, ità imitarẽ
tur ueras, ut potius qui fictas aſſereret, temerarij, quàm qui veras æſtimaret, nimis cre
duli nomen mereretur: (Addidit autem & hydraulium, è quo ſuauiſſimus & harmo-
nicus ſonus inaudiebatur) Quodque (quod ſanè fuit adhuc magis admirandum) ad
eius arbitrium cęleſtis arcus, quem Latini Iridem dicunt, ita eleganter, ac ueré circum
duxerit; ut eſset laudandus Deus, qui tale, etiam in rebus huiuſmodi, acumen huma
nis ingenijs dediſſet. Non hi tantum inquam ex Mathematibus percepti ſunt fructus
in rebus quę ſub actionem cadunt: uerum alij innumeri: ut in una Geodęſia, qui pri-
mus Geometricę exercitationis, & actionis eſt campus, unicum radij inſtrumentum,
lineas, proindeq. ſuperficies, & corpora metiatur. Geometrę autem non modo ędifi- E
cia quęlibet, ſed terras, maria, cęliq. meatus radio deſcribant, & ſurgentia ſydera di-
cant. Sic Geodęſicus Geometrię uſus latiſſimè per cęlum, terraſq. diffuſus eſt: vt homi
nibus cęli cardines deſcripſerit, uagis autem ac fixis ſyderibus domicilia, & ſedes no-
tauerit, Europam, Africam, Aſiam climatis diſtributam ad cęli ſpeciem delineauerit,
laboremq. illum Hipparchicum, uel Superis (inquit Plinius) improbum ſuſtinuerit.
Neque uerò his finibus adhuc laudes tantę disciplinę circumſcribuntur. Hiſtorici e-
nim, & ante illos Plato ſcribunt, plurimum intereſse Ducis exercitus; Geometricus
ſit, necne, ad caſtrametandum, ad locum anteuertendum, ad contrahendam, & laxan
dam aciem, ad copias ceteris ordinandas modis: ad ipſa quoque itinera, & pręlia cõ-
mittenda.

Plato 6. & 7. de Rep.

Ad Theologiam noſcendam utiles Mathematicæ.

Medicinæ eſſe neceſſarias Mathematicas.

Agricolæ quid à Mathematicis.

Architas.

Eudoxus.

Mechanica.

Volatus inditus ligneę columbę ab Archita.

Sphæra Archimedis.

Muſca Norimbergæ.

Auiculę, Iris Hydraulium Claudij Galli in hortis Tyburtinis.

Geodęſia.

Radius.

Geodæſicus Geometriæ uſus.

Labor Hipparchicus.

Ducib. belli Mathematicas prodeſſe.

q

A mittenda. Enimuerò vexillum à Centurione tanquàm punctum ſtatuitur, vnde vel
circulus, ſi copias exiguas videre oporteat, vel quadratum, ſi magnas, circumquaque
certo interuallo deſcribitur, itinera in pontium, & nauium fabrica, in fluminum deri
uatione equitum hinc, & illhinc inter medios pedites collocatione, Geometrico arti-
ficio, conficiuntur. Locus iiſdem artibus oppugnatur, & propugnatur, hinc agge-
res, vineæ, turres ambulatoriæ, ceteræq. machinæ oriuntur. Ergo Geometria utilita
tem hanc militiæ attulit, eademq. ſuis figuris præliorum varietates admirabiles effe-
cit. Cuneo facto pauci Cæſaris milites Sicambrorum aliquot millia perruperunt, at
que euaſere incolumes. Orbe item facto trecenti Legionarij ſex millia Morinorum
amplius horis quattuor ſuſtinuerunt. Siracuſæ uerò aduerſus Marcellum ab Archi-
medæ ita defenſæ ſunt, vt in illa oppugnatione Briareus, & Centimanus appellaretur
B à Romanis, tanquam poeticis fabulis celebratos Gigantes, vel Iouem potius ipſum
viribus æquaret. Proclus autem à Zonara memoratus, non ſolum Archimedis inuen
ta tenuit, ſed ex ſeſe noua quædam attulit, & adiecit; ſuis enim machinis apud Byzan
tium claſſem hoſtium deleuit: vrentia nempe ſpecula ex ære fabricauerat, eaque de
muro è regione hoſtilium nauium ſuſpenderat, in quæ cum ſolares radij incidiſſent,
ignis fulminis inſtar erumpens claſſiarios, claſſemque combuſſit. Talis Geometra
fuit, & Priſcus ille apud Dionem in Seuero. Talis Drognetus apud Vitruuium, &
alij permulti.

Geometriæ utilitas. Cunei utilitas in acie militũ Cęſaris. Orbis utilitas in acie. Archimedes Syracuſas tutatur. Proclus. Specula urẽtia ex ære cõburunt claſſem. Priſcus. Drognetus.

Et hæc ſanè pluſquam ſatis videri poſſent ad excitanda erga diſciplinas iſtas inge-
nia, niſi quo ad earum adhuc laudem pertinet. Alterum, quod quidem à Platone di-
ctum, quod nimirum (vt inquit Plutarchus) Platonicum characterem ſapit, licet in
C eius dialogis non extet, nempe τὸν θεὸν μάλιςα πάντων γεωμετρεῖν. Alterum, quod ad
earum originem ſpectat, quæ ab antiquiſſimo Patriarcha Abrahamo manarunt in a-
lios. Sanè vero is, cuius Diuina mente ad omnium ſalutem, & conſeruationem cun-
cta prouidè adminiſtrantur, vniuerſitatem hanc Geometrica proportione temperare,
ac moderari à Platone dictus eſt; quippe qua omnis Dei functio contineatur; tam ea,
quæ in contemplatione eſt poſita, quàm illa, quæ Mundi fabricatione, atque admini-
ſtratione perficitur. Et verò Plutarchus Deum inquit in Mundi productione Geome
tram ita egiſſe, vt problema illud Geometricum confecerit. Datis duabus figuris ter
tiam conſtruere, alteri quidem æqualem, alteri uerò ſimilem. Quod Plutarcho au-
ctore celeberrimum illud fuit, quo inuento Pythagoras, ſiue Thales fertur ſacrificaſ-
ſe; Sed & alterum, quod Pythagoræ omnino tribuitur à Proclo, & ab omnibus anti-
D quis, illud eſt, quo in rectangulo triangulo lateri angulo recto oppoſitum, quadratũ
æquale probatur duobus reliquorum laterum quadratis. Sic igitur Deus ex Platonis
ſententia Mundum eſt fabricatus. Illa enim, è quibus prima Mundi origo conſtitit,
Plato partitur in tria, Deum, Materiam, & Ideam, hoc eſt, Deum efficientium cau-
ſarum præſtantiſſimum. Materiam ſubiectum omnium maximè inordinatum. Ideã
exemplarium omnium pulcherrimum. Quamobrem ſi quis animo concipiat Deum
tanquam ſapientiſſimum, atque omnium Geometricum Architectum, cui materia, at-
que idea tanquam duæ inter ſe diſcrepantes figurę ſint propoſitę, quique Mundum
debeat, tanquam tertiam figuram aliquam ex duabus propoſitis ſimilem alteri ęqua
lem conſtruere, is intelliget Mundum à Deo ex omnibus ſubiectis, atque ex uniuerſa
materia fuiſſe coagmentatum. Sed cum nihil uellet inconcinnum, atque inordina-
E tum relinquere, ſed ratione, menſura, numero exornare (nihil enim futurum erat Mũ
do pulchrius, vel etiam ædificatore pręſtantius) Iccirco pulcherrimum, æternumque
exemplar Mundi opifex eſt imitatus; Sic ergo Mundum formauit, ut ęterni illius exẽ
plaris, ac formę, quam Ideam appellamus, fuerit ſimulachrum. Mundum igitur mate
rię ęqualem, quod ex omni materia illum compoſuerit: Ideę verò ſimilem fecit, quod
illius ſit imago, & ſimulachrum. Duobus igitur, quæ (ſecundum Platonem) iam prę-
erant, Materię ſcilicet, atque Ideæ, tertium addidit Mundum, Ideæ quidem ſimilem,
Materię verò ęqualem.

Ab Abrahamo manaſſe ad alios Mathematicas. Euclid. lib. 1. propoſ. 47. Euclid. lib. 6. propoſ. 25. Athen. li. 10. Diog. Laert. in uita Thaletis. Vitruu. li. 9. cap. 2. Procl. in 47. propoſ. lib. 1. Euclid.

Diſci-

Diſciplinarum Mathematicarum certitudo quænam. Cap. II.

Auerroes in 2. Metaphyſ. com. 16. Thomas. Albertus. Marſilius. Aegidius. Zimara. Sueſſanus. Accoraſus 2.

NVm verò Mathematicæ diſciplinæ ſic primo in gradu ſint certitudinis, quemadmodum Auerroes, alijque Philoſophi inter Latinos aſſeruerunt, ita ſentiendum uidetur, nec Auerroem falſa dixiſſe, nec tamen hos omnes de eâ certitudine intellexiſse, quaſi Mathematicus vel ſolus, vel maximè demonſtratione illa vtatur, quæ nominatur potiſsima; Qua videlicet ſimul, ac liquidò innoteſcit, & quod effectus ſit, & cur ſit. Quaſi, inquam, ex notioribus nobis, et naturæ demonſtret. Nec enim, è quattuor generibus cauſsarum id poteſt efficere. Quod quoniam Alexander Piccolhomineus, ante quadraginta annos peculiari tractatione probauit, quam ſuę in quęſtiones Ariſtotelis mechanicas adtexuit, iccirco cupimus, ut ad eum lector accedat. Ac tamen interim dicimus, res Mathematicas, ex quāuis abſtractione ſint, ſe ipſas penitus, ac medullitus ſenſui noſtro obijcere, atque exerere: quippe quæ non ſolum paſsiones ſuas, verum etiam ſubiecta, & horum formas ſenſui noſtro maniſeſtiſsimas prębent: cum cuncta hęc ſint quantitates, intelligibiles quidem, quę in ſenſibilibus exiſtunt, non tamen prout ſenſibiles, ut Ariſtoteles inquit. Quantitas verò eſt omnium ſenſatorum ſenſatiſsimum. At ipſę res naturales licet ſenſui noſtro ſuas offerant operationes; differentias tamen ultimas hoc eſt formas ipſas, atque ſubſtantias, à quibus paſsiones, ac denique actiones fluunt, occultiſsimè quaſi in profundo, & obſcuro naturę ſinu immerſas habent: neque hę uix diuturno, & aſsiduo effectuum experimento, atque obſeruatione illuceſcunt intellectui noſtro aliquantiſper. Quæ cauſsa mouit Ariſtotelem cur ſexto Ethicorum, ac ſeptimo Metaphyſices quęrens, cur pueri nequeunt effici prudentes, ſapientes, aut naturales, reſponderit; quoniam Mathematicæ ſunt ex abſtractione: aliarum uerò principia diſciplinarum uſu cōparantur: pueri verò, quibus experiētia vix vlla ſit, ad abſtractionem Mathematicam tamen ſunt aptiſſimi. Quamobrem ex Ariſtotele, atque ex eius antiquis interpretibus efficitur, non ſine cauſſa diſciplinas Mathematicas eſſe certas, non ex vi demonſtrationis, ſed ex ipſius ſubiecti ratione. Quin & Proclus io primū Elementorū Euclidis inquit. παντάχοῦ γὰρ τὸ ἀναγκαῖον ἔχουσι οἱ γεωμετρικοὶ λόγοι διὰ τὴν ὑποκειμένην ὕλην, hoc eſt. omninò enim neceſſarium habent Geometricæ rationes ob ſubiectam materiam. Planius autem Ariſtoteles certitudinis Mathematicæ cauſſam aſſignat, nempè quoniam in his diſciplinis haud eſt limitata materia; quæ in corruptibilibus eſt cauſſa certitudinis, ac ſcientiæ deſtructiua vt ita cum ſcholis loquar. Secundo enim metaphyſices libro habet hęc verba. ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν ἅπασιν ἀπαιταίον, ἀλλ' ἐν τοῖς μὴ ἔχουσιν ὕλην. hoc eſt certitudinem Mathematicā non in omnib. expetendam: ſed in ijs, quæ materiam non habent. Quippe quantitas ob imperfectionem ſuam cum ſemper adſit materiæ primæ, nulli autem limitato ſubiecto ſit addicta, atque ideo ab omni materia, facillimè abſtrahatur, facit, ut certitudinem, è ſubiecto ſenſibus familiari, & domeſtico Mathematicę diſciplinę nanciſcatur.

Lib. 7 Metaphyſ. c. 12.

At quoniam hęc ſententia videri nonnullis poteſt aut longiore explicatione digna, aut noua, quum contraria apud multos peruulgata inualuerit; propterea ſciant locum hic non eſſe, ut fuſius de ea agamus: cò minus quod poſt Alexandrū Piccolhomineum, Benedictus Pererius è noſtris, in ſuis libris de principijs, & affectionibus rerum naturalium quæſtionem hanc diligenter expendit; tam primi libri capite duodecimo, quam capite quarto libri tertij. Altero enim loco probat ſcientiam ſpeculatiuam non dici uniuocè de Mathematicis diſciplinis, & alijs, quoniam Mathematica non eſt propriè ſcientia. Altero autem diſquirit, num præſtantiſſima illa demonſtratio, quæ ab Ariſtotele deſcribitur priore libro Poſteriorum, uel ſolùm, uel maximè reperiatur in diſciplinis Mathematicis. At cum obiecta argumenta ibidem diluat, tum ſolidis argumentis veritatem aſtruit, noſtramque ſententiam comprobat. Quæ quidem Platonis etiam fuit, qui in libro ſeptimo de Republica dicit Mathematicos ſomniare circa quantitatem, atque in tractandis ſuis demonſtrationibus, non ſcientificè, ſed ex quibuſdam ſuppoſitionibus procedere. Quamobrem non uult doctrinam

corum

A eorum appellare intelligentiam, aut ſcientiam, ſed tantum cognitionem. Fuit etiam Procli, quòd & ex iſs, quæ ex illo diximus, & è pleriſque aliſs cerni poteſt, quæ ſcripſit in primo libro ſuorum Commentariorum in Euclidem. Elicitur autem ex iſs quæ ab Ariſtotele 1. Poſteriorum de perfectiſſimo genere Demonſtrationis dicuntur. Mathematicus enim neque conſiderat eſſentiam quantitatis, neque huius affectiones tractat, prout manant ex tali eſſentia; neque declarat eas per proprias cauſſas, propter quas inſunt quantitati, nec conficit Demonſtrationes ſuas ex prędicatis proprijs, & per ſe; ſed ex communibus, & per accidens. Id quod ipſe Peretius exemplis etiam adductis probat iiſdem in locis.

Origo, Diuiſio, Occaſio pietatis, & Cautiones in Mathematicis. Cap. III.

B

Origo Mathematicarũ.

IAm ad Mathematicarum originem quòd attinet, ſi Græcos ſpectemus, eam Thaleti tributam fuiſſe notum eſt, quòd eas ex Aegypto tranſuectas primus docuit, Pythagoras excoluit diligentius, Academia ad perfectum adduxit: Euclides potiſſimũ, qui tempore primi Ptolemæi vixit, vt conſtat ex Proclo: Sed Abrahamum docuiſſe Aegyptios ſatis conſtat, unde poſtea, tum illæ, tum reliquæ diſciplinæ in Orbem, ut ſupra diximus, emanarunt.

Euclides. Abrahamus.

Diuiſio Mathematicarũ

His cognitis, reſtat ſcientiarum Mathematicarum diuiſio, quam ſi petamus à Pythagoreis, vniuerſam ij Mathematicam quadrifariam diſtribuerunt. Vnam quidem illius partem Quoto; alteram Quanto attribuentes; harumq. partium vtramque duplicem ponentes: Quotum enim aut per ſe ſubſiſtere dixerunt, aut iuxta reſpectum ad

C aliud conſiderari: Quantum autem vel ſtare, vel moueri: & Arithmeticam quidem, quod per ſe eſt, Quotum contemplari: Muſicam verò quod ad aliud: Geometriam verò quantum, quatenus eſt immobile, & ſphæricam, quod per ſe mouetur. At hæc diuiſio viris ſapientibus non omninò probatur, quippe, quæ Mathematicas alias, ſiue ex Mathematicis mixtas diſciplinas excludat, Perſpectiuam, Geodæſiam, & ſimiles. Rectius itaque aiunt, Geminum Mathematices duas feciſſe partes; quarum alteram in abſtractis repoſuit, alteram autem in ſenſibilibus: quam diuiſionem Ariſtotel. amplexus eſt; atque eius quidem, quæ in abſtractis verſatur, duas longè primas, præcipuaſque poſuit partes, Arithmeticam nempe, & Geometriam; eius verò, quæ in ſenſibilibus officium, & opus ſuum exercet, explicat ſex, Supputatricem, Muſicam, Perſpectiuam, Geodæſiam, Aſtrologiam, & Mechanicam.

Quotum. Quantum. Arithmetica an cõſideret quotum. Geometria an quantum. Geminus, de quo vide Proclum cap. 13. 2. Phyſicor. cap. 13. Vera Mathematicarũ diuiſio.

D Militarem autem artem, quam nonnulli inter Mathematicas numerarunt: eam inquam, quæ ad inſtruendas, coordinandaſq. pertinet acies, ipſe reiicit, ſiquidem ipſa modo eſt ſupputatrix, ut in recenſendis legionibus, modo Geodęſia, ut in diuidendis, dimetiendiſq. caſtrorum metationis ſpatijs.

An Militaris inter Mathematicas numerãda.

Rurſus, quod ad Mathematlca percipienda, occaſionemq. ex iis quadantenus capiendam ad ea, quæ pietatis ſunt, facere poteſt, id ex Boetio, atque ex Hugone à S. Victore huc adtexendum eſt, quod quidem hic ex illo, ubi egit de ortu diſciplinarum in ſuum Didaſcalicum inſeruit. Boetius enim cum Philoſophiam diuiſiſſet in Theoricam, Practicam, Mechanicam, & Logicam; Theoricam autem in Theologiam, Mathematicam, & Phyſicam, rurſus ipſam Theoricen ſecuit in intellectibilem, in intelligibilem, & naturalem: per intellectibilem ſignificans Theologiam, per intelligibilem

Vndenam occaſio capienda ſit pietatis inſinuãdę per Mathematicas.

E Mathematicam, per naturalem Phyſicam. Hinc igitur Hugo cum dixiſſet, Mathematica abſtractam conſiderare quantitatem: hanc eſſe dicit, quàm intellectu à materia ſeparantes, vel ab aliis accidentibus, ut eſt par, impar, & huiuſmodi, ſola ratiocinatione tractamus: quod quidem doctrina facit, non natura.

Hugo de ortu diſciplinarum in ſuo Didaſcalico.

Porrò intelligibile id Boetius dixit, quod ſimilitudo quidem eſt ſenſibilium, nec tamen ſenſibile. Intellectibile autem, quod nec ſenſibile eſt, nec ſimilitudo ſenſibilis. Intelligibile igitur, licet ſolo percipiatur intellectu, non ſolus tamen intellectus id percipit: Hic enim imaginationem, vel ſenſum adſciſcit, quo ea, quæ ſub ſenſum cadũt, comprehendat. Quamobrem tangendo corpora degenerat, quia dum uiſibiles corporum formas per ſenſuum paſſiones percurrit, eaſque attractas per imaginationem

Intelligibile quid ſit Boetio. Intellectibile quid. Quomodo intellectus degeneret.

A in ſe trahit. toties à ſua ſimplicitate ſcinditur, quoties aliquibus contrariæ paſſionis qualitatibus informatur. Cum verò ab hac diſtractione ad puram intelligentiam cõſcendens in vnum ſe colligit, fit beatior intellectibilis ſubſtantiæ comparatione.

Quin etiam idem vir ſapiens Hugo occaſionem capiens è Mathematicis, præſertim autem ex Arithmetica docendi ſimul, & animos ad pietatem ædificandi, ſic agit, vt huius progreſſionis, regreſſionisque rationem ipſo etiam numero nos doceri demonſtret.

Hugo à S. Victore lib. 2. erudit. didaſc. c. 5. de quaternario animę.

Quaternati numerus.

Ternarius.

Prima animę progreſſio.

Dic (inquit Hugo) ter vnum, fiunt tria: dic ter tria, fiunt nouem: dic ter nouem, fiunt viginti ſeptem: dic ter viginti ſeptem, fiunt octoginta vnum. Ecce in quarto gradu tibi vnitas prima occurrit, idemq. euenire videbis, ſi vſque ad infinitum duxeris multiplicationem, vt ſemper in quarto gradu vnitas emineat. Rectiſſimè autem ſimplex animæ eſſentia vnitate exprimitur, quæ ipſa quoque incorporea eſt. Ternarius B quoque propter indiſſolubile mediæ unitatis uinculum congruè ad animam refertur; ſicut quaternarius, quia duo media habet, ideoq. diſſolubilis eſt, & propriè ad corpus pertinet. Prima igitur progreſſio animę eſt, qua de ſimplici eſſentia ſua, quę monade figuratur, in virtualem ternarium ſe extendit, vbi iam per cõcupiſcentiam aliud appetat, aliud per iram contemnat, per rationem inter vtrumque diſcernat. Et rectè à monade in triadem profluere dicitur, quia omnis eſſentia naturaliter prior eſt potentia ſua. Rurſum quod eadem vnitas in ternario multiplicante ter inuenitur, hoc ſignificat, quod anima non per partes, ſed tota in ſingulis ſuis potentijs conſiſtat. Neque enim vel rationem ſolam, vel iram ſolam, uel concupiſcentiam ſolam, tertiam partē animę dicere poſſumus, cum nec aliud, nec minus ſit in ſubſtantia ratio, quàm anima, nec aliud, nec minus ira, quàm anima, nec aliud, nec minus concupiſcentia, quàm anima, ſed una, eademq; ſubſtantia, ſecundum diuerſas potentias ſuas diuerſa ſortitur vocabula. C

Secunda progreſſio.

Deinde à virtuali ternario ſecunda progreſſione ad regendam humani corporis Muſicam deſcendit, quę nouenario componitur, quibus quia nouem ſunt foramina in humano corpore, ſecundum temperantiam naturalem influit, & effluit omne, quo idem corpus vegetatur, & regitur. Hic quoque ordo eſt, quia prius naturaliter anima potentias ſuas habet, quàm corpori commiſceatur.

Anima naturaliter habet potētias ſuas priuſquàm corpori commiſceatur.

Tertia animę progreſſio.

Quarta animæ progreſſio.

Poſtea autem in tertia progreſſione per ſenſus iam extra ſe profuſa, ad uiſibilia hęc, quę per viginti ſeptem, qui ſolidus numerus eſt, & trina dimenſione ad ſimilitudinem corporis extenditur, figurantur diſpenſanda per infinitas actiones. In quarta autem progreſſione, ſoluta à corpore ad puritatem ſimplicitatis ſuę reuerſituri, ideoque in quarta multiplicatione, ubi ter uiginti ſeptem in octoginta unum excreuit, monas in ſummo apparet, ut euidenter, D clareat, q anima poſt huius vitę terminum, qui per octoginta deſignatur, ad vnitatē ſuæ ſimplicitatis redeat, à qua prius diſceſſerat, cum ad humanū corpus regendum deſcēdebat.

Pſalm. 89.

Quod autem in octoginta meta humanę uitę naturaliter conſiſtat, Propheta declarat, Si, inquit, in ualetudine octoginta anni, & amplius, eorum labor, & dolor. Hanc quadruplam progreſſionem, illam quaternarium animæ, de quo ſupra locuti ſumus, quidam intelligendum putant, eumq. ad differentiam quaternarij corporis, quaternarium animę appellarunt.

Premonitio ſalutans.

Io. Franciſci Pici libri de prænotione, quam docti, & utiles.

Cęterum hoc loco pręmonendum eſt, eos, qui pręmuniri uelint aduerſus ſeu nimiam curioſitatem, ſiue penè ingenitam cupiditatem futura prænoſcendi, ſiue adeo aduerſus Commenta eorum, qui per Geomantiam, Aeromantiam, ſiue Auguria, & Auſpicia, Chiromantiam, Aſtrologiam Diuinatricem, & alia id genus profitentur E ſeſe futura poſſe prænoſcere, aliqua ſanè ex ijs, quæ ſequuntur intellecturos, uerum tamen & utiliter lecturos, nouem libros Ioan. Franciſci Pici de Prænotione. Primo enim libro, poſtquàm egit de prænotionis nomine, eſſentia, cauſſis interioribus ſiue principijs; deinceps autem undenam homini pręnotio, & cuius gratia diſquirenda ſit; Mox ſecundo diſſerit de uera, Diuinaque prænotiones. Tertio eam, quæ ſecundum naturam eſt, adducit in medium, & pręſcriptos ei limites oſtendit. Quattuor uerò inſequentes confutandis ſuperſtitioſis pręnotionibus addixit. At iſtorum primo, qui quartum tenet locum in ordine, pręliatur aduerſus aperta cum Dęmone pacta fędera, è quibus ducuntur plurimę diuinationum ſpecies. Tribus reliquis

A eliminātur, quæ de occulto prodeūt pacto. Quintus n. aduerſus Aſtrologiam pugnat. Quo & libros duodecim Io. Pici patrui ſui contra eandem compendio clauſit; nõnulliſq. etiam adiectis omnium rationes diſſoluit, & refutauit, quæ ad eam vſque diem aduerſus illud Patrui ſui opus prodierant in lucē. Sextus agit contra Chiromantes, Geomantes, Augures, & reliquam ſuperſtitioſam turbam. Septimus redarguit Magicas vanitates, & profanas, quæ inde ſcaturiunt, præſenſiones, cum alterutro fulciantur pacto, & ab vtroque dependeant. Octauus prænoſcendi cupiditati præſcribit meram. Nonus dilucidè monſtrat, quibus modis Diuinæ prænotiones à naturalibus, ac ſuperſtitioſis, & curioſis dirimi queant.

Arithmetica princeps inter Mathematicas. Methodica eius expenſio, Quinam contra illam, aut de illa viri celebres ſcripſerint. Caput III.

B QVi de Arithmetica ſcripſerunt Antiquiores, ij ſunt, quos huic capiti adſcripſimus. Qui ex recentiorib. methodū ipſius tradidere, fuere, vel Catholici, vel qui, cum numeros ſubducere nouiſſent, fidei articulos aut ignorarunt, aut integrè credere noluerunt. Ex Catholicis autem ſuffecerint ad introductionem vel Chriſtophorus Clauius de Arithmetica, vbi accuratiſſimè agit de ſupputatrice, vel (ſi ſummatim capita tractationis Arithmeticę aliquis noſſe ſat habeat) Petrus Gregor. lib. 15. de arte mirabili; aut deniq; ſi ipſam Philoſophicā Methodum ea de facultate aſſequi cupit, Iacobus Mazonius libro de triplici Hominum vita, à quęſt. 2928. vſq; ad 2683. nam bis milleſimam ſexcenteſimam octogeſimam quartam inchoat à Muſica. Ceterum, ille inter Mathematicas diſciplinas principem facit Arithmeticam, rectè: quę matris quodam modo ad reliquas proportionem obtineat: Siquidē ſublata Arithmetica, Geometria quoque corruit, & cū ſitu non egeat, ceteris omnibus ſimplicior eſt, ſiquidem tractat numerum, illiuſq. proprietates: quarum cognitio hauritur abſque poſitione, quod in quantitate continua non accidit.

Clauij Arithmetica practica. Petrus Gregorius. Iacob. Mazonius. Arithmetica princeps inter Mathematicas.

Vt verò methodicè hanc facultatem expendat, Numeri ſpeculationē in duas principes partes partitur; numerumq. conſiderat, vel abſolutè ijs in reb. quę Arithmeticæ tantū propriæ ſunt, vel vt ad aliquid refertur, hoc eſt, ad ea, quæ in Geometricis figuris, & in earum ſpatiorum dimenſionib. poſſunt etiam perſpici. In prima parte, paris, imparis, perfecti, imperfecti, & ſuperflui naturam, diuiſionemq. abſoluit. In ſecunda, numeri lineares, triangulares, quadrati, ceteri, quos ſola pendit plana dimenſio, necnon in æquali laterum compoſitione coniuncti, ſolidi etiam, id eſt, Cubi, Sphęrici, Py-

D ramides, Laterculi, Cunei, atque hoc genus alij expenduntur.

Methodica Arithmeticę expenſio.

Sic poſtquam egit de numeris, qui circa Geometricas dimenſiones verſantur, ad Arithmeticā relatam deſcendit, atq; inde ad proportiones Arithmeticas, Geometricas, Harmonicas. Exinde ad Arithmeticam ſupputatricem tum abſolutam, tum relatam. Ad artem denique, quam vocant Arabes Algebram. (Algebra enim ſignificat reſtaurationem numeri) ſiue Almucabalam, quæ ſupputatricis eſt pars, quę regulis Algebraicis perficitur, cuius primarium propoſitum eſt æqualitatis proportio.

Algebra qd deſignet.

Quid verò contra facultatem Arithmeticæ Pyrrhonij diſputauerint, Sextus Empiricus egit tam in tertio Pyrrhoniorū, quàm in libro contra Phyſicos, vbi ſcripſit de numero motus, quàm etiā in lib. contra Arithmeticos. Ioannes autem Franciſcus Picus Mirandulanus, ſummatim inde collegit, quę huc facere videbantur, initiū à Numero

E capiens, quē Pyrrhonij vniuerſ(e) euertere procurarunt, vnitate ſublata; quam maximè Pythagorici coluerunt, ſed differenter, quippe, quorum alij ex duobus principijs, vnitate videlicet, & dualitate ſine termino, numeros omnes conſecerunt, ex numeris verò ſigna, ſiue puncta, & lineas, & ſuperficies, & ſolida. Alij verò ex vno ſigno, pūctove omnia conſtituunt, ex quo lineę, ſuperficies, corpora, præcedentib. tamen numeris, ex quibus reliqua ſolida, Terra, Aqua, Aer, Ignis, & vniuerſa Mundi fabrica. Cum autem de Platone, Socrate, & alijs, paucis, ac preſsè egiſſet, ad extremum inquit, Arithmeticam, Geometriam, & ceteras Mathematica, diſciplinas, adeo Platonici haud tanti fecere (quanquam illas habuiſſe in honore exiſtimati ſunt) ut cenſuerint per ſeſe habendas magno in precio, ſed quatenus ad inuiſibilem eſſentiam comprehendendam conducerent,

Pyrrhonij. Sextus Empiricus. Io. Franciſc. Picus lib. 3. Examinis Vanit. Gentiū, cap. 7. Pythagorici vnitatem coluerunt, ſed differenter. Platonici quatenus in honore Mathematicas habuerunt.

ducerent, nec verò ſcientiæ nomine honorarunt, vti apud Platonicum Alcinoum vide- A
ri facile poteſt.

Auctores aliquot, qui de Arithmetica ſcripſere.

BArlaami Logiſtica.
Barocius de numeris Platonicis.
Boetij Arithmetica cum Commentarijs Gerardi Ruffi Pariſijs in fol.
Bombelli Algebra edita Bononiæ in 4.
Diophantes eximius Auctor libros 13. ſcripſit de numeris Poligonijs: ſed non ex- ſtant, niſi ſex. Primus autem fuit, qui Algebram condidit. Edita verò ſunt in eum ſcholia Planudæ.
Chuthebertus Tonſtallus de arte ſupputandi. Pariſijs in 4.
Gemmæ Friſij Arithmetica practica. Pariſijs in 8. Ex omnibus autem compendijs, melius eſſe iudicat hoc Chriſtophorus Clauius. B
Hieronymi Cardani liber de proportionibus, & Algebra probantur eidem Clauio, edita eſt Baſileæ in fol.
Iacobus Mazonius ſuis quæſtionib. de triplici hominum vita, agit de methodo Arith- meticæ, à concluſione 2528. vſque ad 2684. vt diximus: editæ autē ſunt Ceſenæ.
Iordanus in folio, Pariſijs.
Ioſephus Acoſta libri primi 2. cap. de natura Noui Orbis mentionem facit artis nu- merandi, qua Indi excellunt.
Leonardus Piſanus. vide in voce Lucæ à Burgo.
Fr. Lucæ à Burgo liber de Arithmetica Venetijs excuſus eſt. Qui quidem Lucas (quē- C admodum & plerique alij) ex Leonardo Piſano antiquiore Auctore Italo, qui ex- tat manuſcriptus, ſed nondum editus, multa deſumpſit de verbo ad verbum.
Ludolphus Colonienſis molitur opus perfectum Algebræ in Belgio, vt audio.
Ludouicus Viues, vbi de corruptis diſciplinis, agit item quædam de Arithmetica.
Michael Stiphelius edidit Arithmeticam; quæ probatur à viris præſtantibus.
Nicolai Tartaleæ liber non improbandus, Venetijs in folio editus.
Nicomachi Arithmetica, & Ioannes Grammaticus, & Aſclepius in eundem Nico- machum.
Petrus Bongus de myſtica numerorum ratione.
Petrus Gregorius in ſuo libro de arte mirabili: vbi de Arithmetica agit.
Petri Nonij Algebra Hiſpanicè ſcripta, & Antuerpiæ edita in 8. Nam de Arte naui- D gandi ſcripſit Latinè.
Pſelli quadriuium.
Theologumena Arithmeticæ.

Muſicæ ordo inter Mathematicas diſciplinas? Subiectum? Methodus? Auctores aliqui de Muſica practica & ſpeculatiua.

Caput VI.

DE Muſica Ordo, Methodus, Cautiones & Auctores attingendi ſunt. De Ordine id ſciendum eſt, Muſicam ſecundum ſcientiarum ſeriem non mixta- rerum omnium poſt Arithmeticam rectè collocari. Alioquin enim Geome- E tria, & Aſtronomia Muſicam præcedere videntur. Porrò Muſices ſubiectum eſt Nu- merus, uti Sonorus. Conſonantiæ autem numerus haud eſt cauſſa proxima, ſed remo- ta: Siquidem proportio eſt conſonantiarum cauſſa proxima. In Muſica item id mirū eſt, ſecundum naturam ea eſſe priora, quæ compoſitiora ſunt, ea verò poſteriora, quæ ſimpliciora; quod inde fit, quòd Muſica proportio ſecus procedit atque Arithmetica. Siquidem hæc multiplicationi vnitatum ſtudet, illa verò diminutioni. Nam ſicut ter- mini progreſſionis proportionis Arithmeticæ, ſunt vnitates multiplicatæ; ſic termi- ni Harmonicæ ſunt numeri partium, numeratarum in corpore ſonoro, quæ ex illius diuiſione oriuntur. De Muſicæ autem diuiſione vide Martianum Capellam lib. 9.

Cur Muſica poſt Arithmeticam.

Muſicę ſubiectum.

Quid mirum in Muſica.

Iam

A Iam Methodum Muſices tractarunt antiqui Mathematicarum Cultores Ariſtoxenus, & Ptolemæus de hac Diſciplina optimè meriti, ac reliqui item eorum ferè Interpretes Porphyrius, Nicomachus, Gaudentius, Bryennius, Alypius, Ariſtides Quintilianus, & eiuſdem claſſis aliquot Græci. Inter quos, quoniam conſequuti iam ſumus Euclidis, (ſiue forſan Pappi Alexandrini) rudimenta Muſices, & eiuſdem Auctoris ſectionem regulæ harmonicæ, qui duo libelli nunquam integrè in lucem editi ſunt, propterea ne quid in hac re ad hanc ſcientiam tradendam docti viri deſiderent, ipſam Euclidis introductionem factam quidem Latinam, ſed auctam ex manuſcriptis codicib. Græcis huic Tractationi adtexam. Ex ea enim ſeptem harmonices partes optimè intelligentur cum theorematibus ijs, quæ ad regulas harmonicas pertinent.

Methodi Muſicæ, ſcriptores aliqui.

B *Præter Euclidem, & alios Methodum Muſices à duobus recentioribus ſat breuem fuiſſe ſcriptam. Et quænam S. Auguſtino ad inſinuandum è Muſica pietatem, elici poſſit occaſio. Cap. V I.*

IAm præter Euclidem, Boetium, ac veteres alios, ſi quis compendioſam quærat Methodum Muſices, eam inter alios duo hac noſtra ætate attigerunt: Alter Iacobus Mazonius, qui poſt conſonantias, & diſſonantias agit de Muſica organica, ad quam item inſtrumenta Muſices pertinent, mox de Mundana, deinceps de Humana, ac denique de Muſicæ modis à quæſtione 2684. vſque ad 2777. Alter Petrus Gregorius libro duodecimo Syntaxis Artis mirabilis.

Iacob. Mazonius lib. de triplici hominum vita. de quo ſupra in Elencho Interpretũ Ariſtotelis.

Ceterum cum ſex libros, illos quidem non prolixos, ſed ſucci plenos ſcripſiſſet vir S. Auguſtinus, optandum eſt quàm quod maximè, vt ſextum ex ijs potiſſimum le-
C gant, qui in Muſices ſtudijs proficere cupiunt. Prioribus enim quinque libris cum de veſtigijs numerorum ad moras pertinentium egiſſet, ac putaſſet, ea fortaſſis, tanquã leuia, non omnibus probatum iri, hæc verba ſubiecit, quæ ſanè in omnibus bonis artibus eſſent attendenda. Sic autem inquit.

Sextum Auguſtini librũ de Muſica eſſe legẽdum.

Hanc noſtram (hoc eſt ſuperiorum quinque librorum) nugacitatem apud beneuolos homines facile fortaſſis excuſet officioſus labor: quem non ob aliud ſuſcipiendum putauimus, niſi vt adoleſcẽtes, vel cuiuslibet ætatis homines, quos bono ingenio donauit Deus, non præproperè, ſed quibuſdam gradibus à ſenſibus carnis, atque carnalibus literis, quibus eos non hærere difficile eſt, duce ratione auellerentur, atque vni Deo & Domino rerum omnium, qui humanis mentibus nulla natura interpoſita, præſidet, incommutabilis veritatis amore adhæreſcerent. Illos igitur libros, qui leget, inueniet nos cum Grammaticis & Poeticis animis, non habitandi
D *electione, ſed itinerandi neceſſitate verſatos. Ad hunc autem librum cum venerit, ſi, vt ſpero, & ſupplex deprecor, Deus, & Dominus noſter propoſitum meum, voluntatemq. gubernauerit, & eo, quo eſt intenta, perduxerit; intelliget non vilis poſſeſſionis eſſe vilem viam, per quam nunc cum imbecillioribus, nec nos ipſi admodum fortes ambulare maluimus, quàm ruinus pennatos per liberiores auras præcipitare. Ita nos quantum arbitror, aut nihil, aut non multum peccaſſe iudicabit, ſi tamen de numero ſpiritualium virorum iſte fuerit. Nam turba cetera de ſcholis linguarum tumultuantium, & ad plaudentium ſtrepitum vulgari leuitate lætantium, ſi forte irruerit in has literas, aut contemnet omnes, aut illos quinque libros ſufficere ſibi arbitrabitur. Iſtum verò, in quo fructus illorum eſt, vel abyciet quaſi non neceſſarium, vel differet quaſi poſt neceſſarium. Reliquos verò, qui ad iſta intelligenda eruditi non ſunt, ſi Sacramentis Chriſtianæ veritatis imbuti, in vnum, & verum Deum ſumma chari-*
E *tate nitentes, cuncta puerilia tranſuolauerunt, fraternè admoneo, ne ad iſta deſcendant, & cum hic laborare cœperint de tarditate ſua conquerantur, ignorantes itinera difficilia, & moleſta pedibus ſuis, volando ſe poſſe etiam ignorata tranſire. Si autem ij legunt, qui & infirmis, aut inextricatis greſſibus hac ambulare non poſſunt, & nullas pietatis alas habẽt, quibus iſta neglecta prætereuolent, non ſe inſerant inconuenienti negocio, ſed præceptis ſaluberrimæ religionis, & nido fidei Chriſtianæ pennas nutriant; quibus ſuperuecti laborem, at puluerem huius itineris euadant, magis ipſius Patriæ, quàm viarum flexuoſarum amore flagrantes. His enim hæc ſcripta ſunt, qui litteris ſecularibus dediti, magnis implicantur erroribus, & bona ingenia in nugis conterunt, neſcientes quid ibi delectet. Quod ſi animaduerterent, viderent, qua effugerent illa retia, & quiſnam eſſet beatiſſima ſecuritatis locus:*

Aug. lib. 6. de Muſica, c. 1.

Sanctiſſima Auguſtini admonitio adhibenda non tam Muſices, quam aliarũ diſciplinarũ ſtudijs.

Non vilis poſſeſſionis eſſe vilẽ viã.

Contenta ſummatim in 6. lib. de Muſica S. Augu.

A

Hęc cum Auguſtinus è ſancto pectore deprompſiſſet, egiſſet autem de ſonorum numero quidnam eſſet, & quomodo deprehendatur, plura item de trium numerorum ordine diſſeruiſset, quorum alteri in memoria, alteri in ſentiendo, alteri in ſono eſſent; quinque verò numerorum genera nominaſset, quorum primi dicerentur iudiciales: ſecundi progreſsores: tertij occurſores: quarti recordabiles: quinti ſonantes: ad aliorũ numerorum ſuperioribus pręſtantiorum diſquiſitionem aſcendit; rationem omnis cõcinnitatis inuentricem oſtendẽs: ac deinde ſummam numerorum æqualitatem ex creatis æqualitatibus inquirens, vt tandem ad Dei amorem cuncta eſſe referenda, ac quomodo mens triumphare de numeris temporalibus debeat, edoceat; Numerum Harmoniam illam eliciat, quæ ex contemplatione Prudentiam: ex ſanctificatione Temperãtiam: ex impaſſibilitate Fortitudinem: ex ordinatione Iuſtitiam perficit: Id quod potiſſimum in beata uita cęlites ſunt conſecuti.

Lib. 6. cap. 9. 10. 11.

Lib. 6. cap. 16. verſus fin.

B

Ac tamen cum hęc ita ſint, meminerint qui hunc librum legerint, ut ſimul percurrant, quę ſanctus ille Pater ex eo retractauit libro primo ſuarum Retractationum: *Sic enim*; inquit, *ſex libros de Muſica ſcripſi, quorum ipſe ſextus maximè innotuit, quoniã res in eo digna cognitione verſatur, quomodo à corporalibus, & ſpiritualibus, ſed mutabilibus numeris perueniatur ad immutabiles numeros, qui iam in ipſa ſunt immutabili veritate, & ſic inuiſibilia Dei per ea, quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur. Quod qui non poſſunt, & tamen ex fide Chriſti viuunt ad illa certius atque felicius conſpicienda poſt hanc vitam veniunt. Quid autem poſſunt, ſi deſit eis fides Chriſti, qui vnus mediator eſt Dei, & hominum? cum tota ſapientia ſua pereunt. In hoc libro illud, quod dixi: corpora enim tanto meliora ſunt, quanto numeroſiora talibus numeris: anima verò iſtis, quæ per corpus accipit; carendo fit melior, cum ſeſe auertit à carnalibus ſenſibus, & diuinis ſapientiæ numeris reformatur; non ſic accipiendum eſt, quaſi non ſint futuri numeri corporales in corporibus incorruptibilibus, & ſpiritualibus, cum multò ſpecioſiora, & decentiora futura ſint, ut anima eos ſenſura non ſit, quando erit optima, quemadmodum hic eis carendo fit melior. Hic enim opus habet auertere ſe à carnalibus ſenſibus ad intelligibilia capienda, quia infirma eſt, & minus idonea vtriuſque ſimul adhibere intentionem ſuam. Et in his corporalibus nunc illecebra cauenda eſt, quandiu anima illici ad delectationem turpem poteſt. Tunc autem tam firma erit, atque perfecta, ut numeris corporalibus non auertatur à contemplatione ſapientiæ, & ita ſentiat eos, ut non illiciatur ab eis, nec eis carendo fiat melior, ſed ita ſit bona, & recta, ut nec latere poſſint eam, nec occupare. Hæc Auguſtinus.*

Rom. 1.

1. Tim. 2.

C

Sanè verò cum ad perturbationes animi ſedandas Antiqui Muſicen vſurparent, Eccleſiaq. Catholica in accendendis ad pietatem animis, eam rectius ſemper adhibuerit, ſumma ope enitendum eſt, vt rectiſſimus illius vſus inſtilletur adoleſcentibus, iucũditaſque illa, quæ è rebus ſpiritualibus percipitur exiſtat tanta, quanta ad traducendã in Dei laudibus cum hilaritate Chriſtiana vitam ſit ſatis.

D

Vide 2. lib. huius Biblioth. ubi egimus de Pſalmis, et lib. 4. vbi de Clericis.

De ratione autem pſallendi iam ſupra locuti, reſtat, vt Auctores, qui tum de hac, tum de omni cantu, vel ſono, aut harmonia ſcripſere, huc adſcribamus.

Auctores, qui ſcripſere de Muſica Practica, & Speculatiua.

A

Abbas Sublacenſis Benedictinus.
Adraſtus Peripateticus.
Aegidius de Marino.
Albertus Pighius.
Albinus.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Aphrodiſęus.
Alexander Frigiodacus.
Alypius.
Ambroſius.
Andreas Pappius.
Andreas Tiraquellus.
F. Angelus Picigitonenſis.
Angelus Politianus.
Annales Petri.
Antoninus.
Architas Tarentinus.
Ariſtides. vide infra Quintilianus.
Ariſtoteles.
Ariſtoxenus.
Arnaldus.
Athenęus li. 4. dipnoſoph. c. 5. 14. 15.
S. Auguſtinus.

B

Baptiſta Mantuanus.
Bartholomeus Anglicus.
Bartholomeus Caſſanæus.
Bartholomeus Ramus.
S. Baſilius.
Beda.
Bernardinus Bogetanus Germanus.
S. Bernardus Abbas.
Bion.
Blaſius.
Boetius.
Bonauentura.
Briennius. Vide Emanuel.

E

C

Cœlius Rhodig. lib. 5. lect. antiq. c. 23. 25. 26.
Calderius.
Campanus.
Carol. Valgulius, qui vertit Plutarc.
Caſſiodorus.
Cleonides.
Cõciliator. Vide Petrus Aponẽſis.
Cyrilli Commendatoris S. Spiritus, Romæ epiſtola Italica ad Vgolinum Gualteruccium, quæ agit de abuſibus Muſices in Templis.

Didymus

D

Didymus.
Diodorus Siculus.
Dominicus Marcus.

E

Emanuel Briennius.
Enchiridion de arte Muſica.
Euclides, ſiue Pappus Alexandrin⁹.
Euſebius.

F

Flos Angelicus.
Franchinus Gafurius.
Franciſcus Georgius, ſed qui ſit expurgatus.
Franciſcus Touar.
Franconius de Colonia.
Francus.

G

Galenus de uoce.
Galilæus, qui Florentiæ ſcripſit contra Zarlinum.
Gaudentius.
Gaguinus Grauienſis, qui vertit Aritoxenum.
Gelaſius.
Georgius Anſelmus Parmenſis.
Georgius Rahu.
Georgius Valla.
Gerſon.
Goſcaldus.
S. Gregorius Papa.
Guido Monachus Aretinus.
Gulielmus Pecaldus.
Gulielmus de Podio.

H

Henrici Glareani dodecachordon.
Hieronymus Meus de Muſica antiqua, qui extat apud me nondum editus.
Hilarius.
Hippocrates.

I

Fr. Iacobus Faber Stapulenſis, qui quattuor libris ſatis doctè explicuit quidquid Boetius ſcripſerat de Muſica.
Ioannes Angelus.
Ioannes Baptiſta Porta Neapolitanus.
Ioannes Carmelitanus Anglicus.
Ioannes Carthuſienſis.
Ioannes Fabrinus.
Ioannes de Lacu.
Ioannis Mariæ Lanfranchi Scintillæ Muſices.
Ioannes de Muris.
Ioannes Rauſius.
Ioannes Spatarius Bononienſis.
Ioannes Tinctor.
Iordanus.
Iſidorus.
Iulius Pollux lib. 4. onomaſtic.

L

Lancillottus.
Laurentius Cremonenſis.
Lipomanus.
Lucas Luſius.
Lucianus.
Ludouicus Cælius Rodiginus.
Ludouicus Contarenus.
Ludouicus Folianus.
Ludouicus S. Franciſci Luſitani in libro, qui inſcriptus eſt Globus Canonum, & Arcanorum Diuinæ ſcripturæ, Romæ editus anno 1586. lib. 10. cap. 9.
Ludouicus Viues, ubi de corruptis diſciplinis.
Luſcinius Argentius.

M

Macrobius.
Marchetus Patauinus.
Marcus Antonius Benedictus.
Margarita Philoſophica.
Martianus Capella.
Martinus ab Azpilcueta. Vide in dictione. Nauarrus.
Maurolycus Siculus.
Melchior Torrenſis.
Michael Caſtellanus.
Michael Martinus.
Michael Pompoſius Monachus.
Monteoya.

N

Nauarrus, vbi de Oratione, ac quomodo canēdus ſit cantus figuratus.
Nicolaus Burtius.
Nicolaus Faber.
Nicolaus Liſtenius.
Nicolaus Vicentinus.
Nicolaus Vollitius.
Nicomachus.

O

Oddo Abbas.
Ornito Parche.
Otho Anglicus.
Ottomanus Luſcinus lib. Muſurgiæ.

P

Parca Anglicus.
Pareia.
Parmenſis.
Patricius Senenſis.
Petrus Aaron Etruſcus.
Petrus Apponenſis
Petrus Berchorius.
Petrus Bongus libro de myſtica Numerorum interpretatione.
Petrus de Cannuccijs.
Petrus Ciucianinus.
Petrus Gregorius in Arte mirabili.
Petrus de Loyola.
Petrus Pontius.
Petrus Valerianus.
Philippus Buſtus Mediolanenſis.
Philippus Veraldus.
Philippus de Vitriaco.
Philolaus ſupra Boetium.
Plinius lib. 7. cap. 36.
Plutarchus.
Polyanthea.
Polydorus Virgilius.
Porphyrius.
Poſidonius.
Proſdocimus Patauinus.
Pſellus, vbi de quattuor Mathematicis diſciplinis.
Ptolomeus.

Q

Quintilianus Ariſtides.

R

Raphael Volaterranus.

S

Sebaldus Hayden.
Speculum doctrinale Vincentij.
Fr. Stephanus Vanęus: quem vocāt Toſcanellum, Italicè.

T

Tacuinus.
Tapia.
Theophraſtus.

V

Vaccęus.
Valla Placentinus.
Vgolinus.
Vincentius Luſitanus.
M. Vincentius.
Vizcargus.
Vſualdus.

Z

Zarlini Inſtitutiones, & Demonſtrationes Harmonicæ, contra quę ſcripſit Galilęus Flórentię.

EVCLI-

EVCLIDIS MVSICA, A

Quæ olim mutila Græcè, & Latinè prodierat in lucem per Ioannem Pennam Regium Mathematicum,

Nunc ab Antonio Poſſeuino Societatis IESV multis in locis restituta è Vaticana Bibliotheca, ac Fuluij Vrſini manuſcriptis Codicibus Græcis: Notæ item ad marginem additæ. Cap. VII.

APud Suidam ita legitur. Pappus Alexandrinus Philoſophus, qui circa Theodoſij ſenioris Regis tempora vixit, quando & Theon Philoſophus floruit ſcribens. B
Ex ijs quæ ſunt Pappi ſic legitur in Vaticana Bibliotheca, ſicut emendatum eſt hoc in libro, in quo verò poſt Theonis Synopſim, quaſi ad eam pertinentia hæc omnia ad verbum deſcripta ſunt; quæ verba, quæ Auctorem, ni fallor, deſignant, ante illa, μέρη δ' αὐτῆς ἐστιν ἑπτά, hoc eſt, Partes ipſius ſunt ſeptem, collocata ſunt.

Harmonice quid ſit, & eius partes ſeptem.

HArmonice, eſt ſcientia contemplandi & exercendi concentum. Eſt autem concentus id, quod certum habet ordinem ex ſonis & interuallis compoſitum. Harmonices verò partes ſunt ſeptem: De Sonis, de Interuallis, de Generibus, de Conſtitutionibus, de Tonis, de Mutatione, & de Μελοποιΐα.

Sonus eſt concinnus vocis caſus ad vnam extenſionem.

Interuallum autem eſt, quod continetur duobus ſonis, acumine & grauitate differentibus. C

Genus eſt, certa quatuor ſonorum diuiſio.

Conſtitutio eſt, quod conſtat ex interuallis pluribus vno.

Tonus, eſt quidam vocis locus, ſyſtematis capax, latitudine carens.

Mutatio eſt ſimilis alicuius in diſſimilem locum tranſpoſitio.

Melopœia, eſt vſus harmonicæ tractationi ſubiectorum ad decorum propoſiti argumenti.

Vocis duo motus.

Continuus. Græ. Cod. Vat. h. [illegible] culte. [illegible]

Interuallis diſtinctus.

Moræ

Intermiſſiones.

Tenſiones.

In Græco Vatic. Cod. Titulus additus eſt, περὶ φθόγγων, καὶ τῶν λοιπῶν.

Phtongi octodecim in quolibet genere.

Chroma.

Porrò hæc omnia cernuntur in qualitate vocis, cuius duo ſunt motus, alter quidem continuus & [illegible] nuncupatus, alter verò interuallis diſtinctus, & ad bene canendum accommodatus. Motus vocis continuus intenſiones & remiſſiones occultas facit, nec vſquam immoratur, quoadusque taceat. Vocis autem motus interuallis diſtinctus, contrario modo mouetur quàm continuus. Moras enim facit, & intermiſſiones inter illas moras, alternatimq; moræ intermiſſionibus interijciuntur. Moras ergo appellamus intenſiones, intermiſſiones verò migrationes à tenſionibus ad tenſiones. Interualla autem, quæ faciunt differentias tenſionũ, conſtant intenſione & remiſſione, quarum effectus eſt acumẽ & grauitas. Quod enim intenſione fit, ad acumen vergit: Quod autem remiſſione, ad grauitatem. Quocirca intenſionis quidem effectus, eſt acuties: remiſſionis verò, grauitas: quarum vtrique communis eſt tenſio. Iraque tenſiones ſimul & Phtongi appellantur. Tenſiones quidem ab inſtrumentis ad eas comparatis à tendendo. Phtongi verò eo quod voce etiam eduntur. Sunt autem Phtongi tenſione quidem innumeri, poteſtate verò octodecim in quolibet genere. Genera tria ſunt, Diatonum, Chroma, & Harmonia. Et Diatonum quidem canitur per tonum, tonum, & ſemitonium, ſi quidem ab acuto in graue tendas. Contra verò ſi à graui in acutum pergas, per ſemitonium, tonum, & tonum. Item Chroma cùm ab acuto in graue nititur, canitur per ſeſquitonum ſemitonium, & ſemitonium. Cùm autem à graui in acutum, contrario modo, per ſemitonium, & ſemitonium ſeſquitonium. Harmonia denique ſi ab acuto tendat ad graue, cantatur per ditonum dieſin, & dieſin: ſin à graui in acutum, contrario modo per dieſin, dieſin & ditonum. Sunt autem hi Phtongi in diatonico genere.

Phtongi in diatonico genere.

Proſlambanomenos, ideſt, aſſumpta vox, Sonus.

Hypate hypaton, ideſt principalis principalium.

Parhypate

A Parhypate hypaton, ideſt proxima principali principalium.
Lychanos hypaton diatonos, ideſt index principalium diatonus.
Hypate meſon, i. principalis, vel grauior, inferior mediarum.
Parhypate meſon, i. propinquior principali mediarum.
Lichanos meſon diatonos, i. index mediarum, diatonus.
Meſe, i. media.
Trite Synemmenon, i. tertia coniunctarum.
Paranete Synemmenon diatonos, i. proxima coniunctarum diatonus.
Nete Synemmenon, i. poſtrema coniunctarum.
Parameſe, i. proxima mediæ.
Trite diezeugmenon, i. tertia diſiunctarum.
B Paranete diezeugmenon diatonos, i. proxima diſiunctarum, diatonus.
Nete diezeugmenon, i. poſtrema diſiunctarum.
Trite hyperboleon, i. tertia eminentiorum, ſiue altiorum.
Paranete hyperbolæon diatonos, i. propinquior altiorum, diatonus.
Nete hyperbolæon, i. poſtrema altiorum.

In Chromate autem, hi. — *Phtongi in chromate.*

Proſlambanomenos.
Hypate hypaton.
Parhypate hypaton.
Lichanos hypaton chromatice.
Hypate meſon.
C Parhypate meſon.
Lichanos meſon chromatice.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Paranete Synemmenon chromatice.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon chromatice.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.
D Paranete hyperbolæon chromatice.
Nete hyperbolæon.

In harmonia autem, hi. — *Phtongi in harmonia.*

Proſlambanomenos.
Hypate hypaton.
Parypate hypaton.
Lichanos hypaton enarmonios.
Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon enharmonios.
Meſe.
E Trite Synemmenon.
Paranete Synemmenon enharmonios.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon enharmonios.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperboleon.
Paranete hyperbolæon enharmonios.
Nete hyperbolæon.

Phtongi in mixtione triũ generum.

In mixtione autem horum trium generum, hi ſunt.
Proſlambanomenos.
Hypate hypaton.
Parhypate hypaton.
Lichanos hypaton diatonos.
Lichanos hypaton chromatice.
Lichanos hypaton enharmonios.
Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon diatonos.
Lichanos meſon chromatice.
Lichanos meſon enharmonios.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Parante Synemmenon diatonos.
Paranete Synemmenon chromatice.
Paranete Synemmenon enharmonios.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon diatonos.
Paranete diezeugmenon chromatice.
Paranete diezeugmenon enharmonios.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.
Paranete hyperbolæon diatonos.
Paranete hyperbolæon chromatice.
Paranete hyperbolæon enharmonios.
Nete hyperbolæon.

Ex manuſcripto Codice Græco Fuluij Vrſini hæc quæ ſequuntur, quæ quidem nunquam antea fuerant impreſſa repoſuimus.

Hæc omnia ad verbũ de Ariſtide Quintiliano ſunt accepta, niſi forte ille ex hoc, vel potius ex alio quopiam ea deſcripſit, eadẽ apud Bryennium in extremo eius operis leguntur.

Νήτη ὑπερβολαίων προσλαμβανόμενος μὲν ὁ ὑπὸ πάντα καὶ ὁ τῶν ἁρμοζομένων τετραχόρδων οὐδενὶ κοινωνεῖ, ἀλλ' ἔξωθεν προσλαμβάνεται διὰ τὴν ἐπὶ μέσην συμφωνίαν, τονικὸν ἐπέχων λόγον πρὸς τὴν ὑπάτην τῶν ὑπάτων, ὃν ἔχει μέση πρὸς παραμέσην. ὑπάτη δὲ ὑπάτων, ὅτι τοῦ πρώτου τετραχόρδου πρώτη τίθεται. τὸ γὰρ πρῶτον ὕπατον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. παρυπάτη δὲ ἡ παρ' αὐτὴν κειμένη. ὑπάτων δὲ διάτονος, χρωματικὴ, καὶ ἐναρμόνιος τῶν γενῶν τῆς μελῳδίας εἰσὶ δηλωτικοὶ φθόγγοι. ποικίλη γὰρ καὶ ἡ τῶν τετραχόρδων διάθεσις γίνεται, αὗται γενικῶς περιπάται καλοῦνται. Ὑπάτη δὲ μέσων ἡ πρώτη πάλιν τοῦ μέσων τετραχόρδου. Τοῦτο γὰρ μόνον μεταξὺ θεωρεῖται τῶν ὑπάτων καὶ τῶν συνημμένων, Παρυπάτη δὲ μέσων ἡ μετὰ ταύτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ὁμοίως ταῖς ὑπατοειδέσιν αἱ δὲ τῷ λιχανοὶ προσηγορεύθησαν, ὁμωνύμως τῷ δακτύλῳ τὴν ἠχοῦσαν αὐτὰς χορδὴν ἐπονομασθεῖσαι. Ἡ δὲ μετὰ ταύτας μέση καλεῖται. Τῶν γὰρ καθ' ἕκαστον τρόπον φθόγγων ἐκτιθεμένων, μεσαιτάτη. μετὰ δὲ ταύτην ἡμιτόνιον μὲν ἐπιτείναντι τρίτη συνημμένων ἐστὶν, ἀπὸ τῆς τελευταίας τῶν μετὰ τὴν μέσην τετραχόρδων τοὺς ἀριθμοὺς ἡμῶν ποιουμένων, διὰ τὸ λοιπὸν ἡμᾶς ἐφῆφθαι τῶν ὀξυτέρων συστημάτων. αἱ δὲ μετὰ ταύτην διάτονος, χρωματικὴ τε καὶ ἐναρμόνιος, διὰ τὰς προειπομένας αἰτίας. αὗται δὲ καὶ παρανῆται καλοῦνται διὰ τὸ πρὸ τῆς νήτης κεῖσθαι. Ἐπὶ δὲ ταύταις ἡ νήτη, τουτέστιν ἡ ἐσχάτη. νεάτον γὰρ ἐκάλουν τὸ ἔσχατον οἱ παλαιοί. συνημμένων δὲ ἐκλήθη τὸ ὅλον σύστημα, ὅτι τῷ προκειμένῳ τελείῳ τῷ μέχρι μέσης συνῆπται. πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς μέσης ἐπιτείναντι τόνον, ἡ παρ' αὐτὴν κειμένη χορδὴ παραμέση καλεῖται. αἱ δὲ μετὰ ταύτην διὰ τὰς ὁμοίας αἰτίας κατὰ ταὐτὰ ταῖς ἐπὶ τῶν συνημμένων ἔσχηκε τὰς ὀνομασίας. Τοδὲ σύστημα τοῦτο καλεῖται διεζευγμένων. ἐφ' ἕτερα γὰρ μέρη τε καὶ ἐξ ἴσου τοῖς πρὸ αὐτοῦ κεῖται συστήμασιν,

A σήμασιν, Εἶτ' ἔνεσι τρίτη ὑπερβολαίων, καὶ αἱ ταύτης ἐφεξῆς κατὰ ταὐτὰ καὶ διὰ ταῦτα ταῖς προκειμέναις τὰς ἰδικὰς ἔχουσαι προσηγορίας. ἡ δὲ γενικὴ τούτων ὑπερβολαίων εἴρηται, ὅτι πέρας ἐν ταύταις ποιησαμένη ἡ φωνῆς ἀνθρωπίνης δύναμις ἵσταται. τῷ δὲ. &c.

Proſlambanomenos igitur dicta eſt, quòd vocatis tetrachordis in nullo communicar, ſed extrinſecus aſſumitur propter epinesen conſonantiam. Tonicæ habens rationem ad hypaten hypaton, quem habet meſe ad parameſen. Hypate verò hypaton, quoniam in primo tetrachordo prima ponitur. Primum enim ὕπατον, vocabant veteres. Parhypate verò, quæ ipſi proxima eſt. Hypaton verò diatouus, & chromarica, & enharmonia generum melodiæ ſunt ſignificatiui ſoni. Varia enim fit & tetrachordorum diſpoſitio. Iſtę generaliter vocantur parypate. Hypare verò meſon prima turſus meſon tetrachordi; hoc enim ſolum conſideratur inter hypaten, & Synne-
B menon. Parypate autem meſon, quæ poſt hanc ſequitur, & reliquæ ſimiles ijs, quæ ſub hypates ſpeciem cadunt, quæ & à ſuo genere, lichani appellatæ ſunt, eodem nomine, quo digitus chordam ipſas perſonantem pulſans, cognominatæ. Quæ uerò ſubſequitur iſtas meſe uocatur. Diſpoſitis enim iuxta ſuum cuiuſque modum ſonis media iacet. Deinde verò intenſione hemitonij trite ſynemmenon eſt, enumerantibus, nobis à poſtrema, quæ poſt netem ſunt, tetrachordon. quoniam iam attigimus acutiores conſtitutiones. Inde ſequuntur diatonos, & chromatica, & enharmonia propter eas, quas iam recenſuimus cauſſas. Hæ verò paranetæ uocantur, quoniam ante netem ſitæ ſunt. Super his verò νήτη, hoc eſt poſtrema. Νίατον, enim apud veteres idem erat, quod poſtremum. Synemmenon verò dicta eſt tota conſtitutio, quòd præiacenti perfecto vſque ad meſen coniuncta eſt. Rurſus verò ad meſe tonum inten-
C dendo, chorda proximè ſita parameſe vocatur; quæ verò ſequuntur hanc, iiſdem nominibus, quibus & conſtitutio Synemmenon ob eaſdem cauſſas nuncupantur. Conſtitutio verò hæc diezeugmenon appellatur; ad alias enim partes, nec ex æquo prioribus conſtitutionibus diſpoſita eſt. Succedit deinde tritæ hyperbolæon, & quæ deinceps hanc ſequitur iuxta & præter eaſdem cauſſas, eaſdem eum prædictis proprias habentes denominationes. Harum verò generica denominatio eſt hyperbolæon, quoniam in hac finem faciens humanæ uocis vis conſiſtit.

Aſſumpta cur ita dicitur.
Primum veteres vocabant ὕπατον.
Parhypate.
Hypaton diatonus.
Hypate meſon.
Lichani.
Meſe.
Trite ſynemmenon.
Chromatica.
Enharmonia.
Paranetæ.
Netæ, id eſt poſtrema.
Parameſe.
Conſtitutio diezeugmenon.

Atque horum ſonorum iam enumeratorum alij ſunt ſtabiles, alij mobiles. Stabiles ſunt, qui in generum differentijs non mutantur, ſed manent in eodem tenore. Mobiles autem, quibus contrarium accidit: mutantur enim in differentijs generum, nec manent in eodem tenore. Stabiles ergo ſunt hi octo. Soni ſtabiles.

D Proſlambanomenos.
Hypate hypaton.
Hypate meſon.
Meſe.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Nete diezeugmenon.
Nete hyperbolæon.

Mobiles verò ſunt reliqui omnes inter hos interiecti. Ceterùm ſtabilium ſonorum alij ſunt βαρύπυκνοι, id eſt grauitate denſi: alij ἄπυκνοι, id eſt minimè denſi, qui perfectas conſtitutiones comprehendunt. Βαρύπυκνοι, ſunt quinque, hi. Soni mobiles.

E Hypate hypaton.
Hypate meſon.
Meſe.
Parameſe.
Nete diezeugmenon.

Ἄπυκνοι, autem ſunt, qui continent perfectas conſtitutiones, ſuntque numero tres reliqui. Minimè dẽſi.

Proſlambanomenos.
Nete Synemmenon.
Nete hyperbolæon.

Mobilium

Semidenſi. Acuti denſi.

Mobilium autem, alij *μεσόπυκνοι*, alij *ὀξύπυκνοι*, qui & diatoni vocantur. Et *μεσόπυκνοι*, quidem ſunt hi quinque. A

Parhypate hypaton.
Parhypate meſon.
Trite Synemmenon.
Trite diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.

Genus diatonicum non eſt ſpiſſi particeps.

Eodem modo *ὀξύπυκνοι*, generatim quinque ſunt, in harmonia quidem harmonici, & in chromate chromatici: Genus enim diatonicum non eſt ſpiſſi particeps.

Sunt igitur in genere quidem harmonico, hi.
Lichanos hypaton enharmonios.
Lichanos meſon enharmonios.
Paranete Synemmenon enharmonios. B
Paranete diezeugmenon enharmonios.
Paranete hyperbolæon enharmonios.

In chromate autem, hi.

Hæc tria membra omerant in Græco Pariſijs edito: ſed in manu ſcripto Romano.

Lichanos hypaton chromatice.
Lichanos meſon chromatice.
Paranete Synemmenon chromatice.
Paranete diezeugmenon chromatice.
Paranete hyperbolæon chromatice.

Ex manuſcripto Codice antiquo.

Hæc omnia ad verbum ex Ariſtide Quintiliano accepta ſunt lib. 1.

Παρανήτη ὑπερβολαίων χρωματική. πυκνὸν δέ ἐστι ποιὰ τριῶν φθόγγων διάθεσις, ἢ τὸ ἐκ δύο διαστημάτων συνεστηκός, ἃ συντεθέντα, ἔλαττον διάστημα περιέξει τοῦ λειπομένου διαστήματος ἐν τῷ διὰ τεσσάρων. πάλιν τῶν φθόγγων οἱ μὲν εἰσι πρὸς ἀλλήλους σύμφωνοι, οἱ δὲ διάφωνοι. οἱ δὲ ὁμόφωνοι. σύμφωνοι μὲν ὧν ἅμα κρουομένων, οὐδὲν μᾶλλον τῷ ὀξυτέρῳ, ἢ τῷ βαρυτέρῳ τὸ μέλος ἐμπρέπει. διάφωνοι δὲ ὧν ἅμα κρουομένων ἡ τοῦ μέλους ἰδιότης θατέρου γίνεται. ὁμόφωνοι δὲ οἱ τοῖς δύναμιν μὲν ἀλλοίαν φωνῆς, τάσιν δὲ ἴσην ἐπέχοντες. διαφοραὶ δὲ φθόγγων πλείους, πρώτη μὲν τάσει, ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι. δευτέρα δὲ ἡ κατὰ διαστήματος μετοχή, ὅταν, ὁ μὲν ἐν κοινοῖς, ὁ δὲ πλείοσι θεωρῆται, τρίτη κατὰ συστήματος, ὅταν ὁ μὲν ἑνός, ὁ δὲ δυοῖν μετέχῃ συστημάτων. τετάρτη ἡ κατὰ τὸν τῆς φωνῆς τόπον, ὅταν ὁ μὲν μείζονος ὁ δὲ ἐλάττονος ᾖ τόπου. τίς δ' ὁ φωνῆς τόπος, ὕστερον λέξομεν. πέμπτη δὲ ἡ κατὰ τὸ ἦθος. ἕτερα γὰρ ἤθη τοῖς ὀξυτέροις, ἤτοι τοῖς νητοειδέσι, καὶ ἕτερα τοῖς βαρυτέροις, ἤτοι τοῖς ὑπατοειδέσιν ἐπιτρέχει. καὶ ἕτερα μὲν παρυπατοειδέσιν. ἕτερα δὲ λιχανοειδέσι. τῶν δὲ διαστημάτων διαφοραί εἰσι πέντε. C D

Paranete hyperbolæon chromatica. Denſum verò eſt certa trium ſonorum diſpoſitio, vel quod ex duobus interuallis conſtat, quæ compoſita minus interuallum continebunt, quam reliquum in Diateſſaron interuallum. Rurſus ſonorum alij ſunt inter ſe conſoni, alij diſſoni, alij verò eiuſdem tenoris. Conſoni ſunt, quibus ſimul pulſantibus, nihilo magis acuto, quam graui ſoni decor conſtare videtur. Diſſoni verò, quibus concinentibus carminis proprietas alterius fit: Eiuſdem verò tenoris ſunt, qui vim quidem uocis diuerſam habent, intenſionem verò æqualem. Differentiæ verò ſonorum plures ſunt. Prima quidem eſt, quæ fit ſecundum intenſionem in grauitate & acumine. Secunda uerò, quæ cum interuallo eſt participatio, cum vnus quidem in vno, alter uerò in pluribus communicare inſpicitur. Tertia cum conſtitutione, cum vnus quidem vnius, alter verò duarum particeps eſt conſtitutionum. Quarta, quæ per uocis locum fit, cum unus maioris, alter minoris eſt loci. Quiſnam verò ſit vocis locus, poſtea dicemus. Quinta uerò, quæ moralis eſt: Alij namque mores acutiores, ſiue Neteformes decent, alijs grauiores, ſiue hypateformes. Et alij rurſus parhypateformes, & alij lichanoformes. E

Interuallorum autem differentiæ ſunt quinque. Nam & magnitudine inter ſe differunt, & genere, & vt conſona à diſſonis, & ut ſimplicia à compoſitis, & ut explicabilia ab

A lia ab inexplicabilibus. Et magnitudinis quidem differentia eſt, ſecundum quam intervallorum quædam ſunt maiora, quædam minora, vt ditonus, ſeſquitonus, tonus, ſemitonium, dieſis, diateſſaron, diapente, diapaſon & ſimilia. Generis verò, qua intervallorum alia diatonica ſunt, alia chromatica, alia enharmonica. Differentia conſoni à diſſono eſt, qua interuallorum quædam ſunt conſona, quædam diſſona,

In manuſcripto Codice.

Σύμφωνα μὲν οὖν ἐστὶ διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, διάφωνα δὲ τὰ ἐλάττονα τοῦ διὰ τεσσάρων πάντα, καὶ τὰ μεταξὺ τῶν συμφώνων πάντα. Ἐλάττονα μὲν οὖν ἐστὶ τοῦ
B διὰ τεσσάρων δίεσις, ἡμιτόνιον, τόνος, τριημιτόνιον, δίτονον. μεταξὺ δὲ τῶν συμφώνων, τρίτονον, τετράτονον καὶ τὰ ὅμοια. Ἔστι δὲ συμφωνία μὲν δυοῖν φθόγγων ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι διαφερόντων, κατὰ τὸ αὐτὸ πτῶσις, καὶ κρᾶσις. δεῖ γὰρ τοὺς φθόγγους συγκρουσθέντας * ἕν τι εἶδος ἀποτελεῖν φθόγγου τῇ ἀκοῇ, οὔτε τῆς ὀξύτητος ὑπερβαλλούσης, καὶ ἑαυτὴν παρεμφαινούσης, οὔτε τῆς βαρύτητος, ἀλλ' οἱονεὶ κράσεως τοιαύτης γινομένης ὡς τῶν κεκραμένων, μὴ ἐπικρατεῖν θατέρου θατέρου, μηδὲ τὴν αὐτοῦ δύναμιν παρεμφαίνειν, ἢ ὑπερβάλλουσαν, ἢ ἐλλείπουσαν τῆς θατέρου. ἐὰν γὰρ ἡ ἀκοὴ τοῦ βαρέος μᾶλλον ἐν τῇ συγκρούσει ποιῆται τὴν ἀντίληψιν, ἢ πάλιν τοῦ ὀξέος, ἀσύμφωνόν ἐστι τὸ τοιοῦτον. Ἡ δὲ τοῦ συνθέτου ἐστὶ διαφορὰ καθ' ἣν, ἃ μὲν, id eſt.

* Ita apud Briennium συγκρουσθέντες.

Hæc omnia ad verbũ de Briennio accepta videntur, niſi ille ab hoc accepit, vel vterque ab alio quopiam.

Conſona igitur, Diateſſaron, Diapente, Diapaſon; Diſſona verò minora omnia,
C quàm Diateſſaron, & omnia, quæ inter conſona cadunt. Minora ergo ſunt quam diateſſaron, dieſis, ſemitonium, tonus, trihemitonium, Ditonum, inter conſona vero, tritonum, tetratonum, & ſimilia. Eſt autem conſonantia duorum ſonorum acumine, & grauitate differentium in idem caſus, & coarctatio. Oportet enim ſonos in uicem colliſos vnam efficere ſoni ſpeciem ad audiendum, neque acumine ſuperante, ſeſeque præmonſtrante, neque ipſa grauitate. Sed veluti tali coniunctione facta, ſicut in rebus liquidis alterum ab altero non vincitur, neque ſuam uim oſtendit aut maiorem altera, aut minorem. Si enim auditus percipit graue potius in colliſione, aut acutum, huiuſmodi inconſonum quid eſt. Compoſiti autem differentia eſt, ſecundum quam quædam, &c.

D Conſona ſunt diateſſaron, diapente, & diapaſon, & ſimilia. Diſſona autem ſunt ea quæ ſunt minora quàm diateſſaron, vt dieſis, ſemitonium, tonus, ſeſquitonus, ditonus. Inter hæc autem & conſona, medium habent locum Tritonus, Tetratonus, Pentatonus & ſimilia. Eſt autem conſonantia, duorum ſonorum acuti & grauis, grata temperatio. Contrà, diſſonantia eſt duorum ſonorum mutuam temperationem auerſantium, & auditum exacerbantium diſſidium. Differentia compoſiti à ſimplici eſt, qua interuallorum alia ſunt ſimplicia, alia compoſita. Simplicia interualla ſunt, quæ à phtongis, inter quos nullus intermedius eſt, continentur, vt ab hypate, parhypate, lichano, hypate meſon. Eadem ratio eſt in reliquis interuallis. Compoſita autem ſunt, quæ continentur à phtongis, inter quos alij intermedij ſunt, vt à meſe & parhypate, à meſe & nete, à parameſe & hypate. Porrò quædam interualla ſunt
E communia ſimplici & compoſito, hemitonium nempè & ditonus, & omnia comprehenſa inter hæc duo. Quippe hemitonium, eſt compoſitum in enharmonio genere. In chromatico verò & diatonico ſimplex. Item Tonus in chromate quidem compoſitus eſt: in diatonico autem ſimplex. Sic trihemitonium in chromate ſimplex eſt, compoſitum autem in diatonico. Denique ditonum interuallum in harmonia quidem ſimplex eſt, in chromate autem & diatono compoſitum, reliquaque interualla ſemitonio minora, ſimplicia ſunt omnia. Quemadmodum ea omnia quæ ditonum excedunt, compoſita. Iam differentia qua explicabilia differunt ab inexplicabilibus, eſt qua interuallorum alia ſunt explicabilia, alia inexplicabilia. explicabilia ſunt quorum magnitudines aſſignari poſſunt, vt Tonus, Semitonium,

Ex Briennio lib. 1. ſect. 5.

Hæc itidem ex Briennio paucis admodũ intermiſſis eod. lib.

Ditonus, Tritonus, & his ſimilia.ª Inexplicabilia uerò, quæ explicabilibus maiora A
minorave ſunt, magnitudine aliqua inexplicabili.

Genera tria ſunt, ea nempè quæ iam antea declarauimus. Quocirca omne melos
ᵇerit aut diatonicum, aut chromaticum, aut enharmonium, aut commune, aut ex his
miſtum. Diatonicum ergo eſt, quod diatonica diuiſione vtitur. Chromaticum verò,
quod chromatica. Enharmonium autem, quod enharmonica. Commune autem,
quod ex ſtatis phtongis componitur. Miſtum denique, in quo duorum vel trium
generum veſtigia apparent, diatoni nempè & chromatis, vel diatoni & harmoniæ,
vel diatoni, chromatis & harmoniæ. Fiunt autem generum differentiæ in phtongis
illis, quos mobiles eſſe diximus. Lichanos enim loco, mouetur per toni interual-
lum: Parhypate verò, per dieſin. Ergo Lichanos acutiſſima eſt, quæ tono diſtat ab
acutiore duorum phtongorum tetrachordum comprehendentium. Grauiſſima ve- B
rò quæ diſtat ditono.ᶜ Similiter Parhypate meſon grauiſſima quidem eſt: quæ diſtat
dieſi à grauiore duorum phtongorum tetrachordum continentium. Acutiſſima ve-
rò, quæ diſtat ſemitonio. Color autem eſt ſpecialis diuiſio generis. Colores ex-
plicabiles quidem & cogniti, ſunt ſex, vnus harmoniæ, tres chromatis; & diatoni ge-
neris duo. Harmoniæ igitur color, eadem, qua genus ipſum, diuiſione vtitur. Ca-
nitur enim per dieſin (quæ eſt quarta pars toni) & dieſin alteram eidem æqualem,
& per ditonum minimè compoſitum.ᵈ Colorum verò qui ſunt in chromatica diui-
ſione, alius uocatur Chroma molle, alius Chroma ſeſquialterum, alius Chromato-
niæum. Et molle quidem chroma canitur per dieſin (quæ eſt tertia toni pars) &
dieſin æqualem eidem dieſi, & per interuallum ſimplex æquale tono, tonique ſemiſſi
& tertiæ parti. Seſquialterum autem chroma, per dieſin & dieſin, quarum vtraque C
ſigillatim ſeſquialtera ſit dieſeos enharmoniæ, & per interuallum ſimplex conſtans è
ſeptem dieſibus, quarum quælibet ſit toni quadrans. Toniæum chroma eodem co-
lore utitur, quo genus ipſum chromaticum. Canitur enim per ſemitonium, ſemi-
tonium, & trihemitonium. Porrò colores hi iam explicati in chromatico genere
nomen habent à denſis phtongis, qui in ipſis ſunt. Toniæum enim chroma uocatur à
tono, qui in eo eſt per compoſitionem. Seſquialterum item chroma, à dieſibus in eo
poſitis, quæ ſeſquialteræ ſunt dieſium enharmonicarũ. Eadem ratio eſt in molli chro-
mate. Molle enim uocatur, quia denſũ minimũ in eo ineſt. Chroma verò, quia denſũ
chroma quod in eo eſt, remittitur & veluti eneruatur. Colorũ denique diuiſionis dia-
tonicę, alter uocatur mollis diatonicus, alter diatonicus ſyntonus, id eſt incitatus. Co-
lor mollis diatonicus, canitur per ſemitonium, & per interuallum ſimplex trium die- D
ſium; & per aliud interuallum ſimplex quinque dieſium. Color uerò diatonicus
ſyntonus ſeu incitatus, eandem habet diuiſionem quam genus ipſum diatonicum.
Canitur enim per ſemitonium, tonum, & tonum. Monſtrantur autem hi omnes
colores per numeros hoc modo: Ponamus enim tonum diuidi in minimas partes
duodecim inter ſe æquales, quarum quælibet uocetur Toni Vncia, reliquaque inter-
ualla eadem ratione qua tonus, diuidi intelligantur: nempè Semitonium in ſex vn-
cias. Dieſis ea quæ toni quarta pars eſt, in tres. Dieſis uerò illa quæ toni tertia
pars eſt, in quattuor. Ita ut totum diateſſaron interuallum, ſit triginta unciarum.
igitur color enharmonius canetur per magnitudinem ſeu interualla trium & trium,
& viginti quattuor vnciarum. Color verò chromatis mollis per interualla quattuor,
& quattuor, & viginti duarum vnciarum. Color chromatis ſeſquialteri, per interual- E
la vnciarum 4. ſemis, & 4. ſemis & 21. Color toniæi chromatis, per ſex & ſex & octo-
decim. Item color diatonici mollis per 6. 9. & 15. Color denique diatonici ſynto-
ni, ſeu incitati, per interualla, quorum primum erit ſex vnciarum ſecundum duode-
cim, tertium item duodecim.

Conſtitutionum autem differentiæ ſunt ſeptem: quarum quattuor ſunt communes
etiam interuallis: Differentia ſecundum magnitudinem, ſecundum genus, ſecun-
dum conſonum & diſſonum, ſecundum explicabile & inexplicabile. Tres uerò ſunt
propriæ ipſis conſtitutionibus, differentia nempè continui, & ordine ſequen-
tis ab eo, quod aliquid omittit, nec ordine ſequitur: differentia coniunctæ &

disiunctæ

a In Cod. m. ſ. inueniuntur hęc alia verba.
b ὧν λόγον ἔχειν ... λόγον ... κατ' ἀριθμὸν σχέσιν.
b In m. ſ. Græc. Cod. loco μέλος eſt μέγεθος hoc eſt, magnitudo.
c M. ſ. Græc. Cod habet. ἐλαχίστῳ τόνου μορίῳ. τεταρτημορίῳ.
d In m. ſ. Græc. Cod. addita ſunt hęc verba διέσει δ' ἐλαχίστῃ καὶ τῷ ἀπλάστῳ τοῦ τῆς φωνῆς διαστήματι, οἷον διάλοιπ ὡς φωνῆς αὐτῆς, καὶ χρωματικῶν δὲ ἀρρήτων ... τούτων μὲν ἔστω ἡ τοῦ μαλακοῦ χρώματος χρόα, μελῳδεῖται δὲ κατὰ δίεσιν, καὶ δίεσιν τὴν ἴσην, καὶ ἀσύνθετον διάστημα, ἴσον τόνῳ.

A diſiunctæ conſtitutionis: differentia denique conſtitutionis immutabilis. Ac magnitudine quidem differunt conſtitutiones maiores à minoribus, vt diapaſon magnitudine diſcrepat à tritono, vel à diapente, vel à diateſſaron, vel ab aliquo his ſimilium. Genere autem differunt conſtitutiones, vt diatonicæ ab enharmonicis, vel chromaticis: aut chromaticæ enharmonicæve à reliquis. Secundum verò conſonum & diſſonum different conſtitutiones contentæ phtongis conſonis, à conſtitutionibus quæ continentur phtongis diſſonis. Sunt verò conſtitutiones conſonæ ſex, in immutabili conſtitutione, quarum minima eſt διατεσσάρων, duobus tonis, & ſemiſſe conſtãs, cuiuſmodi eſt conſtitutio ab hypate bypaton ad hypaten meſon. Secunda conſtitutio eſt diapente, tonorum trium & ſemiſſis, qualis eſt conſtitutio à proſlambanomeno ad hypaten meſon. Tertia eſt conſtitutio diapaſon tonorum ſex, qualis eſt B à proſlambanomeno ad meſen. Quarta eſt diapaſon & diateſſaron ſimul, tonorum octo & ſemiſſis: qualis eſt conſtitutio à proſlambanomeno ad netem ſynemmenon, vel ad paranetem diezeugmenon diatonicam. Quinta, diapaſon & diapente ſimul, tonorum nouem & ſemiſſis: cuiuſmodi eſt à proſlambanomeno ad netem diezeugmenon. Sexta eſt diſdiapaſon, tonorum duodecim, qualis eſt à proſlambanomeno ad netem hyperbolæon. Conſtitutio autem quæ coniuncta appellatur, progreditur quidem vſque ad quartam conſtitutionem conſonam: Prima enim ipſarum eſt diateſſaron, ſecunda diapente, tertia diapaſon, quarta diapaſon & diateſſaron ſimul, quinta diapaſon & diapente ſimul: ſexta denique diſdiapaſon; vocis enim locus augetur vſque ad octauam conſtitutionem conſonam, nempè vſque ad diſdiapaſon ſimul cum diateſſaron, & vſque ad diſdiapaſon ſimul cum diapente. Diſſonę verò conſtitutiones C ſunt omnes quæ uel minores ſunt quàm diateſſaron, vel inter prædictas conſonas interijciuntur. Fiunt autem figuræ eiuſdem magnitudinis ex ijſdem ſimplicibus interuallis concretæ & numero æqualibus, cùm ipſorum interuallorum ordo diſſimilitudine aliqua uariatur. (Quæ enim ex æqualibus & ſimilibus omnibus, ſimiliterque diſpoſitis interuallis conſtantur, non faciunt figurarum varietatem.) Quocirca tres erunt ſpecies diateſſaron, quarum prima à barypycnis ſeu grauiter denſis phtongis comprehenditur; cuiuſmodi eſt ab hypate hypaton ad hypaten meſon. Secunda à meſopycnis ſeu medijs denſis phthongis continetur, cuiuſmodi eſt à parhypate hypaton ad pathypaten meſon. Tertia ab oxypycnis ſeu acutis denſis phtongis, cuiuſmodi eſt diateſſaron illud, quod eſt à lichano hypaton ad lichanon meſon. Ac in harmonia quidem & chromate; conſonorum figuræ ſumuntur ad denſi habitudi-D nem. At in diatono, figuræ non fiunt ad denſi habitudinem. Quippe id genus in ſemitonia & tonos diuiditur. Suntque in conſonantia diateſſaron, ſemitonium quidem vnum, toni uerò duo. Similiterque in diapente, ſemitonium vnum & toni tres. Item in diapaſon, ſemitonia duo ſunt, tonique quinque. Conſiderantur verò figuræ ſeu ſpecies harum conſonantiarum pro diuerſo ſemitoniorum poſitu. Itaque prima ſpecies conſonantiæ diateſſaron eſt, cuius ſemitonium ad grauiorem partem eſt quàm toni. Secunda, cuius ſemitonium medio loco eſt inter duos tonos. Tertia, cuius ſemitonium acutius eſt tonis. Quæ omnia in reliquis generibus ab ijſdem phtongis ad eoſdem, ad eundem modum ſe habent. Species uerò conſonantiæ diapente, ſunt quattuor. Prima continetur ab barypycnis, in qua tonus primum locum obtinet verſus acutam partem, fitque ab hypate meſon vſque ad parameſen. Secun-E da eſt, quę à meſopycnis comprehenditur, in qua tonus penultimum locum obtinet, ſi à graui incipiens in acutum tendas, fitq; à parhypate meſon vſq; ad triten diezeugmenon. Tertia continetur ab oxypycnis, in quà tonus ponitur loco antepenultimo, ſi à graui ad acutum pergas, fitque à lichano meſon ad paraneten diezeugmenon. Quarta comprehenditur à barypycnis, in qua ſi ab acuto in graue tendas, quartum locum poſſidet tonus. fitque à meſe ad neten diezeugmenon, aut à proslambanomeno ad hypaten meſon. In diatono autem, prima ſpecies conſonantiæ diateſſaron, eſt in qua ſemitonium primum, & grauiſſimum locum habet. Secunda, in qua ſemitonium primum locum habet ad partem acutiſſimam. Tertia, in qua ſemitonium penultimum locum habet tendendo à graui in acutum. Quarta, in qua hemito-

nium penultimum locum habet tendendo ab acuto in graue. Iam Conſonantiæ dia A
paſon ſpecies ſeptem ſunt, quarum prima à barypycnis phthongis comprehen-
ditur, in qua tonus acutiſſimum locum obtinet, eſtq; ab hypate hypatō ad paramesen
Myxolydius tonus. qui modus ab antiquis Mixolydius uocabatur. Secunda ſpecies à melopycnis conti-
netur, in qua penultimum locum tenet tonus, ſi à graui in acutū tendas, ſitq; à pary-
Lydius. pate hypaton ad triten diezeugmenon, qui modus antiquis vocabatur Lydius. Ter-
tia ſpecies continetur oxypycnis, in qua tonus locum antepenultimum obtinet, ſi à
graui tendas in acutum: eſt autem à lichano hypaton ad paraneten diezeugmenon,
Phrygius. vocabaturque olim hic modus, Phrygius. Quarta ſpecies continetur à barypycnis
phthongis, in qua tonus quartum locum obtinet, ſi ab acuto tendas in graue, eſtque in-
Dorius. ter hypaton meſon & neten diezeugmenon, qui modus olim dicebatur Dorius. Quin
ta comprehenditur à meſopycnis, in qua tonus quintum habet locum ab acutiſſimo, B
Hypolydius. qui modus olim Hypolydius dicebatur, eſtque à parhypate meſon ad triten hyperbo
læon. Sexta ab oxypicnis contenta tonum habet ſexto loco ab acutiſſimo, ſitque
Hypophrygius. à lichano meſon ad paraneten hyperbolæon. Vocatus autem modus hic, Hypo-
phrygius. Septima ſpecies diapaſon eſt, quam continent phthongi barypycni, in
qua tonus grauiſſimum locum habet. Eſt autem hic modus à meſe ad neten hyper-
Communis. & Locrus, & Dorius. bolæon, aut à proſlambanomeno ad meſen, qui olim & communis & Locrus & Do-
rius dicebatur. In genere verò diatonico prima ſpecies conſonantiæ diapaſon eſt, in
qua hemitonium alterum eſt in parte grauiſſima, alterum verò in quarto loco, ſi à
graui in acutum pergas. Secunda ſpecies eſt, cuius hemitonium alterum habet lo-
cum tertium à grauiſſimo, alterum verò locum ſeptimum & acutiſſimum. Tertia
eſt in qua vtrunque ſemitoniorum ab altero extremorum abeſt vno loco. Quarta, C
in qua vnum hemitonium grauiſſimo loco, alterum quinto ponitur verſus acu-
tas partes. Quinta, in qua vnum hemitonium quarto loco poſt grauiſſimum, alte-
rum verò ſeptimo & acutiſsimo collocatur. Sexta, in qua vnum hemitonium
tertio loco poſt locum grauiſsimum, alterum autem ſecundo loco ab acutiſsimo
ponitur. Denique ſeptima ſpecies conſonantiæ diapaſon eſt, in qua vnum hemito-
nium ſecundo loco poſt grauiſsimum, alterum uerò quinto verſus acutam partem
collocatur. Porrò hæ omnes ſpecies diapaſon ſunt ab iiſdem phthongis ad eoſdem
phthongos eodem modo quo in harmonia & chromate: appellanturque hi modi iiſ-
dem nominibus, quibus illi qui in harmonicis, chromaticiſq; ſpeciebus ipſius diapa-
ſon explicati ſunt. Diſcrimine verò quo differunt explicabile & inexplicabile, diffe-
runt etiam conſtitutiones ex interuallis explicabilibus compoſitæ à conſtitutioni- D
bus, quæ conſtant ex interuallis inexplicabilibus. Quippè conſtitutiones omnes ex-
plicabiles, conſtant ex interuallis explicabilibus. Quæ autem conſtant ex interuallis
inexplicabilibus, ſunt inexplicabiles. Diſcrimine autem quo differt id quod conſe-
quenter & ordine ſequitur, ab eo, quod aliquid tranſilit, nec ordine ſequitur, diffe-
rent etiam conſtitutiones modulatæ per phthongos ordine conſequentes, à conſtitu-
tionibus modulatis per phthongos minimè conſequentes, ſed per phthongos inter quos
aliquis eſt intermedius, quem canendo prætergreſsi ſumus.

Coniuncti autem & Diſiuncti diſcrimine differunt conſtitutiones conflatæ ex te-
trachordis diſiunctis. Eſt autem Coniunctio, duorum tetrachordorum conſequenter,
ordineque modulatorum & ſpecie ſimilium, communis phthongus. Diſiunctio verò, eſt
duorum tetrachordorum conſequenter ordineque modulatorum & ſpecie ſimilium,
toni interpoſitio. Sunt autem in vniuerſum coniunctiones tres, Media, Acutiſsima & E
Grauiſsima. Et Grauiſsima quidem eſt duorū tetrachordorum, quorum alterū eſt te-
trachordum hypaton, alterū uerò tetrachordum meſon. Communis enim phthongus
ea cōiūgit, qui eſt hypate meſon. Media eſt cōiunctio tetrachordi meſon, & tetrachor
di ſynemmenon, quæ coniunguntur communi phthongo, qui eſt Meſe. Acutiſsima
demum coniunctio eſt tetrachordi diezeugmenon, & tetrachordi hyperbolæon. Ea
enim unus communis phthongus, nete diezeugmenon coniungit. Diſiunctio uni-
ca eſt duorum tetrachordorum, quorum alterum eſt tetrachordum mediarum, al-
terum uerò tetrachordum netarum diſiunctarum, quæ uno communi tono diſiun-

guntur,

A guntur, qui eſt inter meſen & parameſen. Ceterùm, Cõſtitutiones perfectæ duæ ſunt: quarum altera minor eſt, altera maior. Ac minor quidem fit per coniunctionem à proſlambanomeno ad neten ſynemmenon, ſuntq; in ea conſtitutione tria tetrachorda coniuncta, tetrachordum grauium mediarum & coniunctarum, & præterea tonus contentus à proſlambanomeno & hypate hypaton. quippe conſtitutio diapaſon & diateſſaron ſimul, cõſonantiæ definitione comprehenditur. Maior autem conſtitutio perfecta fit per diſiunctionem à proſlambanomeno ad neten hyperbolæon, in qua ſunt quattuor tetrachorda (quorum duo à reliquis duobus diſiuncta ſunt, inter ſe verò coniuncta, nempè tetrachordum grauium, mediarum, diſiunctarum, & excellentium) & duo toni, quorum alter eſt inter proſlambanomenon & hypaten hypaton, alter verò inter meſen & parameſen. Huic autem diſdiapaſon conſtitutioni conue-
B nit definitio conſonantiæ. Sed cum in conſtitutione immutabili, quæ ex perfectis ambabus cõſtat, ſint quinque tetrachorda, horum quidem duo communia ſunt vtrique perfectarum cõſtitutionum, tetrachordum grauium, & tetrachordum mediarum. Propria verò ſunt coniunctæ quidem conſtitutionis tetrachordum netarum coniunctarum, diſiunctæ verò tetrachordum netarum diſiunctarum, & tetrachordum netarum excellentium. Differunt etiam diſcrimine mutabili & immutabili, quo conſtitutiones ſimplices à non ſimplicibus diſcrepant. Simplices conſtitutiones ſunt, quę ad unam mediam aptantur, duplices uerò quæ ad duas, triplæ quæ ad tres, multiplices quæ ad plures aptantur. eſt autem media poteſtas phtongi, cui accidit in diſiunctione quidem tonum habere ſimplicem ad partem acutam, ſi conſtitutio immutabilis ſit, ditonum uerò ſimplicem, vel compoſitum ad partem grauem. In coniunctione
C autem, cui accidit trium tetrachordorum coniunctorum eſſe vel acutiſſimum phtongum medij tetrachordi, vel grauiſſimum tetrachordi acutiſſimi. Ex hac media cognoſcuntur reliquorum phtongorum vires. Quomodo enim quiſque phtongus ad mediam ſe habeat, ſtatim clarum fit.

At tonus quatuor ſignificationes habet. Vſurpatur enim & pro phtongo & pro interuallo, & pro loco uocis, & pro tenore. Ac toni nomen pro phtongo vſurpant illi qui lyram appellant heptatonon, quaſi ſeptem tonis, id eſt phtongis, conſtantem, vt Terpander & Ion. Ita enim loquitur Terpander. TONVS quattuor modis accipitur.

At nos quadriſonis inſtantes ſæpe camænis.
D *Inde nouos cythara heptatono celeb abimus hymnos,*
Ion verò in Decachordo:
C *Semper habes denas gradientes ordine chordas,*
Et concordantes harmonias triſonas.
At Græci heptatono cythara diateſſara cantant,
Captantes raro carmine dulce melos.

Alij item non pauci eo nomine uſi ſunt. Pro interuallo verò vſurpatur tonus, cùm dicimus tonum eſſe à meſe ad parameſen. Pro uocis autem loco, vt cùm dicimus uocis tonum Dorium aut Phrygium aut Lydium, aut aliorum aliquem. Sunt enim tredecim toni, vt uult Ariſtoxenus, Hypermixolydius, & qui Hyperphrygius dicitur. Mixolydij duo, acutior & grauior: quorum acutior quidem appellatur Hypoia- Toni tredecim.
E ſtius, grauior uerò Hypodorius. Lydij duo, acutior nempe & grauior, uocaturque Aeolius. Phrygij duo, alter grauis, qui Iaſtius dicitur, alter acutus: Dorius vnus:
F Hypolydij duo, acutior & grauior, qui Hypæolius etiam nuncupatur. Hypophrigij duo quorum grauior vocatur Hypoiaſtius. Vltimus eſt Hypodorius. Horum acutiſſimus eſt Dorius. Reliqui deinceps ab acutiſſimis ad grauiſſimum, hemitonio alij alios ſuperant. Duo autem paralleli appellari trihemitonij. Eadem erit ratio in reliquorum tonorum diſtantijs. Tonus autem Hpermixolidius, eſt duplò acutior quàm Hypodorius. Pro tenore verò vſurpatur tonus, vt cùm dicimus aliquem acuto tono aut graui tono, aut medioeri uocis tono vti.

Mutatio fit quattuor modis, in genere, in conſtitutione, in tono, in Melopœia. Mutatio generum fit, cùm ex diatono in chroma vel harmoniam, aut cum ab harmonia, Mutatio quot modis.

Mutatio conſtitutionum, in muſica.
Mutatio tonorum.
Mutatio in melopœia.

vel chromate in aliquod reliquorum generum migratio fit. Mutatio autem Conſti- A
tutionum fit, cum à coniunctione ad diſiunctionum, aut contrà migratur. Mutatio tonorum ſeu modorum, cum Dorio in Phrygium, aut à Phrigio in Lydium, aut ab Hypermixolydio in Hypodorium, aut omnino cùm ab aliquo tredecim tonorum, in reliquorum quempiam fit tranſitus. Fiunt autem mutationes ab hemitonij exceſſu incipientes vſque ad diapaſon, quarum aliæ fiunt per interualla conſona, aliæ per diſſona. Earum uerò quę fiunt per interualla diſſona, alię ſunt minus concinnę uel inconcinnæ, aliæ magis. Hæ ergo in quibus plurimum fit communicatio, concinniores ſunt; in quibus verò pauciorum, inconcinniores. Quippe in omni mutatione neceſſe eſt aliquid eſſe commune, phtongum nempè, aut interuallum, aut conſtitutionem. Sumitur autem communicatio à phtongorum ſimilitudine. Cùm enim in mutationibus ſimiles inter ſe phtongi ceciderint in denſi participatione, concinna mutatio fit. Cùm autem diſſimiles fuerint phtongi, inconcinna. In melopœia verò mutatio fit, cum ex affectu interuallari in contractum (συσαλτικὸν, vocant) vel quietum; vel ex quieto in interuallarem, vel contractum, migratur. Eſt autem interuallaris affectus melopœiæ, quo ſpecimen exhibetur magnificentiæ, magnanimitatis, & rerum heroicarum, & his affinium affectionum, quibus maximè utitur tragœdia, & reliqua quæ tragicum ſtylum imitantur. Contractus autem affectus eſt, quo animus in humilitatem & affectionem parum virilem contrahitur. Conueniet is affectus amatorijs ægritudinibus, lamentationibus, fletibus, & ſimilibus. Quietus denique affectus eſt, quem ſequitur animi quies, & libera pacificaque animi diſpoſitio. Huic conuenient hymni, pæanes, encomia, cœtus, & his ſimilia. B

Interuallaris affectus Melopœiæ.
Contractus affectus Melopœiæ.
Quietus affectus Melopœiæ.

Melopœia quid ſit.
Melopœia quibus rebus perficiatur.

Melopœia eſt vſus eorum quæ ſubijciuntur harmonicæ tractationi, vel eorum quæ eandem habent vim, quam ea quæ harmonicæ tractationi ſubiecta ſunt. Ea porrò quibus perficitur Melopœia, quattuor ſunt, Ductus, Plexus, Luſus, & Firmitudo. Ductus, eſt meli progreſſio per phtongos deinceps conſequentes. Plexus, eſt alterna poſitio interuallorum. Luſus, eſt percuſſio in eodem tono ſæpius iterata. Firmitudo, eſt immoratio diu continuata ſecundum unam & eandem uocis pronunciationem. C

Hæc ſunt addita, ex manuſcripto Codice Antiquo Græco.

Hæc omnia ex Ariſtide Quintiliano lib. 1. accepta ſunt, niſi forte ille ab hoc vel vterque ab alio quopiam hęc eadem ſibi deſumpſit, quæ etiam Briennius in extremo operis adiecit ad verbum.

Γρ. τέσσαρα, ἀγωγὴ, πλοκὴ, πεττεία, τονὴ. Γρ. ἔτι.

Ἡ μελοποιία ἐστὶ δύναμις κατασκευαστικὴ μέλους, μέλος δὲ πλοκὴ φθόγγων ἀνομοίων ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι. ταύτης δὲ ἡ μὲν ὑπατοειδής ἐστιν. ἡ δὲ νητοειδὴς κατὰ τὰς προειρημένας ἡμῖν τῆς φωνῆς ἰδιότητας. μέρη δὲ αὐτῆς τρία, λῆψις, μίξις, χρῆσις. λῆψις μὲν δι' ἧς εὑρίσκειν τῷ μουσικῷ περιγίνεται ἀπὸ ποίου τόπου τῆς φωνῆς τὸ σύστημα ποιητέον. πότερον ὑπατοειδοῦς, ἢ τῶν λοιπῶν τινος. μίξις δὲ δι' ἧς, ἢ τοὺς φθόγγους ἀλλήλοις, ἢ τοὺς τόπους τῆς φωνῆς ἁρμοζόμενοι, ἢ γένη μελῳδίας, ἢ τρόπων συστήματα. χρῆσις δὲ ἡ ποιὰ τῆς μελῳδίας ἀπεργασία. Ταύτης δὲ πάλιν εἴδη τρία * ἀγωγή, πεττεία, πλοκή. ἀγωγῆς μὲν οὖν εἴδη τρία εὐθεῖα, ἀνακάμπτουσα, περιφερής. Εὐθεῖα μὲν οὖν ἐστιν ἡ διὰ τῶν ἑξῆς φθόγγων τὴν ἐπίτασιν ποιουμένη. ἀνακάμπτουσα δὲ ἡ διὰ τῶν ἑπομένων ἀποτελοῦσα τὴν βαρύτητα. περιφερὴς δὲ ἡ κατὰ συνημμένων μὲν ἐπιτείνουσα, κατὰ δὲ διεζευγμένων δὲ ἀνιοῦσα, ἢ ἐναντίως, αὕτη δὲ καὶ ταῖς μεταβολαῖς θεωρεῖται. πλοκὴ δέ ἐστιν ἡ διὰ τῶν ὑπερβατῶν διαστημάτων, ἢ φθόγγων δύο, ἢ καὶ πλειόνων ἕνα προϊεμένη τόνον.* καίτοι τὰ βαρία τούτων, ἢ τὰ ὀξύτερα προτάττουσα, καὶ τὸ μέλος ἀπεργαζομένη. πεττεία δὲ ἡ ὑφ' ἑνὸς τόνου πολλάκις γινομένη πλῆξις, καὶ ἡ γινώσκομεν τίνας μὲν τῶν φθόγγων ἀφετέον. τίνας δὲ παραληπτέον, καὶ ὁσάκις ἕκαστον αὐτῶν: καὶ ἀπὸ τίνος ἀρκτέον, καὶ εἰς ὃν καταληκτέον. αὕτη δὲ καὶ τοῦ ἤθους γίνεται παραστατική. τονὴ δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ πλεῖστον χρόνου μονὴ κατὰ μίαν γινομένη προφοράν, ὅταν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φθόγγου πλείονες λέξεις μελῳδῶνται. διαφέρει δὲ μελοποιία μελῳδίας. ἡ μὲν γὰρ ἐπαγγελία τοῦ μέλους ἐστί: ἡ δὲ ἕξις ποιητική. Τρόποι δὲ μελοποιίας γένει μὲν τρεῖς, νομικός, διθυραμβικός, τραγικός. ὁ μὲν οὖν νομικὸς τρόπος ἐστὶ νητοειδής, ὁ δὲ διθυραμβικὸς μεσοειδής: ὁ δὲ τραγικὸς ὑπατοειδής. Εἴδη δὲ εὑρίσκονται πλείους, ἃ δυνατὸν δι' * ὁμοιότητα τοῖς γενικοῖς ὑποβάλλειν.

Γρ. ὁμοιότητος.

A λων. ἐρωτικοὶ τε καλοῦνταί τινες, ὧν ἴδιοι ἐπιθαλάμιοι. καὶ κωμικοὶ. καὶ ἐγκωμιαστικοί. Τρόποι δὲ λέγονται διὰ τὸ συνεμφαίνειν πῶς τὸ ἦθος κατὰ τὰ μέλη τῆς διανοίας. διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων αἱ μελοποιίαι γένει, ὡς ἐναρμόνιος, χρωματική, διάτονος συστήματι, ὡς ὑπατοειδής, μεσοειδής, νητοειδής; Τόνῳ ὡς δώριος, φρύγιος, λύδιος. Τρόπῳ, νομικῷ, διθυραμβικῷ, τραγικῷ. Ἤθει * ὡς φαμὲν τὴν μὲν συσταλτικὴν, δι' ἧς πάθη λυπηρὰ κινοῦμεν, τὴν δὲ * διασταλτικὴν, δι' ἧς τὸν θυμὸν ἐξεγείρομεν, τὴν δὲ μέσην, δι' ἧς εἰς ἠρεμίαν τὴν ψυχὴν περιάγομεν, ἤθη δὲ ταῦτα ἐπικαλεῖτο, ἐπειδήπερ τὰ τῆς ψυχῆς καταστήματα διὰ τούτων πρῶτον ἐθεωρεῖτο τε καὶ διωρθοῦτο. hoc eſt. Γρ. εἴδει. Γρ. διασταλτικὴν.

Melopœia eſt vis effectiua cantus. Melos autem eſt, nexus ſonorum diſſimilium acumine, & grauitate. Huius verò quædam eſt hypateformis, alia neteformis iuxta B prędictas à nobis vocis proprietates. Partes autem ipſius tres ſunt. λῆψις, ideſt acceptio, μίξις, mixtio, χρῆσις, vſus. λῆψις quidem ex qua muſico licet inuenire, ex quonā vocis loco facienda ſit conſtitutio, ab hypateformi ne an ex alia. μίξις verò, per quam aut huiuſmodi ſonos inter ſe, aut vocis loca aptamus, aut generum melodias, aut modorum conſtitutiones. χρῆσις verò eſt certa melodiæ exercitatio. Huius rurſus ſunt quatuor ſpecies, agoge, ploce, pettia, tone. Agoges verò ſpecies tres, recta, reflexa, circularis. Recta quidem eſt, quæ per ſequentes ſonos efficit intenſionem. Reflexa verò, quæ in ſequentes conficit grauitatem. Circularis verò, quæ per ſynemmenon intendit, per diezeugmenon autem remittit, aut contra. hęc autem etiam in mutationibus conſideratur. πλοκὴ verò eſt, quæ per diſcretas moras, aut ſonos duo, ſiue plures vnū emittit tonum, horumq. grauia, ſiue acuta accommodat. πεττεία verò, quæ ab vno to C no ſæpè fit pulſatio, quaq. cognoſcimus, quinam ſint omittendi ſoni, qui ve, & quoties ſingulis ipſorum ſumendi, & vndenam incipiendum, & quò terminandum. Hæc verò & morum eſt declaratiua. Τονὴ verò eſt mora ad multum tempus vna prolatione facta, cum per eundem ſonum plures canuntur dictiones. Differt autem melopœia à melodia, hęc enim eſt cantus profeſſio, illa verò habitus effectiua. Modi autem melopœiæ generaliter quidem tres ſunt, nomicus, dithyrambicus, tropicus. Nomicus ergo modus eſt Neteformis. Dithyrambicus verò meſeformis. Tragicus uerò hypateformis. Specie uerò plures reperiuntur quantum per ſimilitudinem licet generibus ſupponere. Namque amatorij quidam uocantur, quorum pars quædam Epithalamij, & Comici, & Encomiaſtici. Tropi uerò dicuntur, quia mores quodammodo ſimul exprimunt iuxta mentis carmina. Differunt autem inter ſe genere melopeiæ, uelut enharmonia, D chromatica, diatonus: conſtitutione hypathoides, meſoides, netoides: tono, ut Dorius, Phrygius, Lydius: tropo, nomico, dithyrābico, tragico; more, ueluti diamus, aliā eſſe contractiuam, per quam affectus triſtes commouemus, aliam uerò relaxatiuam, qua in iram incitamus, aliam uerò mediam, qua in ſerenitatem animum inducimus. Mores uerò iſta uocabantur, quoniam animi ſtatus per has primum conſpiciebantur, atque corrigebantur.

Melopęia quid.

Partes melopęiæ quænā.

Melopęia in quo differat a melodia.

Modi melopęiæ.

Scholia.

Quæ vero in impreſsis ſequuntur vſque ad extremū, in eo non leguntur. videlicet διάγραμμα δὲ σχῆμα. *Sed liber, quæ in extremo ſcripta ſunt, verbis clauditur. Apud Briennium vero à quo forte totus hic locus acceptus eſt, ea ſtatim conſequuntur, quæ ſupra adnotauimus,* E *his tamen adiectis.*

Ἐθεωρεῖτό τε καὶ διωρθοῦτο, εἰ καὶ μὴ ἐκ μόνων, καὶ γὰρ μεταβολὴ μελοποιίας γίνεται, ὅταν ἐκ διασταλτικοῦ ἤθους. εἰς συσταλτικὸν, ἢ ἡσυχαστικὸν, ἢ ἐξ ἡσυχαστικοῦ εἰς τι τῶν λοιπῶν γίνοιτο. hoc eſt.

Conſiderabantur, & corrigebantur, quamuis non ijs ſolis, nam melopœiæ mutatio fit, cum ex more relaxatiuo, ſeu impulſiuo in contractiuum, ſeu pacatiuum, aut ex pacatiuo in aliquid aliud ex reliquis tranſitus fiat.

Deſcriptio, eſt plana figura uires eorum quæ canuntur continens. Vis autem, eſt phthongi ordo, quo cognoſcimus phthōgorum quemlibet. Melopęia autem, eſt uſus

Phtongi in mixtióe triũ generum.

In mixtione autem horum trium generum, hi ſunt.

Proſlambanomenos.
Hypate hypaton.
Parhypate hypaton.
Lichanos hypaton diatonos.
Lichanos hypaton chromatice.
Lichanos hypaton enharmonios.
Hypate meſon.
Parhypate meſon.
Lichanos meſon diatonos.
Lichanos meſon chromatice.
Lichanos meſon enharmonios.
Meſe.
Trite Synemmenon.
Parante Synemmenon diatonos.
Paranete Synemmenon chromatice.
Paranete Synemmenon enharmonios.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Trite diezeugmenon.
Paranete diezeugmenon diatonos.
Paranete diezeugmenon chromatice.
Paranete diezeugmenon enharmonios.
Nete diezeugmenon.
Trite hyperbolæon.
Paranete hyperbolæon diatonos.
Paranete hyperbolæon chromatice.
Paranete hyperbolæon enharmonios.
Nete hyperbolæon.

Phtongi in chromate.

Ex manuſcripto Codice Græco Fuluij Vrſini hæc quæ ſequuntur, quæ quidem nunquam antea fuerant impreſſa repoſuimus.

Hæc omnia ad verbũ de Ariſtide Quintiliano hinc acceperam, niſi forte ille ex hoc, vel potius ex alio quopiam ea deſcripſit. eadẽ apud Bryennium in extremo eius opere leguntur.

Νήτη ὑπερβολαίων. προσλαμβανόμενος μὲν οὖν καλεῖται ὁ τῶν ἀπολελυμένων τετραχόρδων οὐδενὶ κοινωνεῖ, ἀλλ' ἔξωθεν προσλαμβάνεται διὰ τὴν ἐπὶ μέσην συμφωνίαν, τονικὸν ἐπέχων λόγον πρὸς τὴν ὑπάτην τῶν ὑπάτων, ὃν ἔχει μέση πρὸς παραμέσην. ὑπάτη δὲ ὑπάτων, ὅτι τοῦ πρώτου τετραχόρδου πρώτη τίθεται. τὸ γὰρ πρῶτον ὕπατον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. παρυπάτη δὲ ἡ παρ' αὐτὴν κειμένη. ὑπάτων δὲ διάτονος, χρωματική, καὶ ἐναρμόνιος τῶν γενῶν τῆς μελῳδίας εἰσὶ δηλωτικοὶ φθόγγοι. ποικίλη γὰρ καὶ ἡ τῶν τετραχόρδων διάθεσις γίνεται αὐταῖς γενικῶς περιπατεῖται κατ᾽ αὐτάς. ὑπάτη δὲ μέσων ἡ πρώτη πάλιν τοῦ μέσων τετραχόρδου. τοῦτο γὰρ μόνον μεταξὺ θεωρεῖται τῶν ὑπάτων καὶ τοῦ συνημμένων, Παρυπάτη δὲ μέσων ἡ μετὰ ταύτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ὁμοίως ταῖς ὑπατοειδέσιν αἱ δὲ τῶν μέσων λιχανοὶ προσηγορεύθησαν, ὁμωνύμως τῷ πλησσόντι δακτύλῳ τὴν ἠχοῦσαν αὐτὰς χορδὴν ἐπονομασθεῖσαι. Ἡ δὲ μετὰ ταύτας μέση καλεῖται. τῶν γὰρ καθ' ἕκαστον τρόπον φθόγγων ἐκτιθεμένων, μεσαιτάτη. μετὰ δὲ ταύτην ἡμιτόνιον μὲν ἐπιτείναντι τρίτη συνημμένων ἐστίν, ἀπὸ τῆς τελευταίας τῶν μετὰ τὴν μέσην τετραχόρδων τοὺς ἀριθμοὺς ἡμῶν ποιουμένων, διὰ τὸ λοιπὸν ἡμᾶς ἐφεῖσθαι τῶν ὀξυτέρων συστημάτων. αἱ δὲ μετὰ ταύτην διάτονος, χρωματική τε καὶ ἐναρμόνιος, δι' ἃς προείπομεν αἰτίας, αὗται δὲ καὶ παρανῆται καλοῦνται διὰ τὸ πρὸ τῆς νήτης κεῖσθαι. Ἐπὶ δὲ ταύταις ἡ νήτη, τουτέστιν ἡ ἐσχάτη. νέατον γὰρ ἐκάλουν τὸ ἔσχατον οἱ παλαιοί. συνημμένον δὲ ἐκλήθη τὸ ὅλον σύστημα, ὅτι τῷ προκειμένῳ τελείῳ τῷ μέχρι μέσης συνῆπται. πάλιν δὲ ἀπὸ τῆς μέσης ἐπιτείναντι τόνον, ἡ παρ' αὐτὴν κειμένη χορδὴ παραμέση καλεῖται. αἱ δὲ μετὰ ταύτην διὰ τὰς ὁμοίας αἰτίας κατὰ ταὐτὰ ταῖς ἐπὶ τῶν συνημμένων ἔσχηκε τὰς ὀνομασίας. τὸ δὲ σύστημα τοῦτο καλεῖται διεζευγμένων. ἐφ' ἕτερα γὰρ μέρη καὶ οὐκ ἐξ ἴσου τοῖς πρὸ αὐτοῦ κεῖται συστήμασι,

A σήμασιν, εἶτ' ἐφεξῆς τρίτη ὑπερβολαίων, καὶ αἱ ταύτης ἐφεξῆς κατὰ ταὐτὰ καὶ διὰ ταῦτα ταῖς προκειμέναις τὰς ἰδικὰς ἔχουσαι προσηγορίας. τὸ δὲ γενικὸν τούτων ὑπερβολαίων εἴρηται, ὅτι πέρας ἐν ταύταις ποιησαμένη ἡ φωνῆς ἀνθρωπίνης δύναμις ἵσταται. ἔτι δὲ. &c.

Proſlambanomenos igitur dicta eſt, quòd vocatis tetrachordis in nullo communicat, ſed extrinſecus aſſumitur propter epiineſen conſonantiam. Tonicæ habens rationem ad hypaten hypaton, quem habet meſe ad parameſen. Hypate verò hypaton, quoniam in primo tetrachordo prima ponitur. Primum enim ὕπατον, vocabant veteres. Pathypate verò, quæ ipſi proxima eſt. Hypaton verò diatonus, & chromatica, & enharmonia generum melodiæ ſunt ſignificatiui ſoni. Varia enim fit & tetrachordorum diſpoſitio. Iſtę generaliter vocantur parypatę. Hypate verò meſon prima rurſus meſon tetrachordi; hoc enim ſolum conſideratur inter hypaten, & Synne-
B menon. Parypate autem meſon, quæ poſt hanc ſequitur, & reliquæ ſimiles ijs, quæ ſub hypates ſpeciem cadunt, quæ & à ſuo genere, lichani appellatæ ſunt, eodem nomine, quo digitus chordam ipſas perſonantem pulſans, cognominatæ. Quæ uerò ſubſequitur iſtas meſe uocatur. Diſpoſitis enim iuxta ſuum cuiuſque modum ſonis media iacet. Deinde verò intenſione hemitonij trite ſynemmenon eſt, enumerantibus, nobis à poſtrema, quæ poſt netem ſunt, tetrachordon. quoniam iam attigimus acutiores conſtitutiones. Inde ſequuntur diatonos, & chromatica, & enharmonia propter eas, quas iam recenſuimus cauſſas. Hæ verò paranetæ uocantur, quoniam ante netem ſitæ ſunt. Super his verò νήτη, hoc eſt poſtrema. Νίατον, enim apud veteres idem erat, quod poſtremum. Synemmenon verò dicta eſt tota conſtitutio, quòd præiacenti perfecto vſque ad meſen coniuncta eſt. Rurſus verò ad meſe tonum inten-
C dendo, chorda proximè ſita parameſe vocatur; quæ verò ſequuntur hanc, iiſdem nominibus, quibus & conſtitutio Synemmenon ob eaſdem cauſſas nuncupantur. Conſtitutio verò hæc diezeugmenon appellatur; ad alias enim partes, nec ex æquo prioribus conſtitutionibus diſpoſita eſt. Succedit deinde tritæ hyperbolæon, & quæ deinceps hanc ſequitur iuxta & præter eaſdem cauſſas, eaſdem cum prædictis proprias habentes denominationes. Harum verò generica denominatio eſt hyperbolæon, quoniam in hac finem faciens humanæ uocis vis conſiſtit.

Aſſumpta cur ita dicitur.
Primum veteres vocabant ὕπατον.
Pathypate.
Hypaton diatonus.
Hypate meſon.
Lichani.
Meſe.
Trite ſynemmenon.
Chromatica.
Enharmonia.
Paranetæ.
Netæ, id eſt poſtrema.
Parameſe.
Conſtitutio diezeugmenon.

Atque horum ſonorum iam enumeratorum alij ſunt ſtabiles, alij mobiles. Stabiles ſunt, qui in generum differentijs non mutantur, ſed manent in eodem tenore. Mobiles autem, quibus contrarium accidit: mutantur enim in differentijs generum, nec manent in eodem tenore. Stabiles ergo ſunt hi octo. — Soni ſtabiles.

D Proſlambanomenos.
Hypate hypaton.
Hypate meſon.
Meſe.
Nete Synemmenon.
Parameſe.
Nete diezeugmenon.
Nete hyperbolæon.

Mobiles verò ſunt reliqui omnes inter hos interiecti. Ceterùm ſtabilium ſonorum alij ſunt βαρύπυκνοι, id eſt grauitate denſi: alij ἄπυκνοι, id eſt minimè denſi, qui perfectas conſtitutiones comprehendunt. Βαρύπυκνοι, ſunt quinque, hi. — Soni mobiles.

E Hypate hypaton.
Hypate meſon.
Meſe.
Parameſe.
Nete diezeugmenon.

Ἄπυκνοι, autem ſunt, qui continent perfectas conſtitutiones, ſuntque numero tres reliqui. — Minimè denſi.
Proſlambanomenos.
Nete Synemmenon.
Nete hyperbolæon.

A liaab inexplicabilibus. Et magnitudinis quidem differentia eſt, ſecundum quam interuallorum quædam ſunt maiora, quædam minora, vt ditonus, ſeſquitonus, tonus, ſemitonium, dieſis, diateſſaron, diapente, diapaſon & ſimilia. Generis verò, qua interuallorum alia diatonica ſunt, alia chromatica, alia enharmonica. Differentia conſoni à diſſono eſt, qua interuallorum quædam ſunt conſona, quædam diſſona,

In manuſcripto Codice.

Σύμφωνα μὲν οὖν ἐστι διὰ τεσσάρων, διὰ πέντε, διὰ πασῶν, διάφωνα δὲ τὰ ἐλάττονα τοῦ διὰ τεσσάρων πάντα, καὶ τὰ μεταξὺ τῶν συμφώνων πάντα. Ἐλάττονα μὲν οὖν ἐστι τοῦ
B διὰ τεσσάρων δίεσις, ἡμιτόνιον, τόνος, τριημιτόνιον, δίτονον. μεταξὺ δὲ τῶν συμφώνων, τρίτονον, τετράτονον καὶ τὰ ὅμοια. Ἔστι δὲ συμφωνία μὲν δυοῖν φθόγγων ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι, διαφερόντων, κατὰ τὸ αὐτὸ πτῶσις, καὶ κρᾶσις. δεῖ γὰρ τοὺς φθόγγους συγκρουσθέντας* ἕν τι εἶδος ἀποτελεῖν φθόγγου τῇ ἀκοῇ, οὔτε τῆς ὀξύτητος ὑπερβαλούσης, καὶ ἑαυτὴν παρεμφαινούσης, οὔτε τῆς βαρύτητος, ἀλλ' οἱονεὶ κράσεως τοιαύτης γινομένης ὡς τῶν κεκραμένων, μὴ ἐπικρατεῖν θάτερον θατέρου, μηδὲ τὴν αὐτοῦ δύναμιν παρεμφαίνειν, ἢ ὑπερβάλλουσαν, ἢ ἐλλείπουσαν τῆς θατέρου. ἐὰν γὰρ ἡ ἀκοὴ τοῦ βαρέος μᾶλλον ἐν τῇ συγκρούσει ποιῆται τὴν ἀντίληψιν, ἢ πάλιν τοῦ ὀξέος, ἀσύμφωνόν ἐστι τὸ τοιοῦτον. Ἡ δὲ τοῦ συνθέτου ἐστὶ διαφορὰ καθ' ἣν, ἃ μὲν, id eſt.

* Ita apud Briennium συγκραθέντας. Hæc omnia ad verbũ de Briennio accepta videntur, niſi ille ab hoc accepit, vel vterque ab alio quopiam.

Conſona igitur, Diateſſaron, Diapente, Diapaſon; Diſſona verò minora omnia,
C quàm Diateſſaron, & omnia, quæ inter conſona cadunt. Minora ergo ſunt quam diateſſaron, dieſis, ſemitonium, tonus, trihemitonium, Ditonum, inter conſona vero, tritonum, tetratonum, & ſimilia. Eſt autem conſonantia duorum ſonorum acumine, & grauitate differentium in idem caſus, & coarctatio. Oportet enim ſonos in uicem colliſos vnam efficere ſoni ſpeciem ad audiendum, neque acumine ſuperante, ſeſeque præmonſtrante, neque ipſa grauitate. Sed veluti tali coniunctione facta, ſicut in rebus liquidis alterum ab altero non vincitur, neque ſuam uim oſtendit aut maiorem altera, aut minorem. Si enim auditus percipit graue potius in colliſione, aut acutum, huiuſmodi inconſonum quid eſt. Compoſiti autem differentia eſt, ſecundum quam quædam, &c.

D Conſona ſunt diateſſaron, diapente, & diapaſon, & ſimil a. Diſſona autem ſunt ea quæ ſunt minora quàm diateſſaron, vt dieſis, ſemitonium, tonus, ſeſquitonus, ditonus. Inter hæc autem & conſona, medium habent locum Tritonus, Tetratonus, Pentatonus & ſimilia. Eſt autem conſonantia, duorum ſonorum acuti & grauis, grata temperatio. Contrà, diſſonantia eſt duorum ſonorum mutuam temperationem auerſantium, & auditum exacerbantium diſſidium. Differentia compoſiti à ſimplici eſt, qua interuallorum alia ſunt ſimplicia, alia compoſita. Simplicia interualla ſunt, quæ à phtongis, inter quos nullus intermedius eſt, continentur, vt ab hypate, pathy, pate, lichano, hypate meſon. Eadem ratio eſt in reliquis interuallis. Compoſita autem ſunt, quæ continentur à phtongis, inter quos alij intermedij ſunt, vt à meſe & pathypate, à meſe & nete, à parameſe & hypate. Porrò quædam interualla ſunt
E communia ſimplici & compoſito, hemitonium nempè & ditonus, & omnia comprehenſa inter hæc duo. Quippe hemitonium, eſt compoſitum in enharmonio genere. In chromatico verò & diatonico ſimplex. Item Tonus in chromate quidem compoſitus eſt: in diatonico autem ſimplex. Sic trihemitonium in chromate ſimplex eſt, compoſitum autem in diatonico. Denique ditonum interuallum in harmonia quidem ſimplex eſt, in chromate autem & diatono compoſitum, reliquaque interualla ſemitonio minora, ſimplicia ſunt omnia. Quemadmodum ea omnia quæ ditonum excedunt, compoſita. Iam differentia qua explicabilia differunt ab inexplicabilibus, eſt qua interuallorum alia ſunt explicabilia, alia inexplicabilia. explicabilia ſunt quorum magnitudines aſſignari poſſunt, vt Tonus, Semitonium, Ditonus,

Ex Briennio lib. 1. ſect. 5.

Hæc itidem ex Briennio paucis admodũ intermiſſis eod. lib.

A disiunctæ conſtitutionis: differentia denique conſtitutionis immutabilis. Ac magnitudine quidem differunt conſtitutiones maiores à minoribus, vt diapaſon magnitudine diſcrepat à tritono, vel à diapente, vel à diateſſaron, vel ab aliquo his ſimilium. Genere autem differunt conſtitutiones, vt diatonicæ ab enharmonicis, vel chromaticis: aut chromaticæ enharmonicæve à reliquis. Secundum verò conſonum & diſſonum different conſtitutiones contentæ phtongis conſonis, à conſtitutionibus quæ continentur phtongis diſſonis. Sunt verò conſtitutiones conſonæ ſex, in immutabili conſtitutione, quarum minima eſt διατεσσάρων, duobus tonis, & ſemiſſe conſtãs, cuiuſmodi eſt conſtitutio ab hypate hypaton ad hypaten meſon. Secunda conſtitutio eſt diapente, tonorum trium & ſemiſſis, qualis eſt conſtitutio à proſlambanomeno ad hypaten meſon. Tertia eſt conſtitutio diapaſon tonorum ſex, qualis eſt
B à proſlambanomeno ad meſen. Quarta eſt diapaſon & diateſſaron ſimul, tonorum octo & ſemiſſis: qualis eſt conſtitutio à proſlambanomeno ad netem ſynemmenon, vel ad paranetem diezeugmenon diatonicam. Quinta, diapaſon & diapente ſimul, tonorum nouem & ſemiſſis: cuiuſmodi eſt à proſlambanomeno ad netem diezeugmenon. Sexta eſt diſdiapaſon, tonorum duodecim, qualis eſt à proſlambanomeno ad netem hyperbolæon. Conſtitutio autem quæ coniuncta appellatur, progreditur quidem vſque ad quartam conſtitutionem conſonam: Prima enim ipſarum eſt diateſſaron, ſecunda diapente, tertia diapaſon, quarta diapaſon & diateſſaron ſimul, quinta diapaſon & diapente ſimul: ſexta denique diſdiapaſon; vocis enim locus augetur vſque ad octauam conſtitutionem conſonam, nempè vſque ad diſdiapaſon ſimul cum diateſſaron, & vſque ad diſdiapaſon ſimul cum diapente. Diſſonę verò conſtitutiones
C ſunt omnes quæ uel minores ſunt quàm diateſſaron, vel inter prædictas conſonas interijciuntur. Fiunt autem figuræ eiuſdem magnitudinis ex iiſdem ſimplicibus interuallis concretæ & numero æqualibus, cùm ipſorum interuallorum ordo diſſimilitudine aliqua uariatur. (Quæ enim ex æqualibus & ſimilibus omnibus, ſimiliterque diſpoſitis interuallis conſtantur, non faciunt figurarum varietatem.) Quocirca tres erunt ſpecies diateſſaron, quarum prima à barypycnis ſeu grauiter denſis phtongis comprehenditur, cuiuſmodi eſt ab hypate hypaton ad hypaten meſon. Secunda à meſopycnis ſeu medijs denſis phtongis continetur, cuiuſmodi eſt à parhypate hypaton ad parhypaten meſon. Tertia ab oxypycnis ſeu acutis denſis phtongis, cuiuſmodi eſt diateſſaron illud, quod eſt à lichano hypaton ad lichanon meſon. Ac in harmonia quidem & chromate, conſonorum figuræ ſumuntur ad denſi habitudi-
D nem. At in diatono, figuræ non ſiunt ad denſi habitudinem. Quippe id genus in ſemitonia & tonos diuiditur. Suntque in conſonantia diateſſaron, ſemitonium quidem vnum, toni uerò duo. Similiterque in diapente, ſemitonium vnum & toni tres. Item in diapaſon, ſemitonia duo ſunt, tonique quinque. Conſiderantur verò figuræ ſeu ſpecies harum conſonantiarum pro diuerſo ſemitoniorum poſitu. Itaque prima ſpecies conſonantiæ diateſſaron eſt, cuius ſemitonium ad grauiorem partem eſt quàm toni. Secunda, cuius ſemitonium medio loco eſt inter duos tonos. Tertia, cuius ſemitonium acutius eſt tonis. Quæ omnia in reliquis generibus ab iiſdem phtongis ad eoſdem, ad eundem modum ſe habent. Species uerò conſonantiæ diapente, ſunt quattuor. Prima continetur ab barypycnis, in qua tonus primum locum obtinet verſus acutam partem, ſitque ab hypate meſon vſque ad parameſen. Secun-
E da eſt, quę à meſopycnis comprehenditur, in qua tonus penultimum locum obtinet, ſi à graui incipiens in acutum tendas, ſitq; à parhypate meſon vſq; ad triten diezeugmenon. Tertia continetur ab oxypycnis, in qua tonus ponitur loco antepenultimo, ſi à graui ad acutum pergas, ſitque à lichano meſon ad paraneten diezeugmenon. Quarta comprehenditur à barypycnis, in qua ſi ab acuto in graue tendas, quartum locum poſſidet tonus. ſitque à meſe ad neten diezeugmenon, aut à proſlambanomeno ad hypaten meſon. In diatono autem, prima ſpecies conſonantiæ diateſſaron, eſt in qua ſemitonium primum, & grauiſſimum locum habet. Secunda, in qua ſemitonium primum locum habet ad partem acutiſſimam. Tertia, in qua ſemitonium penultimum locum habet tendendo à graui in acutum. Quarta, in qua hemitonium

nium penultimum locum habet tendendo ab acuto in graue. Iam Conſonantiæ dia A
paſon ſpecies ſeptem ſunt, quarum prima à barypycnis phtongis comprehen-
ditur, in qua tonus acutiſſimum locum obtinet, eſtq; ab hypate hypatō ad parameſen
Myxolydius tonus. qui modus ab antiquis Mixolydius uocabatur. Secunda ſpecies à meſopycnis conti
netur, in qua penultimum locum tenet tonus, ſi à graui in acutū tendas, ſitq; à pary-
Lydius. pate hypaton ad triten diezeugmenon, qui modus antiquis vocabatur Lydius. Ter
tia ſpecies continetur oxypycnis, in qua tonus locum antepenultimum obtinet, ſi à
graui tendas in acutum: eſt autem à lichano hypaton ad paraneten diezeugmenon,
Phrygius. vocabaturque olim hic modus, Phrygius. Quarta ſpecies continetur à barypycnis
phtongis, in qua tonus quartum locum obtinet, ſi ab acuto tendas in graue, eſtque in-
Dorius. ter hypaton meſon & neten diezeugmenon, qui modus olim dicebatur Dorius. Quin
ta comprehenditur à meſopycnis, in qua tonus quintum habet locum ab acutiſſimo, B
Hypolydius. qui modus olim Hypolydius dicebatur, eſtque à parhypate meſon ad triten hyperbo
læon. Sexta ab oxypicnis continet tonum habet ſexto loco ab acutiſſimo, ſitque
Hypophrygius. à lichano meſon ad paraneten hyperbolæon. Vocatur autem modus hic, Hypo-
phrygius. Septima ſpecies diapaſon eſt, quam continent phtongi barypycni, in
qua tonus grauiſſimum locum habet. Eſt autem hic modus à meſe ad neten hyper-
Communis. & Locrus. & Dorius. bolæon, aut à proſlambanomeno ad meſen, qui olim & communis & Locrus & Do-
rius dicebatur. In genere verò diatonico prima ſpecies conſonantiæ diapaſon eſt, in
qua hemitonium alterum eſt in parte grauiſſima, alterum verò in quarto loco, ſi à
graui in acutum pergas. Secunda ſpecies eſt, cuius hemitonium alterum habet lo-
cum tertium à grauiſſimo, alterum verò locum ſeptimum & acutiſſimum. Tertia
eſt in qua vtrunque ſemitoniorum ab altero extremorum abeſt uno loco. Quarta,
in qua vnum hemitonium grauiſſimo loco, alterum quinto ponitur verſus acu- C
tas partes. Quinta, in qua vnum hemitonium quarto loco poſt grauiſſimum, alte-
rum verò ſeptimo & acutiſsimo collocatur. Sexta, in qua vnum hemitonium
tertio loco poſt locum grauiſsimum, alterum autem ſecundo loco ab acutiſsimo
ponitur. Denique ſeptima ſpecies conſonantiæ diapaſon eſt, in qua vnum hemito-
nium ſecundo loco poſt grauiſsimum, alterum verò quinto verſus acutam partem
collocatur. Porrò hæ omnes ſpecies diapaſon fiunt ab iiſdem phtongis ad eoſdem
phtongos eodem modo quo in harmonia & chromate: appellanturque hi modi iiſ-
dem nominibus, quibus illi, qui in harmonicis, chromaticiſq; ſpeciebus ipſius diapa-
ſon explicati ſunt. Diſcrimine verò quo differunt explicabile & inexplicabile, diffe
runt etiam conſtitutiones ex interuallis explicabilibus compoſitæ à conſtitutioni- D
bus, quæ conſtant ex interuallis inexplicabilibus. Quippè conſtitutiones omnes ex-
plicabiles, conſtant ex interuallis explicabilibus. Quæ autem conſtant ex interuallis
inexplicabilibus, ſunt inexplicabiles. Diſcrimine autem quo differt id quod conſe-
quenter & ordine ſequitur, ab eo, quod aliquid tranſilit, nec ordine ſequitur, diffe-
rent etiam conſtitutiones modulatæ per phtongos ordine conſequentes, à conſtitu-
tionibus modulatis per phtongos minimè conſequentes, ſed per phtongos inter quos
aliquis eſt intermedius, quem canendo prætergreſsi ſumus.

Coniuncti autem & Diſiuncti diſcrimine different conſtitutiones conflatæ ex te-
trachordis diſiunctis. Eſt autem Coniunctio, duorum tetrachordorum conſequenter,
ordineque modulatorum & ſpecie ſimilium, communis phtongus. Diſiunctio verò, eſt
duorum tetrachordorum conſequenter ordineque modulatorum & ſpecie ſimilium, E
toni interpoſitio. Sunt autem in vniuerſum coniunctiones tres, Media, Acutiſsima &
Grauiſsima. Et Grauiſsima quidem eſt duorū tetrachordorum, quorum alterū eſt te-
trachordum hypaton, alterū verò tetrachordum meſon. Communis enim phtongus
ea cōiūgit, qui eſt hypate meſon. Media eſt cōiunctio tetrachordi meſon, & tetrachor
di ſynemmenon, quæ coniunguntur communi phtongo, qui eſt Meſe. Acutiſsima
demum coniunctio eſt tetrachordi diezeugmenon, & tetrachordi hyperbolæon. Ea
enim unus communis phtongus, nete diezeugmenon coniungit. Diſiunctio uni-
ca eſt duorum tetrachordorum, quorum alterum eſt tetrachordum mediarum, al-
terum verò tetrachordum netarum diſiunctarum, quæ uno communi tono diſiun-

A guntur, qui eſt inter meſen & parameſen. Ceterùm, Cōſtitutiones perfectæ duæ ſunt: quarum altera minor eſt, altera maior. Ac minor quidem fit per coniunctionem à proſlambanomeno ad netem ſynemmenon, ſuntq; in ea conſtitutione tria tetrachorda coniuncta, tetrachordum grauium mediarum & coniunctarum, & præterea tonus contentus à proſlambanomeno & hypate hypaton. quippe conſtitutio diapaſon & diateſſaron ſimul, conſonantiæ definitione comprehenditur. Maior autem conſtitutio perfecta fit per diſiunctionem à proſlambanomeno ad neten hyperbolæon, in qua ſunt quattuor tetrachorda (quorum duo à reliquis duobus diſiuncta ſunt, inter ſe verò coniuncta, nempè tetrachordum grauium, mediarum, diſiunctarum, & excellentium) & duo toni, quorum alter eſt inter proſlambanomenon & hypaten hyparon, alter verò inter meſen & parameſen. Huic autem diſdiapaſon conſtitutioni conue-
B nit definitio conſonantiæ. Sed cum in conſtitutione immutabili, quæ ex perfectis ambabus conſtat, ſint quinque tetrachorda, horum quidem duo communia ſunt vtrique perfectarum cōſtitutionum, tetrachordum grauium, & tetrachordum mediarum. Propria verò ſunt coniunctæ quidem conſtitutionis tetrachordum netarum coniunctarum, diſiunctæ verò tetrachordum netarum diſiunctarum, & tetrachordum netarum excellentium. Differunt etiam diſcrimine mutabili & immutabili, quo conſtitutiones ſimplices à non ſimplicibus diſcrepant. Simplices conſtitutiones ſunt, quę ad unam mediam aptantur, duplices uerò quæ ad duas, triplæ quæ ad tres, multiplices quæ ad plures aptantur. eſt autem media poteſtas phtongi, cui accidit in diſiunctione quidem tonum habere ſimplicem ad partem acutam; ſi conſtitutio immutabilis ſit, ditonum uerò ſimplicem, vel compoſitum ad partem grauem. In coniunctione
C autem, cui accidit trium tetrachordorum coniunctorum eſſe vel acutiſſimum phtongum medij tetrachordi, vel grauiſſimum tetrachordi acutiſſimi. Ex hac media cognoſcuntur reliquorum phtongorum vires. Quomodo enim quiſque phtongus ad mediam ſe habeat, ſtatim clarum fit.

At tonus quattuor ſignificationes habet. Vſurpatur enim & pro phtongo & pro interuallo, & pro loco uocis, & pro tenore. Ac toni nomen pro phtongo vſurpant illi qui lyram appellant heptatonon, quaſi ſeptem tonis, id eſt phtongis, conſtantem, vt Terpander & Ion. Ita enim loquitur Terpander. TONVS quattuor modis accipitur.

At nos quadriſonis inſtantes ſæpe camœnis.
D *Inde nouos cythara heptatono celebrabimus hymnos,*

Ion verò in Decachordo:

Semper habes denas gradientes ordine chordas,
Et concordantes harmonias triſonas.
At Græci heptatono cythara diateſſara cantant,
Captantes raro carmine dulce melos.

Alij item non pauci eo nomine uſi ſunt. Pro interuallo verò vſurpatur tonus, cùm dicimus tonum eſſe à meſe ad parameſen. Pro uocis autem loco, vt cùm dicimus uocis tonum Dorium aut Phrygium aut Lydium, aut aliorum aliquem. Sunt enim tredecim toni, vt uult Ariſtoxenus; Hypermixolydius, & qui Hyperphrygius dicitur. Mixolydij duo, acutior & grauior: quorum acutior quidem appellatur Hypoiaſtius, grauior uerò Hypodorius: Lydij duo, acutior nempe & grauior, uocaturque Aeolius: Phrygij duo, alter grauis, qui Iaſtius dicitur, alter acutus: Dorius vnus: Hypolydij duo, acutior & grauior, qui Hypæolius etiam nuncupatur. Hypophrigij duo quorum grauior vocatur Hypoiaſtius. Vltimus eſt Hypodorius. Horum acutiſſimus eſt Dorius. Reliqui deinceps ab acutiſſimis ad grauiſſimum, hemitonio alij alios ſuperant. Duo autem paralleli appellari trihemitonij. Eadem erit ratio in reliquorum tonorum diſtantijs. Tonus autem Hpermixolidius, eſt duplo acutior quàm Hypodorius. Pro tenore verò vſurpatur tonus, vt cùm dicimus aliquem acuto tono aut graui tono, aut medioeri uocis tono vti. Toni tredecim.
E

Mutatio fit quattuor modis, in genere, in conſtitutione, in tono, in Melopœia. Mutatio generum fit, cùm ex diatono in chromá vel harmoniam, aut cum ab harmonia, Mutatio quot modis.

Mutatio conſtitutionum, in muſica. vel chromate in aliquod reliquorum generum migratio fit. Mutatio autem Conſtitutionum fit, cum à coniunctione ad diſiunctionum, aut contrà migratur. A

Mutatio tonorum. Mutatio in melopœia. Mutatio tonorum ſeu modorum, cum Dorio in Phrygium, aut à Phrigio in Lydium, aut ab Hypermixolydio in Hypodorium, aut omnino cùm ab aliquo tredecim tonorum, in reliquorum quempiam fit tranſitus. Fiunt autem mutationes ab hemitonij exceſſu incipientes vſque ad diapaſon, quarum aliæ fiunt per interualla conſona, aliæ per diſſona. Earum verò quę fiunt per interualla diſſona, alię ſunt minus concinnę uel inconcinnæ, aliæ magis. Hæ ergo in quibus plurimum fit communicatio, concinniores ſunt; in quibus verò pauciorum, inconcinniores. Quippe in omni mutatione neceſſe eſt aliquid eſſe commune, phtongum nempè, aut interuallum, aut conſtitutionem. Sumitur autem communicatio à phtongorum ſimilitudine. Cùm enim in mutationibus ſimiles inter ſe phtongi ciciderint in denſi participatione, concinna B

Interuallaris affectus Melopœiæ. Contractus affectus Melopœiæ. Quietus affectus Melopęiæ. mutatio fit. Cum autem diſſimiles fuerint phtongi, inconcinna. In melopœia verò mutatio fit, cum ex affectu interuallari in contractum (*συςαλτικὸν*, vocant) vel quietum; vel ex quieto in interuallarem, vel contractum, migratur. Eſt autem interuallaris affectus melopœiæ, quo ſpecimen exhibetur magnificentiæ, magnanimitatis, & rerum heroicarum, & his affinium affectionum, quibus maximè utitur tragœdia, & reliqua quæ tragicum ſtylum imitantur. Contractus autem affectus eſt, quo animus in humilitatem & affectionem parum virilem contrahitur. Conueniet is affectus amatorijs ægritudinibus, lamentationibus, fletibus, & ſimilibus. Quietus denique affectus eſt, quem ſequitur animi quies, & libera pacificaque animi diſpoſitio. Huic conuenient hymni, pæanes, encomia, cœtus, & his ſimilia.

Melopœia quid ſit. Melopœia eſt vſus eorum quæ ſubijciuntur harmonicæ tractationi, vel eorum quæ eandem habent vim, quam ea quæ harmonicæ tractationi ſubiecta ſunt. Ea porrò C

Melopœia quibus rebus perficiatur. quibus perficitur Melopœia, quattuor ſunt, Ductus, Plexus, Luſus, & Firmitudo. Ductus, eſt meli progreſſio per phtongos deinceps conſequentes. Plexus, eſt alterna poſitio interuallorum. Luſus, eſt percuſſio in eodem tono ſæpius iterata. Firmitudo, eſt immoratio diu continuata ſecundum unam & eandem uocis pronunciationem.

Hæc ſunt addita, ex manuſcipto Codice Antiquo Græco.

Hæc omnia ex Ariſtide Quintiliano lib. 1 accepta ſunt, niſi forte ille ab hoc vel vterque ab alio quopiam hęc eadem ſibi deſumpſit, quæ etiam Brieonius in extremo operis adiecit ad verbum.

Γρ. τέσσαρα, ἀγωγὴ, πλοκὴ, πεττεία, τονή. Γρ. ἔτι.

Ἡ μελοποιΐα ἐστὶ δύναμις κατασκευαστικὴ μέλους, μέλος δὲ πλοκὴ φθόγγων ἀνομοίων ὀξύτητι, καὶ βαρύτητι. ταύτης δὲ ἡ μὲν ὑπατοειδής ἐστιν. ἡ δὲ νητοειδὴς κατὰ τὰς D προειρημένας ἡμῖν τῆς φωνῆς ἰδιότητας. μέρη δὲ αὐτῆς τρία, λῆψις, μίξις, χρῆσις. λῆψις μὲν δι' ἧς εὑρίσκειν τῷ μουσικῷ περιγίνεται ἀπὸ ποίου τόπου τῆς φωνῆς τὸ σύστημα ποιητέον. πότερον ὑπατοειδοῦς, ἢ τῶν λοιπῶν τινος. μίξις δὲ δι' ἧς, ἢ τοὺς φθόγγους ἀλλήλοις, ἢ τοὺς τόπους τῆς φωνῆς ἁρμοζόμεθα, ἢ γένη μελῳδίας, ἢ τρόπων συστήματα. χρῆσις δὲ ἡ ποιὰ τῆς μελῳδίας ἀπεργασία. Ταύτης δὲ πάλιν εἴδη τρία * ἀγωγὴ, πεττεία, πλοκή. ἀγωγῆς μὲν οὖν εἴδη τρία εὐθεῖα, ἀνακάμπτουσα, περιφερής. Εὐθεῖα μὲν οὖν ἐστιν ἡ διὰ τῶν ἑξῆς φθόγγων τὴν ἐπίτασιν ποιουμένη. ἀνακάμπτουσα δὲ ἡ διὰ τῶν ἑπομένων ἀποτελοῦσα τὴν βαρύτητα. περιφερὴς δὲ ἡ κατὰ συνημμένων μὲν ἐπιτείνουσα, κατὰ διεζευγμένων δὲ ἀνιεῖσα, ἢ ἐναντίως, αὕτη δὲ καὶ ταῖς μεταβολαῖς θεωρεῖται. πλοκὴ δέ ἐστιν ἡ διὰ τῶν ὑπερβατῶν διαστημάτων, ἢ φθόγγων δύο, ἢ καὶ πλειόνων ἕνα προηγουμένη τόνον. * κείται τὰ βαρία τούτων, ἢ τὰ ὀξύτερα προτάττουσα, καὶ τὸ μέλος ἀπεργαζομένη. πεττεία δέ ἐστιν E ἡ ὑφ' ἑνὸς τόνου πολλάκις γινομένη πλῆξις, καὶ ἣ γινώσκομεν τίνας μὲν τῶν φθόγγων ἀφετέον, τίνας δὲ παραληπτέον, καὶ ὁσάκις ἕκαστον αὐτῶν· καὶ ἀπὸ τίνος ἀρκτέον, καὶ εἰς ὃν καταληκτέον. αὕτη δὲ καὶ τοῦ ἤθους γίνεται παραστατική. τονὴ δέ ἐστιν ἡ ἐπὶ πλεῖστον χρόνον μονὴ κατὰ μίαν γινομένη προφοράν, ὅταν ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ φθόγγου πλείονες λέξεις μελῳδῶνται. διαφέρει δὲ μελοποιΐα μελῳδίας. ἡ μὲν γὰρ ἐπαγγελία τοῦ μέλους ἐστί: ἡ δὲ ἕξις ποιητική. Τρόποι δὲ μελοποιΐας γένει μὲν τρεῖς, νομικὸς, διθυραμβικὸς, Τραγικός. ὁ μὲν οὖν νομικὸς τρόπος ἐστὶ νητοειδὴς, ὁ δὲ διθυραμβικὸς μεσοειδής: ὁ δὲ τραγικὸς ὑπατοειδής. Εἴδη δὲ εὑρίσκονται πλείους, ἃς δυνατὸν διὰ * ὁμοιότητα τοῖς γενικοῖς ὑποβάλλειν.

Γρ. ὁμοιότητος.

A λοι. ἐρωτικοί τε καλοῦνταί τινες, ὧν ἴδιοι ἐπιθαλάμιοι. καὶ κωμικοί. καὶ ἐγκωμιαστικοί. Τρόποι δὲ λέγονται διὰ τὸ συνεμφαίνειν πως τὸ ἦθος κατὰ τὰ μέλη τῆς διανοίας. διαφέρουσι δὲ ἀλλήλων αἱ μελοποιΐαι γένει, ὡς ἐναρμόνιος, χρωματική, διάτονος συστήματι, ὡς ὑποτατοειδής, μεσοειδής, νητοειδής· Τόνῳ ὡς δώριος, φρύγιος, λύδιος. Τρόπῳ, νομικῷ, διθυραμβικῷ, τραγικῷ. Ἦτη * ὧ φαμὲν τὴν μὲν συσταλτικήν, δι' ἧς πάθη λυπηρὰ κινοῦμεν, τὴν δὲ * διασταλτικήν, δι' ἧς τὸν θυμὸν ἐξεγείρομεν, τὴν δὲ μέσην, δι' ἧς εἰς ἠρεμίαν τὴν ψυχὴν περιάγομεν, ἤθη δὲ ταῦτα ἐπεκαλεῖτο, ἐπειδὴ περὶ τὰ τῆς ψυχῆς καταστήματα διὰ τούτων πρῶτον ἐθεωρεῖτο τι καὶ διωρθοῦτο. hoc eſt. γρ. ἤθει. γρ. διασταλτικήν

Melopœia eſt vis effectiua cantus. Melos autem eſt, nexus ſonorum diſſimilium acumine, & grauitate. Huius verò quædam eſt hypateformis, alia neteformis iuxta prędictas à nobis vocis proprietates. Partes autem ipſius tres ſunt. λῆψις, ideſt acceptio, μίξις, mixtio, χρῆσις, vſus. λῆψις quidem ex qua muſico licet inuenire, ex quonā vocis loco facienda ſit conſtitutio, ab hypateformi ne an ex alia. μίξις verò, per quam aut huiuſmodi ſonos inter ſe, aut vocis loca aptamus, aut generum melodias, aut modorum conſtitutiones. χρῆσις verò eſt certa melodiæ exercitatio. Huius rurſus ſunt quatuor ſpecies, agoge, ploce, pettia, tone. Agoges verò ſpecies tres, recta, reflexa, circulatis. Recta quidem eſt, quæ per ſequentēs ſonos efficit intenſionem. Reflexa verò, quæ in ſequentes conficit grauitatem. Circulatis verò, quæ per ſynemmenōn intendit, per diezeugmenōn autem remittit, aut contra. hęc autem etiam in mutationibus conſideratur. πλοκή verò eſt, quæ per diſcretas moras, aut ſonos duo, ſiue plures vnū emittit tonum, horumq. grauia, ſiue acuta accommodat. πεττεία verò, quæ ab vno tono ſæpè fit pulſatio, quaq. cognoſcimus, quinam ſint omittendi ſoni, quive, & quoties ſingulis ipſorum ſumendi, & vndenam incipiendum, & quò terminandum. Hæc verò & morum eſt declaratiua. Toni verò eſt mora ad multum tempus vna prolatione facta, cum per eundem ſonum plures canuntur dictiones. Differt autem melopœia à melodia, hęc enim eſt cantus profeſſio. illa verò habitus effectiua. Modi autem melopœiæ generaliter quidem tres ſunt, nomicus, dithyrambicus, tropicus. Nomicus ergo modus eſt Neteformis. Dithyrambicus verò meſeformis. Tragicus uerò hypateformis. Specie uerò plures reperiuntur quantum per ſimilitudinem licet generibus ſupponere. Namque amatorij quidam uocantur, quorum pars quædam Epithalamij, & Comici, & Encomiaſtici. Tropi uerò dicuntur, quia mores quodammodo ſimul exprimunt iuxta mentis carmina. Differunt autem inter ſe genere melopeiæ, uelut enharmonia, chromatica, diatonus: conſtitutione hypathoides, meſoides, netoides: tono, ut Dorius, Phrygius, Lydius: tropo, nomico, dithyrābico, tragico; more, ueluti diamus, aliā eſſe contractiuam, per quam affectus triſtes commouemus, aliam uerò relaxatiuam, qua in iram incitamus, aliam uerò mediam, qua in ſerenitatem animum inducimus. Mores uerò iſta uocabantur, quoniam animi ſtatus per has primum conſpiciebantur, atque corrigebantur.

Melopęia quid.

Partes melopęiæ quenā.

Melopęiæ in quo differat à melodia.

Modi melopęiæ.

B C D (margin letters)

Scholia.

Quæ vero in impreſſis ſequuntur vſque ad extremū, in eo non leguntur. videlicet διὰ χάραγμα δὲ χῆμα. *Sed liber, quæ in extremo ſcripta ſunt, verbis clauditur. Apud Briennium vero à quo forte totus hic locus acceptus eſt, ea ſtatim conſequuntur, quæ ſupra adnotauimus,*
E *his tamen adiectis.*

Ἐθεωρεῖτο τι καὶ διωρθοῦτο, εἰ καὶ μὴ ἐκ μόνων, καὶ γὰρ μεταβολὴ μελοποιΐας γίνεται, ὅταν ἐκ διασταλτικοῦ ἤθους εἰς συσταλτικὸν, ἢ ἡσυχαστικὸν, ἢ ἐξ ἡσυχαστικοῦ εἰς τι τῶν λοιπῶν γίνοιτο. hoc eſt.

Conſiderabantur, & corrigebantur, quamuis nōn ijs ſolis, nam melopœiæ mutatio fit, cum ex more relaxatiuo, ſeu impulſiuo in contractiuum, ſeu pacatiuum; aut ex pacatiuo in aliquid aliud ex reliquis tranſitus fiat.

Deſcriptio, eſt plana figura uires eorum quæ canuntur continens. Vis autem, eſt phthongi ordo, quo cognoſcimus phthōgorum quemlibet. Melopęia autem, eſt uſus

subie-

ſubiectorum tractationi harmonicę, ad decorum eorum,quæ canenda proponuntur. A
Atque hic eſt finis & ſcopus tractationis harmonicæ.

Briennius libro primo capit. 8. de Tono.

Ὅταν λέγωμεν φωνῆς τόνον δώριον, ἢ φρύγιον, ἢ λύδιον, ἢ τῶν ἄλλων τινά. καὶ γὰρ κατὰ μὲν τὸν Ἀριστόξενον τόνοι εἰσὶ τρεῖς καὶ δέκα. ὁ ὑποδώριος, ὁ ὑποϊάστιος, ὁ ὑποφρύγιος, ὁ ὑποαιόλιος, ὁ ὑπολύδιος, ὁ δώριος, ὁ ἰάστιος, ὁ φρύγιος, ὁ αἰόλιος, ὁ λύδιος, ὁ μιξολύδιος, ὁ καὶ ὑπερδώριος, ὁ ὑπεριάστιος, καὶ ὁ ὑπερμιξολύδιος, ὁ καὶ ὑπερφρύγιος. Κατὰ δὲ Πτολεμαῖον ὀκτώ. ὁ ὑποδώριος, ὁ ὑποφρύγιος, ὁ ὑπολύδιος, ὁ δώριος, ὁ φρύγιος, ὁ λύδιος ὁ μιξολύδιος, καὶ ὁ ὑπερμιξολύδιος. hoc eſt.

Cum uocis aliam dicimus,doriam,ſeu phrygiam,ſeu lydiam,uel ex alijs aliquam. B
Etenim ſecundum Ariſtoxenem toni ſunt tredecim. hypodorius, hypoiaſtius, hypophrygius, Aeolius, Lydius, Mixolydius, qui & Hyperdorius; Hyperiaſtius, hypermixolydius, qui & hyperphrygius. Secundum uerò Ptolomęum octo. hypodorius, hypophrygius, hypolydius, dorius, phrygius, lydius, mixolydius, & hypermixolydius.

EVCLIDIS SECTIO
REGVLAE HARMONICAE.

SI nihil moueretur, ſed omnia quieſcerent, ſummum eſſet ſilentium; Si autem fieret ſilentium, nihilque moueretur, nihil audiretur. Quare ut aliquid audiatur, neceſſe eſt prius motum pulſumq. fieri. C
Cum ergo ſonitus omnes fiant ex pulſu: pulſus autem fieri non poſſit niſi pręcedente motu: & motuum alij ſint crebriores, alij rariores: & crebriores quidem motus faciant acutiorem ſonitum: rariores autem, grauiorem: neceſſe eſt, ſonituum eſſe quoſdam acutiores, eos nempe qui è crebrioribus pluribuſque motibus conſtant; quoſdam uerò grauiores, cùm ex rariorib. paucioribuſq. motibus conſtentur. Quocirca ſonitus acutiores æquo, mediocritatem conſequentur, & remittentur detractione motuum. Grauiores autem ęquo, mediocritatem aſſequentur adiectione motuum, quæ fit intenſione. Cùm igitur ſoni, adiectione & ablatione mediocritatem aſſequantur, fatendum neceſſario eſt, eos è partibus componi. Quę autem è partibus componuntur, omnia inter ſe numerorũ rationem habere cenſentur. Quocirca neceſſe eſt phtongos inter ſe in D
numerorum ratione cenſeri. Atqui numerorum alij ſunt in ratione multiplici, alij in ſuperparticulari, alij in ſuperpariente; Quare phtongi etiam, rationes eiuſmodi neceſſariò inter ſe habebunt. Sed & numerorum quidam uno nomine multiplices ſuperparticulares inter ſe dicuntur. Quapropter hinc etiam noſcemus, phtongorum quoſdam conſonos, quoſdam diſſonos. Et conſonos quidem cognoſcimus eos, qui ita miſcentur, ut una ex ambobus temperatio fiat: Diſſonos autem, qui non ita miſcentur, ut ex ambobus una fiat temperatio. His poſitis, uerisimile eſt conſonos eſse in ratione eorum numerorum, qui uno ſimplicique nomine multiplices inter ſe, uel ſuperparticulares dicuntur, cùm ex ambobus una fiat uocis temperatio.

THEOREMA I. E

Si interuallum multiplex duplicetur, interuallum quod ex duplicatione producetur, erit multiplex.

Sit enim interuallum $\beta\gamma$, ſitq. β multiplex ipſius γ, fiatq. ut γ ad β, ita β ad δ. id eſt, duplicetur interuallum $\beta\gamma$ (ut docet 10. def. quinti Elementorum) dico δ multiplex eſse ipſius γ, id eſt, interuallum productum, quod eſt $\delta\gamma$, eſse multiplex. Quia enim β multiplex eſt ipſius γ. Igitur γ metitur ipſum β (per conuerſam 5. definit. ſeptimi Elem.) Eſt autem ut γ ad β, ita β ad δ, ex hypotheſi. Quare γ metitur ipſum δ. Igitur δ, multiplex eſt ipſius γ. per 5. definit. ſept. Elementorum.

THEO-

A T H E O R E M A I I.

Si ex interualli duplicatione fiat interuallum multiplex, ipſum quoque eſt multiplex.

Sit interuallum $\beta\gamma$, fiatq. vt β ad γ, ſic γ ad δ. ſitq. δ multiplex ipſius γ, dico etiã β multiplex eſſe ipſius γ. Quia enim δ eſt multiplex ipſius γ. igitur γ metitur ipſum δ. Didici autem (propoſ. 7. octaui Elementi,) Si ſint quotlibet numeri continuè proportionales, quorum primus metiatur extremum, intermedios etiam metiri. Igitur γ, ipſum β metitur, Quare β, multiplex eſt ipſius γ.

T H E O R E M A I I I.

Inter duos numeros, quorum interuallum ſit ſuperparticulare, medij proportionales numeri neque vnus neque plures cadent.

Sit interuallum ſuperparticulare β ad ipſum γ. Sintq. $\delta\zeta$ & θ. numeri minimi eiuſ-
B dem rationis, quam habet β ad γ. Igitur ſola vnitas metitur ipſos $\delta\zeta$ & θ numeros (per 24. propoſ. & 12. def. 7. Element.) communi menſura. Ergo à $\delta\zeta$ aufer $\varepsilon\zeta$, numerum æqualem ipſi θ, relinqueturq. vnitas. Ergo $\delta\zeta$, numerus eſt ſuperparticularis ad θ. eſtq. exceſſus δ, communis menſura duorum numerorum, quorum vnus eſt $\delta\zeta$, alter θ. Ergo inter $\delta\zeta$ & θ, nullus medius proportionalis cadet. Si enim aliquis inter eos cadat, ille neceſſariò erit minor, quàm $\delta\zeta$, & maior quàm θ. ideoq. neceſſe erit vnitatem diuidi: quod abſurdum eſt, Ergo inter $\delta\zeta$ & θ numeros nullus medius proportionalis incidet. Quot autem inter duos minimos incidunt medij proportionales, tot inter eandem rationem habentes eis, incidunt (per 8. prop. octaui Elem.) Nullus autem medius proportionalis cadit inter $\delta\zeta$ & θ. Ergo inter β & γ, nullus medius proportionalis incidet.

C T H E O R E M A I I I I.

Si interuallum non multiplex duplicetur, producetur interuallum quod neque multiplex erit, neque ſuperparticulare.

Sit interuallum non multiplex $\beta\gamma$, ſitq. vt γ ad β, ita β ad δ. Dico δ neque multiplicem, neque ſuperparticularem eſſe ipſius γ. Eſto enim primum (ſi fieri poſſit) multiplex δ ipſius γ. Quia igitur didicimus (ſecundo theoremate) ſi ex interualli duplicatione fiat interuallum multiplex, ipſum interuallum antequàm duplicaretur, fuiſſe multiplex: ergo β multiplex eſſet ipſius γ, quod eſt contra hypotheſin. Fieri ergo non poteſt, vt δ, ſit multiplex ipſius γ. Sed nec ſuperparticularis eſt, propterea quòd
D inter duos numeros ſuperparticularem rationem habentes, nullus cadit medius proportionalis numerus, per præcedens theorema. Atqui inter δ & γ. cadit β. Non poteſt ergo δ, ipſius γ eſſe vel multiplex, uel ſuperparticularis.

T H E O R E M A V.

Si ex interualli duplicatione non producatur multiplex interuallum, ipſum non eſt multiplex.

Sit interuallum $\beta\gamma$, fiatq. vt γ ad β, ſic β ad δ. ipſe autem δ multiplex non ſit ipſius γ. Dico nec β, ipſius γ multiplicem eſſe. Si enim δ eſſet multiplex ipſius γ, eſſet igitur δ quoque multiplex ipſius γ (per primum theorema.) Atqui id eſt contra hypotheſin: Ergo β, non eſt multiplex ipſius γ.

T H E O R E M A V I.

E *Duplex interuallum conſtat è duobus maximis ſuperparticularibus interuallis, è ſeſquialtero nempe & ſeſquitertio.*

Sit enim $\beta\gamma$ ſeſquialter ipſius $\delta\zeta$. ipſe autem $\delta\zeta$, ſit ſeſquitertius ipſius θ. Dico $\beta\gamma$ duplum eſſe ipſius θ. ex $\delta\zeta$ enim aufero $\zeta\kappa$ æqualem ipſi θ. Item ex $\beta\gamma$ aufero $\lambda\gamma$, æqualem ipſi $\delta\zeta$. Quia igitur $\beta\gamma$, ſeſquialter eſt ad $\delta\zeta$. ergo $\beta\lambda$, eſt triens quidẽ ipſius $\beta\gamma$, dimidium autem ipſius $\delta\zeta$. Item quia $\delta\zeta$ ſeſquitertius eſt ad θ. igitur $\delta\kappa$, eſt ipſius quidem $\delta\zeta$ quarta pars: ipſius autem θ, tertia pars. Cùm igitur $\delta\kappa$ ſit tertia pars ipſius $\delta\zeta$, & $\beta\lambda$ ſit tertia pars ipſius $\beta\gamma$. Eſt verò etiam $\delta\kappa$, tertia pars ipſius θ. Igitur $\beta\gamma$ duplus eſt ipſius θ.

A L I T E R.

Sit α ſeſquialter ipſius β, ipſe autem β ſeſquitertius ipſius γ. dico α duplum eſſe ad γ. Quia enim α ſeſquialter eſt ipſius β. ergo α continet totum β & eius ſemiſſem. Ergo duo,

A duplum autem ex duobus maximis ſuperparticularibus componitur: igitur interuallum diapaſon ex interuallis ſeſquiplo & ſeſquitertio conſtat. Hæc enim ſunt maxima, ſiquidem diapaſon ex diapente & diateſſaron interuallis ſuperparticularibus conſtatur, quorum ſuperparticulatium interuallorum diapente quidem, quia reliquo majus eſt, ſeſquiplum erit. Diateſſaron autem, ſeſquitertium. vnde manifeſtum eſt, interuallum quod fit ex diapaſon & diapente additis, eſſe triplum. Oſtendimus enim (octauo theoremate) ex interuallis duplo & ſeſquialtero additis triplum interuallum fieri. Qua ratione etiam efficitur, interuallum diſdiapaſon eſſe quadruplum. Oſtenſum ergo eſt quodlibet interuallorum conſonorum habere phthongos, quibus continetur in tribus rationibus, inter ſe.

THEOREMA XIII.

B *Reſtat ut oſtendamus, toni interuallum eſſe ſeſquioctauum.*

Didicimus enim (nono theoremate) ex ablatione interualli ſeſquitertij ab interuallo ſeſquiplo, ſeſquioctauum interuallum relinqui. Atqui ſi diateſſaron auferatur à diapente, relinquitur toni interuallum. Igitur toni interuallum eſt ſeſquioctauum.

THEOREMA XIIII.

Diapaſon eſt minus ſex tonis.

Monſtratum antea eſt (theoremate 13.) interuallum diapaſon eſse duplum: & nūc monſtrabamus toni interuallum eſse ſeſquioctauum. Atqui ſex interualla ſeſquioctaua ſunt majora quàm duplum interuallum (per theorema decimum) ergo diapaſon eſt minus ſex tonis.

THEOREMA XV.

C *Diateſſaron eſt minus duobus tonis & hemitonio. Item, diapente minus eſt tribus tonis & hemitonio.*

Sit nete diezeugmenon β, parameſe autem γ, meſe δ, hypate meſon, ζ. Igitur $\gamma\ \delta$ interuallum, eſt tonus. Interuallum autem $\beta\ \zeta$, eſt diapaſon. Quocirca minus eſt ſex tonis (per præcedens theorema.) Reliqua ergo interualla, $\beta\ \gamma$ nempe & $\delta\ \zeta$, quæ æqualia inter ſe ſunt, minora ſunt quinque tonis. quare interuallū $\beta\ \gamma$ quod minus eſt quā duo toni cum hemitonio, eſt diateſsaron. $\beta\ \delta$ autem quod minus eſt tribus tonis & hemitonio, eſt diapente.

THEOREMA XVI.

Tonus in duas pluresve æquales partes diuidi non poteſt.

Oſtenſum quippe eſt, toni interuallū eſse ſuperparticulare. Atqui inter extremos
D numeros interualli ſuperparticularis, neque vnus neque plures medij proportionales numeri poſsunt cadere. Tonus igitur in partes æquales diuidi non poteſt.

THEOREMA XVII.

Paranetæ & lichani ſumentur per conſonantiam hoc modo.

Sit meſe β, à qua ad γ intendatur diateſsaron, a γ verò ad δ remittatur diapente. Igitur $\beta\ \delta$ eſt tonus: item à δ ad ϵ intendatur diateſsaron, & ab ϵ ad ζ remittatur diapente. Tonus ergo eſt $\zeta\ \delta$. Atque ideo ditonus eſt. $\zeta\ \beta$. Quare ζ erit lichanos. eodem modo ſumentur Paranetæ.

THEOREMA XVIII.

E *Parhypatæ & tritæ non diuidunt denſum æqualiter.*

Sit meſe quidem β, lichanos autem γ, ſitque hypatemeſon δ, remittaturq. diapente ex β in ζ. intendatur autem diateſsaron à ζ in ϵ. Igitur vtrunque interuallorum, $\zeta\ \delta$ nempe & $\gamma\ \epsilon$, ſigillatim eſt tonus. Eorum utrique addatur commune interuallum $\delta\ \gamma$. igitur $\zeta\ \gamma$ æquale eſt ipſi $\delta\ \epsilon$. Sed $\zeta\ \epsilon$. eſt diateſsaron. Ergo inter ζ & ϵ nullus medius proportionalis cadet, propterea quòd diateſsaron eſt interuallum ſuperparticulare. Ab eo ergo auferantur vtrinque æqualia interualla, quæ ſunt $\delta\ \zeta$ & $\gamma\ \epsilon$. Ergo inter γ & δ, ideſt, inter lichanon & hypathen, nullus cadet medius proportionalis. Quare fieri non poteſt vt parhypate diuidat denſum æqualiter. Eadem ratione, nec tritè poterit denſum in partes æquales diuidere.

THEO-

THEOREMA XIX. A

Canonem deſcribere iuxta ſyſtema, quod immutabile dicitur.

Eſto canon ſeu regula tantæ longitudinis, quanta eſt longitudo chordæ $\alpha\beta$. diuidaturq. ex regula in quattuor partes æquales, per puncta $\gamma\delta\iota$. Ergo phthongus $\alpha\beta$ cũ ſit grauiſſimus, erit bombus, eritq. ſeſquitertius ipſius $\gamma\beta$, Itaque $\gamma\beta$ ad $\alpha\beta$ continet diateſſaron, ad acutam partem. Eſt autem phthongus $\alpha\beta$ proslambanomenos. Ergo $\gamma\beta$ eſt lichanos hypaton. item quia $\alpha\beta$ duplus eſt ipſius $\delta\beta$, ergo $\alpha\beta$ ad $\delta\beta$ concinit diapaſon. Quocirca phthongus $\delta\beta$ erit meſe. item quia $\alpha\beta$ quadruplus eſt ipſius $\iota\beta$, ergo phthongus $\iota\beta$ erit nete hyperbolæon. Hinc diuido bifariam $\gamma\beta$ in puncto ζ, ita vt $\gamma\beta$ duplus ſit ipſius $\zeta\beta$. igitur $\gamma\beta$. ad $\zeta\beta$ concinit diapaſon, eſtq. $\zeta\beta$ nete ſynemmenon. iam ſumo ipſius $\delta\beta$ tertiam partem, nempè $\delta\eta$, fietque $\delta\beta$ ſeſqualter ipſius $\eta\beta$. Quare $\delta\beta$ ad $\eta\beta$ concinet diapente: eritq. phthongus $\eta\beta$ nete diezeugmenon, B inde pono $\eta\theta$ æquale ipſi $\eta\beta$, vt $\theta\beta$ ad $\eta\beta$ concinat diapaſon. Quare $\theta\beta$ erit hypate meſon, deinde ſumo interuallum $\theta\kappa$, quod eſt tertia pars ipſius $\theta\beta$ eritq; $\theta\beta$ phthongus ſeſqualter ipſius $\kappa\beta$. Quocirca phthõgus $\kappa\beta$ eſt paramese. Deniq; ſumo $\lambda\kappa$ æquale ipſi $\kappa\mu$, eritq; $\lambda\beta$ phthongus hypate hypaton. Atq; hoc modo ſumpti erunt in canone omnes phthongi ſyſtematis immutabilis.

THEOREMA XX.

Reſtat vt phthongos mobiles in eodem canone ſumamus.

Diuido ergo $\iota\beta$ in octo partes æquales, quarum vni æqualem ſumo $\iota\mu$, ita vt $\mu\beta$ ſit ſeſquioctaua ipſius $\iota\beta$. rurſumq. diuido $\mu\beta$ in octo partes æquales, quarũ vni æqualem facio $\nu\mu$. Quocirca phthongus quidem $\nu\beta$ tono erit grauior quàm $\mu\beta$, & phthongus $\mu\beta$ tono grauior quàm $\iota\beta$. phthongus autem $\nu\beta$, erit trite hyperbolæon. Et phthongus $\mu\beta$, paranete hyperboleon in genere diatonico. Iam tertiæ parti ipſius $\nu\beta$ C æqualem pono $\nu\xi$, ita vt $\xi\beta$ ſeſquitertius ſit ipſius $\nu\beta$, & ad grauem partem concinat diateſſaron, ſitq; trite diezeugmenon. Rurſum ſumo ipſius $\xi\beta$ ſemiſſem, cui æqualem facio ξo, ita vt $o\beta$ ad $\xi\beta$ concinat diapente. Erit igitur phthongus $o\beta$ parhypate meſon, inde pono $o\pi$ æqualem ipſi ξo, ita vt $\pi\beta$ phthongus ſit parhypate hypaton. item ſumo ipſius $\gamma\beta$ quartam partẽ $\gamma\rho$, ita vt $\rho\beta$ ſit lichanos meſon in diatonico genere.

Geometria, & Aſtronomia, qui ve de iis ſcripſerunt. Cap. VIII.

Geometriæ, atque Aſtronomiæ ſubiectum, ordinem, partes affectiones; quæve ad Geometriã pertinent, Geodæſiam, Opticam, Catoptricam, Picturã, Sculpturam, Architecturam, Mechanicam pleriq; ſunt perſecuti eruditis libris. D At paucos ante annos compendia quædam earundem tradidere præter alios, ijdem, quos ſupra nominauimus Iacobus Mazonius libro de triplici vita, & Petrus Gregorius. Veruntamen omnium Magiſtri fuere Euclides, Archimedes, Ptolemæus: In quos quoniam qui Commentarios ediderunt; aut qui ex eorum præceptis occaſionem ſumpſerunt de pluribus Geometricis, Aſtronomicis, Mechanicis agendi, ij egregiè ſuo officio functi ſunt; propterea, ne actum agamus, ſat fuerit meliores, quos nouimus cum aliquo de nonnullis eorum iudicio huc adtexere. Hi autem ſunt.

Abelis de Fullone Holometrum. Venetijs 1569. in 4. probatur Chriſtophoro Clauio, primo Gallicè ſcriptum à viro Gallo ingenioſo, deinde Italicè, rurſum,

Albategnij & Teodoſij ſphærica, Græcè; & Latinè, Pariſiis in 4.

Albertus Durerus de Symmetriis, in fol.

Alberti Duri Geometricę Inſtitutiones, Symmetriã &c. Pariſijs. in fol.

Albertus Pighius contra Marci Beneuentani Aſtrologiam. Pariſiis in 4.

Alexãdri Piccolhominei Paraphraſis in Mechanicas Ariſtotelis. Venetiis in 8. aut Romæ in 4.

Eiuſdem de magnitudine terræ, & aquæ. Venet. in 4.

Alphonſi Tabulæ.

Archemij fragmentum de Machinis, eiuſdem de Paradoxis.

Apologia noui Calendarii aduerſus Michaelem Mæſtlinum ſcripta doctiſſimè à Chriſtophoro Clauio.

Apollonij Conica. Bononię 1566. in fol.

Apollonii Pergæi Conicorum libri, 4. cum Commentariis Federici Commandini.

Idem Apollonius, & Serenus Latinè editi Bononiæ. 1566. in 4. E

Archimedes cum Commentariis Federici Commandini Latinè. Aldi 1558. in fol.

Eiuſdem opera quędam verſa à Cõmandino. Venet. 1558. fol.

Idem de his quæ vehuntur aqua. licet autem eiuſdem Archimedis lucubrationes pleræque ad mechanicam pertinentes ſoleant à doctis deſiderari, erudiτiſſimus tamen libellus de æquè ponderantibus

A tibus pŕæ manibus hominum adhuc verſatur, in quo (ait Guido Vbaldus de Marchionibus Montis) tanquam in copioſiſſima penu omnia ferme mechanica dogmata repoſita uidentur, quem ſane libellum, ſi ætatis noſtræ Mathematici ſibi familiariorẽ adhibuiſsẽt, reperiſſent ſentẽtias multas, quas ipſi firmas & ratas eſſe docent, ſubtiliſſimè, atque veriſſimè conuulſas, & labefactatas.

Ariſtarchus Samius de magnitudine Solis, & Lunæ Piſauri in quarta parte ſolij editus.

Ariſtotelis mechanica.

B Aſtrolabium demonſtratiuum, in quo ſine inſtrumento per ſolum circinũ, & regulam, omnia, quæ ad primum mobile pertinent, inueniuntur certiſſimè, ita ut iam vſus Aſtrolabii centies latius pateat, quam antea. Opus à nemine hactenus tentatum, ac nouiſſimè a Chriſtophoro Clauio editum Romæ 1593. in quarto.

Aſtrolabium Catholicum, hoc eſt, uniuerſale.

Athenæus de machinis bellicis.

Athenęi Mechanica cum Birone, Onoſandro, Africano, Herone.

C Autolycus de ſphæra, quę mouetur, & de ortibus, & occaſibus.

Bartholus de Eluimonibus cum Burigario Bono. in 4.

Blanchini Tabulæ, & Purbachij Eclypſium. Baſil. in fol.

Bombelli Algebra Bononiæ in 4.

Cæſareum Aſtronomicum in fol.

Chriſtophori Clauii Sphæra, edita Lugduni 1593. quæ eſt auctior ceteris, & emendatior. & Apologia pro Kalendario & alia pleraque. Vide in uoce, Euclides. in uoce, Gnomice. in uoce, Apologia. Quin & nouiſſimè libellũ edidit mole exiguum, virtute magnum aduerſus Ioſephum Scaligerum, hac inſcriptione: Ioſephi Scaligeri elenchus, & caſtigatio Kalẽd. Gregoriani à Chriſtophoro Clauio Bãbergenſi Societat. Ieſu caſtigata. Quo libello iterũ Gregorianum Kalendarium optime defendit. Quæque Ioſephus Scaliger aduerſus me ſcripſit ſic tutatur, ut aduerſus Mæſtlinum fecit.

D Claudij Ptolemæi libri de Analemmate à Friderico Commandino Vrbinate inſtaurati, & commentarijs illuſtrati.

Cleomedis circularis inſpectio.

E Coſimus Bartholus de arte metiẽdi Venet. 4.

Cteſibius, Philo Byzantius ſimul cũ alijs in Vaticana Bibliotheca.

Empodocles Sphæra.

Fr. Egnatij Danti perſpectiua. Florentiæ edita in 4. Item Aſtrolabium Italicè, ibidem, cum additione planiſferii.

Roias. Deinde annotationes in tractatum aſtrolabii & Planiſpherii uniuerſalis Ignatii Dãtis a Girardo Spino Florentiæ in lucẽ emiſſus apud Bartolomęum Sermartellum an. 1570.

Euclidis Optica & Captoptrica, & Harmonica Græcè, Latinè, mutilus eſt tamen. Pariſ. in 4.

Euclidis Phænomena de leui, & graui in Vaticana Bibliotheca.

Euclides Græcè, Latinè autem factus varios habuit interpretes, Proclum, qui in primum Euclidis ſcripſit, quiq. editus eſt Patauij. 1560. in fol. Deinde Campanum, quem Baſileæ excuderunt. Preterea Federicum Commandinum, qui illum Italicè edidit. Piſauri. Franciſcus item Candalla interpretatus eſt, qui Pariſijs prodijt in lucem 1578. Sed Chriſtophorus Clauius perfecta Commentaria edidit in eundem, quæ iam tertio Coloniæ Agrippinæ ſunt edita anno 1591. aliquanto ordinatiora, quàm ſecunda Romana, licet hæc auctiora, & emendatiora prodierant, quàm prima editione fuerat factum.

Eutocius Aſcalonita in Bibliotheca Vaticana, & alibi, in Archimedem.

Fabrica, & uſus inſtrumenti Horologiorum vnà cũ noua ratione deſcribendorum Horologiorũ.

Federici Commandini liber de Horologiorum deſcriptione, ſed à Chriſtophoro Clauio lib. 6. Gnomonices redditus breuior, & uniuerſalior.

Eiuſdem liber de centro grauitatis ſolidorum.

Idem de ijs, quæ vehũtur in aquis.

Franciſci Bordini Quæſitorum, & reſponſorum Mathematicæ diſciplinæ Chilias.

Frontini ſtratagemata. Venetiis in quarto.

Gemma Phriſius, & alij de radio aſtronomico, Pariſ. in 4.

Idem de vſu globi. Antuerpię in 8.

De Aſtrolabio Antuerp. in 8.

Gemini meteora.

Gnomonice Chriſtophori Clauii.

Gulielmus Choul de caſtrametatione Romanorum. Venet. in 8.

Guidi Vbaldi è Marchionib. montis mechanica. Piſauri in folio. 1577. Eo autem opere continetur tractatio de libra, de vecte, de trochlea, de axe in peritrochio, de cuneo, de cochlea.

Guidi Vbaldi Planiſphæriorum vniuerſalium theorica. Piſauri in f.

Heliodori Lariſæi optica.

Heronis Geometrumena.

Eiuſdem Spiritalia. Piſauri in 4.

De Machinis bellicis. Venet. in 4.

De ijs, quæ per ſe mouentur.

Eiuſdem, & Cteſibij Geodęſia mechanica, pneumatica, automata, Poliorcetica.

Item Geoponica libris xx.

Hydria, & Zygia in Bibliotheca Medicea.

Hieronymus Cardanus de proportionib. & de Algebra, probatur à Chriſtophoro Clauio. Baſil. in f.

Hipparchus in Arati Phænomena Gręcè, & Latinè 1567. in fol.

Hypotypoſes orbium cęleſtium. Argent. 8.

Hypſiclis anaphoricos liber vnus in Bibliotheca Vaticana.

Iacobi Beſſonii Theatrum inſtrumentorum, & machinarum, editum Lugduni.

Ioannes Buteo de quadratura circuli. Lugduni 1559. in 8.

Ioãnes Fernelij Coſmotheoria in fol. Pariſiis.

Ioannis Grammatici de Aſtrolabio.

Ioannes Iucundus a Iulio Cæſare Scaligero uocatur Architectorũ ſummus, de ſubtilitate cõtra Cardanum.

Ioannes Laurentii Anania Coſmographia. Venet. 4.

Ioannes Lucidus de emendatione temporum.

Ioannes Paduanus de Horologiis. Venet. in 4.

Eiuſdem Viridarium Mathematicorum in quo fere omnia quę in rebus Aſtronomicis deſiderari poſſunt pertractantur.

Ioannis Regiomontani Kalendar. in fol. & eiuſdem Tabulę directionum, in 4. & Epitome in folio. & De triangulis, in fol. & De torqueto, in 4.

Ioannis de Roias Aſtrolabium. Pariſiis, in 4. Eiuſdem Planiſphærium, Pariſ. in 4.

Ioannis de Sacro boſco Sphæra cũ Commẽtariis Chriſtophori Clauii, quæ anno 1593. Lugduni edita, iam quarto recognita ab ipſo Clauio, & emendatior. & habet motum octauæ ſphęræ, quẽ eius alię nõ habẽt editiones.

Ioannes Stophlerus in ſphæram Procli, in fol.

Ioannis Verneri opuſcula, ubi de motu octauæ ſphæræ, in 4.

Idem in primum Geographiæ Ptolemæi.

Ioannes Pauli Gallucij De Fabrica, & uſu Hemiſpherii Vranici.

Eiuſdem noua fabricandi horaria mobilia, & permanentia tam acu magnetico, quam ſine acu excogitata.

Ioannis Baptiſtæ Vimercati dialogus de Horologiis Italice ſcriptus.

Iordanus de ponderibus in 4. Fragmentum eſt, ex quo poſſit parum elici.

Ioſephus Ceredius de modo attollendarum aquarum editus Italicè Parmæ.

Iſaaci, & Barlaami ſcholia in Euclidem.

Laurentius Serigattus Eques, qui Practicen perſpectiuæ Italicè ſcriptam edidit Venetijs per Hieronymum Franciſcum Senenſe ann. 1596.

Leonis Baptiſtæ Alberti Architectura.

Leonicus in Mechanica Ariſtotelis.

Machometus Bagdedinus de ſuperficierum diuiſionibus, qui

etiam Italicè impreſſus eſt Piſani in 4.
Marini Commentarius in Data Euclidis. Datorum lib. 1. Præuia ad optica. Opticorum lib. 1. Catoptricorum lib. 1. Præuia ad Phænomena. Phænomenon lib. 1.
Marcantus Barbus Diſparere in materia d'architettura, & Perſpettiua.
Nauigationis tria volumina. Venet. in fol.
Nicolaus Copernicus cum Commentariis, ſunt autẽ Tomi duo in fo.
Idem de reuolutionibus orbium cœleſtium.
Nicolai Tartaleæ quæſita. Venet.
Eiuſdẽ Nicolai Tartaleæ noua ſcientia cum additione ad 3. librum. Eam verò illuſtrauit ipſe in quinque libros, quam Italicè ſcripſit. Primo agit theoricè de natura, & effectibus corporum æquè grauium in duobus contrariis motibus. Secundò Geometricè, de qualitate, ſimilitudine, proportione tranſituum illorum pro variis eorum motibus, electione, attractione, & aliis diſtantiis. Tertiò, de noua inſtrumenti praxi, & aſpectu. Quartò, de tormentis, ſiue bombardis, eorumq. vſu. Quinto, de natura, origine, ac ſitu ſolum gummorum, oleorum, aquarum ſtillatitium, & variorum foſſilium, tum naturaliter, tum arte factorum. Addit aliqua de pyrotechnia, hoc eſt, de iis, quę igne conficiuntur. Sexto, de variis inuentionibus, deinde item de muniendis ciuitatibus. Septimo, de aliis inuentionibus ex principiis Mechanicorum Ariſtotelis. Octauo, de ponderibus. Nono, de quæſitis in ſcientiis, Arithmetica, & Geometrica, & in Practica, & Speculatiua Algebra, vbi etiam de tubis. Altero autem Opere Italico, quod inſcripſit: Trauagliata inuentione, hoc eſt uexatam Inuentionẽ. De extrahendis nauibus ſubmerſis: Deq. commoratione diuturna ſub aqua. De mutatione tēporũ: in gratiam, & vſum Nauigantiũ.
Addidit interpretationem libri Archimedis Syracuſani de Inſidentibus aquę: Cui tractationem adiecit de proportione, quam habet materiale aliud corpus, quod aqua ſit grauius, cum ipſa aqua.
Orontii Geometria, & Sphæra, cũ commento ipſius.
Pappi collectiones Mathematicæ, non integræ, licet iam in lucem editę.
Pauli de Migleburgo Paulina.
Perſpectiua Danielis Barbari, in fo.
Perſpectiua communis in 4. Vide in eſa. Vitellio.
Petri Appiani quadrans, in fol.
Eiuſdem Coſmographia, in 4.
Petri Nonii Algebra Hiſpanicè edita Antuerpiæ. De arte autem nauigandi ſcripſit Latine. De crepuſculis verò Oliſiponæ impreſſus eſt liber anno 1542. in 4. Eiuſdẽ opera alia Conimbricæ, in fol.
Practanicon Tabulę in 4.
Proclus in primum Euclidis Patauii in fol.
Hypotypoſis, Sphæra, & Aratus cũ Theone. Eiuſdem Hypotypoſes Græcè, & Latinè, Daldeti in 4. A
Pſellus de quattuor Mathematicis diſciplinis, Græcus, deinde & Latinus editus: Qui quoniam antiquus eſt, legi poteſt, at non magna cum utilitate, cum alii iam diligentius, & doctius de iiſdem egerint.
Ptolemæi liber primus Almageſti cum Scholiis Eraſmi Rheinoldi in 8. & in fol. Eiuſdem magna cõſtructio cum Theone de Analemmate. Planiſphęrium. Quadripartitũ, & Geographia Baſil. in fo. & Italicè Venetiis in 4. Planiſphærium cum Cõmẽtario Federici Cõmandini Venet. anno 1558. in 4. B
Rutilius Numatianus. Bononiæ.
Serenus de ſectione Cylindri, & Coni.
Syluius Bellus de modo menſurandi per viſũ. Italicè Venet. & probatur Chriſtophoro Clauio.
Speculum Nauticum Aurigarii.
Theodoſii & Menelai ſphęrica Meſſanæ Latinè edita, ſed Theodoſius a Chriſtophoro Clauio redditus clarior cũ Paraphraſi, & Scholiis. De habitationib. lib. & De diebus & noctibus lib. 2.
Theon Smyrnæus de locis Mathematicis apud Platonem.
Theoricę planetarum cum Scholiis Eraſmi Chemoldi. Pariſiis in 8. C
Vitellionis & Alhazeni Theſaurus Opticæ.
Vitruuius cum Philandro. Lugduni in 4. & cum Daniele Barbaro Venetiis fol.

Inſtrumenta rerum Mathematicarum. *Cap. IX.*

Theoricæ ſolidæ.
Octaua Sphæra Copronici.
Octaua Sphæra Alphonſi.
Armilla Ptolemæi.
Torquetum, de quo Petrus Appianus.
Aſtrologus Phriſij.
Annulus Aſtronomicus.

Radius Gemmę Phryſij.
Verſoria, ſiue Pyxis, vel Acus Nautica.
Inſtrumentum Ptolemęi ad obſeruandam diuerſitatem aſpectuum. D
Metheoroſcopium Ioannis de Monte Regio.
Circinus ad faciendas ſectiones Conicas.
Horologia lucida.

Aſtrologia Iudiciariæ refutatio. *Cap. X.*

ASTROLOGIAM eſſe, quæ poſſit prænoſcere ex ſyderum obſeruatione futura rerum euenta, quæ pertinent ad vitam, ſiue ad ea, quæ pendent ex arbitrij libertate qui crediderunt, hi plerique fuere vel ethnici, vel ſi Chriſtianũ nomen gerentes in eo errore perſtiterunt, à fide denique naufragarunt. Nimirum & D. Scripturam, omnemq. Theologiam, veramq. omnem moralẽ Philoſophiam, quantũ in eis fuit, peruerterunt, atq. adeo ſuſtulere. Qui. n. eiuſmodi Aſtrologiã pro certo ſibi perſuadet eſſe verã; is materialẽ, ac mortalẽ facit animã intelligẽtẽ, libertatẽ demit arbitrij, Diuinã inficiatur prouidentiam, qualẽ fides tuetur Catholica: Miracula, quæ Diuinitus facta ſunt, ad cæleſtes cauſas, & virtutes reuocat: licentiam libidinũ inuehit: amandat operũ bonorũ obſeruationem, & executionẽ: velamen flagitiorum importat: Diuinis, & humanis legibus crudelitatem iniquiſſime tribuit. Et noui E

Euſeb. lib. 6. de præpar. Euang. c. 9. ex Origene.

ego,

A ego, qui inſignes habebantur Philoſophi, cum ex Ariſtotele conati penè totam vitam
fuiſſent animam hominis intelligentem mortalem facere, ſuimet ipſorum homicidę
ęterni, hos tandem Diuino vrgente iudicio percuſſos tanta cęcitate fuiſſe, ut vaniſſimę
iſti Aſtrologię crederent; Natiuitates (vt dicitur) efformarent, & tanquam oracula fu
turorum ederent: denique miſerè interirent. Et verò Suidas in voce βλακεννόμιον
refert tributum fuiſſe ſtultorum, quod Alexandrię pendebant Aſtrologi, quoniam à
ſtultis conſulerentur, βλάκα enim inquit eſse εὐήθη, ἢ ἀνόητον, hoc eſt, ſtultum, & mē-
tis impotem, à piſce ita dictum, qui Siluro ſimilis, adeo inutilis, aut inſipidus eſt, vt ne
canes quidem guſtare quidquam ex eo velint.

Diuinatricem igitur Aſtrologiam iſtam improbarunt omnes ſapientes viri: Patres
autem conſtanter confutauere: Damnauit Eccleſia Catholica.

B Cum de ſapientibus viris loquor, intelligo etiam ethnicos, quibus veritatis aliqua
lux illuxit. Cicero 2. de Diuinatione Eudoxum, inquit, iudicaſse, non eſſe in his quali-
tatibus credendum Chaldæis: quas etiam Panætium, Anchialum, Caſſandrũ, & Scyl-
lacen Halicarnaſſęum ſummos Aſtrologos omninò repudiaſſe teſtatur: ſolum Dioge
nem illud conceſſiſſe, vt poſſent prędicere, qualis quiſque natura, & ad quam maximè
rem aptus futurus ſit: quod tamen negat illis Cicero, & multis eo loco proſequitur. Et
vt pręter Aſtrologos, aliorum de Aſtrologia iudicium intelligamus, auctor eſt Theo-
doretus, Pythagoram, Socratem, Platonem, & Stoicos eam nunquam recepiſſe: Bion
riſiſt ſemper Aſtrologos, qui cum non videant piſces iuxta ſe nantes in littoribus, eos,
qui in cælo ſunt, videre ſe dicant. Cui ſimile eſt illud Democriti. Quod ante pedes eſt,
nemo ſpectat, cæliq. ſcrutantur plagas. De Ariſtotele, & Peripateticis conſtat, cum ve
C lint, cęlum ſolo lumine, ac motu agere. Extat item Opus Alexandri, in quo fatum om
ne euertit. De Ptolemęo habentur libri eius, De fato, De prouidentia, & an ſtellæ ali-
quid agant, in quibus hęc copioſè confutauit, & oſtendit, ſtellas non eſſe horum effe-
ctuum cauſas, ſed interdum fortè ſignificare, tanquam indicia quędam communia, &
confuſa, ut coniectura ſit admodum fallax, & incerta. Quare Porphyrius ſcribens il-
lius uitam, affirmat, cum poſt longum Aſtrologiæ ſtudium uidiſſe Aſtrologorum iu-
dicijs non eſſe credendũ. Quod etiam vlt, lib, ſuæ Metaph. & affirmat, & probat mul-
tis rationib. Auicenna. Refert Gellius lib. 14. cap. 1. integram, & copioſam Phauorini
diſputationẽ contra Chaldæos huius artis profeſsores. Adfert etiam Picus Diogenē Picus lib. 2.
Laertium, Plutarchum, Senecam, Seuerianum, & alios plures tum antiquos, tum recē
tiores; & alibi refert dictum Porphyrij; Tunc mentita eſse oracula, cum Aſtrologicis Pic. lib. ult. ca
D nixa dogmatib. reſpondebāt. & idē Porphyrius apertè loquitur apud Iāblichũ, Extat pit. 6.
verò (quę huc facit) diſceptatio Sexti Empyrici in Opere aduerſus Mathematic. c. 21. Iamblic. de myſt. c. 30. et cap. 42.

Quinam præcipuè ex Patrib. aduerſus Aſtrologiam Diuinatricem ſcripſerunt. Cap. XI.

QVi autem Gręcorum, & Latinorum Patrum cathenã ab Aloyſio Lippomano col
lectam in Geneſim leget, facile videbit, quot uiri inſignes Diuinatricem Aſtro
logiam ſint deteſtati, cum ea primi capitis Geneſeos verba interpretaban-
tur, quæ Ita habent. Dixit autem Deus. Fiant luminaria in firmamento cæli, & diui-
dant diem, & noctem, & ſint in ſigna, &c. Neque enim defuere, qui poſtrema hæc uer
ba; Et ſint in ſigna: haud rectè ad ſcientiam ſyderalem referrent.

At pręter iſtos legenda ſunt, quę ſcripta ſunt ab Aug. lib. 4. Confeſſionum, cap. 3. & Auctores, qui contra Aſtrologiam Iudiciariam ſcripſerunt.
E lib. 7. c. 6. lib. 1. contra Acad. c. 7. lib. 2. de Doctrina Chriſtiana, capitib. 21. 22. 23. 24.
lib. 2. de Geneſi ad literam, c. 17. lib. 83. Quęſtionum, q. 45. lib. 21. Sententiarum, c. 3.
lib. 5. de Ciuitate Dei à c. 1. ad 8. lib. de hæreſib. c. 70. In additione poſt enarrationem
Pſalmi 61. & in explanatione Pſalmi 140. Tractatu 8. in Ioannē, in illa verba capit. 2.
Nondum venit hora mea. Et in libro de decē chordis, c. 11. A Damaſceno lib. 2. ca. 7.
& eius enarratore Iodoco Clictoueo in eum locum: A Baſilio hom. 6. in Hexaemeron,
& homilia, Quòd Deus non ſit auctor mali: Ab Ambroſio lib. 4. Hexaemeron c. 4. A
Gregorio homi. 10. in Euangelia: A Leone, ſermone 7. de Natiuitate: A Nazianzeno,
oratione in laudem Cęſarij: A Cypriano de ſingularitate Clericorum. Ab Epiphanio,
hęreſi 16. A Iuſtino, oratione ad Senatum Romanum: A Cyrillo lib. 10. contra Iulia

num,non procul à fine,& libro 4.in Eſaiam c.47. A Chryſoſtomo, homil.6. in Matthæum,& inter opera eiuſdem Chyſoſtomi,homil.3.in Matthæum incerti Auctoris: A Theodoreto,q.16. in Geneſim:ab Origeno apud Euſebium, & ab ipſomet Euſeb. lib.6.de Præpar.Euang.c.vlt. A Nyſſeno,lib.6.Philoſophiç,c.1. A Nemeſio in lib. de natura hominis: A Gregorio Neocæſarienſe in Eccleſiaſten,c.11. A Lactantio paſſim: Et à B.Tho.1.par.q.115.art.4.Secunda ſecundę,q.95.artic.5.Et Opuſculo de iudicijs aſtrorum.Qui omnes,& hoc ſtudiũ damnant,& plenum eſſe temeritatis, ac impietatis oſtendunt. A

Quibuſnam legibus prohibiti ſunt Aſtrologi Diuinatores. Cap. XLI.

AFfert Sixtus Senenſis libro ſecundo Bibliothecæ ſanctæ,in verbo, *Curioſarum artium libri*, libros omnes de Aſtrologia Iudiciaria non minus in Eccleſia Primitiua fuiſſe prohibitos,quàm qui de Arte Magica,nefarijſq.alijs artibus fuerant ſcripti. Eò autem referri quidquid in Actis Apoſtolorum extat, in quibus habetur. Multos ex ijs,qui fuerant curioſa ſectati,comportatos libros combuſſiſſe coram omnibus:nempe Magiæ,ac Diuinationis omnis illicitæ,qualis eſt Aſtrologica. Neque verò (teſtante Epiphanio in lib. de ponderib.& menſuris) aliã ob cauſam ex Eccleſia pulſus eſt Aquila,quàm quod geniturarum inſpectionib. & natiuitatũ Diuinationib. vacaret. Nec Auguſtinus Mathematicum in Eccleſia recepit, niſi poſt publicam pœnitentiam. Quin etiã ſecunda parte Decreti Gratiani omninò prohibetur Chriſtianis: & affertur inter cetera Concilium Martini Papę,& Decretum Gregorij Iunioris. Alexandrum quoque Pontificem Tertium,refert Picus lib.1. integro anno ab Altaris miniſterio reieciſſe Sacerdotem quendam,qui per Aſtrologiam furtum ſcrutari voluit factum in quadam Eccleſia: cui ſimile eſt,quod ſcribit Socrates in Hiſtoria Scholaſtica,Euſebium Emiſſenum non fuiſſe ab Emiſſenis admiſſum ad Epiſcopatũ, propterea quòd Mathematica exercuiſſet: affert etiam Picus Codicem Iuſtiniani, & forte eſt lib.9.tit.18.de Maleficiis,& Mathematicis: in quo & ars hæc interdicitur,& ei, qui Aſtrologum conſuluerit,pęna capitis decernitur: Ipſumq. Iuſtinianum affirmant, ita exoſos habuiſſe Aſtrologos,ut ſi in eius comitatu aliquis eſſet repertus,ad eculeũ ſtatim raperetur; Ac tandem conſtituiſſe eandem pœnam & ijs,qui hęc docerent, & ijs,qui diſcerent. Hinc etiam eos Roma pulſos ſemper fuiſſe, ſcribit eodem loco, & c.vlt.libri vltimi,& ſub Vitellio,Tyberio,Diocletiano,Conſtantino,Gratiano,Valentiniano,& Theodoſio,uel deſerere profeſſionem, vel pœnas dare fuiſſe coactos. Sanè iuſtiſſima cauſſa fuit,cur Eccleſia zelatrix gloriæ Dei,& ſuorum ſalutis auida,Synodũ Tridentinam impulit,ut in librorum prohibitorũ Indicis Regula nona, omnes de hac re conſcripti libri prohiberentur. B C D

Act.19.

Augu. in expoſ. Pſal.61. 26. q.2 can. 6.8.9 & q 3. & 4. can.1. et q.5.can.3.

Socra.lib.2 c. y hiſt.Scholaſtic.

Totus tit. C. de Malef. & Mathematic.

Præter Sanctos Patres,& Theologos penè omnes, fuiſſe & exeunte ſuperiore, & hoc ſeculo, qui Iudiciarios iſtos Aſtrologos optimè confutarunt. Cap. XLII.

VT verò taceam plures,qui facilè occurrent viris eruditis,qualis fuit Thomas Vualdenſis,qui in Opere de Sacramentalib. Tomo octauo,cap.7.ex S.Auguſtino agit aduerſus Iudiciarios Aſtrologos,& Iulius Sirenus,qui fusè lib.3. de Fato à capit.13.& lib.9.à capit.29. fere uſque ad finẽ hac de re agit,ſanè Ioannes Picus Mirandulanus Princeps,Aſtrologorũ iſtorũ fundamenta funditus euertit,quidquid neſcio qui recentiores ueritati obſtrepere auſi ſint,ut ingenio,& pietate,ſic reliquis uiri illius dotibus omnibus inferiores. Picus igitur duodecim libros ſublimitate eruditionis refertſit,quibus iſtã,vt diximus,Aſtrologiam expugnauit:cumq. extremi libri poſtremis capitibus,vnde orta,quibus fomentis aucta,quomodo propagata,deinde & qua ratione ab Aegyptijs ad alios Aſtrologos deuenerit, enarraſſet, aptiſſimè oſtendit,quantopere hic cãcer ſerpat etiam inter meliora ingenia,& viros Principes, atq; adeo Reges ipſos,niſi impiæ ſuperſtitioni ſedulò eatur obuiam. Nam cũ ab Aegyptijs ad Grçcos Aſtrologia iſtiuſmodi traieciſſet,auctoribus ignobilibus eã vehen- E

Thomas Vualdenſis. Iulius Sirenus. Io. Picus.

tibus

A tibus ſecum, primò excepta circulatorum domibus, Lycæum tamen, & Academiam; ſed neque omnino in Porticum intrauit. Centeſimo deinceps, & quadrageſimo poſt Chriſtum Dominum anno, eam Ptolemæus, licet parcius coluit: ſic, vt non tam (inquit Picus) inſaniæ iſti fauere, quàm modum ponere voluiſſe videatur. Rapuit nomē Ptolemæi Græcos aliquos in errorem, alioquin ad ſuperſtitionem pronos: & Porphyrium, cuius in Dæmonum cultu operam, ipſi quoque eius Præceptor Plotinus, & diſcipulus Iamblichus damnarunt. Ex Græcia ad Arabes migrans Aſtrologia hæc auidius eſt hauſta, mirantibus illis, quidquid à Gręcis ea de re ſcriptum inuenerant. Secutus eſt Aboaſar Grammaticus quidam, vt Philoſophiæ, ſic Mathematicæ omnis inſcientiſſimus, loquacitate gratioſus apud populum, ac proinde ſemina iſtius impietatis in multorum cordibus ſparſa relinquens. Creuit ijs temporibus Mathematicæ ſtudium,

B ſicuti totius quoque Philoſophiæ, ac diſciplinarum omnium in Hiſpania, in qua cum regnaret Alphonſus, in numeris Mathematicis, & cæleſtium motuum ſupputatione diligentiſſimus, ab ijs, qui Mathematicis impenſius operam dabant; quique nō adeo altas in Theologia radices egerant, multa in eius gratiam, Arabum, & Gręcorū eius artis monumenta ad nos peruenerunt, præſertim per Ioannem Hiſpalenſem, ac Michaelem Scotum homines nullius ponderis, maximæ verò vt ſuperſtitionis, ſic leuitatis. Inde igitur ſemper aut dęfluxit ad alios, aut propagata eſt. Sed quemadmodum adoleſcente in Chaldæa, & Aegypto Idololatria, hęc quoque adoleuerat, & propterea à veris Dei cultoribus, Moyſe, Iſaia, Hieremia, & alijs Prophetis damnata eſt; ſic etiam in Gręciam veniens, Pythagorę, & alijs non placuit; Eudoxus Cnidius in Mathematicis princeps ætatis ſuæ, nullo modo (quemadmodum ſupra innuimus) creden

C dum Aſtrologis affirmauit. Fecerunt id ipſum reliqui graues Philoſophi. Roma item quotieſcumque ex Babylonia, vel Aegypto veniebant Diuinatores iſti, ſeueriſſimis legibus ſubmouebantur. Cum verò Hadrianus Imp. horum pręſtigijs (pronitate quadam naturæ erga Aegyptios) delectaretur, Phauorinus illos apertè, Plutarchus obliquè ſugillauit. Cum autem ſub Ptolemæo viſa eſſet honeſtari, Plotinus illicò, & Alexander Aphrodiſæus, ſed & Origenes ſapientius eam infamarunt. Ad Arabes ipſa veniens dum detinetur ab Abenragele, & Aboaſare, exploſa eſt ab Auerroe, & Auicenna, qui ſi in Chriſtum Dominum credidiſſent, veramq. omnino Philoſophiam hauſiſſent, validioribus adhuc machinis eam expugnare potuiſſent. Vbi verò tandem Lutetiā irrepere tentauit, uix à curioſis impetratum eſt, quin igne prorſus abſumeretur: cumq. poſtea Rogerius Bachon, & alij quidam eam honeſtare attentaſſent, Gulielmus

D Aruernus Pariſienſis Epiſc. & Nicolaus Oreſmus Mathematicus excellens, & Henricus ex Haſsia, & Ioannes Caton, & Brenlanlius Britannus, non ſolum qua parte lædit Religionem, ſed planè totam vt vanam, & falſam exploſerunt. At vbi denique Satanas vidiſſet Chriſti Domini uexillum, ac fidem in Indias, nouumq. Orbem importari, duo genera hominum excitauit, per quos hanc ſibi illatam iniuriam ulciſceretur in Europa: Hi fuere Diuinatores iſti, & Magi, deinde Hęretici. Vix autē dici poteſt, quantopere illi, etiam apud Principes laude pietatis, ac dignitatis alioquin celebres, laborarunt, ut eo contagio infecti uiam patefacerent Atheiſmo. Nobile igitur iſtud, de quo diximus, Ioannis Pici ingenium Deus excitauit peropportuno tempore: Quod mox ſubſecutum eſt alterum ei, ut ſanguine, ſic perſpicacia, & doctrina mirabili proximum, Ioannis Franciſci Pici, cuius inter opera, qui nouem extant libri de rerum Prænotio-

Gulielmus Pariſienſis. Nicolaus Oreſmus. Henricus ex Haſsia. Ioannes Caton. Brenlanlius Britannus.

E ne, ſecundam ſupellectilem continent aduerſus Diuinos omnes falſos, Magos, Chiromantes, Geomantes, Augures, & ceteram ſuperſtitioſam turbam. At quintus liber aduerſus Aſtrologiam Iudiciariam pugnat, quo & libros duodecim Ioannis Pici eius Patrui aduerſus eandem compendio clauſit, nonnulla item adiecit, omnium rationes refutans, quę eatenus per nouennium contra præclarum illud Ioannis Pici Opus ſcripta fuerant ab Aſtrologiæ Iudiciariæ amatoribus.

Io. Franciſc. Picus.

Et Marſilius quoque Ficinus libro 4. Epiſtolarum, epiſtola antepenultima, quę eſt ad Franciſcum Hippolitum Gazoldum, & Iandunus quęſtio. 6. in octauum Phyſicorum, in eiuſmodi homines appoſitè ſcripſerant, cum poſtea quæ Antonius Bernardus Mirandulanus lib. 22. de euerſione ſingularis certaminis, ac Driedo libro tertio

Marſilius Ficinus. Iandunus. Anton. Bern. Mirandulan. Driedo.

de Eccleſiaſticis Scripturis, & dogmatibus cap. 2. Et poſtremo Sixtus Senenſis, lib. 6. Bibliothecæ ſanctæ, annotatione decima, hac de re egerunt, percommoda ſint iſti impietati ex hominum mentibus eradicandæ. Sanè Sixtus materiam præbuit multis, vt prudenter poſſent iſtorum Iudiciariorum commenta refellere. A

Sixtus Senenſis.

Lib. 2. in Geneſ. in diſput. aduerſus Aſtrologos.

Acceſſit præter alios erudita hoc de toto negocio Benedicti Pererij tractatio, tanto dignior lectu, quantò poſt iſtos, quos perlegere potuit, ad hęc capita breuiter eam, ut peracri eſt iudicio, redegit; Primo igitur capite Diuinationem Aſtrologicam Diuinę Scripturæ, diſciplinæ Eccleſiaſticæ, ac Doctrinæ Theologicæ docet eſſe contrariam. Secundo capite, à Philoſophia redargui, & conuinci, primum quidem ea ratione, quod iſtiuſmodi Aſtrologi cęleſtium rerum ſint imperitiſſimi, Tertio capite: Etiam ſi Aſtrologi ſummam rerum cæleſtium cognitionem tenerent, non poſſe tamen eos futura diuinare. Quarto capite, Non modo aſtra non eſſe cauſſas, ſed neque eſſe ſigna futurarum rerum. Quinto capite; Quanam ratione nonnulli Aſtrologi multa vera prædixerint. B

Ex his omnibus effici, eos quoque fœdè lapſos fuiſſe, qui Hiſtoriam cum Aſtrologia Iudiciaria conciliare voluerunt.

Cap. XIIII.

AT & idem Pererius tertio capite eiuſdem diſputationis, iuſtè exprobrat Petro Aliacenſi figmēta iſtiuſmodi (vt ait) ſtultiſſimè credentis, ac vaniſſimè gaudentis in libro ſuo de concordia Hiſtoriæ, atque Aſtrologiæ. Oſtendit enim Pererius, quod & Picus fecerat, cum Albumaſar, Petrus Aliacenſis, & ſimiles turpiſſimè errauerint in chronologia, hoc eſt computatione temporum, fieri non potuiſſe, ut certam ex obſeruationibus Aſtrologicis prædictionem indicarent. Ab initio Mūdi, inquit Petrus Aliacenſis, vſque ad diluuium, fluxiſſe annos plus mille ducentos quadraginta duos: à diluuio autem ad Chriſti Domini aduentum, & ortum, nec mille centum, & duos annos. hoc poſito, probare nititur quicquid in orbe terrarum valde memorandum, & inſigne quocunque tempore acciderit, eodem tempore magnam aliquam conſtellationem in cælo apparuiſſe. At enimuerò cum perſpicuè falſa ſit computatio annorum, qua uelut fundamento illorum ratio, & doctrina fulcitur, nonne cōſequens eſt, quæ ducuntur, & pendent ex illa computatione eſſe falſa? Etenim ab Adamo ad diluuiū, mille ſexcētos quinquaginta ſex annos præterijſſe cōſtat ex Sacris literis; quo fit, vt conſtellationem, quam aiunt iſti fuiſſe in exordio Mundi, aliquot ſeculis Mundum pręceſſiſſe neceſſe ſit. Deinde tempus, quod inter diluuium interfuit, & Chriſti Domini aduentum, ne numerum quidem bis mille quadringentorum annorū impleuit, Si Genebrardi Chronographiam, quę probatur aliquib. ſequimur, Ex ea efficitur, vt coniunctio aſtrorum, quàm aiunt ducentis annis antegreſſam diluuium, nō niſi ſexcentis octoginta quattuor annis poſt diluuium potuerit exiſtere. Præterea dicunt quartam coniunctionem maximam fuiſſe annis nongentis quadraginta duobus poſt diluuium, ſexdecim nimirum annis ante natum Abraham: quem tamen liquet ex ſacra Chronologia, ducentis nonaginta duobus annis natum eſſe poſt diluuiū. Quare neceſſe eſt, quartam illam coniunctionem ſexcentis triginta annis poſt Abrahæ ortum contigiſſe. Ad hęc notarunt illi ſextam coniunctionem magnam ducentos viginti quinque annos fuiſſe ante Chriſtum; nimirum falsò: nituntur enim ſupradicta computatione annorum à diluuio ad Chriſti aduentum, quam nos mēdoſam eſſe oſtēdimus: quin ſi veram ſequamur chronologiam, neceſſe eſſet, ſextam illam coniunctionem ſexcentis fermè annis poſt Chriſti Domini ortum contigiſſe. Poſtremo quā fuerit Petrus Aliacēſis uerę Chriſtianę Chronographię rudis, & prorſus expers, uel hoc uno indicio manifeſtū eſſe poteſt: affirmat n. anno ab ortu Chriſti 70. ad quod tēpus ſeptimā coniunctionē magnam refert, natam eſſe in Eccleſia peſtē hęreticorum, maximè verò eam, quæ fuit Arianorum, quorū tamen hæreſis circa annum Domini 300. exorta, ante 600. extincta eſt. Quis igitur tam multas iſtorum prędictiones nixas mēdaciſſimis Chronologijs, inanes, & mendaces eſſe dubitet? Et hęc quidem Pererius: C D E

Quæ

A Quæ omnia etiam quadrant in Ioannem Bodinum, Regnorum conuerſiones aſtrorum reuolutionibus, & concurſibus ſic ſatis tribuentem; cum & dies, qui excurrerũt, ob incertum Solis curſum, quique tum Cæſare Dictatore ab Soſigene, tum poſtca ab Synodo Nicæna, denique à Gregorio XIII. reuocati ſunt ad certos terminos, non reſpondeant temporibus ſeu punctis, quibus inſtituta ſunt, quæ poſtremo paſſa ſunt interitum, Regna,

Bodin. lib. de methodo hiſt. qui liber iuſtiſſime prohibitus eſt, vt qui etiã multas hæreſes cõtineat.

Quales habendi ſint, qui hoc ſeculo ſcripſere pro Aſtrologia Iudiciaria, aduerſus Ioannem Picum Mirandulanum, eam confutantem. Cap. XV.

B QVoniam verò inter eos, qui hoc ſeculo pro Aſtrologia Iudiciaria pugnarunt viſus eſt quibuſdam eruditè, ac validè ſcripſiſſe Lucius Bellantius Senenſis Mathematicus, & Phyſicus, cuius liber quæſtionum de Aſtrologica veritate multos ante annos abs ſe conſcriptus, prodijt in lucem opera Germanorum Baſileæ, anno huius ſeculi quinquageſimo quarto, vnà cum Defenſione Aſtrologię, contra Ioannem Picum Mirandulanum, ac Dialogo Gabrielis Pirouani, qui inſcriptus eſt, de Aſtronomię veritate; Franciſcus autẽ Iuntinus libros & ipſe hac de re noſtro tẽpore ſatis ingentes edidit; ideo monendi ſunt, qui iſtos æſtimãt, nec Luciũ Bellantiũ, neque reliquos, qui Aſtrologię iſtius Diuinatricis qualicunque prętextu patrociniũ ſuſcepere; eſſe tractandos, aut uerſandos. Primò, quoniam obliquè inſinuant in animos eam, quæ prorſus à Deo prohibita eſt Diuinandi ex ſyderibus rationem; deinde & quam, vti monſtratum eſt, Catholica ſemper Eccleſia, nouiſſimè autem & quæ per Synodi C Tridentinæ Indicem deteſtata eſt. De Bellantij ingenio pauca dicam, cum ipſe ſeſe ſuis ſcriptis prodat, qui exul à Patria, Reipub. ſuæ parum gratus, opus illud ſuum agnoſcit, vt abortum, potiùſquam partum; impietatis etiam impiè arguit Picum, quod Aſtrologiam Iudiciariam oppugnauerit, quam ipſe Bellantius inter primas artium liberalium eſſe ſatis putidè audet dicere. At ſi quis legerit quæ Ioannes Franciſcus Picus quinto lib. de Prænotione rerum reſpondit iſtis oblatratoribus; quæve nouiſſimè Pererius in Geneſim ſcripſit, aliud ſentiet. Et Ioannes quidem Franciſcus aduerſus ipſum Bellantium eodem libro data opera ſcripſit, cordatiſſimè illius argumenta diluens, in quem etiam priore eiuſdem libri capite verba illa conuertit, ſic inquiens: Itaque qui hoc te perſugio tueris, & quaſi purpuriſſo defenſionis Aſtrologicæ frontem oblinis luci, honeſtius tibi, atque ſalubrius cõſuluiſſes, ſi profeſſione genethliaca D poſthabita, veritati acceſſiſſes, cum nec prænôſſe, nec præuidere potueris tibi, quin Patria pulſus, Arni piſciculos eſitares, nec delectis exeundi hoſpitium hotis, quibus cõfidebas, tutari valuiſti, quin poſt paululum hoſtilibus gladijs aduerſæ factionis occumberes, nullis demum Martis fauoribus, nulla Aſtrologica vanitate protectus, cui abijciendæ, vndecim, quæ ſequentur, capita deſtinauimus, & hoc ordine diſtribuimus, vt quattuor prima rationibus eis, quibus confirmari poſſet Aſtrologia, recitandis, refellendiſque dedicentur; duobus autem ſequentibus auctoritates cum Diuinas, tum humanas, & quæ in eis fundari poſſunt rationes aptabimus: tribusq; deinceps eadem Aſtrologia rationibus Phyſicis, & Theologicis proſternetur: Reliquis verò ex principijs dogmatis Aſtrologorum, quaſi in hoſtili agro caſtramerati, ipſam vanitatis, & ſuperſtitionis arcem ſuis ipſis tormentis, machiniſq; deiectam apertè monſtrabimus. E Hæc Ioannes Franciſcus Picus, quæ promiſſa præſtitit, quibus & Bellantij, & Pirouani temeritas, & fucatæ Religionis ſpecies confoſſæ ſunt.

Lucius Bellã tius.

Gabriel Pirouanus.

Franciſcus Iuntinus.

Verba Io. Franciſci Pici aduerſus Lucium Bellantium.

De Franciſco autẽ Iuntino paucis præſtat loqui. Hominẽ ego in Gallia noui exulãtem, teterrimiſque ſtudijs iſtis operã dantem, cum antea in Carmelitanorum ordine plures annos profeſſus, & Sacerdos, deniq; item Prouincialis munere perfunctus valedixiſſet notis, profeſſioni ordiniq; & Apoſtata ſeſe profugus in Gallias recepiſſet: deinde item à Catholica fide cum naufragium feciſſet, opera piorum redactus eſt quadantenus in viam: nam & publicè in Aede S. Crucis Lugduni abiuratis hæreſibus, bonam uiſus eſt aliquandiu operam Eccleſiæ Catholicæ velle nauare: Sed ut fieri non poteſt ponentem manum ad aratrum, ac retro reſpicientem, aptum eſſe Regno

Cælorum,

Cælorum, non uidimus eum libros ſuos de impietate Diuinatrice retractaſſe, neque conſilium Sapientum virorum ſecutum, ſibi, reliquiſque conſuluiſſe, id quod præter A quoſdam etiam ethnicos, S. Auguſtinus fecit, ſua retractans placita, & S. Gregorius Nazianzenus, qui Maximi Philoſophi laudes, & vituperationes compoſuit: Ad extremum igitur hic, cum ad ſexaginta numum aureorum millia per fœnus, & mercatorum permutationes, quæ dicuntur cambia, collegiſſet (ſpecimine hoc ſuæ ſcilicet pietatis, ac Deo promiſſæ paupertatis relicto) extra ſepta ſuæ, ne dicam Catholicæ Religionis obijt. Quibus autem eam legauit pecuniam: Nam & Iuntis honeſtiſſimis Typographis (in quorum ædibus ſæpè librorum correctionibus operam Lugduni poſuerat) mille aureos nũmos eum moriens legaſſet, ij mihi faſſi ſunt, eos, vti reliquos euanuiſſe; nimirum omnia perdita fuiſſe, quæ perditus ille anxiè hinc inde corraſerat. Et hi ſunt Dij eorum, qui Diuinos iſtos magnifaciunt.

Quantò igitur rectius, ac tutius eſt, Deũ ipſum loquentem audire, qui ſic ait per E- B

Iſa. 41. ſaiam. Annunciate, quæ ventura ſunt in futurum, & ſciemus, quia Dij eſtis vos, &

Iſa. 44. alibi. Ego ſum Dominus irrita faciens ſigna Diuinorum, & hariolos in furorem vertens, conuertens ſapientes retrorſum, & ſcientiam eorum ſtultam faciens, & paulò

Cap. 47. poſt, deridens Deus Babylonios, & Chaldæos ſyderalibus ſuis obſeruationibus fidentes.

Sta (inquit) cum Incantatoribus tuis, & cum multitudine maleficorum tuorum, in quibus laboraſti ab adoleſcentia tua, ſi forte quid proſit tibi, aut ſi poſſis fieri fortior. Defeciſti in multitudine conſiliorum tuorum: Stent, & ſaluent te Augures Cæli, qui contemplantur ſydera, & ſupputabant menſes, vt ex eis annunciarent ventura tibi. Et

Ierem. 10. paulò antea dixerat. Sapientia tua, & ſcientia tua hæc decepit te. Ieremiàs quoq; ait. Iuxta vias gentium nolite diſcere, & à ſignis Cæli nolite metuere, quæ timent C

Eccl. 10. gentes, quia leges populorum vanæ ſunt. Salomon verò. Homo (inquit) ignorat præ-

Cap. 8. terita, & quid poſt ſe futurum ſit, quis poterit indicare? & alibi. Homo ignorat præterita, & futura nullo ſcire poteſt nuntio.

Michael Medina. Ceterum Michael Medina ſecundo libro de recta in Deum fide, cum nouem conſiderationes propoſuiſſet, quibus fidei aſſenſus in animo roboratur, & augetur, deque prophetico euentuum vaticinio primo capite egiſſet, Diuinatricis iſtius Aſtrologiæ, vti blaſphemæ, ridiculæ, & (vt ille vocat) nugiuendæ, atque ab omnibus ſapientibus exploſæ, deinde & phyſiognomiæ, ceterarumque huiuſmodi ſuperſtitionum fundamenta perdoctè conuellit, vt ſanè vnus pro omnibus ſufficere poſſit. Vbi verò firmiſſimis rationibus eadem euertit, duplicem illam Criticam Aſtrologiam, quam Ioannes de Indagine garriebat, alteram nimirum Abrahamo, Ioſepho, Moyſi & alijs D ſapientibus notam, alteram ſuperſtitioſam, vrget Medina, nullam Iudiciariam Aſtrologiam fuiſſe vnquam præter vnam, quæ & ſuperſtitioſa eſt, & ad impietatem ducit: quæ ſanè Chaldęis, & Aegyptijs accepta refertur: in quam item non ſolum Romani Pontifices, Concilia, Cæſares, & Reges Chriſtiani anathemata, & leges, ac multas promulgarunt, verum ipſi quoque Imperatores Ethnici edicta, & pœnas intulerunt. Concilium ſanè Toletanum ſic habet. Si quis Aſtrologiæ, vel Matheſi exiſtimat

C. de malef. et mathem. l. etſi excepta. ff. de iniur. & famoſ. libell. l. item. eſſe credendum, Anathema ſit. Conſtantius Imperator C. de malef. & mathem. l. nemo. Nemo Aruſpicem conſulat, aut Mathematicum, nemo Ariolum, Augurem, & vatum prauam confeſſionẽ conticeſcat; Chaldæi, & Magi, ac ceteri, quos maleficos, ob facinorum magnitudinem, vulgus appellat; nec ad hanc partem aliquid moliantur, ſileat omnibus perpetuo Diuinandi curioſitas, etenim ſupplicium capitis feret, E gladio vltore proſtratus, quicunque noſtris iuſſis obſequium denegauerit. Sed & ad Taurum Præfectum adhuc plura in hanc rem ſcripſit.

At & Diocletiani, & Maximiani extat Edictum, quo iſta prohibebantur, & Vlpianus inquit. Si quis Aſtrologus, vel qui aliquam illicitam Diuinationem pollicetur, conſultus aliquem furem dixiſſet, qui non erat, iniuriarum eum eo agi non poteſt, ſed Conſtitutiones eum tenent.

A

Architecturæ origo. Cap. XVI.

DE Architecturæ post principes Mathematicas diſciplinas dicendum eſt, quandoquidem illæ ab his pendent, earumque ductu perficiuntur. Iniurta que verò Origo, Methodus, Pietas ſuo loco expendendæ ſunt. Mox diſpiciendum, num ex uno Vitruuio, & ædificijs antiquis, ac præſertim ex Baſilicis ſiue Ethnicis, ſiue item ex Salomonici Templi ſtructura petenda ſit ædificandi ratio, quæ ſit omnium præſtantiſſima.

Originem igitur non Architecturæ modo, verum etiam ceterarum Artium ex primi Parentis noſtri mente Diuinitus imbuta manaſſe, ab eo ad poſteros fluxiſſe, Patres *Origo Architecturæ & aliarum artiũ.*
B vnanimes aſſeruere Clemens Alexandrinus, Ambroſius, Cyrillus, Euſebius. Ac teſtatur aduerſus Appionem Ioſephus, ab Abrahamo, ad quem illę à poſteris Adami peruenerant, edoctos fuiſſe Aegyptios, à quibus Græci, inter quos fuere qui Architecturæ inuentores ſunt habiti, Scientias, atque artes cunctas accepiſſe. Clemens autem Alexandrinus primo ſtromatum libro probat artes etiam à Deo emanaſſe, ex trigeſimo primo Exodi capite, quo loco ex Architecturæ traditione, quæ liquido in Diuinis literis cernitur, alias quoque probat artes à Deo fuiſſe profectas. *Clem. Alex. Ambroſ. Cyrill. Euſeb. Ioſeph. contra Appionem.*

Certè Deus ipſe inquit: *Impleui* (nempè Architectum *quidquid fabrefieri poteſt*) *Spiritu Dei, ſapientia, intelligentia, & ſcientia ad excogitandum* Tabernaculi Beſeleel) *Spi.* Et alibi. Miſi ergo tibi virum prudentiſſimum, & ſcientiſſimum, qui ſciat adinuenire prudenter quodcunque in opere neceſſarium eſt. Ac ipſa Salomonici Templi ſche- *Exod. 31. 3. Reg. 7. 2. Paral. 2.*
C mata ab ipſo Deo fuiſſe Dauidi, atque ab hoc Salomoni tradita, conſtat ex ijs verbis primi Paralipomenon, quæ ſic habent. Dedit autem Dauid Salomoni filio ſuo deſcriptionem porticus, & templi & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, necnon & omnium, quæ cogitauerat atriorum, & exhedrarum per circuitum in theſauros Domus Domini, & in theſauros Sanctorum, &c. *Omnia (inquit) venerunt ſcripta* manu Domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris. Et in Ezechiele legimus ſic. Figuram domus, & fabricæ eius exitus, & introitus, & omnem deſcriptionem eius, & vniuerſa præcepta eius, cunctumque ordinem eius, & omnes leges eius oſtende eis, & ſcribes in oculis eorum. Quin etiam multo antea Moyſi mandauerat Deus, *vt Tabernaculum faceret* ad exemplar, quod ei monſtrauerat in monte. Elucebant videlicet in eo ædificio ea omnia ad miraculum *1. Paral. 28. Ezech. 43.*
D quæ optimæ Architecturæ legibus præcepta ſunt: Ordinatio: Diſpoſitio: Eurythmia: Decor: Diſtributio: Symmetria: vt quemadmodum humanum corpus è cubito, pede, palmo, digito, ceteriſque partibus ſymmetron eſt; ſic & illud opus è columnarum craſſitudinibus, atque è triglipho, ac reliquis partibus conueniens conſenſus, atque ex ſeparatis partibus ad vniuerſæ figuræ ſpeciem ratæ partis reſponſus efficeretur. Acceſſit ad hæc omnia myſterium in ea ſtructura latens, vt cum iota nullum, aut apex in Diuino Codice nullus ſit, quin cæleſtem illam, & multiformem ſapientiam ſpiret, omnia verò ad doctrinam noſtram ſcripta ſint, certè tot vtriuſque Teſtamenti capita, quibus eiuſdem ædificij mentio ſit, diuiſſimam aliquam penum myſterij æternis temporibus taciti continebant; quæ erat ſuo tempore gentibus etiam aperienda. Quæ quidem, inquam, omnia obſcuritatis tenebris inuoluta iacebant, teſte ipſo B. *Architecturæ leges. Ordinatio. Diſpoſitio. Eurythmia. Decor. Diſtributio. Symmetria. Myſterium Templi Salomonici.*
E Hieronymo, qui aſſidua meditatione, Interpretum lectione, & Sanctarum Scripturarum vſu, coniecturas ingenij ſui, potiuſquàm commentaria in eos Scripturæ edidit locos. *Hieronymus quid de myſterijs Templi.*

Vt vt autem hoc verum ſit, dubium non eſt, quin & inuenta deinceps, & perfecta ſint plurima, quæ non extabant antiquitus. Nam rationalis anima, quæ, ferè ſuę intellectionis primordia conſequendo à ſenſibus plura eruit, atque ad perfectum agitatione ipſa mentis adducit (eò magis cum Diuina luce radiata, & exculta diſciplinis, vſu exercitata, atque in ſe collecta eſt) ſemper aliquid conatur efficere, quippe quæ ad Dei imaginem facta non poteſt non operari. Ac tamen nolim hæc intelligi, quaſi intellectum agentem facerem inuentorum Auctorem. *Inuenta enim omnia, aut per* *INVENTA fuiſſe plura procedentibus, ſeculis. Intellectus agens nõ eſt inuentarũ rerum Auctor.*

afflationem

afflationem impertitus eſt Deus ſuorum miniſterio nunciorum: *aut emerſerunt* quaſi A
concluſiones ex propoſitis notis. Quod vt conſtet, afferri ſolent exempla huiuſmodi. Bombardarum tubi ſunt primum excogitati, quia lebetis chymiſtici operculum in laquearia impulſum eſt vi pulueris, qui ipſo in lebete erat, igne concepto. Ars Cattiterographiæ ex gemmarum ſigillis. Horologia ſabuli ex clepſydra. Solaria à paſtoribus ex vmbris arborum. Horologia rotarum ab alijs machinis. Pictura ab Ichnographia. Hæc ab vmbris, à quibus & Optice. Architectura à natiuis ſpecubus. Vnumquodque verò poſtquam erutum eſt ex inuolucris ſuarum cauſſarum, repetita perpenſione, exagitata, & reuocata ſunt *ad Lydium lapidem, aut ad incudem, aut ignem*: ideſt ad reflexionem rationis: metallorum more: quorum probitas tribus illis legibus exploratur.

Bombardæ vnde primû excogitatæ.
Ars cattiterographiæ.
Horologia ſabuli.
Solaria.
Horologia Rotarum.
Pictura.
Architectura.
Tribus modis probitas tum artium, tum metallorum exploratur.

B

An ædificandi ratio peti debeat ex vno Vitruuio. Num item ex Salomonici Templi, quæ olim extabat ſtructura. *Cap. XVII.*

AN verò ædificandi ratio, quæ omnium præſtantiſſima ſit, peti ex uno Vitruuio debeat, an potius ex antiquis baſilicis, potiſſimum autem è Salomonici Templi ſtructura, ſicuti quidam exiſtimarunt, expendendum eſt modo. Sic enim ea, quæ pietatis ſunt, afferre cupimus, vt tamen veritati ſuus locus: methodum autem quiſque rectiſſimam ex eminentibus Architectis acceptam teneat, qui ſe iſti facultati addixerit.

Barholomeus Ammanatus.
Ioſephus Valerianus.
MODVS hic Italicè ab Architectis dicitur Maniera.

Ac primum huc ingenuè conferam, quæ potiſſimum præter alios optimè hac de tota re ſæpè diſſereret mecum Bartholomæus Ammanatus inſignis Sculptor, Pictor, C
Architectus, & Ioſephus Valerianus, Michaelis Angeli Bonarotæ à puero æmulator, grandior autem natu factus, imitator, multis certè abhinc annis & Pictor & Architectus, idemque iam Sacerdos ſocietatis noſtræ. Architecti (aiebat hic) qui veram Architecturam callent, non omninò è Vitruuio, ſed ex ratione, ex attenta obſeruatione, optimoque veterum modo pendent. Nam etſi Vitruuius Architecturam in vnum corpus redegit, atque huius leges, ac præcepta egregiè tradidit, quæ quidem omnia fatetur ab Antiquis ſe accepiſſe, multa tamen putauit ſe docuiſſe, quæ cum ad rem venitur, & uſum, nequaquam ſuccedunt, ne quid dicam de incommodis, & futilibus menſuris Capituli Corinthij & baſium omnium, atque coronarum, quas ille attulit.

Graphidis quam Itali vocant, Diſegno, neceſſitas Architecto.
IOANNES BAPTISTA Toletanus.
BASILICA Danielis Barbari.

Sanè, quod peritiſſimi quique Architecturæ aſſerunt, id Graphidis defectu factum eſt. Quod quidem exemplis, & rationibus comprobandum eſt; non ſolum vt D
huic facultati rectiſſimè ſe dedant ingenia præſtantia: vtque aliquando deſinant haberi Architecti, qui eam facultatem probè non ſunt aſſecuti, verum etiam ne pecuniæ, temporis, exiſtimationis, atque adeo Diuini cultus iactura fiat, ſi ij, qui non ſint, quales eſſe deberent, Architecti conſulantur. Ioannes quidem Baptiſta Toletanus Philippi II. Regis Architectus, Regij Cœnobij in Scoriaco, quod in Hiſpanijs non procul abeſt Mantua Carpentana, quæ Matridium dicitur, viginti impendit annos in Italia, vt Graphidem primò, mox Architecturam addiſceret: nec verò tantus ſine hoc ſtudio vnquam euaſiſſet. In Baſilica verò, quam Daniel Barbarus poſuit, deſiderant Architecti eximij multa: quæ abſolutiora fuiſſent, niſi mordicus Vitruuio adhæſiſſet, quem ſimul fuiſſe minus in inueniendo perſpicacem Christiani plerique omnes recentiores Architecti agnoſcunt. Quin & Leo ipſe Baptiſta, qui de Architectura ſcripſit, E
eundem Vitruuium ſæpè reprehendit pluribus locis. Ac profectò ita ſe res habet. Cui Graphidis peritia defuerit, vt quæ particularia membra ſunt, ea ita non aptet, vt non tam adglutinata, quam nata eſſe videantur, is integer haud habebitur Architectus. Inde igitur accidit, vt ingentia ruant ædificia, vel maneant mutila, manca, luxata, prodigatur cenſus, vbi neceſſe non ſit, retineatur cum eſſet inſumendus. Porrò ad reliquam Architecturam cum magnoperè ſpectet ornatus, quippe quæ Naturam imitetur ſua quæque uarijs ornamentis decorantem, ac continentem, id verò Antiquorum monumenta, quæ ſuperſunt, adhuc teſtentur; nimirum, Templa, Theatra, Porticus, Arcus, Amphitheatra, Intercolumnia, Zofori, & alia; certè ipſa Graphidis

ars, his

A ars his optimè diſponendis pernecessaria eſt. Addo, cum Architectura non tam ſita ſit in quinque ordinibus Hetruſco: Dorico: Ionico: Corinthio: Latino, ſiue miſto: quæ ipſius Architecturę ſunt membra, quàm in alijs ſiue principijs, ſiue ijs quæ illam integrè conſtituunt, Inuentione, eruditione, præceptis, obſeruatione, vel vſu: horum omnium quaſi fons, atque directrix eſt graphis, ex qua Pictura, glyphice, Sculptura, ceteræq; artes, quas vocant Mechanicas, rectius dixiſſent Banauſicas, fluxere. Banauſ.

Non verò ex Salomonici Templi ſtructura ratio Architecturæ addiſcendæ petenda ſit, eò magis examinandum eſt, quod non defuere, qui dixerint, eos, qui gentium ædificijs, & præceptis ſeſe dediderunt, adumbratam potius quàm veram Architecturę methodum didiciſſe. Quòd certè haud verum eſt. Ethnicis enim Deum fuiſſe impertitum veram ædificandi rationem ex eo liquet, quòd hanc ad ipſa quoque ſua, in
B quibus colitur, templa conſtruenda, adhibitam fuiſſe, atque adhiberi identidem cernimus. Neque verò quoniam Beſeleeli ſpiritum ſuum, ſapientiam, atque intelligentiam, ac ſcientiam dedit ad excogitandum, quidquid in eo fabrefieri poſſet; propterea integram Architecturæ ideam in Scriptura monſtrauit. Neque item par ratio Exod 31. eſt myſtici illius Templi, quod ſuo tempore erat abolendum, cumque ipſo eius lapides omnes euertendi, atque eſſe debet in noſtris ædificijs, & Templis. Iam quod attinet ad proportiones, præcepta, ſymmetriam, atque adeo ad vniuerſam Salomonici Templi ſtructuram, ea intelligendis quidem Diuinę Scripturę myſterijs commodare poſſet, ſtruendo non item. Primum, quod antiquis illud ſacrificijs, & immolationibus brutorum, deinde ceteris futurorum vmbris dicatum fuerat, quæ vbi ceſſaſſent, prorſus erat euertendum; denique atria illa, & porticus Iudaici Templi erant diſtin-
C cta pro varietate gentium, atque ſacrificiorum, & ſacerdotum, ac cęremoniarum: Quæ cuncta ſublata ſunt. Tranſlato enim Sacerdotio, tranſlatio facta eſt legis, & illius Templi (vt ita dicam) Architecturæ. Ex quo certè Diuinæ Prouidentiæ miraculum cernimus. Pantheon enim, ac Mineruæ, & aliorum fallacium Deorum Templa Romæ, & alibi ſtare voluit, eaque Beatiſs. Virgini Matri, ceteriſque cælitibus dicari: At Iudaici Templi ne veſtigium quidem ſupereſſe permiſit. Quin & Iudæi ter aggreſſi illud reædificare, non potuerunt. Deo enim bellante (inquit Chryſoſtomus) ſuperare impoſſibile eſt. Sed quid dico de Templo? ipſam quoque Ciuitatem numquam amplius conſpici voluit, in qua illud ipſum fuerat Templum. Aelius Chryſoſt. 2. orat. aduerſus Iudæos.
D Adrianus nomen Hieroſolymæ impoſuit, cognomine Victoris & Euerſoris. Iudæi enim mota ſeditione conati ſunt illam inſtaurare. Sed ille penitus eam deleuit iterum, & ſtatuam illo in loco ſuam collocauit, & nomen ſuum impoſuit ciuitatis ruinis.

Sub Conſtantino rurſus eadem aggreſſi ſunt. At ille amputatis eorum auribus, ac rebellionis ſigno impreſſo corpori illorum, per omnia loca circumferebat illos ceu fugitiua mancipia, ac eos, qui per omnes regiones erant ſparſi erudiens, ne in poſterum eadem conarentur.

Sub Iuliano Apoſtata, cui Iudæi dixerunt. Si vis nos videre ſacrificantes, redde nobis Ciuitatem, reſtitue Templum; nec puduit impias, & impuras manus vocare ad extructionem ſanctorum, non perpendentes, quod ſi homo illa demolitus fuiſſet, potuiſſet homo illis eas reſtituere.

E At Deus, qui comprehendit ſapientes in ipſorum aſtutia, protinus ipſis factis declarauit illi, quod Dei decretum omnibus eſt potentius, ignis enim exiliens è fundamentis cruſſit multos, & intempeſtiuam pertinaciam interrupit.

Vt faber, ait idem Chryſoſtomus, iactis fundamentis, erectis parietibus, concamerata teſtudine, ipſaque concameratione in vnum lapidem in medio poſitum connexa, ſi eum tollat, totam ædificij compagem ſoluerit; ita Deus cum eam Ciuitatem feciſſet quaſi nodum totius Religionis Iudaicæ, ac mox eam ſubuerterit, nonne pariter & vniuerſum eius Ciuitatis ſtatum diſſoluit.

Architectu-

A

Architecturæ partes, atque diuiſio: Quænam ſpectanda priuſquàm ædificia inchoentur, præſertim ea quæ ad viros religioſos attinent. Cap. XVIII.

Vitruuius, lib. 3. Leo Bapt. proœm. de reædific. Ariſt. 2 Phyſic. c. 2. Vitruuius, lib. 9.

NEque verò eas tantum Architecturæ dicimus partes, quas ſupra attigi. Ordinationem, Diſpoſitionem, Eurythmiam, Symmetriam, Decorem, Diſtributionem, verum etiam quæcunque ad eam rectè conſtituendam iuuant, ſiue ſit fabrica, quam vſus manus exequitur, quò fabri, & machinæ ſpectant; ſiue materia, quam qui nouit, Architectus quodammodo eſt, ſicut Ariſtoteles dixit: ſeu denique Ratiocinatio, quæ proportiones oſtendit; atque Gnomonica, quæ cum verſetur in Geometriæ principijs, atque menſuris, quibus Architectus areas mente complectitur, B ac per lineas, ac figuras metitur, tum agit de rationibus vmbrarum per ſtylum horologiorum: quam ob cauſam Aſtronomicæ notitiæ partem requirit.

Ac quidem, licet de his omnibus egerint ij, quorum nomina, libroſque receuſebimus, præſtat tamen ipſius architecturæ methodum ea ratione ob oculos ponere, quam ijdem, quos diximus delineatunt, dum & ex melioribus Auctoribus, & veterum ædificijs varia ipſimet ſtruxerunt varijs in locis ædificia. Id quod eò libentius facimus, quòd cum omnem operam ad ea ſtruenda adhibuerint, in quibus religio, & bonæ artes exercentur, poterunt hinc reliqui, qui religioſam vitam agunt non minimum haurire commodi ad ſua vel conſtruenda, vel inſtauranda domicilia, & templa.

Vitruuius, lib. 1. c. 1. Finis Architecturæ è quibus conſtet. Vitruuius lib. 3. Palladius lib. 1. cap. 1.

Architectura igitur eſt duplex. Altera quæ ponitur in præceptis, operumque ratione. Altera, quæ ad ipſorum ædificiorum actionem & fabricam pertinet, quarum C vtraque præditus eſſe debet Architectus: ambæ enim ad eundem finem ſpectant; nimirum vt firma, vtilia, venuſta ſint ædificia. Siquidem enim eorum deſit, infirma, inutilia, inuenuſta erunt. Porrò firmitatis habetur ratio, ſi iacta ſolidè fuerint fundamenta, omniſque ſelecta materia ſedulò parata fuerit: vtilitatis autem, ſi locorum, membrorumque apta curetur diſpoſitio: Venuſtatis denique, ſi membra ſuas habuerint ſymmetrias, proportioniſve reſponſus. Itaque ad hunc finem omnia præparanda ſunt, qui duplex poteſt inſtitui, loci, atque materiæ.

Locus.

Alb. lib. 1. c. 3. Vitruuius lib. 1. c. 4.

Locus eligendus ſaluberrimus, in quo quanto purior fuerit aer, tanto meliore indole, ac virium robore homines degunt. Ad ſalubrem verò locum perſpicienda ſunt D quattuor; Situs, Cælum, Aer, Aqua. Ex ſitu, aer eſt ſaluberrimus, ſi excelſus, non nubiloſus, nec pruinoſus. Ex Cælo, ſi regiones non æſtuoſæ, nec frigidæ, at temperatæ. Ex aere, ſi paluſtris vicinia declinetur; vnde & nebulæ, & flatus peſtilens in corpora diffunditur. Ex aquis, ſi mœnia, vel muri fuerint in paludibus ſecundum mare, ſpectentque ad Septentrionem, aut inter hunc, & orientem: ipſæ autem paludes excelſiores ſint littore marino. Ex maris enim tempeſtatum redundantia, vel cum in mare patet exitus, fit vt paluſtrium genera venenatorum in foſſis non naſcantur, vel vbi fuerint nata, miſtera fluctuum ſalſedine necentur. At, quæ ſunt aquæ ſtagnantes, putreſcunt, peſtilenteſque vapores emittunt. Sin autem ſecundum mare ad meridiem, E aut occidentem vergant, eæ vtique ſalubres haud fuerint, quoniam æſtate cælum meridianum ſole exorto caleſcit, meridie ardet. Quodque ſpectat ad occidentem, id ſole exorto tepeſcit, meridie calet, veſpere feruet. Quamobrem mutatione caloris, & refrigerationis, corpora, quæ in ijs locis ſunt, vitiantur.

Alb. lib. 1. c. 3.

Albertus ait regionem deligendam vbi arbores naſcantur multæ, rectæ, non autem ex latere vno cadentes (quod indicium ſit ventorum continenter eas agitantium) copioſæ, magnæ, vberes fructibus, pulchræ, guſtui gratæ, vbi naſcantur homines pulchri, multi, graciles, bonæ indolis, & humani. Et Priſci quidem, num pecorum iocinora liuida, infectave eſſent, obſeruabant, vt inde rationem aquæ, ac terræ, ſiue ciborum agnoſcerent. Quamobrem fertilitas, commodumque omne perſpiciendum, incoliſque conſulendum eſt, ne quo na-

naturali

A turali morbo locus infectus ſit, vel beſtiarum venenatarum copia, herbarum, vel alia quauis ex cauſa. Hippocrates ſanè libro de Aere, aquis, locis, ait. Quæ ad orientem ſolem ſunt ſitæ, eas par eſt eſſe ſalubriores his, quæ ad Septentrionem, & his quę ad calidos ventos ſitæ ſunt, etiamſi ſtadium Solis interſit. Primùm enim moderatior eſt caliditas, ac frigiditas, ac quę ibi ſequuntur: Sed de aquis planius modo.

Aquæ, ac quænam optima.

Et copia, & qualitas aquarum perſpiciendæ ſunt, quæ ad alendum, & purgandum ſint optimę. Vtriuſque rei indicia ſunt, ſi fuerint accolæ corporibus validis, colore viuido, cruribus ſolidis, nec vitiatis, oculos haud habentes lippos. Præterea ſi fons *Vitr. lib. 8. ca pit. 5. Alb. lib. 1. ca pit. 4.*
B nouus fuerit effoſſus, atque inde in vas Corinthium, ſiue alterius generis, vel item æneum aqua fuerit illata, quæ ſparſa maculam non inuſſerit, ea erit optima; qualis etiā quæ in aheno defracta (hoc eſt coacta) fuerit: ac poſtquam requieuerit, exempta, nil arenæ, aut limi in fundo aheni reliquerit. Addo. Si legumina celeriter coxerit, teneraque, & mollia cito reddiderit, panem bonum, albumque effecerit, ſi in fonte limpida, clara, perlucida, non muſcoſa fuerit, nec iuncum procrearit, nec fons aliquo cœno ſit inquinatus, nec ſaporem, odorem, coloremque vllum habuerit. Plura verò aquarum genera recenſet Leo Albertus, earumque naturam explicat, multa item ante illū Vitruuius. Conſentiunt autem omnes, nullam eſſe ſalubriorem, quàm quæ ex imbribus colligitur, quippe quæ (aiunt) gignatur ex omnibus fontibus leuiſſimis, ſubtilibuſque tenuitatibus; deinde per aeris excitationem perfuſa tempeſtatibus, lique- *Defracta ideſt cocta, vt ex Alb. lib. 1. cap. 4. colligitur. Verbum Vitruuianum. Alb. lib. 1. capit. 4.*
C ſcendo defluit in terram. At vbique immota inſalubris eſt; reſtagnans autem peſſima illa eſt, quæ hirudines alit, ubi verò anguillę innatarint haud adeo eſt noxia.

Duo item aquarum genera Hippocrates, alterum è pluuijs, alterum ex fontibus comprobat. Sed Laurentius Ioubertus Paradoxarum Quęſtionum medicinalium, cum plurium Auctorum ſcientias hac de re attuliſſet, quinque eſſe ait aquarum genera: Primo, ac laudatiſſimo loco pluuialium: Secundo fontium: Tertio fluuiatilium, ſi ſecues, claræ, molles, bonæ: Quartò puteorum quæ ſunt inſalubres: Vltimo ſtagnantium quę peſſimę. *Hippocr. lib. de aere, & locis.*

Solum.

Antequam ſolum deligatur extruendo ędificio, id inprimis diſpiciendum eſt, num
D complanatio eius, quod ſit monteoſius, vel expletio eius, in quo aut valles, aut pręcipitia cernerentur, eſſet ſumptuoſior. Ceterum, Solum cum diuerſum diuerſis in locis ſe habeat, nil de eo certum tradi poteſt. Sed hoc obſeruandum, vt quàm ſolidiſſimis in locis ſubſtructiones fiant, quibus ſi natura præſtabit, facilè dignoſci poterit. Sin minus ad artem confugiendum eſt, vt quàm crebertimis palis, ac fiſtucationibus adactis muniatur. Palladius, Albertus Barbarus conueniunt, excauationibus crebris ſolum eſſe pertentandum; id quod non magis ad aquam eximendam, quàm ad firmitatem experiendam valet. Priuſquam autem Solum attentetur, ea erunt eius naturæ indicia, ſi herbæ fuerint, quę humidis in locis enaſcuntur, lutoſum enim id erit. Sin arbores in ſiccis regionibus adoleuerint, ibi erit fabricandum. Sin autem ſaxa, ſoliditatis erit ſignum. Contra, ſcaturientes aquæ, ſonituſque terræ ex grauium rerum ca- *Vitr. lib. 1. ca pit. 5. Pall. lib. 1. ca pit. 7. Barb. lib. 1. ca pit. 1. Alb. lib. 3. ca pit. 3.*
E ſu, ſiue motu, fabricam non admittent. Si item vaſa aquarum plena, vel membranæ tympanorum humi ſtratæ, ſi quę grauiaIiqua re decidente nō trepidauerint, aut ſonitum ediderint, neq; uerò aqua diffundatur, firmitatis erit ſignum. Hęc vbi extrinſecus innotuerint, iam crebris excauationibus ſoli natura interius pertentanda erit. Ac quidem natura multis quaſi cutibus, aut corijs ſolum contexit, uel craſſiore ſabulo, vel minuta quadam arena, interim glarea, quandoque creta, vel argilla, nonnunquā topho, vel cœno, atque item permixtione quadam rerum diuiditur, ita ut non eadem ſoli qualitas ſit in ſuperficie, ſed alia ſub cute, alia in ima parte cernatur.

Ab omni igitur arenoſo, glareoſo, molli, paluſtri, atq; congeſtitio Solo cauēdū eſt. Solidius porrò fuerit Solum, quod ferro magis obſiſtet, cumq; madeſactum fuerit, nō

diſſoluetur. Hæc de Solo. Sed qua ratione excauandum, & quomodo congeſtitijs A paluſtribusq. in locis ſubſtruendum ſit, paullo poſt erit dicendum, vbi de fundamentis iaciendis breuiter agemus.

Area.

Pallad. lib. 4. cap. 1.

Quæ ad Areas collocandas ob variam diuerſorum generum qualitatem præcepta traduntur, ea Palladius, & reliqui ſcripſere, à quibus peti poſſunt.

Aedibus ſacris, & religioſis domibus extruendis quænam Areę parandæ.

At quæ de ædibus ſacris, domibuſque, vel collegijs religioſorum dicenda erunt, non ita omnes cogitarunt. Primum itaque erit area eligenda frequentiori nobilitati, vt animarum ſaluti facilius conſulatur: certe opportuniore ciuitatis loco: nimirum (ſi fieri poſſit) procul à ſtrepitu, & vel improbo conuentu: Eæ ad Orientem verſæ latas plateas habeant, vt non ſolum frequentię dignitate, ſed & religione animum afficiant. Si cliuus in ciuitate fuerit vacuus (quem quidem liceat deligere) is deligatur. B Si minus; eiuſmodi ſit ſaltem, vt tribus gradibus in Templum aſcendatur. Vbi aqua inuenitur, is quidem erit aptior; at tot gradibus, quot ſepulchris ſubſtruendis fuerit opus; ne forte corpora in aquam demerſa fœtorem inhalent. Ceterum & hic diſpiciendum eſt, nę (quod ſuperioris capitis initio diximus) ſumptus ſuperet cenſum, & quandæque areæ maior, quàm deceat, fiat impenſa. Aſpectus Templi verſus maximam, & frequentiſſimam Ciuitatis partem eſto, pręcipuè verſus ad orientem; reliqua verò membra ſecundum climatis rationem, eodem ſpectent, vnde lumen excipiant.

Vitr. lib. 6. capit. 1.

Quę ſub Septentrione ædificia conſtruentur, ea neceſſe eſt, vt ſint teſtudinata, & maximè concluſa, ac verſus calidiorem cæli plagam conuerſa. At, quæ Solis impetus, regioque meridiana torrent, ea Septentrioni, vel Aquiloni pateant. Sic pro ra- C tione aliarum regionum, vbi loci natura lęditur, ea arte corrigenda eſt. Quæ verò ſpatia præceſſerint areas, magnam vtilitatem afferent, valetudinique commodabunt, ſi ciſternæ, ac ſeparatim ſubterraneæ cloacę ad immūda aliò deriuāda cōſtrui poſsint.

Materia.

Nel verò huc plura cumulem, quàm instituti noſtri ratio poſtulat, de Materia, quando cædenda ſit, videndus eſt Vitruuius lib. 2. c. 9. & Palladius lib. 1. cap. 2. Sed & Leo Albertus lib. 2. c. 4. 5. 6. & 7. agit quomodo materies condenda ſit, quęnam item ratio adhibenda, vt vniuerſa ęque areſcat. Præcauendum enim, ne initio per rorē, ſed poſt meridiem trahatur, quin etiam ne rore madida, nec contra nimium arida leuiganda eſt. Ante triennium non areſcere aiunt. Verum conſulendi ſunt periti, quamnam regio materiam ferat, quæ ſingulis apta ſit. Quę autem à Vitruuio commenda- D tur. Vide lib. 2. cap. 9.

Lapides, Lateres, & Calx.

Pallad. lib. 1. c. 3. Alb. lib. 2. capit. 8. Vitr. lib. 2. capit. 3. Pallad. lib. 1. cap 3. Alb. lib. 2. c. 10. Pall. lib. 1. c. 5. Vitr. ſilicem etiam comprobat. Barb. lib. 2. capit. 5. Plin è molari lapide pinguiorem fieri calcem ait. Idē Barb. & Alb. lib. 2. capit 11. Plin. lib. 36. cap. 23.

Duplex lapidum genus Architectis in vſu eſt; alterum, quod ſponte natura prębet: alterum, quod arte conficitur. Primum vel ipſius fabricæ calci eſt vſui, vel ad ipſam ſtructionem pertinet. Qui ad ſtruendum pertinent (nam, qui calci faciendæ ſunt apti, mox dicetur) ij vel duri, vel molles ſunt. huiuſmodi autem lapidicinas ſic ſolēt effodere Architecti, vt ſub dio tempeſtatibus expoſiti lapides per biēnium, eorum naturam experiantur. Nam qui illęſi perſtiterint, ij operum ornatui & fabricę deſeruiūt: lęſi autem in ſubſtructiones inijciuntur. Duri ſanè maximè reſiſtunt, atque ſub dio, & pondus & vndarum ſalſedinem facile ſuſtinent; quod quidem de minus duris ſperandum non eſt. Alterum genus lapidum arte confectum è Terra educitur, hique la- E teres dicuntur, qui è terra cretoſa ſiue alba, ſiue rubra conflandi ſunt, quę facillimè tractetur. Quo tempore autem effodienda ſit terra, quo ducendi lateres, & quorum generum, pro diuerſa fabricę ratione vel architecti inſtituto, eſſe debeant, Vitruuius, Palladius, & Albertus ſcriptum reliquere ijs in locis, quæ adſcripta ſunt margini.

Lapidū autem, qui calci inſeruiunt duplex item eſt genus. alterum quod è lapidicinis effoditur, alterum quod ex fluminibus, torrentibuſque colligitur. De utroque Vitruuius lib. 7. cap. 2, ubi agit de maceratione calcis: In quem locum commodè ſcribit Daniel Barbarus, ſed & Vitruuius, Plinius, Palladius, Albertus, de tota re egerunt appoſitè.

A *Arena.*

Arenæ tria genera ſunt foſſitirium, fluuiaticum, maritimum. De his Vitruuius lib. 2.c.4. Barbarus in eundem, Palladius lib.1.cap.4. Albertus lib.2.c.12. Foſsititia arena optima, ſed quæ ex arenatijs recenter ſumpta, atque effoſſa; alioquin inualida. Maritima tectorijs optima. At de arenarum communibus indicijs, deque Puteolano puluere, cum alij, tum Vitruuius lib.2.c.6.

Ratio ſtruendi, & fundandi ædificia.

Ante omnia, typo, ſiue fabricæ graphidi danda opera eſt. Ea verò vel ad ichnographiam, id eſt, veſtigium fabricæ pertinet, quod plantam Itali uocant, vel ad orthographiam, ideſt frontis, & laterum erectionem; vel ad ſciographiam, ideſt internæ partis ſectionem, & formam (quod noſtri profilum dicunt) qua murorum craſsitudinem deſcribunt. Paratis. Pianta. Fronte. Profilo.

B Tum area, ſecundum ichnographiam ſuis lineis, & dimenſionibus delineata effodienda eſt vſque ad ſolidum, vel in ſolido complananda. Id verò, ac reliqua quomodo efficienda ſint Vitruuius, Palladius, & Barbarus ſat commonſtrarunt. Quomodo excauandum ſolum. Quomodo ſtructura ſolidanda. Quæ ſint ſoliditatis ſigna. Qua ratione ſubſtructiones iactandæ. Quænam amplificandæ ſubſtructiones. Super ruinas non eſſe ſuperſtruendum. Fundamentorum in modum alia pyramidis, alia gradationis iacienda. *Vitr. li.1.c.5. Lib.3.c.3. lib.1.c.3. Pallad. lib.3.c.3. Barb. in Vitr. lib.3.c.3. Pall. li.1.c.8.*

De ſubſtructione autem in aquis paluſtribus, & congeſtitijs locis Vitruuius legendus eſt lib.3.cap.3. & lib.5.cap.12. Barbarus ibidem in eundem, Hieronymus Cataneus de re militari, Palladius lib.1.c.8. Leo Albertus lib.4.cap.3. & reliqui. *Auctores qui de Architectura ſcripſerunt.*

C Cetera verò omnia, quæ ad vniuerſam ædificiorum ſtructuram ſpectant, cum eorũdem rationem tradiderint Vitruuius, Palladius, & Leo Baptiſta Albertus, ſuperuacaneum fuerit huc adijcere. Nam neque hæc addidiſſem, niſi ad areas deligendas, materiamque parandam, hinc aliquid lucis hauſturos exiſtimaſsem eos, qui cum Religioſorum familijs præſunt, neceſſe eſt, vt ea prænoſcant, ne facile à quolibet decipiãtur.

PRAEMONITIO EX PLINIO IIS QVI TERRAM contemplantur, & ſtudijs Geographiæ ſe dedunt.

D Hæc tot portiones (inquit Plinius) terræ, immò verò, vt plures tradidere, Mundi punctus (neque enim eſt aliud terra in vniuerſo) hæc eſt materia gloriæ noſtræ, hæc ſedes, hic honores gerimus, hic exercemus imperia, hic opes cupimus, hic tumultuatur humanum genus, hic inſtauramus bella etiam ciuilia, mutuiſque cædibus laxiorem facimus terram. Et vt publicos gentium furores tranſeam, hæc in qua conterminos pellimus, furtoque vicini ceſpitem noſtro ſolo affodimus, vt qui latiſsimè rura metatus fuerit, vltraque fines exegerit accolas, quota terrarum parte gaudeat? vel cum ad menſuram auaritiæ ſuæ propagauerit, quam tandem portionem eius defunctus obtineat? *Plin. libr. 2. Nat. hiſtoria.*

COSMOGRAPHIA, ET GEOGRAPHIA, vbi methodus eas tradendi, quiue de ijs egerint. Cap. XIX.

E Aſtronomiam, tractatio ſequitur Coſmographiæ, quæ cum deſcribat Mundum è quattuor elementis, ac Cælo conſtantem, circulos inprimis contemplatur, è quibus ſupercæleſtis ſphęra componi intelligitur; deindę ex ipſorum diſtinctione demonſtrat terrarum illis ſubiectarum ſitus, & locorum commenſurationem, atque rationem climatum, dierumque, ac noctium diuerſitates, quattuor Mundi cardines, Poli eleuationes, Parallelos, Meridianos circulos, & reliqua iuxta Mathematicas oſtenſiones. E quibus omnibus plurima ſe occaſio dat amanti Deum, atque erudito Coſmographo Diuinę glorię manifeſtandę, atque animos ad ſupercæleſtia, atque ideo pulchriora euehendi; quemadmodum ex Patribus qui- COSMOGRAPHIÆ Scopus.

dem, qui ſcripſerunt in Hexaemeron, Baſilio potiſſimum, & alijs; ſed & è recentioribus liquet, Auguſtino Steucho in eius Coſmopœia, & Benedicto Pererio Commentario ſuo in Geneſim primo. A

GEOGRAPHIA.

Coſmographiæ autem Geographia ſubditur, quæ rationem Orbis terrarum deſeribendi, atque ſub oculos ponēdis præbet. Id quod Claudius Ptolemæus Princeps inter Geographos, ſic præſtitit; vt eius ductum ſecuti reliqui penè omnes Tabulas Regionum, vel eaſdem, vel ſimiles poſteritati mandauerint. At quoniam neque is, nec Strabo, nec Marinus, quem Ptolemęus; nec Eratoſthenes, quem Strabo reprehendit, nec Homerus, cui primas idem Strabo in Geographia tradenda detulit; primi ſcriptores Geographiæ fuerunt; ſed Moyſes; quemadmodū ſecundò libro oſtendimus; ideo vera quidem origo Geographiæ agnoſcenda eſt; deinde ante omnia generalior alia diuiſio facienda, quam quæ per Zonarum partitionem facta eſt à Geographis: mox B gentium ipſarum in varias Mundi partes migratio, & ſtatio, vnde & ipſæ prouinciæ nomen ſortitæ ſunt: præterea vtilitas, neceſſitas Geographiæ monſtranda, vt deniq; inde progrèſſus ad Ptolemæum, ac reliquos Auctores, atque ad methodum, ſiue introductiones, quæ habentur hoc tempore aptiores, veniatur.

Strabo lib. 1. Moyſes primus ſcriptor Geographię. Lib. 2. c. 5 huius Biblioth.

Methodus quænam optima in tradenda Geographia.

c. Locus alter immenſus, alter finitus.

Duplex Locus.

Ac primo perplacet, quod Benedictus Arias Montanus ex Diuina Scriptura Locum oſtendit eſſe duabus naturis conſtantem: Alterum immenſum, infinitum, ab omni corporali ſocietate, aut occupatione diſtinctum, ſui ipſius compotem, ſeque ipſo plenum, & cetera omnia, nulla occupatione ſui continentem, atque uirtute, efficacitateque penetrantem, hoc eſt, Dominum DEVM: qui propterea inter alia plurima nomina MAKON vocatur Hebraicè: id eſt, Locus: Alterum autem, qui eſt Mundus de cuius creatione, mox figura, deinde de duplici cauſa eius condendi, ac tribus illius partibus, earumque diuiſione, ſiue deſcriptione, & origine cum ſcripſiſſet, C certiorem præfert lucem, quam ſiue Ethnici, quos diximus: ſiue alij, qui licet Chriſtiani eſſent, mentes tamen non ſuſtulerunt ad id, quod erat præcipuè ſpectandum. Ac quidem Moyſes, cum primò egiſſet de Paradiſo Terreſtri, deinde de fluminibus, qui eum irrigabant, præterea de hominibus primis, qui Terram incoluere, quorum nomina, atque ſeriem poſteriora ſecula, rerumque viciſſitudines, ac mutationes vel perturbarunt, vel corruperunt, ſuiſmet ac proprijs adſcripſit locis: cuius deſcriptionem Prophetæ omnes, ac reliqui ſacri Scriptores, qui poſt illum uixere, ſunt ſecuti, eamq; Saram conſeruarunt, & integram; adeò vt quamuis ipſi regionum, vel incolarum nomina poſt multa ſecula immutata inuenerint, eadem tamen illa antiquiſſima vſurpauerint, quod quidem niſi ab ipſis obſeruatum fuiſſet, eſſet plane nihil, quod de gen- D tium origine ex alijs ſcriptoribus cognoſcere poſſemus.

DEVS cur vocetur MAKON. Bened. Arias Mont. libris 2. altero, qui Phaleg altero, qui Chanaan inſcriptus eſt. Moyſes in Gen.

Arias Mont. Gilb Genebrard. Ioſephus. Henochia prima Ciuitas. Nod.

At quomodo in varias Mundi partes poſt Turris Babelis excitationem primi illi populi migrauerint, ex eodem Aria, & ex Genebrardi Chronographia licet cognoſcere. Quin & Ioſephus antea, hæc partim indicarat, cum inquit, fuiſſe multo prius quàm primi illi populi diſpergerentur, à Caimo locum ædificatum Naìs nomine: deinde vbi familia fuiſſet auctus, extructam ab eodem Henoch, ſiue Henochiam Ciuitatem, in qua primi Regni, ſeu potius latrocinij ſedem conſtituerit; quo pios impij ad Diluuium vſque ſunt infeſtati. Deinde, ait, videri Nais corruptam pro Nod. Nam Nod inhabitaſſe dicitur poſt fratricidium. Erat autem regio ad Orientalem plagam Meſopotamiæ, in qua Dominus Paradiſum plantauerat ab initio (uel ab Oriente) E ab euentu ſic nominata, quoniam Nod deſignat fugam, uel exilium: quòd in ea Terra à Patre, & pijs profugus habitauerit, qui ad Occidentalem plagam eiuſdem Edon in Syrię partibus morabatur.

Caim vbi habitauerit. Profeſſor Geographiæ vndenā inchoare Geographiam deberet poſt generalem Mūdi diuiſionē.

Poſt Paradiſi igitur Terreſtris explicationem conſultius eſſet Geographiæ Profeſſori hinc incipere, quàm ab incertis ſedibus, aut fictis quibuſdam indigenis, quemadmodum Ethnici nonnulli fecerunt. Deinde licet fermè per decem, ac ſeptem ſecula potuere uſque ad Diluuium condi plures aliæ Ciuitates, nihil tamen certi de ijs dici poteſt, niſi quòd fœdata facies Terræ ex tanto Mundi naufragio, cuncta habens vel euerſa, vel omnibus incolis deſtituta, alias ſubinde ſtationes, ac

Ciuitates

A Ciuitates populis, qui erant in lumbis filiorum Noe, parauit.

Benedictus primum Sem (inquit Genebrardus) è quo ortus Abraham credentium Pater. Deinde Iaphet, à quo dilatata eſt gentium plenitudo,& ingreſſa in Tabernacula Sem, ideſt Eccleſiam. Poſtremo Chanaan filius Cham infelicitati ſeruitutis ſubiectus. Vnde Chananæi,qui in vndecim gentes creuerant à poſteris Abrahę,Lot, & aliquot aliorum deleti ſunt funditus. *Gilb.Genebr. lib.1.*

Cham autem,quia deſtitutus eſt paterna benedictione,non paruam plagam poſteritati ſuæ attulit, vt & ipſa indignationem Dei in ſuum parentem teſtaretur. *Deut.5.*

Nam filij Mizraim ſecundo geniti, vt Aegyptij nigri,& deformes nati ſunt. Getuli præter nigrorem ore putidi,vt cogantur ſalem perpetuo habere in ore. *Genes.*

Filij Phut tertiogeniti, vt Mauri, nigri, ſimi, labeones, aliove modo prodigioſè
B affecti.

Filij Chus primogeniti nigerrimi, &c. Nam certiſſimum eſt originem nigredinis non à regione propriè (vt hactenus eſt exiſtimatum) ob Solis ardores,ſed à ſtirpe, & ſanguine Chus prouenire. Quoniam ſub æquatore, & locis vtrique tropico vicinis inter iſtos nigerrimos ſparſi reperiuntur albi, vel cineritij, qui illhic in ſua albedine perſeuerant,vt qui manarint è ſanguine Abrahæ, Salomonis, Iudæorum, & aliorum inquilinorum. Secundo: Quia nec in Indiæ littoribus ſub eodem climate,immò verò parallelo (niſi ex traducta aliunde ſtirpe) eo colore tinguntur. Sed nec in Atlanticæ,in qua homines ſunt oleaſtrino, Indove aut vt plurimum cineritio colore, præter paucos in vno ſolo loco,ob eamque rem vicinis inuiſos,cùm alioquin veri Aethiopes ſibi de ſua ſumma placeant nigredine. Tertio: Quia vſque ad trigeſimum quin
C tum graduum latitudinis in Africa vltra æquatorem ſunt aterrimi, cum apud nos Hiſpania, Sardinia,Syria,Arabia,Babylon,Chaldea,Perſis,Suſiana,Gedroſia intra 35. gradus latitudinis cis æquatorem nullatenus Aethiopes ferre videantur, vt aliqui credant (quemadmodum Genebrardus refert) fidem habendã eſſe traditioni Hebraicæ, quæ ex albo parente Cham (ſicut & Iaphet,& Sem albi erant) natum affirmat Chus (aut ſaltem eius poſteros) atro colore in ſceleris paterni argumentum præter calamitatem ſeruitutis. Nam Arabiæ gentes, quæ è Chus deſcenderant,ab Iſmaele,Eſau, Madian,& cæteris Abrahæ filijs, è Cethura, à Moab, & Ammon Loth filijs partim extinctæ,partim ſub iugum miſſæ ſunt. Africæ autem populi perpetuę Europæorum, & Aſianorum ſeruituti obnoxij, qui proinde Reges ferè habuerunt extraneos, olim Iudæos, Perſas, Ptolemæos, Græcos, Romanos, Saracenos, hodie Turcas Iſmaeli-
D tas. Sed & Abyſſinorum Preto Ioannes ſuam originem refert ad Salomonem, eiuſque nobilitas tota ad Abraham.

Hæc igitur vbi Geographiæ profeſſor generatim expoſuerit, in Syriam, & Palęſtinam ac Phœnicem, & reliquos totius Terrę Promiſſionis ſuaſerim vt deſcendat. Hanc verò deſcriptionem præter eos, quos in ſecundo libro huius Bibliothecæ indicauimus, Petrus Garſias Galarza Epiſcopus Caurienſis ſexto libro ſuarum Euangelicarum Inſtitutionum breuiter,& appoſitè tractat. Qua peracta, ſi cogitet è re futurum,vt itinera Pauli Apoſtoli, vel aliorum Apoſtolorum, ſiue Regna quorum in Scriptura,ac præſertim in Danielo Prophetæ libro fit mentio, oſtendat: id ſanè eò rectius fiet, quòd Diuina Hiſtoria ſit neceſſaria: cum qua tamen coniungi poteſt Humana, quemadmodum Auguſtinus de Ciuitate Dei fecit. Sanè verò id optandum eſt ma-
E gis, quòd breuiſſima hęc vita eſt,ac ſi quid cæteri ſciendum eſt,præſtat, vt qui Chriſtiani ſumus Dei miſericordia ſumus, id, quod gratius eſt Deo, quodque ad ſalutem noſtram attinet,addiſcamus,percepturi reliqua,ſi vita ſuperfuerit.

Vtilitas, atque adeo neceſſitas Geographiæ.

Hic verò micare incipit Geographiæ ſplendor, atque neceſſitas cum ſumma vtilitate coniunctus. Veriſſimum enim eſt,quod & Græci antiquitus, & noſtri hoc ſeculo de ea dixerunt. Nempè, nullum eſſe uel diſciplinæ, vel artis genus, quòd Geographię cognitione haud iuuetur, atque excolatur, quippe quam Philoſophi omnes naturis rerum indagandis neceſſariam experiantur, cum infinita propè rerum multitudo, atque varietas tum in ipſis Terris, cum

etiam in terra continetur. Quin etiam moralis Philoſophiæ non tam Interpretem, A quam adminiſtram intelligunt; ex qua ſtatui poſſit, quid cuique genti pro locorum ratione conueniat, id quod ex diuerſis hominum ingenijs perſpici poteſt. Sed & Medici, ac Nautæ, & Mercatores, & milites ea indigent; præſertim autem qui ſtudijs ſacrarum literarũ ſeſe dedidere, in quibus nullum uerbum ocioſum eſt, nullum non ſcitu digniſſimum. Ex ea ſanè (quod præclarè Arias monuit) facile conijci poteſt, quænam olim natio, cuius in amicitia, ſocietateque permanſerit: contra verò quænã, & cuinam infenſa fuerit, & inimica: quos inter populos eadem iura, eadem fœdera, eademque viuendi ratio communis fuerit: hinc etiam ſimultatum, iniuriarum, bellorumque cauſæ; minore certè labore, maiore verò fide, multoque certius, quam ex quouis alio ſcriptore cognoſci poſſunt.

Arias Montanus in Apparatu ad ſacras literas.

Vndenam diſſidia uariarum nationum manarunt.

Quædam enim gentes quodam veluti hæreditario odio, atque diſcordijs inter ſe laborarunt: aliæ verò perpetuo quodam ſocietatis B iure ſemper fuère coniunctæ. Atque hæc quidem, ſiue odia, & inimicitiã ſeu fœdera, ac ſocietates verisimile eſt ex graui aliqua cauſa originem duxiſſe: quę poſtea temporis progreſſu, non paucis de cauſſis inter illas ipſas gentes, ac populos conſeruata ſunt, quorum ipſi initia dinumerare non poſſunt. Quę tamen neceſſario ex ijs principijs, atque cauſis, ex ſacrorum librorum lectione obſeruatis, manaſſe fatendum eſt. Legimus enim Chananęos, Aegyptios, Aethiopas, Libios, & Afros rarò inter ſe bellum geſſiſſe, ſępeque ſuas copias uel ad aggrediendos, vel hoſtes à finibus arcendos coniunxiſſe. Neque etiam nos præterit Aſſyrijs hiſce gentibus hoſtes fuiſſe infenſiſſimos, atque Hebræos tum Aſſyrijs, tum ijs, quas commemorauimus, nationibus: perpetuò vehementer ſuſpectos fuiſſe. An non hæc omnia Cham, atque Sem, qui primi illarum gentium fuerunt Auctores, diuerſum indicant ingeniũ, C quod quidem in eorum deinde familijs poſtea ad poſteros deriuatum eſt. Illam verò Scytharum, & Aegyptiorum ueterem de antiquitate contentionem quibuſdam ex cauſſis emanaſſe credendum eſt, præterquam ex illa inimicitia, quæ in Tabernaculo Noe eſt orta poſt impium illud flagitium Cham, qui quas corporis partes Patris ſpi tegere debuit, eas per ſummum ſcelus prodidit.

Scytharum, & Aegyptiorum diſſidia vnde.

Cur à Iaphet genus ducatur in Græcis, & Latinis.

Porrò quod Gręci, atque Latini à Iaphet pio in Patrem filio genus ducunt, illud eſt in cauſſa, quamobrem ij & in rerum omnium natura cognoſcenda, & Philoſophię ſtudijs excolendis, atque id, quod maximum eſt, in eloquentia excelluerint, multoque pręclarior ipſorum, quam aliarum gentium conditio in hoc genere fuerit. Illi enim pater, ut pientiſſimo filio pulchritudinem, elegantiam, atque decus in benedictione promiſit. In noſtris ijs, quos in Prophetas edidimus commentarijs ex antiquarum hiſtoriarum cum libris ſacris col D latione oſtendebamus, Aegyptios, Chananęos, & Aethiopas inter cęteras omnes nationes iam inde à priſcis illis ſeculis ad noſtram uſque ętatem ſeruituti apud alias gentes maximè fuiſſe obnoxios. Id quod ſine dubio ex illa Patris ſententia manat: Maledictus Chanaan ſeruus ſeruorum erit fratribus ſuis. Infinita propè alia ſunt, quę ad mores, ritus, religioneſque gentium, ad publicarum, ac priuatarum rerum adminiſtrationem; ad belli paciſque rationes, ad commerciorum vſum, ad omnem denique vitę conſuetudinem, mores, atque adeò ad ipſam veſtimentorum rationem referunt, quorum cognitio, ſi ex ſacra petatur Geographia, non eſt dubium, quin illa perfectam quandam, atque abſolutam harum omnium rerum ſcientiam ſit exhibitura, ex eaque non parum accedet lucis ad eorum omnium intelligentiam, quę tum in ſacris, tum in profanis leguntur libris: at uerò abſque ea non pauca alioquin difficillima, & E obſcuriſſima etiam diligentiſſimum Lectorem retardabunt. Hęc Benedictus Arias.

Vide Ariam Montan. in Prophetas.

Vtilitas ſacræ Geographiæ.

Auctores antiqui, qui de Geographia ſcripſerunt.

Quive recentiores introductionem ad Geographica tradiderunt. Qua occaſione agitur de ratione eam docendi, atque diſcendi. Cap. XX.

CLaudius Ptolemæus principem inter Ethnicos Geographos, eo potiſſimum nomine obtinet locum, quòd per mathematicas rationes rationem deſcribendi

A Mundi rectiorem inuenit. Eam autem ex Græco Latinam primus (quod ſciam) *Prima editio Latina Geographiæ Ptolemæi.*
fecit Iacobus Angelus anno 1409. mandato Nicolai de Cuſa Cardinalis, quam &
Alexandro Quinto Pontifici Maximo dicauit. Deinde altera editio Romę ſecu- *Secunda editio Latina.*
ta eſt aliquanto caſtigatior anno 1490. cum tabulis in ęre pro ea ætate elegantiſſi-
mè exciſis; quibus Auctor, niſi fortè is ſit, qui Regiſtrum ad Ptolemæi libros addi-
dit, in quo ſub nomine Edeſſa ſe Genuam aliquoties ait eſſe peregrinatum. Tertia edi *Tertia editio Latina.*
tio fuit ex uerſione Bilibaldi Pirckeymeri, ſed recognita à Michaele Villanouano ad
Græca, & antiqua exemplaria, quę editio Lugduni prodijt in Gallia anno 1535. quę
quidem in numeris ſępe à duabus præcedentibus differt, ac proinde fidelius eſt excu-
ſa. Succeſſit anno 1540. Colonię editio ex verſione Ioannis Nouiomagi, quę plus ſa- *Quarta editio Latina, Nouiomagi.*
tis mendoſa fuit, atque à reliquis omnibus haud parum in numeris diſtat, ut aliud ille
B habuiſſe videatur exemplar Græcum, quàm quę ſupra memorati habuerint. Quinta *Quinta editio ex uerſione Ioſephi Moletij.*
fuit Ioſephi Moletij, qui verſionem Bilibaldi rurſus cum multis codicibus Gręcis con
tulit diligenter. Poſtrema fuit Gerardi Mercatoris, qui opus Ptolemæi, hoc eſt, ipſius *Sexta editio Gerardi Mercatoris.*
Geographiam alia ratione, ſeu regula deſumpſit: quam regulam ex primo capite ſe-
cundi libri Ptolemęi deſumpſit, quamue idem Ptolemęus ad ipſam veritatem uelut
directricem ſibi pręſcripſit, cum à ſiniſtris ad dextra, à ſuperioribus ad inferiora, hoc *Regula quam Ptolemæus ſibi præſcripſit ad Geographicas Tabulas recte faciendas.*
eſt ab Occiduis ad Borealia, à Borealibus, ad Auſtralia ſe ordine progreſſurum dicit;
qui ordo duabus de cauſis ab amanuenſibus turbari poteſt nominum tranſpoſitione,
& numerorum mutatione, quamobrem Mercator quinque illis verſionibus, ſiue edi-
tionibus ſic ſe vſum teſtatur, ut eam Ptolemęi regulam, quoad licuit, inuiolatam ſerua
ret, & quandiu à pręſcripto ordine non recederet, plurium conſenſum, aut ſi uerus lo-
C corum ſitus, vel natura innotuerat, id quod proximè illhuc accederet, ſequeretur. Sin
contra ordinem numeri tenderent, & vnius alicuius longitudo, alterius autem latitu-
do iunctæ ab ordine haud diſſentirent, componere illos non dubitaret. Quoties autẽ
ſiue in longitudine, ſiue in latitudine aberrarent ab ordine omnes, ſic ut nulla pro ue-
ritate conciliatio fieri poſſet, errorem uel ex cognito uero ſitu, uel ex numerorum fal
laci ſimilitudine, uel alia probabili cauſa, quin & ueriſimili nonnumquam coniectura
caſtigaret, horumque omnium rationem in fronte cuiuſq. Tabulę, ordinem Ptolemęi
ſequens afferret.

Cetera, quę ad inſigniorum urbium longiſſimos dies, earumq. à meridiano Alexan *Exod. 32.*
drino diſtantiam pertinebant, & in quibus putauit Villanouanus Ptolemęum erraſſe,
uel adeo quæcunque alia ad exactiorem Geographicarum Tabularum illius reſtitutio
D nem, uel intelligentiam ſpectabant, idem Mercator præſtitiſſe uiſus eſt, quod quidem
tum prefatione in eas ubere, quæ tanquam ad Geographiam uniuerſam methodica
eſt introductio, tum reliquis adnotationibus, quas ſingulis tabulis præfixit, ſtudioſo
cuilibet Geographiæ liquebit.

At & præter eaſdem Tabulas ex ære expreſſas, & Coloniæ Agrippinę typis Gode
fridi Kempenſis anno 1578. editas, additus eſt triplex Index in tres orbis partes, tan-
quam in tres claſſes diſtinctus iuxta trimembrem continentis, & tabularum diuiſio-
nem, quo indice quicquid in ijs deſcriptum eſt, facili obtutu incurrit in oculos.

Quæ cum ita ſint, cauendum eſt tamen ab alijs Gerardi Mercatoris Operibus, præ
ſertim ab eo, qui inſcriptus eſt Atlas, qui quidem ſcatet hęreſibus: Item ab eius Chro-
nographia è Sleidano, & alijs hæreticis collecta, & damnata à Sancta Sede Apoſtoli-
ca, & ſi qua alia ipſius ſunt huiuſmodi.

E Porrò ad Ptolemæi Geographiam intelligendam non defuerant, qui methodos,
ſiue introductiones alias ſcripſerant, Ioannes Vernerus, Petrus Appianus, Gemma
Phriſius, Amirucius Conſtantinopolitanus, Ioſephus Moletius, licet hic Italicè ſcrip
ſerit, uti mox dicemus.

Et Ioannes quidem Vernerus, etſi in primum librum Geographiæ Ptolemęi ſcri-
pſit, perutilis tamen eſt ad uniuerſum illud opus intelligendum. Ac uerò cum tradi-
diſſet in quo differat Geographia à Chorographia, quæ item ſupponenda ſint Geo-
graphiam profitenti, reliquis capitibus tuetur Ptolemæum aduerſus Marinum, ac re-
centiorib. Hiſtoricis oſtendit eſſe inhęrendũ ob uarias, quę acciderũt in Terra muta-
tiones:

tiones: denique autem agit quanam ratione Orbis in Sphæra, & alia eiuſmodi ſint A
deſcribenda.

Ingolſtadij anno 1533.

Quin & idem Appianus edidit librum, quem inſcripſit Geographicam Introductionem in doctiſſimas Verneri adnotationes, continentem (vt præfert titulus) plenũ intellectum, & iudicium omnis operationis, quæ per ſinus, & chordas in Geographia confici poteſt, adiuncto radio aſtronomico cum quadrante nouo Metchoroſcopij loco longe utiliſſimo. Huic accedit tranſlatio noua primi libri Geographiæ Claudij Ptolemæi. Tranſlationi adiuncta ſunt argumenta, & paraphraſes ſingulorũ capitum: libellus quoque de quattuor Terrarum orbis in plano figurationibus, Auctore Vernero. Locus etiam pulcherrimus deſumptus ex fine ſeptimi libri eiuſdem Geographię Claudij Ptolemæi de plana Terrarum orbis deſcriptione, iam olim à ueteribus inſtituta Geographis, unà cum opuſculo Amirucij Conſtantinopolitani de ijs, quæ Geographiæ debent adeſse. B

Venetijs apud Ioanni Ziletum 1573.

Italicam uerò Introductionem ad Geographiam, ſiue (ut Auctor uocat) Diſcurſũ in lucem edidit Ioſephus Moletus, qui cum antea eundem emiſiſset, auctiorem deniq; anno 1573. & emendatiorem Italicè nobis ſcriptum reliquit.

At & Hieronymus Ruſcellus Claudii Ptolemæi Geographiam non ſolũ è Græca in Italicam linguam conuertit, uerum etiam notationibus non negligendis, nominibuſq. locorum recentioribus, & antiquis à Ioanne Malumbra collectis, illuſtrauit, quibus addidit expoſitiones, & introductiones uniuerſales in uniuerſam Ptolemæi Geographiam cum 37. Tabulis ex ære expreſſis orbis Terrarum tam antiqui, quàm noui; cumque charta nautica, & alijs eiuſmodi ad Coſmographiam ſpectantibus. Hic autem labor anno 1574. Venetijs ex Officina Iordani Zileti plenior in lucem prodijt. C

Ceterum de Ptolemæi tabulis, quæ adhuc dici poſſunt, ea cum alij, tum præcipuè Vincentius Burginus Florentinus in libro Italico de origine Florentiæ accuratè ſcripto, ac deinceps Marcus Velſerus V.C. in primo libro rerum Auguſtanarum pleraque notant. Et hic quidem ſic.

Niſi tamen me multa fallunt, valde apertum eſt, ut Ptolemæus in Mathematicis diſciplinis palmam auferat; Strabonem in hiſtoricis, quæ Geographiæ præcipua ſunt, longè præcurrere.

Ac non ita multo poſt in eadem pagina.

Quin igitur quod res eſt, Ptolemæi peccatum agnoſcimus liberè uolens lubens fateor, nihil à quoque de Ptolemæo tam magnificè & ſplendidè dictum, quin eius excellens ingenium, & ſolers induſtria, omnia exuperet. Perſpectum tamen habeo, multa D
hoc tantum ingenium latuiſſe, multa induſtriam ſubterfugiſſe. Neque mirabitur, qui conditionem rerum quas explicandas ſumpſit, Vniuerſi orbis, tum uniuerſim, tum priuatas deſcriptiones, poſuerit ob oculos. Si ipſe rediuiuus detur, cenſuram ultrò agniturum, atque inconſideratam eorum leuitatem, ſi qui ſunt, qui aliter fieri potuiſſe perſuaſum habent, riſurum exiſtimo. Quod liceat illius errores manifeſtos colligere, ab ijs qui Germanica, Gallica, Hiſpanica, Britãnica ſcripſere, obſeruatos? Quoties hominem Alexandrinum in Italiæ deſcriptione, quâ una propter Imperij Sedem nihil illuſtrius, ſuggillant? Exempli loco non prætereo, apud Græcos Aethaliam, apud Latinos Iluam inſulam Italiæ adiecere legerat, duas credidit, quæ reuera una eademque

Plin. lib. 3. c. 6. Strabo lib. 1. Stram. lib. 5.

eſt, Binomia Plinio teſte, & uti credidit, in tabulas retulit. Neque diſſimulo eundem in Strabone errorem, niſi codex corruptus, quem interpres eo loco aliàs ſuſpectum habet: nam & mihi uix fit credibilis, in homine qui ſe Corſicam Sardiniam, Aethaliam ſuis oculis uidiſſe, alibi teſtatum reliquerit. Sed quidquid huius ſit, quidquid etiam Ptolemæus in reliquis prouincijs vel rectè vel perperam deſcripſerit, horum quæ in alpibus & trans alpes ſunt, imperitiſſimum fuiſſe palam eſt. Nec quiſquam tam ineptè eius fautor, quin fateri neceſſe habeat. Liquidò affirmare auſim, nullum eſſe ab alpibus ad Danubium flumen, nullum populum, nullam urbem, in cuius deſcriptione multis paſſuum millibus non aberrarit, ſiue metiendi rationem quæ ab Occidente in Orientem Geographis longitudo, ſiue alteram quæ à Meridie ad Septentrionem latitudo eſt, reſpicimus, latitudinis errorem Auentinus agnoſcit, ex eo pendere arbitra- E

Auent. in Chorogr. Vindel.

tus,

A tus, quod maxima alpium pars, ad nos præſertim vergens, neglecta, extima quæ ad Italiam pertinet, tantum obſeruata ſit. Hinc euenisse vt integer aſſis (gradum appellant) interciderit. Certum habeo multo largius peccatum eſſe, & teſtes chorographicæ aliorum tabulæ diligentiſſimè confecta in manibus ſunt. Sed demus; ſanè hic unus gradus aliquot centena ſtadia conficit. Quis ergo tam iniquus, omnes finium regundorum lites iſto arbitro decidendas adhuc contendet? Cum præſertim etiam lacum, quem Strabo inter Rętos & Vindelicos conſtituit, ignorauerit, nam Rheni fontem id loci conſtituiſſe apparet. Atqui vix eſt ut huius prouinciæ quidquam perſpectum habere potuerit, quem lacus fluctibus, (Virgilij verbis vtar) & fremitu marino aſſurgens latuit. Mela & Solinus, quamuis Geographica breuiſſimis uerbis explicarent, neutiquā prætereundum exiſtimauere; Nec alium credo Nicolaus *Mela libr. 3 Solin. c. 14.*

B Damaſcenus voluit hiſtoriarum libro centeſimo octauo, uti Athenæus retulit. *Circa montes Alpium lacum eſſe in multa ſtadia porrectum.* Sic profecto eſt, Ptolemæus qui uerum terminum lacus neſciret, & præter Lycum, nullius Rætici fluminis nomen in audiſſet, hoc ſubſtituit, quod veriſimile crederet, confines populos potiſſimum fluuij alueo diſcriminari. Hæc Velſerus. *Athen lib. 13.*

Præter Ptolemæum autem Alexandrinum habemus ex antiquis, qui Terrę, Oceanique ſitum, regionumq. diſpoſitionem, ac reliqua ad Mundi, uel Geographiæ cognitionem ſpectantia ſcripſere. Hi autem pręcipui fuerunt ſequentes.

Abilfedea Iſmael lingua Arabica.

Abraham Ortelius, qui Theatrū Orbis Terrarum edidit, editioni autem huius, quæ facta eſt anno 1579. plures additę ſunt Tabulę, quæ in prima non erant, præterquam quòd de Mona Druidum Inſula, cuius in Anglię deſcriptione mentionem fecerat, uti & de Romano armamentario, cuius meminerat in deſcriptione Hollandiæ, tractationem præfixit, vberesque nominum Geographicorum Indices addidit, in quorū priore per alphabeti ordinem primò Latinæ vocis antiqua nomina poſuit, in poſteriore autem recentia nomina inuerſo ordine antiquioribus præpoſuit.

Alexander Citolinus in Typocoſmia.

Antonini Auguſti (ſi verus eſt titulus) itinerarium.

S. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus in opere hiſtorico. tit. 1. cap. 3.

Antonius Pinetus, Gallica lingua deſcripſit, & iconibus exhibuit quamplurimas (ut titulus habet) tam Europæ, quam Africæ, Aſiæ, & noui Orbis Regionum, Vrbium, Oppidorumq. Tabulas.

Antonius Veronenſis.

Apuleius in libello de Mundo.

Ariſtoteles, ſiue potius alius Auctor, cuius extat liber de Mundo ad Alexandrum Magnum.

Benedictus Bordonius, totius Orbis Inſulas edidit.

Diodorus Siculus libris quinque prioribus Bibliothecæ.

Dionyſius Alexandrinus, & eius Commentator Euſtathius.

Dominici Marij Negri Veneti Geographia lib. 11.

Franciſcus Monachi epiſtola ad Archiepiſcopum Panormitanum.

Gaudentius Merula lib. 5. memorabilium.

Georgius Bruin Agrippinenſis poſt Theatrum Orbis Terrarum ab Abrahamo Ortelio editum, alterum edidit inſcriptum Ciuitates Orbis Terrarum: quæ quidem perdiligēter delineatæ addita earum origine, vel adminiſtratione duobus libris continentur, quorum vtrique vberes præfixit de Cōſociationis humanæ origine, vel adminiſtratione, de Architecturę rudimentis, de Oppidorum Auctoribus, & Arcium, de aureo ſæculo, de Regno; ac de Politia, cuius fundamentum meritò ſtatuit Religionem. At quoniam in ea Vrbium Topographia liberiore (ut ait) ſermone expatiari non licuit, ſed pro capacitate loci in altera picturarum facie vacui, Vrbium, oppidorumq. conſtringenda fuit deſcriptio, hincq. factum eſt, ut qua par erat dignitate de iis diſſerere nequiuerit, propterea ad calcem vtriuſque libri Appendices addidit, quibus quidquid certi ex hiſtoriarū monumētis, aut aliunde deliberare potuit, id protulit de iiſdem ciuitatibus.

Georgius Rythaimerus.

Gerardus Mercator in Tabulas, & Geographiam Ptolemæi, deinde item in Tabulas ſuas Geographicas, quibus diſtinctionem Ordinum, & Rationem, qua Germania, Gallia, Belgium, Hungaria, & quędam aliæ Prouincię penè hoc ipſo ſęculo adminiſtrabantur, adtexuit ex iis, quos exiſtimauit diligentius eandem rationem tradidiſſe. Id verò ſe feciſſe ſcripſit, ut quonam modo ſeſe inuicem poſſent illuſtrare Geographia, & Politica, pateſceret. Verum enimuero ſi aliquot pietatis inſinuatio acceſſerit, ſummā inde Chriſtiana pectora vtilitatem capient; præterquam quòd, ſi, antequam eorundem Regnorū perlegantur hiſtoriæ, innotuerit, quibus ex partibus illorum adminiſtratio conſtet, iā in Geographicas Tabulas hinc; in hiſtorias autem illhinc; ita inſpici poterit, ut memoria, tanquam diſpoſitis imaginibus, & locis fere perpetua fiat; certè minus vacillet, aut nutet: Qui vero negocia Reip. procurant, bauſta inconfuſa notitia temporum, perſonarum, locorum, ſciant quo quęque tractāda ſint ordine: Religio autem Catholica (id quod cuilibet debet eſſe antiquiſſimū) propugnetur, cum Regina religione conſtituta fuerint, atque firmata. Nos itaque ubi de Hiſtoria Humana egimus, Auctores quidem indicauimus aliquos, è quibus ea adminiſtrationis ratio perſpici poſſit: ſed & alicubi Tabulas ipſas adiecimus, quas ſine labe putauimus eſſe huic negocio profuturas.

Porò in deſcriptionibus, quas hactenus è Gerardo Mercatore accepimus ære expreſſas Regionū, Hiſpaniæ tabulæ deſunt; quibus dare operam nunc una cum filio Romualdo viro illarum ſculcaturum perito, retulit mihi uir Germanicarum rerum ſcientiſſimus Minutius Minutius Pontificius Secretarius, poſtea Archiep. Iadertinus.

Gualterus Ludouicus in Speculo Orbis.

Hieronymus Giraua.

Ioannes Bohemus, & Alexander Sardus omniū eius gentium, populorumq. mores, & ritus.

Ioannes Camera in Solinum.

Ioannes Honterus.

Ioannes Mandeuilius, & eius comes Odericus a foro Iulij.

Iſidorus Hiſpalenſis.

Iulius Ballinus celebrium totius

Orbis Vrbium icones edidit, cū earundem breui hiſtorica enarratione, Italicè.

Petrus Garcias Ferrandus de arte nauigandi.

Laurentius Coruinus Nouoforenſis de Geographia in compendium redacta.

† Plin. lib. 2. c. 30. & 18. cap. 23.

** Leuinus Lēmius de occultis rerum miraculis lib. 3. cap. 4.*

Lucas Ianſenius Aurigarius, qui duos libros emiſit ſpeculi nautici, quo quilibet Geographus, ſiue Naucleius, ſiue Hiſtoricus uti poteſt, ut tractus marium, & oras pleraſque, præcipuè Septentrionales, profunditates item, ſiue altitudines ſecus varias noſtræ nauigationis prouincias, deinde & potioris Europæ maritimæ partis deſcriptionem, atque delineationem una cum formis valorū, & ſignorū littoralium continet.

At antequam ſpeculum nauticum prodiiſſet in lucem, duo præter alios eiuſmodi partū ediderant: ex parte quidem Petrus Methimnenſis tribus de nauigandi arte libris: quibus & ventorum naturam, & chartæ, quam dicunt marinæ, ſiue nauticæ vſum, ac modum eligendi, atque adnotandi loca, vnde Nauclerio ſubducenda ſit nauis explicat. At reliqua Petrus Garcias Ferrandus, cuius liber Gallice editus eſt primo à Ioanne Marneſio Pictauij hac inſcriptione LE GRAND ROTVSIER. PILOTAGE ET ANCHORAGE DE MER in quo itinera, interſtitia, portus, pericula, cautes, æſtus, & receſſus marium, fluminum, portuum, Germaniæ, Galliæ, Britanniæ, Angliæ, Hiſpaniæ, cautiones denique ad Nauclerū ſpectantes, tractantur.

Petrus de Medina de arte nauigandi.

Ceterum quæ ad Marium naturā, curſum, pericula attinent, ea petēda ſunt ex ijs, quos libro de Philoſophia adſcripſimus, ex † Plinio item, & alijs eiuſmodi.

Veruntamē quoniā in Geographiæ tractationem incidere ſolent ſermones de nauticis inſtrumentis, nauibuſq; ipſis, & harum partib. de Pyxide quidem nautica, ſeu verſoria agit * Leuinus Leonius (qui tamen legendus non eſt, qđ prohibens ſit in Romano Indice) ad quam Nautæ curſum inſtituunt, & ſpatia mariū, locorūq; diſtantias metiuntur, nempe quā tum confecerint nauigationis, aut quantum adhuc reſtet. Egit item Petrus Medina, dum ſex errores enumerat, qui in Pyxide verſoria accidunt, quorum quidem emendationem docet.

Medin. lib. 6 de art. nauig. c. 2. Lazarus Bayſius. Rauiſ. Textor. Iulius Pollux.

Quin & egit Leonardus Garſonius noſter Libro ſuo De Magnete. Ac rei Nauticæ quidem Scriptores, Hiſtoricique nonnulli ita verſoriæ Pyxidis meminerunt, ut Flauium quendam è Campania faciant inuentorem. Quod autem Ptolemæus habet libro primo Operis Quadripartiti, cap. 4. de Virtute attrahendi ferrū, non videtur intellexiſſe de Pyxide nautica, cuius ne tempore quidem S. Auguſtini, neque adeo multo poſt innotuerat uſus.

De nauibus autem, ac nauticis inſtrumentis noſtro tempore Lazarus Bayſius, Rauiſius, Grego. Lilius Gyraldus, at antiquitus Iulius Pollux.

Martianus Capella.

Paul Oroſius in frōte ſuę Hiſtorię.

Petrus Appianus, & Bartolomęus Amantius.

Petrus Ioannes Oliuarius in Melā.

Plinius ſecundus 3. 4. 5. 6 libris Naturalis Hiſtoriæ, de quo Plinio legendum erit, quod ad calcem ia. libri huius Bibliothecæ de ipſo, eiuſq. Illuſtratoribus adiecimus.

Pomponius Mela.

Raphael Volateranus.

Solinus Polyhiſtor. in quem ſcripſit Ioannes Camers Ordinis Minorum, is qui etiam in Plinium ſcripſit, quem Coloniæ Agrippinæ fuiſſe excuſum diximus in Apparatu Sacro, in uerbo. Io. Cameis.

Stephanus de Vibibus.

Strabo, ſiue (vt aliqui putant) & ut Franciſcus Patricius putat ſe eui ciſſe. Strato xvij libris. extat autem Strabonis Geographicorum Epitome Græca, quam quidam Germanus uertit in Latinum Hieronymus Gemuſæus.

Vibius Sequeſter ordine alphabetico, eius Flumina, Fōtes, Paludes, Nemora, Montes, & Gentes.

Vincentius Gallus in ſpeculo hiſtoriali libro ſecundo.

Vuolfgangus Lazius, & Ioānes Gorop Becanus, eius gentium origines & migrationes.

Zacharias Lilius, Vicent. de ſitu Orbis.

Noui autem Orbis Deſcripto es, qui Latinè.

Leuinus Apollonius.

Maximilianus Tranſſyluanus.

Oſorius Epiſcopus Syluenſis plura vbi ſcripſit de Hiſtoria Indica.

Io. Petrus Maffæus Societatis Ieſu in Hiſtoria Indica: & in Epiſtolis Societatis Ieſu: & alij eiuſdem Societatis.

Petrus Martyr Mediolanenſis.

At vernacula lingua, præſertim Hiſpanica, & Luſitanica, quæ & in Italicam conuerſa ſunt, præter id, quod Itali, Galli, Germaniq. ſcripſerunt.

Aluarus Nunnius.

Americus Veſpucius.

Andreas Theuetus. Gallicè.

Antonius Mendoza.

Didacus Godoyus.

Fernandus Alarconius.

Fernandus Corteſius.

Franciſcus Lopes de Gomara.

Franciſcus Vaſquea.

Franciſcus Vllaus.

Franciſcus Xereſius.

Gonſalus Fernandus Ouiedus.

Hieronymus Benzonius Italicè.

Iacobus Carterius, ſiue Caruet. Gallicè.

Ioannes de Barros.

Ioannes Stadenſis. Germanicè.

Ioannes Verazzanus.

Ioſephus Acoſta Societat. Ieſu duobus libris de Natura Noui Orbis, & ſex alijs de procuranda Indorum ſalute.

Fr. Marcus Nicænſis.

Nunnius Guſmannus.

Petrus Aluaradus.

Petrus Ciecus Legionenſis.

Itinerarium Antonini. Globus Orontij. Globus Mercatoris.

Ad vniuerſam autem nauigandi rationem conferſit Geographicæ omnes Tabulæ, quæ uidelicet ſint emendatiores: Itinerarium item, quod nomen præfert Antonini, deinde perfectior aliquis Globus: hic verò cum magnopere æſtimaretur, qui ab Orontio manauerat, ſuperatus eſt ab eo, quem Gerardus Mercator edidit, quem omnium præſtantiſſimum uiri periti exiſtimant.

Marcellus Iuriſcons. lib. 49. ff tit. de Captiuis, & poſtliminio reuerſis ab hoſtibus. Cap Nauigāti. Vide Nauarrum.

At nauticas leges, quando & de his haberi poteſt ſermo, dum Geographia expenditur, Iuris Ciuilis periti fuſius egerunt. Id quod fecere ob conſcientiæ ſecuritatem alia ratione Theologi, quos Summiſtas uocant, & Canonici Iuris doctores. Quos ſanè præſtiterit prælegiſſe, non ut hic longior habeatur ea de re mētio, ſed vt vndequaque animus ſalutem proximi ſitiēs, habeat quod ſenſim alijs inſtillet ad pietatem excitandam. Permagni enim refert, eum, qui in portubus mari timis uerſatur, aut adeo maria traijcit, ſcire in tempore quid agere debeat, ne niſi expiatus criminibus per ſacramenta committat ſeſe mari: ne quid, quod peccatum ſit, uel peccati occaſionem præbeat, ſecum afferat; libros autem optimos ac pro cuiuſque captu habeat, quos item in eo ocio legendos alijs commodet: quin & pauperes peregrinos, & remiges uinctos afficiat beneficijs, ut minus Diuinam Maieſtatem offendant; quæ quidem adoleſcentes in Geographiæ ſtudiis præmoniti, aliquando forſan recordaturi ſint, atq; in rem collaturi.

Cautio ſanctiſſima ijs qui nauigaturi ſunt, aut qui Geographiā docent.

ARGV-

ARGVMENTVM

LIBRI SEXTIDECIMI,

In ſeptem Sectiones diſtributi:

EARVM AVTEM PRIMA CONTINET

HVMANAE hiſtoriæ neceßitatem, commoda, partitionem, notas et indicia ad veritatem Hiſtoricorum noſcendam: Auctores qui de ratione condendæ hiſtoriæ ſcripſerunt, vbi de Dauide Chytræo, ac de Methodo Hiſtoriæ Io. Bodini quid ſentiendum. Vnde item ordienda ſit Hiſtoriæ lectio, ac quænam Chronologia certior. Dignitates Occidentalis, & Orientalis Imperij, quæ prænoſcendæ ſunt ab ijs, qui veterum ſeculorum hiſtorias legere, exponere, ſcribere appoſitè voluerint. Quo denique animo (præſertim à militibus, & Viris aliis nobilibus) ad legendas hiſtorias ſit accedendum; Vbi & perutiles Cautiones.

Secunda Sectio continet

Ad Græcos Hiſtoricos legendos, quæ generatim præmonenda, ſiue cauenda ſint. Ad eoſdem intelligendos quænam plurimum conferant. Iudicium de celebrioribus Hiſtoricis, qui Græcè ſcripſerunt; Vbi ratio eos legendi per ſeriem temporum. Quidue nonnulli antiquiores, ac celebriores Ethnici Hiſtorici contineant. Id quod præcipuè factum eſt, vt cum aliquid iſtiuſmodi attentauerit Dauid Chytræus in libro de ratione lectionis hiſtoriæ inſtituendæ, intelligant etiam, qui eius partium ſunt; nimirum qui ſunt extra Catholicam Romanam Eccleſiam, quàm illud fuerit mancum, ac potius ad hæreſim æſtimandam, quàm ad Veritatem, atq; Pietatem ſtatuendam pertinens.

Tertia Sectio continet

Quænam conferant ad Romanam Hiſtoriam per ſeriem temporum legendam, intelligendam, exponendam, ſcribendam, Quinam de primis Regibus Romanorum; deinde de inſignioribus quibuſdam aliis Romanis; aut de Romanis Imperatoribus ſcripſere. Iudicium de celebrioribus

bus Hiſtoricis, qui Latinè, aut etiam Italice ſcripſerunt, aut quorum frequentior eſt vſus in Gymnaſiis: ſiue qui plurium manibus teruntur.

Sectio Quarta continet

Iudicium de Annio Viterbienſi, de Beroſo, de Metaſthene, ac de aliis ſuppoſititiis, et ſpuriis hiſtoricis. Quin & de Philoſtrato, qui vitam Apollonii Thyanæi ſcriptam reliquit: deinde item de Amadiſio, ceteriſque eiusmodi non ſolum mendacibus, verum etiam Magiæ illius inſinuatoribus, quæ commercium cum Dæmonibus procurat. Præterea, de euſino di aliis, qui obſcœnitatem, et impietatem continent. De Nicolao item Machiauello. De Lutheri, Melanchthonis, Io Carionis, Gaſparis Peuceri, Dauidis Chytræi Chronologiis. De Io. Sleidani hiſtoria. De Caluino, et aliis, qui ad Diuini cultus euerſionem, atque ad Euangelium labefactandum falſas afferunt hiſtorias, aut veras prauè detorquent.

Sectio Quinta complectitur

Hiſtoricos, qui generatim de Europa, ſiue de rebus geſtis in variis eius prouinciis, ac regionibus ſcripſere.

Sectio Sexta continet

Hiſtoricos, qui geſta in Aſia, vel de Aſiaticis reb. poſteritati tradidere.

Sectio Septima continet

Hiſtoricos de rebus Africanorum, vel in Africa geſtis: & Inſulanorum, qui tam in Oceano, quam in Mari Mediterraneo viuunt: Præterea, Appendicem de hiſtoricis aliquot Ciuitatum, & familiarum.

Porrò in his ipſis ſectionibus ſexta, & ſeptima, agitur ſuis in locis de nouo Orbe terrarum, ac de Indiis, in quas Euangelii lux ab ipſis tantum Catholicis hoc ſeculo eſt illata.

Addita eſt ad Operis calcem, Methodus ad Geographiam, deprompta ex Auctoris Bibliotheca Selecta.

Poſtremo,

Libellus Luciani de ratione ſcribendæ hiſtoriæ, qui cum monita habeat utilia (licet in aliis ſuis ſcriptis impietatem redoleat) huc erat adtexendus tanquàm pleriſque aliis antiquior.

LECTORI.

CVM ad humanam hiſtoriam non ſolum Auctores ij pertineant, qui bella, geſtave alia ſcriptioni mandarunt, verũ etiam qui de Vitis Philoſophorum, deque politicis rebus, ac de rerum inuentoribus, vti & de Chronologijs egerunt, hęc paucis amice Lector accipe.

Vitas Philoſophorum Eunapius, & Diogenes Laertius potiſſimum ſcripſere. Ille nouiſſimè excuſus Græcè, ac Latinè à Francofurtenſibus: hic verò olim vtraque lingua Pariſijs, At demum Romę accuratius: cum illum priuſquam è viuis exceſſiſſet Thomas Aldobrandinus, in Latinum è Gręco, à ſe verſum ſcholijs auxiſſet; vir eruditus, & ad pietatem natus; qui & frater erat eius, qui nunc clauum Eccleſiæ tenet Clemens VIII. Pont. Max. Vtrique igitur Eunapio, & Diogeni priuſquam manum admoueas, rectè feceris, ſi quid delibaueris vel è primo Quinario Ioan. Baptiſtæ Criſpi de Philoſophis cautè legendis: vel ex eo libro Selectæ noſtræ Bibliothecę, quo de Methodo actum eſt ad omnem Philoſophiam ſine noxa tractandam.

Polydorũ Virgilium ſi legeris, caue ab eo, qui ab hæreticis auctus fuit, & deprauatus. eum verò perlegere poteris, qui Romæ anno 1576. emiſſus eſt expurgatus à Congregatione Recognitionis Indicis Librorum.

Ioannis Bodini libros de Repub. iuſtiſſimis de cauſſis exploſit Eccleſia Catholica: quas nos antea, Romæ, Innocentio Pontific. Maxim. mandante, euulgauimus. Id quod factum eſt item à pleriſque de Macchiauelli hiſtoricis, aut politicis rebus: de quo vide, quæ tum in prima, tum in quarta ſectione huius Operis adtexta ſunt.

Si Iuſti Lipſij Politicos libros verſare volueris, ſcito, eos anno 1596. ab eo recenſitos, ac ſeptimo libro auctos, in quo de vna vera, Catholica, Romana Religione agit, ſucci autem, & hiſtoricarum rerum, ac ſolidę prudentiæ omnes eſſe refertos.

De Chronographis non deerunt, quos ſeligere poſſis, ſi, quod de ijs in prima huius libri ſectione ſcriptum eſt, inſpexeris. Verùm quoniam Henricus quidam Butingus apud bibliopolas Italos apparuit, qui antea non innotuerat. Is verò volumine ſat grādi edito apud Brunſuicenſes, abſolutam Chronologiam ſe edidiſſe profitetur, iccirco ſcias velim, eam ſcatere erroribus, & blaſphemijs. Dum autem hęreticos extollit, poteſtatem Pontificiam à Chriſto inſtitutam conuellit, blaterat item aduerſus Gregorianum Kalendarium. Quod nõ feciſſet (opinor) ſi pręter alios inſignes viros, Chriſtophori Clauij Mathematici, è noſtris Apologiam pro eodem Kalendario: ac Scriptum editum Romę ab eodem legiſſet, atque intellexiſſet, quo Ioſephi Scaligeri caſtigationem Kalendarij caſtigauit.

Sed & è Francofurtenſibus prelis prodiere paucos ante menſes libri tres Ioannis Temporarij, Demonſtrationũ Chronologicarum, ad ſanctiſſimam Dei (vt ille ſcribit) Eccleſiam. In quib. quam intelligat Eccleſiam (cuius tamẽ ſe iudicio ſubijcit) non aperit. Porrò pauca attingit ex ijs, quæ ſeculis à Chriſto nato ſequentibus euenere. De Patribus item, de Martyribus, de Pontificibus Maximis Chriſti Vicarijs in Terris, de optimis Catholicis principibus pleraque tacet. Ac cum ad Operis calcem de extremo Iudicij die, deque Antichriſto ſcribit, loquitur ſubobſcurè: præterquam quòd interdum affert, Diuinę Scripturæ verba ſecus quàm habet Vulgata Editio, quam Sancta Tridentina Synodus grauiſſimis rationibus adducta commendauit.

Idem de quibuſdam alijs, qui ſubinde è Germania prodeunt, dicendum eſt in hoc genere, qualis fuit is, qui librum prænotauit Autoptica, quem dum verſauimus, carbones pro theſauris comperimus.

DE ATLANTE, SIVE DE COSMOGRAPHICIS Meditationibus, Gerardi Mercatoris, ac de alijs.

IAM verò cum hic noſter Apparatus ad hiſtorias, & cum breui ad Geographiã methodo noſtra, haud ſemel fuiſſet excuſus; aliquot autem eorum, quæ adhuc ſuperſtes Gerardus Mercator in lucem ediderat, in eadem noſtra methodo facta fuiſſet mentio, & commendati eius in Ptolemæum, ac tabulas Geographicas labores, apparuit nouum opus, eius nomine ita inſcriptum.

Atlas, ſiue Coſmographicæ Meditationes de fabrica mundi, & fabricati figura.

Quod opus Duisburgi in Cliuia editum, bipartitum eſt: vt in priore ſectione vndeuiginti capitibus comprehenſa agatur de Trinitate, de Ideis, de Operibus ſex dierum, ac de lapſu Adami: in poſteriore autem, quam Angliæ Reginæ Rumoldus eius filius dicat, Septentrionalium regionum Tabulæ contineantur. At & in præfatione ad Lectorem tres alios tomos pollicetur præter eum, qui ab illo prodijt, de Gallijs, Germania, Italia, & Græcia. Et verò primus è tribus ijs tomis Hiſpanias; Secundus Africam, Aſiam, & Americam; Tertius Magellanicam, ſiue Meridionalem Terram continet.

In opere igitur, quod tum prodijt, quodq; inſcribitur Atlas, ea ſunt, quæ cautiſſimè legenda ſunt, imò verò & expungenda. E multis hæc pauca indicaſſe fuerit ſatis, donec ij ad quos librorũ cenſura, & expurgatio in primis attinet, decernant, quid de toto hoc libro ſit faciendũ.

Sanè, quod de peccato Originali loquens ſic præter alia inquit. Atqui etiam in renatis hæret peccatum originale. *Tatum hoc hæreſim ſapit, quam ideo Spiritu ſancto edocta Tridentina Synodus meritò damnauit in quinta Seſſione. Qui enim afferat peccatum originale eſſe illam inclinationem, docet peccatum originale remanere poſt baptiſmum. Sacramenti autem huius vim, & efficacitatem, quin & Chriſti meritum, tollit. Quod ſanè ſextremos ſecum errores inuoluit.*

Porro, quòd Angelos ex materia creatos eſſe, veriſimillimum dicat, cap. 9. 1. ſect. temeritas eſt, quam Lateranenſe Concilium ingens illud Epiſcoporum ac Theologorum theatrum ſub Innocentio tertio exploſit, vti conſtat in cap. Firmiter de Summa Trinitate, his verbis: Qui ſua omnipotenti virtute ab initio temporis vtranq; de nihilo condidit creaturam, ſpiritalem, & corporalem Angelicam videlicet, & mundanam. *Atqui ſi creati ſint Angeli ex materia, ſequitur eos eſſe corporeos: Quod item idem Concilium iuſtiſſimè reprobat, ſed & D. Auguſtinus ſcripſit Deum duo feciſſe, alterum propè ſibi, hoc eſt Angelos: alterum propè nihil, hoc eſt materiam, nimirum primam illam informem hylem.*

Animam item hominis ex traduce generari error eſt manifeſtus: quemadmodum præter alios docuit Bellarm. Card. li. 4. de amiſſione Gratiæ. Quòd ſi ſuperioribus ſeculis, hoc eſt D. Auguſtini tempore, quæſtio hæc haud omnino apud omnes inualuerat, Diuina tamen ſapientia rem liquidius declaratam non vult nouis dubitationibus, ac tenebris inuolui.

Quin & cum Mercator inquit vnum Deum ſub tribus perſonis Sanctiſſimam Trinitatem eſſe, non placet; cum ſicut genus ſub ſpeciebus, ſic ſub tribus perſonis Deum conſtituere videatur. Rectè igitur D. Athanaſius Vnum Deum in Trinitate, hoc eſt in tribus perſonis confiteri nos docet.

Quòd verò ſubdit de Spiritu Sancto, cum hunc ſplendorem quendam ſic vocet, vt quaſi accidens faciat, Hæc tota res à Synodis Florentina, & ante illam à Lugdunenſi cuius eſt cap. Fideli, de Sancta Trinitate, in ſexto, rectiſſimè declarata fuit. Is autem Mercator ſic habet in primo capite poſt Prolegomena in Mundi Fabricam. Sunt autem Pater, Logos, ſiue Filius, & Spiritus Sanctus, ideo vnum exiſtentes, non quia vnius ſunt eſſentiæ, vt homo homini, ſed quia vna numero ſunt eſſentia, totaq; eſſentia Patris latens, velut æterna generatione in Logon. *(hac enim voce ferè vtitur, pro Verbo, ſicut & Triadis, ac etiam triplicitatis nonnunquam pro Trinitate)* eradiet. Ita vt Logos ſit lucidus character, & expreſſa Patris eſſentia, eademq; eſſentia à Patre per Logon in vniuerſum Mundum ſplendeat, Qui ſplendor Spiritus ſanctus exiſtit.

Sanè verò ſuperiore in capite hoc eſt ſecundo poſt Prolegomena proponit Mercator doctrinam Platonicorum de Trinitate infinitis propemodum erroribus reſperſam, & Arianiſmo

pluri-

plurimum fauentem, cui licet quadantenus ipſe aduerſatur, ſic tamen frigidè hoc facit, vt impingat in eos, quos ſupra attigimus errores.

At & falſum eſt, quod inquit ante Mundum fuiſſe tempus.

Quartum porrò librum Eſdræ inter Canonicos libros recenſens, non caret eadem temeritate, quod ſibi plus tribuat, quam vniuerſa antiqua Eccleſia, quæ nunquam hunc librum inter canonicos recenſuit, quemadmodum in 2. lib. de Doctrina Chriſtiana D. teſtatur Auguſtinus. Quid quod liber ille ne Græcè quidem extat; quod argumentum eſt Eccleſiæ veteri eum haud innotuiſſe.

Vulgatam Bibliorum editionem non aſſerit.

Ceterum & Peripatetica, atque adeo vera Philoſophia plerumque aduerſatur, vt ſatius fuiſſet Mercatori à ſua mercatura non diſcedere.

Iam verò ex paucis hiſce Lector intelliget, quid in reliquis eiuſmodi ſcriptis latere poſſit errorum, cum & conſcripſerit Harmoniam Euangelicam, quam 1592. editam fuiſſe audio, quamuis ad meas manus non peruenerit: & in eius Vita, quæ Atlanti ſuo præfixa eſt, promittatur fore, vt alia quæ reliquit in epiſtolam ad Romanos in Ezechielis aliquot capita, in Apocalypſim, & pleraq; alia prodeant in lucem.

Quid reliquum errorum poſſit in his omnibus latere, cum & morienti nullum adfuiſſe Sacerdotem, nullum Sacramentum ritè, ac de more Catholico adhibitum fuiſſe in eadem ipſius vita legatur, ſed tantummodò Concionatorem, hoc eſt Miniſtrum adfuiſſe, quem vt pro ſe publicæ preces finita Concione celebrarentur (more nimirum hæretico) rogauit.

Ceterum eiuſdem Mercatoris Chronographiam fuiſſe meritò à S. Apoſtolica Sede prohibitam Index nouiſſimus librorum prohibitorum, qui Clementis VIII. Pontif. Max. iuſſu editus eſt, oſtendit. ea enim Chronographia ex Sleidano, & alijs peſtibus collecta, ecquid niſi contagium Chriſti Domini animabus poteſt afferre?

At Suidæ Hiſtorica, ceteraque omnia Græcè extant, quæ aliqua ex parte ſpectant ad rerum geſtarum notitiam. Hæc autem ſcimus à Hieronymo Volfio in Latinum fuiſſe conuerſa, emendata verò (vt titulus præfert) & aucta: ac deinceps Baſileæ edita anno 1581. At quoniam Hieronymus Volfius inter primæ claſſis hæreticos in Indice librorum à Clemente VIII. Pontif. Max. prohibitorum adnumeratur, dedimus operam, vt verſionem illam, & adeo Suidæ ipſius Hiſtorica recognoſceremus. Quamobrem quæ notatu digna comperimus, ea retulimus in Apparatum Sacrum, de quo vide in verbo Suidas.

Denique quod attinet ad vitas Pontificum; & ſi in eodem noſtro Sacro Apparatu hac de tota re agitur, hoc tamen interim hic dicendum eſt.

Baptiſtæ Platinæ Opera in quibus eæ ſunt ſcriptæ, licet ab Onufrio Panuinio recognita fuerint quin etiam ab alijs fortè caſtigatius edita, expectari tamen, quæ nouiſſimè iterum expurgantur.

Ad extremum ſi quis præterea cupit mulierum Illuſtrium vitas, vel acta cognoſcere, plures quidem de ijs ſcripſere. At vnico volumine anno 1525. è Simonis Colynæi Typographi Pariſienſis Officina editi ſunt. Plutarchus de Claris Mulieribus. Iacobus Bergomenſis de Beatiſſima Maria Virgine: deque claris mulieribus tam Chriſtianis, & Virginibus, quam Ethnicis, Ioannes Pinus de Vita B. Catharinæ Senenſis, & de Illuſtribus Fœminis. Valerandus Varanius Abbauillæus Theologus Pariſienſis de geſtis Ioannæ Francæ Virginis Poematiou, de qua item Ioan. Gerſon ſcripſit. At & poſtea prodiere libri, quibus Virginum, & aliarum Sanctarum Vitæ continentur, de quibus in Apparatu Sacro egimus paſſim.

De ijs denique, qui Vitas Philoſophorum Veterum ſcripſerunt egimus in Apparatu ad Philoſophiam.

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Decimus ſextus,

DE APPARATV AD OMNIVM GENTIVM HISTORIAM,

Ordine legendam, intelligendam, interpretandam, ſcribendam, & ad vſum adhibendam.

PRIMA SECTIO.

Humanæ Hiſtoriæ neceſſitas, & commoda. Capnt I. C

Ariſtot. 1. Elench.

Aug. de vtilitate credẽdi ad Honoratũ c. 12. & de fide rer. inuiſib. c. 1. & 2.

Cicer. in 1. de Oratore.

[illegible]

Baſil. Imperator libello quẽ inſcripſit. [illegible] *c. 56.*

ID primò ponendum eſt, neceſſarium eſſe, vt homines hominibus credant, niſi pecudum more vita degenda ſit. Quod cum Ariſtot. comprobaſſet, ac certè pro certo poſuiſſet, dicens: *Oportet addiſcentem credere;* S. Auguſtinus deinceps de vtilitate credendi, ac de fide rerum inuiſibilium diligentiſſimè monſtrauit. Idem fecit vnà cum alijs Theodoretus in libris de curatione affectionum Græcarum. At Cicero: *Hiſtoriam eſſe magiſtram vitæ, & lucem veritatis,* breuiſſimè, ſed veriſſimè dixit. Nam cum ſemper eadem ſint negotia, conſilia, rerum viciſſitudines, & conuerſiones Regnorum, ſingulique tantùm ſingulis ætatibus ſuccedant, fit, vt aliorum euenta nos doceant, è quod præteritis rebus præſentia ſtatuentes, futura proſpiciamus: ſicque *Hiſtoriam perpetuam poſſeſſionem* vocauit Thucydides, quoniam ſemper fructus edit vberrimos. Quæ item res fecit, vt Baſilius Imperator filio Leoni eam egregiè commendauerit his verbis: *Per veteres hiſtorias ire ne recuſa; ibi enim reperies ſine labore, quæ alij cum labore collegerunt; atque illinc hauries, & bonorum virtutes, & improborum vitia: varias humanæ vitæ mutationes, & rerum in ea conuerſiones: Mundi huius inſtabilitatem, & Imperiorum præcipites caſus: &, vt verbo complectar, malorum facinorum pœnas, & bonorum præmia: quorum illa fugies, ne in Diuinæ Iuſtitiæ manus incidas; hæc amplecteris, vt præmijs, quæ ea comitantur, potiaris.* Sic Baſilius Imperator. Neque verò politicæ, aut domeſticæ adminiſtrationi tantùm vtilis eſt, ſed & in omni facultate rudes ſint, neceſſe eſt, in quorum lucubrationibus Hiſtoria obmuteſcit. Accedit tertium ingens commodum, quod Theologum contra fidei aduerſarios mirificè iuuet. Id quod cum Melchior Canus vndecimo ſuorum Communium Locorum libro appoſitè probauerit, inde ij viderint, quibus hæc incubuerit cogitatio, & neceſſitas: docet autem qualia in Theologiæ vſum ex Humana Hiſtoria ducantur argumenta: deinde quinam ij ſint Scriptores, quos in Hiſtoria Theologi admittere debeant: poſtremo, argumenta refutat oppoſita. D E

Melchior Canus lib. 11. de locis Commu.

Hiſtoria quid, ac quotuplex, & quid quæque contineat. Cap. II.

Plato in Cratilo.

QVod de Hiſtoria generatim alibi attigimus, in Idea Bibl. Sel. in Rom. editio. hic propriũ hẽt locum. Ac quidẽ tunc diximus Hiſtoriã non tã à Platone, quod labentiũ rerũ fluxũ quodãmodo ſiſtat, q̃ à Græcis, quod res nobis cõſpiciendas, quin ẽt ſpeculã-

das

A das obijciat, fuiſſe appellatam. Et hiſtoriam mundi Plinius vocauit ſuum opus, atque alij, qui de rebus naturalibus ſcribentes, naturalem hiſtoriam prænominarunt, licet videri poſſet hiſtoriam rectius dici eam dumtaxat, quę contenta cum ſit narratione ſimplici, deſcribit, qua quęq; res facite ſit, & quib. affectibus. Ariſtoteles enim ſuos de Animalium hiſtoria libros inſcripſit, quamuis hae de re ita egerit, vt vniuerſæ animantium naturę potius, quam ſingulorum animalium rationem habuiſſe videatur: ac tamen ita egerit, vt non ſolum quantum ſatis eſſet, vniuerſalia ipſa, quæ ſub ſcientiam cadunt, verumetiam rationes ſcrutaretur, hoc eſt quo quidque modo, à quo, vbi, quando, quatenus fiat: quæ quidem operoſior altera Philoſophiæ tradendę ratio eſt. Atqui Theophraſtus (vt mittam ceteros, qui ſuum in locum reſeruantur) ſic de cauſis plantarum ſcripſit, vt harum hiſtoriam à nobiliſſima illa Philoſophiæ parte non abiunxe B rit, quę conquirit cauſas ſubſtantiarum, à quibus eliciur affectuum productiones naturalium, atque ea principia, quibus hi inhęrent illis, ſiue ſint apparatus ad generationes, ſiue rei generatę perfectiones, quibus omnia naturæ opera finem ſuum conſequuntur. Hiſtoriam autem cùm dico, primo Diuinam intelligo, quæ Veteri, ac Nouo Teſtamentò continetur: deinde Eccleſiaſticam, quę de Religione potiſſimum agit, deq; Eccleſiæ adminiſtratione: ſchiſmataq; & hęreſes; ac ſi qua alia ſunt, quæ ad præſentem quoque rerum ſtatum attinent, notat: prꝑterea naturalem, quam Ethnici, & Orientales, & Græci, & Latini, ac deinceps Chriſtiani quoque tractarunt: uniuerſę naturę magna ex parte Plato, accuratius Ariſtoteles: totius orbis, Plinius: Cæli, Hyginus, & Aratus, Manilius q; (nihil enim refert, mettone, an ſoluta oratione, hiſtoria ſcribatur, modo hiſtoria ſit) terræ, & maris Ptolemęus, Strabo, Solinus, Mela, & alij Geogra- C phi: hominis quatenus viuere poſſit incolumis, Hippocrates, Galenus, & alij: animalium terreſtrium, aquatilium, auium, plantarum, gemmarum, foſſilium, partim Ariſtoteles, partim Oppianus, & Ouidius, partim Theophraſtus, & Dioſcorides, & Aelianus, partim Orpheus, & alij, vt mittam recentiores, qui hoc præcipuè ſeculo egregiã in hac tota re operam pręſtiterunt: ſicut ſuis quibuſque locis plurium nomina, ratioque ſcribendi, atque emendatiores libri in Bibliotheca noſtra indicati ſunt. Sed & qui Chriſtophori Columbi, qui Magellani, & Caſtellanorum, ac Luſitanorum curſus, ſicut Ioannes Leo, Damianus à Goa, Laurentius Gambara, Oſorius, Ioannes Barrius, Ferdinandus Lopez, Ioannes Petrus Maffęus; quive poſitiones, & ſitus Regionum, ac Ciuitatum, vti Leander Italiæ, Coppus Iſtriæ, ſcripſerunt; qui etiam Topographias, & Chorographias delinearunt, ij quoque qui Mathematicas diſciplinas tractarunt, D ad hoc hiſtorię genus ſpectant. Niſi quòd quum reliquæ naturalium rerum narratio hi (quæ quidem certis cauſis, & finibus definiuntur) acta hominum, ac bella, & mores adiunxerint, ideo ad humanam quoque hiſtoriam pertinent; Quam denique eam intelligo, quæ res, aut publicas, aut priuatas, quæve varias Reipublicæ formas, uel Imperia, & Regna continet; Quare huc etiam quadantenus referuntur legum, & Iuris ſcientia, quique præſtantium virorum uitas, Commentaria, Ephemerides, ſiue Diaria, Annales, Chronologias, Apophthegmata, Dicteria, Strategemata, rationesque muniendarum Ciuitatum, & eiuſmodi alia nobis reliquerunt.

ἀπὸ τοῦ ἱστάναι καὶ τοῦ ἰεῖν. ἢ ἀπὸ τοῦ εἴδω, quod uideo. ἢ παρὰ τὸ ἱστορεῖν, τὸ ἐρωτᾶν, καὶ τὸ θεᾶσθαι.

Hiſtoriæ partitio altera ex Euſtathio in Dionyſium de ſitu Orbis. Cap. III.

E AT Euſtathius humanam ipſam hiſtoriam, de qua potiſſimum hoc Opere agimus, conſtare ait ex topico, ex pragmatico, ex chronico, ex genealogico. τὸ δὲ παρὸν ποίημα (inquit loquens de Dionyſij libro de ſitu Orbis) ἱστορικὸν καλοῦσιν οἱ παλαιοὶ σύγκειμενον ἐκ τοπικοῦ, καὶ πραγματικοῦ, καὶ χρονικοῦ, καὶ γενεαλογικοῦ, εἰς ἃ διαιρεῖται τὴν ἱστορίαν φασὶ, ἐκ μὲν τοπικοῦ, ὅτι καὶ ὁ πᾶς ἐνταῦθα τοῦ βιβλίου σκοπὸς, τόπων γῆς ἐστι περιήγησις: πραγματικοῦ δὲ, ἐν οἷς ἄλλα τε τινὰ ἱστορεῖ καὶ ἐθνῶν ἔθη ἐκτίθεται χρονικοῦ δὲ ὡς ὅτε καιροῦ μέμνηται, καθ' ὃν αὐτὸ περιῆν. ὅτι δηλαδὴ οὐκ ἐπὶ τῶν ὑπάτων, ἀλλ' ἐπὶ τῶν ἀνάκτων. γενεαλογικοῦ δὲ, οἷον ὅτε τοὺς σαυρομάτας ἐξ ἀμαζόνων εἶναι κατάγεσθαι, καὶ ἐκ δούλων τοὺς ἐπιζεφυρίους λοκρούς. hoc eſt. *Præſens autem opus hiſtoricum priſci vocant, conſtatum ex topico, pragmatico, chronico, genealogico: in quæ genera hiſtoriam diſtribui aiunt. Ex topico ſane,*

cum vniuerſus illic libri ſcopus ſit locorum explanatio. Ex pragmatico autem, ubi alia quædam enarrat, & gentium mores exponit. Ex chronico item, quemadmodum quando temporis mentionem facit, quo factum contigit, videlicet non ſub Conſulibus, ſed ſub Regibus. Ex genealogico, verò, ſicut, quum Sauromatas inquit ex Amazonibus deduci, & ex ſeruis Locros qui ad zephyrum vergunt. Et hæc quidem Euſtathius. Ex quo licet intueri, quis ex hiſtoricis magis vnum, quàm aliud, aut adeo omnia hęc ſcribendi genera cōplexus ſit. A

Hiſtorici officia quænam, ex Dionyſio Halicarnaſſæo. Cap. IIII.

PORrò Dionyſius Halicarnaſſæus, dum Herodotum cum Thucydide confert, atque potiores Herodoto partes tribuit, officia Hiſtorici propria eſſe inquit, ut materiam ſumat pulchram, & iucundam. Vt conſtet, vnde inchoanda ſit hiſtoria, & quouſque progrediendum. Vt ſciat, quænam in hiſtoriam referenda, quęnam ſilentio prætereunda. Vt vnumquodque ſuo loco aptetur, ac collocetur. Vt ſcribentis animus ſit placidus, neque turbulentus; ſermo autem purus, atque perſpicuus. De quibus omnibus Hiſtorici officijs planius ex eodem Dionyſio dicetur ſecundæ Sectionis huius operis capite nono. B

Regula ad explorandam fidem, ac veritatem Hiſtoricorum. Cap. V.

Iuſti Lipſij Nota ad ueras Hiſtorias venandas.
Dionyſ. in præfat. Archæolog. ὥσπερ ὁ αὐτόθεν ἀρχηγέτις, καὶ σοφίας.
Polyb. lib. 3.
Tacitus 3. hiſtor.

QVæ tres notas habet, Veritatem, Explanationem, Iudicium, eam eſſe legitimam Hiſtoriam, ſcitè Iuſtus Lipſius dixit. Prima nota eſt, vt res, euentuſque ſyncerè, atque ex veritate narrentur; nec quidquam (quo nimis ferè inclināt ſcribentium animi) hauriatur ex vano. Veritas in hac ipſa re (ait Dionyſius Halicarnaſſæus) *principium eſt, & prudentia ſimul, & ſapientia.* Vt animanti ſi eruantur oculi, reliquum corpus inutile, ſic ſi veritas dematur Hiſtoriæ, vbique errabitur. Explanatio eſt, vt res ſcilicet non tantum fideliter narretur, ſed diſponatur etiam, atque exponatur: quomodo item, & quare, quidque geſtum ſit, addatur. Vt videlicet non modo caſus, euentuſque rerum, ſed ratio etiam, cauſſæque noſcantur. Hæc ſi auferantur ab hiſtoria, quidquid in ea reliqui, ad Polybio Iudice, *ludicrum magis erit, quam doctrina.* Iudicium denique, vt diſcrimen, lumenque rebus adhibeatur. Nimirum hæc probet, (id breuiter, & quaſi aliud agens) hæc damnet. Quod præcipuum munus Annalium oſtendit re ipſa Tacitus, *ne virtutes ſileantur, vtque prauis dictis, factiſque ex poſteritate, & infamia ſit metus.* C D

Regula Annij ex Metoſthene.

Annius autem Viterbienſis, tres & ipſe regulas ex Methaſtene quodam affert, ad quas expendendi ſint omnes chronicorum libri. Primam, vt ſuſcipiantur abſque repugnantia, quicumque publica, & probata fide ſcripſerunt. Secundam, vt geſta, & Annales quatuor Monarcharum, neque reijciantur, neq; negentur: *Quoniam* (inquit) *ſolum publica fide notabantur, & in bibliothecis, atque in archiuis aſſeruabantur.* Tertiam, vt qui ſolo auditu, uel per opiniones ſcribunt, hi tanquam priuati haud recipiantur, niſi vbi a publica fide non diſſenſerint. Ex quibus infert, nemině in Chronicis eſſe admittendum; niſi cùm quattuor Monarchiarum Annalibus conueniat.

Melchioris Cani leges ad veras hiſtorias explorandas.
Lex 1.
Scriptoris fama, & integritas vnde conſtet.
Hiſtorici profani quinam ingenui.
Scriptores ſacri, qui veraces.

Cum verò Canus ſexto vndecimi libri capite has regulas eſſe futiles, ſimul item regularum exempla eſſe vana oſtendat: leges ille ſequentes ſubdit, quibus veraces à fallacibus hiſtoriæ internoſcantur. Vt ſit prima, quæ ex hominum probitate, & integritate ſumatur. Quę res omninò locum habet, cùm quæ narrant Hiſtorici, ea vel ipſi ſe vidiſſe, vel ab alijs, qui viderint, ſe accepiſſe teſtantur. Scriptoris autem probitas, & integritas non in his, qui olim fuerunt (licet aliquando in ſcriptis ipſis eluceat) ſed fama, & graui, atque frequenti præteritorum hominum teſtimonio cognoſcentur. Sūt verò in profanis auctoribus non pauci, quorum ingenuitas, & verecundia ſermone hominum celebrata eſt, vt nemo illos (etſi vt gentiles in multis errauerint) in fingendo impudentes exiſtimauerit, Cæſar, Valerius Maximus, Terentius Varro, Liuius, Cornelius Tacitus, Eutropius, Flauius Vopiſcus, Lucius Florus, Polybius, Dionyſius Halicarnaſſæus, Iulius Capitolinus, Cornelius Nepos, Strabo, & alij. Id autem in pluri- E

bus

A bus ſcriptoribus Eccleſiaſticis, Ambroſio Cypriano, Hieronymo, Auguſtino, Gregorio in Dialogis, verius adhuc eſt, in quibus mendacium ſuſpicari cum his, quæ ad memoriam ſempiternam transferre illi ſcribendo voluerint, videretur eſſe piaculum. In profanis igitur Auctoribus quoque hæc lex locum habet, cum narrant, quæ viderunt. In quibus etſi pietas, abſolutaque virtutis officia non ſpectentur, licet tamen cernere probitatem quandam, bonitatemque naturæ in pleriſque rebus, quas referũt.

Lex ſecunda. Vt eos Hiſtoricos ceteris anteferamus, qui ingenij ſeueritati quandam adiunxere prudentiam, & ad eligendum, & iudicandum; Quæ lex in ijs rebus locum habet, quas neque ſcriptores ipſi ſunt intuiti, nec à viris fide dignis, qui viderint, audierunt: homines enim graues, & ſeueri nõ ſolent inanem vulgi ſermonẽ aucupari.

Lex 2.

Lex tertia; Si cui Hiſtorico auctoritatem Eccleſia tribuit, hic dubio procul dignus

B eſt, cui nos eam auctoritatem adiungamus. Contra verò cui Eccleſia derogauit fidẽ, ei quoque nos fidem iure, ac merito derogabimus: collaudauit illa vitas à D. Hieronymo conſcriptas, collaudauit Oroſium, Euſebij Chronica non reiecit, eas igitur tutius admittimus. Porrò in quibus animi quædam maior vis, & acrior eſt in iudicando prudentia, ſi ſine hiſce regulis exacuentes ingenij aciem, vera deligent, reijcientque contraria. *Mihi ſanè* (inquit Canus) *aliquando, & verum ipſum in ſcribentis ſynceritate, candoreque elucet, & mendacium contra, Auctoris quidam angor, & calliditas patefacit.*

Lex 3.
In cap. ſancta Rom. diſtin. 15.
Quomodo veritas, aut mendaciũ hiſtorici agnoſcebatur à Cano in Locis lib. 11. capit. 6. circa finem.

Indicia alia ad Veritatem Hiſtoricorum dignoſcendam. Cap. VI.

C AT, & veritatem Hiſtoriæ teſtantur, ſi tempora, ſi loci natura, ſi ratio adminiſtrationis, ſi numerus certus pugnantium, ſiue ad expeditiones euntium, diligenter, ac rectè ſcribantur, præter ipſas res geſtas, quæ in primis narrandæ ſuſcipiuntur.

Vide Dionyſium Halicarnaſſæum.

Ad loci naturam, & regionũ diſpoſitionem quæ pertinent, ea tractata ſunt, vbi egimus de Geographia. Quæ enim meliores tabulæ ſint, quive de his exactius egerint, inde licebit intueri: vt & qui minus veraces ſint Hiſtorici (quod ad hanc rem attinet) eadem opera queat intelligi.

Ratio adminiſtrationis ſpectat ad Magiſtratuum officia, ceteraſque Reipublicæ partes, quas, tum in libro de ciuili Iuriſprudentia, vnà cum formis variarum Rerum publicarum indicauimus; tum poſtea dicemus, cum de Romana Republica hoc ipſo in libro agemus. Id certum eſt, cognito rerum, ac munerum ſtatu, quæ in Athenienſi,

D Romana, & ceteris Rebuſpublicis, noſtro autem ſeculo in Imperio, in Regnis, & in Vrbe Romana extant, fore, vt ſimul agnoſcatur, num Hiſtoricus recta incedat, an erret de via. Numerum verò militum, & opes, qui ſuæ non adtexit hiſtoriæ, ſuſpectus fit, aut parum verax, vt plus credi, quam res habeat, facile oſtendat ſe velle. Strabo, quidem, Plinius, ac Ruffus Prouincias attigerunt, opes autem Romanorum omiſerunt: ſed illi credo, non quod Romanæ res tenues eſſent, at quod notiſſimas totique iam Mundo perſpicuas eſſe cernerent, neque verò ita (vt factum eſt) interituras cogitaſſent. Appianus autem eas non omiſit; quare & memoriam illarum vnus propemodum inter omnes Hiſtoricos cum laude ſeruauit, vti infra ſuo loco dicetur.

Opes Romanorum.
Appianus in Lybico.

Quinam inter alios ſcripſerint de ratione condendæ Hiſtoriæ. Cap. VII.

E E' Veteribus Græcis, qui de ratione condendæ ſcripſerunt hiſtoriæ, duo mihi ſunt, qui agmen ante alios ducerent, ſi eis lumen fidei ad pietatem, ſine qua lectio, & ſcriptio omnis ſolidam vtilitatem haud afferũt, affulſiſſet, Lucianus, & Dionyſius Halycarnaſſæus; Ille breui libello, hic altero, quem inſcripſit, Iudicium de Thucydide; quibus texendę hiſtoriæ normam propoſuerunt: ſed & eadem opera Halicarnaſſæus in Verborum Thucydidis pondere examinando ſedulus eſt, locoſque aliquot illius interpretatur, vti planius ſuo loco indicabitur. Et hunc igitur operi huic noſtro inexuimus, vt præſto legentibus ſit.

Lucianus, Dionyſius Halicarnaſſæus.

Ioan. Iouianus Pontanus.

Inter Latinos autẽ, qui operam huic ſcriptioni dederunt, Ioannes Iouianus Pontanus Dialogum edidit, quem Actium inſcripſit, vbi ſimul de Hiſtoricis fert iudicium, Poetas interdum cum Hiſtoricis, & Salluſtium cum Virgilio conferens, & Hiſtoriam eſſe ſolutam Poeſim inquiens. A

Ioan. Antonius Viperanus. Hiſtoriæ forma qualis ex Viperano.

Noſtro verò propè tempore Io. Antonius Viperanus, qui cum de bello Melitenſi hiſtoriam texuiſſet ad Antonium Perenotum Cardinalem librum de ſcribenda Hiſtoria miſit, quo teſtatur ſe, dum id ageret, inſpexiſſe in illam tanquam in Virginem quandam liberam, & incorruptam, nulli appetitioni ſeruientem, ueritatis cultricem; moribus grauem, ſani ſucci, coloris ſuauis, omni membrorum magnitudine, & compoſitione perfectam, non leuibus rebus, & inanibus deditam, ſed ſtudentem grauibus, & magnis, gradientemque ornatu modico, & decente, non ad uoluptatem, ſed ad honeſtatem exquiſito, qualis matronę conuenit, non ut meretricis ille fucus, qui eſt Poetarum maximè proprius. B

Franciſcus Robortellus.

Acceſſit Franciſcus Robortellus, qui ordinem profeſſus ſe ſecuturum, quem Ariſtoteles in Rhetoricis tenuit, conatus eſt ad artem illam præclaram, quàm breuiſſimè redigere totum hoc ſcribendi genus, vt noua veluti quædam peculiari nomine à ceteris diſtincta extaret facultas, ſiue ars Hiſtorica: *nam qui* (inquit) *de eadem re, aut tam accuratè ſcripſerit, aut eo ordine, quo nos, planè, noui neminem.*

Franciſcus Patricius. Octo potiſſimum conſideranda in hiſtoria.

At Franciſcus Patricius decem Dialogos ſcripſit eruditos, qui ex Italica lingua in Latinam elegánter ſunt verſi. Hic autem, cum in hiſtoria ſcribenda octo eſſe potiſſimum conſideranda dixiſſet, Principium, ordinem, finem, res quæ vel ſilentio prætereundæ ſint, vel enarranda, atque harum quaſnam obiter tantum dicere conueniat, & in quibus ſit diutius immorandum, quomodo denique res geſtæ narrandæ ſint, non omittit priore dialogo quid ſentiat de Luciano, de Pontano, de Franciſco Robortello ſuo præceptore dicere; Sed ſecundo Dialogo agit de Hiſtoriæ diuerſitate. Tertio de definitione Hiſtoriæ. Quarto de fine. Quinto de veritate. Sexto de vniuerſalis Hiſtoriæ genere. Septimo de Hiſtoria minore. Octauo de Hiſtoria, quæ de vno homine ſcribitur. Nono de hiſtoriæ vtilitate. Decimo de Hiſtoriæ dignitate, & collocatione. C

Sebaſtianus Foxius.

Poſt Patricium habemus Sebaſtiani Foxij Mezilli Haſtulenſis librum de inſtitutione hiſtoriæ, grauem, & doctum, quo vbi de hiſtoriæ origine, & cauſis, atque auctoribus, incremento, & decremento egiſſet, præcepta eius ſcribendæ omnia nititur attingere, Dionyſij Halicarnaſſæi, ſententia refutata, qui in Hiſtoria ſcribenda putarat primò cernendum, vt commodum, gratumque lectoribus quæreretur argumentum. D

Vbertus Folieta.

Scripſit etiam Vbertus Folieta de ratione ſcribendæ Hiſtorię ad Octauianum Paſquam Epiſcopum Hieracenſem, cui adtexuit alteram tractationem de ſimilitudine normæ Polybianæ ad Raynaldum Corſum.

Franciſcus Balduinus.

Sed Franciſcus Balduinus, alia ratione inita, libros duos emiſit de inſtitutione Hiſtoriæ vniuerſæ, nimirum de eius cum Iuriſprudentia coniunctione, qua de re egimus in noſtra tractatione de Iuriſprudentia. Quin & audio quendam Venturam Caccem emiſiſſe Bononiæ librum de hiſtoria conſcribenda.

Lambinus in Aemilij Probi vitas initio.

Dionyſius item Lambinus qualitates ipſius hiſtoriæ explicat, oſtendens quænam orationis forma in hiſtorico eſſe debeat, quidve inter hunc, & Philoſophum ſimile ſit, aut diſſimile: *Philoſophum quidem*, inquiens, *in rebus vniuerſis verſari: Hiſtoricum*

Ariſt. de Poetica.

partes, perſonas, temporum momenta, inclinationes, & res ſingulares perſequi. Addit diſcrimen inter poeſim, quæ fingit qualia probabile eſt eſſe facta, & inter Hiſtoriam, quæ ea, quæ facta ſunt, ita ut facta ſunt, exponit. Vtilitatem deinde maximam hiſtoriæ declarat, quod ea doctrina, quam è rerum ſingularium uſu conſequimur, magna mercede nobis conſtat, & periculis. Lectio autem hiſtoriæ omnium incommodorum expertem doctrinam in ſe incluſam continet. Cuius item commoda recenſet complura. E

Alij ex pulchritudine, menſura, veritate, perfectionem metiuntur Hiſtorici, quas eſſe Boni ipſius qualitates Plato in Philębo agnoſcit. De ijs autem agetur, ubi de Frãciſci Guicciardini Hiſtoria iudiciũ feretur, quãdoquidẽ & Thomas Porcacius idẽ fecit.

Ceterum

A Ceterum (vt quid hac in re probi alij viri ſentiant huc addam) maximè proban-
dus eorum eſt ſcopus, qui & ſi res humanas, & res Principum geſtas attingunt, non
tamen omninò prætermittunt, quę ad Diuinæ Prouidentiæ vias, atque ad refellendas
obiter hæreſes ſpectant. Qui enim altiora Theologiæ myſteria non capiunt, nec quę
runt, his pro eorum captu panis frangendus eſt. Quod ſi Hiſtorici omnes ita eſſent
Spiritu ſancto afflati, quali fuere, qui Ioſue, ac Regum hiſtorias ſcripſerunt, nullam
Methodum aliam meliorem ſequendam eſſe nemo ingenuus non diceret.

Quin etiam quadriennium eſt (quæ tamen his duntaxat diebus peruenit ad manus
meas) cum prodit ex Officina Plantiniana in lucem IOANNIS Betnarti de vti
litate legendæ hiſtoriæ tractatio, duobus libris comprehenſa, quam Iuſto Lipſio ele
gans, & eruditus inſcripſit. Ea per hominum præſtantium colloquium, monſtrat
B ciuilem prudentiam gigni ex hiſtoria; ſimulque quidquid contra hiſtoriam, hiſtori-
cosve dici poſſit, ita excutit, ut lance quadam eos expendens, ſuus denique hiſtoriæ
legitimæ conſtet honos, ac fructus; Neque verò quamlibet hiſtoriam ad Prudentiam
prodeſſe aſſerit. Sed & ſubdit ſpectanda eſse in lectione hiſtoriarum exempla, &
conſilia, quid, quare quomodo, quando, quo rerum ſtatu dictum, factum ſit, è quibus
prudentię ſupellectilem inquit comparari: Ad extremum, quid hiſtoria commodi,
lucis, ſubſidij afferat Theologię, Philoſophiæ, Iuriſprudentię, Medicinę exponit.

Quæ in iis, quæ David Chytræus, de lectione Hiſtoriæ inſtituenda ſcripſit, obſeruanda ſint, & cauenda. Caput VIII.

C SEd & Dauid Chytræus de lectione Hiſtoriæ inſtituenda, & Ioannes Bodinus
de methodo Hiſtoriæ libros ediderũt, de quibus præſtat aliquid dicere, ne quis
incautè in ſcopulos, qui in ijs latent, impingat. Ac de Dauide quidem Chy-
træo, ſat eſset monere neſcios, eum ab Eccleſia exploſum fuiſse, videlicet propter hæ
reſes quas vel inuexit, vel in ſuis penè ſcriptis omnibus ſparſit. Veruntamen quo-
niam non omnes ſibi religioni ducunt, quæ ſanctè, atque ad ſalutem fidelium ab ea-
dem Eccleſia prohibentur, putant verò in ijs, quæ ad humaniora ſtudia, hiſtoriamve
noſcendam pertinent, eum haud mediocre commodum pręſtare poſse, iccirco hæc ha-
beant. Primo in diuina Hiſtoria cæcutijſse, deinde in Eccleſiaſtica plurimum erraſse,
præterea in Humana quoque lapſum. Ad diuinam Hiſtoriam quod attinet, fuerit ſa
tis, quę de Beroſo, Metaſthene, Philone de temporibus, ac de Annij ſcriptis aſseruit,
D cum illos multis Bibliorum, & aliorum ſcriptorum libris lucem ſingularem afferre di
xerit, qui tamen cum commentitij fuerint, ac ſuppoſititij, Sacrę paginæ ſeriem, & ve-
ritatem non uno in loco euertunt. Id quod vbi de Chaldęorum Hiſtoricis infra actum
eſt, atque item opere altero noſtro aduerſus Chytręum cõſcripto copioſè docuimus.
Nam & eiuſdem lapſus in Hiſtoria Eccleſiaſtica eodem in opere aperuimus, quod fal
ſis canonibus pro ueris, & ueterum SS. Patrum exemplis ſubdolè abuſus fuerit ad hę
reſes contra cœlibatum, & viſibilem in terris Eccleſię Romanæ Principatum, ac ſa-
croſanctam Euchariſtiam, & inuocationem Sanctorum, atque aduerſus alia pleraque
omnia ſtabilienda. Atqui in lectione Humanę Hiſtorię inſtituenda per ſumma illa
capita, quę ex argumentis Hęreticorum corraſit, multa ſciens, neſciens peccauit. Nam
Hæreticos Hiſtoricos cum Catholicis miſcuit, vbi certa legentibus labes aſperſa ſub
E ſpecie Hiſtoriarum, hęreſim propinat incautis: quale illud eſt, quod Chronico Con-
radi Abbatis Vrſpergenſis, *cognitu*, inquit, *digniſsima eſſe Paralipomena rerum, quæ annis
trecentis poſtea in Germania, & in reliquo ferè orbe, vſque ad ætatem noſtram memorabiles
acciderunt*, Ea enim Paralipomena, vt alijs, ſic actorum Lutheri, quę in ijs commen-
dantur, erroribus ſcatent; quamobrem iure ab Eccleſia fuere reiecta: miſcet item cum
Catholicis Ioannem Cuſpinianum, cuius ſcripta eandem ob cauſam Eccleſia noluit
legi. In reliquis autem, ſiue Ethnicis, ſiue Chriſtianis auctoribus recenſendis, nec cau-
tiones huic rei neceſsarias adhibet, nec quis, cuius fidei, ſectęve fuerit, attingit, cum
ſcriptores aliquot Germani, & Gręci poſteriorum ſeculorum (quod ſuo dicemus lo-
co) pręſertim Zonaras, & eiuſmodi alij, quos ille recenſet, non tam vbique texuerint
hiſtorias,

David Chytræus.

Chytræus in Diuina, Eccleſiaſtica, humana lapſus eſt.

Vide Auctores opus, quod inſcriptum eſt, REFVTATIO impoſturarum Dauidis Chytræi.

Paralipomena addita Abbatis Vrſpergenſis prohibita. Io. Cuſpinianus cur ab Eccleſia prohibitus.

hiſtorias, quàm legentibus occaſionem ſchiſmatis aduerſus Eccleſiam Catholicam, aut præbuerint, aut fouerint. Quin & in Romanæ ſcriptoribus Hiſtoriæ, ſi quid Chytræus premonet, id tenue admodum eſt, atque adeò niſi falſum, certè mancum, & mutilum. Sit aliorum loco, quod in uno Cornelio Tacito prætexuit, inquiens, *ſe partem familiæ, ſeu poſterorum Auguſti tanquam in tabula proponere, vt ſeries rerum à Tacito memoriæ traditarum facilius intelligi, & animo comprehendi à iunioribus poſſet.* Hoc igitur aggreſſus Tabellam hanc addit.

Auguſtus Cæſar ex Scribonia —— Liuia ex priore marito Tib. Nerone

M. Agrippa —— Iulia | Cl. Tiberius Imp. —— Claudius Druſus.

Caius. | Lucius. | Agrippa Poſtumus. | Agrippina —— Germanicus Cæſar —— Claudius Imp. Huius priuignus Nero Imp.

Caius. | Nero. | Druſus. | Agrippina mater Neronis. | Druſilla | C. Caligula.

Ille quidem Chytræus. At quanto verius, plenius, vtilius, à Iuſto Lipſio ſequens ſtemma, Auguſtæ domus, ac ſtirps Vxoria poſita fuit ob oculos ad illorum, & reliquorum Romanorum Impp. Hiſtoricos intelligendos, & animo comprehendendos. Porrò Lipſius ſic.

Iuſtus Lipſius in comment. in Tacitum.

Ex Ancharia priore uxore:

OCTAVIA maior. Ex priore marito C. Marcello:
- M. MARCELLVS, cui prima vxor Pompeia Sexti: altera, Iulia Auguſti filia. Ex neutra liberis. Obijt adoleſcens in Baiano.
- MARCELLA maior. Ex I. marito M. Vipſanio Agrippa —— liberi, aiт Suetonius, ſed nobis incogniti. Nam de Vipſania Tiberij vxore falſum.
  Ex II. marito Iulio Antonio Africano Triumuiri filio, de quo Plura in Antonio, & noſter pag. 134. —— L. ANTONIVS AFRICANVS, qui Maſſiliæ obiit, pag. 134. Ex eo aut fratre aliquo, vt arbitror, —— SEX. ANTONIVS AFRICANVS, de cuius nobilitate, pa. 234. & 274.
- MARCELLA minor de qua ſilent.

Ex III. marito M. Antonio III. viro:
- ANTONIA maior. Ex marito L. Domitio Ahenobarbo:
  - DOMITIA, cui uir Criſpus Paſſienus, vti ſuſpicor. Ex Quinctil. lib. VI. cap. 11.
  - DOMITIA LEPIDA. Ex I. Marito M. Valerio Barbato Meſſalla —— VALERIA MESSALINA Claudij Principis vxor. Adi Comment. noſtrum, pag. 119. Et adde Senecam in Menippæa, qui Meſſalinæ maiorem auunculum facit Auguſtum.
    II. Ap. Iunius Silanus. Qui tamen antea maritus fuiſſe videtur Æmiliæ Lepidæ pron. ptis Auguſti (vide Com. noſtrũ pag. 62. etſi res hæc adhuc nubila) ex quo ius forte —— L. SILANVS ſponſus Octauiæ, p. 199. M. SILANVS Proconſul Aſiæ pag. 126. IVNIA CALVINA Vitellij nurus, pa. 199. quæque ad Veſpaſianũ uſque ſuperuixit, ex Suet. Veſp. c. 23.
  - CN. DOMITIVS, cui vxor Agrippina, & ex ea —— NERO Imp.
- ANTONIA minor. Cuius ſtirpem ex marito Druſo, quære infrà.

C. OCTAVIVS C. F. qui Macedoniæ præfuit

OCTAVIA minor, de cuius coniugio aut ſtirpe nobis non lectum.

Ex Atia II. uxore

C. OCTAVIVS, qui poſteà C. Iulius Cæſar Octauianus Auguſtus. Ex Scribonia uxore —— IVLIA, cui primus maritus M. Marcellus, tertius Tiberius Imp. verùm ſine prole. Medius M. Vipſanius Agrippa. Ex hoc:
- C. CÆSAR, cui uxor Liuia ſoror Germanici, pag. 31.
- L. CÆSAR, cui deſtinata vxor Æmilia Lepida, poſtea P. Quirinii vxor, p. 89.
- AGRIPPA POSTVMVS.
- IVLIA, cui vir L. Æmilius Paullus Cenſoris. Ex eo:
  - ÆMILIVS LEPIDVS, cui Druſilla vxor. Ex Dione lib. & Suet. Cal. cap. 24.
  - ÆMILIA LEPIDA, ſponſa Claudii Suet. Claud. c. 26. Nec ſcio an eadẽ quæ nupta Druſo filio German. pa. 73.
- AGRIPPINA, cui uir Cæſar Germanicus. Et ex eo:
  - NERO, cui uxor Iulia Druſi filia. pag. 166.
  - DRVSVS, cui vxor Æmilia Lepida pag. 173.
  - C. CALIGVLA, cuius matrimonia è Suetonio pete.
  - AGRIPPINA, cui mariti tres, Cn. Domitius, Criſpus Paſſienus, Claudius Imp.
  - DRVSILLA, cui prior maritus L. Caſſius: alter M. Aemilius Lepidus.
  - LIVIA, ſiue, LIVILLA Sueton quæ eadem IVLIA eſt Tacito, & Dion. Nupſit M. Vinicio, pag. 161. Huic ſiue alteri è ſororibus maritus anteà Quinctilius Varus, quem generum Germanici, vocat Seneca lib. 1. Controuerſia 111. & aliquid Tacit pag. 144.

Habes Auguſti Stemma, quod ad ſanguinem quidem attinet. Supereſt uxoria ſtirps, quæ adfinitate primò, mox adoptione inſita in domum Auguſtam. Eam, lucis cauſſa, ſeorſum huc expreſſi.

VXO-

A

VXORIA STIRPS.

- T. Claudius Nero, cui vxor Liuia Druſilla, poſtea Auguſta. ex hac.
  - Tiberius Nero qui Imp. cui I. vxor Vipſania Agrippina M. Vipſaniæ Agrippę ex Pomponij Attici filia, ex hac; II. uxor Iulia Auguſti F. ex ea proles, ſed infans extincta.
    - Druſus, cui uxor Liuia, ſiue Liuilla ſoror Germanici. ex hac
      - Tiberius Gemellus, quem Caius ſuſtulit. Suet. cap. 14.
      - Gemellus alter, cuius nomen non proditum, qui periit quadrimus ex
      - B Iulia, cui vir Rubellius Bland. ex hac.
        - Rubellius Plautus, quem Nero ſuſtulit, cui uxor Pollutia.
  - Druſus Nero Germanicus, cui uxor Antonia minor. ex hac.
    - Germanicus Cæſar, cui vxor Agrippina. Stirps poſita ſupra.
    - Leuilla, cui vir C. Cęſar, dein Druſus frater patruelis: deſponſa etiam poſtea Seiano.
    - Claudius qui Imp. I. cui vxor Plautia Vrgulanilla. ex hac
      - Druſus, cui deſponſa Seiani filia, Sueton. Claud. cap. 27. Tacitus
      - Claudia, quam abiecit.
    - C II. vxor Aelia Petina. ex hac.
      - Antonia, cui vir Pompeius Magnus à Claudio interfectus poſtea, Fauſtus Sulla.
    - III. vxor Valeria Meſſalina. ex hac.
      - Octauia, cui Sponſus L. Silanus, poſtea maritus Nero Imperator.
      - Claudius Britannicus, à Nerone ſublatus.

De Ioannis Bodini methodo hiſtoriæ. *Cap. IX.*

IAm, quod ad Ioannis Bodini methodum hiſtoriæ ſpectat, rerum vſus, variarumque in viro illo ſcientiarum ſpecies, adde & alia, quæ illo in libro interſeruit, allicit legentes, vt quæ animaduerſione digna ſunt, præſertim in ea methodo, quæ D eius nomine è prælis Germanicis prodijt, fucum facere poſſint incautis, è Germanicis inquam prelis. Nam aliam, quæ ex alijs typographijs emiſſa fuerit in lucem, nullam vidi. fit autem mihi veriſimile, aliquos à fide Catholica alienos immiſcuiſſe multa, vti & Geneuates Bodinum reprehendentes in libris eiuſdem de Republica pleraque immutarunt. Ceterum hæreſim ſapit apertè, quòd Lutherus, Caluinus, Melanchthon & reliqui eius farinæ homines, honorificè eo in libro nominentur, Hiſtorici verò ij vſurpentur ad faciendam hiſtoriæ fidem, qui & Hæretici fuere, & in hiſtoria turpiter ſunt lapſi. Quòd ſi Catalogus Hiſtoricorum, qui in ea methodo adiunctus à Bodino (quod vix crediderim) ſic prodijt, quemadmodum Baſileæ editus eſt anno huius ſeculi ſeptuageſimo ſecundo, ſanè Scriptor minimè excuſari poſſet. Eo enim E Catalogo tanquam manu ad libros quoſque Hereticorum, atq; ad cęnoſas illas Magdeburgenſium Centurias tractandas adducitur: cum & in ipſo methodi opere plura alia expungenda ſint, quę iampridem damnata ſunt ab Eccleſia; quale eſt illud, vbi Sancti Ioannis Apocalypſeos auctoritas (Caluinum enim & in hoc ſectatus eſt, cuius & hoc de libro, tanquam feſtiuum, ſed impudens dictum refert) non tam eleuatur, quam prorſus tollitur. Cum tamen [a] Patres antiquiſſimi, ipſaque adeo Eccleſia Catholica Spirituſancto edocta, vt ſacroſanctam, & pleniſſimam Diuinorum myſteriorum Apocalypſim illam ſemper agnouerit.

Negat porrò, Deum efficere poſſe Deum, *quia*, inquit, *infinitum ab infinito fluere* nequit. Quæ ratio ei, qui, nec Philoſophus, neque Theologus eſſet, errorem poſſet illum inſtillare, nec Deum ex Deo, neque Filium ex Patre, neque Spiritumſanctum

Ioannes Bodinus.

Anno 1577. Secunda editione librorũ Bodini de Republ.

1572.

a Dion. Areop. capit. 3. Eccl. hierar. Irenaeus lib. 5. non longè à fine. Iuſtin. dialog. cum Tryph. Tertul. lib. 4. aduers' Marcionem.

ex

Orig. hom. 7. in lib. Ioſue, & in Pſalm. primum. Athan. in Synop. ſ. Epiph. hær. 51. & 76. Chr. hom. 3 in Pſal. 41. Ambr. in pſal. 40. Aug. tract. 26. in Ioan. Hieron. Epiſ. ad Paulu. de ſtudio diuin. ſcript. ac epiſ. ad Dardanum de terra promiſſionis. Chr. epiſ. Pauli ad Epheſ.

ex ambobus procedere. Nam vtraque procedens perſona, infinita eſt, quemadmodũ A
& Patris. Ac tamen non tres omnipotentes, ſed unus eſt omnipotens. Quamobrem ſi quæras, vnde hæc Bodinus hauſerit, ex terra, ſenſibusque cum S. Chriſoſtomo reſpondebimus. *Ait verò Deum eſſe cauſſam mali, & interitus κατὰ συμβεβηκός, hoc eſt per accidens*, ſubdit autem. *Cum aut ſceleratis, aut viri boni curam omittit*. In quo ſanè Bodinus fallitur. Deus enim nunquam non curat homines, & humana, licet ſubtrahat gratiam, quibus ea pro infinita ſua ſapientia ſubtrahenda eſt. Ac tamen etiam tunc humana maximè curat.

Cum autem furioſorum actiones, inquiat, *magis eſſe Diuinas, quam humanas*, non ita multo poſt addit. *Quem Deus, aut furor Diuinus ad vaticinandum afflauerit, &c.* At Diuinis Vatibus nihil æquè aduerſatur, vt furor, vt inſania, vt mentis perturbatio: quemadmodum optimè Chryſoſtomus oſtendit, nec ipſemet Bodinus, in libro de Dæ B
monomania negat, cuius tamen libri, ſicut reliquorum de Repub. quæ digna animaduerſione notauimus, alibi refellimus; atque adeo ipſa Eccleſia Catholica exploſit.

pag. 325. D. Io. Chryſoſtomus in 12. cap. 1 Ep. D. Pauli ad Corinth.

Affirmat, *intemperantes nihil ſceleratè ſponte agere*. Itaque intemperantes Bodinus libertate ſpoliat arbitrij, quamuis liberum arbitrium non neget eodem libro, quem de Dæmonomania ſcripſit.

pag. 23.

Pontifices, & Sacerdotes ſub Imperio Magiſtratuum, ait, *contineri*. Quare pluris in Diuinis, & ſpiritualibus actionibus, atque iudicijs eſſet Imperator, quam Romanus Pontifex; & Principes, quam Epiſcopi; hoc eſt oues, quam Paſtores, Diuinęque poteſtati, ac cæleſtibus clauibus humana poteſtas præualeret.

pag. 13. pag. 64.

Cornelium Tacitum impium, iudicaret, *niſi pro ſua tuenda Religione aduerſus noſtram ſcripſiſſet*. Quod ſanè impium per ſe eſt, neque verò à Chriſtiano ſcriptore, & qualis C
haberi vult ipſe Bodinus, eſt approbandum: ſed vide quæ de Tacito infra ſuo loco.

Nicephor. Cal. lib. 10. c. 3. Euſeb. lib. 7 ca. 14 Soz. lib. 5 cap. 20. Dam. lib. 1. de imag.

Hiſtoriam de ænea Chriſti Domini ſtatua, à Nicephoro Calliſto, à Nicephoro Gregora, & ab Euſebio diligenter ſcriptam, cuius vſæ vim morborum omnium expultricem cuidam naſcenti herbæ tribuebant, *fabulam & nugas appellat*. Sed nos eius, qui hoc commentus eſt, audaciam, qui rem plurium haud leuium auctorum teſtimonio probatam, & in quarta Actione ſeptimæ Synodi generalis aduerſus Imaginum hoſtes recitatam, perneget, meritò explodimus, ac nihili facimus.

pag. 113.

Craſſo aere puiat Dæmones egere, quo ſuſtineri queant. Sed ſpiritus non ſuſtentantur à materia, imò potius contra.

pag. 117.

Temporibus impietatis (hoc eſt dum Pagani Impp. viuerent) *gloriam tribuit Religionis: Chriſtianis autem ſeculis eam adimit*. Quod quàm abs re, ne dicam impiè, di- D
catur, ex iis, quæ contra Machiauellum obſeruauimus, licet perſpicere.

pag. 117. & 118.

E nonnullis anilibus Mathematicorum ſuperſtitionibus erui quadantenus Veritatem poſſe, profitetur; quin & *neſcio quibus periodis annorum, conuerſiones Regnorum aſcribit, interim plura è varijs Regnorum euentibus collegit, quæ certè non in eadem tempora inciderunt, nec omninò ita habent*; At quod ipſe tempori tribuit, peccatis liquidiſſimè, & alijs iuſtiſſimis cauſis, non aſpectui ſyderum docet Diuina ſcriptura eſſe tribuendum.

Eccl. 10. Dan. 4.

pag. 121.

Bohemi (inquit) *Saxones primi Romanos ritus deſeruerunt*. *Quàm ſapienter*, (inquit) *non diſputo*. Quaſi verò, de eo in vtramuis partem diſputari poſſit:

pag. 122.

Debuerit ne Bohemi, & Saxones ab Eccleſia Catholica deſciſcere. *Italia* (inquit) *à vetere opinione ægrè diuelli poteſt*. Vbi, cum *opinionem* vocat *fidem Orthodoxam*, in qua Italia non perinde nutat, vti fecerunt Prouinciæ aliquæ, intelligit cordatus, & Deum E
amans lector, ecquid in animo eius reſidebat, qui hæc ſcripſit.

pag. 123.

Platonis, & Xenophontis probat inſtitutum, qui Magiſtratibus Reipub. cauſa mentiri permittunt. Atqui non id lex Dei, neque certa ratio permittunt.

pag. 169.

Negat Pontifices habere Imperium, Vocationem, Prehenſionem, Viatorem, aut Lictorem. Quæ præſidia cum non ſolum ad Pontificiam auctoritatem deminuendam, verum etiam ad Chriſti poteſtatem obſcurandam Pontificibus demat, quantum in ſe eſt; non clauam de manu Herculis, ſed clauum de manu Dei conatur eripere. *Vultis*, inquit *Apoſtolus, in virga veniam ad vos?* En Virgam, & Poteſtatem.

1. Cor. 4.

pag. 186.

Optimus (inquit) *quiſq; peſſimus ciuis eſt*; Quare (ſi Bodino creditur) felicitati Reſp. &

X 3 optimo

A optimo ciuium ſtatui Virtus obeſſet: Id quod vt ſolum cogitetur, indignum ſanè eſt, ne dicam, & à pietate alienum.

Inter illas Religiones, quæ Regna, atq; Imperia euerterunt, Chriſtianam numerat. Atqui, vbi Chriſtiana Religio integrè ſeruata eſt, imperia ſemper, & Regna floruerunt, quæ-ve ſubiecta Dæmonibus, & perfidis, eam admiſerunt, mirabilem illico pietatem aſſecuta, fructus edunt vberrimos, quales Indiæ, ac nouus Chriſtianus Orbis, hodieque oſtendunt. *pag. 227. Vide iudiciũ Authoris de Machiauello.*

Aut Pontificum (ait) *libidini ad hæc vſque tempora ſeruit.* Loquitur autem de Romanorum Imperio, Romanorumque Pontificum ſacroſanctam, & à Chriſto Domino inſtitutam poteſtatem arrodit. Et tamen CHRISTVS Dei Filius eſt, qui dixit: *Tibi dabo claues Regni Cælorum*, &c. *Pag. 313.*

B Geneuenſem Remp. pietate florentem (ſi Deo placet) appellat. *pag. 245.*

Pontifices grauiſſimis cenſoribus egere confirmat. At quos nam ille cenſores adhibebit? Hæreticos ne, an laicos viros Politicos? Sed certè *quæcunque à Deo ſunt, ordinata ſunt*, nec ſuæ defuit ſapientiſſimus Dei filius Eccleſiæ, in qua poſuit Apoſtolos, Doctores, & alios, per quos, vti & per Synodos, Pontifices maximi iuuarentur, penes quos tamen interea ſtaret integra illa poteſtas, quam Chriſtus in augmentum corporis ſui myſtici eis tradidit. *Pag. 284. Rom. 13. 1. Cor. 12. Eph. 4.*

Reuerentiam, quæ ob Diuinitus impertitam poteſtatem Romanis Pontificibus defertur, irridet. At Deus qui eam ſtatuit, ac ſeruat vſq; ad conſummationẽ ſeculi, non irridetur. *Pag. 263.*

Eccleſiaſticam Monarchiam beatiorem futuram eſſe exiſtimat, ſi iure legitimæ ſucceſſionis, non electionis, huic illive traderetur. Ex quibus uerbis ſequitur, Chriſtum Dominũ *Pag. 292.*

C in ſtatuenda ſua Monarchia, & Petri Primatu, minus vidiſſe, quam Bodinum. Quamobrem faceſſeret Eccleſia Chriſtiana, vt Synagoga ſuccederet, ac paterent fores carnalibus amplexibus, vt abiret cœlibatus.

Tradit formas oẽs in materia ex nihilo generari, ꝙ nemo phyſiologiæ peritus dixerit.

Cum igitur hæc, atque alia nonnulla Methodus hiſtoriæ Bodini contineat, faciendum eſt, quod de hoc opere ipſa iuſſit Eccleſia Catholica per Clementem Octauum Pontificem Maximum, nempè, vt non niſi Magiſtri ſacri Palatij approbatione Romæ prodeat expurgata. *pag. 315. Vide Authoris Refutationem aduerſus Danidẽ Chytræum, ſect. 7.*

Vnde ordienda lectio Hiſtoriæ. Cap. X.

QVi in hiſtoria vniuerſali à breuiſſimis Chronicis, ſiue Chronologijs inchoandũ *Lib. 2. Biblioth. Selectæ c. 26.*

D conſulunt, ij rectè ſapiunt. Primò, quòd, vt alibi diximus, apud quos ratio temporum non cohæret, apud hos, nec veritatis, neque hiſtoriæ fidei ratio vlla poſſit conſtare; etenim, ignorata rerum origine, atque progreſſu, certum eſt, mentem, quaſi nauim, hac illac fluctuantem, & vt ita dicam, ſcopulis illidentem, aut naufragium pati, aut ad portum veritatis ægerrimè, ac (niſi aliquo caſu) appellere. Deinde, quòd eædem Chronologiæ, tanquam exemplar aliquod, atq; idea ſeſe legẽtium oculis offerũt, vt ad earum partes queat aptari, quidquid deinceps, vel fuſius de geſtis ab orbe cõdito, vel de ſingulis quibuſq; Prouincijs, aut Imperijs, Regnis, Rebuſp. Dynaſtis, ſcriptum eſt. Quæ duæ cauſæ fuerunt, cur tantopere ſudarunt antiqui, & horum poſteri, vt certam Chronologiam, ſiue Cronographiam texerent. Quo in negotio cùm *Chronologi huius ani.*

E verſati ſint ante omnes ipſi Hebræi, deinde Græci, tum Chriſtiani, tum Ethnici; poſtremo autem diligenter hac noſtra ætate Octauius Pantagathus, Paeatus Brixienſis, Onuphrius Panuinius, Antonius Cõtius, Benedictus Arias Mõtanus, Melchior Canus, Petrus Garſias Galarſa Epiſcopus Caurienſis, Alexander Sculterus, Benedictus Pererius noſter, Gilbertus Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis, qui & libellum edidit quem prænotauit NOTAS CHRONICAS, ſiue eius Chronographia, legi poterint, donec his caſtigatior alia chronographia præſertim à Io. Dechero Theologo noſtro prodeat. Quibus decurſis, ita ueniendum eſt ad Hiſtoricos vniuerſalis hiſtoriæ, vt eorũ emendatiores editiones, ſeu verſiones, & in quibus nulla ab hæreticis ſit labes inſperſa, legantur, ea ratione, quæ ſubinde ſuis in hoc opere locis, de vnoquoque Hiſtorico eſt indicatum. *Genebrardus potior.*

Quinam primus ſcriptam Mundo reliquit Hiſtoriam, Quive alij Chronologiam, ſiue Epitomen vniuerſalis Hiſtoriæ conſcripſerunt. Cap. XI. A

Moyſes primus ſcripſit hiſtoriam.

MOyſes autem, is qui Hebræum populum, Dei iuſſu ex Aegypto eductum rexit annis quadraginta in deſerto, primus omniū ſcripſit hiſtoriam ab orbe condito vſque ad obitum ſuum, per bis mille ſeptingentos, ac nouem annos, cum integris omninò viribus, neq; oculis caligantibus, nec labantibus dentibus, centeſimum, & vigeſimum annum expleuiſſet. Adiecisse Ioſuem (alij Eſdram) ferunt, quæ de ipſa Moyſis morte extant à trigeſimo quarto Deuteronomij capite, vſque ad finem. Et Ioſephus, inquit, *ipſum iam moriturum, eadem de ſe ſcripſiſſe, verentem, quin Hebræi à Deo raptum prædicarent.*

Deut. 34.

Ioſeph. lib. 4. antiqu. circa finem.

Claruit anno Chriſti 312.

Ad Chronologos autem, ſiue ad eos, qui hiſtoriç vniuerſalis Epitomen conſcripſere, quod attinet, Iulius quidem Africanus de temporibus ab orbe condito vſque ad annum Chriſti trecētesimum, & vigeſimū ſcripſerat, ſed iam dudum eſt, cum non extat. B

Euſebius.

Sed cum Euſebius pleraque ex eo ſumpſiſſet, ſuum autem, & ipſe ab orbe condito Chronicon confeciſſet, vſque ad trecenteſimum à Chriſto nato annum, fecit, vt minus deſideraretur Africanus, niſi quod ne Euſebius quidem eſt integer, ſiue ſuperiora ſecula, ſiue quæ ſunt conſequuta ſpectentur.

Et tamen quod ad ſuperiora ſecula ſpectat, Arnaldus Pontacus Epiſcopus in Gallia Vaſatenſis, Chronicon Euſebij, Hieronymi, Proſperi, ſic emendauit, vt bis mille errores ex ijs emendauerit, collatis uarijs Codicibus m. ſ. qui & Genebrardo Chronologiam à Chriſto nato uſque ad noſtra tempora ſuppeditauerat.

Hieronymus. Proſper Aquitanicus. Palmerius Florentinus, & alter Piſanus.

Hieronymus annos adiecit quinquaginta. Proſper Aquitanicus quadraginta. Palmerius Florentinus mille, & vndecim, Palmerius Piſanus triginta. C

Phreculphus.

Ac Phreculphi Epitome hiſtoriam ab orbe condito vſque ad annum Chriſti quingenteſimum, & quinquageſimum continet.

Beda Anglicus.

Beda verò Anglicus Chronica ab orbe cōdito uſq; ad annū ſeptingēteſimū ſcripſit.

Ado Viennenſis.

Ado Viennenſis de ſex Mundi ætatibus vſq; ad annum Chriſti nongenteſimum.

Helmandus.

Helmandus Chronicon ab orbe condito vſque ad ſua tempora, hoc eſt ad annum Chriſti milleſimum, & ſexageſimum ſextum.

Hermanus Contractus.

Hermanus Contractus Heluetius, de ſex ætatibus, vſq; ad ſuam ætatem, hoc eſt ad annum Domini milleſimum, & ſexageſimum ſeptimum.

Marianus Fuldenſis Scotus.

Marianus Fuldenſis Scotus, Chronicon ab orbe condito vſq; ad ſuam ætatem, hoc eſt ad annum Domini milleſimum, & octogeſimum octauum.

Zonaras.

Zonaras fuſam hiſtoriam vſque ad annum Chriſti milleſimum centeſimum vigeſimum ſeptimum, tres in partes diſtributā, primam Hebræorum; ſecundam Græcorum, tertiam Latinorum. D

At quę cautio in Zonara, ſicut & in alijs Græcę hiſtoriæ poſt Chriſtū natum Auctorib⁹, ſit adhibēda, diximus, vbi de Græcę Hiſtoriæ Scriptorib⁹ agitur hoc in Apparatu.

Honorius Auguſtodunēſis.

Honorius Auguſtodunenſis, Chronicon ab orbe condito vſque ad ſua tempora, hoc eſt ad annum milleſimum centeſimum, & vigeſimum.

Sigebertus Gallus.

Sigebertus Gallus, Chronicon ab anno Chriſti trecenteſimo octogeſimo primo, hoc eſt à fine hiſtoriæ Tripartitę, vſque ad annum milleſimum centeſimum decimum tertium, cum appendice incerti Auctoris vſq; ad annum milleſimum ducenteſimum decimumſextum.

Abbas Vrſpergenſis.

Abbas Vrſpergenſis, Chronicon ab orbe cōdito vſq; ad Fridericū Secundū Imperatorē, hoc eſt ad annū milleſimum ducenteſimum vigeſimum nonū. Sed à quo Chronico abſit appendix ab Hęreticis addita, & inſcripta, *Paralipomena*, quæ, vt alibi monuimus ſunt hęreſibus aſperſa, ac proinde proſcripta ab Eccleſia in Romano Indice. E

Vincentius Bellouacenſis.

Vincentius Belluacenſis hiſtoriam ab orbe condito vſq; ad annum Chriſti 1203.

Antoninus Archiepiſcopus.

Antoninus Archiepiſcopus Florentinus vniuerſam hiſtoriam fusè ab orbe cōdito vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum quartum, is verò his annis editus eſt emendatior Lugduni in Gallia. Vide Apparatum Sacrum.

M. Antonius Sabellicus.

Marcus Antonius Coccius Sabellicus Enneades vndecim hiſtoriç ab orbe cōdito, vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum nonageſimum.

Donatus.

A Donatus Boſſius Mediolanenſis hiſtoriam ab orbe condito vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum octogeſimum nonum.

Donatus Boſſius.

Ioannes Naucleres Chronica ab Orbe condito vſque ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum.

Philippus Bergomenſis hiſtoriã ab orbe condito vſque ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum tertium.

Ioannes Nauclerus.

Philippus Bergomenſis.

Strabo Cappadox libros 16. in quibus breuem omnium populorum hiſtoriã, cum Geographia coniunxit. De Strabone autem vide alia, quæ ſcripta ſunt ad finem Operis vbi de Geographia.

Strabo Cappadox.

Claruit ante Chriſtum anno 20.

Pomponius Mela Hiſpanus de ſitu orbis, vnà cum hiſtoria populorum.

Pomponius Mela.

Raphael Volaterranus libros triginta octo, quibus uniuerſam hiſtoriam cum Geo-

B graphia complexus eſt.

Aetate Chriſti 1500.

Raphael Volaterranus.

At & Gottofridus Viterbienſis olim à Cõrado Tertio, Friderico Primo, & Henrico Sexto, Impp. Sacris & Scrinijs præfectus, Pantheon (vt alibi monſtrauimus) ſiue Vniuerſitatis libros, qui Chronici appellantur, viginti conſcripſit, omnes omnium ſeculorum, & gentium tam ſacras, quàm profanas hiſtorias ſummatimq́ complectentes. Is liber Baſileæ fuit editus ann. 1559.

Gottofridus Viterbienſis.

Theſaurus verò Principum hac ætate in Europa viuentium à Michaele Eyzingero Auſtriaco ſcriptus prodijt Coloniæ Agrippinæ auctior 1591. cum Paralipomenis, anno 1592. vti poſtea planius dicemus,

Michael Eyzinger.

His addi poſſunt Hiſtorici rerum variarum, quales ſunt Athenæus, Aelianus, Tzetzes, Solinus, Valerius Maximus, Plinius, Suidas, & eiuſmodi alij.

Hiſtorici variarum rerũ.

C Edita eſt autem Symphonia iuris vtriuſque Chronologica, in qua, vt libri inſcriptio præfert, non modo omnium Pontificum, Imperatorum, Conſulum Romanorũ, Iuriſperitorum item tam veterum, quàm recentium nomina, ſucceſſiones, ætates, temporaque concurrentia ex diuerſis hinc inde in vnum corpus, & conſonantiam redacta, velut in tabula, ſpectanda proponuntur; Sed & quid ab vnoquoque, vel Pontifice, vel Imperatore in vtroque iure conſtitutum, ſancitumve ſit, quæ quoque tam Codicis, quàm Nouellarum conſtitutiones, quibus Conſulibus, quo anno, quo menſe, quove die menſis datæ, vel acceptæ ſint: quæ item ex reſponſis prudentum in ſingulas Pandectarum leges tranſlata, quæ ex iiſdem in Codice, Nouellis, & Inſtitutionibus citata, à Labitto recenſentur, obſeruata temporum, & annorum ſymphonia, præcipuis inſuper textuum concordantijs, & diſcordantijs, multiſque ſimilibus obſeruatio-

D nibus paſſim inſertis, noua ratione oſtenditur auctore Ioanne Vvolfgango Freimonio Bauaro. Ea verò, quæ Symphoniæ Chronologicæ extra ordinem accedunt, ſuccincta delineatio originis, & progreſſus tam Imperij, quàm iuris Romani à primis orbis conditi temporibus ad C. Iulium Cæſarem vſque (à quo Symphonia incipit) ex probatis deducta ſunt Auctoribus.

Symphonia vtriuſque iuris Chronologica quid contineat.

Labittus.

Ioan. Vvolfgangus Freimonius Bauarus.

Præterea, Synopſis omnium ætatum mundi vnà cum Hebræorum, Græcorum, Latinorumque veterum, pariter & recentium diuerſis ſupputationibus.

Ordo & ſucceſſio quattuor Monarchiarum, quibus accedit Regum Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum, & ex quibus Romanum promanauit Imperium Troianorum, & Latinorum nomenclatura.

E Index omnium ferè Hiſtoricorum, qui res geſtas totius orbis per ſingulas Monarchiarum tempora ordine deſcripſerunt.

Catalogus Exarchorum Italiæ, quive hos proximè ſubſequuti ſunt, Imperatorum Orientalium, à translato ad Germanos Imperio uſque ad Turcarum Principem Selymum, qui nouiſſimè deceſſit, & Amurathem filium reliquit ſuorum regnorum hæredem.

At ij qui ætatis noſtræ geſta uniuerſali pene hiſtoria complexi ſunt, non pauci reperiuntur. Qui tamen omnes non facilè ſunt admittendi. Sanè uerò extant

Pij Secundi Pont. Max. Commentarij rerum memorabilium, quæ temporibus ſuis contigerunt à Ioanne Gobellino iamdiu ſcripti, & à Franciſco Picolhomineo Archieſcopo Senenſi ex uetuſto exemplari recogniti, & Gregorio XIII. Pont. Max. dicati.

Pij Secundi Pont. Max. opera.

Eiuſdem item Pij, dum Cardinalis eſſet, reſponſio ad Martinum Mayer pro defen- A
ſione Sanctæ Romanæ Eccleſiæ, Romę ex typographia Dominici Baſæ 1584. adie-
ctis Epiſtolis, & alijs quibuſdam, quæ eorundem Commentariorum intelligentiæ
commodant.

Extat idem liber manuſcriptus ſub nomine Commentariorum Pij Secundi, qui ſunt ijdem, quos poſtea edidit Ioannes Gobellinus (quippe qui eorum auctor fuerit) Romę tandem, vt diximus, editi.

Iudicium de operibus Pij Secundi à Io. Ant. Campano latum.

Ante manuſcriptos autem, quos ego vidi Senis, tum apud Archiepiſcopum Senenſem, tum apud Hippolytum Auguſtinum, iudicium præfixum eſt Ioannis Antonij Campani Epiſcopi Aprutini, quod ille tulit de operibus Pij Secundi Pont. Max. ſcribens Iacobo Cardinali Papienſi. Commendat autem Pium Secundum ab eloquentia, à rebus geſtis, à legationibus, & à dignitatibus, quas obtinuit, ſummis, aut à pe- B
regrinationibus ingentibus, vt etiam quidam alluſiſſe nomini eius rectè videantur, qui pro Pio πᾶν δρηςήριον εἰς τὰ πάντα, dicentes inuenerint, tanquam ad omnia totum, nullius rei mancum, cuncta vnum perficientem, quæ multi ne conari quidem potuiſſent. In manuſcriptis autem iſtis Commentarijs plura inueniuntur, quàm in ijs, qui editi ſunt Romæ: fortaſſe quòd exiſtimatum ſit aliqua eſſe reticenda, quæ minus erant temporibus illis commoda.

Paulus Iouius.

Paulus deinceps Iouius hiſtoriam omnium penè populorum ſui temporis eſt amplexus ab anno Chriſti milleſimo quadringēteſimo nonageſimoquarto, vſq; ad milleſimum quingenteſimum quadrageſimum.

Italicè verò noſtrorum temporum hiſtoriam penè vniuerſam ſcripſere Ioannes Tarcagnota, ac ſi qui alij fuere, qui tum ex ipſis, tum ex alijs catenam, & ſeriem ge- C
ſtorum confecerunt. Nam & poſtea Ioannes Boterus breues Prouinciarum penè omnium, ſeu Nationum, quas ille Italicè nominauit Relationes, emiſit in lucem, huic toti negotio commodas, quæ deinde prodierunt auctiores addita tertia parte ab hæredibus Petrini Bibliopolæ Vicentiæ anno 1595. Italicè, & Taurini anno 1600. ſed & Latinas è Germania deinceps accepimus.

Cæſar item Campana ſecundum Tomum Hiſtoriæ Mundi edidit ab anno 1580. ad 1596.

At alii, qui Chronica, vel vniuerſalem hiſtoriam ſcripſere, ſubinde notantur in hoc Opere, præſertim autem poſt cap. 15. quintæ ſectionis.

Quin & Ioan. Nicolaus Dolionus anno 1594. è Typographia Damiani Zenarii
edidit Compendium Hiſtoricum Vniuerſale à Mundi creatione vſque ad annum eun- D
dem 1594. Venetiis.

Dignitates Occidentalis, & Orientalis Imperij, quales fuerint, prænoſcendas eis, qui vniuerſalem primo, ac deinde particularem hiſtoriam ſuperiorum ſeculorum fructuosè legere velint. Eas vero etiam à Vido Pancirola Viro Iuriſperitiſſimo in lucem, fuiſſe nouiſſimè emiſſas. Cap XII.

VIdus Pancirola in Patauino Gymnaſio Interpres Legum primarius, cum Ca-
roli Emanuelis Sabaudiæ Ducis hortatu Notitiam, veramque dignitatum
cum Orientis, tum Occidentis vltra Arcadii, Honorijque tempora expli-
candam ſuſcepiſſet, egregium edidit Commentarium, in quo ciuiles, & militares Ma- E
giſtratus, ac Palatinas, dignitates, earumque inſignia cum officiis exponens multorū Iurium ſenſus, atque aliorum Auctorū loca illuſtrauit. Adiecit librum de municipalibus Magiſtratibus. Vniuerſus igitur hic labor hiſtoriæ antiquæ intelligendæ maximè commodabit, præſertim, quem ſecunda editione emendatiorem & auctiorem ſumus aſſecuti ex officina Altobelli Salicati per filios Frācīſci Franciſcii Senēſis, qui illū emiſerat nequaquam integrum, ac minus emēdatum. Ceterum, quod è re futurum erat, Operi huic ſuo præpoſuit Vidus Commentariolū Andreæ Alciati de Magiſtratibus, ciuilibusq; & militaribus officiis, quem olim Io. Peloardæ Senatori, & Conſeruatori Biturigenſium inſcripſit. Addidit deſcriptionem Vrbis Romæ, mox Conſtan-

A tinopolitanæ ex innominatis Auctoribus; quę quidem ad eandem vtriuſque Imperij notitiam fert aliquid opis. Quibus omnibus idem Vidus adiecit Interpretationem quattuordecim regionum urbis Romę, ac totidem Conſtantinopolis. Atqui dignitates Orientalis Imperij Romani cùm ita primo libro præfixiſſet, ut unico aſpectu (ex notitia nempe illa nobis per manus, Conſtitutionesq; tradita) conſtaret; eam prælecturis Orientis hiſtoriam Romanam, quę tempora illa complexa eſt, perutilem quiuis agnoſcet; quam ideo huc, & methodi, & compendij cauſſa voluimus adtexere, ſicuti & ſequentem, quę ſpectat ad eiuſdem Romani Occidentalis Imperij dignitates.

B

- Dignitates Orientalis Imperii Romani.
  - Illuſtres.
    - Præfectus Prætorio Orientis ſub quo Prouinciæ L.
    - Præfectus Prætorio Illyrici, ſub quo Prouinciæ X.
    - Præfectus Vrbis Conſtantinopolis.
    - Magiſtri militum V.
      - Pręſentales. II.
      - Per Orientem.
      - Per Thracias.
      - Per Illyricum.
    - Præpoſitus ſacri cubiculi
    - Magiſter officiorum.
    - Quæſtor.
    - Comes largitionum.
    - Comes rerum priuatarum.
    - Comes domeſticorum equitum.
    - Comes domeſticorum peditum.
  - C Spectabiles.
    - Primicerius cubiculi.
    - Caſtrenſis peculij.
    - Primicerius Notariorum.
    - Magiſtri Scriniorum IIII.
      - Memoriæ.
      - Epiſtolarum.
      - Libellorum.
      - Epiſtolarum Gręcarum.
    - Proconſules. II.
      - Aſiæ.
      - Achaiæ.
    - Comes Orientis.
    - Præfectus Auguſtalis.
    - Vicarij V.
      - Aſianæ.
      - Ponticæ.
      - Thraciæ.
      - Macedoniæ.
      - Daciæ.
    - Comites rei militaris. II.
      - Ægypti.
      - Iſauriæ.
    - D Duces XIII.
      - Per Aegyptum.
        - Libiæ.
        - Thebaidis.
      - Per Orientem VI.
        - Phœnices.
        - Euphrateoſis, & Syrię.
        - Palæſtinæ.
        - Oſyboenæ.
        - Meſopotamiæ.
        - Arabiæ.
      - Per Ponticam.
        - Armeniæ.
      - Per Thracias. II.
        - Meſiæ ſecundę.
        - Scythiæ.
      - Per Illyricum. II.
        - Daciæ Ripenſis.
        - Meſiæ primę.
  - E Clariſſimi. Conſulares. XV.
    - Per Orientem V.
      - Palæſtinæ.
      - Phęnices.
      - Syriæ.
      - Cilicię.
      - Cypri.
    - Per Aſianam. III.
      - Pamphiliæ.
      - Helleſponti.
      - Lydiæ.
    - Per Ponticam. II.
      - Galatiæ.
      - Bytiniæ.
    - Per Thracias. II.
      - Europæ.
      - Thraciæ.
    - Per Illyricum. III.
      - Cretę.
      - Macedoniæ.
      - Daciæ Mediterraneę.
  - Clariſſimi. Correctores. II.
    - Auguſtanicę.
    - Paphlagoniæ.

Pręſides. XLII. A

- Per Aegyptum. V.
  - 1. Libiæ ſuperioris. 2. Libiæ inferioris. 3. Thebaidos. 4. Agypti. 5. Arcadiæ.
- Per Orientem. VIII.
  - 1. Palæſtinę Salutaris. 2. Palęſtinæ ſecundę. 3. Phoenices Libani. 4. Euphratenſis. 5. Syriæ ſalutaris. 6. Oſybœnæ. 7. Meſopotamiæ. 8. Ciliciæ ſecundæ.
- Per Aſianam. VII.
  - 1. Piſidię. 2. Lycaonię. 3. Phrygiæ Pacatinæ. 4. Phrygiæ ſalutaris. 5. Liciæ. 6. Cariæ. 7. Inſularum.
- Per Ponticam. VIII.
  - 1. Honoriados. 2. Cappadociæ primę. 3. Cappadociæ ſecundæ. 4. Hellenopontis. 5. Ponti Polemoniaci. 6. Armeniæ primę. 7. Armeniæ ſecundæ. 8. Galatiæ ſalutaris.
- Per Thracias. IIII.
  - 1. Hęmi Montis. 2. Rhodopes. 3. Meſiæ ſecundæ. 4. Scithiæ. B
- Per Illyricum. VIII.
  - Theſſaliæ.
  - Epiri Veteris.
  - Epiri nouæ.
  - Daciæ Ripenſis.
  - Meſiæ primæ.
  - Præualitanæ.
  - Dardaniæ.
  - Macedoniæ ſalutaris.

Perfectiſſimi.

- Præſes Arabiæ.
- Præſes Iſauriæ.

Dignitates Imperij Occidentalis.

Illuſtres.

- Pręfectus Pretorio Italiæ ſub quo Prouinciæ XXIX.
- Præfectus Prætorio Galliarum, ſub quo Prouinciæ XXIX.
- Præfectus Vrbis Romę. C
- Magiſter equitum.
- Magiſter peditum.
- Præpoſitus cubiculi.
- Magiſter officiorum.
- Quęſtor palatij.
- Comes largitionum.
- Comes priuatorum.
- Comes domeſticorum equitum.
- Comes domeſticorum peditum.

Spectabiles.

- Primicerius cubiculi.
- Caſtrenſis peculii.
- Primicerius Notatiorum.
- Magiſtri Scriniorum. III.
  - Memoriæ.
  - Epiſtolarum.
  - Libellorum. D
- Proconſul Africę.
- Vicarij VI.
- Comites rei militaris VI.
- Duces rei militaris XII.

Clariſſimi.

- Conſulares Prouinciarum XXII.
- Correctores Prouinciarum III.
- Præſides Prouinciarum XXXI.

Perfectiſſimus.

- Pręſes Dalmatię.

QVæ verò, & quales Prouinciæ, dignitates, inſignia, fuerint, abundè idem ipſe Vidus poſt alios eodem ſecundo ſui Commentarij libro diſſeruit, futura & hiſtoricis, & Iuriſperitis non minus iucunda, quam vtilia. Quamquam ſi ea omnia collapſa, inuerſa, & euerſa conſideremus, nihil eſt quod ad viciſſitudines Regnorum, & ad faſtum inanem Mundi contemplandum animum poſſit à rerum humanarum æſtimatione magis abducere. E

Quo animo præſertim à militibus, & viris alijs nobilibus ad legendas hiſtorias ſit accedendum. Cap. XIII.

AT quoniam plerunque milites, & nobiles viri hiſtorias libentius, quam ceteri legunt, iccirco meminerit quicunq; & eas legere vtiliter, ac militiæ adſcribi voluerit, in qua ferrum tractatur, militiæ ſeſe alteri fuiſſe iampridem adſcriptum, in qua lucidius armorum genus alterum ſplendet, & hoſtes fortiores, quã qui ſub aſpectum cadunt, ſunt debellandi: proinde ſciat, & legendo, ac præſertim agẽdo,

A do, præſtandam ſibi eſſe interioris militiæ fidem, finemq; illius acerrimè retinendũ, ſi iſtius externæ diſciplinam conſequi velit. Hoc igitur, vt rectiſſimè quiſque faciat, expiet primo animum Sacramentis, ſicuti & Baptiſmo fecit, tum cum Chriſtianæ militiæ nomen dedit. Neque verò ſemel hoc faciat, ſed vt ad vires ſeruandas cibũ corpori præbet identidem, ſic ad lucem, roburque mentis diuina illa eſca ſeſe paſcat, qua tanquam indice diſcernat quid probum, improbumve ſit. Legendo autẽ nil odio habeat eorum, quæ Deus fecit; propenſiones ſeu pronitates ableget, ne affectu aliquo, aut colore infectus oculus caliget, atque viridi uireſcere, rubro rubeſieri cuncta arbitretur; In omnibus uerò id, vnde maximè diuini nominis gloria eluceat, attentè conſideret, atque vnde ſeipſum agnoſcens ad perfectionem tendat in omnibus. Cum enim ſtudiorum, ac reliquarum actionum voluntas ſit domina, & directrix, hæc, quo plus ſe-
B ſe ad ſui exemplaris voluntatem componet, eo magis dirigetur ab illo, cui ſe tradiderit inſtituendam. Sic enim Moyſes (obſeruat Theodoretus) non prius tantæ hominum multitudinis Dux eſt creatus à Deo, quam dexteram illam, quæ mare diuiſura, totque res admirandas editura eſſet, inſertam in ſinum ſuum leproſam animaduertit; nimirum ut homines in meditatione, tanquam ſinu, intelligant, quid ipſi per ſe ſint; quid munere ac beneficio Dei; atque illud factis experiantur, quod ſcriptum eſt: *Dextera Domini fecit virtutem.* Moyſes quonam modo à Deo Dux ſuæ gentis eſt creatus. Exo 4. Pſal. 117.

Ceterum, princeps, nobilis, ac quilibet alius, bonos verſabunt Hiſtoricos, ut cum, quod ad ſeſe perficiendos attinet, inde ſumpſerint, reliqua Dei gloriæ cõmendandæ, deteſtandis peccatis, fugiendiſque uitijs, tanquam normam adhibeant, & maximam ſeſe victoriam reportaturos de hoſtibus, intelligant, ſi ſe ipſos à vitijs immunes cuſto-
C dierint. Neque uerò ideo legant hiſtorias, ut gentem ſuam iactabundè alijs præferant, animove plus uni, quam alteri nationi adhæreant, aut inde obloquendi de aliis captent occaſionem. Quanquam enim in bello iuſto ab ijs, qui militiæ adſcripti ſunt, pugnare, atque iccirco affici liceat erga illum, cui cauſa iuſta adiudicata eſt, non tollitur tamen id, quod Chriſtus tam ſerio mandauit *Diligite*, inquiens, *inuicem, ſicut dilexi vos*. Alioquin peſſima nobis eſſet hiſtoria, quæ charitatem, *quæ finis eſt legis*, & Euangelium tolleret, ſicut & Euangelium eſſet mutilum, ſi diſciplina militaris ſuis exculta legibus abijceretur, cum Apoſtolus dicat, *gladium non ſine cauſa ſtringi ad vindictam malorum, laudem verò bonorum*. Io.13. & 15. Matth.22. Rom.13.

Neque uerò abiiciẽt animum in legendo, non inchoatas relinquent hiſtorias, non modo hanc, modo illam curioſius arripient, ſed integras obſeruent, ut & in reliquis re-
D bus ad exitum adducendis, viros ſeſe præſtare cordatos, & ſtrenuos aſſueſcant.

Porrò ætas hiſtoriæ ſtudiis idonea ſemper eſt; tenerior quidem ad mandanda memorię, quę audit, prouectior autem ad percipienda, aut efficienda, quę percipit. Aetas hiſtoriæ idonea.

Preterea cùm non eorundem, qui militię ſeruiunt ſint eadem officia, artes, munera, ideo ſuus cuique ſtatus agnoſcendus eſt, ad quem proprię diſciplinę, & lectionis hiſtoricę ratio referatur. Neque enim Sacerdoti, qui ſequitur caſtra, verſandi ſunt libri, qui de ratione arces expugnandi, ſtratagemata moliendi, copias in aciem educendi, equitandi, curſum in mari tenendi, ad ſcopum collineandi, & iaculandi, lanceas ad congreſſum aptandi, ac de aliis huiuſmodi agunt; ſed ii, quibus vitę Chriſtianę inſtitutio, ac conſcientię militum uincula, & ſolutio, exemplaque ad omnem uirtutem, & cohortationes ad pietatem, hereſumque, atque Ethnicorum perfidię expugnatio, ſa-
E cramentorum denique adminiſtratio traditur. Quorum omnium methodus, monſtrata eſt quinto ſelectę huius Bibliothecę libro. Sacerdotis munus in caſtris.

At & cùm maritima alii, terreſtria reliqui bella tractent, ita ſe uir militaris initio comparet, ut ne fruſtra in his tẽpus terat, quod legendis aliis fuerit uilius inſumendũ. Quę quidem fuit cauſſa, ut quo ordine quaſcunque hiſtorias, pręcipuè uero Romanam, & Gręcam ex uariis hiſtoriis utiliſſimè poſſet quilibet legere, ſuis locis infra indicaremus.

Hoc igitur animo qui ad legendas hiſtorias acceſſerit, aliis deinceps, quę ſequuntur, cautionibus & legibus præmuniendus eſt.

Prima, ut nihil inde concipiat, ex quo tepeſcat in Chriſtiana pietate, ac Religione

Catholica

Catholica Romana, vel alienior fiat à reuerenti erga Catholicos Principes obſequio, A
vel quicquam remittat de diligentia, & fortitudine rei, quæ iuſtè, ac maturè à princi-
pibus legitimis deliberata, promouenda ſit. Itaque ſicubi ab Hiſtoricis auctoritas, bo
numve nomen Pontificum, Cæſarum, Regum, & aliorum Principum, ac Rerumpubli
catum carpitur, aut etiam non omninò iniuſtè reprehenditur, nihil præiudicet; omnia
verò vt non illico reſpuenda, ſic neque facillimè credenda eſſe arbitretur, memor il-
Eccl. 19. lius Diuini verbi. *Qui cito credit, leuis eſt corde.* Fieri enim poteſt, vt hiſtoricus, haud æ-
que alterius, atque principis geſta, cauſas, periſtaſes (hoc eſt circunſtantias) ſit affec-
tus: aut ſi eas nouerit, expedire tamen non exiſtimauerit, vt quæ eſſent recentiſſima
(dum ij, de quibus agebatur, erant ſuperſtites) omnia prodirent in vulgus; vnde vide
licet erumperent diſſidiorum ſemina, vel populi irritarentur aduerſus principes, aut
compoſita aliqua pax turbaretur. Mitto ſpem præmiorum, aſſentationem, odium, B
ceteras animi perturbationes, & alia, quæ forſan vel promiſſa, vel collata nonnullis
fuerant, ut non ita religioni ſibi ducerent, ſi quid ſilentio inuoluerent, vel obſcurarent,
vel exaggerarent, vel denique falſarent. Et ipſa quoque rerum ſuſceptarum conſilia,
variæque rationes, quæ non ſtatim omnibus liquent, plurimæ eſſe poſſunt; puta finiũ,
perſonarum, temporum, vt qui in hiſtorijs reprehenduntur, non modo non affines cul
pæ, ſed maxima potius laude afficiendi ſint. Itaque, & ſuſcepti conſilij rerumque ge-
ſtarum exitus tranquillo oculo ſpectandus eſt. Etſi enim prudentiam inde, fortitudi-
nemque viri alicuius, æquitatemve, ſiue iniquitatem cauſæ haud ſemper rectè colli-
ges, (quoniam & hęc omnia poſsunt alienis peccatis impediri, quæ pluribus haud in-
notuerint) tantam nihilominus id lucem affert, vt planum fiat, Deum ipſum (licet ij-
dem viri principes cuncta fortè non perſpexere) eorum cordibus illapſum obfirmaſſe C
in his deliberationib. illorum animos, quæ Hiſtoricis, & reliquo orbi Chriſtiano, lon-
giſſimè à iuſto videbantur abfuiſſe.

Cautiones aliæ vniuerſales in legendis hiſtorijs. Cap. XIIII.

AT & aliis cautionibus præmuniendus eſt animus, vbi propius ad legendas hi-
ſtorias acceſserit: nimirum, ut intelligat, ſi Græci cum Latinis Hiſtoricis con
ferantur, hoſce Græcis veraciores, ac proinde maioris fuiſse auctoritatis; ſed
nec Latinos tamen ſemper eſſe veraces. Primum, quòd Romanarum rerum hiſtoriam
Cicero de cla- landationibus factam fuiſse mendoſiorem Cicero ipſe fatetur. Deinde, quòd haud
ris Oratorib. ſemper viguere ingenia, quæ priſcis illis temporibus memoriam geſtarum rerum po- D
Commentarij tempore Romana Reipu. quænam dicti ſunt Pontificij. ſteritati rectè mandarent: ac cum Commentarii, qui ab iis dicti ſunt Pontificii, publi-
caq; & priuata olim extitiſsent monimenta, hæc, Vrbe incenſa, perierunt. Quam ob
rem Liuius non ſolum reuocat in dubium, quæ ab Vrbe condita ad eandem à Gallis ca
Liuius lib. 6. ptam, & inde ad nonageſimam octauam Olympiadem, quinque conſcripſerat libris,
Lib. 8. 9 et 10. verum etiam teſtatur, *nullos ſibi plerumque fuiſſe annales certos, atque probatos, ne linteos*
Lintei libri quinã apud Romanos. *quidem, qui nihil ferè præter Conſulum, aut Magiſtratuum nomina continebant; quos, ſi qui*
citaſſent, aiebat, eſſe negligendos, quales M. Licinius, & Thurbo, alter aduerſus alterum affere-
M. Licinius. Thurbo. *bant.* Atqui & Flauius Vopiſcus, Salluſtium, Liuium, Tacitum, Trogum, in aliquo ait
Salluſtius. Liuius. eſse mentitos. Et conciones quidem, quib. varios Liuius facit loquentes, ſcimus ex in
Tacitus in aliquo mentito. genio potius ipſius, quam ex ipſa ueritate prodiiſse; ac quæ in Ciceronis laudem re-
dundare potuiſsent, à Salluſtio pleraque fuiſse ſuppreſſa. Sed, ut hæc vera ſint, haud E
Trogus. propterea ſunt abiiciendi, quoniam eloquentia, notitia rerum, atque prudentia pluri
mum in eo genere ſcribendi ualuere, ac bene utentibus poſsunt eſse non inutiles; quẽ-
admodum Caius Cæſar, Valerius Maximus, Tranquillus, Tacitus, Marcellinus, Eutro
pius, Cornelius Nepos, Q. Curtius, & alii.

At, ut omnes, quoniã Ethnici fuerunt, uera Religione caruerunt, falſosque Deos,
Plinius lib. 2. cap. 7. quos ne ipſi quidem credebant, ſed (ut inquit Plinius, demonſtrant autem rectius
Quid cauendum in Ethnicis hiſtoricis. Iuſtinus Martyr, Tertullianus, Sanctus Auguſtinus, & alii) laborioſa mortalitas,
& mortalium illorum cæcitas ſibi confinxerunt; cauendum eſt, ne quid animis,
aut tenerioribus; aut inquinatis inde maculæ aſpergatur. Nam & vidimus

ipſi

A ipſi in Chriſtianorum caſtris, non minimam augurijs, ſortibus, & dæmonum reſponſis haberi fidem. Sed ecquid fæcis non exhaurit inaniſſimæ gloriæ ſitis, ſpeſque, & metus humanus? Proinde, quæ de his ſcripta ſunt ab hiſtoricis eorum ſeculorum, vti & dæmonum oracula (quæ ſuo tempore iam euanuiſſe, ac vim amiſiſſe fatetur Plutarchus homo licet Gentilis, & Græcus) reſpuenda ſunt, priuſquam ad ethnicas hiſtorias legendas, quiſquam venerit. Quæ ſanctiſſima prolegomena, ſi ij, qui hiſtoricos alijs legendos offerunt, aut etiam in ſcholis interpretantur, initio adhibuerint, Chriſtianum, ac perneceſſarium præſtabunt officium. Quod ſanè vt fiat, meminerint (quod ad auguria pertinet) Gentilium quoque ipſorum Duces ea ſpreuiſſe. Epaminōdas.n. cùm duo contraria auguria, quo tempore caſtra moturus erat, apparuiſſent: quorum altero victoria, altero clades portendebatur, anxios inde milites conſpicatus, ac ſciens
B iſtiuſmodi res eſſe vaniſſimas, animos addidit milit. cum dixerit, moneri altero exercitum, ſi fortiter hoſtem aggreſſus eſset, victoriam promitti, altero autem internecionem, niſi ordinem in acie tenuiſsent, vel Ducibus non obtemperaſsent. Ac in miraculis quidem, quæ Ethnici Dijs, aut Imperatorib. ſuis aſcripſerunt, aſtum Satanæ facilè agnoſcet, quicunq; libri decimi de ciuitate Dei ſextumdecimum caput D. Auguſt. perleget. Sciebat enim Satanas de Chriſto Domino multa eiuſmodi fuiſse prædicta à Prophetis, quæ ſi ſimilib. ſed fictis miraculis obſcuraſset, diuinum ad ſe ſpectabat cultum detorquere, qualia colligi poterant ex tabellulis, alijſve donariis, quæ in templis Aeſculapij, & Iſidis cæca fingebat antiquitas, quæve adhuc in tabella marmorea extant, quam in Inſula Tiberina inuentam, ſeruari Romæ ab Maphæis Romanis patricijs ſcripſit ſuo de Gymnaſtica libro Hieronymus Mercurialis. Eò ſpectant, quæ non
C ſolum Tacitus Veſpaſiano tribuit, quòd lumen cæco, greſsum claudo reſtituerit ac, quæ Cicero de Augure, qui nouacula cotem abſcidit, & Valerius Maximus de Virgine Veſtali hauriente aquam cribro, deque ſtatuis, & brutis loquentibus, verum etiam quæcumque, Hæreticis, Iudæis, Mahometi, magicæ malæ arti, ac futuro Antichriſto de genere hoc tribuebantur. Quæ omnia, cum poſt veteres Patres, atque Theologos, Iacobus Pamelius in notis ad Tertulliani Apologeticum capite 22. & 23. ac Robertus Card. Bellarminus noſter tomi primi libri quarti capite quartodecimo Diſputationū ſuarum, & deinceps Benedictus Pererius egregio de Magia libello optimè refellant, non eſt, cur ipſe, hic aliud addam.

Iam verò cùm antiquiſſimè Tertullianus oracula, miraculaque dæmonum refutaret, ac dixiſset, eorum operationem eſse hominis euerſionem, malitiamque ſpiritalē
D à primordio fuiſse auſpicatam hominis exitium, moxq; addidiſset, vnde illis, hæc facilis facultas ſuppeditetur, rationes aptiſſimè affert, quibus ea conatur explicare, quaſque nos meritò hic inſeruimus ad auertendos ab omni errore eorum animos, qui ethnicos, aut alios hiſtoricos incautè legerent. *Vtuntur enim* (ait) *præſtigijs quibuſdam, quæ, ſi natura eorum cognoſcatur, faciliima illis eſſe putabimus. Omnis ſpiritus ales eſt, hoc eſt Angeli, & dæmones; igitur momento vbique ſunt. Totus orbis illis locus vnus eſt, quid vbique feratur, tam facilè ſciunt, quàm enunciant: Velocitas diuinitas creditur, quia ſubſtantia ignoratur. Sic & auctores interdum videri volunt eorum, quæ annunciant; & ſunt planè malorum nonnunquam, bonorum tamen nunquam. Diſpoſitiones etiam Dei, & nūc Prophetis concionantibus excerpunt, & nunc lectionibus reſonantibus carpunt. Ita & hinc ſumentes quaſdam temporum ſortes, æmulantur Diuinitatem, dum furantur Diuinationem. In ora-*
E *culis autem, quo ingenio ambiguitates temperent in euentus, ſciunt Crœſi, ſciunt Pyrrhi. Ceterum, teſtudinem decoqui cum carnibus pecudis, Pythius eo modo renuntiauit, quo ſupra diximus momento apud Lydiam fuerat. Habent de incolatu aeris, & de vicinia ſyderum, & de commercio nubium celeſtes ſapere paraturas, vt & pluuias, quas iam ſentiunt, repromittant. Benefici planè, & circa curas valetudinum. Lædunt enim primo, dehinc remedia præcipiunt ad miraculum, noua, ſiue contraria; poſt quæ deſinunt lædere: & curaſſe creduntur. Quid ergo de ceteris ingenijs, vel etiam viribus fallaciæ ſpiritalis ediſſeram? Phantaſmata Caſtorum, & aquam cribro geſtatam, & nauem cingulo promotam, & barbam tactu irrufatam, vt numina lapides crederentur, & verus Deus non quæreretur. Porrò ſi & Magi phantaſmata edunt, & iam defunctorum inclamant animas; ſi pueros in eloquium oraculi eliciunt, ſi multa mira-*

Plutarch. lib. quod oracula ceſſarunt.
Prolegomena legendis hiſtoricis neceſſaria.
Auguria èt ab Ethnicis Ducibus ſpreta.
Epaminonda aſtus in occaſione captanda à duob. contrarijs augurijs ad accendendos militum animos ad pugnam.
Miracula falſa Deorum, vel Ethnicis quibuſdā imperatorib. aſcripta, cur à Satana inuenta.
Hier. Mercurialis lib. de Gymnaſtica.
Cornel. Tacitus lib. 4. prope finem.
M. Tul. lib. 1. de diuin. paulo poſt princ.
Lib. 4. Valer. Max.
Vide Tertul. Apologet. ca. 22. & 23.
Velocitas dæmonum creditur Diuinitas, quia ſubſtantia ignoratur.
Vide Auguſt. capit. 3. 4. 5. & 6. de diuinatione dæmonū, & lib. 2. ſup. Geneſ. ad literam c. 17. & Lactā. Firmian. lib. 2. c. 15.
Phātaſmata Caſtorum.
Aqua cribro geſtata.
Nauis cingulo promota.
Barba tactu irrufata.
Magi phātaſmata edunt.
Circulatoria præſtigia.

cula

Seminiorũ Capra, et immiſſio menſa per Dæmones donant.

cula circulatorijs præſtigijs ludunt, ſi & ſomnia immittunt habentes ſemel innitatorum Angelorum, & dæmonum aſſiſtentem ſibi poteſtatem, per quos & capra, & menſa diuinare conſueuerunt; quanto magis illa poteſtas de ſuo arbitrio, & pro ſuo negotio ſtudeat, totis viribus operari; quod alienæ præſtat negotiationi? Hęc Tertullianus. A

Cautio in ijs, quæ de fato locuti ſunt hiſtorici. Cur Turcarũ præfecti fato tribuant meletum interitus, ac uocat. Euſebius aduerſus eos qui fatum aſtruuerunt.

Idem autem vbi de fato locuti ſunt hiſtorici, dicendum eſt. Nam inde, vel hoc tempore plerique hauſere venenum, vt quo ſibi mortis metum in pugnando adimerent, neceſsario fato putarent fieri, quicquid accideret. Quæ opinio utinam ne ſolos imbuiſset Turcarum animos, licet arte id Ducibus eorum fiat, vt omni ſeſe periculo milites exponãt intrepidè. Et Satanas quidem per Ethnicos, & eos, qui in cęno peccatorum demerſi in Deum ipſum, ſiue in fatalem neceſſitatem culpã ſuorum ſcelerum conijcere conabantur, ac ſæpiſſimè errorẽ hunc peſtilentem humanis mentibus iniecit, B quem tamen cum antiqui Patres exploſerint, atque adeò à Philoſophis magis ſobrijs exploſum oſtenderint, prælegenda eſsent, quæ Euſebius quinto capite ſexti libri de Præparatione Euangelica, & ſequentibus capitibus ſcripſit; cum interim adoleſcenti Principi, ſiue alteri cuilibet, antequam inferat pedem in hiſtoriæ lectionem, conſultiſſimum futurum ſit, vt nonnulla ex oratione Conſtantini Imperatoris ad Sãctorum cœtum inſcripta, & ad operum Euſebij calcem adiuncta, delibet; qualia hęc ſunt.

Adoleſcenti Principi, priuſquam ſedeat legenda hiſtoria quid ex Conſtantini Imper. oratione ad Sanctorũ cœtum proponendũ ſit, cap. 6.

Verum (inquit) plerique homines, qui ſunt paulo imprudentiores, huius rerum vniuerſarum ornatus cauſam, naturam aſſerunt; nonnulli illorum Fatum, aut caſum fortuitum. Qui autem iſtarum rerum poteſtatem Fato attribuunt, hi, quando fatum nominant, quid ſibi velit, ne intelligunt quidem, at nomen proferunt, cùm nullam illius actionem, neque naturam, quæ illi voci ſubiecta ſit, oſtendant. Quodnam erit ipſum fatum per ſe, ſi natura omnia procreet? aut quid putetur eſſe natura, ſi fati lex infringi, & violari nequeat? Quinetiam legem quandam eſſe fatalem affirmare perſpicuè indicat, omnem illam legem opus eſſe illius, qui eam promulgauit; Quod ſi fatum, cum lex ſit, Dei inuentum ſit; omnia profectò Deo ſubiecta ſunt; & eius virtutis nihil eſt expers; & fatum ex Deo eſſe, & idem eius voluntatem ecfert, approbamus, verum quomodo Iuſtitia, Temperantia, & reliqua virtutes cum fato cohærere poſſunt? Vnde ea, quæ ſunt his contraria, Iniuſtitia, Intemperantiave? Quòd ſi prauitas ex libera voluntate non ex fato naſcitur, virtus quoque & recta vita, morumq́; inſtitutio. Peccata autem; rectève facta, quæ ſunt bona, rectaq́; voluntatis propria, cum aliter aliquando oueniant, num fortuna, aut fato aſcribenda ſunt? Omnia etiam quæ ex æquitate, & ex virtute, quæ quidque pro dignitate cuique tribuit, fiunt, quomodo fato fieri dixerimus? leges item, cohortationes ad virtutem, à vitijs auocationes, laus item, & vituperatio, ſupplicia, omnia denique, quæ ad virtutis ſtudium pelliciant, auertantq́; à prauitate, quid eſt, cur fortuna, & caſus temeritate, non norma iuſtitia, quæ eſt Dei omnia Prouidentia ſua gubernantis, conſtare dicantur? Nam propter variam hominum vitæ rationem, quod quiſque meretur, illud cuique accidit, interdum peſtis, & ſeditio, modò annona caritas, modò abundantia ſequitur, quæ quidem palàm, & apertè voce propè emiſſa, indicant quid ſit, quamobrem ipſa, aliaq́; eius generis vita noſtræ importentur. Ipſa enim Dei eſſentia, recta hominum lætatur voluntate, impietatem omnium deteſtatur, moderationem animi amplectitur, audaciam, & inſolentiã pluſquam belluinam edit. Quarum rerum demonſtrationes, licet perſpicuæ in primis exiſtant, & ante oculos cuiuſque poſita, tamen quoties cogitationes noſtras intrà ſe conuocamus, & mentis acie velut in anguſtum adducta, cauſam earum nobiſcum cõquirimus, toties multo clarius, & euidentius elucent. Quare vitam modeſtè, & placide inſtituere oportet, nec animam ſupra id quod natura patitur efferre; ſed illud cogitatione ſedulò complecti, factorum noſtrorum nobis ſemper adeſſe animaduerſorem Deum. Hęc Conſtantinus Imp. C D E

Illud cuique accidit, quod quiſque meretur. Eſſentia Dei, recta lætatur hominum voluntate. Deus ſemper animaduerſor factorum noſtrorum.

Vide S. Th. in 1 p. q. 13. a. 13. & interpretes in eum.

Porrò quæ nos ſcripſimus aduerſus Aſtrologiam ſyderalem, quam vocant iudiciariam, huc quadantenus faciunt: faciunt item, quę Theologi de fato circumſpectiſſimè, ac ſapienter locuti ſunt.

SECTIO

A

SECTIO SECVNDA,

Qua agitur de Hiſtoricis, qui Græcè, vel de Græcis, ſiue item de alijs Gentibus ſcripſerunt.

Ad Græcos Hiſtoricos legendos, cautio. *Caput Primum.*

QVi Græcè ſcripſerunt hiſtoriam Ethnici, vel Chriſtiani, hi humanam, aut Eccleſiaſticam, vel vtranque ſimul complexi ſunt; in quibus id, quod de
B Chaldæis, Aegyptijs, atq; alijs ſuo loco ſcribimus, cauendum eſt; fugiendi nimirum, qui nomen Chriſtianum præferentes, ſuis hęreſes libris inſperſerunt; ſed & parum, vel nihil curandi, qui fabulas pro hiſtorijs attulere, vel interdum inquinare magis, quam purgare, atque illuſtrare legentium animos ſolent.

Iam verò vt hęc cautio ſit circumſpectior, præſtat ſummatim huc afferre, quæ poſtea fere ſingillatim, ac plenius attingentur, vbi ipſa Græcorum hiſtoricorum Opera perpendemus.

Neque enim iccirco abijciendæ ſtatim Græcæ ſunt hiſtoriæ, quòd Scipio apud Liuium lib. 18. Cicero non vno in loco in Orat. pro Flacco, primo de Legibus, & ad Q. Fratrem, Iuuenalis Satyr. 10. Quintilianus lib. 10. cap. 1. & lib. 2. cap. 4. Plutarchus in Solone, Pauſanias in Corinthiacis, & alij ſcripſerint, Græcos ethnicos non coluiſſe te-
C ſtimoniorũ religionem, aut dixiſſe pugnantia ſiue mendacia, vel fabulas immiſcuiſſe.

Neque item prorſus reſpuendæ aliorum aliquæ, qui Chriſtiani cum fuerint, ab Eccleſia cordatiſſimè ſic notati ſunt, vt tamen non omnia illorum explodi voluerit. *Euſeb. Cæſarienſis, &c.*

Prænoſcendum autem interea, cur vtrique ſint lapſi, & quibus in rebus haud inutiles. Ac Philo quidem lib. 1. de vita Moyſis de Græcis ethnicis hiſtoricis ſic ait:

Ipſe verò Moyſes quis fuerit, non multis ſatis notum eſt, fortaſſe propter inuidiam, aut propter inſtitutorum eius ab alijs ciuitatibus in pleriſque diſcrepantiam, Scriptoribus Græcis nõ dignatis eum memoria, quorum maior pars facultate ſcribendi abuſi ſunt, tum in oratione ſoluta, tum in poematibus, verſi ad comœdias, & fabellas Sybariticas notæ turpitudinis, obſcœnitatiſq́, cum debuiſſent naturæ donis vti ad prodendas res geſtas, vitaſq́, bonorum virorum, vt nec honeſta exempla vetera, nouaq́ traderentur obliuioni, ac ſilentio, cum prælucere poſſint po-
D *ſteris; nec omiſſis melioribus argumentis, auditu indigna anteponerentur, prætexta probri honeſtatis ſpecie. Verum ego iſtorum inuidiam prætereo, malens de hoc viro dicere, quæ ſacris libris didici, quos reliquit mirandum monumentum ſuæ ſapientiæ, & à quibuſdam noſtræ gentis ſenioribus, qui veteri lectioni ſemper addebant aliquid, quo magis vita hominis eſt mihi cognita.* Hęc Philo.

Philo lib. 1. de vita Moyſis. Ioſeph lib. 1. Antiq. ca. 10. & lib. 1. contra Appionẽ. Vide Theod. & de curã. affect. Græc.

Ioſephus autem cum de diſperſione Gentium in vniuerſas terras poſt ædificationem Babylonicæ turris ageret. *Illo ex tempore,* ait, *diſperſi ſunt paſſim propter diuerſitatem linguarum, colonijs vbique deductis; & eam terram cum ſuis vnuſquiſque occupauit, ad quam eos Deus adduceret, vt tam maritima, quam mediterranea cultoribus replerentur. Nec defuerunt, qui conſcenſis nauibus ad Inſulas habitandas traijcerent. Porrò gentium quædam adhuc ſeruant deriuatam à ſuis conditoribus appellationem, quædam etiam mutauerunt, non-*
E *nulla in familiarem accolis, & notiorem vocem ſunt verſa, Græcis potiſſimum talis nomenclaturæ auctoribus. Hi enim poſterioribus ſeculis veterem locorum gloriam ſibi vſurpauerunt, dum gentes nominibus ſibi notis inſigniunt; dumq́, tanquam ad ſe ante ius attinerent, mores quoque proprios in illas inuehunt.* Hactenus Ioſephus.

Hinc ergo ſapienter S. Hieronymus: *Non debemus,* inquit, *eorum auctoritati acquieſcere, quorum mendacia deteſtamur.* Et in Concilio Florentino decretum eſt, *Græcorũ (vti & Romanorum ethnicorum) hiſtoriæ nequaquam in rebus fidei eſſe vtendum.* Quare & Innocentius ſolas Eccleſiaſticas hiſtorias in cauſſis Eccleſię finiendis approbauit. *Concil. Florẽ. Seſſ. 7. Innocentius diſt. 20. ca. de quibus.*

Quæ licet ita ſe habeant, ij nihilo minus ex ethnicis non inutiliter ſuo tempore legi poterunt, qui veraciores habiti, teſtimonium quoque à prudentibus, & à Chriſtia-

næ Eccleſię luminibus habuerunt qualis Polybius, Dionyſius Halicarnaſſęus, Thucydides, Strabo, Pauſanias, Diodorus item Siculus, quem Iuſtinus Martyr, Africanus apud Euſebium, Cyrillus, Tertullianus, Hieronymus, commendant, quidquid contrà eum minus verè ſcripſerit Viues, quemadmodum paullò poſt de eo, ac de alijs, uti & primùm de Herodoto dicemus. A

Eccleſiaſtici hiſtorici antiquiores cur tutius leguntur.

Eccleſiaſtici autem antiquiores, qui Græcè poſt Chriſtum Dominum hiſtorias cõſcripſere, minus in his claudicarunt, tum quoniam poſt inſtitutas Olympiades Græci (quod ait Euſebius) intra cancellos veritatis ſeſe magis continuere; tum quòd ob ipſum Religionis Chriſtianę donum, magis à mendacijs abſtinuerunt. Ac tamen ſic iſti legendi ſunt, vt Antiquorum Patrum, qui etiam fuerunt eiuſdem gentis, monita ne obliuiſcamur. Euſebium enim Cæſarienſem, quanquam meritò Hieronymus collaudat, quòd diuinorum librorum fuerit cum Pamphylo martyre ſtudioſiſſimus, atq; chronologiam ex probatiſſimis Auctoribus libauerit, alibi nihilominus teſtatur fuiſſe propugnatorem Arianę impietatis, cuius idcirco epiſtolam publicè lectam, quoniam Arianiſmum ſapiebat, reiecit ſeptima Synodus. Et Epiphanius ſcribit in omnib. opuſculis (potiſsimum hiſtoricis eum fuiſse Arianum, ac duplicis animi, ac Synodo Nicęnę ſubſcripſiſſe: Gelaſiuſq; Pontifex eo nomine reſpuit in his, quibus Origenem laudat, cum cęteroquin chronica eius, & hiſtorica fide digna cenſeat, *quæ ideo*, inquit, *frequens vſus reuocauit Eccleſia*. Hiſtoriam verò Tripartitam, præter quædam, quæ Socrati, Theodoreto, Sozomeno interdum tribuuntur, id quod in Apparatu Sacro diximus, vitiauit ſua verſione Andreas Muſculus, additis inſcriptionibus, quibus à veritate (vt reliqui ſolent hęretici) legentes auerteret. Quamobrem quam Chriſtophorſonus conuertit, ea potius legenda eſt, Muſculi verò, ac ſi qua ſimilium alia extat, prorſus omittenda. B C

Chronica Euſebij cur admittantur.

Hiſtoria Tripartita malè ab Andrea Muſculo verſa.

Sed ſanctiſſimi illi Pontifices, qui ſanguine ædificarunt Eccleſiam, & reliqui Græci Patres, qui probatiſſimi ſunt, Baſilius, Gregorij duo, Chryſoſtomus, & alij nonnulli, cum multa ſui temporis, & maiorum ſuorum enarrauerint, inoffenſo pede poſſunt decurri ſummo fructu, ſolida voluptate, optimo Chriſtianis exemplo.

Verum enimuero, præter antiquiora illa tempora, inter eos Orientales, qui Chriſtum agnouerunt, cum alij, poſtquam ſeſe à Catholicæ, ac Romanæ fidei regula ſeiunxerunt, mendacijs aduerſus eam intexuerunt hiſtorias ſuas, ij cautè legendi ſunt, præſertim qui ab octingentis annis de rebus ad Religionem, Imperium ve ſpectantib. egerunt. Cum enim in Latinos implacabile odium concepiſſent, cum item Patriarcham Conſtantinopolitanum primum æquare, deinde præferre Pontifici Romano Petri ſucceſſori conati eſſent, cumque Canones hæreſibus aſperſos in Synodos ipſas latenter auſi fuiſſent ad perniciem Orientis inſerere, quæ poſtea ſecuta eſt atrociſſima, vix vlla ab iis prodijt hiſtoria, quæ à mendacijs omninò fuerit immunis, quemadmodum de Zonara, Nicephoro, & reliquis eiuſmodi hiſtoricis infrà dicetur. D

Vide Antonij librum de Notis Verbi Dei, vbi de quattuor primis Synodis, & de cælibatu aduerſus Chytræum.

Ad Hiſtoricos, qui Græcè, ac præcipuè Græca ſcripſerunt, intelligendos, quænam conferant. Cap. II.

IAm verò ad Hiſtoricos, qui Græcè, (ac præcipuè Gręca) ſcripſerunt intelligendos, quattuor plurimum conferunt, pręter illa, quæ generatim reliquis alijs eiuſmodi Scriptoribus ad vſum adhibendis conducere diximus. E

Primum noſſe Græcię, ac finitimarum Prouinciarum naturam, delineationem, ac loca. Quæ quidem, vt antiqui tradidere Geographi, Strabo, Ptolemæus, Dionyſius de ſitu orbis, ita hoc ſeculo Michael Sophianus, egregiè ob oculos poſuit, nec defuere, qui eius Tabulam de Gręcia explanarunt.

Michael Sophianus.

Secundum. Vt quæ non tantum ex Ethnicis, atque adeo è Chriſtianis Chronographis, verum etiam, quę ex alijs Auctoribus fide digniſſimis, ac pręſertim ex Patrib. diligenter collecta ſunt de Regno Sicyoniorum, Argiuorum, atque Athenienſium, ea ſic percipiantur, vt quaſi eo filo recta ducamur in ſeculorum ſequentiũ notitiã: Quod quidem ſequentibus huius libri capitibus, tertio, quarto, & quinto liquidius intelligetur.

Tertium. Vt innoteſcat qualis fuerit Reſpublica Athenienſium, Lacedæmoniorum, & aliorum. Quæ quidem vt Pauſanias Cæſarienſis magna ex parte attigit, ſed (vt ita dicam) ſparſim, dum Attica, Corinthiaca, Laconica, Meſſeniaca, Elea, Arcadica, Bœotia, Phocenſia poſteritati tradidit, ſic Carolus Sigonius magnam lucem omnibus his prętulit. Quattuor enim libros de Republica Athenienſium ſcripſit, quibus poſtea tractationem adiecit de temporibus Athenienſium, ac Lacedæmoniorum. Hoc enim additamento Athenienſium Reges, Archontes, Democratiam, Tyrannidem Piſiſtratidarum, Principatus, bella, auxilia, Oligarchias, Duces, Dominatus, liberationem, tum ab aliis, tum ab Antigoni dominatu; Deinde Lacedæmoniorum itidē Reges diſtinctè, ac breuiſſimè ſubijcit oculis. Porrò hæc omnia cum ſeparatim edita fuiſſent, vnico poſtea volumine Lutetiæ prodierunt apud Iacobum du Puys anno M. D. L X X V I. cùm eidem volumini libros vndecim eiuſdem Sigonij de Antiquo iure populi Romani præpoſuiſſet. *Carolus Sigonius.*

Quartum. Vt ordine legantur Auctores ij, eorumque particulares libri, qui ad ipſam Græcarum rerum hiſtoriam pertinent. Quam quidem non Atticæ ſolum, aut Peloponeſi intelligendam velim, ſed eam item, ad quam ſpectant Iones, Aeoles, Dores, qui in minore Aſia, & Europa à Danubio, Acroceraunijs, & Hemo monte vſque ad mare Ionicum in Inſulis, & Continente ſedes fixerunt.

Ordo legendi Græcos Hiſtoricos.

Ordinem cùm diximus, intelligimus ſequentem, vt primo legantur.

Herodoti Halicarnaſſæi libri nouem, vbi ſparſim de Græcis agit vſque ad fugam Xerxis complexus hiſtoriam annorum 240. de qua poſtea agemus.

Deinde Thucydidis Athenienſis lib. 8. quibus à fuga Xerxis, vſque ad annum circiter 21. belli Peloponeſiaci annorum 90. hiſtoriam conſcripſit.

Mox Xenophontis Athenienſis libri 7. quibus Thucydidis narrationem perſequitur earum rerum, quæ annis 48. in Græcia geſtæ ſunt, vſque ad prælium Lacedæmoniorum, & Thebanorum, ad Mantineam.

Deinde Georgij Gemiſti libri duo breues, quibus Xenophontis hiſtoria ex Plutarcho, & Diodoro continua ſerie perpetuatur, à prælio ad Mantineam, vſque ad cladem Cherronæam.

Diodori Siculi liber decimusſextus, continuam item Gemiſti narrationem perſequitur de Philippi, & Alexandri Magni rebus geſtis.

Deinceps Polybij liber ſecundus, quartus, quintus cum Epitome ſequentium, & Liuij quarta Decas cum fragmentis quintæ Decadis, qui libri res Græcorum complectuntur, quæ cum Alexandri ſucceſſoribus geſtæ ſunt.

Plutarchi Aratus, Philopœmen, ac Demetrius plurimum conferunt ad poſteriores Græcorum hiſtorias intelligendas.

Pauſaniæ Cæſarienſis Attica, Corinthiaca, Laconica, Meſſeniaca, Elea, Achaica, Arcadica, Bœotia, Phocenſia, vti ſupra innuimus.

Procopij libri 7. rerum ſub Iuſtiniano geſtarum.

Ioannis Zonaræ tomus tertius à Conſtantino Magno vſque ad obitum Alexij Comneni, ideſt ab anno Chriſti 300. vſque ad annum 1125.

Annæ Alexiados libri 15. rerum ab Alexio Patre Imperatore geſtarum, quibus Zonarę narrationem perſequitur.

Nicephori Gregorę hiſtoria centum, & quadraginta quinque annorum, à Theodoro Laſcari, vſque ad Andronicum Palęologum poſteriorem.

Nicetæ Acominati Choniatæ annorum 86. ab anno, quo deſierat Zonaras, vſq; ad exitum Murzufuli Imperatoris, id eſt vſque ad ann. 1203. libris 19. comprehenſa.

Aemilius Probus, ſiue Cornelius Nepos, de vitis Græcorum Imperatorum.

Nomina vero Græcorum Imperatorum, quorum Vita ab Æmilio Probo, ſeu Cornelio Nepote, ſcripta, hæc ſunt.

Milciades.	Alcibiades.
Themiſtocles.	Thraſybulus.
Ariſtides.	Cono.
Pauſanias.	Dio.
Crino.	Iphicrates.
Liſander,	Chabrias.

Quæ vero in memoratis Scriptoribus admonenda ſunt, ac quænam cautiones ſint adhibendæ, mox dicetur: De ſingulis enim, ac potiſſimum, de celebrioribus hiſtoricis Græcis hoc ipſo in libro agitur.

Herodotus Halicarnaſſeus. *Caput III.*

Iudicium de Herodoto Halicarnaſſeo.

AC de Herodoto quidem Halicarnaſſæo vberior mihi oratio inſtituenda eſt, ſicuti & poſt hunc de Thucydide fiet, quandoquidem ex duorum iſtorũ noritia, poterit hauriri liquidior lux, & ad rectam hiſtoricorum normam inſpiciendam, & ad pendendam æqua lance veritatem. Quæ veritatis opinio (præſertim de Herodoto) antiquitùs, ac quaſi per manus tradita vſque ad noſtrum hoc ſeculum, non ea fuit, quę omnino de verace hiſtorico habenda eſt. Quod cum ita ſit, ac tamen docti, & prudentes viri Herodotũ ab eo crimine, pleriſque in rebus vindicauerint, primum afferam, quid de illo ſiue priſci Ethnici, ſiue noſtri recentiores cenſuerint. Mox, quid de illo verè ſentiendum ſit. Denique quid eius hiſtoria ſummatim complectatur, quiſve illius poſſit eſſe vſus, cum ad alia, tum etiam ad Diuinę Scripturę aduerſus eos, qui hanc pernegarent, hiſtoriam omnium veraciſſimam, ſi non comprobandam, certè indicandam, atque aſſerendam.

Strabo lib. VI.

Inter Græcos igitur Thucydidi, Cteſię, Straboni, Plutarcho, Herodotus non vſquequaque probatus eſt; quòd nimirum mendacia, quòd fabuloſa, quòd nullo verè Chronologię ordine ſuam texuerit hiſtoriam: quam ob rem Strabo, eius, nõ hiſtoriam, ſed μυθιςορίαν, hoc eſt fabuloſam hiſtoriam, eſſe exiſtimauit: ideò nec eſſe, cur in illo hiſtorię ratio reſecetur ad viuum. Quin & ipſum aiũt Muſas Opus ſuum inſcripſiſſe; quibus fabulę ferè tribuuntur.

Iuue. Sat. 10. & quicquid Græcia mendax audet in hiſtoria.

Inter Latinos autem Iuuenali Herodotum præbuiſſe inquiunt occaſionem inſectandi Gręcorum hiſtoriam, eamque appellandi mendacem, quòd ille de monte Atho velificato, de compedibus Helleſponto, epotiſque fluminibus Medo, de ingenti Babylonię magnitudine, de fertilitate ſoli Aſſyrij, de numero copiarum Xerxis nimio, de formicis Indicis, de Phœnice, ac de aliis huiuſmodi egerit.

Melchior Canus lib. 11. Locorum Communium.

Acceſſere Melchior Canus, & Benedictus Pererius hoc tempore: ille ſuis Locis Communibus: hic ſcribens in Danielem, qui & veritatem, & Chronologię rationem in Herodoto deſiderant.

At Aldus Manutius Pauli Pater ineunte poſt Chriſtum natum quintodecimo ſeculo hunc morem, quem alij ſequuti, idem conati ſunt facere. Ex quibus omnibus id quã breuiſſimè colligendum eſt, quod commodo, pietatique legentium, ſine labe aliqua futurum ſit: ſatis, ſi prius quid de illo Cicero, & Quintilianus ſcriptum reliquere, ſubiecero.

Lib. 2. de Ora.

In orato. ad Brutum.

Et Cicero quidem inquit: *Nãque & Herodotum illum, qui princeps genus hoc ornauit, in cauſis nihil omnino verſatum eſſe accepimus: atqui tanta eſt eloquentia, vt me (quantum ego Græcè ſcripta intelligere poſſum) magnopere delectet.* Et alibi idem Cicero ait: *Quo magis ſunt Herodotus, Thucydideſque mirabiles, quorũ ætas cum in eorum tempora, quod nominaui, incidiſſet, longiſſimè tum ipſi à talibus delitijs, vel potius ineptijs abfuerunt. Alter enim, ſine vllis ſalebris, quaſi ſedatus amnis, fluit; alter incitatior fertur, & de bellicis reb. canit etiã quo-*

A *dammodo bellicum. Primiſque ab his (vt ait Theophraſtus) hiſtoria commota eſt, vt auderet liberius, quam ſuperiores, & ornatius dicere.* Sic igitur de Herodoto Cicero, qui & eum *hiſtoriæ patrem* libro primo de Legibus vocat, & in Hortenſio, quemadmodum apud Nonium extat; *Quid,* inquit, *aut Herodoto dulcius, aut Thucydide grauius?* Accedit ad Ciceronem Quintilianus, qui ait: *Itaque vt confiteor penè vltimam Oratoris artem compoſitionis quæ perfecta ſit, contigiſſe, ita illis priſcis habitum inter curas, in quantum adhuc profecerunt, puto. Neque enim mihi quamlibet magnus auctor Cicero perſuaſerit, Lyſiam, Herodotum, Thucydidem parum ſtudioſos eius fuiſſe.* Quin & idem Quintilianus aliquantò poſt ſubdit: *In Herodoto verò cùm omnia (vt ego quidem ſentio) leniter fluunt, tum ipſa dialectus habet eam iucunditatem, vt latentes etiam numeros complexa videatur.* At cum libro ſequenti, de hiſtoricis iudicium quoddam ferret, *Hiſtoriam,* inquit, *multi*

Theophr. ſententia de Herodoto, et Thucydide
Cice. lib. 1. de legib
Quint. lib. 9. vbi de compoſitione.
Quint. lib. 10.

B *ſcripſere præclarè, ſed nemo dubitat duos longe ceteris præferendos: quorum diuerſa Virtus laudem penè parem eſt conſequuta. Denſus, & breuis, & ſemper inſtans ſibi Thucydides; dulcis, & candidus, & fuſus Herodotus; ille concitatis, hic remiſsis affectibus melior; ille concionibus, hic ſermonibus; ille vi, hic voluptate.*

Hæc cum ita in vtranque partem dicta ſint de Herodoto, videamus num vera ſint, quæ illi obijciebantur.

Ac primum Thucydides Herodotum, quod ſciam, nunquam nominatim carpit: quamquam veriſimile ſit, notaſſe antiquiores hiſtoricos, quorum iucunditati, & commentis, veritatem rerum, ac maieſtatem, vt ita dicam, grauiorum geſtorum meritò præpoſuit.

Cteſiam autem non nego Herodoto obiecіſſe mendacium in narrandis Perſicis re-

C bus; quippe qui Cteſias, vt ipſemet inquit, in Perſia, & apud Perſarum regem vixerat. Verumtamen, vt vt Cteſias potuit eſſe veracior, huic tamen ipſi Cteſiæ à Plutarcho exprobratur in vita Artaxerxis, & ambitio, & propter hanc falſitas aliquando in eius hiſtoria. *Illud verò* (inquit Plutarchus) *iam Cteſiæ nobile eſt mendacium, qui ſe cum Zacynthio Phayllo, & quibuſdam alijs miſſum refert ad Græcos. Nam Xenophontem non latuit agere in Regis contubernio Cteſiam. Quare Nuntium eum, & tantæ legationis interpretem non præteriſſet tacitum; ac Phaylli Zacynthij mentionem feciſſet, ſed mirè ſcilicet ambitioſus Cteſias, nec ſectus Laconum, & Clearchi ſtudioſus, paſſim in hiſtoria aliquas ſibi tribuit partes, in quibus cum eſt, multa, & præclara de Clearcho commemorat, & Lacedæmone.* Atqui & idem in eadem vita Plutarchus Cteſiam arguit non obſcurè exaggerantem, quæ ad Clearchi commendandam memoriam attinebant.

Vide Photiũ, qui Perſica, et alia Cteſiæ in Compendiũ redegit.
Plutarch. in vita Artaxerxis.
De Cteſia quid Plutarchus ſenſerit.

D Strabo autem ſequutus alios, & pleraque vix credibilia in Herodoto obſeruans, & quòd Geographica ipſe verius noſſet, atque accuratius ſcriberet, tanquam fabuloſam hiſtoriam Herodoti, vt diximus, agnoſcit, vt & reliqui fecerunt, à quibus ob Muſarum inſcriptionem idem ab eodem Herodoto de ſua hiſtoria cogitatum putarunt, ſed de fabulis poſt. De inſcriptione autem, conſtat, hiſtoriam hanc, ab eo in Græciæ frequenti Olympiorum conuentu recitatam ſic placuiſſe, vt libris nouem, qui adhuc extant integri, Muſarum nouem indiderint nomina. Vnde & Grecum illud elogium breui antiquo Epigrammate Virum ita commendat.

Strabo quid in Herodoto carpat.

Ἡρόδοτος μούσας ὑπεδέξατο, τῷ δ' ἄρ' ἑκάστη
Ἀντὶ φιλοξενίης βίβλον ἔδωκε μίαν.

E Quod Latine ſic:

Hoſpitio Herodotus Muſas excepit, at illi
Librum vnum hoſpicij nomine quæq. dedit.

Plutarchus ſanè magis negotium faceſſere videtur, quòd homo grauis, prudens, eruditus, acerbè Herodotum perſtrinxit, edito aduerſus eum libro; quem περὶ κακοηθείας Ἡροδότου, hoc eſt, *de malignitate Herodoti* inſcripſit, quo quidem in libro cùm initio notas quaſdam afferat, quibus Hiſtoricus internoſci queat à calumniatore, reum facit Herodotum, quod pleraſque Reſpublic. immerito æque indignè reprehenderit, quòd acerbis

Plutarch. in quib. Herodotum reprehenderet.

acerbis vocibus pro dulcibus, vſus fuerit; quòd exprobrationibus, & maledictis gauderet, quòd inter alicuius laudes eiuſdem vitia interſerat; quòd cum in vtramque partem de aliqua re diſſerat, deteriori adhęreat, quòd pręclara geſta perturbationibus animi tribuat. A

Defenditur Herodotus. At is qui Plutarchum attentè perleget, facilè intelliget eius libri ſcriptioni cauſſam dediſſe odium, atq; iram. Nimirum Herodotus aduerſus Bœotos, ſiue Thebanos, Plutarchi patriam, quædam bona fide narrauerat, quę Plutarchus ægrè ferens, putauit eo libro poſse ex animis hominum euellere. Et bona, inquam, fide Herodotus ea ſcripſit. Nam & apud omnes iam pro certo habebatur proditio illa Thebanorum, de qua egit. Ac Demoſthenes ipſe inde argumentum ſumpſit eorum leuitatis, atque perfidiæ. Et ſermonibus paſſim vſurpabatur; decimam à Thebanis Apollini eſse perſoluendam, cuius mentio haud ſemel fit à Xenophonte. Cùm enim communi decreto B ſtatuiſſent Græciæ Ciuitates, quæ aduerſus barbaros conſenſerant, ab ijs, qui nulla neceſſitate coacti ſeſe Perſis ſubieciſſent, Delphico Apollini decimam bello confecto eſse exigendam, Thebani quidem potentia ſua reſtitere decreto, ſed quòd illo tenerentur, fama, memoriaque hominum conſtanter perdurauit.

Hoc, igitur Herodoto, contra quàm par erat, obiectum, fecit, vt candor ille, atque æquitas in Plutarcho deſideraretur; quam infenſus animus nequaquam patit. Veriſſimum enim eſt quod Apoſtolus ſcriptum reliquit. *Iram hominis iuſtitiam Dei non operari.* Nam & cum Plutarchus Herodotum inter alia, cælum ipſum, dierum rationem, omnia confundere clamitet; ſi ad rem propius acceſseris, ipſumque Herodotum in fonte, vt aiunt, legeris, reperies huic ſcripſiſse, *negaſſe Lacedæmonas poſſe contra legem, ante plenam lunam in expeditionem proficiſci; manſiſſe igitur in patria, quouſque luna orbis compleretur. Veruntamen profectos ſic iter acceleraſſe, vt Lacedæmone in Atticam tridui ſpatio peruenirent.* Quibus in verbis ecqua cæli, dierumve, ſiue rerum omnium ratio confunditur? C

Iac. 1.

Eodem ſpectant quæcunque obſcurè de Philyſpide, de vſu nominum aſperiore, de verbis mollioribus, de minutis, aut ieiunis laudationibus, ac de pleriſque ſententijs Plutarchus in Herodoto carpit; quamuis poſtremo, uel conſcientia reclamante, vel quòd ſilentio plura inuoluerat, quæ perutilia ſunt, laudis adiectione uituperationem condiuerit.

Ac quod attinet ad genus ſcriptionis ab Herodoto vſurpatum, tantùm abeſt, ut Plutarchi reprehenſio in eum iuſtè cadat, vt Dionyſius Halicarnaſsæus cum Thucidide illum conferens, hoc de Herodoto ſcriptum reliquerit. *Herodotus autem* (ait Dionyſius) *& in verborum delectu, & in compoſitione; atque in ipſa figurarum varietate longe ceteris excelluit, & ita ſuam orationem inſtituit, vt vel optimæ poeſi ſolutam orationem ſimilem faciat, propter ſuadelam illam & venuſtatem, ac ad ſummam vſque perductam voluptatem, qui ne illas quidem maximas, quas diximus, & præclariſſimas dicendi virtutes omiſit, præter genus illud certaminibus aptum, idque ſiue quòd natura ab eo dicendi genere abhorreat, ſiue quòd ſuis quibuſdam rationibus adductus, ſponte illud, tanquam hiſtorys minimè accommodatum, contempſit; is enim, neque concionibus multis, neque alijs ad contentionem accommodatis orationibus vtitur, neque vllam ad concitandos animorum motus, & res augendas, amplificandasq; vim habet.* D

Fabuloſa pleraq. imperiti putant, quæ ipſi poſtea vera eſſe diſcūt. Iam de fabuloſis, ac mendacijs, quæ Herodoto obijciuntur. primum, aio multa videri poſse incredibilia ijs, qui pedem domo in alienas regiones non extulerint. E Quòd ſi Aſiam, Africam, Indiam peragrauerint, eos ſententiam mutaturos; Id mihi non ſemel ſi dixero accidiſse in ipſius tantum Europæ peragratione, haud mentiar. Adoleſcens enim in Gallia Olai Magni de Gothicis rebus hiſtoriam perlegens, quaſi ſomnia eſse putabam. In Gothiam, & Suetiam poſt multos annos haud ſemel miſsus, comperi plura eſſe vera, quæ exiſtimaueram eſse commenta. Idem contigit mihi, dum cum Moſcis, Tartaris, Scythis agerem. Quamobrem æqua lance pendenda ſunt, quæ in Herodoto leguntur. Neque enim fabuloſa puto, quæ de Scythis ſeruis retulit: quippe cum hi dominorum abſentium vxores cepiſsent, ac

repelli

A repelli iuſto prælio ab armatis dominis nequiuiſſent, ſolis deniq; flagellis repulſi ſunt,
nam hanc fuiſſe hiſtoriam annalibus poſteriorum mandatam (in quib. & Moſci nume
rantur) eò verius eſſe videtur, quòd ad hunc vſque diem extant leges, quæ huius rei ve
ſtigia ſunt. Nec fabulas puto, quæ de magnitudine Babyloniæ ſcripſit, quam ipſe Ari- *Babylonia*
ſtoteles gentem, ſiue potius regionem, quàm Vrbem cenſuit appellandam. Neque itē *magnitudo*
mendacia, quæ de tanto Xerxis exercitu retulit, vt & periculum Græciæ, & opes, ac co *Ariſt. Polit. 3. c. 2.*
pias (licet innumerabiles) non eſſe tamen inuictas indicaret. Quin Herodotus ſæpe in
terſerit hęc verba, *Vt ferunt, ut ego audiui. Quod veri quidem mihi ſimile non ſit.* Atqui &
crebro inculcat hæc verba. *ἐμοὶ δὲ παρὰ πάντα τὸν λόγον ὑπόκειται, ὅτι τὰ λεγόμενα
ὑφ᾽ ἑκάστων ἀκοῇ γράφω. τοῖσι μὲν λεγομένοισι χρήσθω, ὅτεῳ τὰ τοιαῦτα πιθανά ἐστι.*
Quibus verbis inquit *ſcribere ſe, quæ ex aliorum relatu audierat, quæ quidem vſui eſſent,*
B *quatenus ſuaderi poſſent.* At in Euterpe quoties anilibus, vel mulierum, vel aliorum cō
mentis oſtendit ſe nullam habere fidem; cùm & illam de præciſis ancillarum mani-
bus fabulam refutat his verbis: *Hæc garrientes ita narrare mihi quidem videntur?* In
Melpomene fabulam alteram de Pſyllis præmunit. Ea enim quæ Afri referunt, ſe in-
quit, ſcribere: In Polymnia verò ait: *ἐγὼ δὲ ὀφείλω λέγειν τὰ λεγόμενα, πείθεσθαί γε
μὴν οὐ παντάπασιν ὀφείλω· καί μοι τοῦτο τὸ ἔπος ἐχέτω εἰς πάντα τὸν λόγον.* hoc eſt,
*ego quæ fando cognoui, exponere narrationem meam debeo, credere autem vera eſſe omnia
non debeo.*

Sanè verò cum alia, tum quæ in Euterpe de Aegyptiorum ritibus fusè recitat, iam
Chriſtianis auribus, aut oculis indigna, ac tanquàm ineptiſſima videntur: ſed cū à Sa-
tana mentes Aegyptiorum, vel & aliarum gentium faſcinatę ſic fuiſſent, ut ad impios
C etiam beſtiarum cultus auerterentur, ingentem habet occaſionē Chriſtianus animus, *NOTA.*
vnde attollat manus ad cœlum, ac de Catholica Religione, qua imbutus eſt, gratias
quantas poteſt maximas, Deo Domino agat.

Interea ex Herodoto multa quidem percipi commoda poſſunt, ſiue ad dictionem
Græcam, (Ionicam præſertim, qua vtitur,) intelligendā; atque adeo ad Homerum per *Quæ ex Herodoto commoda percipi queant.*
cipiendum; ſiue ad mores efformandos, cum ſententias promat è pectore, pro eo ſecu-
lo, plenas ſapientię: ſiue ad maximorum regnorum conuerſiones, & opulentiſſimarū
ciuitatum euerſiones, & caſus, Perſarum præcipuè, atque Græcorum: ſiue ad ſtyli ſim-
plicitatem (atque ut Cicero dixit) amœnitatem aſſequendam: ſiue ad agnoſcendum
vſitatum alicubi Prophetis dicendi modū. Prophetę enim, *Hæc* inquiunt, *dicit Domi-
nus Deus.* Herodotus autem ait: *Amaſis Polycrati ita dicit.* Item *Mardonius hæc dicit.*
D Eſaias inquit, [a] *Viſio Eſaiæ filij Amos.* Ieremias autem. [b] *Verba Ieremiæ filij Helciæ.* ſic *a Eſa. 1.*
& [c] Amos Propheta. At Herodotus opus ſuū incipiens ait. *Herodoti Halicarnaſſei hi-* *b Hier. 1.*
ſtoriæ editio hæc. ſiue deniq; ad cōſenſum cū diuinis literis aliquatenus perſpiciendum, [d] *c Amos 1.*
dum Nechao, & [e] Apryis Regum Aegypti; dum [f] Cyri, dum Circumciſionis, [g] & alia- *d 4. Reg. 23.*
rum rerum mentionem facit. Sic etiam ſecundo libro videtur inaudiuiſſe aliquid de *e Iere. 44.*
liberatione Ezechię, [h] dum de Sethone rege, ac ſacerdote ſcribit, qui ſe precib. aduer- *f Eſa. 45. 2. Paralip. 36. Eſdra l. 1.*
ſus Sennacheribum tutatus ſit. Et in his tamen adhibenda ea cautio eſt, quam in Ae- *g Gen. 17. & alibi paſſim.*
gyptijs, Chaldęis, Græcis hiſtoricis antiquioribus perlegendis neceſſariam eſſe oſten- *h 4. Reg. 18.*
dimus, & altera illa adhibenda, quod ijdem varijs nominibus in ſcripturis, & apud *& Paral. 31.*
profanos auctores ſæpè appellantur; penultimus enim Rex Iuda lib. 4. Reg. capit. 24. *Eſa. 36. et 37.*
dicitur Ioachim, idem apud Ieremiam cap. 21. vocatur Ieconias. In eodem ipſo libro
E Eſther, Rex ille Perſarum, & Medorum primo nominatur Aſſuerus, [i] paulo infra dici *i Eſth. 1. & paſſim vſque ad 10. cap.*
tur [k] Artaxerxes. Rex ille qui templi Hieroſolymitani ędificationem impediuit in
lib. Eſdrę [l] nominatur Aſſuerus, & Artaxerxes, ab alijs verò hiſtoricis vocatur Cam- *k Eſth 11. & ſic ad finē vſque libri.*
byſes, qui fuit Cyri filius, & ſecundus Perſarū rex. Idem quoq; licet animaduertere in
Gentilium hiſtoriis, ſi quidem ultimus Medorū Rex ab Herodoto nominatur Aſtya *l 1. Eſd. c. 4.*
ges, & pater eius Cyaxares, Diodorus uero lib. 3. c. 9. illum appellat Apandam, hunc *Iidem reges*
Aſtibaram. Quinimò cum Reges Medorū enumerāt Herodotus, & Cteſias Gnidius, *apud profanos, & ſacros*
eos diuerſis appellant nominib. Sed, & in ipſo Herodoto animaduerſione digna ſunt, *auctores diuerſis nominibus dicūtur.*
quę uerę chronologię, aut hiſtorię Xenophontis aduerſantur. Quę quidem Be-

Bened. Perer. in lib. 1 in Dan. capit. 3.

nedictus Perrerius noſrer,ſuis in Danielem Commenrarijs artigir,vr alibi; ſic lib. 6. A
in capur quinrum eiuſdem Danielis Propherӕ. *Herodotus enim libro primo* (ait) *Labinitum filium reginӕ Nitocris, quam inquit, nobiliorem fuiſſe, & illuſtriorem Semiramide prima Aſſyriorum regina, quӕ poſteriorem fuiſſe illam dicit quinque ӕtatibus, inſigni Chronologia errore: liquet enim Nitocrem fuiſſe propemodum quingentos,& mille annos poſteriorem Semiramide.*

Cic. 1. de Leg.

Cicero lib. 1. Epiſt. ad Q. Fratrē epiſt. 3.

Perrer. lib. 7. in c. 6 Dan.

Herodotus et Xenophon in quibus diſſentiant circa Cyrum.

Obſeruandum eſt item,cum Xenophon,& Herodotus inter ſeſe diſſentiant in quibuſdam,(prӕcipuè Perſicis rebus recenſendis) non iccirco ſtatim pro alterutro ſententiam eſſe ferendam. Nam & Cicero,qui Herodotum collaudarat,non pauca eius eſſe mendacia teſtis eſt, *innumerabiles videlicet apud eum eſſe fabulas* ac ramen pleraſque,vt fabulas agnoſcit, & reijcit idem ipſe Herodotus; quem cum non anteceſſiſſent certi B
alij auctores Grӕci,aut alij, qui certam rerum hiſtoriam tradidiſſent,neque verò Diuinam hiſtoriam noſſet,quaſi Srromata rituum, & aliarum Ethnicarum ſuperſtitionum collegit,vt,quӕ audiſſet,aut vidiſſet,teſtara poſteritati relinquerer. Xenophontem porrò & Cicero libros illos de Cyro non ad fidem hiſtoriӕ, ſed ad effigiem iuſti Imperij,arque optimi Principis ſcripſiſſe dicit,ſed quibus in rebus Xenophon,& Herodorus (air Perrerius) in hiſtoria Cyri,& Aſtyagis inter ſe diſcrepanr,hӕc fere ſunt. Principio Herodotus Aſtyagem facit vltimum Medorum Regem,Xenophon penultimum. Tum ille negar Aſtyagi fuiſſe filium;ſed vnicam tantum filiam: hoc negat Xenophon,filium eius appellans Cyaxarem. Poſtea ille ſcribit Aſtyagem debellatum eſſe à Cyro,regnoque pulſum,& relegarum in Carmaniam ibi obiiſſe. Xenophon tradit illum in Regno ſuo admodum puerulo Cyro,naturali morte,deceſsiſſe,Regnum- C
que filio Cyaxari reliquiſſe. Deinde rradir Herodotus Cyrum obſcuro natum patre,& humiliter educatum inter paſtores. Contra Xenophon, Cyrum inquit patre Perſarum principe,quique genus duceret ex Perſeo,generatum, & in aula patris, atque Aui educatum. Ad hoc Herodorus Cyrum miſerrimè in bello, quod geſsit cum Tomyri Maſſagetarum Regina periiſſe. Xenophon verò ſcribir illum domi ſuӕ tranquilliſsimè,ac feliciſsimè uita functum. Denique Herodotus prodidit Cyrum regnaſſe nouem,& viginti annos,Xenophon aurem annos duntaxat ſeptem.

Quӕnam editio Grӕca, & Latina, ſiue alia verſio Herodoti Halicarnaſſӕi ſit emendatior, vt melior legi poſſit. Cap. IIII.

PRӕter Aldi Manutij antiquiorem editionem Grӕcam, & quӕ poſtea in Ger- D
mania prodijt in lucem, ſcio duas ab Henrico Stephano emiſſas, primam Grӕcam,cui alterius apologiam prӕfixit,& phraſium Herodoti expoſitionem; Secundam cum Latina Laurentij Vallӕ verſione ab ſe recognita,earundemque Herodoti phraſium Grӕcarum expoſitione,quӕ reliquis prӕponenda eſt,ab ijs,quibus Eccleſiӕ Catholicӕ permiſſu liceat horum hominum,qui à fide alieni fuere, labores inſpicere. Adiecit Henricus Stephanus ſecundӕ huic editioni icones ſtructurarum ab Herodoto deſcriptarum, Perſica,& Indica, Grӕcè, & Larinè ex Cteſiӕ ſcriptis à Photio excerpta. Quӕve apud Xenophontem ex ipſius Cteſiӕ Perſicis cernuntur in primo libro de Cyri expeditione. Item quӕ eiuſdem Cteſiӕ apud Athenӕum lib. 4. 10. 11. 12. 13. 14. & apud Demetrium Phalerӕū in lib. περὶ ἑρμηνείας, ſi tamen Phalerӕi hic eſt liber. Addita item ſunt,quӕ ex Xenophontis lib. 1. Pӕdiӕ Cyri habentur de le- E
gibus, & inſtitutis Perſarum ex diuerſis priſcis hiſtoricis. Quӕve in lib. 8. Xenophontis petita ſunt ex quinto Herodoti libro. Prӕterea de ſtudio rerum bellicarum, & agricultura Perſarum,ex Oeconomico eiuſdem Xenophontis. De inſtitutis Perſicis, & Medorum ex libris Geographicis Strabonis. De Perſicis à Dione conſcriptis, ex Athenӕi Dipnoſoph. li. 12. 13. 14. Ex Heraclide Cumano apud Athen. lib. 12. & 14. Ex Clearcho Solenſi,apud Athenӕum. Ex Agathocle,& ex Charete Mitylenӕo apud eundem Athenӕum lib. 12. de Aegyptiacis legib. & inſtitutis,ex Nymphodoro in lib. 13. rerum barbaricorum,ex Strabonis lib. 17. De Aethyopibus ex eodem Strabonis libro,& ex Plutarcho in lib. de Iſide,& Oſyride.

A At quoniam idem Henricus Stephanus Apologiam pro Herodoto ſcripſit, ſciendum eſt, tum Latinam, tum Gallicam erroribus aduerſus Catholicam Eccleſiam eſſe refertam, librum autem ea occaſione Gallicè emiſit, quem ob dicacitatem, & rabiem aduerſus Catholicos, ne ipſi quidem, qui ſunt eius partium, pati potuerunt, vt & pecunia mulctarum ideo fuiſſe aſſerant. Vertit autem ante quadraginta annos Herodotum è Græco in Gallicam linguam Petrus Saliatus, cui verſioni compendium adiunxit Georgij Gemiſti; dicti Plethonis, de rebus quæ poſt Mantineæ bellum contigerunt.

Henrici Stephani apologia pro Herodoto peſtilentiſſima.

Petrus Saliatus.

Quin & Dauid Chytræus Compendium, & animaduerſiones quaſdam in Herodotum ſcripſit, vbi de lectione hiſtoriæ inſtituenda egit: Sed ut & ipſe à caſtris Eccleſiæ ob hæreſim fuit transfuga, neque verò attigit ea, quæ ex partibus Græcis, & Latinis poterant in eius Hiſtoriographi interpretatione afferri, nos & ipſius Herodoti
B hiſtoriam breuius, & uſum, ad Principes potiſſimum ex ea melioribus documentis imbuendos, huc ſubijciemus.

Compendium, & rectus hiſtoriæ Herodoti vſus. Cap. V.

ID igitur primò ſciendum, antequam ad Herodoti lectionem veniatur, expedire maximè, vt tempus noſcatur, quo hanc ille conſcripſit hiſtoriam: nimirum pro pe illa tempora, quibus Eſdras, & Nehemias templum Salomonis, & Hieroſolymam inſtaurarunt. Deinde quo tempore, quæ tunc erat Eccleſia, & populus Dei, multa paſſa à barbaris fuerat, quorum florebat imperium. Oroſius igitur potiſſimum legendus, vbi ſummatim hæc perſequitur. Deinde legenda Chronographia Gilber-
C ti Genebrardi, ſiue eius Notæ Chronicæ ab anno conditi Mundi 3464. vſque ad annum 3779. Siue potius (quando iſtæ plerumque claudicant) eæ, quas auidè expectamus à Io. Deckero Theologo ſocietatis noſtræ.

Hiſtoria Herodoti quando ſcripta. Eſd. 2. cap. 3. & 4.

Oroſ. lib. 2. capit. 19.

Poſtea adſciſcendæ Ptolemæi tabulæ, in quibus Aſiæ, atque Africæ ſunt delineationes, ac deſcriptiones, vnde lux Herodoti hiſtoriæ intelligendæ, ac memoriæ rerum confirmandæ præſidium non mediocre comparabitur. Vide autem, vbi egimus de Hiſtoricis Perſicis, Indicis, & Africanis quinta, & ſexta Sectione. Denique ex Benedicti Perrerij Commentarijs in Danielem præſertim ex lib. 4. 5. 6. & ſequentibus, veritas, & nominum Regum, & Imperatorum Perſarum, Medorum, Chaldæorum, Aſſyriorum petenda eſt. Mirum enim eſt quàm diligenter ille Hiſtoricos contulit inter ſe, ac veriorem inde hiſtoriam elicuit.

Benedictus Perrerius laudatur.

D

QVAE CONTINEAT PRIMVS HERODOTI LIBER.

ET quidem primus Herodoti liber cauſſas continet ſcriptionis, & cur Aſia cum Græcis pugnauerit, Græci cum Aſia. bellorum tantorum originem in rapta vtrinque mulieres indicat fuiſſe Io, Europam, Medeam. Adeo vel caro, vel ambitio Mundum peſſundedere ſemper, atque euerterunt Imperia. Gygis deinceps Lydiæ Regis Acta & reliquorum, Cræſique abneporis eius, quem Cyrus cepit, & Perſici initium Imperij ſub eodem Cyro, atque huic denique necem à Tomyri Maſſagetarum Regina illatam. Cyri pędiam non omninò ad Veritatem hiſtoriæ, vti dictum eſt ſupra, ſed ad regis inſtitutionem fuiſſe ſcriptam oſtendens. Plures autem vbique
E Herodoti ſententiæ paſcunt animum, quæ Principes eas audientes auertere poſſint à malo. Illa primum de Candaule, qui à Gyge interfectus eſt. *Malum vtique extrum Candaulem excepturum, qui. vxorem nudam Gygi oſtendiſſet. Mulierem autem exutam veſte, exuere item pudorem, ac verecundiam.* Colloquium deinde Cræſi cum Solone, qui finem uitæ ſpectandum eſſe Cræſo dixerit, ſi ſit de felicitate, aut infelicitate cuiuſpiam ſtatuendum: *aduerſis enim caſibus quicquid in homine eſt, ſubditum ſe* ὅτι πᾶν ἐστὶ ἄνθρωπος συμφορὰ hanc ob cauſam à Cręſo Solon eiectus, & factus obuiam Aeſopo, ab hoc audit *cũ Regibus aut non loquendum; aut, quæ illis placent, eſſe dicenda.* Quę tamen Aeſopi pro Mũdi captu prudentior, quàm verior ſententia nobis, quibus Chriſtus veritas ſapit, eſſe debet: fit poſtea ab hoc Hiſtorico Gręcorum annal antiquioris mentio:

Sententia Herodoti pulcherrima.

qua de re ab ijs, qui hunc Auctorem interpretarentur, nonnihil agi poſſet de Grego- A
riano Kalendario, cauſſisque anni à Cæſare, ab Apoſtolis, à Nicæna Synodo, à Gregorio Decimotertio emendati, quo de negotio breuiter in refutatione aduerſus Chytræum egimus; Chriſtophorus autem Clauius noſter fusè, doctiſſimèque Apologia ſua egit contra Mæſtlinum, ac denique in caſtigatione Ioſephi Scaligeri, quæ Romæ edita eſt anno 1595. Sequitur porrò in Herodoto fuga Adraſti nepotis Mydæ regis Phrygum ob fratrem caſu interfectum. Deinde expiationis genus, quo & Dæmones uti uolebant, ſed quę omninò abſit à vera expiatione: quemadmodum & uera non fuit Patris Adraſti aduerſus filium excommunicatio. Adduntur oracula Cræſo reddita, quę ut ambigua erant, ſic oſtendebant, quantam in Ethnicorum animis Satanę aſtus vim habebant. At quoniam plerunque de oraculis iſtiuſmodi agit Herodotus, pręmuniendi ſunt lectores, ne quam fidem his habeant. Satanam enim, B
eiuſque oracula obmutuiſſe certum eſt, cum Chriſtus Dominus illuxit Mundo: Sapientis autem eſſe cordis Deum in omnibus conſulere, qui ſeriò quærenti ſe, ac facienti iuſtitiam, occurrit. Pręterea narratur commiſſum contra Cyrum temerè bellum à Crę ſo, qui idcirco cum Lacedęmonijs ſocietatem inierat, quamobrem & regnũ amiſit, & ſuper pyra, qua comburendus erat, Solonem inclamans, huius de humana felicitate colloquij recordatus, vbi à Cyro auditus eſt, liberatus à morte; ac ciuitate donatus, ipſi, & Cambyſi filio à conſilijs fuit. Hic uerò Cyri hiſtoria petenda eſt maximè è Diuina ſcriptura: nam eius dextera vſus eſt Deus ad liberandum Iudaicum populum, atque ad inſtaurandam Hieroſolymam, & templum. Inter alios autem, qui de hoc Perſarum Regno egere, Benedictus Pererius noſter accuratius commentarijs in Danielem ſcripſit. Eſt autem in hoc primo Herodoti libro ſupplitium de C
Aſtyage ſumptum, qui nepotem exponit Cyrum, & Harpago Harpagi filium ipſum comedendum appoſuit. Agitur item de moribus Perſarum, quos maximè pudebat mentiri. Quem ad locum referri nonnulla poſſunt ex melioribus Perſarum moribus, atque inſtitutis, ex Cteſia, Xenophonte, & aliis, quos ſupra nominauimus. Dixi melioribus: nam quæ non ſtruere, ſed deſtruere pietatem queunt, ſobriè tangenda, & incuſanda ſunt, tanquam è peccato hominem peruertente profecta. Poſt hæc narrantur origines duodecim vrbium Ionicarum, aliquot ſeculis ante Cyri bellum, conditarum. Exilium Phocenſium, qui Maſſiliam in Gallia, Veliam in Italia ædificarunt. Calamitates Cariæ, ac Lyciorum. Deſcriptio vrbis, muris, & regni Babylonici, quod Cyrus in ſuam poteſtatem redegit. Deliberatio Cyri de bello aduerſus Maſsagetas ſuſcipiendo, quod Crę ſus primò diſsuaſerat ſapientiſſimis uerbis, quibus oſtendit ea, D
quæ ſibi ingrata acciderant, dum Regno excidit, documenta facta fuiſse. Τά μοὶ παθήματα τὰ ἐόντα ἀχάριςα, μαθήματα γέγονεν. Itaque ſubdit Cyro. *Si noſti te hominem eſſe, id primum diſce, uiciſſitudinem humanarum omnium rerum; quæ uiciſſitudo non ſinit unquam eoſdem ſemper eſſe felices.*

Oraculis non credendum.

1. Eſd. 1. & 6. 2. Par. 36.

Maſſilia in Gallia, & Velea in Italia à quibus condita.

Cyri mors.

At Cyrus dum Maſsagetis pertexit bellum ſine cauſa inferre, vltricem diuinam manum ſenſit: eo enim in acie interfecto, caput præciſum in vtrem ſanguinis plenum à Tomyri Maſsagetarum regina impoſitum eſt hæc locuta. *Sanguinem ſitiſti, ſanguine ſaturare.*

SECVNDVS LIBER.

HAbet Aegypti, Niliq; uberẽ deſcriptionem, cauſsas item Nili exundationis, E
multaque de eius fontibus, qui tamen fuere Herodoto ignoti. Addit Aegyptiorum mores, ritus, ſacrificia, cultus erga beſtias, oracula, & templa falſorum Deorum, quę, quia Diuini cultus ueritatem haud nouerat, religioſè exponit, abſtinens à quibuſdam turpioribus, quæ ſuæ hiſtoriæ inquit ſe noluiſse immiſcere. Agit item de originibus eorum Deorum, quos ſtultè coluit Aegyptus, Græcia, & cetera antiquitas, unde liquet antiquiſſimã & ueriſſimam omnium fuiſse Religionem, qua Deus homines primos imbuit, cum hęc tardius inuecta fuerint: mox Aegypti Regum ſeriem texit uſque ad Amaſim, cõtra quem Cambyſes, Cyri filius, & Rex Perſarum bellum geſſit. Porrò ad Aegyptum, & Africæ partes illas pertinebit lectio Petri

Garſię,

A Garſię Galarſę, Epiſcopi Caurienſis, qui inter octo libros Euangelicarum inſtitutionum, aliqua de Aegypto interuit; Qua occaſione breuiter commemorari poterit quid [a] Abraham, ceteriq; Patriarchæ, quid [b] Moyſes in educendo populo Dei, quid [c] Chriſtus Dominus cum B. Virgine illuc fugiens, quid Eremi Thebaidos, quidque Alexandrina Patrum Academia, Marci Euangeliſtę, Pantęni, Origenis, & aliorum, quid Bibliotheca item Ptolemæi regis, & verſa à ſeptuaginta Interpretibus Biblia fuerint, pręter bella, quę in ea prouincia Romani antiquitus, quæve hoc ſeculo Turcæ, qui eam ſuo ſubdidere imperio, ibidem geſſerunt.

a Gen 10. & ſeq. b Exod 3. & ſequ. c Matth.2.

In ijs autem, quæ de Necao Aegypti rege agit, legendus Diuinus codex 2. Paralip. cap.35. & 4. Reg. 23. At in ijs quæ de [d] Aprye rege Aegypti loquitur, legendus Ieremias Propheta cap. 44. Nam hic Apryi minatus interitum, interfectum quoque B fuiſſe denique ſcribit. Id quod Herodotus apertè indicat, cum ſcribit eum à Præfecto ſuo Amaſi ſtrangulatum fuiſſe, iam adeo ſuperbia elatum, vt à nemine ſiue Deo, ſiue homine regnum ſibi ademptum iri diceret. Vbi verò vel Hammonis in Lybia, vel Iouis Dodonæi in Græcia meminit, declaranda eſt veritas hiſtoriæ, à qua animos ad impium falſorum Deorum cultum Ethnica prauitas detorſit. Huc faciunt, quæ de filijs, & nepotibus Noe dici poſſunt, qui ſeptuaginta duas colonias ex Armenia Saga in uarias mundi partes deduxerunt, vt vniuerſam terram denuo replerent. Qua de re vide quę in editione hac Veneta Bibliothecę noſtrę egimus, vbi de Geographia: In Romana autem editione in c.5. lib. 2. eiuſdem Bibl.

Anno 1517. d Vocatur Ephree in diuinis literis mutatis punctis non literis.

Gen 10. & 1. Paralip.1.

Ad Deorum illam recentem generationem, quam Heſiodus, & alij ſuis Theogonijs inuexere, cum vera Dei notitia, & Mundi creatio, atque Patriarchæ tot ante ſe C cula præceſſiſſent, per quas vnius Dei fides innotuerat, monſtrandum hinc, quanto firmamento nitatur fides noſtra. Iuſtinus autem martyr, & Theodoretus de cura affectionum Græcanicarum, præter Euſebium, ac Latinos patres, hoc optimè (vt alibi oſtendimus) ſunt perſequuti. Vide item cap. 8. Tractationis meæ de Poetica, vbi de Heſiodi Theogonia, ac quid de huiuſmodi commentis meritò Epiphanius dixit.

Lib.2 Bibliotecæ Selectæ Auctoris.

Circuncisionis autem in Aegypto, & Palæſtina adhibitę, cum Herodotus mentionem faciat, populum Dei quonam modo ea ratione multo antea Deus à Gentili ſecreuerat, operæpretium erit hic meminiſſe.

Gen.17.

TERTIVS LIBER HABET.

D CAmbyſis acta, qui Aegyptum ſuo regno adijciens, & aduerſo rerum ſucceſſu ab Aethiopibus repulſus, Smerdim fratrem necari iuſſit, ſororem prægnantem, quam duxerat vxorem, interemit, filium Preſaſpis, à quo fuerat admonitus, & reprehenſus, telo transfodit ebrius, furens pleraque commiſit immanitatis, vt & pręcipitis animi, plena. Quę quidem ipſi breuitatem temporis in regno, & mox regni amiſſionem, ſed & ęternam damnationem peperere. Cum autem ſuos iuriſperitos, ſiue conſiliarios conſuleret, num ſibi ſororem ducere liceret, reſponſum accepit, quale permittit Deus dari ijs, qui rectum nolunt, dum ſpecie quadam honeſti rectum ſciſcitantur. Reſponderunt enim, *nullam extare legem, qua hoc permittatur; ſed extare tamen alteram, qua licet Perſarum Regi facere, quicquid uelit.*

Cambiſes gesta, & qualis fuerit.

Bellum Samium, & Polycratis Samiorum Tyranni primò ſummam felicitatem, E deinde finem infeliciſſimum; cruci enim ſuffixus eſt, cum antea ſibi nihil aduerſi poſſe accidere ſtultè cogitaſset.

Darij Hiſtaſpis geſta, qui cum ſex alijs Smerdim Magum, qui Perſię regnum inuaſerat, occidit, ac primò conſultationem inter eos de optimo regni ſtatu, quem in Monarchia ſitum eſse rationibus euicit. Hic cum Cyri edictum renouaſset de inſtauranda Hieroſolyma, occaſionem prębet eorum temporum mentionem faciendi; quibus & Iudęorum ſtatus, & rerum ipſorum ſucceſsus uarij monſtrati ſunt. In Eſdra verò, Aggęo, Zacharia Prophetis, mentio plerunque fit Darii, cuius in Danielem commentarijs digna notatu multa affert Benedictus Perrerius noſter.

Darij Hiſtaſpi Medorum regis geſta.

1. Eſd.6. Agg.1. et 2. Zach.1. et 7.

Enumerationem prouinciarum Perſicę Monarchię, ac redituum annuorum; &

auti

auri Indici à formicis ingentis ſtaturæ cuſtoditi ; Arabiæ felicis deſcriptionem ; Ba- A
bylonem, induſtria Zopyri, à Dario expugnatam ; Caſum Democedis, qui pedem
Darij ſanauerit.

QVARTVS LIBER.

BEllum à Dario contra Scythas infeliciter geſtum complectitur. Præterea ;
Scythiæ Europeę diligentem pro eo tempore deſcriptionem.
Nobilis in Lybia familię Minyarum, & ab his in Lybia ædificatę Cyrenes,
& Perſicæ expeditionis in Lybiam, ac regionis, & populorum Lybię narrationem. In
Dario id memorabile ad proborum Cōſiliariorum commendationem, cum manu pu
nicum malum tenens dixit, *tot ſe Megabyzos cupere, quot punico malo grana inerant.* B
In Anacharſi, & Scyle fratribus à ſuis popularibus interfectis, quod Græca ſacrifi-
cia, & mores peregrinos in Patriam inuexerant.
In Scythiæ Europeæ deſcriptione præſertim Moſcouiæ, Poloniæ, Moldauiæ, Va-
lachiæ, & quidquid ab Iſtro verſus Boream continetur, occaſio ſe offert ſtatum nar-
randi. Vide Vngarica Antonij Bonfinij, Polonica Chromeri, Moſcouitica Com-
mentaria noſtra.

Fluuij qui ſunt apud Herodotum, vbi nam ſint, & quibus nominibus appellentur.

In fluuijs, quos Herodotus nominat, Iſtro, ſiue Danubio, qui ſupra Tubingam in
eremo Heluetiorum naſcitur. In Boryſthene, quem hoc tempore incolæ nominant
Dnieper; ac cuius originem ignorauit Herodotus, cum circiter triginta milliaria ab
Vrbe Moſcua diſtet verſus occaſum prope Dnieper sKo, Moſcouiæ pagum. In Tyra C
item quem Neſtrum incolę Vngari uocant, quiq; in monte Carpatho, procul Caſſo-
nia featurit. In Vòlga, quē non ſemel traiecimus in Moſcouia, quodq; flumen per Mo
ſcouiam, perque Caſanenſes Tartaros, & Aſtracanenſes decurrens, pluribus oſtijs in
mare Caſpiū influit, quod quidē Ptolemęus Rhu, Tartari Edel nomināt. In Duna, qui
fluuius è Moſcouia veniens, & Polociam, deinde Liuoniam, & Rigā eius prouinciæ ci
uitatē alluens in Balthicum mare decurrit. In Tanai, qui Aſiam, ab Europa dirimit,
multa ſunt, quę tēpus ipſum indicauit eſſe alia, quam quę Herodoti, atque adeo Ptolo

Hyperborei montes nulli ſunt.

mæi tēpore ignorabātur. Iam de Hyperboreis mōtibus, qui nulli conſpiciuntur, ac de
Sarmatia Europęa, ſiue Polonia, quæ poſteaquam fidem Chriſtianam excepit, multis
donis à Deo eſt aucta ; In Chiouia, quæ Ruſſię erat metropolis, & ubi ferunt S. Apo
ſtolum Andream fundamenta iecisse fidei Chriſtianę, multa dici poſſunt, quę occaſio
ne Herodoti Hiſtoriæ Ethnicas illas, quas narrat, ineptias oſtendant, & meliora no- D
ſtra eſſe hęc tempora indicent.

QVINTVS LIBER.

COntinet hiſtoriam Thracię, Peonię, Macedoniæ à Megabizo Perſarum Du-
ce occupatę, ac ſeditionis Ionicę ab Ariſtagora Mileſio aduerſus Darium in-
feliciter motę, & eiectionis Piſiſtratidatum ex vrbe Attica.
At occaſione huius hiſtorię, & libri tria maximè obſeruanda ſunt.

Lex naturalis in infidelibus quantum vigeat. Pſalm. 7. 3. Paralip. 28. Ierem. 11. & 17. Siſamnes excoriatus, qd dona accepiſſet.

Primum inditam à Deo omnibus legem naturalem, ita, ut licet Herodotus fuerit
Ethnicus, & uerò Principes ij, qui bella gerebant procul ab omni iuſtitię, ſeu pœnę E
tramite viderentur, ea tamen dixerint, fecerint, paſſi ſint, quibus *Deus ſcrutator cordiū*
& animaduerſor pro eorum captu monſtrabatur. Ecce enim Siſamnem, Rege Per-
ſarum iubente, excoriatum, eiuſque pellem in tribunali extenſam, quòd cum eſſet ma
giſtratus dona acciperet; Otanem uerò Siſamnis filium, in patris locum ſuffectum, at
que admonitum à Rege ut in paternam pellem inſpiciens iuſtè iudicaret. Ecce item
Ariſtagorę Mileſij, & Hiſtięi in crucem acti, ſupplicia ſeditioſorum, ingenia Ionum ;
Curum, Cypriorum punita, & reliquos cōmonefactos, vt, quod inquit ſcriptura, *timeat*

Prou. 24.

*quiſque Deum, & Regem, nec eum ſeditioſis commiſceatur, quoniam cito perditio eorum adue
nit.* En quoque tyrannydis reprehenſionem, atque vituperationem in Soſidis, Co-
rinthij, & in hiſtoria Cypſeli, & Periandri. Ecce denique luxurię pœnam à Deo nun
quam

A quam prætermiſſam, in ipſis quoque legatis Perſicis ad effectum perductam. Hi enim ad Amyntam Macedoniæ Regem miſſi, matronarum, & Virginum Macedonicarum ſinus attrectâtes, à filio regis Alexandro, Magni illius abauo, per ſubſtitutos in mulierum locum adoleſcentes veſte muliebri indutos, omnes interfecti ſunt.

Secundum; Sententias grauiſſimas eſſe, quibus ij, qui Reipubl. clauum tenent, magnopere doceri poſſint. *Herodoti aliquot ſententia memoria digniſſima.*

Tertium. Conferri poſſe Herodotum cum Machiauello (non ut legatur, ſed vt abiegetur) nimirum vt Chriſtianos neſcio quos pudere debeat, è Machiauello, qui nomen Chriſto dederat, deteriora hauriri, quam ex Herodoto; qui & Ethnicus, ac tot ſecula Chriſtum præceſſit. *Acto. 5.*

Porrò inter alias, ſententiæ illæ ſunt inſignes. Prima. *Ea quæ Dei ſunt, ſiue quæ*
B *ad Deum pertinent, debere nobis eſſe antiquiora, quàm quæ ſunt hominum.* Quod planius, & alto ex pectore Petrus Apoſtolus, cum dixit: *Obedire magis oportet Deo, quam hominibus.* Secunda. *Neminem vnquam ſceleris pœnam effugere. Sequitur nempe ſua pœna nocentem.* Tertia. *Poſſeſſionum omnium honorificentiſſimam eſſe virum amicum, prudentem, ac bonæ mentis.* Quarta. *Diſplicere Deo peccatum committi, atque concupiſci.* Quinta. *Hominis fidem præſtantis poſteritatem eſſe meliorem.* Id enim Glauco Spartano dictum, qui depoſitam apud ſe pecuniam negabat.

S E X T V S L I B E R.

C HAbet præter inſperſas vbique aureas ſententias, enarrationem infauſtæ ſeditionis Ioniæ. Mileti excidium. Hiſtiæi principis ſeditionis ſupplicium. Habet item Principes aliquas familiarum origines, vnde Miltiades, & Reges Lacones ab Hercule progeniti, & Alcmęonide, qua ex familia Clyſthenes Atticus, & Pericles orator, & Alcibiades orti ſunt. Habet prælium commiſſum ad Marathonem, quo in prælio Miltiadis Athenienſium Ducis uirtus enituit, quippe cuius conſilio, ac fortitudine ingens Perſarum exercitus à ciuitate Attica profligatus eſt. Id prælium anno vigeſimo poſt eiectum Piſiſtrati filium Hippiam, qui præcipua belli illius fax fuit, & anno decimo ante Xerxis expeditionem, & pugnam Salaminiam, commiſſum eſſe Thucydides ſcribit. *Miltiadis virtus.*

S E P T I M V S L I B E R.

D COntinet expeditionem illam memorabilem Xerxis Perſarum Regis in Græciam. Deliberationem in Regio Perſarum Conſilio habitam de bello aduerſus Græcos ſuſcipiendo; In eo autem Conſilio pleraque ſunt ad prudentem rerum conſultationem ſpectantia. Ibi Artabani, ibi Demarati, & aliorum reſpõſa cordatiſſima. Et quidẽ Artabanus Hiſtaſpis filius, ac Xerxis patruus, cũ bellum illud Xerxi diſſuaderet (Mardonio enim, qui ſuã ſentẽtiã dixerat, nemo audebat aduerſari) ita modeſtiſſimè, & aptiſſimè loquutus eſt. *Fieri nõ poteſt, ô Rex, cũ ſententię ſibi aduerſantes propoſita non fuerint, vt aliquis eligat meliorem: ſed ea, quæ lata fuerit, vtendũ eſt. At cum cõtraria proponuntur in mediũ, optio illa datur: quemadmodum aurum purum haud per ſe dignoſcimus: ſed tum demum cum alij affricuerimus.* Idem uerò Artabanus alibi: *Duo hæc* *Artabani præclarum Orationis principium.*
E *Rex à me paris eſſe momenti iudicantur, bene ſentire, & ad alterum, qui bonam in medium ſententiam profert, accedere.* At quàm appoſitè illud, cum Xerxem (vt credi poteſt) miſeros, eos, inquit, *qui alioquin probi ſunt, ab ijs colloquijs, quæ cum improbis habent, peſſundari. Quemadmodum,* ait, *mare, quod hominibus utiliſſimum eſt, venti in ipſum ingruentes natura uti ſua non permittunt.* At & illa eximia eiuſdem Artabani. *Cum nemo,* inquit, *ſuarum ipſius ſapientia, ac uirium confiſione, quæ magna pericula ſunt, neque ſunt neceſſaria ſuſcipere debeas. Deum enim unico momento ſummam quamlibet euertere potentiam poſſe: ſuperbos, ac curioſos odio habere.* & illud. Φιλέει ὁ Θεὸς πάντα τὰ ὑπερέχοντα κολούειν. οὐ γὰρ ἐᾷ φρονέειν ἄλλον μέγα, ἢ ἑωυτόν: hoc eſt, *Solet Deus omnia eminentia iubere. Neque enim ſinit alium pluſquam ſeipſum ſapere; & feſtinationem improuidam, & cæcam eſſe infauſtam,*

fanſtam, cunctationem autem inhibentem erranteſ animi impetus magnas afferre vtilitates, quæ licet illico non cernuntur, ſuo tamen tempore certo inueniuntur. quæ ille Græcè ſic: ἐπειχθῆναι, πᾶν πρῆγμα τίκτει σφάλματα, ἐν δὲ τῷ ἐπισχεῖν, ἔνεστι ἀγαθά, εἰ μὴ παραυτίκα δοκέοντα εἶναι, ἀλλ' ἀνὰ χρόνον εὕροι τις ἄν. Huc etiam illa ſpectare poſſunt, A
quæ Demaratus non ſemel Xerxi ipſum conſulenti, cordatè reſpondit, præcipuè, id, cùm antequam ei reſponſum redderet, dixit, *Verane, an iucunda, ò Rex, vis tibi loquar?* cui cum Rex ſignificaret, malle ſe vera audire, ea tamen haud æquo animo accepit. Demaratus enim poſteà id expertus ſubdidit: *Iam tunc ſciebam Rex, me veritate apud te vtentem, minimè tibi iucunda locuturum.*

Xerxis res in Græcia geſta manet. — *M. Cato libro 4. Originum. Vide A. Gell. lib. 3. cap. 7.* — *1. Reg. 14.*

At & hoc libro quemadmodum & ſequenti, Xerxis maximus ille bellicus aduerſum Græciam apparatus ad nihilum denique redactus, fugaque ipſius in Perſiam, & Victoria Leonidæ cum trecentis Lacedemonijs, qui vicies mille Perſas trucidarunt, B
atque pro patria fortiſſimè occubuerunt, ingentem viciſſitudinis omnium rerum declarandæ occaſionem præbent, cùm hæc non tam cum Q. Cedicio militum Tribuno, qui cum quadringentis militibus vniuerſas Carthaginienſium copias in Sicilia cecidit; atque cum ter mille Heluetijs, qui prope Baſileam viginti Armoricorum millibus intercaptis, ipſi quoque vnà interfecti ſunt, quàm cum Ionatha, & eius armigero hoſtes fundente, & cum paucis millibus Catholicis Mõfortij, Comitis militibus, aduerſus Albingenſes Hæreticos, & cum Gottifredo, duobusque millibus militibus in bello Syriæ ſacro plus centum Saracenorum millia ſuperantibus conferri poſſunt.

Artabani reſponſum ſapiens. — *Humana vita miſera.*

Quin digniſſima notatu ſunt, & Xerxis fletus, dum tantum exercitum conſpicatus fleuit, tanquam ante centum annorum ſpatium moriturum, & ſapiens Artabani reſponſum, quo dixit: *Hoc tam breui humanæ vitæ ſpatio plurima tamen euenire hominibus, vt ſæpius mallent mori, quàm viuere.* Item illud: *Si hominum vnuſquiſque miſerias ſuas conferret in medium, atque oculis aliorum obijceret, commutare volens cum vicinis, tum verò ſingulos in miſerijs vicinorum inſpicientes, libenter eas, quas ipſi attuliſſent, domum rurſus ſecum relaturos fuiſſe.* Cæterum & Græcia, & Mediterranei maris Inſulæ, quæ vergunt ad Orientem, & Thracia, per quam traductus fuit Perſarum exercitus, & Aſiæ magna pars huius libri lectione ſpectari poterit. Vbi cum ad earum, quæ olim fuerant maximæ Ciuitates, atque Reſpublicæ, enarrationem fuerit ventum, omnium penè inuerſus, atque euerſus ſtatus poterit oſtendi. C

OCTAVVS LIBER.

D

Vide Thucydidis librum 1 vbi de Themiſtocle.

HAbet exitum earum rerum, quæ in ſeptimo exponi cœpta ſunt. Habet Græcorum victoriam naualem apud Salaminem aduerſus Perſarum claſſem. Habet Athenienſium moderationem, atque concordiam ſuo iuri ob publicum bonum cedentium, ac ſeditionis fibras ipſo initio præcidentium. Habet Themiſtoclis, atque Ariſtidis duorum præſtantiſſimorum Ducum Belli exempla. Themiſtoclis ſolertiam, & ſapientiam. Ariſtidis probitatem, amorem erga patriam, iuſtitiam. Habet deductam à Themeno Herculis abnepote Regum Macedonicorum progeniem.

NONVS LIBER.

E

Demoſth. Orat. περὶ στεφάνου idest, coronæ. — *Lycida mors.* — *Cyrſilus idem qui Lycida.* — *Mardonij mors.*

COntinet Græcorum victorias ad Platæas, & Mycalem Aſiæ promontorium aduerſus Mardoniũ, & reliquos Perſas, atq; adeo contra eos, qui à Græcis Græci defecerant ad barbaros. Verum enimuerò Herodoti ſingularis diligentia, & declarandæ veritatis hiſtoriæ ſtudium in hoc potiſſimum libro elucent. Porrò exemplum Diuinę iuſtitię cùm in tanta plaga Perſis illata, tum in præcipuis quibuſque improborum hominum, atque libidini ſeruientium factis cernitur. In Lycida, quem Demoſthenes Cyrſilum nominat, ſuadente ſeruitutis cõditiones à Mardonio Duce Xerxis oblatas; quem Athenienſes lapidibus, vti & mulieres Athenienſium eandem ob cauſam Lycidæ vxorem, ac filios, obruerunt. In Xerxe cum nepte, atque uxore

fratris

A fratris, aut ſcelus patrante, aut occaſionem cædium, & fratricidij præbente. In Artayta viro ſacrilego, quem Seſto expugnata Xantippus Athenienſium claſſis præfectus laqueo vitam finire iuſſit. At vt pœna in iſtis, ſic præmium laudis, atque uirtutis Athenienſium, & Pauſaniæ Spartani Ducis recitantur. Athenienſium quidem, cum præter alia Thegeatis contendentibus de altero exercitus cornu obtinendo, Lacedæmonij modeſtiſſimè reſponderunt. *Quocunque in loco erimus poſiti, non parcemus opere, quin pugnemus, quemadmodum bonos, ac ſtrenuos viros decet.* Pauſaniæ verò tum fortitudinem, ac dexteritatem in bello: tum pudorem, cum poſt victoriam ad Platæas partam abſtinuit à Capriua Coa, neque ſæuijt in cadauera hoſtium interfectorum, ſed ſatis ſibi eſſe reſpondit, *ſi iuſta faciens, & dicens, Spartanis placuerit ſuis.*

Artayta viri ſacrilegi iuſta mors.

B

Thucydides. *Cap. VI.*

De Thucydide, qui poſt Herodotum hiſtoriam texuit à fuga Xerxis è Græcia vſque ad exitum belli Peloponeſſiaci (annis nimirum 70.) quinque mihi facienda ſunt non exiguo legentium fructu. Primum, ſi ſeries eius hiſtoriæ quam breuiſſimè ita ponatur ob oculos, vt ſimul oſtendatur, quę ex eo legendo capi alicubi queat occaſio ad Chriſtianam pietatem inſinuandam. Secundum, ſi ſummatim addidero, quæ viri docti de illo ſenſerint. Tertium, ſi ipſummet Dionyſij Halicarnaſſæi de Viro illo iudicium ſubiecero: nã is idem Dionyſius in eo expendendo, & veri Hiſtorici formam ſapienter attingit, & interpretis munere non vno in loco
C fungitur, vt ſine illo Thucydides ægrè intelligi poſſit. Quartum, ſi ſubdidero quinam eius interpretes, aut ſcholiaſtæ extent; quæve editio, verſioque ſit emendatior. Quintum, ſi ex eodem Dionyſio Herodotum cum Thucydide cõtulero. Id autem Primò ſciendum, Thucydidem, etſi octo libris, quos reliquit de bello Peloponeſſiaco, ſcripſit bellum ciuile, quod Gręcię Ciuitates inter ſeſe geſſerunt, cum iam poſt Perſicas victorias, opibus atque potentia creuiſſent, animiſque è rerum ſucceſſu elatis, eodem bello concidiſſent; plurima tamen interſeruiſſe, quæ ad vniuerſam Gręcię hiſtoriam, quęve ad omnium Retũpublicarum adminiſtrationes, & caſus pertinent.

Quinque ab Auctore proponuntur de Thucydide expendenda.

Thucidides ad quid conferat.

SANE PRIMO LIBRO AFFERT.

D Occaſiones, atque cauſſas belli Peloponeſſiaci ex fędere Corcyreorum, & Athenienſiũ aduerſus Corinthios, & obſidione Potideę, & excluſione Megarenſiũ à portu Attico. Deinde hiſtoriam annorum quinquaginta, qui inter finem belli Xerxis, (quod Herodotus ſcripſit accuratè) & belli Peloponeſſiaci initium interſunt; ſummatim, & vt ille inquit (ἐκλογλῶ) recenſet. Deſcriptionem veteris Græcię, inde vſque à temporibus Argonautarum, & belli Troiani. Legationem Lacedæmoniorum, qui Athenienſibus, etiam Religionis prætextu, bellum indixerunt. Interitum, & alia quędam inſignia, vti, & interitum duorum pręclariſſimorum virorum *Pauſaniæ*, atque *Themiſtoclis*. Orationes aliquot illuſtres. Deliberationes de bello.

SECVNDO AVTEM LIBRO.

E Res huius belli triennio geſtas à Græcis, bellum, famem, peſtem, quibus populi illi, nunquam dormitante Deo, iuſtiſſimè vexati ſunt. Ciuitatis Atticę deſcriptionem, quam Grę cię vniuerſę fuiſſe Academiam, & magiſtram virtutis, ac glorię, cum Pericles oſtendiſſet ea funebri oratione, quam Plato in Menoxeno illuſtrauit, nos cum Chriſtianis Academijs conferentes, poſſumus oſtendere, quantum ab his illa abſuerit. Qua de re vide primum noſtræ Bibliothecæ Selectę librum, vbi agitur de Europæ Academiis quibuſdam Chriſtianis. Quin & Thucydides eodem loco primam originem Atticę Ciuitatis à Theſeo ex agris coactę, &

Athenæ Græcia vniuerſa Academia.

potentiam, ac reditus annuos, & vrbis, ac portuum omnium ſitus,& præſidia, auxiliaque omnia, quæ initio eius belli euenere, commemorat. A

Adhortationem Archidami ad curam,atque vigilantiam. Periclis auctoritatem, atque in adminiſtranda Repub. dexteritatem,& eloquentiam. Prodigia,quæ peſtilentiam pręceſſerunt. Peſtilentię graſſantis uim,atque aduerſus eam conatus, & remedia adhibita. Quę tamen Thucydidis narratio, ſi cum ea conferatur,quę accuratè,atque ſyncerè ſcripta fuit à Carolo à Baſilica Petri, Epiſcopo Nouarienſi,de vita, & rebus geſtis Caroli Borromęi Cardinalis tituli Sanctę Praxedis Archiepiſcopi Mediolani, libro quarto,erit vnde quiſque perſpiciat, quantum à Chriſtiana diſtet Viri Ethnici hiſtoria, & quantopere virorum Dei amantium geſta præcellant ijs, quæ nimium in Ethnicis celebrantur,aut ſuſpiciuntur,nimirum quòd Chriſtiani ſcriptores, qui eminuerunt,haud ita verſantur ab omnibus, quemadmodum deceret. Atqui & ratio auertendę peſtilentię certiſſima,& fructuoſiſſima cernitur in eadem Caroli à Baſilica Petri hiſtoria,de quo diximus,cum,quod ad hanc hiſtoriæ Thucydidis partem attinet, eam accuratè, doctè, & eleganter Opere proprio ſit interpretatus Fabius Paulinus Vtinenſis,quod Iuntæ Veneti Typographi Venetijs nouiſſimè emiſerunt. Iam verò Thucidides poſt eius peſtilentię deſcriptionem, agit de Phormione Athenienſium Duce, conſilio, ac uirtute præſtanti, deque eius nauali victoria, de regibus Thracum atque Macedonum, nonnulla item de Getis, atque Pœonibus ad Iſtrum, cum interim narret,quę ad Potidęę obſidionem, famem, deditionem, quęve ad obſidionem Platęenſium ſpectant. B

Caroli Borromæi Cardin. vita à quo ſcripta.

Peſtilentia Mediolanenſis, tempore Car. Borromæi.

Ratio auertendæ peſtilentiæ utiliſsima.

Phormio Dux Athenienſis.

TERTIO LIBRO. C

Extant ſequentis triennij belli Peloponeſſiaci narratio; Mitylenęorum,ſiue Leſbiorum ab Athenienſibus ad Lacedęmonios defectio, ac rurſus in poteſtatem eorum redactio, atque punitio. De horum pœna deliberationes, atque orationes hinc inde contrarię, hęque perilluſtres, vti & tota ea narratio accurata eſt. Platęę vrbis expugnatio,& ſolo æquatio,atque hoc in loco orationes itidem illuſtres. Deſcriptio ſeditionis Corcyreorum, quę quidem horum temporum ſeditiones facile poſſint oſtendere. Demoſthenis Ducis res geſtę. Deductio colonię Laconicę in Heracleam Trachiniam, & Inſulę Deli expiatio, ſi tamen profana illa expiatio, dicenda ſit expiatio. Bella Athenienſium cum Aetolis,& Ambracijs. Prodigia,Terremotus, alluuiones,& molis ardentis ex Aetna eruptio. Heſiodi Poetę mentio interfecti in templo Iouis Nemęi apud Locros Ozolas,& eiuſdem Heſiodi in mare deiecti: cuius cadauer à Delphinis poſtea reuectum, & interfectores, qui nauim conſcenderant, in fuga, naufragio perijſſe feruntur. D

Heſiodi Poetæ mors.

Ad Leſbiorum autem defectionem quod attinet,plura ſe offerunt,ex quibus oſtendi poſſit infirmiſſima eſſe humana fœdera, quę humanis tantum conſilijs nitantur, filo tenuiſſimo vinciri,quę propria, & terreſtria duntaxat commoda reſpiciunt; fruſtra ędificari, vbi Deus non ſit architectus. Ex Dei, non ex hominum uoluntate ſi quis pendeat, certo loco ſua res ipſum conſtitutum. Gentiles idipſum poſteritati ſcriptum reliquiſſe. Inter eos auream extare illam Iſocratis ſententiam, qua inquit OPTIMVM, ET FIRMISSIMVM FOEDVS ESSE RECTE AGERE. *Cum huiuſmodi enim hominibus Deum ipſum ſancire fœdus.* E

Fœdera humana quomodo ſint infirmiſſima.

Fœdus firmiſsimum eſſe, recte agere.

In quinto anno, quę de ſummo iure, atque ęquitate ſunt diſputata ſiue à Cleone, qui de pœna ſumenda de Leſbijs nihil remittebat; ſiue à Diodoro aiente rigorem ſummi iuris eſſe ęquitate mitigandum,& dicente celeritatem, atque iram bono conſilio maximè aduerſari, perutilia ſunt lectu, preſertim ſi eodem tempore his adtexansur, quę Demoſthenes in Cleonis ſententiam Oratione contra Timocratem ſcripſit.

QVARTO LIBRO.

A LEguntur acta tertij triennij belli Peloponeſſiaci. Sic primò Meſſanæ Siciliæ Ciuitatis ad Syracuſanos ab Athenienſibus defectio Agidis Spartani Regis irruptio in Atticam. Expugnatio Pyli vrbis Meſſeniæ in Peloponeſo Demosthene Attico Duce, qui & eam communiuit. At & ſeptimo potiſſimum anno mira viciſſitudo, & exitus obſidionis Pyli cernitur, mox legatorum Laconicorum oratio pacem ab hoſtę victore petentium, qua de rerum humanarum inconſtantia, deq; modeſtia in ſecundis rebus, de clementia, & moderatione in Victoria, & alia pleraque conſilia proponuntur. Ad hæc Victoria Niciæ de Corinthijs. Exitus ſeditionis Cor-
B cyreæ immani plebis crudelitate trucidatis optimatibus ſedatæ. Mors Artaxerxis Longimani Regis Perſarum. Octauo autem anno contigere, quæ & narrantur à Thucydide, Ecclipſis Solis. Terręmotus. Lesbiorum exilium. Inſulę Cytherę, atque Niceæ arcis ab Athenienſibus occupatio. Eodem hoc anno, & libro, Hermocratis Oratio efficax habita, qua Siculas Ciuitates inter ſeſe diſſidentes conciliauit inuicem, ἀμνηστία, iniuriarum omnium obliuione propoſita. Braſidę Laconici Ducis aptinati ad omnia δραστηρίου ὄντος εἰς τὰ πάντα, virtutibus magnis prędìti, qui Theſſaliam, & Thraciam cum exercitu paruo obiens, ac ſe Gręcię libertatis ab Athenienſibus oppreſſę auctorem profitens, plures eorundem vrbes cepit. Pręterea obſidio, atque receptio à Bęotijs Delij, ac prælij, quo uicti Athenienſes milites, ac inter hos, Socrates quoque Philoſophus, & Alcibiades Paraſtatę fugerunt: denique nono anno conſecu- *Braſidæ Ducis laus.*
C tę induciæ. Loca item quædam Thraciæ à Braſida in poteſtatem redacta;

QVINTO LIBRO.

AFferuntur annorum ſeptem inſequentium, hoc eſt vſque ad belli Peloponeſſiaci decimum ſeptimum rerum geſtarum ſucceſſus, vſque ad belli Siculi initia. Cleonis, & Braſidę interfectio propè Amphipolim. Pax quinquaginta annorum inter Athenienſes, & Lacedęmonas inuitis ſocijs; quę tamen neque ſeptennium impleuit. Varia utrobique fędera, dum quęque pars ſuis rebus conſulens nouis fœderibus ſeſe communiuerunt. Alcibiadis, quę incipiebat, claritas. Vbique *Cleonis mors.* *Braſida mors.* *Alcibiades.*
D ſententię aureę extant.

SEXTO LIBRO.

DEſcriptio Sicilię, quam poſtea Ptolemæus, & Strabo, atque Io. Iouianus Pontanus ad finem ſexti libri de bello Neapolitano ſub aſpectum planius poſuere. Deliberationes varię de bello Siculis inferendo, cum Nicias eſſet diſſuator. Alcibiades autem impulſor, & inuitator, idque temerè. Miſſa Athenis in Siciliam claſſis. Exercitus Athenienſium quadraginta millium militum in Sicilia trucidatus, & ipſa vrbe Attica anno poſt illatum Siciliæ bellum decimo à Lacedęmonijs capta. Sicilia verò pene vniuerſa, quà in Carthaginienſium, quà in Tyran- *Sicilia deſcriptio.* *Athenienſium clades mirabilis.*
E norum manus veniens, donec poſt ducentos annos Carthaginienſes à Romanis ex ea Inſula eiecti fuere. Dionyſius ſanè Hermocratis Syracuſani filius, defenſionem Sicilię prętexens Syracuſis tyrannidem incępit eo anno, quo cum Carthaginienſibus in Sicilia tranſactum eſt, & Athenę imperio, & libertate amiſſis à Lyſandro fuere occupatę, atq; muris ad cantum tibiarum euerſis, & nauibus crematis triginta Tyrannis ſeruire cęperunt. Ceterū quę in hoc libro habentur orationes decem ad Principum virorū; & Rerumpublicarū deliberationes maximè ſpectantes, atq; inter has, ea quam Athenagorā habuiſſe Thucydides ſcribit de Democratię, atq; Oligarchię collatione, dignę ſunt, quę legantur. At celebrium Ducum uirtutes, quales in Nicia Ariſtoteles quoque agnouit; & quales fuere in Alcibiadę, ſed quę mixtę uitijs fuerint;

cum & Siculi belli fax fuerit, & ab Athenienſibus ad Lacedæmonios, ab his rurſum ad Athenienſes, hisque etiam relictis in Helleſponto priuatus vixit; quales item in Hermocrate Syracuſano Duce perſpici potuerunt, magno quibuslibet documento eſſe queunt, qui publicas res tractant. Quin & in Niciæ morte qui bello Siculo implicitus, quod enixè diſſuaſerat, amiſit exercitum; & à Siculis captus, eſt trucidatus, & in Alcibiadis interitu, cum denique Pharnabaſi Perſarum Ducis iuſſu concremata fuit domus, quique miſerè periJt interfectus; Atqui & in Hipparcho Piſiſtrati filio ob ſcelera, libidinemque, ac illatam Hermodio contumeliam, interempto, & eiecto poſtea fratre illius Hippia, nemo non uidet ſibi materiam ſuppeditari, qua Diuinam iram reſipiſcentia, & fructibus pœnitentiæ dignis anteuertat. A

Niciæ mors & Alcibiadis.

Hipparchus Piſiſtrati filius interemptus.

LIBRO SEPTIMO. B

MIcaleſti Ciuitatis mediterraneæ Beotiæ expugnatio, vbi horribiliter ſæuitum eſt, ita vt etiam in ſcholis pueri trucidarentur, quorum ea in Ciuitate erat numerus ingens. Athenienſium enim Dux milites Thraces mercenarios eò duxit, atque ita ciuitas ſubito oppreſſa periJt. Dum verò talia crudelitatis exempla ederentur, magnę imminebant clades, quę & Athenienſibus acciderunt. Belli deinde Siculi narratio, & damnum in Sicilia acceptum, de quo diximus ſupra.

LIBRO OCTAVO.

ATheniensium magnanimitas rebus licet ex Sicilienſi clade attritis eluxit. C Tum enim quilq; magiſtratibus, ac legibus parere: ſarcire damna; cupiditates reprimere: exercitum, & claſſem inſtaurare: reuocare homines ad frugalitatem; maiore auctoritate magiſtratum ſeniorum creare; remque publicam in ſummis periculis conſtitutam erigere, & regere: ſic etiam morem re ipſa gerere, vt non verba, ſed facta legibus reſponderent; *Omnis enim ſermo* (inquit Thucydides ibidem) *à quo opera abſint, inane quidam eſt, ac vacuum.* πᾶς γὰρ λόγος ἂν ἀπῇ τὰ ἔργα, μάταιόν τι γίνεται, καὶ κενόν. Adtexitur autem huic narrationi mutatio voluntaris hominum, vbi clades Athenienſiū audita eſt, ſic eorum ſubditi, & fœderati pleriqué ad Lacedæmonios, Sic Tiſſaphernes Phrigiæ, atq; Ioniæ, uti & Pharnabaſus Helleſponti Satrapæ ad eoſdem ſe aggregarunt; & Alcibiades ipſe ex Sparta in Aſiam traijciens, ſocias Athenienſium ciuitates, in quibus & Miletum, ad defectionem impulit. Qui non ita D multo poſt à Lacedæmonijs, qui ei mortem intentarant, in Aſiam ad Tiſſaphernem veniens, eum à Lacedæmonijs ad Athenienſes reuocat, amicosque Athenis, ut ſe reſtitui curent, hortatur ea conditione, vt populari ſtatu ſublato, Oligarchia cōſtituatur, ſic uerò Democratici ſtatus mutatio ſecura eſt, ſed & eodem anno Oligarchia ſublata poſt cladem Athenienſium ad Eretriam, & amiſſam Eubæam, & Alcibiades publico decreto Athenas reuocatus; pauloq; poſt à Thraſillo duce Atticæ claſſis, Dux Laconicus Mindarum in Helleſponto ad Abydum, & Seſtum eſt profligatus. Qua victoria, & Cyzico recepta, Athenienſes aliquanto melius habere cęperunt.

Athenienſiū magnanimitas vbi eluxit. Sanum consilium rebus publicis dum calamitas immineat aliqua. Omnis ſermo à quo opera abſint, inane quiddam eſt, ac vacuum.

Quidnam viri docti ſenſerint de Thucydide. Cap. VII.

IN Thucydide igitur, quem præ ceteris veracem exiſtimauit antiquitas, plurima E ſunt ualde digna Hiſtorico; quippe cui etiam tria prudentiæ genera tributa ſunt, ciuilis, bellicæ, hiſtoricæ. Inprimis autem quædam pietatis ſpecies eum commendat, quæ Religionem ſapere potuiſſet, ſi ueram, & integram in Deum habuiſſet fidem. Ioſephus eum inter omnes Græcos Hiſtoricos ſcrupuloſum uocat. Demoſthenes eum tanti fecit, & ex illo ſe tantum proficere putauit, vt ideo illum deſcripſerit octies, quemadmodum tradidit Lucianus. Cicero tanquam prudentem rerum explicatorem commendat. Antiquitas varietatem figurarum in eo eſt admirata: quare & id quod ad ſententias pertinet, hoc eſt γνωμολογικὸν dixit eſſe pulcherrimum, & omni laude dignum, πάγκαλον, ἐ παντως ἐπαινετόν. Sanè res, & perſonas,

Iudicium priſcorum de Thucydide.

Thucydides qualis ſit.

A occaſiones, momenta rerum, conſilia, errata, euentus, & cauſſas appoſitè deſcribit, ſuperuacanea præcidit, acutus, concitatus, neruoſus, denſus, ſolidus, & ſapiens, vt multũ inde ad iudicium, ad mores formandos, atque ad Rempubl. adminiſtrandam percipi vtilitatis queat. Genus orationis Atticum, graue, ſublime, ac quod antiquum obtinet: quale Catonis eſſe cerneremus, ſi huius extarent hiſtoriæ. *Aemulatus eſt* (inquit Marcellinus) Homeri *Oeconomiam*, ſiue diſpoſitionem, Pindari verò graue, ac ſublime genus; obſcurè item locutus eſt de induſtria, ne aditus ad eius lectionem pateret omnibus, facileque intellectus minoris æſtimaretur. Nonnihil etiam (vt ait Antyllus, atque vt Marcellinus refert) Gorgiæ Leontini in eo eſt imitatus, vt uerba uerbis quaſi demenſa reſpondeant, & in collatione contrariorum id quod illa ętate maximè à Græcis probabatur. Prodicum quoque Ceum in uerborum delectu ſecutus eſt, Ho-
B merum uerò inprimis, & in uerborum delectu, & in exquiſita eorum compoſitione, & in elocutionis vi, orationiſque pulchritudine, ac velocitate. Cum uerò bellum Peloponeſiacum viginti, & ſeptem annis duraſſet, viginti tantum, & vnius hiſtoriam texuit morte interceptus. Itaque res geſtas reliquis ſex annis ſuppleuere Theopompus, & Xenophon ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς. At librum Thucydidis octauum, aiunt quidam (vt ſcribit Marcellinus) ſuppoſititium eſſe. Verum peritioribus (inquit) Thucydidis quidem eſſe uidetur, nondum tamen perpolitus, ſed inchoatus tantum, & rudis, multa ſummatim complectens, quæ & expoliri, atque vberius poterant explicari; Quamobrem (ait) adducimur, vt dicamus hunc librum à Thucydide iam ægrotante conſcriptum, eamque eſſe cauſſam, cur & languidius ſcriptus ſit, ac breuius; dum enim non bene ualet corpus, animus vires nonnihil remittit. Inter animum enim (inquit) &
C corpus, eſt quaſi conſenſus quidam, atque naturæ coniunctio. Hæc ex Antyllo Marcellinus.

Marcellinus lib. de Vita Thucydidis: et genere dicendi Antyllus.

Thucydides quos ſit imitatus.

Porrò Thucydides, vt prudens, at ſibi conſcius incerti temporis, quo hiſtoriam ſuam ſcribebat, licet per æſtates, hyemes, & Olympiadas, res Athenienſium, & Lacedæmoniorum expoſuit, nuſquam tamen Olympiadis certæ numerum propoſuit, nec quota ijs temporibus ageretur Olympias ſignificauit.

Cur Thucydides Olympiadum certam omiſit.

Sed & pleraque in Thucydide obſeruauit Dionyſius Halycarnaſſæus ac præter alia poeticam in delectu vocum libertatem, in compoſitione ſanè aſperiorem, atque ſubhorridam, multaque non cohærentia, qualia priſca illa ætas vſurpabat. quamobrẽ veteres dixere, ſcripſiſſe illum grauia, & maieſtatis plena, non autem dulcia: contra verò à Xenophonte ſcripta eſſe iucundiora potius quam grauia. Et quidem Marcel-
D linus aduerſus Dionyſium inquit. *Elocutionem ipſius* (hoc eſt Thucydidis) *ac verborũ compoſitionem; ſunt qui in eo reprehendant, quaſi pedeſtri, ac ciuili dictione uti nequeat. ignorat videlicet Dionyſius ſingularis cuiuſdam facultatis hoc potius eſſe, habitusq́ perfectiſſimi.* Ceterum qui de Thucydide rectius ſentire voluerit, legat, quod de eo iudicium tulit Dionyſius Halicarnaſſæus, qui ſimul ſcribendæ hiſtoriæ methodum oſtendit.

Eloquentia Thucydidis qualis.

Thucydidis interpretes, & ſcholiaſtæ quinam, deinde quænam Græca editio emendatior: quive illum in alias linguas verterunt. Cap. VIII.

SCripſere autem plures in Thucydidem, Phœbamon, Aſclepius, Antyllus, & fortaſſe alij, qui non extant. At ſcholia in eum Græca extant, hæcque non vnius, ſed diuerſorum longè diſſimilium, vt quædam antiquam illam eruditionem, re-
E liqua recentem è triuio redolcant doctrinam. Porrò hæc eadem Scholia fuere emendata, additis proparaſceue, & annotationibus in eadem ſcholia. Extat item Marcellini de uita Thucydidis (quam etiam Aphtonius ſcripſit) & de genere dicendi excerpta ex integra ipſius hiſtoria, diſſertatio Græcè ſcripta, & in Latinum quoque uerſa: præter id, quod è Dionyſio Halicarnaſſæo iudicium petendum eſſe diximus, quodque ex eodem ipſo mox ſubdemus, cum ſcribens Ammęo ſummo amico ſuo, reſpõdit tum de alijs Scriptoribus, tum de præcipuis hiſtoricis.

Ceterum in Latinam Linguam è Gręca Thucydidẽ uertit Laurentius Valla, cuius verſionẽ, addita margini correctione, emendauit Henricus Stephanus. In Gallicã verò linguam Claudius Seyſellius Epiſcopus, in cuius item uerſione multa deſiderãtur,

id quod literas callenti Græcas,& contextum Thucydidis cum Seiſellij interpretatione conferenti planum fiet. A

Secunda verò Henrici Stephani editio auctior,& emendatior eſt,eaque cum Latina,& emendata verſione Laurentii Vallæ ab Henrico recognita,iiſdemq; ſcholijs,de quibus diximus,anno 1570. emiſſa in lucem.

Collatio Herodoti, ac Thucydidis ex Dionyſio Halicarnaſſeo. Cap. IX.

DE Herodoto autem (inquit Dionyſius Halycarnaſſæus) & Thucydide hæc ſentio.

Primum Hiſtorici officiũ.

Primum officium eſſe puto,& id vel maximè omnibus neceſſarium, qui res geſtas hominum,monumentis annalium mandare ſtudent, materiam eligere pulchram,& iucundam,ac eam,quæ animos legentium voluptate afficiat, atque perfundat: quod B Herodotus mea quidem ſententia melius vidiſſe, & expreſſiſſe videtur, quam Thucydides. Ille enim,communem Græcorum, & barbarorum hiſtoriam conſcripſit; ne & res geſtæ maiorum obliterarentur,& ne eorum facta,& alia,quæ enumerat, interciderent,atque ex hominum memoria tollerentur. Idem enim eſt ipſum procœmium idem exorſus,& finis hiſtoriæ. Thucydides autem vnum tantummodò bellum ſcriptura perſequitur, & id neque honeſtum, neque fortunatum, & quod nunquam geri oportuit, ſin minus,obliuioni,& ſilentio traditum,à poſteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam ſibi ſumpſerit,etiam ipſe in exorſu planum facit. Ciuitates enim multas,& bello partim à barbaris, partim à ſeipſis vaſtatas, & funditus euerſas fuiſſe,& exilia,proſcriptiones,cædes hominum tantas factas eſſe,quantas poſt hominum memoriam vnquam,& terræmotus, ſiccitates, morbos, inualetudines, & alias C multas calamitates importatas: ita vt ſtatim in principio lectores, qui potius Græciæ calamitates ſint audituri,ab alienentur.

Herodoti argumẽtum hiſtoriæ præponitur Thucydidis argumento.

Quantò autem ea ſcriptio, quæ admiranda opera, & facta tam Græcorum, quàm Barbarorum aperit, antecellit eam,quæ miſeranda,& funeſta mala Græcorum nunciat,tantò meliores partes Herodotum Thucydide in eligenda materia ſecutum eſſe video,neq; enim illud afferre licet,eum neceſſitate coactum,ad eam ſe ſcriptionem cõtuliſse;cùm eum non præteriret,& illa pulchriora eſse, & nollet hæc in aliorum manus uenire. Aliter enim ſe res habet,dum maiorum res geſtas in exordio conuitijs afficit,& ſua ætate pulchras,& admirandas geſtas eſse aſſerit: quæ manifeſtè declarãt, eum non præter voluntatem ad hanc ſe materiam contuliſse. Hoc tamen Herodotus minimè fecit: & quamuis Hellanicus, & Charon, qui ante eius tempora uixerunt, D eandem materiam perſecuti ſint,non tamen eum à propoſito auocarunt: quin etiam ſperabat ſe ipſis aliquid pulchrius allaturum, quod etiam fecit.

Secundum Hiſtorici officium.

Hic etiam Thucydidi p̃fertur Herodotus.

Secundum munus eſt eius,qui facta hominum memoriæ mandare uolet, ſcire vnde principium ſumendum eſt,& quouſque progrediendum. qua in re Herodotus longè prudentior Thucydide eſse uidetur. Primo enim loco cauſsam deſcribit, ob quam barbari Græcis iniurias inferre cœperunt: & progrediens, in barbarorum punitione,& vltione deſcribenda conquieſcit. Thucydides uerò exordium ſumit ſuæ hiſtoriæ à parum felici,& florenti ſtatu rerum Græcarum: quod eum facere (cùm & Græcus eſset,& ciuis Athenienſis) non oportebat; & vel maximè, cum non eſset ex humili,& plebeio genere ciuium,ſed ex his, quibus Athenienſes primas deferebant, & quos militari præfectura,ac alijs ſummis honoribus dignos cenſebant: neque ita aperte, vt aperuiſſimè belli cauſsas ſuæ urbi aſcriberet: cùm alias multas occaſiones habe- E ret,quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat,non à Corcyrenſibus,ſed à præſtantiſſimis patriæ factis, quæ ſtatim poſt bellum Perſicum ediderant. Quorum deinde tamen inconuenienti loco non ita rectè, ſed quaſi curſim mentionem facit. At cum hæc narraſſet,ſumma cum beneuolentia, & ſtudio, vt uir amans Ciuitatis,deinde inferre debebat, Lacedæmonios horum inuidia,& metu commotos, alias interim cauſsas prætendentes bellum ſuſcepiſse. Ac tum demum Locrenſium res,& contra Megarenſes ſcitum, & ſi qua alia uoluit,exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus ſcatent: quamuis enim dicat ſe omni bello interfuiſse: & ſe om-

At dum Patriam laudat, dum damnat Poggius hoſtem.

Nec malus eſt ciuis, nec bonus Hiſtoricus, inquit quidam.

A nia polliceatur eſſe narraturum; tamen in nauale prælium Athenienſium,& Pelopo-
neſiorum,quod prope Eynoſſema geſtum fuit anno vigeſimoſecundo finem facit,ſa-
tius verò erat,dum perſequeretur omnia,hiſtoriam terminare admirando, & audito-
ribus gratiſſimo reditu exulum à Phyle; qui fuit initium ciuitati recuperandæ li-
bertatis.

Tertium munus eſt Hiſtorici conſiderare, quæ res illi in hiſtoriam referendæ, quæ *Tertium hiſtoria officium.*
ſilentio prætereundæ ſint: qua etiam in re poſtremas mihi partes ferre uidetur Thu- *Varietas rerum mater eſt*
cydides, nam cùm Herodotum non præteriret,omnem narrationem, quæ longitudi- *in Herodoto*
ne quadam ſermonis prędita eſſet, ſi reſpirationes, & moras quaſdam reciperet, ani- *quam in Thucidide.*
mos auditorum ſumma ſuauitate perfundere. ſin autem in eodem rerum ſtatu per-
maneret; etiam ſi res maximè ſuccederet, auribus tamen quandam ſatietatem pare-
B re: Homerum ſecutus,in omnem partem effuſam,ac ſumma varietate conditam effi-
cere voluit ſcriptionem; libros enim eius cùm in manus ſumimus,vſq; ad extremam
ſyllabam ſuſpicimus, & ſemper neſcio quid magis requirimus. Thucydides au-
tem vnum bellum,& aliquot pugnas ſine vlla interſpiratione perſequitur,pugnas pu
gnis,apparatus belli apparatibus,orationes orationibus cōgerens,& coaceruans. Ita
vt mens,& cogitatio eorum,qui audiunt,laborare cogatur. Satietatem enim gignunt, *Et Iſocrates ad Demon.*
ait Pindarus,& mel,& dulces res aliæ. Iam verò & illud in animo meo reputaui; *πλησμονὴ γὰρ ἔχουσιν.*
quam ſuauis,& iucunda res ſit in hiſtoria,ſcriptionis varietas,& immutatio. Atque
hoc in duobus,aut tribus locis fecit,tum in Odryſarum principatu exponendo, qui-
bus de cauſſis ad magnam deuénerint poteſtatem,tum in Siciliæ vrbibus.

Ad hæc eſt etiam munus hiſtorici in partes tribuere,& vnumquodque eorum, quę *Quartum Hiſtorici officiũ.*
C exponuntur, ſuo loco collocare. Quæ eſt igitur vtriuſque diſpoſitio? Thucydides
tempora ſequitur. Herodotus rerum complexiones. Fit autem Thucydides obſcurus, *Thucydidis hiſtoria confuſa eſt.*
& cuius ſententiam difficile animo comprehendere poſſis. Cum enim multa eadem
æſtate,& hyeme in diuerſis (vt fit) locis gererentur, imperfectas primas res geſtas re
linquens,alias attingit,quæ eadem æſtate,& hyeme geſtæ fuerunt. Erramus igitur,
quemadmodum par eſt, & ſumma cum difficultate res expoſitas mente iam turbata
aſſequimur. Herodotus uerò initium capiens ab imperio Lydorum,& vſque ad Crę
ſum deſcendens,ad Cyrum confeſtim,qui Cręſi Imperium euertit,tranſit,atque dein
de res Ægyptiorum,Scytharum,Libyeorum exponere aggreditur,partim prpoter re-
rum ſeriem,partim vt iucundiorem redderet narrationem ſuam, perſequens autem,
& exponens res geſtas Gręcorum,& Barbarorum,quę ducentis,& viginti annis geſtę *Herodotus ſcripſit, quæ 220 annis cõtigere.*
D ſunt in tribus continentibus, & fugam Xerxis deſcribens non diuellit orationem: ſed
accidit huic quidem,vt vno ſumpto argumento vnum corpus multas in partes didu-
cat. Illi, verò ut multis, & uarijs argumentis aſſumptis unum corpus ſibi conſen-
tiens faciat.

Vnum autem genus hiſtorię negotioſę commemorabo,quod nō minus,quàm quæ *Quintum Hiſtorici officiũ.*
recenſuimus in hiſtorijs requirimus; Animum inquam ſcribentis,quo in rebus con-
ſcribendis utitur. Herodoti quidem animus in omnibus lenis, & manſuetus eſt, &
qui bonis quidem collætatur, malis uerò condolet; Thucydidis uerò animus natu-
ra ſua quadam rigidus,& acerbus eſt,ac patrię exilij recordatione, offenſus; peccata
enim accuratiſſimè perſequitur, Eorum uerò,quę ex animi ſententia geſta ſunt,om-
ninò non meminit,aut uelut inuitus. Atque ob hęc in ea parte, quę ad res pertinet,
E vincitur ab Herodoto Thucydides. In ea uerò parte,quę continet elocutionem,aliàs
ſuperior,interdum inferior, In nonnullis etiam æquas partes tenet,dicam uerò etiam
de iis quemadmodum ſentio.

Virtus omnium prima eſt, ſine qua nulla alia eſt orationis vtilitas. Quęnam illa *Sextum Hiſtorici officium.*
eſt? ſermo purus,proprietatem linguæ Gręcę retinens. Hanc ambo ſtudioſè conſer-
uant. Herodotus enim Ionicæ linguę optima regula eſt; Thucydides uerò Atticæ.
Tertium locum habet breuitas,in qua uidetur Thucydides Herodotum antecelluiſſe,
quanquam dicere aliquis poſſet, breuitatem iucundam uideri, ſi cum perſpicuitate
coniuncta elaborata fuerit; ſin ea caruerit,acerbam,& auſteram.

Verum nihil eſto preterea. Poſt hæc perſpicuitas collocata eſt, quæ cum uirtuti- *Septimũ Hiſtorici officiũ.*
bus

bus adiunctis primas tenet: in qua ſatis diligenter ambo elaborarunt. A

Octauum hiſtorici officium.

Poſt hanc uirturem conſtituitur lenium, & vehementium affectuum mutatio; quã inter ſe partiti ſunt ſcriptores. Thucydides enim, in grauioribus affectibus exprimẽdis melior: Herodotus in lenioribus effingendis præſtantior.

Nonum hiſtorici officium.

Secundum hęc ſtatuuntur illæ virtutes, quæ ſummum, & admirandum ſtudium, & apparatum oſtendunt, in quibus hiſtorici pares ſunt.

Succedunt ijs aliæ, quæ orationis vim, & vehementiam, & ſimiles facultates complectuntur: quibus Herodotum Thucydides ſuperat: ſuauitatem autem, perſuaſionẽ, delectationem, & alias virtutes cognatas longè præſtantiores Herodotus Thucydide inducit. In verborum elocutione proprietatem naturæ Herodorus ſecutus eſt; grauitatem Thucydides, qui & in verbis ſui ſimilis eſt totus.

Decimum hiſtorici officium.

Virtutum omnium maxima, & quaſi princeps eſt decorum: quam diligentius Thucydide Herodotus ſeruauit: ſimilis enim hic in omnibus; at in concionibus magis, quã in narrationibus. Mihi quidem, & chariſſimo Cæcilio, Demoſthenes eius enthymemata, vel maximè expreſſiſſe, & imitatus eſſe videtur. Vt autem vno uerbo omnia complectar, elegantiſſimæ ſunt vtriuſque poeſes (non enim verebor poeſes eas appellare) ſed hoc vel maximè à ſe inuicẽ differunt, quòd conſtructio Herodori hilaris eſt, horribilis verò Thucydidis. Sed de his hiſtoricis hæc dixiſſe ſufficiat, cum multa nobis alia dicenda ſint, de quibus alius erit diſſerendi locus. Hæc Dionyſius Halicarnaſſęus. B

Xenophon. *Cap. X.*

Quintil. lib. 10. cap. 1. M.T. epiſt. 1. ad Q. Fratrem. Xenophon.

XEnophon in Socratis ſchola eruditus, rei militaris gloria præſtans, quippe qui expeditioni Cyri aduerſus Artaxerxem interfuit, vt Fabius ait, *magis inter Philoſophos, quam Hiſtoricos recenſendus eſt*. Is enim optimi Principis formã, & ad exemplum vitæ magis, quam ad fidem rerum in Cyro conatur effingere: vt expectandum non ſit, qualis nam Cyrus reuera fuerit, rex licet eximius, ſed qualis futurus ſit in Repub. Imperator: quare & Scipio Africanus eum de manibus ponere facilè nõ ſolebat. Ac tamen ſeptem libris ἑλληνικῶν παραλειπομένων hoc eſt, derelictarum rerum Græcarum, à fine Thucydidis hiſtoriæ incipiens, bella inter Gręcas ciuitates geſta circiter quadraginta quartuor annorum vſque ad Epaminondæ præliũ ad Mantineam conſcripſit. Adiecit altero libro dicta, factaque digna memoria, quæ ille ἀπομνημονεύματα uocauit. C

A fine Thucydidis Xenophon ſuam orditur hiſtoriam.

Xenophontis expreſſio.

In hiſtoria igitur huius ſiue Græca, ſiue Perſica, ſuauitas, fides, & circumſpectio rectè obſeruata ſunt; ſic quidem, vt magis ex eo prudentia ciuilis hauriatur, quàm ut vitrò propinetur. Agnoſcunt autem meritò viri ingenuitatem, qui, cùm haberet in ſua manu vt opprimeret Thucydidẽ adhuc latentẽ, primus ipſe protulit, & euulgauit. D

Cautio in quibuſdam interpretibus Xenophontis.

Porrò ex Xenophontis operum interpretationib. Græcolatinis, Hiſpani Theologi in expurgatorio ſuo indice monuerunt, vt delerentur præfationes, & nomina hæreticorum Ioachimi Camerarij, Sebaſtiani Caſtalionis, Ioannis Ribitti, Bilibaldi Pirkaimeri, & Conradi Geſneri. Id quod etiam Theologi Louanienſes in altero ſuo Indice expurgatorio ex parte monuerunt. Porrò conqueſtus eſt Henricus Stephanus, editione Thucydidis, & Xenophontis, quę nuper prodijt à Levvnclaio, factum ſibi furtũ, vti & lectoribus fucum. Verũ (inquit) aliã de re mihi ſum gratulatus: nimirum quòd ille Xenophontis interpres Levvnclaius in recognitione ſuæ Interpretationis, cum quo ſcriptore ſibi res eſſet, minus quàm antea cognouerit, ac idiomatis huius ſcriptoris, & ſui officij oblitus fuerit; interdumque bonam interpretationem ſuam mala ſua mutauerit. Vnde factum eſt, ut multò latiorem campum meis in hunc Scriptorem lucubrationibus aperuerit. E

Georgius Gemiſtus, qui ſuperiorum hiſtoricorum conſecutas hiſtorias texuit. *Caput XI.*

POſt lectionem Herodoti, Thucydidis, Xenophontis, poſtque prælium commiſſum ad Mantineam, quæ apud Græcos geſta ſunt, ea collegit, & in duos breues libros, tamquàm in compendium redegit Georgius Gemiſtus, appellatus Plethõ Byzantius,

A zantius, non ſolùm hiſtoricus, ſed & Platonicus Philoſophus, qui Byzantio in Italiã venit, cùm & Theodorus Gaza, & alij traiecere uiri perdocti. Inſcripſit hos libros ἑλληνικὰ, ſicut ſeptem ſuos de rebus Græcorum geſtis inſcripſit Xenophon, quibus egit de bello Peloponeſſiaco, ſecutus quod reliquerat Thucydides uſque ad prælium apud Mantineam commiſſum, unde Georgius Gemiſtus incipit, uolens, ut uidetur, ab ſoluere hiſtoriam Monarchiæ Perſarum uſque ad tertiam, quæ ab Alexandro incipit. nam & ſcribit uſque ad Philippi eius patris mortem, qui ab uno è ſuis, quem perditè amabat, interfectus eſt.

Poſt expugnatam videlicet à Turcis Conſtãtinopolim.

At hic Gemiſtus Gallicè quoque à Petro Saliato uerſus eſt, & Herodoto itidem ab ſe uerſo adiunctus.

Polybius. *Cap.* *XII.*

B Polybius è Megalopoli Arcadię ciuitate oriundus, omnium, qui nobis ſuperſunt hiſtoriæ Romanę ſcriptorum uetuſtiſſimus, quippe qui Ptolemęo Euergete in Aegypto regnante, ſcripſit, cùm uir peracri iudicio nactus eſſet occaſionem ingentem eius, & excolendi, & monſtrandi, inſignis fuit Hiſtoricus. Occaſio fuit, quòd Scipionis iunioris, qui Carthaginem deleuit, non tam præceptor, quam conſiliarius, & comes perpetuò fuerit, Romanam autem à primo bello Punico hiſtoriam texuit, multam illam, & præclaram, omnium ferè populorum, qui ſuis floruere temporib. ab Olympiade 129. hoc eſt ab orbe condito 3680. uſque ad annum 3766. idque libris 40. quorum magna pars, aut perijt tota, aut mutilata ad nos uenit. Et in hac tum pleraque de militari, & urbana diſciplina, deque hiſtorici officio, diſputat; ut ſæpè non tam narret, quàm ex profeſſo doceat, ſenſusque ſuos magis, quã Thucydides fecit; loca ue-
C rò, & regiones diligenter explicet, non ueritus ſuperiorum temporum, & hiſtoricorũ ignorantiam ſæpè arguere, qui multa de Romanis fabuloſè ſcripſiſſent. Extant quinque priores libri, & ſequentium duodecim Epitome. At & habemus Iuſti Lipſii de militia Romana libros quinque, ad priſcam hiſtoriam, militiamque illuſtrandam perutiles cum commentario ad Polybium pręter eos, quos item de machinis, tormentis, telis emiſit, cum tertiam partem hiſtoricę Facis polliceatur, qua de triumpho clauſula felicis belli eſt acturus.

Polybius antiquiſsimus Romanæ hiſtoriæ ſcriptor.

Hoc eſt circa annum 200. ante Chriſtũ ortum.

Quænam Polybij extant.

Dionyſius Halicarnaſſaus. *Cap.* *XIII.*

Dionyſius Alexandri filius, Halicarnaſſæus, cuius integra non extat hiſtoria, homo Græcus, & nullos in Romana Republica magiſtratus adeptus, Varroni, Tuberoni, & Pompeio Magno magna beneuolentia coniunctus, de Ro-
D manis multo ueriùs, ac meliùs ſcripſit, quàm Fabius, Salluſtius, aut Cato, qui in ſua Republica opibus, & honoribus floruerunt. Nam Polybius homo Græcus ſępè mendacij coarguit Fabium, & Philinum, quòd alter Romanus, alter Carthaginienſis de bello Punico contraria ſcripſerint: ille præclara omnia de Romanis, & de Pęnis. Contra Philinus Pœnos omnia laudabiliter, ac fortiter (ſic enim Polybius) Romanos autem turpiter, & ignauiter geſſiſſe. Dionyſius igitur Halicarnaſſæus, cuius maior fides eſt in hiſtoria, quàm Liuij, Tranquilli, Taciti, Arriani; quippe de aliena, non de ſua Republica ſcripſit, & omnium Commentarios, ac ciuitatis arcana, ex Actis publicis collegit, propter moderatũ dicendi genus, & Atticam puritatem, antiquitates Romanorum, ab ipſius origine Vrbis, tãta diligentia conſcripſit, ut Græcos omnes, ac Latinos
E ſuperaſſe uideatur. Nam ſacrificia, ludos, triumphos, magiſtratuum inſignia, tum uniuerſam Romanorum in gubernanda Republica diſciplinam, cenſum, auſpicia, comitia, totiusq; populi difficilem in claſſes, ac tribus partitionem, poſtremo Senatus auctoritatem, iuſſa plebis, magiſtratuum imperia, populi poteſtatẽ, unus omnium accuratiſſimè tradidiſſe uidetur. Quæ ut planius intelligerentur, Græcorũ leges, ac ritus, cum Romanis inſtitutis comparat, & iura clientelarum, quæ Romulus inſtituit (quanquã ea quoque Gallorum cõmunia fuiſse tradit Cęſar) ab Athenienſib. & Theſſalis altius repetit, ac Romanũ Dictatorem parem poteſtatẽ habuiſse, atque Harmoſten Lacedęmoniorũ, & Archum Theſſalorum, & Aezimnetẽ Mitylenęorum. Leges ſanè Romuli, Numę, Seruij, unà cum antiqua Romanorũ origine ſine hoc auctore penitus

Dionyſius Halicarnaſſæus.

Fabius, & Philinus hiſtorias ſuas quomodo ſuſpectas falſò reddiderint.

Fides, ac diligentia Dionyſii in Hiſtoria & quædem in Rom. Republ. ponenda ob oculos.

nitus interijſſent: quæ idem Latini quaſi peruulgata negligenter omiſerunt, quod ferè omnibus hiſtoricis contigiſſe videtur, vt, quæ vulgo cognita ſunt Reipublicę inſtituta, prætermittant; quaſi exteris æquè, ac ciuibus nota, vel etiam immutabilia fore iudicarent. A

Dionyſium Halicarnaſſeũ in quo noſtri hiſtorici imitandum ſibi proponere debeant.

Ceterũ hac in re falſus nõ eſt, qui deſiderauit in noſtri temporis hiſtoricis, vt Dionyſium ſibi proponerent ad imitandum, qui ſingulas hiſtoriæ vtilitates vbique colligens; omnia dicta, facta, conſilia ad bene inſtitutæ ciuitatis formam reuocauit. Habemus autem ipſius libri decimũ, & vndecimum malè verſum. Res porrò geſtas ante, ac poſt vrbem conditam vſque ad bellum Tarentinum, & Regis Pyrrhi aggreſſus eſt: ſed in his quæ extant (maiore enim parte caremus) paucis aunis poſt 12. tabulas finem ſcribendi facit. Vixit Octauio Auguſto Romæ.

Diodorus Siculus. *Cap. XVIII.* B

Diodorus Siculus apud Græcos nugari deſiit. Plin. in præfat. de hiſtor. natur.

Diodorus ex Aegyrio, ſiue Argyrio Siciliæ ciuitate, Siculus appellatus, quem Plinius inter Græcos ait deſijſſe nugari: Iuſtinus Martyr celeberrimũ Græcorum hiſtoricorum; Euſebius autem Pamphili illuſtrem virum appellarunt: totos triginta annos in condenda Bibliotheca ſe inſumpſiſſe, & magnam Europæ, atque Aſiæ partem magnis cum ærumnis, atque periculis peragraſſe teſtatur; adminiculis duobus ad rem abſoluendam vſus, tum tractandi in commune bonũ huius argumenti cupiditate: tum omnium rerum, quæ huc facere poterant, copiam Romæ conſecutus; quàm ille Triumuiris in Rempublicam ſæuientib. diu incoluit; quippe, quæ adeò ſuper alias omnes emineret, vt eius potentia vſq; ad extremos Orbis terminos pertingeret. *Nos enim* (inquit) *ex Aegyrio vrbe Siciliæ orti, atque ob commerciũ, quod nobis cum Romanis in Inſula verſantibus erat, magnam linguæ Romanæ cognitionem adepti, omnia huius Imperij geſta ex vetuſtis, quæ apud illos aſſeruantur, monumentis deſumpſimus.* C

Euſeb. lib. 1. præp. Euang. Iuſt. Martyr, Plin.

Et ſi verò Bibliothecæ Hiſtoricæ titulus præfertur operi huic Diodori, alij tamen numero plurali eam Bibliothecas vocarunt. Euſebius, inquit, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταυτὸν ὁμοῦ καταγαγών, Iuſtinus Martyr. ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών.

Diodorus in quo reliquis Hiſtoricis præſtet.

Et alij quidem Hiſtorici vnius gentis, aut vrbis, aut Principis geſta ferè tractauerant, cum Diodorus maius opus aggreſſus eſt, quo res omnes eodem tempore geſtas, vel in remotiſſimis orbis partibus, quaſi in vna, eademque tabula ſub vnum aſpectum poſuit. D

Ex Herodoto igitur, Cteſia, Thucydide, Xenophonte, Theopompo Ephoro, Philiſto, Calliſthene, Timæo, & alijs, præterea item è Romanis monumentis hiſtoriam libris quadraginta vſque ad Iulium Cęſarem complexus Bibliothecam inſcripſit. Quinque prioribus libris, quos Pogius Florentinus Interpres, & alij in ſex diſtribuerunt, ex vltima ſibi cognitæ uetuſtatis memoria originem Mundi, antiquitates Aegyptias, Græcas, Libycas, atq; aliarum gentium res geſtas ſummatim repetens.

Ex quadraginta tamen eius libris non ſolùm poſteriores uiginti, uerumetiam quinque illi, qui inter quintum, atque undecimum erant, ſeculi ſuperioris iniuria, uel potius Diuina Prouidentia interierunt. Fragmenta duntaxat quædam ex illis poſterioribus libris excerpta prodierunt in lucem unà cum Græca ipſius editione nouiſſima.

Primus Diodori liber in duas ſectiones diuiſus.

Pogius Florentinus.

Primus autẽ liber diuiſus fuerat in duas ſiue ſectiones, ſeu partes: quod notatur ijs uerbis, τμῆμα δεύτερον, quãuis antea τμῆμα πρότερον (uti opus erat) nõ fuerit ſcriptũ. Quæ res fecit, ut Volaterranus, & alij, ſexto Diodori libro, qui non extat, tribuerint, quæ in quinto habentur; uerſionem autem eorum quinque librorum, quos ſex numerauit Interpres, qui eam edidit haud bonam, ceteris præbuiſſe anſam errandi certum eſt. Vbi enim Diodorus poſteriorem libri partem inchoat, ille initium libri ſecundi facit; Vbi deinde ſecundum ille librum auſpicatur, ipſe tertium inde credit incipere. Ceterum, qui aliqua ex uerè hiſtorici huius ſexto libro legere cupit, uideat Euſebij librum ſecundum Euangelicæ Præparationis. E

Neque uerò quoniam omnium librorum Diodori una fuit inſcriptio Hiſtoricæ

Biblio-

A Bibliothecæ, propterea eodem ſingulorum extitit. Quintum enim, quòd in eo de Inſulis egit, νησιωτικὴν βίβλον, hoc eſt, *Inſularum librum* inſcripſit. Quæ cautio fuerit, ne, ſi quis in alios inciderit Auctores, qui νησιωτικὴν βίβλον citent, eum eſſe de numero librorum Hiſtoricæ Bibliothecæ inficietur.

Atqui Diodorus ipſe, quidquid ſuis libris continebatur, particulatim expoſuit, cũ hęc inquit. *Ex libris noſtris primi quidem complectuntur res ante Troiani belli tempora geſtas, & ea, quæ fabulis tradita de eo ſeculo fuerunt, atque horum tres poſteriores Græcas ferè complectuntur: Vndecim autem ſequentibus à Troiano bello vniuerſitatem rerum geſtarum vſque ad Alexandri mortem, memoriæ prodidimus; In ijs qui ſuperſunt viginti tribus reliqua omnia geſta collocauimus vſque ad initium belli Romanis aduerſus Celtas exorti.* Hæc ille.

Summa librorum Diodori.

B De temporis autem longitudine, quod toto ſuo complectitur Opere, paulo poſt ipſe, ſcribens, ait, *ſe id quidem tempus, quod bellum Troianum anteceſſit, certo ſpatio non definire, ſed à Troiano bello (Apollodorum Athenienſem ſequens) nonaginta annos vſque ad Heraclidarum reditum ſtatuere: ab hoc autem vſque ad primam Olympiadem trecentos viginti octo, à Lacedæmoniorum Regibus tempora computans. Poſtremò à prima Olympiade, vſque ad Celtici belli initium (quo ſuam hiſtoriam clauſit) ſeptingentos triginta annos.* Adeo, vt vniuerſum opus, ſpatium annorum mille centum triginta octo complectatur, etiam tempore rerum ante Troianum bellum geſtarum excepto.

Apollodorus Athenienſis.

Porrò Diodorus, licet vniuerſalem hiſtoriam temporibus, & annis diſtinxit, duo tamen obſtant, quæ non integram chronologiæ rationem ſuppeditent. Alterum quòd deſiderantur ij libri, in quibus eam expreſſerat. Alterum, quòd modo ἀρχόντων hoc

In Diodoro Chronographia non integra.

C eſt Archontum, modo Conſulum, interdum vtrorumque ſimul nomina ſecus apud eum, quàm apud alios ſcripta inneniuntur. Quin etiam, quod ad temporum notationem attinet, peculiare illi eſt non ſolum Archontum, & Conſulum, verum etiam virorum Illuſtrium nominibus ea ſignare. Interdum etiam tempus, quod deſcribit, eſſe id ait, à quo hic, vel ille ſuam ſit orſus hiſtoriam, ſimul & tempus, in quo ea deſinat ſignificans.

Stylus autem non adeo fluens, aut placidus, atque Herodoti. Sed viciſſim neque Herodotus, nec Thucydides, neque Xenophon vniuerſalem eiuſmodi hiſtoriam ſcripſerunt. Fieri enim vix poſſit, quin ij, qui tantam moliuntur molem, cùm in varios Auctores incidunt, è quibus colligunt permulta, variationem aliquam concipiant. Certe dum in texendas res incumbunt, vix tantam verborum curam habere poſſunt.

Stylus Diodori qualis.

D Id verò Scriptori huic proprium eſt, vt ſapienter pleraque interſerat, quibus Prouidentiam Dei, iuſtitiamque demonſtret, dum à cogitatione fortunæ homines auocat, ſuumque eſſe dicit inſtitutum, fortis alicuius viri morte narrata laudes eius adtexere. Modum interim tam in laudationibus, quàm vituperationibus tenet: ac non pauca interſeret, Diuinæ hiſtoriæ noſtræ veſtigia, quam ſi nouiſſet, clariora potuiſſet exprimere.

Quid proprium ſit in hiſtoria Diodori.

Hæc cum ita ſint, Ioannes Ludouicus Viues vir alioquin doctus, & prudens, de Diodoro ita ſcribit: *Diodorus Siculus ab inundatione, quæ ſub Ogyge fuit, Rege Bœotiæ ad ſua tempora, hoc eſt ad C. Cæſarem Dictatorem hiſtoriam deducit, quem Plinius neſcio qua de cauſſa dicat primum apud Græcos deſiiſſe nugari; cum nihil ſit eo nugacius. Niſi forſan quod nullum operi ſuo illecebroſum, aut magnificum titulum indiderit, ſed inſcripſerit tantum Bibliothecam.* Hæc ille. At neque credendum eſt, Diodorum, qui tanto ſtudio connixus eſt, vt hiſtoriam intexeret, voluiſſe comminiſci mendacia, licet ἀρχαιολογίας illas antiquas fabuloſas recitabat, aut quas antiqui fabulas putabant: in quibus tamen quædam vera latebant, ab Ethnicis exiſtimata falſa, qualia de Moyſe, cùm alij, tum Hecatæus, & Alexander Polyhiſtor arbitrati ſunt: quemadmodum item quæ de diluuio Beroſus, Hieronymus Aegyptius, Mnaſeas Abydenus ſcripta reliquerunt, quæ, ut ſomnia delirantium eſſe Ethnici putarunt. Quod autem ad res Romanas attinet, eas minus diligenter eſt perſecutus. Porrò cum Diodori Bibliothecę aliqui Dytim Cretenſẽ, & Daretem Phrygium adtexuerint, non eſt cur his Scriptorib. fides habeatur, id quod capite quadrageſimo tertio ſectionis tertię huius Operis planius perſecuti ſumus.

Ludouici Viuis de Diodoro iudicium.

E

potentiam, ac reditus annuos, & vrbis, ac portuum omnium ſitus, & præſidia, auxiliaque omnia, quæ initio eius belli euenere, commemorat. A

Adhortationem Archidami ad curam, atque vigilantiam. Periclis auctoritatem, atque in adminiſtranda Repub. dexteritatem, & eloquentiam. Prodigia, quæ peſtilentiam præceſſerunt. Peſtilentię graſſantis uim, atque aduerſus eam conatus, & remedia adhibita. Quę tamen Thucydidis narratio, ſi cum ea conferatur, quę accuratè, atque ſyncerè ſcripta fuit à Carolo à Baſilica Petri, Epiſcopo Nouarienſi, de vita, & rebus geſtis Caroli Borromęi Cardinalis tituli Sanctę Praxedis Archiepiſcopi Mediolani, libro quarto, erit vnde quiſque perſpiciat, quantum à Chriſtiana diſtet Viri Ethnici hiſtoria, & quantopere virorum Dei amantium geſta præcellant iis, quæ nimium in Ethnicis celebrantur, aut ſuſpiciuntur, nimirum quòd Chriſtiani ſcriptores, qui eminuerunt, haud ita verſantur ab omnibus, quemadmodum deceret. Atqui & ratio auertendę peſtilentię certiſſima, & fructuoſiſſima cernitur in eadem Caroli à Baſilica Petri hiſtoria, de quo diximus, cum, quod ad hanc hiſtoriæ Thucydidis partem attinet, eam accuratè, doctè, & eleganter Opere proprio ſit interpretatus Fabius Paulinus Vrinenſis, quod Iuntæ Veneti Typographi Venetijs nouiſſimè emiſerunt. B

Caroli Borromæi Cardin. vita à quo ſcripta.

Peſtilentia Medіolanenſis, tempore Car. Borromæi.

Ratio auertendæ peſtilentiam.

Iam verò Thucidides poſt eius peſtilentię deſcriptionem, agit de Phormione Athenienſium Duce, conſilio, ac uirtute præſtanti, deque eius nauali victoria, de regibus Thracum atque Macedonum, nonnulla item de Getis, atque Pœonibus ad Iſtrum, cum interim narret, quę ad Potideę obſidionem, famem, deditionem, quęve ad obſidionem Platęenſium ſpectant.

Phormio Dux Athenienſiũ.

TERTIO LIBRO. C

EXtant ſequentis triennij belli Peloponeſſiaci narratio; Mitylenęorum, ſiue Lesbiorum ab Athenienſibus ad Lacedęmonios defectio, ac rurſus in poteſtatem eorum redactio, atque punitio. De horum pœna deliberationes, atque orationes hinc inde contrarię, hęque perilluſtres, vti & tota ea narratio accurata eſt. Platæę vrbis expugnatio, & ſolo æquatio, atque hoc in loco orationes itidem illuſtres. Deſcriptio ſeditionis Corcyręorum, quę quidem horum temporum ſeditiones facile poſſint oſtendere. Demoſthenis Ducis res geſtę. Deductio colonię Laconicę in Heracleam Trachiniam, & Inſulę Deli expiatio, ſi tamen profana illa expiatio, dicenda ſit expiatio. Bella Athenienſium cum Aetolis, & Ambracijs. Prodigia, Terremotus, alluuiones, & molis ardentis ex Aetna eruptio: Heſiodi Poetę mentio interfecti in templo Iouis Nemęi apud Locros Ozolas, & eiuſdem Heſiodi in mare dejecti: cuius cadauer à Delphinis poſtea reuectum, & interfectores, qui nauim conſcenderant, in fuga, naufragio perijſſe feruntur. D

Heſiodi Poetæ mors.

Ad Lesbiorum autem defectionem quod attinet, plura ſe offerunt, ex quibus oſtendi poſſit infirmiſſima eſſe humana fœdera, quę humanis tantum conſilijs nitantur; filo tenuiſſimo vinciri, quę propria, & terreſtria duntaxat commoda reſpiciunt; fruſtra ędificari, vbi Deus non ſit architectus. Ex Dei, non ex hominum uoluntate ſi quis pendeat, certo loco ſua res ipſum conſtituturum. Gentiles idipſum poſteritati ſcriptum reliquiſſe. Inter eos aurcam extare illam Iſocratis ſententiam, qua inquit OPTIMVM, ET FIRMISSIMVM FOEDVS ESSE RECTE AGERE. *Cum huiuſmodi enim hominibus Deum ipſum ſancire fœdus.* E

Fœdera humana quomodo ſint infirmiſſima.

Fœdus firmiſſimum eſſe, recte agere.

In quinto anno, quę de ſummo iure, atque ęquitate ſunt diſputata ſiue à Cleone, qui de pœna ſumenda de Lesbijs nihil remittebat; ſiue à Diodoro aiente rigorem ſummi iuris eſſe ęquitate mitigandum, & dicente celeritatem, atque iram bono conſilio maximè aduerſari, perutilia ſunt lectu, pręſertim ſi eodem tempore his adtexantur, quę Demoſthenes in Cleonis ſententiam Oratione contra Timocratem ſcripſit.

A

QVARTO LIBRO.

LEguntur acta tertij triennij belli Peloponeſſiaci. Sic primò Meſſanæ Siciliæ Ciuitatis ad Syracuſanos ab Atheniẽſibus defectio Agidis Spartani Regis irruptio in Atticam. Expugnatio Pyli vrbis Meſſeniæ in Peloponeſo Demoſthene Attico Duce, qui & eam communiuit. At & ſeptimo potiſſimum anno mira viciſſitudo, & exitus obſidionis Pyli cernitur, mox legatorum Laconicorum oratio pacem ab hoſtę victore petentium, qua de rerum humanarum inconſtantia, deq; modeſtia in ſecundis rebus, de clementia, & moderatione in Victoria, & alia pleraque conſilia proponuntur. Ad hæc Victoria Niciæ de Corinthijs. Exitus ſeditionis Cor-
B cyreæ immani plebis crudelitate trucidatis optimatibus ſedatæ. Mors Artaxerxis Longimani Regis Perſarum. Octauo autem anno contigere, quæ & narrantur à Thucydide, Ecclipſis Solis. Terręmotus. Lesbiorum exilium. Inſulę Cytherę, atque Niceæ arcis ab Athenienſibus occupatio. Eodem hoc anno, & libro, Hermocratis Oratio efficax habita, qua Siculas Ciuitates inter ſeſe diſſidentes conciliauit inuicem, ἀμνηστείᾳ, iniuriarum omnium obliuione propoſita. Braſidę Laconici Ducis apti nati ad omnia δραστηρίου ὄντος εἰς τὰ πάντα virtutibus magnis prędíti, qui Theſſaliam, *Braſida Ducis laus.* & Thraciam cum exercitu paruo obiens, ac ſe Gręcię libertatis ab Athenienſibus oppreſſę auctorem profitens, plures eorundem vrbes cepit. Pręterea obſidio, atque receptio à Bęotijs Delij, ac prælij, quo uicti Athenienſes milites, ac inter hos, Socrates quoque Philoſophus, & Alcibiades Paraſtatę fugerunt: denique nono anno conſecu-
C tę inducię. Loca item quædam Thracię à Braſida in poteſtatem redacta;

QVINTO LIBRO.

AFferuntur annorum ſeptem inſequentium, hoc eſt vſque ad belli Peloponeſſiaci decimum ſeptimum rerum geſtarum ſucceſſus, vſque ad belli Siculi initia. Cleonis, & Braſidę interfectio propè Amphipolim. *Cleonis mors. Braſida mors.* Pax quinquaginta annorum inter Athenienſes, & Lacedęmonas inuitis ſocijs; quę tamen neque ſeptennium impleuit. *Alcibiades.* Varia utrobique fœdera, dum quęque pars ſuis rebus conſulens nouis fœderibus ſeſe communiuerunt. Alcibiadis, quę incipiebat, claritas. Vbique
D ſententię aureę extant.

SEXTO LIBRO.

DEſcriptio Sicilię, quam poſtea Ptolemæus, & Strabo, atque Io. Iouianus Pontanus ad finem ſexti libri de bello Neapolitano ſub aſpectum planius poſuere. *Sicilia deſcriptio.* Deliberationes varię de bello Siculis inferendo, cum Nicias eſſet diſſuaſor; Alcibiades autem impulſor, & inuitator, idque temerè. Miſſa Athenis in Siciliam claſſis. Exercitus Athenienſium quadraginta millium militum in Sicilia trucidatus, & ipſa vrbe Attica anno poſt illatum Siciliæ bellum decimo à Lacedęmonijs capta. *Athenienſium clades mirabilis.* Sicilia verò pene vniuerſa, quà in Carthanienſium, quà in Tyran-
E norum manus veniens, donec poſt ducentos annos Carthaginienſes à Romanis ex ea Inſula eiecti fuere. Dionyſius ſanè Hermocratis Syracuſani filius, defenſionem Sicilię prętexens Syracuſis tyrannidem incępit eo anno, quo cum Carthaginienſibus in Sicilia tranſactum eſt, & Athenę imperio, & libertate amiſſis à Lyſandro fuere occupatę, atq; muris ad cantum tibiarum euerſis, & nauibus crematis triginta Tyrannis ſeruire cęperunt. Ceterũ quę in hoc libro habentur orationes decem ad Principum virorũ, & Rerumpublicarũ deliberationes maximè ſpectantes, atq; inter has, ea quam Athenagorã habuiſſe Thucydides ſcribit de Democratię, atq; Oligarchię collatione, dignę ſunt, quę legantur. At celebrium Ducum uirtutes, quales in Nicia Ariſtoteles quoque agnouit; & quales fuere in Alcibiadę, ſed quę mixtę uitijs fuerint;

A occaſiones,momenta rerum,conſilia,errata,euentus,& cauſſas appoſitè deſcribit, ſuperuacanea præcidit,acutus,concitatus,neruoſus,denſus,ſolidus,& ſapiens,vt multū inde ad iudicium,ad mores formandos, atque ad Rempubl. adminiſtrandam percipi vtilitatis queat. Genus orationis Atticum,graue, ſublime, ac quod antiquum obtinet: quale Catonis eſſe cerneremus,ſi huius extarent hiſtoriæ. *Aemulatus eſt* (inquit Marcellinus) Homeri *Oeconomiam*, ſiue diſpoſitionem, Pindari verò graue, ac ſublime genus; obſcurè item locutus eſt de induſtria, ne aditus ad eius lectionem pateret omnibus,facileque intellectus minoris æſtimaretur. Nonnihil etiam (vt ait Antyllus,atque vt Marcellinus refert) Gorgiæ Leontini in eo eſt imitatus, vt uerba uerbis quaſi demenſa reſpondeant,& in collatione contrariorum id quod illa ętate maximè à Græcis probabatur. Prodicum quoque Ceum in uerborum delectu ſecutus eſt; Ho

Marcellinus lib. de Vita Thucydidis: et genere dicendi Antyllus.

Thucydides quos ſit imitatus.

B merum uerò inprimis, & in uerborum delectu, & in exquiſita eorum compoſitione, & in elocutionis vi,orationiſque pulchritudine,ac velocitate. Cum uerò bellum Peloponeſiacum viginti,& ſeptem annis duraſſet,viginti tantum,& vnius hiſtoriam texuit morte interceptus. Itaque res geſtas reliquis ſex annis ſuppleuere Theopompus,&Xenophon ἐν τοῖς ἑλληνικοῖς. At librum Thucydidis octauum,aiunt quidam(vt ſcribit Marcellinus) ſuppoſititium eſſe. Verum peritioribus(inquit)Thucydidis quidem eſſe uidetur, nondum tamen perpolitus, ſed inchoatus tantum, & rudis, multa ſummatim complectens,quæ & expoliri, atque vberius poterant explicari. Quamobrem (ait) adducimur,vt dicamus hunc librum à Thucydide iam ægrotante conſeriptum,eamque eſſe cauſſam,cur & languidius ſcriptus ſit, ac breuius; dum enim non bene ualet corpus,animus vires nonnihil remittit. Inter animum enim (inquit) &

C corpus,eſt quaſi conſenſus quidam,atque naturæ coniunctio. Hæc ex Antyllo Marcellinus.

Porrò Thucydides, vt prudens, at ſibi conſcius incerti temporis, quo hiſtoriam ſuam ſcribebat, licet per æſtates, hyemes, & Olympiadas, res Athenienſium, & Lacedæmoniorum expoſuit, nuſquam tamen Olympiadis certæ numerum propoſuit, nec quota ijs temporibus ageretur Olympias ſignificauit.

Cur Thucydides Olympiadum certam omiſit.

Sed & pleraque in Thucydide obſeruauit Dionyſius Halycarnaſſæus ac præter alia poeticam in delectu vocum libertatem, in compoſitione ſanè aſperiorem, atque ſubhorridam,multaque non cohærentia,qualia priſca illa ætas vſurpabat. quamobrē veteres dixere, ſcripſiſſe illum grauia,& maieſtatis plena, non autem dulcia: contra verò à Xenophonte ſcripta eſſe iucundiora potius quam grauia. Et quidem Marcel-

D linus aduerſus Dionyſium inquit. *Elocutionem ipſius* (hoc eſt Thucydidis) *ac verborū compoſitionem; ſunt qui in eo reprehendant, quaſi pedeſtri, ac ciuili dictione vti nequeat. ignorat uidelicet Dionyſius ſingularis cuiuſdam facultatis hoc potius eſſe, habitusq́; perfectiſſimi.* Ceterum qui de Thucydide rectius ſentire voluerit,legat,quod de eo iudicium tulit Dionyſius Halicarnaſſæus,qui ſimul ſcribendæ hiſtoriæ methodum oſtendit.

Eloquentia Thucydidis qualis.

Thucydidis interpretes,& ſcholiaſta quinam,deinde quanam Græca editio emendatior: quive illum in alias linguas verterunt. Cap. VIII.

SCripſere autem plures in Thucydidem,Phębamon,Aſclepius,Antyllus, & fortaſſe alij,qui non extant. At ſcholia in eum Græca extant,hæcque non vnius, ſed diuerſorum longè diſſimilium,vt quædam antiquam illam eruditionem, re

E liqua recentem è triuio redoleant doctrinam. Porrò hæc eadem Scholia fuere emendata, additis proparaſceuc,& annotationibus in eadem ſcholia. Extat item Marcellini de uita Thucydidis (quam etiam Aphtonius ſcripſit) & de genere dicendi excerpta ex integra ipſius hiſtoria,diſſertatio Græcè ſcripta,& in Latinum quoque uerſa: præter id,quod è Dionyſio Halicarnaſſæo iudicium petendum eſſe diximus,quodque ex eodem ipſo mox ſubdemus,cum ſcribens Ammęo ſummo amico ſuo,reſpōdit tum de alijs Scriptoribus,tum de præcipuis hiſtoricis.

Ceterum in Latinam Linguam è Gręca Thucydidē uertit Laurentius Valla, cuius verſionē,addita margini correctione,emendauit Henricus Stephanus. In Gallicā verò linguam Claudius Seyſſellius Epiſcopus,in cuius item uerſione multa deſiderātur,

id quod literas eallenti Græcas,& contextum Thucydidis cum Seiſellij interpretatione conferenti planum fiet. A

Secunda verò Henrici Stephani editio auctior,& emendatior eſt,eaque cum Latina,& emendata verſione Laurentii Vallæ ab Henrico recognita,iiſdemq; ſcholijs,de quibus diximus,anno 1570. emiſſa in lucem.

Collatio Herodoti, ac Thucydidis ex Dionyſio Halicarnaſſæo. Cap. IX.

DE Herodoto autem (inquit Dionyſius Halycarnaſſæus) & Thucydide hæc ſentio.

Primum Hiſtorici officiū.

Primum officium eſſe puto,& id vel maximè omnibus neceſſarium, qui res geſtas hominum,monumentis annalium mandare ſtudent, materiam eligere pulchram,& iucundam,ac eam,quæ animos legentium voluptate afficiat, atque perfundat: quod Herodotus mea quidem ſententia melius vidiſſe, & expreſſiſſe videtur, quam Thucydides. Ille enim,communem Græcorum, & barbarorum hiſtoriam conſcripſit; ne & res geſtæ maiorum obliterarentur,& ne eorum facta,& alia,quæ enumerat, intercideret,atque ex hominum memoria tollerentur. Idem enim eſt ipſum procemium idem exorſus,& finis hiſtoriæ. Thucydides autem vnum tantummodò bellum ſcriptura perſequitur, & id neque honeſtum, neque fortunatum, & quod nunquam geri oportuit, ſin minus,obliuioni,& ſilentio traditum,à poſteris ignorari debuit. Quod autem malam materiam ſibi ſumpſerit,etiam ipſe in exorſu planum facit. Ciuitates enim multas,& bello partim à barbaris, partim à ſeipſis vaſtatas, & funditus euerſas fuiſſe,& exilia,proſcriptiones,cædes hominum tantas factas eſſe,quantas poſt hominum memoriam vnquam,& terræmotus, ſiccitates, morbos, inualetudines, & alias multas calamitates importaras: ita vt ſtatim in principio lectores, qui totius Græciæ calamitates ſint audituri, ab alienentur. B C

Herodoti argumētum hiſtoria præponitur Thucydidis argumento.

Quantò autem ea ſcriptio, quæ admiranda opera, & facta tam Græcorum, quàm Barbarorum aperit, antecellit eam,quæ miſeranda,& funeſta mala Græcorum nunciat,tantò meliores partes Herodotum Thucydide in eligenda materia ſecutum eſſe video,neq; enim illud afferre licet,cum neceſſitate coactum,ad eam ſe ſcriptionem cōtuliſse;cùm eum non prætoriret,& illa pulchriora eſse, & nollet hæc in aliorum manus uenire. Aliter enim ſe res habet,dum maiorum res geſtas in exordio conuitijs afficit,& ſua ætate pulchras,& admirandas geſtas eſse aſserit: quæ manifeſtè declarās, eum non præter voluntatem ad hanc ſe materiam contuliſse. Hoc tamen Herodotus minimè fecit: & quamuis Hellanicus, & Charon, qui ante eius tempora vixerunt, eandem materiam perſecuti ſint,non tamen eum à propoſito auocarunt: quin etiam ſperabat ſe ipſis aliquid pulchrius allaturum, quod etiam fecit. D

Secundum Hiſtorici officium.

Hic etiam Thucydidi præfertur Herodotus.

Secundum munus eſt eius,qui facta hominum memoriæ mandare uolet, ſcire vnde principium ſumendum eſt,& quouſque progrediendum. qua in re Herodotus longè prudentior Thucydide eſse uidetur. Primo enim loco cauſsam deſcribit, ob quam barbari Græcis iniurias inferre cœperunt: & progrediens, in barbarorum punitione,& vltione deſcribenda conquieſcit. Thucydides uerò exordium ſumit ſuę hiſtoriæ à parum felici,& florenti ſtatu rerum Græcarum: quod eum facere (cùm & Græcus eſset,& ciuis Atheniēſis) non oportebat; & vel maximè, cum non eſset ex humili,& plebeio genere ciuium,ſed ex his, quibus Athenienſes primas deferebant, & quos militari præfectura,ac alijs ſummis honoribus dignos cenſebant: neque ita apertè, vt apertiſſimè belli cauſsas ſuę urbi aſcriberet: cùm alias multas occaſiones haberet,quibus eas attribueret. Ac initium narrationis facere debebat,non à Corcyrenſibus,ſed à præſtantiſſimis patriæ factis, quæ ſtatim poſt bellum Perſicum ediderant. Quorum deinde tamen inconuenienti loco non ita rectè, ſed quaſi curſim mentionem facit. At cum hęc narraſſet,ſumma cum beneuolentia, & ſtudio, vt uir amans Ciuitatis,deinde inferre debebat, Lacedæmonios horum inuidia,& metu commotos, alias interim cauſsas prætendentes bellum ſuſcepiſse. Ac tum demum Locrenſium res,& contra Megarenſes ſcitum, & ſi qua alia uoluit,exponere debuit. Fines autem pluribus erroribus ſcatent: quamuis enim dicat ſe omni bello interfuiſse: & ſe omnia E

At dum Patriam laudat, dum damnat Poggius hoſtem.

Nec malus eſt ciuis, nec bonus Hiſtoricus, inquit quidam.

A nia polliceatur eſſe narraturum; tamen in nauale prælium Athenienſium, & Peloponeſiorum, quod prope Eynoſſema geſtum fuit anno vigeſimoſecundo finem facit, ſatius verò erat, dum perſequeretur omnia, hiſtoriam terminare admirando, & auditoribus gratiſſimo reditu exulum à Phyle; qui fuit initium ciuitati recuperandæ libertatis.

Tertium munus eſt Hiſtorici conſiderare, quæ res illi in hiſtoriam referendæ, quæ ſilentio prætereundæ ſint: qua etiam in re poſtremas mihi partes ferre uidetur Thucydides, nam cùm Herodotum non præteriret, omnem narrationem, quæ longitudine quadam ſermonis prędita eſſet, ſi reſpirationes, & moras quaſdam reciperet, animos auditorum ſumma ſuauitate perfundere. ſin autem in eodem rerum ſtatu permaneret; etiam ſi res maximè ſuccederet, auribus tamen quandam ſatietatem parere: B Homerum ſecutus, in omnem partem effuſam, ac ſumma varietate conditam efficere voluit ſcriptionem; libros enim eius cùm in manus ſumimus, vſq; ad extremam ſyllabam ſuſpicimus, & ſemper neſcio quid magis requirimus. Thucydides autem vnum bellum, & aliquot pugnas ſine vlla interſpiratione perſequitur, pugnas pugnis, apparatus belli apparatibus, orationes orationibus cōgerens, & coaceruans. Ita vt mens, & cogitatio eorum, qui audiunt, laborare cogatur. Satietatem enim gignunt, ait Pindarus, & mel, & dulces res aliæ. Iam verò & illud in animo meo reputaui, quam ſuauis, & iucunda res ſit in hiſtoria, ſcriptionis varietas, & immutatio. Atque hoc in duobus, aut tribus locis fecit, tum in Odryſarum principatu exponendo, quibus de cauſſis ad magnam deuenerint poteſtatem, tum in Siciliæ vrbibus.

Tertium hiſtoria officium. Varietas rerum mater eſt in Herodoto quam in Thucidide.

Et Iſocrates ad Demon. [illegible]

Ad hæc eſt etiam munus hiſtorici in partes tribuere, & vnumquodque eorum, quę C exponuntur, ſuo loco collocare. Quæ eſt igitur vtriuſque diſpoſitio? Thucydides tempora ſequitur. Herodotus rerum complexiones. Fit autem Thucydides obſcurus, & cuius ſententiam difficile animo comprehendere poſſis. Cum enim multa eadem æſtate, & hyeme in diuerſis (vt fit) locis gererentur, imperfectas primas res geſtas relinquens, alias attingit, quæ eadem æſtate, & hyeme geſtæ fuerunt. Erramus igitur, quemadmodum par eſt, & ſumma cum difficultate res expoſitas mente iam turbata aſſequimur. Herodotus uerò initium capiens ab imperio Lydorum, & vſque ad Creſum deſcendens, ad Cyrum confeſtim, qui Creſi Imperium euertit, tranſit, atque deinde res Ægyptiorum, Scytharum, Libyeorum exponere aggreditur, partim prpoter rerum ſeriem, partim vt iucundiorem redderet narrationem ſuam, perſequens autem, & exponens res geſtas Grecorum, & Barbarorum, quę ducentis, & viginti annis geſtę D ſunt in tribus continentibus, & fugam Xerxis deſcribens non diuellit orationem: ſed accidit huic quidem, vt vno ſumpto argumento vnum corpus multas in partes diducat. Illi, verò ut multis, & uarijs argumentis aſſumptis unum corpus ſibi conſentiens faciat.

Quartum Hiſtorici officiū.

Thucydidis hiſtoria confuſa eſt.

Herodotus ſcripſit, quæ 220 annis contigere.

Vnum autem genus hiſtorię negotioſę commemorabo, quod nō minus, quàm quæ recenſuimus in hiſtorijs requirimus; Animum inquam ſcribentis, quo in rebus conſcribendis utitur. Herodoti quidem animus in omnibus lenis, & manſuetus eſt, & qui bonis quidem collætatur, malis uerò condolet: Thucydidis uerò animus natura ſua quadam rigidus, & acerbus eſt, ac patrię exilij recordatione, offenſus: peccata enim accuratiſſimè perſequitur, Eorum uerò, quę ex animi ſententia geſta ſunt, omninò non meminit, aut uelut inuitus. Atque ob hęc in ea parte, quę ad res pertinet, E vincitur ab Herodoto Thucydides. In ea uerò parte, quę continet elocutionem, aliàs ſuperior, interdum inferior. In nonnullis etiam æquas partes tenet, dicam uerò etiam de ijs quemadmodum ſentio.

Quintum Hiſtorici officiū.

Virtus omnium prima eſt, ſine qua nulla alia eſt orationis vtilitas. Quęnam illa eſt? ſermo purus, proprietatem linguæ Grecę retinens. Hanc ambo ſtudiosè conſeruant. Herodotus enim Ionicæ linguę optima regula eſt; Thucydides uerò Atticæ. Tertium locum habet breuitas, in qua uidetur Thucydides Herodotum antecelluiſſe, quanquam dicere aliquis poſſet, breuitatem iucundam uideri, ſi cum perſpicuitate coniuncta elaborata fuerit; ſin ea caruerit, acerbam, & auſteram.

Sextum Hiſtorici officium.

Verum nihil eſto preterea. Poſt hæc perſpicuitas collocata eſt: quæ cum uirtutibus

Septimū Hiſtorici officiū.

bus adiunctis primas tenet:in qua ſatis diligenter ambo elaborarunt. A

Octauum hiſtorici officium.

Poſt hanc uirtutem conſtituitur lenium,& vehementium affectuum mutatio; quã inter ſe partiti ſunt ſcriptores. Thucydides enim, in grauioribus affectibus exprimẽdis melior: Herodotus in lenioribus effingendis præſtantior.

Nonum hiſtorici officium.

Secundum hęc ſtatuuntur illæ virtutes,quæ ſummum,& admirandum ſtudium,& apparatum oſtendunt, in quibus hiſtorici pares ſunt.

Succedunt ijs aliæ,quæ orationis vim,& vehementiam, & ſimiles facultates complectuntur:quibus Herodotum Thucydides ſuperat: ſuauitatem autem,perſuaſionẽ, delectationem,& alias virtutes cognatas longè præſtantiores Herodotus Thucydide inducit.In verborum elocutione proprietatem naturæ Herodotus ſecutus eſt;grauitatem Thucydides,qui & in verbis ſui ſimilis eſt totus.

Decimum hiſtorici officium.

Virtutum omnium maxima,& quaſi princeps eſt decorum:quam diligentius Thucydide Herodotus ſeruauit:ſimilis enim hic in omnibus; at in concionibus magis, quã in narrationibus. Mihi quidem,& chariſſimo Cæcilio, Demoſthenes eius enthymemata,vel maximè expreſſiſſe,& imitatus eſſe videtur. Vt autem vno uerbo omnia complectar,elegantiſſimæ ſunt vtriuſque poeſes (non enim verebor poeſes eas appellare) ſed hoc vel maximè à ſe inuicẽ differunt,quòd conſtructio Herodoti hilaris eſt, horribilis verò Thucydidis.Sed de his hiſtoricis hæc dixiſſe ſufficiat,cùm multa nobis alia dicenda ſint,de quibus alius erit diſſerendi locus.Hæc Dionyſius Halicarnaſſęus. B

Xenophon. Cap. X.

XEnophon in Socratis ſchola eruditus,rei militaris gloria præſtans,quippe qui expeditioni Cyri aduerſus Artaxerxem interfuit, vt Fabius ait, *magis inter Philoſophos,quam Hiſtoricos recenſendus eſt*. Is enim optimi Principis formã, & ad exemplum vitæ magis,quam ad fidem rerum in Cyro conatur effingere:vt expectandum non ſit,qualis nam Cyrus reuera fuerit,rex licet eximius, ſed qualis futurus ſit in Repub. Imperator:quare & Scipio Africanus eum de manibus ponere facilè nõ ſolebat. Ac tamen ſeptem libris ἑλληνικῶν παραλειπομένων hoc eſt, derelictarum rerum Græcarum, à fine Thucydidis hiſtoriæ incipiens, bella inter Gręcas ciuitates geſta circiter quadraginta quatuor annorum vſque ad Epaminondæ præliũ ad Mantineam conſcripſit. Adiecit altero libro dicta,factaque digna memoria,quæ ille Ἀπομνημονεύματα uocauit. C

Quintil. lib. 10. cap. 1. M.T. epiſt. 1. ad Q. Fratrem. Xenophon.

A fine Thucydidis Xenophon ſuam orditur hiſtoriam.

Xenophontis expenſio.

In hiſtoria igitur huius ſiue Græca,ſiue Perſica,ſuauitas,fides,& circumſpectio rectè obſeruata ſunt; ſic quidem,vt magis ex eo prudentia ciuilis hauriatur,quàm ut vitiò propinetur. Agnoſcunt autem meritò viri ingenuitatem, qui, cùm haberet in ſua manu vt opprimeret Thucydidẽ adhuc latentẽ, primus ipſe protulit,& euulgauit. D

Cautio in quibuſdam editionibus Xenophontis.

Porrò ex Xenophontis operum interpretationib. Græcolatinis, Hiſpani Theologi in expurgatorio ſuo indice monuerunt,vt delerentur præfationes, & nomina hæreticorum Ioachimi Camerarij, Sebaſtiani Caſtalionis,Ioannis Ribitti,Bilibaldi Pirkaimeri,& Conradi Geſneri. Id quod etiam Theologi Louanienſes in altero ſuo Indice expurgatorio ex parte monuerunt. Porrò conqueſtus eſt Henricus Stephanus, editione Thucydidis,& Xenophontis,quę nuper prodijt à Levvnclaio,factum ſibi furtũ, vti & lectoribus fucum. Verũ (inquit) alia de re mihi ſum gratulatus: nimirum quòd ille Xenophontis interpres Levvnclaius in recognitione ſuæ Interpretationis, cum quo ſcriptore ſibi res eſſet,minus quàm antea cognouerit,ac idiomatis huius ſcriptoris,& ſui officij oblitus fuerit interdumque bonam interpretationem ſuam mala ſua mutauerit. Vnde factum eſt, ut multò latiorem campum meis in hunc Scriptorem lucubrationibus aperuerit. E

Georgius Gemiſtus, qui ſuperiorum hiſtoricorum conſecutas hiſtorias texuit. Caput XI.

POſt lectionem Herodoti,Thucydidis, Xenophontis, poſtque prælium commiſſum ad Mantineam,quæ apud Græcos geſta ſunt, ea collegit, & in duos breues libros,tamquàm in compendium redegit Georgius Gemiſtus, appellatus Plethõ Byzantius,

A zantius, non ſolùm hiſtoricus, ſed & Platonicus Philoſophus, qui Byzantio in Italiã venit, cùm & Theodorus Gaza, & alij traiecere uiri perdocti. Inſcripſit hos libros ἑλληνικά, ſicut ſeptem ſuos de rebus Græcorum geſtis inſcripſit Xenophon, quibus egit de bello Peloponeſſiaco, ſecutus quod reliquerat Thucydides uſque ad prælium apud Mantineam commiſſum, unde Georgius Gemiſtus incipit, uolens, ut uidetur, abſoluere hiſtoriam Monarchiæ Perſarum uſque ad tertiam, quæ ab Alexandro incipit. nam & ſcribit uſque ad Philippi eius patris mortem, qui ab uno è ſuis, quem perditè amabat, interfectus eſt.

Poſt expugnatam videlicet à Turcis Conſtãtinopolim.

At hic Gemiſtus Gallicè quoque à Petro Saliato uerſus eſt, & Herodoto itidem ab ſe uerſo adiunctus.

Polybius. Cap. X I I.

B Polybius è Megalopoli Arcadiç ciuitate oriundus, omnium, qui nobis ſuperſunt hiſtoriæ Romanç ſcriptorum ueruſtiſſimus, quippe qui Ptolemço Euergete in Aegypto regnante, ſcripſit, cùm uir peracri iudicio nactus eſſet occaſionem ingentem eius, & excolendi, & monſtrandi, inſignis fuit Hiſtoricus. Occaſio fuit, ꝙ Scipionis iunioris, qui Carthaginem deleuit, non tam præceptor, quam conſiliarius, & comes perpetuò fuerit, Romanam autem à primo bello Punico hiſtoriam texuit, multam illam, & præclaram, omnium ferè populorum, qui ſuis floruere temporib. ab Olympiade 129. hoc eſt ab orbe condito 3680. uſque ad annum 3766. idque libris 40. quorum magna pars, aut perijt tota, aut mutilata ad nos uenit. Et in hac tum pleraquè de militari, & urbana diſciplina, deque hiſtorici officio, diſputat; ut ſæpè non tam narret, quàm ex profeſſo doceat, ſenſusque ſuos magis, quã Thucydides fecit; loca ue-
C rò, & regiones diligenter explicet, non ueritus ſuperiorum temporum, & hiſtoricorũ ignorantiam ſæpè arguere, qui multa de Romanis fabuloſè ſcripſiſſent. Extant quinque priores libri, & ſequentium duodecim Epitome. At & habemus Iuſti Lipſii de militia Romana libros quinque, ad priſcam hiſtoriam, militiamque illuſtrandam perutiles cum commentario ad Polybium prçter eos, quos item de machinis, tormentis, telis emiſit, cum tertiam partem hiſtoriç Facis polliceatur, qua de triumpho clauſula felicis belli eſt acturus.

Polybius antiquiſſimus Romana hiſtoriæ ſcriptor.

Hoc eſt circa annum 100. ante Chriſti ortum.

Quanam Polybij extant.

Dionyſius Halicarnaſſæus. Cap. X I I I.

Dionyſius Alexandri filius, Halicarnaſſæus, cuius integra non extat hiſtoria, homo Græcus, & nullos in Romana Republica magiſtratus adeptus, Varroni, Tuberoni, & Pompeio Magno magna beneuolentia coniunctus, de Ro-
D manis multo ueriùs, ac meliùs ſcripſit, quàm Fabius, Salluſtius, aut Cato, qui in ſua Republica opibus, & honoribus floruerunt. Nam Polybius homo Græcus ſçpè mendacij coarguit Fabium, & Philinum, quòd alter Romanus, alter Carthagínienſis de bello Punico contraria ſcripſerint: ille præclara omnia de Romanis, & de Pçnis. Contra Philinus Pœnos omnia laudabiliter, ac fortiter (ſic enim Polybius) Romanos autem turpiter, & gnauiter geſſiſſe. Dionyſius igitur Halicarnaſſæus, cuius maior fides eſt in hiſtoria, quàm Liuij, Tranquilli, Taciti, Arriani; quippe de aliena, non de ſua Republica ſcripſit, & omnium Commentarios, ac ciuitatis arcana, ex Actis publicis collegit, propter moderatũ dicendi genus, & Atticam puritatem, antiquitates Romanorum, ab ipſius origine Vrbis, tãta diligentia conſcripſit, ut Græcos omnes, ac Latinos
E ſuperaſse uideatur. Nam ſacrificia, ludos, triumphos, magiſtratuum inſignia, tum uniuerſam Romanorum in gubernanda Republica diſciplinam, cenſum, auſpicia, comitia, totiusq; populi difficilem in claſſes, ac tribus partitionem, poſtremo Senatus auctoritatem, iuſſa plebis, magiſtratuum imperia, populi poteſtatẽ, unus omnium accuratiſſimè tradidiſſe uidetur. Quæ ut planius intelligerentur, Græcorũ leges, ac ritus, cum Romanis inſtitutis comparat, & iura clientelarum, quæ Romulus inſtituit (quanquã ea quoque Gallorum cõmunia fuiſse tradit Cçſar) ab Athenienſib. & Theſſalis alius repetit, ac Romanũ Dictatorem parem poteſtatẽ habuiſse, atque Harmoſten Lacedçmoniorũ, & Archum Theſſalorum, & Aezimnetẽ Mitylençorum. Leges ſanè Romuli, Numç, Seruij, unà cum antiqua Romanorũ origine ſine hoc auctore penitus

Dionyſius Halicarnaſſæus.

Fabius, & Philinus hiſtorici ſuas quomodo ſuſpectas falſi reddiderint.

Fides, ac diligentia Dionyſii in Hiſtoria & quidem in Rom. Republ. ponenda ob oculos.

nitus interijſſent: quæ idem Latini quaſi peruulgata negligenter omiſerunt, quod ferè omnibus hiſtoricis contigiſſe videtur, vt, quæ vulgo cognita ſunt Reipublicę inſtituta, prætermittant; quaſi exteris æquè, ac ciuibus nota, vel etiam immutabilia fore iudicarent. A

Dionyſium Halicarnaſſæū in quo noſtri hiſtorici imitandum ſibi proponere debeant.

Ceterū hac in re falſus nō eſt, qui deſiderauit in noſtri temporis hiſtoricis, vt Dionyſium ſibi proponerent ad imitandum, qui ſingulas hiſtoriæ vtilitates vbique colligens, omnia dicta, facta, conſilia ad bene inſtitutæ ciuitatis formam reuocauit. Habemus autem ipſius libri decimū, & vndecimum malè verſum. Res porrò geſtas ante, ac poſt vrbem conditam vſque ad bellum Tarentinum, & Regis Pyrrhi aggreſſus eſt: ſed in his quæ extant (maiore enim parte caremus) paucis annis poſt .12. tabulas finem ſcribendi facit. Vixit Octauio Auguſto Romæ.

Diodorus Siculus. *Cap. XVIII.* B

Diodorus Siculus apud Græcos nugari deſijt. Plin. in præfat. de hiſtor. natur.

Diodorus ex Aegyrio, ſiue Argyrio Siciliæ ciuitate, Siculus appellatus, quem Plinius inter Græcos ait deſijſſe nugari: Iuſtinus Martyr celeberrimū Græcorum hiſtoricorum; Euſebius autem Pamphili illuſtrem virum appellarunt: totos triginta annos in condenda Bibliotheca ſe inſumpſiſſe, & magnam Europæ, atque Aſiæ partem magnis cum ærumnis, atque periculis peragraſſe teſtatur; adminiculis duobus ad rem abſoluendam vſus, tum tractandi in commune bonū huius argumenti cupiditate: tum omnium rerum, quæ huc facere poterant, copiam Romæ conſecutus; quàm ille Triumuiris in Rempublicam ſæuientib. diu incoluit; quippe quæ adeò ſuper alias omnes emineret, vt eius potentia vſq; ad extremos Orbis terminos pertingeret. *Nos enim* (inquit) *ex Aegyrio vrbe Siciliæ orti, atque ob commerciū, quod nobis cum Romanis in Inſula verſantibus erat, magnam linguæ Romanæ cognitionem adepti, omnia huius Imperij geſta ex vetuſtis; quæ apud illos aſſeruantur, monumentis deſumpſimus.* C

Euſeb. lib. 1. præp. Euang. Iuſt. Martyr, Plin.

Et ſi verò Bibliothecæ Hiſtoricæ titulus præfertur operi huic Diodori, alij tamen numero plurali eam Bibliothecas vocarunt. Euſebius, inquit, ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπὶ ταυτὸν ὁμοῦ καταγαγών, Iuſtinus Martyr. ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών.

Diodorus in quo reliquis Hiſtoricis præſtet.

Et alij quidem Hiſtorici vnius gentis, aut vrbis, aut Principis geſta ferè tractauerant, cum Diodorus maius opus aggreſſus eſt, quo res omnes eodem tempore geſtas, vel in remotiſſimis orbis partibus, quaſi in vna, eademque tabula ſub vnum aſpectum poſuit. D

Ex Herodoto igitur, Cteſia, Thucydide, Xenophonte, Theopompo Ephoro, Philiſto, Calliſthene, Timæo, & alijs, præterea item è Romanis monumentis hiſtoriam libris quadraginta vſque ad Iulium Cęſarem complexus Bibliothecam inſcripſit. Quinque prioribus libris, quos Pogius Florentinus Interpres, & alij in ſex diſtribuerunt, ex vltima ſibi cognitæ uetuſtatis memoria originem Mundi, antiquitates Aegyptias, Græcas, Libycas, atq; aliarum gentium res geſtas ſummatim repetens.

Ex quadraginta tamen eius libris non ſolùm poſteriores uiginti, uerumetiam quinque illi, qui inter quintum, atque undecimum erant, ſeculi ſuperioris iniuria, uel potius Diuina Prouidentia interierunt. Fragmenta duntaxat quædam ex illis poſterioribus libris excerpta prodierunt in lucem unà cum Græca ipſius editione nouiſſima.

Primus Diodori liber in duas ſectiones diuiſus.

Primus autē liber diuiſus fuerat in duas ſiue ſectiones, ſeu partes: quod notatur ijs uerbis, τμῆμα δεύτερον, quāuis antea τμῆμα πρότερον (uti opus erat) nō fuerit ſcriptū. Quæ res fecit, ut Volaterranus, & alij, ſexto Diodori libro, qui non extat, tribuerint, quæ in quinto habentur; uerſionem autem eorum quinque librorum, quos ſex numerauit Interpres, qui eam edidit haud bonam, ceteris præbuiſſe anſam errandi certum eſt. Vbi enim Diodorus poſteriorem libri partem inchoat, ille initium libri ſecundi facit; Vbi deinde ſecundum ille librum auſpicatur, ipſe tertium inde credit incipere. Ceterùm qui aliquā ex uerè hiſtorici huius ſexto libro legere cupit, uideat Euſebij librum ſecundum Euangelicæ Præparationis. E

Pogius Florentinus.

Neque uerò quoniam omnium librorum Diodori una fuit inſcriptio Hiſtoricæ

Biblio-

A. Bibliothecæ, propterea eodem ſingulorum extitit. Quintum enim, quòd in eo de Inſulis egit, νησιωτικὴν βίβλον, hoc eſt, *Inſularum librum* inſcripſit. Quæ cautio fuerit, ne, ſi quis in alios inciderit Auctores, qui νησιωτικὴν βίβλον citent, eum eſſe de numero librorum Hiſtoricæ Bibliothecæ inficietur.

Atqui Diodorus ipſe, quidquid ſuis libris continebatur, particulatim expoſuit, cũ hęc inquit. *Ex libris noſtris primi quidem complectuntur res ante Troiani belli tempora geſtas, & ea, quæ fabulis tradita de eo ſeculo fuerunt, atque horum tres poſteriores Græcas ferè complectuntur: Vndecim autem ſequentibus à Troiano bello vniuerſitatem rerum geſtarum vſque ad Alexandri mortem, memoriæ prodidimus; In ijs qui ſuperſunt viginti tribus reliqua omnia geſta collocauimus vſque ad initium belli Romanis aduerſus Celtas exorti.* Hæc ille.

Summa librorum Diodori.

B De temporis autem longitudine, quod toto ſuo complectitur Opere, paulo poſt ipſe, ſcribens, ait, *ſe id quidem tempus, quod bellum Troianum anteceſſit, certo ſpatio non definire, ſed à Troiano bello (Apollodorum Athenienſem ſequens) nonaginta annos vſque ad Heraclidarum reditum ſtatuere: ab hoc autem vſque ad primam Olympiadem trecentos viginti octo, à Lacedæmoniorum Regibus tempora computans. Poſtremò à prima Olympiade, vſque ad Celticj belli initium (quo ſuam hiſtoriam clauſit) ſeptingentos triginta annos.* Adeo, vt vniuerſum opus, ſpatium annorum mille centum triginta octo complectatur, etiam tempore rerum ante Troianum bellum geſtarum excepto.

Apollodorus Athenienſis.

Porrò Diodorus, licet vniuerſalem hiſtoriam temporibus, & annis diſtinxit, duo tamen obſtant, quæ non integram chronologiæ rationem ſuppeditent. Alterum quòd deſiderantur ij libri, in quibus eam expreſſerat. Alterum, quòd modo ἀρχόντων hoc
C eſt Archontum, modo Conſulum, interdum vtrorumque ſimul nomina ſecus apud eum, quàm apud alios ſcripta inueniuntur. Quin etiam, quod ad temporum notationem attinet, peculiare illi eſt non ſolum Archontum, & Conſulum, verum etiam virorum Illuſtrium nominibus ea ſignare. Interdum etiam tempus, quod deſcribit, eſſe id ait, à quo hic, vel ille ſuam ſit orſus hiſtoriam, ſimul & tempus, in quo ea deſinat ſignificans.

In Diodoro Chronographia non integra.

Stylus autem non adeo fluens, aut placidus, atque Herodoti. Sed viciſſim neque Herodotus, nec Thucydides, neque Xenophon vniuerſalem eiuſmodi hiſtoriam ſcripſerunt. Fieri enim vix poſſit, quin ij, qui tantam moliuntur molem, cùm in varios Auctores incidunt, è quibus colligunt permulta, variationem aliquam concipiant. Certe dum in texendas res incumbunt, vix tantam verborum curam habere poſſunt.

Stylus Diodori qualis.

D Id verò Scriptori huic proprium eſt, vt ſapienter pleraque interſerat, quibus Prouidentiam Dei, iuſtitiamque demonſtret, dum à cogitatione fortunæ homines auocat, ſuumque eſſe dicit inſtitutum, fortis alicuius viri morte narrata laudes eius adtexere. Modùm interim tam in laudationibus, quàm vituperationibus tenet: ac non pauca intermiſcet Diuinæ hiſtoriæ noſtræ veſtigia, quam ſi nouiſſet, clariora potuiſſet exprimere.

Quid propriũ ſit in hiſtoria Diodori.

Hæc cum ita ſint, Ioannes Ludouicus Viues vir alioquin doctus, & prudens, de Diodoro ita ſcribit: *Diodorus Siculus ab inundatione, quæ ſub Ogyge fuit, Rege Bœotiæ ad ſua tempora, hoc eſt ad C. Cæſarem Dictatorem hiſtoriam deducit, quem Plinius neſcio qua de cauſſa dicat primum apud Græcos deſiiſſe nugari; cum nihil ſit eo nugacius. Niſi forſan quod multum operi ſub illecebroſum, aut magnificum titulum indiderit, ſed inſcripſerit tantum Bibliothecam.* Hæc ille.

Ludouici Viuis de Diodoro iudicium.

E At neque credendum eſt, Diodorum, qui tanto ſtudio connixus eſt, vt hiſtoriam contexeret, voluiſſe comminiſci mendacia, licet ἀρχαιολογίας illas antiquas fabuloſas recitabat, aut quas antiqui fabulas putabant: in quibus tamen quædam vera latebant, ab Ethnicis exiſtimata falſa, qualia de Moyſe, cùm alij, tum Hecatæus, & Alexander Polyhiſtor arbitrati ſunt: quemadmodum item quæ de diluuio Beroſus, Hieronymus Aegyptius, Mnaſeas Abydenus ſcripta reliquerunt, quæ, ut ſomnia delirantium eſſe Ethnici putarunt. Quod autem ad res Romanas attinet, eas minus diligenter eſt perſecutus. Porrò cum Diodori Bibliothecę aliqui Dytim Cretenſẽ, & Daretem Phrygium adtexuerint, non eſt cur his Scriptorib. fides habeatur, id quod capite quadrageſimo tertio ſectionis tertię huius Operis planius perſecuti ſumus.

 A

Ioſephus Iudæus.

Hieronym. Epiſt. 22. Bibl. Selecta lib. 2. c. 23.

DE Ioſepho, qui Iudaicam hiſtoriam texuit, ac quem Sanctus Hieronymus honoris cauſſa Liuium Græcum appellat, quædam ſummatim attigimus ſecundo libro Bibliothecæ huius Selectæ: plura dicturi in Apparatu Sacro, qui iam cœptus eſt. Sed cum hic quoque Græcè ſcripſerit, ac Romanorum geſta attingat, licet Iudaicas Antiquitates in primis, ſacramque hiſtoriam texuit, locus poſtulat, vt nonnulla interſeramus: ne videlicet auidi hiſtoriarum lectores plus de illo ſentiant, quam opus ſit. Quæ igitur in libris Ioſephi extant, pleraque magnum habent momentum ad Diuinam hiſtoriam planius percipiendam: ad Gentium errores confutandos, qualia ſunt, quæ ſcripſit aduerſus Appionem: ad pietatem inſinuandã, ſiue cum de Dei nomine libro ſecundo Antiquitatum capite duodecimo; ſiue cum de B
mandatis libro tertio Antiquitatũ, capite ſexto: ſiue aduerſus Epicureos libro decimo Antiquitatum capite quartodecimo verſus finem; ſiue cum de Moyſe populum, & de Samuele Saulem alloquentibus agit libro Antiquitatum ſexto, capite nono: ad ueram item antiquitatem rerum geſtarum, vel prędictarum enarrandam, cum de legitimis Beroſo, Megaſthene, & alijs, ac de Sybilla ſcripſit, libris primo, capite quinto: libro primo, capite octauo in medio: & capite decimoquinto uerſus finem: & libro decimo, capite duodecimo in fine; & decimotertio poſt principium: & libro primo Antiquitatum, capite nono in fine. Sed & illud in primis ſummi momenti eſt, quod cum res geſtas Iudæorum poſt Chriſtum Dominum attigiſſet, eiuſdem Chriſti Domini

Teſtimoniũ Ioſephi de Chriſto.

non potuit non mentionem facere, cum ita locutus eſt: *Eo tempore fuit Ieſus vir ſapiens (ſi tamen virum eum fas eſt dicere) erat enim mirabilium operator, & Doctor eorum, qui* C
libenter vera ſuſcipiunt, plurimoſque tam de Iudæis, quàm de Gentibus ſectatores habuit. CRISTVS hic erat. Quem accuſatum à noſtra gentis principibus, cum addixiſſent cruci, nihilominus non deſtiterunt eum diligere, qui ab initio cœperant. Apparuit enim eis tertia die viuus, ita, vt diuinitus de eo Prophetæ hoc, & alia multa miranda prædixerunt. Et vſque in hodiernum diem Chriſtianorum genus ab hoc denominatum, non deficit. Hęc Ioſephus. Cuius teſtimonium (inquit Cæſar Baronius Cardinalis tomo primo ſuorum Annalium) in peruetuſto Iudæorum codice, in quo eius hiſtoriæ è Gręco in Hebraicum translatæ, antiquitus ſcriptæ ſunt, cum hic Romæ requireretur (ò perfidorum impudentia) abraſum inuentũ eſt, adeo vt nulla ad excuſandum ſcelus poſſet afferri defenſio, cum membrana ipſa id exclamare videretur. Habes eiuſdem Ioſephi de Chriſto teſtimonium ab Euſebio libro primo capite vndecimo ſuæ hiſtoriæ, & ab alijs complu- D
ribus recitatum.

Ceterum, vt hæc de Ioſepho verè dici poſſunt, ita & contrà ſentiendum eſt de illo, quem & eius hiſtoria, & Hegeſippus; is qui poſt tempora Conſtantini ſcripſit, arguũt haud ęquum fuiſſe Hiſtoricum in multis. ſanè verò Hegeſippus de Ioſepho, ſic inquit: *Vtinam tam religioni, & veritati attentus, quam rerum indagini, & ſermonum ſobrietati fuiſſet: conſortem enim perfidiæ Iudæorum etiam in ipſo ſermone ſe exhibuit, quem de eorum ſupplicio manifeſtauit: & quorum arma deſeruit: eorum tamen ſacrilegia non dereliquit: deplorauit flebiliter ærumnam, ſed ipſius cauſſam ærumnæ non intellexit.*

Iam verò, licet ſe nihil adiecturum Diuinis libris, prætermiſſurumve ſcripſiſſet in procemio Antiquitatum (quas quidem conſtat ab eo poſt bellum Iudaicum ſcriptas fuiſſe) multa tamen adiecit: quædam etiam videtur conſultò omittere: vt de Iuda ad E
Thamar. Gen. 38. de Aegyptio à Moyſe, cæſo. Exod. 2. de adoratione vituli Exod. 32. & alia pleraque: Quædam item frigidius narrat, Gen. 27. Tacet dolum filiorum Iacob Gen. 34. parum item fidelis à nonnullis habetur, quòd & ex eo conijciunt, quod ſupputatio, quam ab Adamo facit vſque ad diluuij tempus, diuerſa ſit non ſolum à veritate Hebraica, verum etiam ab editione ſeptuaginta interpretum: neque admittunt, quòd mendum in codicem irrepſerit, cum exemplaria omnia in hoc conueniãt. Notatur item quòd nouem Herodis annos prætermiſerit; de Pilato ſecus quam Philo, & rei veritas poſtulet, ſcripſerit: In temporibus deſcriptionis Quirini: Vari; Exilij Archelai: Coponij Procuratoris: Pontificatus Ananiæ: in numero legatorum

ad

A ad Caium; Faſtis Conſularibus: in Hiſtoria Herodiadis: in cauſa excidij Hieroſoly-
mitani,quam potius Iacobi neci,quam morti Chriſto Domino illatæ tribuit, lapſus
eſt,vt item in alijs nonnullis.

Plutarchus. *Cap. XV.*

PLutarchus Cheronenſis Traiani Principis moderator,ac denique Iſtriæ Præfe-
ctus, vt multa prudenter, atque ad mores ſpectantia ſcripſit, vno illo (quod
quidem maximum fuit) dolendus eſt,quòd inter Chriſtianæ veritatis radios,
qui paſſim emicabant, Ethnicam vnam Philoſophiam ſectatus, inde tantum monita
deptompſerit, quædam item miſcuerit,quæ pietatem labefaciant. Sanè centum poſt
annos,quam Chriſtus Dominus paſſus eſt,vixit. At quòd ad Hiſtoriam pertinet,ſe
B quor eorum ſententiam, qui inter Græcos medium eum locant, ac dignum Princi-
pe Scriptorem faciũt,qui iudicium formet,& ad prudentiam ducat. Vitas autem Græ-
corum, & Latinorum quinquaginta ſcripſit, orſus in Græcis à Theſeo Athenarum
Rege,ac finiens in Philopæmene Duce Achæorum, qui poſt bellum Antiochi Ma-
gni cum Romanis centum propemodum, & octoginta ante Chriſti natalem annos
obiit: In Latinis verò à Romulo vſque ad Galbam, & Othonem, Bellorum quidem
cauſſas,initia,progreſſus,offenſiones,victorias, non aliter quam bonus Imperator di-
ligenter explicuit. Si quid fabuloſum interſerit, addit verbum illud, φασι, hoc eſt
(aiunt) ne quis temerè credat.

Plutarchus quam in re maxime doleãdus.

IVSTVS Lipſius.

Veruntamen,quod alibi ſubindicauimus,iidem illi,qui de Plutarcho ita iudicant,
non negant, animaduerſione dignum eſſe,quod Græcos Principes cum Græcis,& Ro
C manos inter ſe bona fide comparauerit, Græcos verò cum Romanis non item: Id
quod facilè intelligi poſſit,in comparatione Demoſthenis,ac Ciceronis, Catonis,&
Ariſtidis; Syllæ,ac Lyſandri; Marcelli, ac Pelopidæ. Interdum etiam in Roma-
norum antiquitate labitur: quod in homine Græco,qui ſe linguam Latinam non ſatis
intellexiſſe in uita Demoſthenis confitetur, mirum uideri non debet. Scribit enim
Gracchum equites cum Senatoribus rogatione Sempronia de iudiciis coniunxiſſe:
qua tamen adempta ſunt iudicia Senatoribus,& ad Equites omninò translata, vt Vel-
leius, Appianus, Aſconius, Tacitus, & Florus confirmant. Itaque legem Liuiam pro
Sempronia,& Gracchum pro Druſo vſurpauit. Simile eſt illud,quod Romanorum
denario drachmam,libræ mnam æquauit in uita Fabii, & Antonij. Id quod Budæo
præbuit errandi occaſionem. Nam his fundamentis malè iactis,errores uarii conſe-
D quuntur. Quod item in Catone Vticenſi mutuam dare uxorem apud Romanos li-
cuiſſe tradit. Notant denique id quòd cum de ſuis ciuibus ageret,ſibi temperare non
potuerit,quin aduerſus Herodotũ περὶ κακοηθείας ſcriberet,in quo nihil æquè repre
hendat,atque ſcripta de Bæotis,& Chæronæis. Nec Canus tacuit dicens: Plutar-
chus alioqui uerax, in rebus Græcorum illuſtrandis, & cæcutire, & fingere uide-
tur interdum.

Plutarchus non æquus iudex inter Græcos, & Romanos.

Vide Ludou. Viuem. lib. 5. de cauſis corrup.

Errores Plutarchi circa Romanorum hiſtoriam.

Vide Dionyſium Halicarnaſſeum

Melchior Canus lib. 11. de Humana hiſtoria in Locis Communibus.

Ceterum cùm in eorum uitis,quas ſcribit, pleraque, lance illa Ethnicæ prudentiæ
duntaxat, pendat; quæ uerò in Opuſculis de amore puerorum ſcripta ſunt, exploſio-
ne,& igne indigeant,nolim illum æſtimari tanti, vt Salomonis ſententiæ, ſed & po-
tiſſimum Chriſti Domini,atq; Apoſtolorum dicta cum Ethnici ſcriptoris dictis con-
parentur, aut (ſi Deo placet) poſthabeantur.

E

Appianus. *Cap. XVI.*

APpianus Alexandrinus, qui tempore Marci Aurelii Imperatoris vixit,& ſi in
Romanorum antiquitate ſæpè lapſus eſſe deprehendatur, vnus ex omnibus
Hiſtoricis eſt, qui Romanorum Prouincias, opes, exercitus, totiuſque Im-
perii deſcriptionem proponit. Magna uerò hiſtoriæ Appiani pars interiit. Nam
libri Siculus, & Macedonius deſiderantur. Quæ tamen ſarciri poterant Opere Dio-
nis Caſsij, niſi maior eſſet huius, quàm illius iactura, tametſi Xiphilinus in Epito-
men, quæ potuit, contulit. Porrò de Appiano ſic Suidas. Appianus Romanam
ſcripſit hiſtoriam, quæ Imperatoria dicitur. Ac tres eius primi libri ea conti-

Appianus Alexandrinus.

nent, quę Romani contra Italos, adhuc de Imperio, & Principatu certantes geſſe- A
runt; Alia verò quę Galli, & Afri in Italia; & egerunt, & perpeſſi ſunt; & ſicubi quæpiam Italię pars, vel neceſſitate, uel inſidiis, vel errore ad eos ſe transtulit, in Gallica, & Libyca hiſtoria referuntur. Conſcriptum ibi quoque extat, vt in Bellis Romanorum Ciuilibus, Italia in factiones diuiſa fuerit; Atque etiam res geſtas aduerſus Celtas hoc eſt Germanos Rheni accolas, & Galatas, hoc eſt Gallos, & cauſas bellorum, & fœdera, vel violata, vel conſeruata, & tumultus Celtarum vſque ad Caium, quartus liber continet. Si quid autem Celtę non ſuo nomine, ſed vel aliquibus Italis opem ferentes, vel mercede conducti geſſerunt, id in eorum hiſtoriis refertur, ac tantum admonendi ergò illorum meminit Appianus. Scripſit Romanos libros 9. Suidas. At in Appiano Marcus Velſerus V.C. inquit, lib. 2. rerum Auguſtanarum. *Et ſubit mirari, clam Appiano bellum Raeticum fuiſſe, cuius tot ante illum ſcriptores meminerint: Liuius* B
copioſè deſcripſit, ex Epitome enim cognoſcimus huic uni librum 136. prope ſolidum impenſum. Sed & alia huc facere poſſunt, quę idem Velſerus in libris Boicarum rerum poſtremo edidit. Vide autem, quæ de Appiano Photius in ſua Bibliotheca Græca, id quod in Elencho Gręcorum hiſtoricorum inde excerpto ad calcem huius ſectionis inſeruimus.

Dion Caſſius. *Cap. XVII.*

DIon Caſſius è Bythinia, Vrbe Nicæa, oriundus, Aproniani filius, & iterum Conſul ſub Alexandro Seuero Principe hiſtoriam annorum 981. ab Vrbe cõdita ad Chriſti Domini annum 231. contexuit, idque iuſſu Seueri Imper. C
Ex octoginta libris viginti quinque tantum ſuperſunt continentes ſeriem annorum 121. *Improbus* (ait Gilb. Genebrardus) *fuiſſe videtur, quod Ciceroni, Senecæ, Caſſio, atque omnibus bonis fuerit infenſus.* Certè videtur vbique tutari partes Cęſaris aduerſus Pompeium, & Antonii aduerſus Ciceronem. Quin & ea, quę in acie Marcomanorum Diuinitus contigiſſe ſcimus, ipſe Arnulpho Ægyptio tribuit; contra quam teſtati ſunt Tertullianus, Euſebius, Oroſius, Iuſtinus, Paulus Diaconus, & Marcus ipſe Aurelius ſuis litteris ad Senatum. Sanè uerò quoniam vitam in gerenda Republica Dion conſumpſit, perque omnes honorum gradus bis ad Conſulatum euectus, deinde Proconſul factus Prouincias cum laude adminiſtrauit, bonarumq; artium ſcientiam ad vſum adiunxit, Comitiorum autem, & Magiſtratuum Romanorum, ac publici Iuris diſciplinam diligenter collegit, Principumque relationes in Deos (ſi Deo placet) D
ſiue *ἀποθεώσεις* tradidit, & ea quę Tacitus Imperii arcana vocat, penè ſolus euulgauit, multa affert, quæ ad Romanæ hiſtoriæ notitiam abſolutiorem pertinent. At cum ea cautione legendus eſt, quam Cęſar Card. Baronius in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis notat. præclarè autem nobiſcum actum eſt (aiebat Sigonius) quod Ioannis Xiphilini Conſtantinopolitani Monachi Epitome, ex quadraginta quattuor poſterioribus Dionis libris confecta ſuperſit, quę Vitas Imperatorum omnium continens non modicũ auxilium rebus cognoſcendis pręſtat. Porrò Dionis Epitome à Ioanne Xiphilino facta (ſed tantum ea, quę ad hiſtoriam Cæſaream ſpectat,) edita eſt ſatis caſtigata, & quidem tum Gręca, tum Latina in Tomo Gręcorum minorum hiſtoricorum, Anno 1590. Francofurti ad Mænum. ad quos notæ adiectæ ſunt præter pręfationem ad eum. Quę autem de Caſſiani Cocciani, ſiue de Coccii Dionis hiſtoria ſcribit ſum- E
matim Photius in ſua Græca Bibliotheca, Vide ibidem apud illum.

Dion Caſſius quibus infenſus fuerit.

Dion Caſſius ob quæ maximè laudandus.

Herodianus Alexandrinus. *Cap. XVIII.*

HErodianus Alexandrinus Grammaticus, Appollonii etiam Grammatici filius, & diſcipulus, libros octo hiſtoriæ Romanorum Principum ſui temporis Gręcè cõfecit ab obitu Marci Aureli ad Gordiani Minoris initium, Imperatorum, ſingulorũ actiones, & geſta diligenter, & certo ordine enumerat, cõcionibus gaudet, ſed breuibus; acumine, breuitate, & ſententiarũ grauitate Salluſtio cõparãdus.

Si me-

A ſi meliorum temporum res tanto ordine, & ea, quæ tunc vigebat, dicendi copia ſcripſiſſet, inter Græcos Hiſtoricos, qui Latina memoriæ mandarunt, principem locum procul dubio obtinuiſſet. Vertit autem è Græco in Latinum, hunc Hiſtoricum Angelus Politianus tanta felicitate, vt pleriſque in locis æquet ipſum Herodianum Græcè ſcribentem; Quæ verò licentius uertiſſe alicubi exiſtimata ſunt, hic duo tantum attingam, præter alia plura. Quòd igitur Herodianus de Marco loquens dicit: Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν, καὶ ἐπιείκειαν προσποιούμενος Politianus verterit, *Marcus ipſe Philoſophiæ ſimulator, ac manſuetudinis.* cum vertendum fuiſſet. *Marcus ipſe qui Philoſophiam ſibi, & manſuetudinem uindicabat,* ſiue *aſſerebat.* poteſt enim quiſpiam, qui aliquid ſibi vindicat, id iure facere. quam ob rem προσποιεῖν ibi non ſimulare, ſed vindicare deſignat. Lib. 4.

B Eodē in li. 4. ἀπροσδοκήτως, καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνῖνος ἀνῃρέθη. Polit. *De improuiſo Antoninus minimè defenſus occubuit.* cum planius dicendum fuiſſet. *Antoninum minimè à ſuis defenſum fuiſſe, cum defendi poſſet.* illd enim ἀφυλάκτως ſonat *abſque cuſtodibus,* vel *remotis cuſtodibus.* Et verò cuſtodes erant Germani equites, quibus Antoninus meritò fidem habebat; quique tunc illum minimè circunſteterant, ſed ſimul, atque facinus illud fuere conſpicati omnem ad perſequendum interfectorem, contentionem, & celeritatem adhibuerunt, & quidem tantam, vt miſſilibus confoderent. Quin & poſt mortem illius amoris ſui indicia oſtenderunt.

Vides Lector è paucis iniuriam, ſiue notam, & Germanis equitibus, & Herodiano, & Marco in omnem poſteritatem poſſe inuri, niſi rectiſſimè verſiones fiant. Lege, quæ in Examine de hac ipſa verſione, ante Herodianum, & in Notis ad eum extant

C in fine Francofurtenſis editionis Hiſtoricorum minorum Græcorum cum ſuis verſionibus anno 1590.

Ioannes Zonaras. Cap. XIX.

IOannes Monachus Conſtantinopolitanus Ordinis, ſeu familiæ ſacræ, ſed iam collapſæ, S. Baſilij, cognomento Zonaras, qui olim Byzantii magnus Drungarius Biglæ, ſeu excubiarum, ac Protoſecretarius Imperatoris Alexij, & Ioannis Comnenorum fuit, hiſtoriam vniuerſam Græcè ſcripſit à Mundi primordio uſque ad obitum Alexij Comneni Conſtantinopolitani Imperatoris. Iudæorum quidem, & ſacrā hiſtoriam priore tomo à Mundi initio vſque ad excidium Hieroſolymitanum. Secun *Hiſtoria Zonaræ quid contineat.*

D do autem tomo ab Vrbe condita vſque ad Conſtantinum Magnum, Geſta, terra, marique. Tertio denique ea, quę in Oriente ſunt acta à Conſtantino Magno vſque ad annum Domini centeſimum decimum ſeptimum ſupra milleſimum eſt perſecutus. Is ſcripſit Græcè. Verſus autem eſt Latinè. Vixit ſub Alexio Comneno Imperatore Conſtantinopolitano, quo tempore Galli Syriam, ac Palæſtinam ſubegere poſt annū Domini milleſimum, ac nonageſimum. Cum autem rerum ſeculi eſſet pertęſus; Magiſtratuſque in Palatio geſſiſſet Imperatoris, atque in ſolitudinem ſeceſſiſſet, agnominatus eſt monachus. Tum verò rogatu amicorum, vti & maiorum ſuorum iuſſu, Hiſtoriam, quam diximus, conſcripſit. Quin etiam Oecumenica ſeptem Concilia, & Eparchica multa per Græciam vnà cum Carthaginienſibus collegit: quibus Epiſtolas nonnullas antiquorum Sanctorum Patrum canonicas, atque eorundem dogmata *Zonaræ ſcripta alia.*

E Catholica multa adiunxit ad Eccleſiæ conſtitutionem vtilia, quæ & breuibus quibuſdam Commentarijs explicuit homo Græcus, atque (vt modeſtè de illo inquit Ioannes Quintinus Heduus, ac Pariſiorum in Vniuerſitate profeſſor) *in pleriſque non ſatis Eccleſijs Latinis æquus.* Portò ipſe Ioannes Quintinus octoginta quinque Canones Apoſtolorum à Zonara collectos in Latinum uertit, atque cum Hilariano exemplari, quod in Regia Philippi Catholici Bibliotheca extat, contulit, quemadmodum licet videre ad calcem hiſtoriæ rerum in Oriente geſtarum, quę edita fuit anno 1587. Francofurti ad Moenum vnà cum eadem Hiſtoria uniuerſa. Vide autem quę in Apparatu Sacro ſcripſimus de his octoginta quinque Canonibus Apoſtolorum, in verbo, Clemens Romanus, & in uerbo, Apoſtolorum Canones. Ceterum

Sigonij de eo iudicium.

Carolus Sigonius hanc, (quæ præſertim ante Conſtantini geſta ſcripta ab illo fuit) ineptè, ac parum diligenter elaboraram (de Latinis rebus loquebatur) iudicauit. Sed à Conſtantino deinceps Imper. vtilem, ut quod ea diligenter enarret, quæ meliores non habent ſcriptores. Ar Zonaram fuiſſe Schiſmaticum, nemini, qui eum attentè legerit, erit dubitandum, ut etiam Gilbertus Genebrardus Seripſerit, ſe, dum Poemata Zonaræ aculeatiſſima de ſpiritus S. Proceſſione, & alia aduerſus Latinos compoſita, in Latinum uerteret, criminationes illas conſulto omiſiſſe. A

Nicephorus. *Cap. XX.*

DE Nicephoro autem Calliſto, optandum eſt, ut in Apparatu noſtro Sacro vbi proprius eſt librorum Eccleſiaſticorum locus, iudicium nõ tam noſtrum, quam cordati cuiuſque perlegatur. Sanè Gennadii Conſtantinopolitani Archiepiſcopi Apologia pro Synodo Florentina, qualis ille fuerit, nempe Schiſmaticus & Latinis infenſus, oſtendit. B

Laonicus. *Cap. XXI.*

LAonicus Chalcocondyla eandem hiſtoriam perduxit vſq; ad tempus Byzantii à Turcis capti, cui appendicem adtexi curauit Sigiſmundus Ferabendius, in qua orditur ab Amurathe (de quo non ita clarè Laonicus Chalcocondyla) vſque ad ea quæ inter Chriſtianos, Turcas, & Perſas noſtro tempore acta ſunt; Quamuis Minadous hiſtoriam poſtea Perſici belli ulterius extendit, quemadmodum dixi, vbi de Perſicis rebus eſt actum. C

Nicetas. *Cap. XXII.*

Ab anno Chriſti ann. 1118. vſque ad annum circiter 1210.

Nicetas qualis ſit.

NIcetas Choniates Grecanici res Imperii, orſus à Ioanne Comneno Alexii Filio ad Vrbem captam, ſiue ad Balduinum Flandrum, quem Viri docti dignũ notitia purumque, & rectum ingenium (ſi aliud ab illo æuo,) eſſe agnoſcunt. Sylum quidem eius operoſum, ac ſapientem Poetas, & Homerum; at rem, & narrationem ipſam diſtinctam, compoſitam ſine uanitate, ſine ineptiis, breuem, quod ſatis ſit, & fidam; Crebra, & opportuna monita: Iudicia non libera ſolum, ſed ſana, vbi de religione non agit; Nam & ipſum fuiſſe ſchiſmaticum eius produnt monumenta.

Nicephorus Gregoras. *Cap. XXIII.*

Nicephorus Gregoras qualis.

NIcephorus Gregoras hiſtoriam Nicetæ Choniatæ, & filum narrationis eius excepit, at non laudem. Scripſit enim ab Vrbe capta res ad Andronici Paleologi poſterioris mortem: ſed nequaquam pari caſtigatione, aut induſtria; & uitia plura traxit ſui æui. Superfluit, aut euagatur: & res, orationeſque propius miſcet, indecorè, immò (pergit iuſtus Lipſius) ineptè; Iudicia tamen eius crebra, & plerunque recta, cauſſæ euentuum curiosè poſitæ, pietas inculcata; & multa opportunè ad primam illam cauſſam, ideſt Deum, relegata. Prouidentiam aſſerit. Sed tamen cautiſſimè legendus tum vbi agit de fato, tum quod diſſidia in ſacris recitans, non æquus eſt iudex. porrò vide caput ſequens. D

Cautio in Nicephoro Gregora.

Ioannes Cantacuzenus. *Cap. XXIIII.*

IOannes Cantacuzenus vir nõ ſolum illuſtris, ſed pene regius nobilitate, Virtute, diuitijs, auctoritate, qua adminiſtrauit Imperium; demum pietate, qui receſſerit, è Mundo, vt cæleſtibus rebus monachus vacaret, quamuis ſeculum illud obuolutum Schiſmate integram fidei Catholicæ lucem non admitteret, ſcripſit pro Chriſtiana fide aduerſus Mahometanos, atq; Iudęos, Dialectica potius quã fuſa oratione: De rebus autẽ ab Andronico Palæologo iuniore Imp. Conſtantinopolitano, & à ſe geſtis libros quattuor ſyncero, & hiſtorico, ac proinde laxiore ſtylo: & hæc quidem omnia Græco idiomate, elegãtiore utiq; quàm illa ferebant tempora, quòd è priſcis Græcis quos verſauerat, nitorem hauſerat. Porrò quatuor his Libris res geſtæ ſub Andronico auo, & nepote, ac ſub Cantacuzeno filiorum nepotis tutore, atq; Imperatore narrantur: vt Primo libro contineantur diſſenſio, bellaq; inter Andronicos; Secundo, Minoris Andronici Imperium; Tertio, Bellum Cantacuzeni cum obtrectatoribus, & E

A hoſtibus; Poſtremo eiuſdem Victoria,triumphiq;, ac deniq; Acta inter Ioannem Pa-
læologum legitimum hęredem,atq; Andronici ſui Genitoris ſucceſſorem, ſocerumq;
Cantacuzenum, & eiuſdem filium Matthęum, cum quibus diſſidia ei interceſſerunt:
Hæc uerò geſta fuiſſe à ſalutis noſtræ anno 1321. ad annum plus minus quinquage-
ſimum nonum, nimirum, vnde quadraginta annis, aut circiter, Iacobus Pontanus no-
ſtræ Societatis, qui primus hos libros è Bauarica Bibliotheca Latio egregiè donatos, è
Sartorij typographia Ingolſtadienſi euulgauit, ſapienter ſubducit, quemadmodum
item huius Auctoris genus, atq; familiam, vxorem, liberos, nepotes, honores, do-
ctrinam, mores, diuitias, elogia, diligenter, ac breuiter operis initio eſt perſecutus,
non parcens operæ, quin Volumen uniuerſum & Notis illuſtrauerit, & locos aliquot
parum ſanos per textis in ipſo contextu animaduerſionibus explanauerit. Quas qui-
B dem Animaduerſiones eiuſdem Pontani rogatu, Iacobus Cretſerus, Societatis no-
ſtrę Theologus eximius conſcripſit. Ceterũ, cum pleraq; ex hoc Auctore Ioanne Can
tacuzeno commoda, & prudentia conſilia peti poſſunt, ita quænam fides Nicephoro
Gregorę hiſtorico, cui proximè ſuccedit, ac cuius narrationes (nõ omninò tamen) cõti
nuat, habenda ſit, pouit ob oculos. Vitia enim illius, atq; mendacia obſeruans, &
hiſtorica clarius, veriusq; contexens, de Gregora inter alia, ſic ſcribit: *Imperatorem* Lib 4.c.24.
verò Cantacuzenum, poſtquã ipſum per ſe deprimere, atq; euertere non potuit, Palæologorum
Impp. bellum mutuum pro argumento ſumens, & partim ignorantia rerum geſtarum, par-
tim gratia corrupta veritate, ac totis viribus, velut in fabula comminiſcenda mentiens, dein-
de ordine ad bellum, quod noſtra memoria contra Cantacuzenum excitatum eſt, progreſſus,
tum alia complura crimini dat, ſecuritates, cædes, trucidationes, & populationes, & quacun-
C *que Romanis per id bellum Luctuoſâ inciderunt, illi adſcribens: tum ob amorem dominan-*
di, Imperialiſque faſtigij cupidinem malorum illorum nullam duxiſſe rationem, affirmat.
Illud autem Cantacuzenum potiſſimum vellicat, & cor eius vrit, quod mentitur, eum adhuc
viuente Andronico, Imperij Romani longè appetentiſſimum, cum id aſſequi non poſſet, ad mo-
nachos in monte Atho, qui viri ſancti, & à Deo afflati; futurorum præſenſionem habere indi-
cabantur, profectum eſſe, & an ad ſe Romanum Imperium peruenturum eſſet, percontatu-
rum. Hæc Cantacuzenus, cum primò hiſtoriam illam ſub alieno nomine euulgaſſet.
Scio autem ſcriptorem hunc haud prorſus ab ea culpa abeſſe, cuius hiſtorici eorum Præfat. in Cã
temporum arguuntur, nempè ſchiſmatis: ſed tamen vt eiuſmodi fuerit, quod eſt ſum- tacuzenum.
moperè vituperandum, certè erga Beatiſſimam Virginem præcipuo cultu ferebatur,
& cum Clemente VI. Pont. Max. de Synodo habenda, deque concordia Eccleſiarum
D ſtatuenda, & ſedulò, & reuerentiſſimè egit, cum quo etiam laborauit, ne malè audiret
propter Barbaros, hoc eſt Turcas in auxilium accerſitos, vaſtatamque bello ciuili pro-
uinciam, cum etiam unà cum eodem Pont. Maximo arma aduerſus infideles pro glo-
ria Crucis Chriſti coniungere cupiuiſſet: ſed raro uideris hæreticis, aut ſchiſmaticis
membris Dominum IESVM vti ad ſuam faciendam Eccleſiam.

De Pachymerio, Cedreno, Glyca, Conſtantino Manaſſe, Io. & Gregorio Curopalatis. Cap. XXV.

AT de iſtis quos huic xxv. Capiti pręfiximus, idem, quod ad ſchiſma pertinet,
dicendum eſt. Extant loci rerum memorabilium è Codice Auguſtanæ
E Reipublicæ carie confecto, & mutilo, per ſingulos libros excerpti, vnde li-
quidò conſtat, ex quinto, & octauo potiſſimum libro, quàm Sanctę Romanę Eccleſiæ
Catholicę infenſus fuerit Pachymerius. Vide adiuncta ad Gregoram Latinum.
Eodem morbo alios laboraſſe cernatur, vt ſapienter Iacobus noſter ſcripſiſſe cer- Præf. in Can
natur, cum dixerit, per illa tempora iam non fuiſſe monachum, aut ſcriptorem à Ro- tacuzenum
mana Eccleſia non alieniſſimum in Gręcia, quam hodie difficile eſt pſeudopræconem
inueniri Catholicum in Prouinciis, quę Lutheri, Caluini, & aliorum ueneno fue-
runt infectę.

Zoſimus. *Cap. XXVI.* A

ZOſimus non vnus fuit: alter quidem de quo agendum eſt hoc loco, *Græcus Hiſtoriographus Ethnicus, qui cum hiſtoria ſua multa aduerſus Conſtantinum Magnum Imp. inſperſiſſet, arguitur à Paulo Diacono, ab Euagrio, à Nicephoro, ab Euſebio, atque ab alijs tanquam calumniator, & iniurius.* Sed aduerſus Euagrium, Nicephorum, Calliſtum, & alios tanquam Zoſimi criminatores Leunclaius Apologiam auſus eſt pro more hæreticorum ſcribere: Quæ impudenter, ne dicam, impiè, Ethnicum Scriptorem tutatur aduerſus Chriſtianos. Sanè Photius in ſua Bibliotheca de hoc eodem Zoſimo: *Religionem* (inquit) *paganam Zoſimus ſequitur: & in pluribus aduerſus pios multoties latrat.* Et infra de eodem, & Eunapio ſimili ante illum Scriptore. *Dixerit autem aliquis hunc non ſcripſiſſe hiſtoriam, ſed Eunapianam deſcripſiſſe, partim breuitate duntaxat ab altera differentem: partim quod Zoſimus, non vt ille, Stiliconem conuicijs proſcindat. Ceterum propemodum idem eſt in hiſtoria præſertim in Principum piorum criminationibus.* Hæc Photius. Ceterum Io. Leunclaij Scripta inter primæ claſſis ſcriptores fuere in Romano Indice omnino pro ſcripta, vt poſtea neque legenda, nec recudenda ſit ipſius Apologia. Vide Apparatum noſtrum ſacrum, in verbo, Zoſimus. B

Leunclaius hæreticus pro Zoſimo cõtra pios Apologiã ſcripſit.

Zoſimus alter pius.

Alij autem Zoſimi fuere pietate inſignes, ne quis hoſce cum illo altero cõmiſceat, & verè inſontes criminetur. *Certè in monaſterio Palæſtinorum* (ait Paulus Diaconus Eccleſiæ Neapolitanæ initio Vitæ S. Mariæ Aegyptiacæ in Vitis Patrum libro primo) *fuit vir quidam vita, moribus, & verbis ornatus; qui ab ipſis cunabulis monaſticis eſt actibus diligenter inſtructus, & conuerſationibus veraciter educatus, nomine Zoſimus: Nullus exiſtimet cognominatione nominis Zoſimæ illum dicere Zoſimam, cui inter dogmaticos detrahebatur vt putetur Hæreticus. Nam hic alius; & ille alius. multa enim inter vtroſque fuit differentia, licet vnum habuerint vocabulum.* Hæc Paulus Diaconus. C

Martyrologiũ Rom. ibidem.

Fuit & Zoſimus martyr Antiochiæ, cuius natalis ſimul, & Druſi, & Theodori celebratur xix. Kal. Ianuarias: Deinde item alius, qui Philippis in Macedonia martyrium ſubijt xv. Kal. Ianuarias. Præterea adhuc alius martyr Nicææ xiiij. Kal. Ianuarias. At in Kalendario Breuiarij veteris metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ plus centum ab hinc annis editi mentio fit die xiij Kal. Nouembris, S. Zoſimi Epiſcopi, & Confeſſoris, cuius anniuerſarius dies celebrabatur.

Euagrius lib. 5 hiſt. Eccl. c. 24 & vlt.

Aurargẽtum Chryſargyrum. Vide Nicephorum lib. 1. Eccleſ hiſt. c. 1. lib 16. cap. 40 & ſeq. vſque ad 44. inclusiuè.

Ceterum Zoſimus ille, de quo agere nos hoc loco diximus, ſcripſit tempore Arcadij & Honorij Impp. pro Iuliano Apoſtata contra Conſtantium Imper. Quare Euagrius Scholaſticus ait, *Zoſimum hiſtoriam quorundam temporum, quæ poſt mortem Cari conſecuta ſunt, vſque ad Arcadium, & Honorium Impp. pertexuiſſe.* Qui autem Hiſtoricorum iſtorum veterum defenſionem pro Conſtantino legere voluerint de Criſpi filij, & de Licinij nepotis cæde, deque luſtralibus purgationibus ab eo propterea ſuſceptis ex Sopatri Philoſophi conſilio, qui tum Plotini ſcholæ præerat: Deinde etiam de infando vectigali chryſargyro vocato, quod Anaſtaſius Imp. poſtea ſuſtulit, videant Euſebium Cæſarienſem in fine chronici, Anno Domini 329. Sozomenum lib. primo, capite quinto. Caſſiodorum tripartitæ hiſtoriæ libro primo, capite ſexto. Euagrium lib. 3. cap. 41. & ſequentibus. Nicephorum Calliſtum lib. 7. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. 35. quo loco de baptiſmo Conſtantini Magni Romæ celebrato refutat Arianos, qui confinxerunt illum Nicomediæ à ſuis eſſe baptizatum, ſimulque Græcos, ſiue Ethnicos accuſat, qui per ſycophantiam, & calumniam Conſtantino crimina intulere, quaſi ob cædem Criſpi filij Chriſtianam ſuſceperit fidem. At de Chryſargyro vectigali Euagrius cap. 39. & 40. libri tertij agit. Ac Theodorus Balſamo in Nomocanone, & Matthæus Monachus, & Gennadius Patriarcha Cõſtantinopolitanus, & Græci alij auctores, & in vita Sylueſtri euincunt baptiſmum Conſtantini Romæ fuiſſe habitum. Atqui quoniam deinceps magno Eccleſiæ bono Annales Eccleſiaſtici Cæſaris Baronij Cardinalis prodierunt in lucem, tertius eorum tomus, quo de Cõſtantino potiſſimum agitur, Zoſimi, & aliorum mendacia non ſemel redarguit. D E

Extat porrò Zoſimi hiſtoria Græcè inſcripta in Bibliotheca Vaticana.

Iornandus

A

Iornandus Gothus Epiſcopus. *Cap.* XXVII.

IOrnandus Gothus Epiſcopus omnium temporum Ghronicon potius, quam hiſtoriam ſcripſit ab orbe condito ad Iuſtiniani Imperatoris tempora, Stylus barbarus eſt, verum hiſtoria vtilis, quòd multa ab iis omiſſa perſequatur.

PROCOPIVS. *Cap.* XXVIII.

B PRocopius Rhetor Cæſarienſis è Palæſtina oriundus, Iuſtiniani temporibus vixit; Belliſarij prętantiſſimi Ducis à ſecretis, omnibus eiuſdem expeditionibus quæ multæ fuerunt, interfuit, bellorum Gothici, Italici tribus, Perſici duobus, Vandalici totidem libris hiſtorias optima fide Grecè conſcriptas nobis reliquit, diligens in ſcribenda hiſtoria, verum mediocri ſtylo, ac planè naturali dictione, quæ Aſiaticæ propior eſt, quàm Atticæ: ipſe enim Aſiaticus fuit, ac cõciones, & epiſtolas quaſdam breues interpoſuit, haud prorſus in eo genere ineptas.

Agathias. *Cap.* XXIX.

C AGathias Scholaſticus Smyrnæus quinque libris res Iuſtiniani Principis, eiuſque Ducum Belliſarij, & Narſetis in Italia, Africa, Perſide, & apud Byzantium geſtas poſt Procopium conſcripſit ſtylo tenui, & crebris interpoſitionibus, confuſo. Verùm vtilis eſt, quòd ea perſequutus ſit, quæ meliores Scriptores non habent.

Idem autem Agathias, vt habet Suidas, Lazica quoque ſcripſit, & Byzantina, præter libellos quos tum metro, tum ſoluta oratione conſcripſit, quæ ipſe de ſui temporis Poetis collegit Floruit, Iuſtiniano Imp.

Veruntamen Agathias erraſſe conuincitur in Narſete, cuius Regni exordium ſecũdum ſtatutam ab eo Chronologiam perperam incidere videtur in annum Domini ducenteſimum nonageſimum, cum cõſtet ex Vopiſco in Probo, ſub Probo ante vixiſſe, & ſaltem vſq; ad decimum octauum annum Diocletiani vitam perduxiſſe. Verum & in eo corrigendus eſt, dum de Sapore iuniore agens ait vigeſimoquarto anno Regni
D ſui accepiſſe à Iouiniano tunc creato Imperatore oblatam Niſibin Ciuitatem, quod contigit anno Domini treceteſimo ſexageſimotertio: Qua ratione dicendum eſſet, inchoatum eſſe Regnum Saporis anno Domini trecenteſimo trigeſimonono, biennio poſt obitum Conſtantini; quòd quidem abſurdiſſimum eſt, cum conſtet eum vixiſſe etiam ſub Conſtantino. Baron. Card. To. 3. Annal. ſub anno D. 309. Marcelli autem Papæ VI.

Suidas. *Cap.* XXX.

DE Suida, quæ obſeruauimus, quoniam pleraque ſpectant ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam, ea videnda ſunt in Apparatu noſtro Sacro, in Verbo, Suidas, in cuius quoque verſione ab homine hæretico facta, notatu ſunt, quæ digna notatu
E ſunt viſa.

nitus interijſſent: quæ idem Latini quaſi peruulgata negligenter omiſerunt, quod fe- A
rè omnibus hiſtoricis contigiſſe videtur, vt, quæ vulgo cognita ſunt Reipublicę inſtituta, prætermittant; quaſi exteris æquè, ac ciuibus nota, vel etiam immutabilia fore iudicarent.

> *Dionyſium Halicarnaſſæū in quo noſtri hiſtorici imitandum ſibi proponere debeant.*

Ceterū hac in re falſus nō eſt, qui deſiderauit in noſtri temporis hiſtoricis, vt Dionyſium ſibi proponerent ad imitandum, qui ſingulas hiſtoriæ vtilitates vbique colligens, omnia dicta, facta, conſilia ad bene inſtitutæ ciuitatis formam reuocauit. Habemus autem ipſius libri decimū, & vndecimum malè verſum. Res porrò geſtas ante, ac poſt vrbem conditam vſque ad bellum Tarentinum, & Regis Pyrrhi aggreſſus eſt: ſed in his quæ extant (maiore enim parte caremus) paucis annis poſt 12. tabulas finem ſcribendi facit. Vixit Octauio Augusto Romæ.

Diodorus Siculus. Cap. XVIII. B

> *Diodorus Siculus apud Græcos nugari deſiit. Plin. in præfat. de hiſtor. natur.*

Diodorus ex Aegyrio, ſiue Argyrio Siciliæ ciuitate, Siculus appellatus, quem Plinius inter Græcos ait deſijſſe nugari: Iuſtinus Martyr celeberrimū Græcorum hiſtoricorum; Euſebius autem Pamphili illuſtrem virum appellarunt: totos triginta annos in condenda Bibliotheca ſe inſumpſiſſe, & magnam Europæ, atque Aſiæ partem magnis cum ærumnis, atque periculis peragraſſe teſtatur; adminiculis duobus ad rem abſoluendam vſus, tum tractandi in commune bonū huius argumenti cupiditate: tum omnium rerum, quæ huc facere poterant, copiam Romæ conſecutus; quàm ille Triumuiris in Rempublicam ſæuientib. diu incoluit; quippe quæ adeò ſuper alias omnes emineret, vt eius potentia vſq; ad extremos Orbis ter- C
minos pertingeret. *Nos enim* (inquit) *ex Aegyrio vrbe Siciliæ orti, atque ob commerciū, quod nobis cum Romanis in Inſula verſantibus erat, magnam linguæ Romanæ cognitionem adepti, omnia huius Imperij geſta ex vetuſtis, quæ apud illos aſſeruantur, monumentis deſumpſimus.*

> *Euſeb. lib. 1. præp. Euang. Iuſt. Martyr, Plin.*

Et ſi verò Bibliothecæ Hiſtoricæ titulus præfertur operi huic Diodori, alij tamen numero plurali eam Bibliothecas vocarunt. Euſebius, inquit, ὁ τὰς βιβλιοθήκας εἰς ταὐτὸν ὁμοῦ καταγαγών, Iuſtinus Martyr. ὁ τὰς βιβλιοθήκας ἐπιτεμών.

> *Diodorus inque reliquos Hiſtoricos præſtet.*

Et alij quidem Hiſtorici vnius gentis, aut vrbis, aut Principis geſta ferè tractauerant, cum Diodorus maius opus aggreſſus eſt, quo res omnes eodem tempore geſtas, vel in remotiſſimis orbis partibus, quaſi in vna, eademque tabula ſub vnum aſpectum poſuit. D

Ex Herodoto igitur, Cteſia, Thucydide, Xenophonte, Theopompo Ephoro, Philiſto, Calliſthene, Timæo, & alijs, præterea item è Romanis monumentis hiſtoriam libris quadraginta vſque ad Iulium Cęſarem complexus Bibliothecam inſcripſit. Quinque prioribus libris, quos Pogius Florentinus Interpres, & alij in ſex diſtribuerunt, ex vltima ſibi cognitæ ueiuſtatis memoria originem Mundi, antiquitates Aegyptias, Græcas, Libycas, atq; aliarum gentium res geſtas ſummatim repetens.

Ex quadraginta tamen eius libris non ſolùm poſteriores uiginti, uerumetiam quinque illi, qui inter quintum, atque undecimum erant, ſeculi ſuperioris iniuria, uel potius Diuina Prouidentia interierunt. Fragmenta duntaxat quædam ex illis poſterioribus libris excerpta prodierunt in lucem unà cum Græca ipſius editione nouiſſima.

> *Primus Diodori liber in duas ſectiones diuiſus.*
>
> *Pogius Florentinus.*

Primus autē liber diuiſus fuerat in duas ſiue ſectiones, ſeu partes: quod notatur ijs E
uerbis, τμῆμα δεύτερον, quāuis antea τμῆμα πρότερον (uti opus erat) nō fuerit ſcriptū. Quæ res fecit, ut Volaterranus, & alij, ſexto Diodori libro, qui non extat, tribuerint, quæ in quinto habentur; uerſionem autem eorum quinque librorum, quos ſex numerauit Interpres, qui eam edidit haud bonam, ceteris præbuiſſe anſam errandi certum eſt. Vbi enim Diodorus poſteriorem libri partem inchoat, ille initium libri ſecundi facit; Vbi deinde ſecundum ille librum auſpicatur, ipſe tertium inde credit incipere. Ceterum qui aliqua ex uerè hiſtorici huius ſexto libro legere cupit, uideat Euſebij librum ſecundum Euangelicæ Præparationis.

Neque uerò quoniam omnium librorum Diodori una fuit inſcriptio Hiſtoricæ

Biblio-

A Bibliothecæ, propterea eodem ſingulorum extitit. Quintum enim, quòd in eo de In-
ſulis egit, *νησιωτικὴν βίβλον*, hoc eſt, *Inſularum librum* inſcripſit. Quæ cautio fuerit,
ne, ſi quis in alios inciderit Auctores, qui *νησιωτικὴν βίβλον* citent, eum eſſe de nume-
ro librorum Hiſtoricæ Bibliothecæ inficietur.

Atqui Diodorus ipſe, quidquid ſuis libris continebatur, particulatim expoſuit, cũ
hęc inquit. *Ex libris noſtris ſex primi quidem complectuntur res ante Troiani belli tempora
geſtas, & ea, quæ fabulis tradita de eo ſeculo fuerunt, atque horum tres poſteriores Græcas fe-
rè complectuntur: Vndecim autem ſequentibus à Troiano bello vniuerſitatem rerum geſta-* Summa librorum Diodori.
*rum vſque ad Alexandri mortem, memoriæ prodidimus; In ijs qui ſuperſunt viginti tribus
reliqua omnia geſta collocauimus vſque ad initium belli Romanis aduerſus Celtas exorti.*
Hæc ille.

B De temporis autem longitudine, quod toto ſuo complectitur Opere, paulo poſt ip-
ſe, ſcribens, ait, *ſe id quidem tempus, quod bellum Troianum anteceſſit, certo ſpatio non de-
finire, ſed à Troiano bello (Apollodorum Athenienſem ſequens) nonaginta annos vſque ad* Apollodorus Athenienſis.
*Heraclidarum reditum ſtatuere: ab hoc autem vſque ad primam Olympiadem trecentos vi-
ginti octo, à Lacedæmoniorum Regibus tempora computans. Poſtremò à prima Olympiade,
vſque ad Celtici belli initium (quo ſuam hiſtoriam clauſit) ſeptingentos triginta annos.*
Adeo, vt vniuerſum opus, ſpatium annorum mille centum triginta octo complecta-
tur, etiam tempore rerum ante Troianum bellum geſtarum excepto.

Porrò Diodorus, licet vniuerſalem hiſtoriam temporibus, & annis diſtinxit, duo In Diodoro
tamen obſtant, quæ non integram chronologiæ rationem ſuppeditent. Alterum quòd Chronographia non in-
deſiderantur ij libri, in quibus eam expreſſerat. Alterum, quòd modo ἀρχόντων hoc tegra.
C eſt Archontum, modo Conſulum, interdum vtrorumque ſimul nomina ſecus apud
eum, quàm apud alios ſcripta inueniuntur. Quin etiam, quod ad temporum notatio-
nem attinet, peculiare illi eſt non ſolum Archontum, & Conſulum, verum etiam vi-
rorum Illuſtrium nominibus ea ſignare. Interdum etiam tempus, quod deſcribit, eſ-
ſe id ait, à quo hic, vel ille ſuam ſit orſus hiſtoriam, ſimul & tempus, in quo ea deſi-
nat ſignificans.

Stylus autem non adeo fluens, aut placidus, atque Herodoti. Sed viciſſim neque Stylus Diodori qualis.
Herodotus, nec Thucydides, neque Xenophon vniuerſalem eiuſmodi hiſtoriam ſcri-
pſerunt. Fieri enim vix poſſit, quin ij, qui tantam moliuntur molem, cùm in varios
Auctores incidunt, è quibus colligunt permulta, variationem aliquam concipiant.
Certe dum in texendas res incumbunt, vix tantam verborum curam habere poſſunt.

D Id verò Scriptori huic proprium eſt, vt ſapienter pleraque interſerat, quibus Pro- Quid propriũ ſit in hiſtoria
uidentiam Dei, iuſtitiamque demonſtret, dum à cogitatione fortunæ homines auo- Diodori.
cat, ſuumque eſſe dicit inſtitutum, fortis alicuius viri morte narrata laudes eius adte-
xere. Modum interim tam in laudationibus, quàm vituperationibus tenet: ac non pau-
ca interiniſcet Diuinæ hiſtoriæ noſtræ veſtigia, quam ſi nouiſſet, clariora potuiſſet
exprimere.

Hæc cum ita ſint, Ioannes Ludouicus Viues vir alioquin doctus, & prudens, de Dio- Ludouici Viuis de Diodoro iudicium.
doro ita ſcribit: *Diodorus Siculus ab inundatione, quæ ſub Ogyge fuit, Rege Bœotiæ ad ſua
tempora, hoc eſt ad C. Cæſarem Dictatorem hiſtoriam deducit, quem Plinius neſcio qua de
cauſſa dicat primum apud Græcos deſiiſſe nugari; cum nihil ſit eo nugacius. Niſi forſan quod
nullum operi ſuo illecebroſum, aut magnificum titulum indiderit, ſed inſcripſerit tantum Bi-
E bliothecam.* Hæc ille. At neque credendum eſt, Diodorum, qui tanto ſtudio conni-
xus eſt, vt hiſtoriam texeret, voluiſſe comminiſci mendacia, licet ἀρχαιολογίας illas an-
tiquas fabuloſas recitabat, aut quas antiqui fabulas putabant: in quibus tamen quæ-
dam vera latebant, ab Ethnicis exiſtimata falſa; qualia de Moyſe, cùm alij, tum Heca-
tæus, & Alexander Polyhiſtor arbitrati ſunt: quemadmodum item quæ de diluuio Be-
roſus, Hieronymus Aegyptius, Mnaſeas Abydenus ſcripta reliquerunt, quæ, ut ſom-
nia delirantium eſſe Ethnici putarunt. Quod autem ad res Romanas attinet, eas mi-
nus diligenter eſt perſecutus. Porrò cum Diodori Bibliothecę aliqui Dytim Cretenſẽ,
& Daretem Phrygium adtexuerint, non eſt cur his Scriptorib. fides habeatur, id quod
capite quadrageſimo tertio ſectionis tertię huius Operis planius perſecuti ſumus.

A ad Caium; Faſtis Conſulatibus: in Hiſtoria Herodiadis: in cauſa excidij Hieroſolymitani, quam potius Iacobi neci, quam morti Chriſto Domino illatæ tribuit, lapſus eſt, vt item in alijs nonnullis.

Plutarchus. Cap. XV.

PLutarchus Cheronenſis Traiani Principis moderator, ac denique Iſtriæ Præfectus, vt multa prudenter, atque ad mores ſpectantia ſcripſit, vno illo (quod quidem maximum fuit) dolendus eſt, quòd inter Chriſtianæ veritatis radios, qui paſſim emicabant, Ethnicam vnam Philoſophiam ſectatus, inde tantum monita depromſerit; quædam item miſcuerit, quæ pietatem labefaciant. Sanè centum poſt annos, quam Chriſtus Dominus paſſus eſt, vixit. At quòd ad Hiſtoriam pertinet, ſe- *Plutarchus quam in re maximè deliquit.*
B quor eorum ſententiam, qui inter Græcos medium eum locant, ac dignum Principe Scriptorem faciũt, qui iudicium formet, & ad prudentiam ducat. Vitas autem Græcorum, & Latinorum quinquaginta ſcripſit, orſus in Græcis à Theſeo Athenarum Rege, ac finiens in Philopœmene Duce Achæorum, qui poſt bellum Antiochi Magni cum Romanis centum propemodum, & octoginta ante Chriſti natalem annos obiit: In Latinis verò à Romulo vſque ad Galbam, & Othonem, Bellorum quidem cauſſas, initia, progreſſus, offenſiones, victorias, non aliter quam bonus Imperator diligenter explicuit. Si quid fabuloſum interſerit, addit verbum illud, φασι, hoc eſt (aiunt) ne quis temerè credat. *IVSTVS Lipſius.*

Veruntamen, quod alibi ſubindicauimus, iidem illi, qui de Plutarcho ita iudicant, non negant, animaduerſione dignum eſſe, quod Græcos Principes cum Græcis, & Ro- *Plutarchus non æquus iudex inter Græcos, & Romanos.*
C manos inter ſe bona fide comparauerit, Græcos verò cum Romanis non item: Id quod facilè intelligi poſſit, in comparatione Demoſthenis, ac Ciceronis, Catonis, & Ariſtidis; Syllę, ac Lyſandri; Marcelli, ac Pelopidę. Interdum etiam in Romanorum antiquitate labitur: quod in homine Græco, qui ſe linguam Latinam non ſatis intellexiſſe in uita Demoſthenis confitetur, mirum uideri non debet. Scribit enim Gracchum equites cum Senatoribus rogatione Sempronia de iudiciis coniunxiſſe: qua tamen adempta ſunt iudicia Senatoribus, & ad Equites omninò translata, vt Velleius, Appianus, Aſconius, Tacitus, & Florus confirmant. Itaque legem Liuiam pro Sempronia, & Gracchum pro Druſo vſurpauit. Simile eſt illud, quod Romanorum denario drachmam, libræ mnam æquauit in uita Fabii, & Antonij. Id quod Budæo præbuit errandi occaſionem. Nam his fundamentis malè iactis, errores uarii conſe- *Vide Ludou. Viuem. lib. 2. de cauſis corrup.* *Errores Plutarchi circa Romanorum hiſtoriam.*
D quuntur. Quod item in Catone Vticenſi mutuam dare uxorem apud Romanos licuiſſe tradit. Notant denique id quòd cum de ſuis ciuibus ageret, ſibi temperare non potuerit, quin aduerſus Herodotũ περὶ κακοηθείας ſcriberet, in quo nihil æquè reprehendat, atque ſcripta de Bœotis, & Chæronæis. Nec Canus tacuit dicens: Plutarchus alioqui uerax, in rebus Græcorum illuſtrandis, & cæcutire, & fingere uidetur interdum. *Vide Dionyſium Halicarnaſſeum* *Melchior Canus lib. 11. de Humana hiſtoria in Locis Communibus.*

Ceterum cùm in eorum uitis, quas ſcribit, pleraque, lance illa Ethnicæ prudentiæ duntaxat, pendat; quæ uerò in Opuſculis de amore puerorum ſcripta ſunt, exploſione, & igne indigeant, nolim illum æſtimari tanti, vt Salomonis ſententiæ, ſed & potiſſimum Chriſti Domini, atq; Apoſtolorum dicta cum Ethnici ſcriptoris dictis conparentur, aut (ſi Deo placet) poſthabeantur.
E

Appianus. Cap. XVI.

APpianus Alexandrinus, qui tempore Marci Aurelii Imperatoris vixit, & ſi in Romanorum antiquitate ſæpè lapſus eſſe deprehendatur, vnus ex omnibus Hiſtoricis eſt, qui Romanorum Prouincias, opes, exercitus, totiuſque Imperii deſcriptionem proponit. Magna uerò hiſtoriæ Appiani pars interiit. Nam libri Siculus, & Macedonius deſiderantur. Quę tamen ſarciri poterant Opere Dionis Caſsij, niſi maior eſſet huius, quàm illius iactura, tametſi Xiphilinus in Epitomen, quæ potuit, contulit. Porrò de Appiano ſic Suidas. Appianus Romanam ſcripſit hiſtoriam, quæ Imperatoria dicitur. Ac tres eius primi libri ea conti- *Appianus Alexandrinus.*

nent, quę Romani contra Italos, adhuc de Imperio, & Principatu certantes geſſerunt; Alia verò quę Galli, & Afri in Italia, & egerunt, & perpeſſi ſunt; & ſicubi quæpiam Italię pars, vel neceſſitate, uel inſidiis, vel errore ad eos ſe tranſtulit, in Gallica, & Libyca hiſtoria referuntur. Conſcriptum ibi quoque extat, vt in Bellis Romanorum Ciuilibus, Italia in factiones diuiſa fuerit; Atque etiam res geſtas aduerſus Celtas hoc eſt Germanos Rheni accolas, & Galatas, hoc eſt Gallos, & cauſas bellorum, & fœdera, vel violata, vel conſeruata, & tumultus Celtarum vſque ad Caium, quartus liber continet. Si quid autem Celtę non ſuo nomine, ſed vel aliquibus Italis opem ferentes, vel mercede conducti geſſerunt, id in eorum hiſtoriis refertur, ac tantum admonendi ergò illorum meminit Appianus. Scripſit Romanos libros 9. Suidas. At in Appiano Marcus Velſerus V.C. inquit, lib. 2. rerum Auguſtanarum: *Et ſubit mirari, clam Appiano bellum Raeticum fuiſſe, cuius tot ante illum ſcriptores meminerint: Liuius copiosè deſcripſit, ex Epitome enim cognoſcimus huic vni librum 136. prope ſolidum impenſum.* Sed & alia huc facere poſſunt, quę idem Velſerus in libris Boicarum rerum poſtremo edidit. Vide autem, quæ de Appiano Photius in ſua Bibliotheca Græca; id quod in Elencho Gręcorum hiſtoricorum inde excerpto ad calcem huius ſectionis inſeruimus.

Dion Caſſius. Cap. XVII.

Dion Caſſius è Bythinia, Vrbe Nicæa, oriundus, Aproniani filius, & iterum Conſul ſub Alexandro Seuero Principe hiſtoriam annorum 981. ab Vrbe cōdita ad Chriſti Domini annum 231. contexuit, idque iuſſu Seueri Imper. Ex octoginta libris viginti quinque tantum ſuperſunt continentes ſeriem annorum 121. *Improbus* (ait Gilb. Genebrardus) *fuiſſe videtur, quod Ciceroni, Senecæ, Caſſio, atque omnibus bonis fuerit infenſus.* Certè videtur vbique tutari partes Cęſaris aduerſus Pompeium, & Antonii aduerſus Ciceronem. Quin & ea, quę in acie Marcomanorum Diuinitus contigiſſe ſcimus, ipſe Arnulpho Ægyptio tribuit; contra quam teſtati ſunt Tertullianus, Euſebius, Oroſius, Iuſtinus, Paulus Diaconus, & Marcus ipſe Aurelius ſuis litteris ad Senatum. Sanè uerò quoniam vitam in gerenda Republica Dion conſumpſit, perque omnes honorum gradus bis ad Conſulatum euectus, deinde Proconſul factus Prouincias cum laude adminiſtrauit, bonarumq; artium ſcientiam ad vſum adiunxit, Comitiorum autem, & Magiſtratuum Romanorum, ac publici Iuris diſciplinam diligenter collegit, Principumque relationes in Deos (ſi Deo placet) ſiue ἀποθεώσεις tradidit, & ea quę Tacitus Imperii arcana vocat, penè ſolus euulgauit, multa affert, quæ ad Romanæ hiſtoriæ notitiam abſolutiorem pertinent. At cum ea cautione legendus eſt, quam Cęſar Card. Baronius in ſuis Annalibus Eccleſiaſticis notat. præclarè autem nobiſcum actum eſt (aiebat Sigonius) quod Ioannis Xiphilini Conſtantinopolitani Monachi Epitome, ex quadraginta quattuor poſterioribus Dionis libris confecta ſuperſit, quę Vitas Imperatorum omnium continens non modicū auxilium rebus cognoſcendis pręſtat. Porrò Dionis Epitome à Ioanne Xiphilino facta (ſed tantum ea, quę ad hiſtoriam Cæſaream ſpectat,) edita eſt ſatis caſtigata, & quidem tum Gręca, tum Latina in Tomo Gręcorum minorum hiſtoricorum, Anno 1590. Francofurti ad Mænum. ad quos notæ adiectæ ſunt præter pręfationem ad eum. Quę autem de Caſſiani Cocciani, ſiue de Coccii Dionis hiſtoria ſcribit ſummatim Photius in ſua Græca Bibliotheca, Vide ibidem apud illum.

Dion Caſſius quibus infenſus fuerit.

Dion Caſſius ob quæ maximè laudandus.

Herodianus Alexandrinus. Cap. XVIII.

Herodianus Alexandrinus Grammaticus, Appollonii etiam Grammatici filius, & diſcipulus, libros octo hiſtoriæ Romanorum Principum ſui temporis Grecè cōfecit ab obitu Marci Aurelii ad Gordiani Minoris initium, Imperatorum, ſingulorū actiones, & geſta diligenter, & certo ordine enumerat, cōcionibus gaudet, ſed breuibus; acumine, breuitate, & ſententiarū grauitate Salluſtio cōparādus.

Sime-

A ſi meliorum temporum res tanto ordine, & ea, quæ tunc vigebat, dicendi copia ſcripſiſſet, inter Græcos Hiſtoricos, qui Latina memoriæ mandarunt, principem locum procul dubio obtinuiſſet. Vertit autem è Græco in Latinum, hunc Hiſtoricum Angelus Politianus tanta felicitate, vt pleriſque in locis æquet ipſum Herodianum Græce ſcribentem; Quæ verò licentius uertiſſe alicubi exiſtimata ſunt, hic duo tantum attingam, præter alia plura. Quòd igitur Herodianus de Marco loquens dicit: Μάρκος αὐτὸς φιλοσοφίαν, & ἐπιείκειαν προσποιούμενος Politianus verterit, *Marcus ipſe Philoſophiæ ſimulator, ac manſuetudinis.* cum vertendum fuiſſet. *Marcus ipſe qui Philoſophiam ſibi, & manſuetudinem vindicabat*, ſiue *aſſerebat*. poteſt enim quiſpiam, qui aliquid ſibi vindicat, id iure facere. quam ob rem προσποιεῖν ibi non ſimulare, ſed vindicare deſignat. Lib.4.

B Eodē in li.4. ἀπροσδοκήτως, καὶ ἀφυλάκτως ὁ Ἀντωνῖνος διηρέθη. Polit. *De improuiſo Antoninus minimè defenſus occubuit.* cum planius dicendum fuiſſet. *Antoninum minimè à ſuis defenſum fuiſſe, cum defendi poſſet.* illd enim ἀφυλάκτως ſonat *abſque cuſtodibus*, vel *remotis cuſtodibus*. Et verò cuſtodes erant Germani equites, quibus Antoninus meritò fidem habebat; quique tunc illum minimè circunſteterant, ſed ſimul, atque facinus illud fuere conſpicati omnem ad perſequendum interfectorem, contentionem, & celeritatem adhibuerunt, & quidem tantam, vt miſſilibus confoderent. Quin & poſt mortem illius amoris ſui indicia oſtenderunt.

Vides Lector è paucis iniuriam, ſiue notam, & Germanis equitibus, & Herodiano, & Marco in omnem poſteritatem poſſe inuri, niſi rectiſſimè verſiones fiant. Lege, quæ in Examine de hac ipſa verſione, ante Herodianum, & in Notis ad eum extant

C in fine Francofurtenſis editionis Hiſtoricorum minorum Græcorum cum ſuis verſionibus anno 1590.

Ioannes Zonaras. Cap. *XIX.*

IOannes Monachus Conſtantinopolitanus Ordinis, ſeu familiæ ſacræ, ſed iam collapſæ, S. Baſilij, cognomento Zonaras, qui olim Byzantii magnus Drungarius Bigiæ, ſeu excubiarum, ac Protoſecretarius Imperatoris Alexij, & Ioannis Comnenorum fuit, hiſtoriam vniuerſam Græcè ſcripſit à Mundi primordio uſque ad obitum Alexij Comneni Conſtantinopolitani Imperatoris. Iudæorum quidem, & ſacrā hiſtoriam priore tomo à Mundi initio vſque ad excidium Hieroſolymitanum. Secun *Hiſtoria Zonaræ quid contineat.*

D do autem tomo ab Vrbe condita vſque ad Conſtantinum Magnum, Geſta, terra, marique. Tertio denique ea, quę in Oriente ſunt acta à Conſtantino Magno vſque ad annum Domini centeſimum decimum ſeptimum ſupra milleſimum eſt perſecutus. Is ſcripſit Græcè. Verſus autem eſt Latinè. Vixit ſub Alexio Comneno Imperatore Conſtantinopolitano, quo tempore Galli Syriam, ac Palæſtinam ſubegere poſt annū Domini milleſimum, ac nonageſimum. Cum autem rerum ſeculi eſſet pertęſus; Magiſtratuſque in Palatio geſſiſſet Imperatoris, atque in ſolitudinem ſeceſſiſſet, agnominatus eſt monachus. Tum verò rogatu amicorum, vti & maiorum ſuorum iuſſu, Hiſtoriam, quam diximus, conſcripſit. Quin etiam Oecumenica ſeptem Concilia, & Eparchica multa per Græciam vnà cum Carthaginienſibus collegit: quibus Epiſtolas nonnullas antiquorum Sanctorum Patrum canonicas, atque eorundem dogmata *Zonaræ ſcripta alia.*

E Catholica multa adiunxit ad Eccleſiæ conſtitutionem vtilia, quæ & breuibus quibuſdam Commentarijs explicuit homo Græcus, atque (vt modeſtè de illo inquit Ioannes Quintinus Heduus, ac Pariſiorum in Vniuerſitate profeſſor) *in pleriſque non ſatis Eccleſiæ Latinis æquus.* Porrò ipſe Ioannes Quintinus octoginta quinque Canones Apoſtolorum à Zonara collectos in Latinum uertit, atque cum Hilariano exempiari, quod in Regia Philippi Catholici Bibliotheca extat, contulit, quemadmodum licet videre ad calcem hiſtorię rerum in Oriente geſtarum, quę edita fuit anno 1587. Francofurti ad Moenum vnà cum eadem Hiſtoria uniuerſa. Vide autem quę in Apparatu Sacro ſcripſimus de his octoginta quinque Canonibus Apoſtolorum, in verbo, Clemens Romanus, & in uerbo, Apoſtolorum Canones. Ceterum

Sigonij de eo iudicium.

Carolus Sigonius hanc, (quæ præſertim ante Conſtantini geſta ſcripta ab illo fuit) ineptè, ac parum diligenter elaboratam (de Latinis rebus loquebatur) iudicauit. Sed à Conſtantino deinceps Imper. vrilem, ac quod ea diligenter enarret, quæ meliores non habent ſcriptores. At Zonaram fuiſſe Schiſmaticum, nemini, qui eum attentè legerit, erit dubitandum, ut etiam Gilbertus Genebrardus Scripſerit, ſe, dum Poemata Zonaræ aculeatiſſima de ſpiritus S. Proceſſione, & alia aduerſus Latinos compoſita, in Latinum uerteret, criminationes illas conſulto omiſiſſe. A

Nicephorus. Cap. XX.

DE Nicephoro autem Calliſto, optandum eſt, ut in Apparatu noſtro Sacro vbi proprius eſt librorum Eccleſiaſticorum locus, iudicium nõ tam noſtrum, quam cordati cuiuſque perlegatur. Sanè Gennadii Conſtantinopolitani Archiepiſcopi Apologia pro Synodo Florentina, qualis ille fuerit, nempe Schiſmaticus & Latinis infenſus, oſtendit. B

Laonicus. Cap. XXI.

LAonicus Chalcocondyla eandem hiſtoriam perduxit vſq; ad tempus Byzantii à Turcis capti, cui appendicem adtexi curauit Sigiſmundus Ferabendius, in qua orditur ab Amurathe (de quo non ita clarè Laonicus Chalcocondyla) vſque ad ea quæ inter Chriſtianos, Turcas, & Perſas noſtro tem pore acta ſunt; Quamuis Minadous hiſtoriam poſtea Perſici belli ulterius extendit, quemadmodum dixi, vbi de Perſicis rebus eſt actum.

Nicetas. Cap. XXII. C

Ab anno Chriſti ann. 1118. vſque ad annum circiter 1210.

Nicetas qualis ſit.

NIcetas Choniates Græcanici res Imperii, orſus à Ioanne Comneno Alexii Filio ad Vrbem captam, ſiue ad Balduinum Flandrum, quem Viri docti dignũ notitia purumque, & rectum ingenium (ſi aliud ab illo æuo,) eſſe agnoſcunt. Sylum quidem eius operoſum, ac ſapientem Poetas, & Homerum; at rem, & narrationem ipſam diſtinctam, compoſitam ſine uanitate, ſine ineptiis, breuem, quod ſatis ſit, & fidam; Crebra, & opportuna monita: Iudicia non libera ſolum, ſed ſana, vbi de religione non agit; Nam & ipſum fuiſſe ſchiſmaticum eius produnt monumenta.

Nicephorus Gregoras. Cap. XXIII.

Nicephorus Gregoras qualis.

NIcephorus Gregoras hiſtoriam Nicetæ Choniatæ, & filum narrationis eius excepit, at non laudem. Scripſit enim ab Vrbe capta res ad Andronici Palæologi poſterioris mortem: ſed nequaquam pari caſtigatione, aut induſtria; & uitia plura traxit ſui æui. Superfluit, aut euagatur; & res, orationeſque propius miſcet, indecorè, immò (pergit iuſtus Lipſius) ineptè; Iudicia tamen eius crebra, & plerunque recta, cauſſæ euentuum curioſè poſitę, pietas inculcata, & multa opportunè ad primam illam cauſſam, ideſt Deum, relegata. Prouidentiam aſſerit. Sed tamen cautiſſimè legendus tum vbi agit de fato, tum quod diſſidia in ſacris recitans, non ęquus eſt iudex. porrò vide caput ſequens. D

Cautio in Nicephoro Gregora.

Ioannes Cantacuzenus. Cap. XXIIII.

IOannes Cantacuzenus vir nõ ſolum illuſtris, ſed pene regius nobilitate, Virtute, diuitijs, auctoritate, qua adminiſtrauit Imperium, demum pietate, qui receſſerit, è Mundo, vt cœleſtibus rebus monachus vacaret, quamuis ſeculum illud obuoluturum Schiſmate integram fidei Catholicæ lucem non admitteret, ſcripſit pro Chriſtiana fide aduerſus Mahometanos, atq; Iudęos, Dialectica potius quã fuſa oratione. De rebus autẽ ab Andronico Palæologo iuniore Imp. Conſtantinopolitano, & à ſe geſtis libros quattuor ſyncero, & hiſtorico, ac proinde laxiore ſtylo: & hæc quidem omnia Græco idiomate, elegãtiore utiq; quàm illa ferebant tempora, quòd è priſcis Græcis quos verſauerat, nitorem hauſerat. Porrò quattuor his Libris res geſtæ ſub Andronico auo, & nepote; ac ſub Cantacuzeno filiorum nepotis tutore, atq; Imperatore narrantur: vt Primo libro contineantur diſſenſio, bellaq; inter Andronicos; Secundo, Minoris Andronici Imperium; Tertio, Bellum Cantacuzeni cum obtrectatoribus, & E

A hoſtibus; Poſtremo eiuſdem Victoria, triumphiq; , ac deniq; Acta inter Ioannem Pa-
læologum legitimum hęredem, atq; Andronici ſui Genitoris ſucceſſorem, ſocerumq;
Cantacuzenum, & eiuſdem filium Mattheum, cum quibus diſſidia ei interceſſerunt:
Hæc uerò geſta fuiſſe à ſalutis noſtræ anno 1321. ad annum plus minus quinquage-
ſimum nonum, nimirum, vnde quadraginta annis, aut circiter, Iacobus Pontanus no-
ſtræ Societatis, qui primus hos libros è Bauarica Bibliotheca Latio egregiè donatos, è
Sartorij typographia Ingolſtadienſi euulgauit, ſapienter ſubducit, quemadmodum
item huius Auctoris genus, atq; familiam, vxorem, liberos, nepotes, honores, do-
ctrinam, mores, diuitias, elogia, diligenter, ac breuiter operis initio eſt perſecutus,
non parcens operæ, quin Volumen uniuerſum & Notis illuſtrauerit, & locos aliquot
parum ſanos per textis in ipſo contextu animaduerſionibus explanauerit. Quas qui-
B dem Animaduerſiones eiuſdem Pontani rogatu, Iacobus Cretſerus, Societatis no-
ſtrę Theologus eximius conſcripſit. Ceterũ, cum pleraq; ex hoc Auctore Ioanne Can
tacuzeno commoda, & prudentia conſilia peti poſſunt, ita quænam fides Nicephoro
Gregorę hiſtorico, cui proximè ſuccedit, ac cuius narrationes (nõ omninò tamen) cõti
nuat, habenda ſit, ponit ob oculos. Vitia enim illius, atq; mendacia obſeruans, &
hiſtorica clarius, veriusq; contexens, de Gregora inter alia, ſic ſcribit: *Imperatorem* Lib 4.c.24.
*verò Cantacuzenum, poſtquã ipſum per ſe deprimere, atq; euertere non potuit, Palæologorum
Impp. bellum mutuum pro argumento ſumens, & partim ignorantia rerum geſtarum, par-
tim gratiâ corrupta veritate, ac totis viribus, velut in fabula comminiſcenda mentiens, dein-
de ordine ad bellum, quod noſtra memoria contra Cantacuzenum excitatum eſt, progreſſus,
tum alia complura crimini dat, ſecuritates, cædes, trucidationes, & populationes, & quacun-*
C *que Romanis per id bellum Luctuoſa inciderunt, illi adſcribens: tum ob amorem dominan-
di, Imperialisque faſtigij cupidinem malorum illorum nullam duxiſſe rationem, affirmat.
Illud autem Cantacuzenum potiſſimum vellicat, & cor eius vrit, quod mentitur, cum adhuc
viuente Andronico, Imperij Romani longè appetentiſſimum, cum id aſſequi non poſſet, ad mo-
nachos in monte Atho, qui viri ſancti, & à Deo afflati; futurorum præſenſionem habere indi-
cabantur, profectum eſſe, & an ad ſe Romanum Imperium peruenturum eſſet, percontatu-
rum.* Hæc Cantacuzenus, cum primò hiſtoriam illam ſub alieno nomine euulgaſſet.
Scio autem ſcriptorem hunc haud prorſus ab ea culpa abeſſe, cuius hiſtorici eorum Præfat. in Cãtacuzenum.
temporum arguuntur, nempè ſchiſmatis: ſed tamen vt eiuſmodi fuerit, quod eſt ſum-
moperè vituperandum, certè erga Beatiſſimam Virginem præcipuo cultu ferebatur,
& cum Clemente VI, Pont. Max. de Synodo habenda, deque concordia Eccleſiarum
D ſtatuenda, & ſedulò, & reuerentiſſimè egit, cum quo etiam laborauit, ne malè audiret
propter Barbaros, hoc eſt, Turcas in auxilium accerſitos, vaſtatamque bello ciuili pro-
uinciam, cum etiam unà cum eodem Pont. Maximo arma aduerſus infideles pro glo-
ria Crucis Chriſti conjungere cupiuiſſet: ſed raro uideris hæreticis, aut ſchiſmaticis
membris Dominum IESVM vti ad ſuam ſarciendam Eccleſiam.

*De Pachymerio, Cedreno, Glyca, Conſtantino Manaſſe, Io. & Gregorio
Curopalatis. Cap. XXV.*

AT de iſtis quos huic xxv. Capiti pręfiximus, idem, quod ad ſchiſma pertinet,
dicendum eſt. Extant loci rerum memorabilium è Codice Auguſtanæ
E Reipublicæ carie confecto, & mutilo, per ſingulos libros excerpti, vnde li-
quidò conſtat, ex quinto, & octauo potiſſimum libro, quàm Sanctę Romanę Eccleſiæ
Catholicę infenſus fuerit Pachymerius. Vide adiuncta ad Gregoram Latinum.
Eodem morbo alios laboraſſe cernitur, vt ſapienter Iacobus noſter ſcripſiſſe cer- Præf. in Cantacuzenum.
natur, cum dixerit, per illa tempora tam non fuiſſe monachum, aut ſcriptorem à Ro-
mana Eccleſia non alieniſſimum in Gręcia, quam hodie difficile eſt pſeudopræconem
inueniri Catholicum in Prouinciis, quę Lutheri, Caluini, & aliorum ueneno fue-
runt infectę.

A

Zoſimus. *Cap. XXVI.*

Z*Oſimus non vnus fuit: alter quidem de quo agendum eſt hoc loco, Græcus Hiſtoriographus Ethnicus, qui cum hiſtoria ſua multa aduerſus Conſtantinum Magnum Imp. inſperſiſſet, arguitur à Paulo Diacono, ab Euagrio, à Nicephoro, ab Euſebio, atque ab alijs tanquam calumniator, & iniurius.* Sed aduerſus Euagrium, Nicephorum, Calliſtum, & alios tanquam Zoſimi criminatores Leunclaius Apologiam auſus eſt pro more hæreticorum ſcribere: Quæ impudenter, ne dicam, impiè, Ethnicum Scriptorem tutatur aduerſus Chriſtianos. Sanè Photius in ſua Bibliotheca de hoc eodem Zoſimo: *Religionem* (inquit) *paganam Zoſimus ſequitur: & in pluribus aduerſus pios multoties latrat.* Et infra de eodem, & Eunapio ſimili ante illum Scriptore. *Dixerit autem aliquis hunc non ſcripſiſſe hiſtoriam, ſed Eunapianam deſcripſiſſe, partim breuitate duntaxat ab altera differentem: partim quod Zoſimus, non vt ille, Stiliconem conuicijs proſcindat. Ceterum propemodum idem eſt in hiſtoria præſertim in Principum piorum criminationibus.* Hæc Photius. Ceterum Io. Leunclaij Scripta inter primæ claſſis ſcriptores fuere in Romano Indice omninò proſcripta, vt poſtea neque legenda, nec recudenda ſit ipſius Apologia. Vide Apparatum noſtrum ſacrum, in verbo, Zoſimus.

Leunclaius hæreticus pro Zoſimo contra pios Apologiã ſcripſit.

B

Alij autem Zoſimi fuere pietate inſignes, ne quis hoſce cum illo altero cõmiſceat, & verè inſontes criminetur. *Certè in monaſterio Palæſtinorum* (ait Paulus Diaconus Eccleſiæ Neapolitanæ initio Vitæ S. Mariæ Aegyptiacæ in Vitis Patrum libro primo) *fuit vir quidam vita, moribus, & verbis ornatus; qui ab ipſis cunabulis monaſticis eſt actibus diligenter inſtructus, & conuerſationibus veraciter educatus, nomine Zoſimus: Nullus exiſtimet cognominatione nominis Zoſimæ illum dicere Zoſimam, cui inter dogmaticos detrahebatur vt putetur Hæreticus. Nam hic alius; & ille alius. multa enim inter vtroſque fuit differentia, licet vnum habuerint vocabulum.* Hæc Paulus Diaconus.

Zoſimus alter pius.

C

Fuit & Zoſimus martyr Antiochiæ, cuius natalis ſimul, & Druſi, & Theodori celebratur xix. Kal. Ianuarias: Deinde item alius, qui Philippis in Macedonia martyrium ſubijt xv. Kal. Ianuarias. Præterea adhuc alius martyr Nicææ xiiij. Kal. Ianuarias. At in Kalendario Breuiarij veteris metropolitanæ Eccleſiæ Capuanæ plus centum ab hinc annis editi mentio fit die xiij Kal. Nouembris, S. Zoſimi Epiſcopi, & Confeſſoris, cuius anniuerſarius dies celebrabatur.

Martyrologiũ Rom. ibidem.

Ceterum Zoſimus ille, de quo agere nos hoc loco diximus, ſcripſit tempore Arcadij & Honorij Impp. pro Iuliano Apoſtata contra Conſtantium Imper. Quare Euagrius Scholaſticus ait, *Zoſimum hiſtoriam quorundam temporum, quæ poſt mortem Cari conſecuta ſunt, vſque ad Arcadium, & Honorium Impp. pertexuiſſe.* Qui autem Hiſtoricorum iſtorum ueterum defenſionem pro Conſtantino legere uoluerint de Criſpi filij, & de Licinij nepotis cæde, deque luſtralibus purgationibus ab eo propterea ſuſceptis ex Sopatri Philoſophi conſilio, qui tum Plotini ſcholæ præerat: Deinde etiam de infando vectigali chryſargyro vocato, quod Anaſtaſius Imp. poſtea ſuſtulit, uideant Euſebium Cæſarienſem in fine chronici, Anno Domini 329. Sozomenum lib. primo, capite quinto. Caſſiodorum tripartitæ hiſtoriæ libro primo, capite ſexto. Euagrium lib. 3. cap. 41. & ſequentibus. Nicephorum Calliſtum lib. 7. hiſtor. Eccleſiaſticæ cap. 35. quo loco de baptiſmo Conſtantini Magni Romæ celebrato refutat Arianos, qui confinxerunt illum Nicomediæ à ſuis eſſe baptizatum, ſimulque Græcos, ſiue Ethnicos accuſat, qui per ſycophantiam, & calumniam Conſtantino crimina intulere, quaſi ob cædem Criſpi filij Chriſtianam ſuſceperit fidem. At de Chryſargyro vectigali Euagrius cap. 39. & 40. libri tertij agit. Ac Theodorus Balſamo in Nomocanone, & Matthæus Monachus, & Gennadius Patriarcha Cõſtantinopolitanus, & Græci alij auctores, & in vita Syluestri euincunt baptiſmum Conſtantini Romæ fuiſſe habitum: Atqui quoniam deinceps magno Eccleſiæ bono Annales Eccleſiaſtici Cæſaris Baronij Cardinalis prodierunt in lucem, tertius eorum tomus, quo de Cõſtantino potiſſimum agitur, Zoſimi, & aliorum mendacia non ſemel redarguit.

Euagrius lib. 3 hiſt. Eccl. c. 24 & vlt.

D

Aurargẽtum Chriſotelia. Vide Nicephorum lib. 1. Eccleſ hiſt c. 3. lib 16. cap. 40 & ſeq. vſque ad 44. inclusiuè.

E

Extat porrò Zoſimi hiſtoria Græcè inſcripta in Bibliotheca Vaticana.

Iernandus

A

Iornandus Gothus Epiſcopus. Cap. XXVII.

IOrnandus Gothus Epiſcopus omnium temporum Ghronicon potius, quam hiſtoriam ſcripſit ab orbe conditio ad Iuſtiniani Imperatoris tempora, Stylus barbarus eſt, verum hiſtoria vtilis, quòd multa ab ijs omiſſa perſequatur.

PROCOPIVS. Cap. XXVIII.

B PRocopius Rhetor Cæſarienſis è Palæſtina oriundus, Iuſtiniani temporibus vixit; Beliſarij prętantiſſimi Ducis à ſecretis, omnibus eiuſdem expeditionibus quæ multæ fuerunt, interfuit, bellorum Gothici, Italici tribus, Perſici duobus, Vandalici totidem libris hiſtorias optima fide Grecè conſcriptas nobis reliquit, diligens in ſcribenda hiſtoria, verum mediocri ſtylo, ac planè naturali dictione, quæ Aſiaticæ propior eſt, quàm Atticæ: ipſe enim Aſiaticus fuit, ac cõciones, & epiſtolas quaſdam breues interpoſuit, haud prorſus in eo genere ineptas.

Agathias. Cap. XXIX.

C AGathias Scholaſticus Smyrnæus quinque libris res Iuſtiniani Principis, eiuſque Ducum Belliſarij, & Narſetis in Italia, Africa, Perſide, & apud Byzantium geſtas poſt Procopium conſcripſit ſtylo tenui, & crebris interpoſitionibus, confuſo. Verùm vtilis eſt, quòd ea perſequutus ſit, quæ meliores Scriptores non habent.

Idem autem Agathias, vt habet Suidas, Lazica quoque ſcripſit, & Byzantina, præter libellos quos tum metro, tum ſoluta oratione conſcripſit, quæ ipſe de ſui temporis Poetis collegit Floruit, Iuſtiniano Imp.

Veruntamen Agathias erraſſe conuincitur in Narſete, cuius Regni exordium ſecũdum ſtatutam ab eo Chronologiam perperam incidere videtur in annum Domini ducenteſimum nonageſimum, cum conſtet ex Vopiſco in Probo, ſub Probo ante vixiſſe, & ſaltem vſq; ad decimum octauum annum Diocletiani vitam perduxiſſe. Verum & in eo corrigendus eſt, dum de Sapore iuniore agens ait vigeſimoquarto anno Regni D ſui accepiſſe à Iouiniano tunc creato Imperatore oblatam Niſibin Ciuitatem, quod contigit anno Domini trecenteſimo ſexageſimotertio: Qua ratione dicendum eſſet, inchoatum eſſe Regnum Saporis anno Domini trecenteſimo trigeſimonono, biennio poſt obitum Conſtantini; quod quidem abſurdiſſimum eſt, cum conſtet eum vixiſſe etiam ſub Conſtantino. Baron. Card. To. 3. Annal. ſub anno D. 309. Marcelli autem Papæ VI.

Suidas. Cap. XXX.

DE Suida, quæ obſeruauimus, quoniam pleraque ſpectant ad Hiſtoriam Eccleſiaſticam, ea videnda ſunt in Apparatu noſtro Sacro, in Verbo, Suidas, in cuE ius quoque verſione ab homine hæretico facta, notatu ſunt, quæ digna notatu ſunt viſa.

HISTORICORVM GRAECORVM, A
QVORVM MENTIO, VEL COMPENDIVM
extat apud Photium in eius Græca Bibliotheca.

ACESTORIDÆ, vel Aceſodori Scythica hiſtoria.

Agatharchidæ Gnidij Grammatici hiſtoria Aſiatica lib. 10. de Troglodi-tis lib. 5. Europiaca lib. 49. de mari rubro lib. 5. Epitome Lydes Antima-chi. Epitome de mirabilibus ventorum. Excerpta hiſtoriarum, & Homilia. Eiuſdem ſermonum duorũ, hoc eſt Primi, & Quinti, qui de mari rubro, ac de alijs rebus admirabilibus, ſiue Paradoxis agunt, ſummam excerpſit Photius, eamq; contulit in ſuam Bibliothecã ſatis fusè, vbi item de piſcibus, deq; animalibus, & alijs, quæ in Arabia, Aethiopia, & alibi reperiuntur. Sed & quædam fabuloſa de Dijs gentiũ. B

Alexandri Magni admirabilium collectio.

Amytiani de Alexandro Macedone ad Marcum Imp. Rom. & Vitę, vt Plutarchi.

Antimachi Lydes Epitome per Agatharchidem, vti diximus ſuprà.

Antonii Diogenis de Thule inſula libri XXIV.

Antonii Diogenis de incredibilibus vltra Thulen lib. XXIIII.

Africani hiſtorica à condito Mundo vſque ad Chriſtum Dominum, deinde ad Marinum vſque Imp.

Appiani Hiſt. Romana. C

Appiani autem Alexandrini librorum hiſtoricorum, qui cum eſſent 24. tredecim tantũ extant Summam idem Photius in ſua Bibliotheca Græca collegit, quàm breuiſſimè, quem dictione inquit eſſe ἀπέριττον, ἐ ἰσχνόν, τὴν δὲ ἱστορίας ὡς οἷον τὸ ἐστὶ φιλαλήθης, nimirum non ſuperfluum, & veracem, optimum item (addit) eſſe exprimendis affectibus.

Apollodori Grammatici Bibliotheca.

Apollodori Athenienſis Bibliotheca à Saturno ad Theſeum.

Arriani Parthica lib. XVII. de rebus Alexandri lib. 7. de his, quæ poſt Alexandrũ lib. 10. Bithynica lib. 8. de Epicteto lib. 8. Alanica, Indica; & Nearchi Periphis. Euxini ponti Periplus. Maris rubri periplus; De Cometis lib. 1.

Athanaſij Magni Vita. D

Baſilius Cilix de hiſtoria Eccleſiaſtica.

Candidi hiſtoriarum lib. 3. à Leone Imp. vſque ad Anaſtaſium.

Candidus Patria Iſauricus, Vir Chriſtianus, & Orthodoxus, quod quartam Synodũ laudibus coronet (vt inquit Photius) libros tres hiſtorię ſcripſit, incipiens, a Leone, ac finiens in Anaſtaſium. Huius uerò Candidi hiſtoriam in compendium idem Photius redegit, atque in ſuam Bibliothecam intexuit, qui & de eius dictione, atque aliis ad ipſum ſpectantibus, ſuum iudicium promit.

Caſſiani Coccani, ſiue Cocij Dionis.

Cephalionis Gergithij hiſtoriarum lib. 9. Muſarum nominibus inſcripti (Herodoti) à Nino & Semiramide ad Alexandrum Magnum.

Cephalęonis hiſtorię compendium. E

Cononis Narrationes quinquaginta, quas Archelao Philopatori Regi nuncupauit, De Mida, de Phrygibus pluribus, quæ in Aſia, De Scheria inſula Phęacis, De Priamo, & Troianis, De Roma nõnihil, De Anaphe Inſula, De Alexãdro Pheręo, qui Thebis dominabatur, deque alijs. Hæc autem omnia in compendium ſat copioſum Photius redegit. Eundem uerò Cononem Atticè loquentem, & gratum Scriptorem fuiſſe indicat.

Cteſiæ Gnidii Indica lib. 1. hiſt. Perſarum, & Aſſyriorum lib. 23.

Cyri Antiopolę Iambico uerſu in Mauricium Ducem.

Damaſcii de Vita Iſidori Philoſophi.

Demetrij

A Demetrij Sancti Martyrium.

Dexippi de rebus poſt Alexandrum geſtis libris quattuor, & Scythica, Synopſis item hiſtorica, uſq; ad Claudij Imperium ſummatim.

Diodori Siculi hiſtoriarum libri 40. extant 17. & paulo plures habuit Photius.

Dionis Couij hiſtorica.

Dionyſij Halicarnaſſęi hiſt. 20. ab aduentu Aeneæ ad Olympiadem CXXI. & eorum Epitome libris quinq;

Eunapij Chronicon lib. 14. à Claudio Cæſare ad Arcadium, & Honorium.

Euſebius Cęſarięſis De Conſtantino Magno. De Apollonio Tyanæo, contra Hieroclem Eccleſiaſtica hiſtoria, De Pręparatione, De Demonſtratione Eccleſiaſtica Euangelica.

B Heliodori Phęnicis hiſtoria Aethiopica.

Hermię Hermopolitæ Iambicis uerſibus de Patria.

Herodiani hiſtoriarum lib. 8.

Herodoti hiſtoriarum lib. 9. Muſarum nomine. Hesychij Mileſij hiſt. to. 6. à Belo ad Anaſtaſium.

Hesychij Illuſtrij Didaſcalica hiſtoria.

Ioannis Conſtantinopolitani Epiſcopi acta inter Cononem, Eugenium, & Themiſtium Trideitas.

Ioannis Presbyteri Aegeatæ Eccleſiaſtica hiſtoria.

Ioannis Laurentii Philadelphenſis, Lydi.

Ioannis Moſchi.

C Ioannes Stobeus, qui libros quattuor in duobus voluminibus collegit in gratiam Septimij (Alij legunt Seſtimij) filij, Eclogarum, Apophtegmatum, & aliarum rerum ad Phyſica Logica, Ethica, Politica, Diuina à Philoſophis Antiquis, è Poetis, Rhetoribus, & Regibus, ac Ducibus, utilis iis, qui ipſorum Auctorum Commentaria perlegunt, quin & iis, qui ſcribere, & declamare ſtudent Eorundem autem Auctorum, ut hic labor fuit congeſtus, nomina quæ ſunt plurima, ſuę Bibliothecæ adſcripſit, ubi de ipſo Ioanne Stobæo egit.

Ioſephi de bello Iudaico, & de capta Hieroſolyma, & de antiquitate.

Iſidori Vita à Damaſo compoſita.

Iuſti Tyberienſis Chronicon à Moyſe incipiens in Agrippa finiens.

Iuſtini Martyris Apologia pro Chriſtianis, & alia quędam.

D Memnonis hiſtor. lib. 9. Heraclęę Ponti Vrbis, Mithridatis Regis res narrantis.

Metrophanis; & Alexandri Sanctorum Patrum Adminiſtratio, in qua & Vita Conſtantini Magni.

Nicephori Patriarchæ Conſtantinopolitani Epitome hiſtorica, ab obitu Mauritii vſq; ad Nuptias Leonis, & Irenes.

Nonnoſi hiſtoria rerum à Iuſtiniano contra Aethiopes, & Saracenos geſtarum.

Olympiodori hiſtoriarum libri duo ſupra viginti, ab Honorio Imp. vſque ad Valentini Imp. Ipſe autem hiſtoricus, Patria Thebanus Aegyptius (Thebe enim erāt quoque in Aegypto) paganus autem ſiue Ethnicus fuit qui ſuas Theodoſio Imp. Arcadij Imper. filio hiſtorias nuncupauit. Quarum ſummam ſuæ Bibliothecæ Photius breuiter intexuit.

E Pamphilæ Epidauriæ Miſcella hiſtoriarum lib. 8. marito ſuo nuncupati.

Phegontis Tralliani liberti Adriani Imp. collectio Olympionicarum à prima Olympiade vſque ad Adrianum.

Philippi Sedeti Chriſtiana hiſtoria.

Philoſtorgij Hiſtoricum.

Philoſtratus Tyrias de Apollonio Tyanæo.

Philoſtrati Tyrii de Vita Apollonii Tyanæi Lib. 8. Eiuſdem Lexicō in x. Oratores.

Praxagoræ (alii Anaxagoram vocant) Athenienſis de Conſtantino primo hiſt. lib. 2. de Regibus Athenienſium lib. 2. de rebus geſtis Alexandri lib. 6.

Ptolemæi Hephæſtionis librorum ſex hiſtoriarum compendium, quos uerè utiles

Photius teſtatur, ne quis, quæ alibi ſunt ſparſa conquirens, conterat tempus, quam-quam multa monſtroſa, & incredibilia contineant, verumtamen antiqua, tum de priſcis hominibus Græciæ atq; Aſiæ. A

Pythagoræ Vita.

Sergii Confeſſoris hiſtorica à Michaele vſq; ad neſanda Copronymi.

Socratis hiſtoria Eccleſiaſtica.

Sotion, de fluminibus, fontibus, & lacubus.

Theodoreti Eccleſiaſtica hiſtoria.

Theodori Antiocheni de Magia in Perſide.

Theophylacti Simorati Aegyptij hiſtoriarum libri octo, à principio Mauricij uſque ad Phocam. In iis autem etiam de bello cum Coſroa. Porrò Photius Epitomen horum octo librorum ſuæ inſeruit Bibliothecæ. B

Theopompus, qui, vt Ephorus, Iſocratis fuit auditor, & in declamando æmulator ſcripſerat hiſtoriã, cuius quinquaginta tres ſiue libri, ſiue ſermones fuiſſe ſeruatos ſcribit Photius, quamuis ſeſe non vidiſſe ſextum, ſeptimum, nonum, vigeſimum, & trigeſimum dicat, quos interiiſſe aliqui ex antiquioribus aſſeruerunt.

Eiuſdem hiſtoriæ breuem ſummam, ac Theopompi genus, educationē præceptorem, æquales, qui eo tempore nempe uixerũt, ſermones, Rationem agendi, & ideam, ſeu formam dicendi, conſilium, ſiue electionem, ac quonam tempore vixerunt paucis idem Photius in ſua Bibliotheca perſtrinxit.

Victorini Lampadii Antiocheni Orationes in Zenonem Imperatorem. C

TERTIA SECTIO,

QVA AGITVR DE HISTORICIS, qui Latinè de Romana hiſtoria, ſed & de alijs gentibus ſcripſere: Vbi & celebriores Hiſtorici Latini, atque alij quidam Itali expenduntur.

Ad Romanam hiſtoriam per ſeriem temporum legendam, intelligendam, exponendam, & ad vſum adhibendam, quanam conferant. Caput I. D

Hiſtoria Romana omnium hiſtoriarum princeps, & quæ in ea obſeruanda.

DE inſtituenda Romanæ hiſtoriæ lectione præfanda hæc ſunt. Primò in hac magis, quàm in alijs, tanquam in totius humanæ hiſtoriç principe, ſeruandum eſſe rerum geſtarum ordinem, qui ſolet eſſe memoriæ cuſtos. Deinde cum ſæpè variata ſit Romanæ Reipublicæ, fide Imperij Romani adminiſtratio, varias quoque ipſius formas pro ratione temporum eſſe prænoſcendas. Præterea familias, ſtemmataque (in primis familiæ Augusti, quam in prima huius Operis Sectione inſeruimus) petenda eſſe inde, vbi certius fuere conſcripta. Denique Opes, Nummos, ſiue Numiſmata, Circos, Ludos, Sacrificia, cruciatus Martyribus illatos, Inſcripriones, quç hodieq. in marmorum fragmentis antiquorum inueniuntur, (præter id, quod generatim ad omnes hiſtorias percipiendas in ſuperioribus ſectionibus ſcriptum eſt) diligenter eſſe obſeruandas. E

Petr. Angel. Bargæus. Paulus Manutius. Onufrius. Sigonius. Sigonij opera ad cognoſcendam hiſtoriã Roma. vtilia.

Ordinem autem eiuſdem Hiſtoriç, præter alios contexuere Carolus Sigoniu (at, ꝗ ſciam hic non emiſit in publicum) Petrus item Angelus Bargæus vir doctiſsimus & poeta eò inſignior, quò caſtior & purior, idem priuato ad amicum ſcripto, prçſtitit. Quorum aliqua paulo poſt ſubijciemus, ne tantorum virorum pereat labor.

Faſtos, Cõſules, Magiſtratus, Leges, Paullus Manutius, Onuſrius Panuinius quamuis non ſemper uerax, & Carolus Sigonius, præter alios illos, de quibus egimus in libro de Iuriſprudentia. Sigonius autem præter Faſtos Conſulares, edidit opus de antiquo iure populi Romani, alterum item de antiquo iure ciuium Romanorum; aliud de

antiquo

A antiquo iure Italiæ; aliud de antiquo iure Prouinciarum; quorum poſtrema editio locupletior prodijt in lucem anno 1574. Præterea de Iudicijs. Deinde de Occidentali Imperio. Denique de Regno Italico, qui eos libros, quibus agitur de Occidentali Imperio, excipiunt. Libri autem de regno Italiæ ſunt quindecim, qui hiſtoriam ab anno 570. vſque ad 1200. continent.

Familias, Antonius Auguſtinus Ilerdenſis Epiſcopus, & Fuluius Vrſinus Romanus, & alij. *Ant. Auguſt.*

Opes, Appianus Alexandrinus. Cum enim tribus mundi partibus Romani imperaſſent, non quidem vſquequaque, ſed lätiſſimè tamen. Terminus autem Occidentalis Imperij fuiſſet extremitas Hiſpaniæ. Orientalis Eufrates, Taurus, & Armenia, Septentrionalis, Rhenus & Danubius. Auſtralis Aethiopes. Dominarentur item B vniuerſo mari Mediterraneo, & omnibus, quæ in eo ſunt inſulis. Præterea in Boreali Oceano, ipſi Britanniæ: Non dubitat affirmare Appianus omnes priores Monarchias Aſſyriorum, Medorum, Perſarum, & Græcorum vix dimidiatam Imperij Romani partem poſſediſſe. Quod ipſum in exordio ſuę hiſtorię confirmat Polybius. *Imperium Romanũ quã late patuit.*

Bellica porrò potentia, terreſtris quidem ordinaria, ac militum ſtipendiariorum varia fuit, diuerſis temporibus, nunc maior, nunc minor: tempore Appiani, hoc eſt principatu Adriani, ſicut ipſe Appianus ſcribit in procemio hiſtoriæ Libycę his pene verbis. *Erat bellica potentia Romanorum; Ducenta millia peditum; Quadraginta millia equitum; Trecenti Elefanti bellicoſi: Tria millia curruum; Armorum verò ad ſupplementum, trecenta millia. Nec minor erat naualis potentia; habebant enim Romani duo millia nauium, mille & quingentas triremes, magnas verò naues proris puppibuſque aureis, ſcilicet ob oſten*C *tationem Romanæ Maieſtatis, & vſus Imperatorum, octoginta. Ad hæc parata erant inſtrumenta naualia eo numero, vt armandæ duplo maiori, quam quæ dicta eſt, claſſi, ſufficere poſſent.* *Bellica Romanorum potentia qualis. & quanta tempore Adriani Imp.*

Poſtremo de incredibili copia pecuniæ, in diuerſis ærarijs ad vſus bellicos comparatæ, ſcribit Appianus, eam fuiſſe ad ſeptuaginta quinque millia talentorum Aegyptiorum: talentum autem Aegyptium, ſicut auctoritate Varronis confirmat Plinius lib. trigeſimo tertio, cap. tertio, pendebat pondo, ſeu libras octoginta; quocirca ſi ſingulis libris aureos centum aſſignemus vnum talẽtum Aegyptium idem valebat, quod octo millia noſtrorum aureorum: quò fit vt ſumma illa quinque & ſeptuaginta mille talentorum Aegyptiorum, ſecundum noſtram ſupputationem, ſexcenties dena centena millia aureorum, & vt uulgo loquimur, ſexcentum milliones efficeret. *Pecunia Romanorũ quanta. Talentum Ae gyptiũ quod.*

Numiſmata Fuluius Vrſinus pleraque explicuit. Iacobus item Strata, Vicus, & D alij, præſertim verò Hubertus Goltzius Herbipolita, cuius extant quattuor volumina de Numiſmatibus, quæ & copioſè expoſuit: in quorum altero continentur Faſti magiſtratuum, & triumphi Romanorum cum numiſmatibus, qui ad eadem pertinent. Altero Cæſar, eiuſque hiſtoria, & numiſmata. Tertio, Auguſtus, eiuſque hiſtoria, & numiſmata. Quarto Numiſmata Græca Italiæ, & Siciliæ, & alia. Ea verò Volumina Brugis in Belgio excuſa ſunt. Porrò cum is Hubertus Goltzius eſſet pictor egregius, in numiſmatibus exprimendis penicillo ſuo aptiſſimè, vt alieno calamo in eiſdem exponendis vſus eſt. *Iulius Vrſinus. Iacobus Strata. Vicus. Hubert. Goltzius.*

Atqui & eiuſdem Huberti Goltzij nouiſſimè prodijt Hiſtoria Auguſta ſiue Impp. Cæſarumq; Romanorum Vitæ & res geſtæ ex antiquis inſcriptionibus collectæ anno 1602. apud Petrum de Tongris Antuerpiæ.

E Ad theatra, Circos, ceteraq. eiuſmodi noſcenda, quæ plerunque occurrunt hiſtoriã Romanã legenti, perutiles ſunt libri, quos Iuſtus Lipſius edidit, de venatione, de Amphitheatris, de Spectaculis, de Circo, de Scena, de Crucę. Quin etiã percõmodi ad pietatem inſinuandam, cùm in Theatris ſingulis Martyrum effunderetur, maximiſq. cruciatibus afficerentur, qui plurimis ſpectantibus *Spectaculum fiebant Angelis & Mundo*. Nam vnum ipſum Amphitheatrum, quod vulgo Romæ Coliſæum dicitur, capiebat octoginta, & ſeptem hominum millia, preter duodecim millia, qui uariis in locis, puta præcinctionibus, vel aliis, quæ prominebant, aſſidere poterant. Sed & quæ Tertullianus, & S. Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei de ſpectaculis ſcripſere, materiam eandem, non tam ad intelligendam, quàm ad ſuſcipiendam Diuinam ſapientiam, & bonitatẽ *Iuſti Lipſij libri vtiles. 1. Cor. 4. Amphitheatrum.*

ex

ex hiſtoricorum libris ethnicorum ſuppeditabunt. Sed & ipſe Lipſius librum de machinis, tormentis, telis, edidit; cum & quinque alij libri ab eo prodierint de militia Romana, cum Commentario ad Polybium, ſicuti diximus ſuprà. A

Ceterum Ioannes Antonius Valtrinus Romanus, è Societate noſtra, libris ſeptem de re Militari Veterum Romanorum egit.

Et libro quidem primo agitur de Bellorum indictione. Secundo de Militum delectu. Tertio de Militum ordinibus. Quarto de Itineribus militaribus. Quinto De prælio, vbi & de Acie inſtruenda, De oppugnatione Vrbium, de machinis, ac tormentis bellicis. Sexto De iis, quæ fierent poſt prælium. Septimo De ijs, quę Ducibus victoribus honoris cauſſa decernerentur.

Hic autem labor & eruditione, & elegantia, & quòd ad intelligẽdos Romanos Hiſtoricos maximè prodeſt, legendus eſt. Is autem anno 1597. Coloniæ Agrippinæ ex Officina Birkmannica prodijt. B

Onuphr. quid ſcripſerit.

At & ante Lipſium Onuphrius ipſe Panuinius librum edidit de Ludis, in quibus deſcripta ſunt hęc. Antiquæ vrbis imago; Circi fragmenta in ędibus Maſſęorum; Aurigatio Circenſis Romani: Circus Fulginij. Ichnographia Circi Maximi, & aſpectus Circi: Circorum fragmenta, Circus Caſtrenſis. Eiuſdem Ichnographia, & ruinę. Pompa Circenſis. Eiuſdem nummi. Sacrificandi ritus. Naumachia ornatiſſimi triumphi delineata. Et liber Ludorum ſecularium, & Origo Sybillarum, & Carminum Sibyllinorum. Quinque item libri Faſtorum, Magiſtratuum, & Impp. à Romulo primo vſque ad Ferdinãdum primum prodiit antęa, Patauij apud Antoniũ Galaſſiũ an. 1563.

Virious Piſo de Magiſtratibus Romanorum.

Porrò & Iacobus Pamelius in ſuis Annotationibus in Tertullianũ in libro de ſpectaculis Circi Maximi delineationem à Pyrrho Ligorio factam inſeruit, qua Caſſiodori epiſtola ad Fauſtum de ludis Circenſibus, & Dionyſius Halicarnaſſæus, & prima Horatij ode ad Męcenatem, rectius, quàm antea intelliguntur. Quin & xij. Panegyrici veteres; ad antiquam, editionem, & ſcripturam emendati, quos Ioannes Liuineius Belga Gandenſis recenſuit, & notis illuſtratos edidit Antuerpię ex Officina Plantiniana, apud Ioannem Moretum ann. 1599. C

Panegyricorum autem Index hic eſt.

C. Plinij. Panegyricus Traiano A. Claudij Mamertini Maximiano A. Eiuſdem Genethliacus. Eumeni pro reſtaurandis Scholis. Incerti Panegyricus Maximiano, & Cõſtantino. Incerti Conſtantino A. Nazari Conſtantino A. Eumeni gratiarum actio Cõſtantino A. Flauienſium nomine. Eiuſdem Panegyricus Conſtantino A. Eiuſdem Cõſtantio Cæſari Claudij Mamertini pro Conſulatu gratiarum actio, Iuliano A. Latini Pacati Drepani panegyricus Theodoſio A. Denique Tabula Itineraria. D

Sed & Tabula itineraria ex illuſtri Peutingerorum Bibliotheca Auguſtæ Vindelicorum beneficio Marci Velſeri Duumuiri Auguſtani in lucem edita fuerat Antuerpiæ M. D. X C V I I I. apud Io. Moretum. Fragmenta verò tabulæ antiquæ, in quib. aliquot per Rom. Prouincias itinera eodem Velſero explicante, & edente Venetijs 1591. apud Aldum.

De gentibus, & familiis Romanorum Ricardi Streinnij, Venetijs apud Aldum eundem iuniorem.

Faſti verò Latini, & Græci, tam è Capitolinis Romanis, quàm è Siculis à primis Conſulibus Bruto, & Collatino, vſquę ad decimum octauum Conſulatum Heraclij Auguſti hoc eſt ab anno Vrbis 244. vſque ad annum eiuſdem 1380. E faſtis Onufrij Panuinii, & præfixi editioni Francofurtenſi anni 1590. Hiſtoricorum Gręcorum minorum. Ad calcem autem editionis Imperatorum Chronologica ſeries duplex, prior à Iulio. Cęſare, vſque ad Michaelem Comnenum, poſterior à Iulio Cęſare, uſque ad Conſtantinum, & Romanum eius ſocerum. E

Auctarium Lipſij.

Ad inſcriptiones porrò antiquas, quod attinet, extat earum liber, quę paſſim per Europam inueniuntur. Acceſſit Auctarium à Iuſto Lipſio perdignum lectu, quod ex officina Plantini prodiit anno 1588.

Iam de Dignitatibus Orientalis, & Occidentalis Imperii ad poſteriores Hiſtorias intelli-

A intelligendas in prima huius Operis ſectione diximus Vidum Pancirolam poſt alios librum edidiſſe percommodum; ſed legendus eſt, qui poſt eius mortem relictus ab eo, recognitus, emaculatus, & auctus, recuſus eſt apud Franciſcios Venetijs, anno 1602. Georgius Codinus ſiue, vt vocant, Curopalata libro de Officialibus Palatij, Conſtantinopolitani, & officijs magnæ Eccleſiæ: Græcè ſcriptus, & vna cum Græco contexiu Latinus factus. *Georgius Codinus. Curopalata.*

Ordo legendi Romanam hiſtoriam per temporum ſeriem.

Cap. II.

B Dionyſius Halicarnaſſæus primus eſtò, cuius hiſtoria complectitur vetuſtiſſimas Italorum, & vrbis Romæ origines, & Romanorum res geſtas domi, foriſque vſque ad Laertem Herminium Exquilinum, & T. Virginium Tricoſtum Cęlimontanum Coſſ. ideſt ad annum ab vrbe condita trecenteſimum ſeprimum. *Dionyſius omnium primus in hiſtoria Ro. legendus.*

Deinde T. Liuius: cuius primi três libri ab aduentu Æneæ in Italiam vſq; ad Laertem Herminium, & T. Virginium Tricoſtum Coſſ. conueniunt cum vndecim libris Dionyſij, qui extant, & eadem omnino tractant, quę Dionyſius, ſed breuiſſimè, ſi cum Dionyſio comparatur. Poſtea hoc ordine ſequentes. *Prima ſectio Romanæ hiſtoriæ.*

Eutropij primus liber ferè totus cum iiſdem tribus libris T. Liuij coniungendus.

C Plutarchi { Romulus. / Numa Pompilius, / P. Valerius Publicola. / Cn. Martius. / Coriolanus. } { cum primo / cum ſecundo } Liuij.

T. Liuij extremus tertius liber à Laertre Herminio ſcilicet, ac T. Virginio Tricoſto Coſſ. vſq, ad extremum decimum librum, ideſt ad annum ab Vrbe condita CDLII. quo anno fuere Coſs. Q. Fabius Maximus Gurges, & Iunius Brutus Scæua; & erit decurſus circiter 155. annorum. *Secunda ſectio.*

Eutropij extremum caput primi libri de capta Vrbe à Gallis.

L. Flori extremus primus liber de ſeditionibus, de prima, ſecunda, tertia, & quarta Vrbis diſcordia.

A Q. autem Fabio Max. & Iunio Bruto Coſſ. vſque ad P. Cornelium Scipionem, D T. Sempronium Longum Coſſ. quibus Coſs. geri cœptum eſt bellum Punicum ſecundum, Anno videlicet 586. ab Vrbe condita, Liuij hiſtoria 74. annorum amiſsa eſt. In eius locum leguntur T. Liuij libri a L. Floro in compendium redacti, quæ vulgo Epitome nominantur. Sunt autem iſti. *Tertia ſectio.*

T. Liuij liber 11. ac reliqui 9. qui eum ſtatim ſequuntur à Q. Fabio Max. Gurgite, & Iunio Bruto Scæua Coſſ. vſque ad P. Cornelium Scipionem, T. Sempronium Longũ Coſſ. Atque hic erit (vt paullo ante diximus) circiter 74. annorum decurſus.

Plutarchi Pyrrhus.

L. Flori de bello Tarentino, & cum Pyrrho Rege de bello Picente: de bello Salentino: de bello Volſinienſi.

Polybij primi duo libri.

E L. Flori ſecundus liber primo bello Punico: de bello Lyguſtico, Gallico, Illyrico.

Eutropij liber ſecundus de Tribunis Mil. de Coſſ. poteſtate, vſque ad initium belli Punici ſecundi.

T. Liuij liber vigeſimusprimus ac nouem, qui eum ſtatim conſequuntur, à P. Cornelio Scipione, & P. Sempronio Longo Coſſ. vſque ad Sext. Sulpitium Galbam, C. Aurelium Cottam Coſſ. ad annum videlicet ab Vrbe condita 554. Eſt autem decurſus annorum circiter 18. ab initio ſcilicet belli Punici ſecundi, vſque ad initium belli Macedonici primi. *Quarta ſectio.*

Appiani Alexandrini de bello ab Annibale geſto libellus vnus.

Polybij tertius, & quartus liber. Preterea nonnulla in fragmentis, vſque ad ex- A tremum 17. librum. Quę tamen quia manca ſunt,& valde perturbata,ſeparari commodè poterunt à tertio,& quarto libro,atque ex ordine reijci.

Eutropius de bello Punico ſecundo, quod extremo capite tertij libri comprehenſum legitur.

Plutarchi { Q. Fabius Max.
M. Claudius Marcellus.

L.Flori hiſtoria de bello Punico ſecundo quæ libro ſecundo legitur.

Quinta ſe-ries. Hinc ad primum bellum Macedonicum pergendum eſt, quod cum Philippo Rege Perſei Patre geſtum fuit: ideoque poſt ſuperiores continuò legendi ſunt.

T.Liuij liber 31, ac reliqui nouem, qui eum ſtatim conſequuntur, à Ser. Sulpicio Galba,C. Aurelio Cotta Coſſ. qui anno ab Vrbe condita,554. Conſulatum geſſe- B runt, vſque ad C.Claudium Pulchrum,T.Sempronium Gracchum Coſſ.ideſt ad annum ab vrbe condita 577. quo anno bellum Iſtricum geri cœptum eſt. Et erit decurſus circiter 24. annorum.

L.Flori de bello Macedonio primo, de bello Syriaco Regis Antiochi, de bello Aetolico.

Plutarchi M. Portius Cato Cenſorinus, ſeu Maior, vt ab alijs appellatur.

Appiani Alexandrini liber de bello Syriaco, &

Eutropij lib. 4.de bello Macedonico,& de bello Syriaco: & hic eſt decurſus fermè duorum, & viginti annorum.

Sexta ſeries. Plutarchi T. Quinctius Flamininus.

Ab Vrbe autem condita 577.T.Liuij lib.41.& reliqui quattuor,qui poſtremi con C ſequuntur à C.Claudio Pulchro,T.Sempronio Graccho Coſſ. vſq; ad C. Sulpitium Gallum,M.Claudium Marcellum Coſſ.Annum ſcilicet ab Vrbe condita 588.& erit decurſus 11. fermè annorum.

L.Flori liber ſecundus de bello Iſtrico, de bello Gallogræco, de bello Macedonico ſecundo, ac de bello Illyrico.

Plutarchi L. Aemylius Paulus, qui Perſeum uicit, ac de Macedonia triumphauit.

Eutropij liber quartus de bello Macedonico ſecundo: Et hic erit decurſus 12. fermè annorum.

Septima ſeries. T.Liuij liber 46. & tredecim,qui proximè ſequuntur, à L. Floro in Epitomas redacti,(nam ipſius,qui erant integri, perierunt) legendi à C. Sulpitio Gallo,M.Claudio Marcello Coſſ. vſque ad extremum 59.librum, ideſt à M. Aemylium Lepidum, D L.Aurelium Oreſtem Coſſ.annum ſcilicet ab Vrbe condita 628.& erit circiter 40.annorum decurſus.

Appianus Alexandrinus de rebus Libycis, ſiue Carthaginienſium.

L.Flori de bello Macedonico tres libri,de bello Punico,tres,de bello Achaico, de rebus in Hiſpania geſtis, de bello Numantino,de bello Aſiatico.

Eutropij de bello Punico,tres,de bello Macedonico,tres,de bello Achaico,de bello Numantino.

Plutarchi C. & T.Gracchi Vitæ.

L.Flori de legibus Gracchanis,de ſeditione T.Gracchi, de ſeditione C. Gracchi, *Octaua ſeries.* lib.3.T.Liuij lib.60.ac 30.qui deinceps illum ſequuntur,à M.Æmylio Lepido,L.Aurelio Oreſte,Coſs.vſque ad extremum 89. librum, ideſt, ad M.Æmylium Lepidum, E L.Volcatium Tullum Coſs. annum ſcilicet ab Vrbe condita 688.& erit fermè 60. ann.decurſus.

C.Criſpi Salluſtij liber de bello Iugurthino.

L.Flori de bello Iugurthino,de bello Allobrogico,de bello Cymbrico, Theutonico, & Tigurino,item de bello Thracio.

L.Flori de ſeditione Apuleiana,de ſeditione Druſiana,de bello,quod aduerſus ſocios geſtum eſt, de bello Seruili.

Eutropii de bello Iugurthino, de bello Cymbrico, de bello ſociali, de bello

A ciuili Mariano, & Mithridatico: item pars ſexti libri, vſque ad bellum cum Spartaco geſtum, & Plutarchi { C. Marius, L. Cornelius Sylla.

Appiani Alexandrini primus liber de bellis ciuilibus.

T. Liuij liber 91. ac qui eum ordine ſequuntur vſque ad extremum 108. ideſt à M. Aemylio Lepido, L. Volcatio Tullo Coſſ. ad C. Claudium Marcellum, L. Cornelium Lentulum Coſſ. annum videlicet ab vrbe condita 705. quo anno geri cœptum eſt bellum ciuile Cęſaris, & Pompeij. Et erit circiter 17. annorum decurſus. *Nona ſectio*

Eutropij lib. 6. de bello cum Spartaco.

L. Flori de bello cum Spartaco, de bello ciuili Mariano, Sertoriano, de bello ciuili ſub Lepido, de bello Mithridatico.

B Plutarchi Sertorius.

L. Flori de bello Pyratico, de bello Cretico, de bello Balearico, de expeditione in Cyprum, de bello Gallico, de bello Parthico.

Plutarchi { L. Licinius Lucullus. M. Licinius Craſſus. M. Tullius Cicero.

Dionis fragmenta 35. & 36. libri, in Xiphilino.

Appiani Alexandrini libellus de bello Mitrydatico.

C. Criſpi Salluſtii de coniuratione Catilinæ.

Dionis liber trigeſimus ſeptimus in Xiphilino.

L. Flori bellum Catilinæ.

C Eutropij coniuratio Catilinę, bellum Gallicum vſque ad Cęſarem Dictatorem.

C. Iulij Cęſaris Commentarij de bello Gallico.

Dionis liber trigeſimus octauus, ac duo deinceps, qui eum continuò ſequuntur vſque ad extremum librum quadrageſimum in Xiphilino.

T. Liuii liber centeſimus nonus, ac ſeptem, qui deinceps eum ſequuntur, à C. Claudio Marcello, L. Cornelio Lentulo Coſſ. vſque ad C. Iulium Cęſarem, M. Antonium Coſſ. annum ſcilicet ab Vrbe condita, 710. quo anno Cęſar in Magiſtratu occiſus eſt. Et erit decurſus circiter quinque annorum. *Decima ſectio.*

C. Iulii Cęſaris libri de bello ciuili, Alexandrino, Africo, Hiſpanienſi.

Suetonii Tranquilli C. Iulius Cęſar.

L. Flori liber 4. de bello Cęſaris, & Pompei, &c.

D Dionis liber quadrageſimus primus, ac duo ſequentes vſq; ad extremum 43.

Eutropii C. Iulius Cęſar Dictator.

Plutarchi { Cn. Pompeius Magnus. C. Iulius Cęſar. M. Portius Cato Vticenſis.

Appiani Alexandrini liber ſecundus de bellis ciuilibus.

T. Liuii liber centeſimus decimus ſeptimus ac viginti tres, qui deinceps eum ordine ſequuntur: pręter quos nulli alii ad noſtram ętatem peruenerunt, à C. Iulio Cęſare, ſcilicet, & M. Antonio Coſſ. vſq; ad Neronem Claudium Druſum Germanicum, T. Quinctium Criſpinum Coſſ. quo in magiſtratu Druſus eſt mortuus; anno ſcilicet ab Vrbe condita 745. *Vndecima ſectio.*

E Er erit circiter 35. annorum decurſus.

L. Flori extremus quartus liber de Cęſare Auguſto, ac reliqua deinceps omnia.

Eutropii liber ſeptimus vſque ad T. Claudium Neronem Cęſarem Imp.

Plutarchi { M. Antonius. M. Iunius Brutus.

Appiani Alexandrini de bello Illyrico, & tres extremi libri de bellis ciuilibus.

Dionis liber quadrageſimus quartus, & duodecim qui continuò ſequuntur, uſque ad extremum, 56. librum ſcilicet, ideſt vſque ad Imperium T. Cl. Neronis ex Xiphilino.

Suetonij Tranquilli C. Iulius Cæſar Auguſtus; & erit decurſus circiter 21. annorum à Druſo ſcilicet, & Criſpino Coſſ. vſque ad Sext. Pompeium, & Sex. Apuleium Coſſ. quibus Coſſ. Auguſtinus obijt. Et hunc annorum decurſum cum ſuperiori decurſu coniungi oportebit. A

Huc addemus prius, & poſterius volumen Velleij Paterculi, in quem Iuſtus Lipſius edidit Notas; Ioannis Zonaræ Annales ab Vrbe condita, vſque ad Imperium Tiberij Cæſaris, & Iornandis Epiſcopi librum de Regnorum, & Temporum ſucceſſione, qui perpetuo, & continenti ordine ea breuiſſimè complectuntur, quæ à Romulo vſque ad Tiberium domi, foriſque acta ſunt; quanquam hi (quia continuata hiſtoria eſt) facile coniungi cum ſuperioribus poterunt; ſic vt res cum rebus, tempora cum temporibus aptiſſimè conueniant: Id quod intelligi etiam uolumus de Diodoto Siculo, de Pompeio Trogo, de Valerio Maximo, de Paulo Oroſio, de eo qui libellum de Viris illuſtribus ſcripſit. Omnia enim, aut capitibus ita diſtinguuntur, vt ſine ullo labore ad rem præſentem accommodari poſſint; aut ita continenti oratione perſcribuntur, vt diſſecari nequeant, quin legentis ordinem, & curſum perturbent, ac remorentur. B

Decima tertia Sectio. Perducta igitur hiſtoria ad obitum Auguſti, ideſt, vt diximus, ad annum vrbis 756. hæc quæ ſequuntur, ſupererunt legenda, vt perpetuo ordine Hiſtoriam ad hanc ætatem noſtram perducamus.

P. Cornelij Taciti ab exceſſu Auguſti Annalium libri 5.

Dionis liber 57. & 58. quibus continentur res domi foriſque geſtæ; annorum circiter 26. ab exceſſu Cæſ. Auguſti, ad exceſſum C. Caligulæ.

Suetonij Tranquilli { Tiberius Cæſar. / C. Caligula. } C

P. Cornelij Taciti liber vndecimus, ac reliqui, qui ſequuntur, omnes; nam, à quinto ad vndecimum amiſſi ſunt.

C. Suetonij Tranquilli { C. Claudius Cæſar. / Nero Claudius Cæſ. / Sergius Galba. }

Plutarchi Sergius Galba.

C. Suetonij Tranquilli Otho Syluius.

Plutarchi Otho Syluius.

C. Suetonij Tranquilli { Aulus Vitellius. / Veſpaſianus. / Titus. } D

Flauij Ioſephi libri de bello Iudaico.

C. Suetonij Tranquilli Flauius Domitianus.

Ioannis Zonaræ eorundem Impp. Vitæ, quæ & ipſæ apud illum ab alijs diſtinctæ ſeorſum legi poſſunt vſque ad Iuſtinianum Imperat. ad annum ſcilicet ab Vrbe condita 1280. à Chriſto autem nato 529.

Iornandus Epiſcopus de rebus Geticis.

Procopius de bello Gothorum, de bello Perſico, de bello Vandalico.

Agathias de bello Gothorum.

Leonardus Aretinus de bello Italico aduerſus Gothos. E

Ioannis Zonaræ Iuſtinianus.

Paulus Diaconus de geſtis, & origine Longobardorum.

Hinc proſequenda, quæ à Dione Caſſio, ab Aelio Spartiano, à Iulio Capitolino, ab Aelio Lampridio, à Trebellio Pollione, à Flauio Vopiſco, à Volcatio Gallico, ab Herodiano, à Sexto Aurelio Victore, ab Eutropio, à Pomponio Læto, ab Ammiano Marcellino, à Ioanne Zonara, à Niceta Choniate: poſtremo à Petro Meſſia Hiſpano, de Cæſaribus, ſiue Impp. perſcripta ſunt. Quæ omnia ita ſeparari, ac rurſus componi poſſunt, & ex vnoquoque auctore ſeligi, vt ſingillatim Impp. Vitæ, & res geſtæ continenter legantur.

Huc addi præterea debent.

A Ioannis Villani ab anno 1347. vſque ad 1390.
Matthæi Villani ab anno 1347. vſque ad 1390.
Blondi Flauij Foroliuienſis.
M. Antonij Sabellici.
Leonardi Aretini. } Hiſtoriæ.
Poggij Florentini.
Pauli Iouij Nouocomenſis,

Compendium rerum Neapolitanarum, & alia huiuſmodi ſexcenta, quæ à noſtris ſcripta ſunt. Sed & in primis quæ Carolus Sigonius de Regno Italiæ, ac de Imperio Occidentali ſcripta reliquit.

B *Caroli Sigonij Ratio legendi Romanam hiſtoriam, vt à quolibet ſcriptore per temporum ſeriem petenda eſt. Cap. III.*

QVin etiam Carolus Sigonius ab amico rogatus, vt hiſtoriæ Latinæ ordinem ſcriberet, nimirum qualis ordo à quoque ſcriptore per temporum ſeriem eſſet petendus, ſequentem miſit, quem ob viri celebritatem huic loco addentes, aliquid è noſtro, adſcribendum exiſtimauimus.

De his quæ ante Reges in Italia, & ſub Regibus Romæ geſta ſunt annis ducentis quadraginta quattuor, ſcripſere.

Dionyſius Halicarnaſſæus Græcus libris quattuor.
T. Liuius libro primo.
C Lucius Florus libro primo.
P. Velleius Paterculus libro primo.
Pl. Eutropius libro primo.
Plutarchus in Romuli, Numæ, & Poplicolę vitis.
Plinius de Viris Illuſtribus.
Paulus Oroſius libro ſecundo.
Sextus Ruffus.
Ioannes Zonaras tomo primo.
Solinus capite primo, & ſecundo Polyhiſtoris.

Ab exactis Regibus ad leges duodecim tabularum anni quinquaginta octo, quæ conſcribi cœpta ſunt anno vrbis conditæ trecenteſimo tertio.

D DIonyſius libris ſex ſequentibus.
T. Liuius libris duobus.
L. Florus libro primo.
Eutropius libro primo.
Plutarchus in Poplicola, & Coriolano.
Plinius de Viris illuſtribus.
Paulus Oroſius libris duobus.
Sextus Ruffus.
Ioannes Zonaras tomo primo.
E Diodorus Siculus nonnjhil libro vndecimo, & duodecimo.

A duodecim tabulis ad bellum Tarentinum, & Reges Pyrrhi, qui anno Vrbis quadringenteſimo ſeptuageſimo quarto, in Italiam venit, annis centum ſeptuaginta, & vno.

DIonyſius pauca libro decimo, & vndecimo.
T. Liuius, à libro tertio, ad decimum. Item ex Flori Epitome lib. vndecimo, & duodecimo, & hiſtoriæ libro primo.
Eutropius libro primo, & ſecundo.

Plutarchus in Camillo. A
Plinius de Viris illuſtribus.
Paulus Oroſius libro ſecundo,& tertio.
Sextus Ruffus.
Ioannes Zonaras tomo primo.
Diodorus Siculus nonnihil libro decimotertio, & decimoquarto.

Et à Pyrrho ad ſecundum bellum Punicum, quod cœptum eſt anno Vrbis quingenteſimo trigeſimo ſexto, annis ſexaginta duobus.

POlybius libro primo,& ſecundo.
L.Flori Epitome à decimo tertio ad vigeſimum:& in hiſtoriæ lib. 1.& 2.
Eutropius libro ſecundo. B
Plutarchus in Pyrrhi,Marcelli,& Fabij Maximi Vitis.
Plinius de Viris illuſtribus.
Paulus Oroſius libro duodecimo,
Sextus Ruffus.
Ioannes Zonaras tomo primo.

A bello Punico ſecundo vſque ad tertium, quod fuit anno Vrbis ſexcenteſimo quinto, annis viginti.

T. Liuius à vigeſimo vſque ad quadrageſimumquintum.
L. Flori Epitome à quadrageſimoquinto ad quadrageſimumnonum.
Polybius libro tertio,quarto,& quinto,& fragmenta reliquorum. C
L.Flori hiſtoria libro ſecundo.
Eutropius libro ſecundo, tertio, & quarto.
Silius Italicus libro octauo.
Plutarchus in Annibalis,Fabij Maximi,Scipionis,Marcelli,Catonis Maioris,Pauli Aemilij, & Flaminij Vitis.
Plinius de Viris illuſtribus.
Aemylius Probus in Annibalis, & Catonis Vitis.
Appianus in Syrio.
Paterculus libro primo.
Paulus Oroſius libro quarto.
Sextus Ruffus. D
Ioannes Zonaras tomo primo.

A bello Punico tertio ad Cæſarem Dictatorem, qui fuit anno Vrbis ſeptingenteſimo ſexto, annis centum.

L.Florus in vtraq; Epitome Liuij à quadrageſimonono ad centeſimumnonum, & libro ſecundo, & tertio.
Appianus in Libyco,Hiberico,Mithridatico, & primo, ſecundoque bellorum ciuilium libris.
Eutropius libro quarto,quinto,& ſexto.
Plutarchus in Gracchorum,Marij,Sillæ,Sertorij,Pompei,Luculli,Craſſi,Cæſaris, Ciceronis,Catonis,Antonij,& Bruti Vitis. E
Cornelius Nepos in Attici Vita.
Salluſtius in Iugurthino,Catilinario, & Concionibus.
Dion libro trigeſimoſeptimo, octauo, nono, quadrageſimo.
Suetonius in Cæſaris Vita.
Lucanus libro decimo.
Cæſaris Commentaria.
Velleius Paterculus,libro primo, & ſecundo.
Plinius de Viris illuſtribus.

A Paulus Oroſius libro quarto, quinto, & ſexto.
Sextus Rufus.
Ioannes Zonaras tomo primo.

A Cæſare Dictatore ad obitum Augusti, qui fuit anno ſeptingenteſimo ſexageſimo ſeptimo, annis ſexaginta duobus.

Dion, à libro duodecimo ad quinquageſimum ſextum.
Suetonius in Cæſaris, & Auguſti vitis.
Appianus libro ſecundo, tertio, quarto, quinto bellorum ciuilium, & in Parthico.
Velleius Paterculus libro ſecundo.
B Cæſaris Commentaria de bello ciuili, cum A. Hirtio, ſeu Oppio.
Florus in vtramque Epitomen Liuii à centeſimo nono ad centeſimum quadrageſimum, & libro tertio, & quarto.
Plutarchus in Cæſaris, Ciceronis, Antonii, Bruti, & Catonis Vitis.
Eutropius libro ſexto, & ſeptimo.
Cornelius Nepos in Attici Vita.
Tacitus initio libri primi.
Paulus Oroſius libro ſexto.
Sextus Ruffus.
Sextus Aurelius Victor.
Ioannes Zonaras tomo ſecundo.
C Zozimus libro primo hiſtoriarum, ſed in quo cauenda ſunt, quæ de eo diximus ſupra.
Ioſephus Iudæus libro Antiquitatum decimo quarto, decimo quinto, decimo ſexto, decimo ſeptimo.

Ab obitu Augusti ad Domitiani necem, quæ fuit anno milleſimo trecenteſimo quadrageſimo primo, annis octoginta duobus.

Dion, libro quinquageſimo ſeptimo, & quinquageſimo octauo.
Io. Xiphilinus Epitome.
Cornelius Tacitus lib. vigeſimo primo.
Suetonius in reliquis decem Imperatorum Vitis.
Eutropius libro ſeptimo.
D Sextus Aurelius Victor.
Sextus Ruffus.
Zoſimus libro primo.
Paulus Oroſius libro ſeptimo.
Ioannes Zonaras tomo ſecundo.
Ioſephus Iudæus libro decimo ſeptimo, & vigeſimo Antiquitatum, & de bello Iudaico libro ſeptimo.

A Neruæ principatu ad Conſtantini Imperium, quod fuit anno Vrbis milleſimo quinquageſimo octauo; annis ducentis decem.

E Eutropius libro octauo, & nono.
Sextus Aurelius Victor.
Sextus Ruffus.
Io. Xiphilinus in Epitome Dionis.
Paulus Oroſius libro ſeptimo.
Aelius Spartianus.
Iulius Capitolinus.
Aelius Lampridius.
Herodianus Grammaticus.
Volcatius Gallicanus.

Trebel-

Trebellius Pollio. A
Flauius Vopiſcus.

Ex recentioribus.

Pomponius Lætus.
Zozimus libro primo.
Euſebius in Chronicis, hiſtoria Eccleſiaſtica, &c.
Ioannes Zonaras tomo ſecundo.

A Conſtantino ad Iuſtiniani Imperatoris obitum qui fuit anno Chriſti quingenteſimo ſexageſimo quinto, Vrbis verò conditæ milleſimo treceteſimo decimo ſeptimo; annis ducentis ſexaginta, & vno.

Ex recentioribus. B

POmponius Lætus.
Eutropius libro decimo.
Euſebius Pamphilus Cæſarienſis in vita Conſtantini libro quinto.
Paulus Oroſius libro ſeptimo.
Sextus Aurelius Victor.
Sextus Ruffus.
Ammiani Marcellini libri poſteriores octodecim.
Zozimus à libro ſecundo ad ſextum.
Paulus Diaconus ab vndecimo ad decimumoctauum.
Socrates Scholaſticus in hiſtoria Eccleſiaſtica libro decimo. C
Hermias Sozomenus Salaminius in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro nono.
Theodoretus Cyrenſis in hiſtoriæ Eccleſiaſticæ libro ſexto.
Hiſtoria Tripartita. Sed exactius iſtis omnibus, & verius Cæſar Baronius Cardinalis in ſuis Annalibus recognitis ab ſe.
Iornandes Gothus in Chronicis.
S. Hieronymi Chronica Euſebio addita. Sed quæ Arnaldus Pontacus Epiſc. Vaſatenſis emiſit emendata.
Proſper Aquilienſis in Chronicis.
Procopij liber ſeptimus.
Agathij Scholaſtici liber quintus.
Anaſtaſius S.R.E. Bibliothecarius in vitis Pontificum Romanorum; & in hiſtoria Eccleſiaſtica: Sed qui à Io. Buſæo prodijt emendatus. D
Theopanes Iſaurus.
Nicephorus Calliſtus Xantopulus in hiſtoria Eccleſiaſtica: de quo & quid ſentiendum, & quænam cauenda ſint, partim diximus ſuprà, partim, ac quidem vberius in Sacro Apparatu.

A Iuſtiniano Imperatore deinceps.

Euagrius Scholaſticus.
Beda Anglus.
Paulus Diaconus.
Anaſtaſius S.R.E. Bibliothecarius in vitis Rom. Pontificum, & hiſtoria Eccleſiaſtica. E
Ioannes Zonaras tomo tertio.

Hiſtorici de Regibus primis Romanorum, deinde de inſignioribus quibuſdam Romanis, mox de Imperatoribus Romanis iuxta temporum ſeriem. Cap. IIII.

PRimò ſciendum eſt à Raphaele Volaterranno Hiſtoricos nominari, qui vitas Romanorum Principum conſcripſerunt; ipſum autem Volaterranũ hiſtoriam breuem omnium eorundem Regum texuiſſe libris viginti, & tribus.
Hiſtorias item Cæſarum à C. Iulio vſque ad Maximilianum Petrus Meſſias Hiſpanicè

A niçè ſcripſit: id quod Ioan. Baptiſta Egnatius Latinè fecerat, quemadmodum item de vitis Bernardinus Corius,& alii fecere,vel epitomatibus,vel Chronographiis,vel aliis eiuſmodi. Nam quæ Onufrius Panuinius ſcripta de Imperatoribus reliquit, ea, quòd ſciam, excuſa non ſunt. Nos in Bauarica Bibliotheca Monachii vidimus manuſcripta, apud Sereniſſimum Ducem Gulielmum.

Id verò meminerint cordati lectores hiſtoriæ Imp. quas Ethnici præſertim, aut hę retici haud fideliter conſcripſerunt, vtiliſſimum fore,ſi Annales Cæſaris Baronii Cardinalis ſimul adiungantur. Quod ſi etiam hic noſter labor ante alios prælegetur, erit operepretium ad reliquos einſmodi, Scriptores inoffenſo pede decurrendos.

Porrò Romuli vitam ſcripſit Plutarchus, ac quædam de ſingulis ſeptem Rom. Regibus C. Plinius de Viris Illuſtr. Quin & Plutarchus,& de Amulio patruo Romuli,ac B de Ilia,& de Romulo,ac Remo egit in Parallelis minoribus. Gellius autem reſponſum prudens de vſu vini à Romulo datum notat,cap. quattodecimo, vndecimi libri. At Ioan. Boemus egit de Romulo, & eius ciuilibus inſtitutis. Quæ uerò Ouidius lib. 14. Metamorph. de eodem attigit,quoniam fabuloſa ſunt,huc non ſpectant. Taceo quæ Liuius,& alii de primis Vrbis Romæ conditoribus ſcripſerunt, qui huc quadantenus faciunt.

Numę vitam Plutarchus,pleraque autem de eo Crinitus,Cælius,& eiuſmodi alii.

Tarquinii Superbi Alexander ab Alexandro ſecundo lib. 32. capite & quinti 27.& Crinitus,ac Gellius primi libri decimo nono capite nonnulla ſunt perſecuti.

Iunii Bruti primi Romanorum Conſulis C. Plinius de Viris Illuſtribus mentionem facit.

C Pompei ſiue Cn. Magni C. Plinius de viris Illuſtribus, Aelianus Græcus uarię hiſtoriæ lib. Plinius etiam 7. lib. 26. cap. & primo trigeſimi ſeptimi, quemadmodum & Gellius decimi libri primo cap. quædam ad Pompei laudem, triumphum, ac theatri dedicationem peſecuti ſunt. Sed cum Cæſar ſuis Commentariis de bello ciuili pleraque ſcripſerit,de bello inter ſe,& ipſum Pompeium; Plutarchus autem Pompei vitam ſcripſerit, ſat inde multum,quod huc attinet,colligi poteſt. Quod ſi quis Pompei,& Sertorii commiſſum in Hiſpania prælium, & carmine conſcriptum legere voluerit,legat Pontani dialogum inſcriptum Antonium. Ceterum nemo neſcit quæ de bello ciuili Pharſaliæ M. Anneus Lucanus carmine cecinit.

De Romanis Impp. adhuc plura, & quidem ordine. *Cap. IIII.*

D IVlius Cæſar apud Plutarchum in Vitis, apud Suetonium, apud Dionem, apud Appianum libro de bello ciuili,apud ipſummet Cęſarem ſuis Commentariis de bello Gallico,& de bello ciuili,apud Aelianum lib. de varia hiſtoria. De laudibus autem C. Iulii Cęſaris Plinius lib. 7. capit. 25.& Franciſcus Floridus libris tribus de præſtantia Cæſaris. Vide infra, vbi de ipſo Cæſare fuſius egimus. Quin & Egnatius eius vitam ſcripſit.

Octauius Auguſtus Cęſar apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem,Plinium lib. 7. cap. 45. Appianum Alexandrinum,Ouidium quintodecimo libro Metamorphoſeos, B. Antoninum Archiepiſcopum Florentinum tit. 4. cap. 6.& titu. 6. cap. 21. Aelianum variæ hiſtorię,Gellium,Crinitum, Cęlium, Egnatium.

E Tiberius Cęſar apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem, Plutarchum in uitis, B. Antoninum Florentinum tit. 6. capit. 21. Egnatium, & aliquos ex ijs, quos ſupra nominauimus.

C. Caligula, qui & Germanicus cognominatus eſt,apud Dionem Suetonium. Statium lib. 4. Syluarum. D. Antoninum Florentinum, & apud Egnatium, quin & Senecę ludus extat de morte Claudij.

Nero Claudius, apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem, B. Antoninum, Egnatium. Et uerò à Plinio vituperatur ipſe Nero lib. 30. cap. 2. & Lucianus agit de eodem, vbi de foſſione Iſthmi.

Sergius Galba, apud Dionem, Suetonium, Plutarchum in Vitis, Sextum Aurelium, A Victorem, Egnatium.

Otho apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium.

Aulus Vitellius apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem, Egnatiũ.

Veſpaſianus apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem, B. Antoninum Florentinum, Egnatium.

Titus Veſpaſianus, apud Dionem, Suetonium, Plutarchum in Vitis, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium. Atqui Ioſephus, ubi agit de expugnatione Hieroſolymæ, quive alij de excidio Hieroſolymitano ſcripſerunt, huc pertinent.

Domitianus apud Dionem, Suetonium, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium: Quin & C. Plinius lib. 10. epiſt. & Statius lib. 4. Syluarum quædam de via Domitiana, & de quibuſdam eius epiſtolis. B

Nerua, ſiue Cocceius Nerua. Apud Dionem, Sextum Aurelium Victorem, Georgium Merulam.

Vlpius Traianus, apud Dionem, apud C. Plinium, Cæcilium in Panegirico eiuſdem, apud Plinium lib. 10. epiſt. Sextum Aurelium Victorem, Plutarchum, Egnatiũ. Atqui & Tzetzes de Traiano egit, & de Iſtro ponte iuncto. At huc pertinent quæ de Dacicarum hiſtoriarum Scriptoribus, ac de columna Traiana, quæ adhuc Romæ extat, ſcripta ſunt.

Aelius Adrianus, apud Dionem, Aelium Spartianum, Sextum Aurelium Victorem, B. Antoninum tit. 7. cap. 3. Georgium Merulam, Egnatium. Sed & Tzetzes de Adriano vrbe Aelia, & Satapio in Panegyrico Adriani, & Gellius, & Cælius, & Crinitus, & eiuſmodi reliqui pleraque. C

L. Aelius Verus apud Aelium Spartianum; Et uerò hic à Traiano adoptatus, & Cæſar ab eo dictus, non fuit tamen Imperator.

M. Aurelius Antoninus Pius Philoſophus apud Dionem, Herodianum, Iulium Capitolinum, Sextum Aurelium Victorem; Sed & Cælius, & Crinitus varia uariis in locis, & Antonius Gueuara epiſt. ſua 57. pulchrè nonnulla de eo.

Verus Imp. apud Iulium Capitolinum.

Auidius Caſſius apud Volcatium Gallicanum.

Commodus Antoninus apud Dionem, Herodianum, Ælium Lampridium, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium. At Commodi, ac Fuluiæ hiſtoriam, Cælius, & quædam Tzetzes, & Crinitus.

Heluius Pertinax apud Dionem, apud Herodianum, Iulium Capitolinum, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium. D

Didius Iulianus apud Dionem, Herodianum, Ælium Spartianum, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium.

Septimius Seuerus, apud Dionem, Herodianum, Ælium Spartianum, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.

Foſcennius Niger apud Ælium Spartianum.

Clodius Albinus, apud Iulium Capitolinum.

Antonius Caracalla, apud Dionem, Herodianum, Ælium Spartianum, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.

Antonius Geta, apud Ælium Spartianum.

Opilius Macrinus, apud Dionem Herodianum, Iulium Capitolinum, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium. E

Antoninus Diadumenus, apud Ælium Lampridium.

Antonius Heliogabalus, apud Dionem, Herodianum, Ælium Lampridium, Ælium Spartianum, Egnatium; Quin & Cælius, & Crinitus pleraque.

Alexander Seuerus, apud Dionem, Herodianum, Ælium Lampridium, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.

Maximi duo apud Herodianum, Iulium Capitolinum, Sextum Aurelium Victorem, Egnatium, B. Antoninum Florentinum tit. 7. cap. 6. & tit. 8. cap. 2.

Maximinus Iunior, apud Iulium Capitolinum.

Gordiani

A Gordiani tres, apud Iulium Capitolinũ, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatiũ.
Gordianus Iunior, apud Herodianum, Iulium Capitolinum, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.
Maximus (qui & Papienus) & Balbinus, apud Herodianum, Iulium Capitolinum, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Philippi, apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Marcus, & Seuerus Hoſtilianus Imperatores apud Pomponium Lætum.
Decius, apud Sextum Aurelium Victorem Pomponium Lætum, Egnatium, B. Antoninum Florentinum, tit. 7. cap. 6.
Verius Gallus, & Voluſianus Imperatores, apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.

B Æmilianus apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Licinius Valerianus apud Trebellium Pollionem, Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, Egnatium, B. Antoninum Florentinum, tit. 7. cap. 7.
Valerianus iunior, apud Trebellium Pollionem.
Gallienus apud Trebellium Pollionem, Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Soloninus Gallienus apud Trebellium Pollionem.
Triginta Tyranni Gallieni tempore exorti apud Trebellium Pollionem.
Claudius apud Trebellium Pollionem, Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Quintilius apud Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.

C Aurelianus apud Flauium Vopiſcum, Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Tacitus apud Flauium Vopiſcum, Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Florianus apud Flauium Vopiſcum, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.
Probus apud Flauium Vopiſcum, Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Firmus, Saturninus, Proculus, & Bonoſus apud Flauium Vopiſcum.
Carus apud Flauium, Sextum Aurelium Victorem, & Egnatium.
Numerianus apud Flauium Vopiſcum, & Pomponium Lætum.
Carinus apud Flauium Vopiſcum, & Pomponium Lætum.

D Diocletianus, & Maximianus Imperatores, apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Conſtantius Chlorus, & Galerius Maximinus Imperatores apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Seuerus, & Maximianus Imperatores apud Egnatium.
Licinius, & Conſtantinus Imperatores apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Conſtantinus, Conſtans, & Conſtantius Imperatores apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatium.
Iulianus apud Sextum Aurelium Victorem, Ammianum Marcellinum, & Egnatium.
Iouinianus (qui & Iouianus) apud Pomponium Lætum, Ammianum Marcellinum, & Egnatium.

E Valentinianus, & Valens apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, Ammianum Marcellinum, & Egnatium.
Gratianus apud Sextum Aurelium Victorem, apud Ammianum Marcellinum, & Egnatium.
Theodoſius apud Sextum Aurelium Victorem, Pomponium Lætum, & Egnatiũ.
Arcadius, & Honorius apud Egnatium.
Theodoſius iunior apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Valentinianus Tertius apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Flauius Valerius Martianus apud Pomponium Lętum, & Egnatium.

Flauius Valerius Leo apud Pomponium Lætum, & Egnatium. A
Leo Iunior apud Egnatium.
Flauius Valerius Zeno, apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Flauius Valerius Anaſtaſius apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Flauius Valerius Iuſtinus apud Pomponium Lætum.
Flauius Valerius Iuſtinianus apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Flauius Valerius Iuſtinus ſecundus apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
De laudib. autem Iuſtini Minoris agit carmine Chorippus Africanus: Agit item de morte Iuſtiniani, editus autem eſt hic anno 1584. Antuerpiæ.
Tiberius, apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Mauricius apud Pomponium Lætum, & Egnatium.
Phocas apud Pomponium Lætum, & Egnatium. B
Heraclius apud Pomponium Lętum, & Egnatium.
Ceteri autem Imperatores, apud ſolum Egnatium habentur.

Ioannis verò Cuſpiniani liber inſcriptus Imperatorum, & Cæſarum vitæ, cum imaginibus ad viuam effigiem expreſſis, quandiu emendatus, non prodierit (varij enim errores in eo inſperſi ſunt) à ſancta Apoſtolica ſede, prohibitus eſt, vt & alibi diximus. Vide autem ſupra, vbi de vitis Græcorum Imperatorum.

Ceterum Caroli Magni geſta, & vitam, Turpinus, Eguinardus, Acciaiolus, duo priores illi ętate quidem Caroli Magni, tertius autem anno 1490. poſteritati reliquerunt, B. item Antoninus Florentinus tit. 14. cap. 4. & tit. 16. capit. 1. Paulus Aemilius vti, & Ferronius eadem lingua Latina, ſed & Franciſcus Belleforeſtus Gallicè.

Lotharius Imperator apud B. Antoninum Florentinum tit. 16. cap. 3. C
Otho primus apud Virichindum.
Otho ſecundus apud B. Antoninum Florentinum.
Otho tertius apud eundem.
Henricus Secundus apud eundem. } tit. 16. cap. 3. & 4. & 5.
Henricus Tertius apud eundem.
Henricus Quartus apud eundem.
De hoc item Bernardus Corbienſis Monachus.
Conradus Tertius Imperator apud B. Antoninum Florentinum tit. 17. cap. 8.
Fridericus primus apud Othonem Friſingenſem, & Radeuicum Friſingenſem, ac B. Antoninum Florentinum tit. 17. cap. 6.
Henricus Quintus apud B. Antoninum Florentinum tit. 17. capit. 6. D
S. Henricus Imperator apud Adelboldum.
Fridericus Secundus apud B. Antoninum Florentinum tit. 19. cap. 15.
Sigiſmundus apud Ioannem Boccatium.
Fridericus Tertius, vel de rebus ſub eo geſtis apud Æneam Syluium.
Maximilianus, & Carolus Quintus, Vide vbi de rerum Auſtriacarum Hiſtoricis egimus infra.

Pleraque verò interdum Flauius Blondus ſuis Decadibus, Carolus Sigonius libris de Regno Italiæ, ac de Occidentis Imperio; Paulus Iouius de elogijs, & libro de vitis diuerſorum Principum, de varijs Imperatoribus, & Hieronymus Rubeus libris 11. hiſtoriarum Rauennatum intexuerunt. Quin & Francofurti ad Mœnum anno 1591. editi ſunt tomi quattuor veterum ſcriptorum, qui Cęſarum, & Imperatorum Germanicorum res per aliquot ſæcula geſtas literis mandarunt. ij autem ſunt Ioannes Turpinus, E Luitprādus, Vvitichindus, Roſemius, Dithmarus, Robertus Monachus, Gūterus Poeta de expeditione Friderici in Italiam, Richardus. Veruntamen his rectè intelligendis admodum proderit lectio Roberti Card. Bellarminij, qui librum (vt diximus alibi) edidit de translatione Imperij ad Germanos. Huc quoque facit Theſaurus Principum hac ætate in Europa viuentium à Michaele Eyzingero Auſtriaco editus Colonię Agrippinę 1591. cum Paralipomenis eiuſdem alterum in librum congeſtis, qui prodijt in lucem anno 1592. quemadmodum ſuprà indicauimus capite vndecimo ſectionis primæ.

Huc

A Huc item quadantenus facere poſſunt, qui de varijs Rebuſpubl. Impp. Regum, & aliorum Geſtis, ac Dictis ſcripſere, quales ſunt præter alios, quorum in hoc libro memi nimus Ludouici Dominici hiſtoria de Dictis, & Geſtis notabilibus variorum Principum, & hominum priuatorum. apud Gabrielem Iolitum, Venetijs. M D L X V I I. Italicè.

Franciſcus Sanſouinus de Regnorum, ac Rerumpublicarum antiquarum, & recentium adminiſtratione, apud Melchioris Seſſæ hæredes. 1567. Venetijs, Italicè.

Petri Meſſię Sylua variæ lectionis, cui quartam partem addidit Franciſcus Sanſouinus apud Georgium Caballum. 1566. Venetijs, Italicè.

Et Ioannis Tarcagnotę integrior hiſtoria, in qua laborauit Cæſar Campanus magna cum laude, quæ nouiſſimè Venetijs recuditur.

B

Celebriores aliqui Latini hiſtorici, quorum eſt maior vſus in Gymnaſijs, vel qui ſæpius teruntur plurium manibus.

Q. Curtius. Cap. V.

Q. Curtius (quem hic ponimus ob antiquius argumentum rerum, de quibus ſcripſit) probus eſt, legitimusq; hiſtoricus, ſi quiſquam fuit, mira (vt rectè teſtatur Lipſius) in ſermone eius facilitas, in narrationibus lepos: aſtrictus idem, & profluens; ſubtilis, & clarus; ſine cura vlla accuratus. Verus in iudicijs, argutus in ſententijs, in orationibus mirificè facundus. Quod ſi varium magis argumentum habuiſſet, ſine dubio variæ prudentiæ eximium magis ſpecimen præbuiſſet: Sed Alexan C der quid (ait idem Lipſius) niſi bella? caret initio quod Quintianus Stoa ſuppleuit.

Ceterum de Alexandro Magno ſcripſere Arrianus, & alij, præcipuè verò qui de Aſiæ rebus antiquis ſcripſerunt. At & Suidas meminit Varronis hiſtorici, qui Epitomen ſcripſerit rerum Alexandri.

Caius Salluſtius Criſpus. Cap. VI.

C. Salluſtius Criſpus, qui Cæſaris Dictatoris, Pompei Magni, & M. Tullij Ciceronis cum quo grauiſſimas inimicitias exercuit, tempore vixit, nobis totus periit, quod ad libros hiſtoriarum attinet; quas rerum ac temporum ſuorum ſcripſit. Ijs enim S. Auguſtinus in libris de ciuitate Dei vſus eſt. Iugurtha, Catilina, & conciones eius ſpecimen fuerunt. *mirandus magis* (ait Lipſius) *quam indicandus. Breuis* D (inquit Sigonius) *ſed nil non ea breuitate comprehendens, ſententijs gaudens, & antiquis verbis, Romana primus in hiſtoria* appellatus à Martiali; cum Thucydide inter Græcos à Quintiliano collatus: reprehenſus tamen à Pollione Aſinio tanquam nimis antiquarius, atque è Catonis Originibus verba mutuatus: Trogo autem Pompeio minus eſt probatus, quòd nimis longis, atque directis orationibus vſus ſit æquè ac Thucydides. Sed quidquid hi duo dixerint, certè digniſſimus fuit Hiſtoricus. Qui cum ſæpiſſimè prodierit, denique Antuerpiæ editus eſt emendatus ex fide veterum codicum, fragmētis centum auctus, additis Petri Ciacconij Notis, & columnæ Roſtratæ expoſitione, apud Plantinianam Typographiam. ann. 1602.

Mart. lib. 14. Epigr.

Quid ſit in Salluſtio reprehenſum.

E *Caius Iulius Cæſar. Cap. VII.*

CAi Iulij Cæſaris, qui fuit ſecundus poſt Syllam Dictator, de bello Gallico ſeptem, de ciuili tres Commētarii extant, quos Plutarchus *ἐφημερίδας*, Strabo rectius *ὑπομνήματα* vocauit. In quibus autē de bello Gallico agitur, vnà cum octauo libro A. Hirtii, qui ſeptem alijs Cæſaris adiunctus eſt, nouennij continetur hiſtoria, quo Cæſar bella geſſit in Gallijs. Poſt Cæſaris Commentarios tres adhuc ſunt libri A. Hirtii. Vnus de bello Alexandrino. Alter de bello Africano. Tertius de bello Hiſpanienſi.

Cæſaris commentarij quã et temporis hiſtoriam cõplectantur.

De hiſtorici huius vi, elegantia, & ceteris dotibus multa dici poſſent. Sigonius cū ad amicum ſcribens genus orationis elegans in Cæſare agnouiſſet, adiecit hęc verba. *Nec ob nimiam diligentiam odioſum.* Probabat maxime in eo perſpicuitatem, ac ſingu-

larum rerum, temporum, locorum, conſiliorum, atque actionum explicationem. A

Mitto quæ Quintilianus lib. 10. & 12. Tacitus in Dialogo de Orationibus. Plutarchus in Cęſaris Vita. Plinius lib. 1. & 5. Epiſtolarum, eodem hoc de genere ſcribendi, aut dicendi teſtati ſunt. Sanè verò magni iudicii Vir, idemque ſummus Imperator exercituum, Stephanus Bathoreus Rex Polonię; dū de hiſtoricis colloqueremur, mihi hæc de Cæſaris Commentarijs verba protulit. *Cum Cæſarem lego, videor mihi cernere ipſummet agentem, quæ ſcripſit, non ſolum autem ſcribentem, quæ egit.*

Stephani Bator Regis de Cæſare dictū.

Cautio, & præmonitio de ipſis Cæſaris Commentarijs. Cap. VIII.

Suetonius in Cæſare.

CAeſar igitur etſi (quod Hirtius ſcripſit) non prębuit, ſed pręripuit, materiam ſcribendi aliis, eiusq; ſtylus ſit caſtus, & veritatis plenus, ac rebus, quibus interfuerat, præfuit: tribuit tamen tantùm fortunæ, ac diligentiæ, vt ab alterutra, aut ab vtraque omnia pendere putari poſſit ab eo, cui liquidior veritatis lux haud B
illuxit: cum, ſi ille ſapuiſſet, deque eo fuiſſet quęſitum, ecquid eſſet fortuna, confeſſus (opinor) fuiſſet, aut eam nihil eſſe, aut Prouidentia Dei regi omnia, eiuſque iuſtitia tribui cuiq. ſuum; quod ſanè in Diuinis hiſtoriis patet apertiſſimè; quodq. ex Conſtantini Magni oratione oſtendimus. Taceo quo ſtimulo in ſuſceptis bellis permotus, innumerabilium hominum cædes fecit, vt denique, & ipſe interficeretur, ac ſempiternum pro fluxa gloria ſibi compararet interitum. Itaque cum egregijs animi dotibus (ſi quis alius vnquam Ethnicus Imperator) polleret, iudicio, diligentia, vigilantia, (vt ait Cicero) horribili; ac verò ſumma fortitudine omnes ſui temporis Romanos anteiſſet; nop intelligebat tamen, ea omnia ſic iuſtiſſimè à Deo permitti, atque diſponi, vt denique Diuinæ ſapientiæ, pro ſuo captu, eſſet inſtrumentum ad complanandā meliori Dictatori viam; ignorans venturum paulò poſt Chriſtum, qui Mundo pacato, pacem alteram interiorem in hominum mentes inferret; & Romanam illam ſedem transferret denique ad Piſcatorem, atque ad Chriſtianum Pontificatum. C

Cæſar nimiū fortunæ tribuit et humanæ induſtriæ.

Cic. lib. 8. ad Att. ep. 9.

Nota qui Cæſarem adoleſcentibus interpretaris.

Hæc verò qui ad Cęſaris lectionem, ex Oroſio, & S. Auguſtini libris de ciuit. Dei adhibuerit, & eius vitam à Plutarcho ſcriptam cum Caroli Magni vita contulerit, ſic, vt geſta, & bella cum bellis & geſtis, victorias cum victoriis, trophæa cum tropheis, & templis diuino cultui dicatis, mortem cum morte, reliquias poſteritatis, cum reliquiis, gloriam illam fluxam cum perenni gloria Caroli Magni componat, habebit excelleriores in Cęſarem Notas, quàm quas adhuc præſtantia in eum ingenia ediderūt.

Carolus Magnus cum Cæſare conferendus, & anteponendus.

Caſtigatior editio, & interpretatio Cæſaris, vnde, & vbinam prodijt: Deinde & cautio de Franciſco Hotomanno, qui Notas ad illum edidit. Cap. IX. D

QVę autem è multis ad manus noſtras venit editio, & interpretatio locorum difficilium Cęſaris, & Hirtii Commentariorum, ea fuit, quę primò Lugduni prodiit ſi tamen Lugduni (nam typi, papyrus, & alia, quę mox annotabimus, ſapiunt Geneuam) anno huius ſeculi ſeptuageſimo quarto, in octaua parte folii Gallici, cum ſcholiis Franciſci Hotomanni, Fuluii Vrſini Romani, Aldi Manutii Pauli F.

Et primò in hac editione ſe offerunt præfatio Hotomani, deinde figuræ pontis à Cæſare ad Rhenum extructi, Biſontis, Alcis, Vri, murorum Gallicorum, Aleſię, & operum ad ipſius oppugnationem, Aggeris, & Loricę, Liliorum, ideſt ſtipitum, & talearum, ac cipporum, Turris ad Maſſiliam, & expugnationis; pręterea obſeruatio eiuſdē de aliquot rei bellicę inſtrumentis: Deinceps capita vniuſcuiuſque libri. Poſtremò Notæ in omnes Commentarios: At poſt Notas in octauum librum interiecta eſt ea pars Itinerarii, quod aliqui vocant Antonini, quæ ad Galliam pertinet, ſimulque Regum, ac principum Gallorum, Germanorum, & Britannorum, Barbarorum nomina, Iiterarum ordine ab Hotomano collecta. E

Nota in Cæſarem quid contineant.

Et quidem quoniam hę notę hominis fuerunt à Catholica fide alieni, atque adeo inter hęreticos primę claſſis ab Eccleſia prohibiti, ideo non ſine Eccleſię permiſſu legendę ſunt, ceterum pręfatio eius neſcio quid latentis habet, quo obliquè Chriſtianū Pontificatū carpit: Videlicet, qui admirari diuitias ſapientię Dei debebat, qua factum eſt, vt pes piſcatoris calcaret colla Ethnicorū Imperatorū, & iugo Chriſti ſubderet, is, contrà, indolet, populū orbis Dominū, victorem, & triumphatorē, omnesq; fere gē-

Sapiētia Dei maximè vbi ſit admiranda.

tium

A tium exterarum Reges, Tetrarchas, Dynaſtas ſibi ſeruire cogentem, nunc ſub vnius hominis dominatum ſubactum eſſe (vt idem inquit) miſerrimam ſuis poſteris eiuſdem ſeruitutis hæreditatem reliquiſſe. At ſecus Eſaias, S. Auguſtinus, Oroſius, & alij, rectiſſimè hic intelligunt, *quod infirmum erat Dei, potentius fuiſſe omnibus hominibus*; & poteſtatem diuinitus inſtitutam vigere maximè in eius ſucceſſoribus, quibus Chriſtus Dominus claues Regni cęleſtis, & oues ſuas paſcendas tradidit. *Eſa 16. 1. Cor 1. Matt. 16. Ioan. 21.*

Eiuſmodi eſt item illud in Hotomãni Notis capite quarto in librum ſextum Cęſaris, vbi cum hæc verba ex Tacito attuliſſet; *Non aliunde aduerſus validiſſimas gentes pro nobis vtilius, quam quòd in commune non conſulunt: ſed per principes factionibus, & ſtudijs trahuntur: Ita dum ſinguli pugnant, vniuerſi vincuntur. Itaque cùm diuturnis ciuilibus bellis Galli inter ſe conflictati eſſent, Cæſar hanc occupandæ Galliæ occaſionem ſumpſit.* Statim
B Hotomannus, ſiue aliquis Geneuenſis Caluinianus infarctor, adiecit hæc blaſphema. *Et has eaſdem artes, qui magnæ beſtiæ ſimulacrum appellatus eſt, ſtudioſè retinuit.* *Blaſphema Hotomani.*

Cum autem Hotomãnus interdum citet alios ſuos labores, ſicut capite vndecimo libri primi Cæſaris Commentariorum facit, lectorem mittens ad diſputationem ſuã de feudis, cap. penult. qua egit de Diuinationibus & ſacrilegijs, videndum eſt, ne quid ſit eiuſmodi, quòd vbi de Iuriſprudentia egimus, cum de illo, tum de aliis Lectorẽ monuimus. Quamquàm vt omnia eius ſcripta proſcripta ſunt, aboleri omninò debent. *Nota.*

Porrò eidem editioni adiuncta ſunt Fuluii Vrſini Romani primò fragmenta aliarum rerum ad Cæſarem quidem, ſed non omnium (ſicut mox oſtendemus) pertinentium, varijs eius epiſtolis, quæ ſunt inter familiares, & eas quas ad Atticum Cicero ſcripſit; Deinde Fragmenta orationum eiuſdem C. Iulii Cęſaris: Fragmenta Anticato-
C nis, Librorum de Analogia, Apophthegmatum, Auſpiciorum, Poematum, Dictorum.

Mox ſequuntur eiuſdem Fuluij Vrſini emendationes in eundem Cæſarem, & aliquid Hirtij ex Vaticano, & alijs vetuſtioribus codicibus.

Denique ſcholia Aldi Manutii Paulli F.

Poſt Aldi ſcholia eſt locuplex index Latino Gallicus, Galliæ populorum, vrbium, fluuiorum montium.

Deinde nomina Ciuitatum, cum interpretatione Germanica, & propria, hoc eſt index Latino Germanicus.

Denique nomina vrbium quarundam, & locorum Hiſpaniæ, Hiſpanicis vocabulis relata.

Poſtea Commentariolus Aldi Manutij Paulli F. de Galliæ diuiſione.

D Ad extremum veterum Galliæ locorum, populorum, vrbium, montium, ac fluuiorum Alphabetica deſcriptio, (ſed quæ ſapit ſcholia) auctore Raymundo Marliano.

Scriptores alij, qui ad Cæſaris commentarios rectè intelligendos, atque ad vſum adhibendos magnopere conferunt. Cap. X.

VEnetijs autem Cæſaris Commentarij Italicè verſi, ſunt editi vna cum delineationibus, ſiue ichnographijs Palladij, anno 1575. in quarta parte folij. Ferrarię verò in Italia primò, mox & Venetiis emendatior (ac quidem non ſemel) prodiit liber Italicus hac inſcriptione. *Brancatius de vera diſciplina, & arte militari in Iulij Cæſaris Commentaria redacta ad vſum militarem.*

Quo libro Brancatius interiora militaris diſciplinæ perſequitur, & antiquam Cę-
E ſaris cum noſtra ſic confert, ut lucem non exiguam afferat ijs, qui plus rerum militarium, quam verborum in perlegendo Cęſare curam habere velint. *Brancatius de arte militari redacta in Iulij Cæſaris commentaria.*

Eodem pertinere aliquatenus poſſunt, quę Gulielmus Bellayus vir in Gallia primarius, quiq; Franciſco Rege Primo, armis, literis, nobilitate excelluit, ſcripta reliquit eo in libro; quẽ primo Pariſijs Michael Vaſcoſanus anno 1553. edidit Gallicè, hac inſcriptione: *Inſtructiones bellicæ è libris Polybij, Frontini, Vegetij, Cornatiani & aliorum bonorũ auctorum excerpta.* Gallicè ſic. *Inſtructiõs ſur le faict de la guerre es tractez des liures de Polybe, Frontin, Vegece, Cornazan, & plusieurs autres bons aucteurs.* Niſi quod vbi Machiauellũ affert de reb. militaribus loquentem, id expungendum eſt, ob eas cauſas, quas infra de illo diximus. Cũ autẽ initio eius libri Bellayus diſputat, nũ liceat Chriſtiania *Gulielmus Bellayus quid ſcripſerit, ac quomodo vtò lis Cæſaris intelligendo.*

bella gerere; piè, ac ſapienter monerenſem in perfidos vnanimi conſenſu eſſe ſtringendum potius, quàm vt ſanguis Chriſtianus inuicem fundatur. A


Pauli Aemylij hiſtoria vtilis Cæſari intelligendo. Si quis verò Pauli Aemylij hiſtoriam de vitis Gallorum Regum, cum Cæſaris Commentarijs coniunxerit, cùm ad notitiam, locorum, perſonarum, rerum, tum certè ad pietatem maximè proderit.

Iam cum Iucundus, Budæus, Cardanus, Buteo, Turnebus, & alii de ratione pontis, quem Cæſar fecit, ad Rhenum transeundum, aliqua ſcripſerint; ea quidem ad eius fabricam percipiendam facere poſſent, niſi quòd non omninò rem aſſecuti putantur ab iis, qui poſteriores in Cæſarem Notas accuratè ſcripſerunt. Iulius autem Cæſar Scaliger exercit. 329. eundem pontem planius exponit vir acris ingenii; quam expoſitionem huc ſubiecimus, ſed poſtea planius, & accuratius Iuſtus Lipſius, de quibus ſequenti capite. B

Cæſaris Pons. Cap. X I.

Scaliger aduerſus Cardanum, de ponte Cæſaris quid ſcripſerit. CAeſaris pontem miror (ait aduerſus Cardanum Scaliger) quibus verbis lucu lentius, aut purius, aut ornatius pingere te poſſe perſuadebas. De tuo namque nihil affers præter figuram, quæ quàm ſit miſerè, & intellecta, & expreſſa, vix dici queat; ſatis enim ſe ipſam prodit. ſed illa additio præclara. Verba Cæſaris ſunt. *Tigna bina ſeſquipedalia paulùm ab imo præacuta, dimenſa ad altitudinem fluminis, interuallo pedum duorum inter ſe iungebat.* Cardani verba hæc. *Tigna bina ſeſquipedali craſſitudine longitudine tanta, vt in imo fluminis fixa, aqua ſuperficiem attingant, duorum pedum interuallo vtrinque iunge.* Quam verborum appendicem haud optimam afferre formam, & quantitatem materiæ ad pontem faciendum palam eſt. Nam quanta erunt tigna, ſi non ſupetent fluminis ſuperficiem? aut ſuper quo cõſtrues? C Quomodo fibulatæ trabes ſuper ſtrata materia vrgentem fluuij vim ſuſtinebunt, ſi ſublicarum capita non extent. Quomodo immiſeris inter duo tigna trabes? At tu in tua figura pingebas ita, vt tignis ſuperimponerentur. Illa te fefellerunt, cùm dicerent, *dimenſa ad altitudinem fluminis.* At hoc volebat ille vt & infigerentur, & extarent, nè breuiorem magnitudinem ita operiret aqua, vt non poſſent, quantum opus exigeret, *Ioannes Iucundus qualis.* ſupereſſe; Tu verò ſecabas ad ſuperficiem. Obſecro te, ſaltem in pictura tua fibulas oſtende mihi. Ioannes Iucundus ciuis noſter, nobili genere prognatus, qui Maximi- *Hieronymus Dominicus Vir præſtantiſſimus.* liani iuſſu cum Hieronymo Dominio Norico fortiſſimo, ac ſanctiſſimo viro inter tyrocinii rudimenta me vtriuſque literaturæ diſciplinis imbuit, vir fuit in philoſophia Peripatetica non ignobilis, Scoticæ ſectæ ſummus Theologus, in Mathematicis nulli ſecundus, in Optice, atque architectura facilè princeps. Meque is tamen, neque Aldus D *Fibula quid.* cum tota Academia ſua, quid fibula eſſet hæc, aſſequi potuere; & res eſt alioqui, vt mihi quidem videtur, non admodum magni momenti ad intelligendum. Eſt enim fibula corpus durum, oblongum, quod ingreditur in foramen aliquod ad quippiam cohibendum, ne laxetur, aut prolabatur; quaſi findat illud, quod perforat. Talis acus ærea, vel aurea vt eſt apud Poetam, quę in annulo tranſuerſa tranſadigit corrigiã ad cinctūras. Item ligna talea, pro rei modo parua, magnave, quem cum alijs in partibus indita, tum in extantibus extra parietes, tignorum capitib. prorſum infixa, muros ipſos arcet, ne diducti proruant. Talis rotarum quoque modiolos, ne dilabantur, cohibet axis extremitatibus E impacta. Quis enim neſcit fibulę morſum, à Poeta dici? Quis à Græcis πόρπην, propterea quod tranſfigat? Quis à Catone parari confibulas ad comprimendas arbores torcularis? At illi magniviri pro fibulis interpenſiua trabib. ſuppoſuere. Tu verò quam nobis affers ſubtilitatem? An tandem putemus abs te

Ovid. 8. Metamor.



A te illius Pontis repetitam deſcriptionem, vt cum Cæſare dicendi puritate certares? Igitur pluſquam Latinè ſic locutus es. *Hic pons ſtabilis eſt omnique oneri ſufficiens, nec conuellendus*. At intererat tuæ ſubtilitatis oſtendere tam decantatæ firmitatis rationem. Ea eſt in robore, ac mutuo reſponſu fibularum. Nam cum ex aduerſo tignorum ſumma faſtigia prona ſint, neceſse eſt fibularum exteriorum demiſſionem ab inferiori longiore diſtantia tignorum prohiberi; interior autem fibula præſtat id, ut ne tigna magis inclinent mutuo nutu, atq; ita decumbant trabes. B. Tigna prona in loco, A. ubi eſt fibula Trabs. C. quæ eſt in tractu AA. non poterit deſcendere in tractum DD. eſt enim maius interuallum. Etiam uellem docuiſses nos, quid ſint diſcluſæ fibulæ. ſi neſcis (neſciunt enim alii quoque) diſcluſæ erant, quia altera interior, altera exterior, ut pro ſe utraque ab altera diſcluſæ, alteram uiciſſim diſcluderet, ne interior
B extrorſum, exterior introrſum prodiret, mutuo obiectu inter ſe prohibebant, itaque nec obſiſtere tigna cedendo poterant, propter exteriorem, neque prorſum inclinari, & coire propter interiorem, reuinctæ uerò erant in contrariam partem, ut totum opus magis cohæreret. Hæc Scaliger.

Ceterum deſcriptionem huius Pontis Iuliani ad Rhenum adhuc clarius ac firmius expoſuit Iuſtus Lipſius Dialogo V. lib. ſecundi Poliorceticωn ſiue de machinis, &c. qui omninò legendus eſt. Nam & in reliquis Dialogis librorum illorum quinque magna lux tùm reliquis hiſtoricis, tum Cæſari potiſſimum intelligendis affertur.

Reliqua uerò, quæ ad Gallicas res, Prouinciaſq; pernoſcendas conducunt, ſuo ſunt loco, ubi generatim de Galliæ Hiſtoricis, ſiue Geographis egimus infra.

C. Cæſarem, De quo mentio in libris de Oratore, non eſſe Cæſarem Dictatorem Cap. XII.

C AT Opinio illa à Fuluio Vrſino in ſuis Cęſarianis fragmentis hinc inde collectis haud dudum incerta, & in Bibliothecæ noſtræ ſelectæ atque in Apparatus huius noſtri ſuperiores editiones deriuata (nimirum non omninò integrè animaduerſa) minus uidetur eſse probabilis; quippe quæ poſſit probatorum Hiſtoricorum auctoritate facilè refutari. Ea eſt: Ciceronis quædam uerba, quibus mirificè Cæſaris eloquentia commendatur, dicta eſse de Dictatore Cæſare, quæ de altero Cęſare re uera ſunt dicta. Verba autem ſunt huiuſmodi. *Quid noſter hic Cæſar? nonne nouam quandam rationem attulit Orationis, & dicendi genus induxit prope ſingulare? Quis unquam res præter hunc Tragicas penè comicè, triſtes remiſſè, ſeueras hilarè, forenſes ſcenica uenuſtate tractauit*. Quæ uerba Fuluius minus cautè examinans, quę de Cæſare Catuli fratre affirmata ſunt, de alio Cæſare dicta putauit. Rationes autem, Craſſus apud Cic. 3. de Oratore.
D cur illum errasſe putemus, hæ ferè ſunt. Primum quidem, ſi Cicerone ipſo iudice utamur, dubium non eſt, quin nobis ſubito adiudicanda lis ſit. Etenim hunc C. Cæſarem eodem quo M. Antonius, & L. Craſsus tempore floruerunt, uiguiſse, tradit his uerbis in Bruto. *Antonius: quæ maximè expetebatur, facilis in cauſis recipiendis erat; faſtidioſior Craſſus, ſed tamen recipiebat: horum qui neutrum habebat, confugiebat ad Philippum ferè, aut ad Cæſarem*.

Porrò Antonium, & Craſsum multis annis Ciceronis eloquentiā anteceſſiſse uel ex eo patet, quòd eo anno Craſsus eſt mortuus, quo Cicero nulla etiam dicta cauſa agebat ætatis annum decimum ſextum, Antonius bello ciuili prius occiſus eſt, quam Cicero cauſas in foro dixerit, ut tum ex tertio libro de Oratore, tum ex Bruto ſatis conſtat. Si ergo Ciceronem Cæſar ille, de quo loquimur, anteceſſit, proculdubio Cę
E ſarem etiam Dictatorem Cicerone ſex annis, ſeptemve minorem pręiuit ætate: ex quo ſequitur Ciceronem de alio Cęſare, quam de Dictatore eſse loquutum. Ceterum, quę ſparſim, ac diuerſis locis de hoc Cęſare tradidit, ea nos omnia colligentes ponemus ob oculos, quò res clarius eluceſcat. Primum autem huius Cęſaris uidetur fuiſse maxima laus in eo poſita, vt omnes orationes ſuas iucundiſſimo facetiarum ſale condiret. Id Cicero his verbis affirmat in Bruto. *Feſtiuitate, & facetijs C. Iulius L. F. & ſuperioribus, & æqualibus ſuis omnibus præſtitit, oratorq́; fuit minimè ille quidē uehemens, ſed nemo unquam urbanitate, nemo lepore, nemo ſuauitate conditior*. Rurſus lib. 1. de Officiis Marcum filium inſtituens, *Vberior*, inquit, *Oratio L. Craſsi nec minus faceta; ſed bene loquendi de Catulis opinio non minor. Sale uerò, & facetijs Cæſar Catuli patris frater uicit*

omnes. & in libro eodem inferius. *Erat in* L. *Craſſo,& in L.Philippo multus lepos, ma-* A
ior etiam, magiſque de induſtria in C. Cæſare L.Filio. Item libro quinto Tuſculanarum
quæſtionum; *C.Cæſar,in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis, ſuauitatis,*
leporis. Hinc M.Antonius libro ſecundo de Oratore; *Hoc, & in nobis animaduerti*
rectè poteſt Cæſar, & Cotta: quorum alter inuſitatum quidem noſtris Oratoribus leporem
quendam, & ſalem, altero acutiſſimum,& ſubtiliſſimum dicendi genus eſt conſectatus. Hinc
denique M. Tullius libro ſecundo de Oratore de facetijs bene longam diſputationem
ei, vt homini facetiſſimo demandauit. Eum ſcripſiſſe Tragœdias eſt auctor in Bruto,
quod etiam his verbis confirmat Aſconius, quæ minus verè ab Vrſino in alium Cæ-
ſarem detorquentur. *C.Cæſar inter primos temporis ſui oratores, & Tragicus poeta bo-*
nus admodum habitus eſt. Quibus ex verbis patet, quid ſibi velit illud, *Quis vnquam* B
res præter hunc Tragicas penè comicè, triſtes remiſſe, ſeueras hilare, cum enim hic Cæſar
facetias, & ſales ſuis omnibus lucubrationibus admiſceret hinc Tragica comicè, tri-
ſtia remiſſe, forenſia ſcenica uenuſtate tractauit. Aſconium autem hunc Cęſarem in-
dicare voluiſſe, quæ ſequuntur verba declarant; ſubdit enim eum à C. Marij, ſatelliti-
bus eſſe occiſum, quod profectò in Dictatorem Cæſarem conuenire non poteſt. Iam
verò M.Tullius, quem ab admirabili quodam lepore dicendi maximè commendaue-
rat, quem in ſecundo de Oratore induxerat de facetijs facetiſſimè diſputantem, quem
verbis illis in tertio de Oratore tanquam à Graſso profectis ſummis laudibus exor-
nauerat, hunc bello ciuili Mariano obtruncatum dolens, hæc in proœmio tertij de O-
ratore poſt recenſitum Antonii, Craſſique caſum habet maxima animi commiſera-
tione coniuncta. *Neque verò longè ab eo* (C.Antonio ſcilicet de quo ſupra verba fece-
rat) *C.Iulij caput hoſpitis Hetruſci ſcelere proditum cum L. Iulij fratris capite iacuit.* Hæc
ibi deplorans omnium, quos in Dialogo loquentes inducebat, miſerum caſum; quip- C
pe qui haud multo poſt tempore ſęuiente peſte belli ciuilis occubuiſsent. Cum ergo
conſtet Cæſarem eum, de quo agit in libris de Oratore Cic. bello Mariano ciuili occi-
ſum eſse, quæ poteſt eſse dubitatio, quin ſit à Cęſare Dictatore diuerſus, qui poſt bel-
lum primum ciuile, vſq; ad ſecundum per multa luſtra vitam feliciter propagauit? Ne-
que verò aut vnus Cic. Cæſarem illum bello Mariano occiſum eſse, aut ille ſemel af-
firmat. Eſt de eodem Cæſare tunc oppreſso in Bruto ſatis locuples teſtimonium.
Occiderat (inquit Cic.) *Sulpitius illo anno, treſque proximo trium ætatum oratores erant*
crudeliſſime interfecti, Q.Catulus, M.Antonius, C.Iulius. Eadem habet lib.5. Tuſcula-
narum quæſtionum, dum ait: *Cinna collegæ ſui Conſulis Cn. Octauij præcidi caput iuſsit*
P.Craſsi, L.Cæſaris nobiliſsimorum hominum, M.Antonij omnium eloquentiſsimi, quos ego au- D
dierim, C.Cæſaris, in quo mihi videtur fuiſſe ſpecimen humanitatis, ſalis ſuauitatis, leporis.
Hæc Cicero, quibus optimè congruunt, quę ſcriptores alii ſuis hiſtoriis poſteritatis
memoriæ commendarunt, inter quos primus numeratur Appianus, qui bellum ciuile
inter Syllam, & Marium ſummo odio, maximaque potentia geſtum, proſecutus, hæc
habet lib.10. Bell. Ciu. *C.Iulius, & L.Iulius fratres, in foro comprehenſi iugulantur*, L. præ-
terea Florus lib.3. his uerbis huic C.Cæſaris morti adſtipulatur; *Octauij Conſulis ca-*
put pro roſtris exponitur; Antonij Conſularis in Marij ipſius menſis: C.Cæſar, & Fimbria
in penatibus domorum ſuarum trucidantur, Liuiana denique Epitome 80. hæc modo
dicta confirmat. *Cinna*, inquit, *& Marius in vrbem recepti ſunt, qui velut captam, eam*
cædibus, & rapinis vaſtarunt. Cn.Octauio Coſ. occiſo, & omnibus aduerſæ partis nobilibus
trucidatis, inter quos M.Antonio eloquentiſsimo viro, & C.Cæſare, quorum capita in roſtris E
poſita ſunt. Hæc ibi. Cum ergo ex ſuperius dictis & ex alijs, quæ addi poſsent, faci-
le conſtet C.Cæſarem, de quo ſunt illa verba tertij de Oratore, fuiſse eundem, qui à
Cicerone eſt inductus in Dialogo (illum enim præſentem Craſſi pręſentis Cicero de-
ſignat verbis illis, quę ſuo loco poſuimus) hunc autem pateat Ciceronis, & aliorum,
quos citauimus auctoritate bello ciuili à Marianis militibus interfectum, planè effici-
tur duos eſse conſtituendos Cęſares, de quorum primo non de Dictatore, verba Cice-
ronis illa ſint dicta.

Titus

A

Titus Liuius, & eius editiones, atque interpretes. Cap. XIII.

TItus Liuius priore Decade C D L X. annos ab V. C. Altera uerò decade *Liuij hiſtoria qua tempora cõplectatur.*
74. tertia X V I I I. quaſi ſeriò ad hiſtoriam aggrederetur, reliquis decem,
& centum libris 192. annos complectitur. Nam ab Vrbe condita ad Neronis Druſi obitum, qui fuit annus Vrbis ſeptingenteſimus duodecimus, libros centum quadraginta hiſtoriarum conſcripſit, è quibus triginta quinque tantum extant eorum quæ ante Pyrrhum, & bellis Punico ſecundo, Philippico, Antiocheno, & Perſico ſunt geſta. Vixit Auguſti temporibus, in quibus hiſtoriæ eſt finis. Porrò nullo propemodũ tempore populus Romanus à bellis cõquieuit. Quin etiam multò plura ge-
B ſta ſunt ab exactis ab Vrbe Regibus vſque ad Appium Cæcum, quam inde ad Cæſarem. Sed id factum, quòd veterum commentarios, qui naſcente Imperio pauci; florente innumerabiles extiterunt, in vnum quaſi corpus cooptauit. Cum autem in eos incideret, qui rectius ſcripſerant, ij ſe totum addixit, vt liquet in Punico bello, cuius hiſtoriam ad verbum de Polybio tranſtuliſſe videtur. Ceterum magnitudine, ac maieſtate ceteros anteit. *Diffuſus ille* (inquit Lipſius) *& placidus in concionibus maximè, & talis omninò, qualem Fabius deſcripſit, qui eum magnopere commendat, & eum Herodoto, in concionibus præſertim, comparat, ediſcendum pueris ſuadens vt Ciceronis imitatorem. Patauinitas et obiecta ab Aſinio: ideſt, niſi fallor, ſermonis quædam peregrinitas, nec tam in verbis, quam ſtylo toto. Nos quoque* (inquit idem Lipſius) *ſupinum eum alibi, aut frigidum, immò & ταυτόλογον agnoſcimus, deriuaturi libenter tamen in exſcriptores hanc culpam. Iu-*
C *dicijs, ſententijsq́ bonus eſt, & ſi non frequens, quid refert? pro ipſo loquitur, docetq́ copia tot euentuum, & exemplorum. At Princeps Caius tamquam uerboſum, & negligentem notauit.*

Et quidem alijs quoq; viſus eſt Liuius nimis religioſè, vel ſuperſtitioſè ſcripſiſse: *Liuij aliquot errores deteguntur.* Nihil enim frequentius, quam boues locutos, ſcipiones arſiſse, ſtatuas ſudaſſe, quod pluuio cælo frequenter accidit, Deum Annibali apparuiſſe, Infantem ſemeſtrem triumphum clamaſſe, Vt Polybius eiuſmodi ſcriptores Tragœdos appellarit. Quanquam Polybius de religionibus nefariè ſcripſit. Certè uerò negandum non eſt, quin Liuius aliquanto copioſiot in laudibus alienis fuerit. Cum enim P. Sempronium ciuibus omnibus antetuliſſet (in quo reliquis iniuria fieri videtur) omnibus humanis à natura, fortunaque boni congeſtis inſtructum fuiſſe tradit: Nec eo contentus ſingu-
D la copioſè amplificat à generis ſplendore, opibus, eloquentia, forma, ætate, animi magnitudine diſciplina militari. Furium uerò Camillum in cęlum vſque; Africanum ſupra cælum tollit, ut mirum uideri non debeat, ſi Auguſtus Pompeianum appellauit; quod in Pompeio laudando ſatietatem explere non potuiſſet; At in reprehenſionibus parcus eſt, & grauis. *Auguſtus Liuiũ Pompeianum appellauit.*

Et ſi uerò editus eſt Liuius anno 1578. Francoſurti ad Męnum, cum adiunctis, ſiue opuſculis, ſiue Interpretibus: Sciendum eſt tamen Simonem Grynæum, Cęlium ſecundum Curionem, & Ioannem Velcurionem inter Auctores primæ claſſis Indicis librorum à Sancta Sede Apoſtolica prohibitorum connumerari.

Porrò reliquorum Auctorum, qui unà cum T. Liuio editi ſunt, hæc ſunt nomina. *Liuio addita priore tomo.*

Bartholomæus Marlianus de origine Vrbis Romæ.

E Meſsala Coruinus ad Octauianum Auguſtum, in quo Romana hiſtoria ab exordio quam breuiſſimè deſcribitur.

Sexti Ruffi viri Conſularis de hiſtoria Romanorum breuis libellus.

Tabula Concionum, atque Orationum omnium T. Liuij uelut generis diuiſionem in ſpecies complectentes, ad communem quandam omnium generum ſcribendi, dicẽdique facultatem comparandam.

L. Flori epitome in ſingulos T. Liuij libros.

Chronologia noua in T. Liuii hiſtoriam accommodata ad Tabulas Capitolinas Verrii Flacci.

Franciſci Robortelli Vtinenſis de conuenientia ſupputationis Liuianę; Adnotationes

cum

cum marmoribus Romanis,quæ extant in Capitolio. A

Poſteriores &c. Pomponij Læti de Antiquitatibus Vrbis Romæ libellus.

Ioannis Bartholomæi Marliani de antiquæ Romæ topographia Epitome.

Publij Victoris de Vrbis Romę Regionibus, & locis libellus.

Henrici Loriti Glareani Adnotationes, cuius tamen aliqua in Rom. Indice ſunt prohibita.

Caroli Sigonij Scholia, quibus T.Liuij Patauini hiſtoriæ,& earum Epitome partim emendantur,partim etiam explanantur, cum Glareani reſponſione.

Eiuſdem Chronologia.

Laurentii Vallæ iudicium de quibuſdam apud Liuium locis, ex quo profitetur ſe oſtendere,qua cura,ac diligentia ſint auctores legendi.

Emendationes eiuſdem in ſex libros de ſecundo bello Punico. B

M.Antonii Sabellici,Beati Rhenani,Sigiſmundi Gelenij adnotationes.

Io.Saxonii Hatteſtedii Commentarioli duo ad T.Liuii Patauini hiſtoriam ab Vrbe condita lib.21.& 22.

VVilhelmi Godelæi in omnes T.Liuii libros obſeruationes ex variis Auctorum ſcripris collectæ.

In T.Liuii hiſtoriam accommodata ad Tabulas Capitolinas Verrii Flacci:Adnotationibus diſſenſionem Auctorum,circa Conſulum Romanorum nomina,demonſtrantibus. Porrò & Io.Camers Ord.Minorum ſcripſit Adnotationes in Liuium, quę viā ſternunt ad veteres hiſtorias Romanorum; quin & Florum eſt interpretatus,ac Coloniæ Agrippinæ prodiit Anno 1537.eum Argentorati anno 1528. prodiiſſet. At & idem ipſe Solinum explicuit,& alia. Vide Apparatum noſtrum Sacrum in verbo. Io.Camers:& dilucidationęs ad varios Hiſtoricos à Donato Marcello conſcriptas,& Venetiis editas ann.1603. C

C.Velleius Paterculus. Cap. XIIII.

C. Velleius Paterculus,vir nobilis,quique ſicuti & eius frater, primo anno Imperii Tiberii fuit deſtinatus Prætor, cum & alia munera in Republica obierit,iacebat fermè ſepultus vſque ad Patrum noſtrorum memoriam, cum ex Murbacenſi Bibliotheca eſt in lucem editus: quem denique Iuſtus Lipſius animaduerſionibus illuſtrauit. Mutilus autem eſt libellus hic,ſed in quo diſtincta antiquę Latinitatis lumina cernuntur, ac ſtylus preſſus,fluens,idemq. dilucidus;quamuis non deſit,cui videatur eſſe tenuis alioqui verbis,& ordine non ſatis accuratus, vitio certe adulationis laborans,dum Auguſti,& Tiberii Cęſaris geſta commemorat.libelli duo ſunt (inquit Lipſius) ex Rhenani,aut codicis eius diuiſione,ſed diuiſione hercle parum ſcita,aut æquabili, ſi quis copiam,molemq.rerum videat,quæ perierunt.An in vnum,& priorem librum incluſeris,quæ à capite omnia deſunt de Græcis à Troia redeuntibus, & variè ſparſis? quæ poſtea de Antenore,aut Aenea? quæ de Latij,& Albæ Regibus? quę de ipſis Regibus Romanorum? imò quæ de Conſulibus,aut Tribunis militum vſque ad bellum Numantinum? Nam hæc omnia (vt illa quidem partitio eſt) neceſſario habuit liber primus. Vide Epiſtolam 1. ad Petrum Diuæum inſertam in Criticis Lazii lib.1.cap.8.l.2.c.5.lib.5.c.5.de migr.gent.lib.8.Quod verò Lazius ſcripſit partem Velleianæ hiſtoriæ abs ſe repertam in peruetuſto codice membraneo literis antiquiſſimis ſcriptam, PſeudoVelleiana ſunt iudicio virorum clariſſimorum, præcipue Marci Velſeri,in iis,quæ libris octo ſubiunxit rerum Auguſtanarum: & Iuſti Lipſii,qui inquit. Primo oculo deprehendi falſum illud,& vile metallum, quod miramur(imò non miramur vt homo fuit) Lazium vendidiſſe pro auro.Sed tu ad Lydium lapidem iudicii affricuiſti,ſine blanditia dico,accuratè, & doctè.Hæc Lipſius accuratus,& verè doctus,ad Velſerum accuratum,& verè doctum, D E

A *M. Valerius Maximus. Cap. XV.*

MArcus Valerius Maximus nouem libros reliquit exemplorum, quę ex pletiſque hiſtoriis contulit in proprios locos. Sed & ex omnibus elicit, qui ſępè inter ſeſe varii ſunt, ſępè item haud ſibi conſtat. Tiberii Cæſaris tempore ſcripſit. Mira in eó adulandi ratio, ait Sigonius, ſed qui (inquit) melius ſeciſſet, ſi nomina hiſtoricorum, vnde illa decerpſit, addidiſſet. Certè, qui eum in ſcholis vtilius volet prælegere, Chriſtianorum uirorum exempla cum Ethnicis illis comparabit, ut maior inde gloria Dei, & ſolidior uirtus eluceſcat. Id verò cum ex Sancti Auguſtini libris de Ciuitate Dei, atque ex Marci Maruli, & ſimilium qui exempla, & flores Virtutum collegerunt, peti poſſit, non eſt cur Dei amantes Viri id detrectent, ſtudioſi enim etiam eruditiores in hiſtorijs euadent.

B *C. Suetonius, Cap. XVI.*

C. Suetonius Tranquillus hiſtoricus prudens, & verax, Antiquitatis autem Romanorum, & Gręcorum peritus admodum, ut nemo idoneè magis de pleriſq; ſcripſerit, quæ Tzetzes, Priſcianus, aliiq; de illo referunt. Ac ſanè, cum cauſſas in foro magna cum laude egiſſet, atq; Hadriani Epiſtolarum magiſter fuiſſet, mirum uideri non debet, ſi tantus in decē librorū ſcriptione euaſerit. Scripſit autem, (quæ neſcio an alicubi extent) de Regibus, de Prætoribus, de Romanorum inſtitutis, de officiorum inſtitutione, de ſignis, ſiue notis, de anno Romano, de veſtiū generibus, de ſpectaculis, item de Gręcorum certaminibus, ſiue ludis. Et ludicræ quidem hiſtoriæ mentionem Gellius fecit, quæ plena fuit ingenij, ac uenuſtatis. Ac
Suetonius laudatur.
Ipſius ſcripta.

C quod de uitijs corporalibus eū ſcripſiſſe aſſerit Seruius in Virg. Eclogas, id ad ędilitiū edictum, ſicuti & ad ſacrorū ritus libros de ominoſis uerbis eſſe referendum exiſtimat Læuinus Florentius, qui ſecundo in Suetonium emendatoria, & auctiora Commentaria eius eruditione digna in Cæſarum Vitas emiſit. Reliqua de Suetonio Angelus Politianus, ac nonnulli alij in eius vita ſcripſere: in quem item extant Philippi Beroaldi, Antonii Sabellici, & aliorum Commentaria, pręter caſtigationes Theodori Pulmanni: & Scholia quædam Lugduni apud Gulielmum Rouillium anno 1545. edita, ſcripta verò à Ioanne Renerio.

Veruntamen, quoniam, quæ iniuria temporum, è Suetonij Iulio Cæſare exciderant, de gentis Iulię origine, deq; familiis, in quas ſciſſa gens deſcendit, ea Io. Lodouicus Viues attentauerat reſtituere, nec prorſus fuerat aſſecutus, debemus & hoc Læ-

D uino Florētio, quòd præter cetera, hoc ipſum perfecerit, reſtituens, quæ affirmata temetè, aut minus è veritate hiſtoriarum perita fuerant: ut pauca illa addita ad Stemma Auguſtęæ familiæ, quod huius operis primæ Sectioni è Lipſio inſeruimus, Romanæ lucem hiſtorię non mediocrem ſint allatura.

Quin & Fragmenta Hiſtoricorum ab Antonio Auguſtino collecta, & à Fuluio Vrſino emendata, quæ anno 1593. primò prodierunt è Plantiniana Officina ad Salluſtium, ad Cæſarem, ad Liuium, ad Velleium, ad Tacitum, ad Suetonium, ad Spartianum, & alios, magni momenti erunt ad eiuſdem Romanæ hiſtoriæ notitiam conſequendam. Nam & huc ſuam operam contulere, præter illos duos, Octauius Pantagathus, Gabriel Faernus, Petrus Ciacconus, M. Antonius Muretus, Latinus Latinius. poſt quem alij laborarunt in eundem, ſed quorum alter Pariſiis ſudat ſub prælo,
Fragmenta Hiſtoricorū.

E cui Catholicam fidem ex animo precamur, alter, qui iam deceſſit, excuditur Venetiis Marcellus Donatus Mantuanus ſuis in varios Hiſtoricos Dilucidationibus.

Cornelius Tacitus. Cap. XVII.

COrnelius Tacitus eum cētū poſt annos ſcripſerit, quā Tiberius, Claudius, Caius, Nero ex hac vita deceſſere, procul (quod ipſe initio ſuæ inquit hiſtorię) *habuit cauſſas cur vera de ijs non diceret*; ſed & metus abfuit, atque aſſentatio, quę viuentib. illis impulerat alios ad illorū facinora laudib. ornanda. De hoc aūt, licet Iuſtus Lipſius magno, ut ſolet iudicio ſic iudiciū ferat, *vt tantū Hiſtoricū commendet à prudētia, à præceptis,*
Lipſij de Tacito iudiciū.

ab amore veritatis, à breuitate, à ſententijs paßim intextis ſine vlla confuſione, aut noxa, A
non eſt tamen, quin agnouerit in eo interdum impietatem, quam & marginî hac vo-
Tacitus impietates arguitur à Lipſio. ce ἀσεβείας adſcripſit. Sed & Lipſij non id conſilium omninò fuit, ut ad eam lancē
Ethnicos penderet, quam nobis, qui in hac pietatis Chriſtianæ, ac religioſæ palęſtra
uerſamur, propoſuimus, quæve in huiuſmodi Scriptoribus legendis eò magis neceſsa
tia nunc eſt, quòd plerique nimia huius Hiſtorici commendatione, ſic erga illum affe
cti ſunt, ut minus iis ſapiant, quæ Chriſtus Dominus in adminiſtrandis, atque ge-
rendis rebus prę́ſcripſit; cuius tamen unica ſyllaba omnibus Taciti ſententiis pręfe-
tenda eſt.

Quomodo Tacitus legendus In Tacito igitur etſi acer eſt Scriptor, ſuaſq; fert vtilitates his temporibus, qui-
bus, dum Principum illius ſeculi aulas, interiorem vitam, conſilia, iuſſa, facta conſide-
tat, occaſionem præbet, vt obuia in pleriſque ſimilitudine pares aliorum Principum B
exitus animo percipiantur; utilitas tamen, & fęditas eorũ Imperatorũ potius à nobis
conferenda eſt cum Chriſtianis Imperatoribus, & Sanctis Pontificibus iis, qui tum
à Tyrannis eius ſeculi affligebantur. Sic enim Diuinæ ſapientię, ac veritatis mira lux
Lib. 10. excitabitur ei, cui vel Chriſtiani mica ſalis inſit in pectore. Vbi autem Tacitus de
Chriſtianorum necibus agit; *qui* (vt ait ille) *flammabantur*, cęcitas in illo maxima &
cerni debet, & caueri: Quippe immerſus Romanis rebus, vera Chriſtianorum geſta,
quę in oculis erant omnium, ignorans, maligna mente carpebat: cum etiã in Iudæo-
rum origine, quos à monte Ida, qui eſt in Creta, Idæos dictos fuiſſe, mentiatur; de
quibus tamen coactus eſt ſcribere adoratum ab iis vnum Deũ; licet ii quoque à Chri-
ſti Domini ſanctiſſima morte velamen ſuper oculis cordis denſiſſimum gerant.

Tertul. in apolog. ad Gentes. c. 6. Ea ergo cauſa eſt, cur Tacitum Tertullianus mendacem loquaciſſimum vocat, quē C
nos & terrenæ prudentiæ faſtu elatum, pleraque dicentem, à quibus non abeſt im-
pietas, & Diuinæ iuſtitiæ ignoratio, recte dicere poſſumus. Quale illud, quod priore
Tacitus diuinã negat prouidentiam. è tribus hiſtoriæ poſtremis libris, ſic ait: *Nec enim vnquam atrocioribus populi Romani*
cladibus, magisve iuſtis iudicijs approbatum eſt, non eſſe curæ Dijs ſecuritatem noſtram, eſſe
vltionem: Sic Tacitus. Qui ſi Dei conſilium nouiſſet, peccata Romanorum, qui Chri
ſtianos affligebant, plectentis, certè non ita locutus fuiſset. Quo de toto genere re-
rum S. Auguſtinus libris de Ciuit. Dei optimè, præter alios Græcos, & Latinos egit.
Scripſerunt autem in Tacitum Andreas Alciatus, Carolus Paſchalius Cuneas, qui
Pariſijs prodiit 1581. apud Robertum Colimbellum, Annibal Scotus Placentinus, D
Romæ anno 1589. excuſus; ſed ad extremum Iuſtus Lipſius Notas peracri iudicio
ſcriptas vnà cum ipſo Tacito euulgauit, quę cum ab Antonio Gryphio Lugduni fuiſ-
ſent excuſæ anno 1585. denique auctiores, atque emendatiores Antuerpiæ anno
1588. prodierunt.

Quin & Scipio Ammiratus, & Philippus Caprianus, & Marcellus Donatus Man
tuani, ille Italicis diſcurſibus (ut vocant) hic Latinè, ac ſolidè iam edendus in eum
ſcripſerunt. Sed & Iuſti Lipſij nouiſſimè prodijt Diſpunctio Notarum Mirandulani
Codicis ad Cornelium Tacitum è Typographia Plantiniana apud Moretum,
ann. 1602.

C. Plinius Iunior. *Cap.* *XVIII.* E

C. Plinij Cæcilii ſecundi iunioris, ſeu alterius, Romanorum ducum Geſta no-
bis ſuperſunt. Is ut elegantia Romana haud mirabilis eſt, ita propter ma-
gnitudinem materiæ valde nobis vtilis, licet non ſemel erret, & pleraque di
cenda omittat. Floruit ſub Traiano, Taciti amiciſſimus.

Ammianus Marcellinus. *Cap.* *XIX.*

AMmianus Marcellinus, vti ipſe de ſe loquitur, Græcus miles, & in Latino ſer-
mone, qui ſuo tempore corruptiſſimus erat, parũ verſatus, Latinè hiſtoriã Rom.
ſcribere

A ſcribere aggreſſus eſt, ab obitu Domitiani ad Valentis Imperatoris, ſub quo vixit, interitum, libris vno & triginta, ex quibus priores tredecim nobis deſunt, vbi ad temporum ſuorum hiſtoriam quæ libris, qui extant, continentur, deuenit, diligenter ſeripſit, ſed ea quæ pertinent ad Chriſtianos traducens, ac detorquens: Adeo autem duro, aſpero, inepto, & planè turbato ſermone, vt vix, quod dicat, conſequi alioquin poſſis; librariorum quoque errore mutilus eſt, & deprauatus, utilis tamen eſt, ubi intellexeris; nam ea ſcribit, quæ meliores auctores non habent. At expedit omninò prælegere Annales Cæſaris Baronij Cardinalis eorum temporum, de quibus Ammianus ſuam hiſtoriam ſcripſit, ſic enim, ſi qua vtilitas ex eo capietur, poterit eſſe ſine noxa. In hunc autem Marcellus Donatus Mantuanus Dilucidationes ſcripſit, quæ Venetijs erant excudendæ. Cæterum Vide Apparatum noſtrum ſacrum in verbo B Ammianus.

Sextus Aurelius Victor. Cap. XX.

SExtus Aurelius Victor vir Conſularis, breuiter ab Auguſto ad Theodoſij ſenioris mortem, ſub quo vixit, Imperatorum vitas memoriæ mandauit: nonnulla alia præterita perſequutus eſt.

Corrigendus eſt autem dum tempore Conuentus Mediolanenſis ambos Conſtantinij filios creatos fuiſſe Cæſares tradit, cum aliter conſtet ex Euſebio lib. 4. cap. 40. Vitę Conſtantini. Ceterum longè à Victore diſcrepat Zoſimus, & ipſe errore lapſus, dum Licinianum Licinij filium à Patre creatum Cæſarem dicit, non cùm uiginti menſium eſſet infans, ſed annos viginti natum. Vide Baron. Card. To. 3. pa. 131. pri C mæ editionis.

Sextus Ruffus. Cap. XXI.

QVid de Sex. Ruffo diceret Sigonius vix habebat, vſque eò conciſus ei uidebatur vt re ipſa eſt, vt nullam haberet hiſtoriæ ſimilitudinem. Victorias ille Prouinciarum Pop. Rom. breuiter attigit, enumeratis locis, ac Ducibus, tenui alioqui, & plane corrupto ſtylo. Vixit autem ſub Valentiniano maiore.

Paulus Oroſius Hiſpanus. Cap. XXII.

PAulus Oroſius Hiſpanus nonnulla ex Eutropio, & ex Floro excerpta collegit. D primæ illi partes in religione Chriſtiana meritò laudantur, vti & in veterum ſuperſtitione explodenda. Vixit ſub Honorio principe, Auguſtini, cuius diſcipulus fuit, temporibus, vt hoc nomine, atque ad eo breuitatis cuiuſdam facundæ digniſſimus ſit, qui legatur. De hoc autem præcipuè egimus in Apparatu Sacro, in verbo, Paulus Oroſius: De quo tamen demiror (inquit V C. Marcus Velſerus lib. 1. Rerum Boicarum) quos auctores Oroſius ſequutus prodiderit, certamen prope Arterium commiſſum, Atilium Coſ. cum tribus hominum millibus occiſum, octingenta millia in fugam acta fuiſſe; quæ à Polybij fide longè apud ipſum Velſerum potiſſima, multis modis abſcedunt. *Prima partis quanam in Pauli Oroſio.*

Marcellinus Comes. Cap. XXIII.

E MArcellinus Comes uir Conſularis, Chronica, ſiue annales ſcripſit, ab obitu Valentis uſque ad Iuſtiniani Imperij vigeſimum annum, breuiter illorum temporum hiſtoriam, ſeu potius commentarium ſat diligẽter complexus.

Beda Anglus. Cap. XXIIII.

BEda Anglus Chronica, ſiue annales ſcripſit à mundi initio ad Imperatorem Leonem Iconomachum, qui Cononis cognomen habuit, cuius ætate uixit; cum uerò ad tempora ſua deuenit, latius res explicauit; diligẽs, & uerè Venerabilis Scriptor: de quo

de quo Vide quę in Apparatu noſtro Sacro copioſè de illo, & de omnibus eius ſcriptis notauimus. in uerbo, Beda. A

Anaſtaſius S.R.E. Bibliothecarius. Cap. XXV.

ANaſtaſius S.R.E. Bibliothecarius uir pro eorũ ſtatu Gręcis, & Latinis literis eruditus, & Theophane Iſauro, & Nicephoro Patriarcha Conſtantinopolitano Graecis ſcriptoribus, inepto, ac planè barbaro ſtylo, uerùm optima fide, & diligentia hiſtoriam decerptam, Latinè conſcripſit à Chriſti natali ad Michaelem ſeniorem cognomine Rangales Conſtantinopolitanum Imperatorem, Nobis autem ualde charus eſſe debet, quòd ea, quę nec meliores, nec peiores ſcriptores habebant, literarum monumentis tradiderit. Vide item de hoc in Apparatu Sacro in uerbo, Anaſtaſius. B

Sextus Iulius Frontinus. Cap. XXVI.

SExtus Iulius Frontinus Stratagematum libros conſcripſit, in quibus, ex omnibus hiſtorijs exempla in certos locos diſtincta enumerat copioſè, & magna cũ utilitate, licet pleraque librariorum errore ineptè ſint repetita. Neruæ, & Traiani temporibus uixit.

Aemylius Probus. Cap. XXVII.

AEmylius Probus, ſiue Cornelius Nepos, eleganter, Græcorum Ducum, & Punicorum, atque Catonis Maioris Vitam, breuiterque conſcripſit fragmenta uerò Cornelię Gracchorum matris addita ſunt editioni Pariſienſi, quę ex Plantiniana prodijt anno 1602. C

L. Florus. Cap. XXVIII.

L. Flori, qui Hadriani Imperatoris principatu uixit, extat duplex Epitome; Altera Liuij, nimis conciſa: carpit enim quędam inſigniota; utilis tamen in his, quę ex Liuio amiſimus. Altera, rerum Romanarum, quattuor libris diſtincta, quę Sigonio Declamatoris potius, quàm hiſtorici uidetur, dum ſingula bella in ſingulis capitibus minus aptè deſcripſit. D

Iulius Capitolinus. Aelius Lampridius. Trebellius Pollio. Flauius Vopiſcus. Aelius Spartianus. Vulcatius Gallicanus. Cap. XXIX.

DE Iulio Capitolino, Aelio Lampridio Trebellio Pollione, Flauio Vopiſco, Aelio Spartiano, & Vulcatio Gallicano, qui uno ferè tempore Diocletiano, & Conſtantino Magno Impp. Rom. Principum uitam conſcripſere, uix habemus, quę dicamus, adeò temporum iniuria, & librariorum negligentia uidentur inutiles, & corrupti. Ex his tamen quę extant, facilè colligere poſſumus eos pro temporum conditione non indiligentes in hiſtoria conſcribenda fuiſſe: ſed rerum diſpoſitio, qua uſi ſunt, minus apta, ſtyluſque tenuis: pleraque etiam dicenda omittunt, multis, quę ad rem parum faciunt, additis, & cùm breuitati ſtudere conantur, in nimiã uerboſitatem incidunt, minima quęque perſequentes. Qui quidem chariores eſſe debere aliquibus uidebantur, cum qui eorum temporum texuerint hiſtorias, meliores non extare ſcriptores opinarentur: Veruntamen poſt Annales Cęſaris Baronij Cardin. qui, ex Chriſtianis, & Eccleſiaſticis Hiſtoricis eadem exactiſſimè tractat, minus chari debent eſſe: legendi tamen cum eiuſdem Baronij lance. E

C. Iulius

A *C. Iulius Capitolinus.* *Cap. XXX.*

IVlius ipſe Capitolinus omnium Principum Romanorum vitas in duas partes diſtinctas, Priorem Diocletiano Auguſto, Poſteriorem Conſtantino Imperatori, conſcripſit. ſed ſolum extant Pij, Marci, L. Veti Pertinacis, Macrini, Albini, duorum Maximinorum, trium Gordianorum, Maximi, & Baldini, reliqua periere: ipſe citatur à Flauio Vopiſco in Probi Imperatoris vita. Vide Marcelli Donati Dilucidationes.

I. Aelius Lampridius. *Cap. XXXI.*

B I. AElius Lampridius eiuſdem Diocletiani temporibus Romanorum Impp. Vitas expleuit. Commodus, Heliogabalus, Alexander nobis tantum ſuperſunt, reliqua non extant. citatur à Flauio Vopiſco in Probi Vita, inter eos, qui Romanorum Principum Vitas poſteritati mandarunt. Vide item Marcellum Donatum in ſuis Dilucidationibus.

Trebellius Pollio. *Cap. XXXII.*

TRebellius Pollio, Diocletiano, & Maximiano Impp. Conſtantij Cæſaris patris Magni Conſtantini omnes Impp. qui à duobus Philippis uſque ad Claudii fratrem Quintillum fuerunt, tam claros, quàm obſcuros, (ut in Au-
C reliani Vita refert Flauius Vopiſcus) ſcripſit. Deeſt à Philippis ad Valerianum, nam quod extat, ab hoc exordiũ habet. vide Marcellum Donatum in ſuis Dilucidationib.

Flauius Vopiſcus. *Cap. XXXIII.*

FLauius Vopiſcus ſub eiſdem Principibus ad Celſum quendam Vitas eotũ Principum ſcripſit, qui ab obitu Claudii, & eius fratris Quintilli fuerunt uſque ad initium Imperii Diocletiani. ſcripſit autem paulo ante bellum, quod cum Perſis geſſit Maximianus. Extant quidem omnia, ſed librariorum errore deprauata: In quæ nonnulla Marcellus Donatus ſuis Dilucidationibus ſcripſit.

D *I. Aelius Spartianus.* *Cap. XXXIIII.*

I. Aelius Spartianus Diocletiano Imperatore omnium, eorum, qui non ſolum in Romano Imperio principem locum tenuere, Auguſtique appellari ſunt, uerum, & illorum, qui uel Cęſarum nomine, uel quolibet alio genere ſiue in famam, ſiue in ſpem principatus uenerunt, (ut eius uerbis utar) uitas enarrauit, Galieno, & Conſtantino Cæſaribus iam creatis. Hadrianus, L. Aelius, Iulianus, Seuerus, Niger Caracalla, & Geta tantum extant, reliqui nobis deſunt. Scio autem Spartianum emendatum, & notis viri eruditi illuſtratum Pariſiis excudi, cuius uiri eruditio, cum ſe exeret iuncta cum fide Catholica, erit à cunctis vitis vetè probis excepta obuiis ulnis. & verò in hunc ipſum Spartianum aliquid item nouiſſimè ſcri-
E pſit Marcellus Donatus Mantuanus in ſuis ad varios Hiſtoricos Dilucidationibus, quæ Venetiis prælo ſubiiciebantur.

Vulcatius Gallicanus. *Cap. XXXV.*

VVlcatius Gallicanus, qui etiam eiſdem temporibus Impp. Vitas ſcripſit nobis pene totus periit, una Aurelii Caſſii uita excepta, Vide uerò Marcelli Donati Dilucidationes.

Flauius Eutropius. Cap. XXXVI. A

FLauius Eutropius ſub Valentiniano Imp. vixit, & Parthicæ expeditioni cum Iuliano interfuit, qui & prolixiorem hiſtoriam pollicitus erat, minus quidem elegans, ſed cum ex Liuio, & Salluſtio res nobis nunc ignotas decerpſerit, & omnē hiſtoriam Romanam breuiter ab Vrbe condita vſque ad Iuliani Principis mortē libris decem perſequatur, magni à nobis fieri debet. Is autem cum Latinè ſcripſiſſet, poſtea Græcus eſt factus à Pæania quodam, ſiue Pæanio, vt eum vocat Sigonius. Vtrâq; editionem Græcam, & Latinam emiſit Fridericus Silburgius (cui fidem Catholicam ex animo precamur) anno 1590. Francofurti, cum Notis ad eum, vti & ad reliquos ſcriptores Græcos Minores, quos cum eo coniunxit. Is autem Eutropius hiſtoriam ſuam Breuiarium inſcripſit, quem non rectè Suidas opinatus eſt fuiſſe eum, qui Liuij Decades in compendium redegit (hoc eſt Lucium Florum) qui tantum periochã librorum Liuij à primo vſque ad 142. fecit, Florus autem vſque ad tempora Valentiniani & Valentis Impp. B

Ceterum Eutropius, & Oroſius falſi ſunt, qui diuerſum exiſtimarunt fuiſſe prælium à Conſtantino geſtum aduerſus Licinium in Pannonia, ab illo, in quo Cybali pugnatum eſt. Conſtat enim firmè apud omnes unum & idem fuiſſe, & Cybalim in eadem Pannonia ciuitatem extitiſſe.

Paulus Diaconus. Cap. XXXVII.

PAulus Foroliuienſis, cognomine Vanifridus, Diaconus Ticinenſis Eccleſiæ, octo hiſtoriarum libros Eutropio addidit ab obitu Iuliani Imperatoris ad Leonis Iconomachi Conſtantinopolitani Principis Imperium, diligens in his, quæ literis mandauit, verum tenui, & quaſi barbara dictione, pleraque etiam dicenda omittit. vixit Caroli Magni Romani Imperatoris temporibus. C

Iuſtinus, qui Trogum in Epitomen redegit. Cap. XXXVIII.

AT quod alibi attigimus preſſè, hic planius explicandum eſt, & in uno Iuſtino qui Pio Imperatore floruit, ac Trogum in Epitomen redegit, oſtendendum, quàm mendaciter tum ij, de quibus hactenus egimus, tum alij gentiles Scriptores ſacras hiſtorias prodiderint, quales fuere Appion, Poſſidonius, & reliqui, quos aduerſus Appionem Ioſephus commemorat. Iuſtinus igitur lib. 36. breui oratione deſcribens gentis Iudæorum primordia, & incrementa, tot penè in ſua narratione errores admiſit (ut ſcitè inquit Pererius in Danielem) quot poſuit verba. D

Quam multa peccauerit Iuſtinus in Hiſtoria rerum Iudaicarum.

Falſum ex Gen. 11. & 12.

Primus fuit; quo ait originem Iudæorum eſſe ex nobiliſſima Syriæ Vrbe Damaſco; genus autem à Syriæ Regibus, & Regina Semiramide.

Falſum ibid.

Secundus error: in Damaſco primo regnáſſe Damaſcum Regem. poſt hunc Abraham, Moyſem, Iſraelem etiam ibi fuiſſe Reges.

Falſum ex Gene. 19. & 30. & clarius 35.

Tertius; Iſraeli decem fuiſſe filios, quibus ille populum in decem Regna diuiſit, omneſq; ex nomine Iudæ, qui poſt diuiſionem deceſſerat, Iudæos appellauit, cuius etiam ab omnibus memoriam coli iuſſit; eius autem portio omnibus aliis acceſſerat.

Falſum ibid. ex Gen. 40 et clarius Pſal. 104.

Quartus: filiorum Iſraelis minimum natu fuiſſe Ioſeph, hunc Magicas artes in Ægypto doctum, ſcientiam interpretandi, prodigia, & ſomnia, primum condidiſſe.

Falsũ Exo. 2. & 12. & Pſ. 104 non erat inquit in tribubus eorum infirmus.

Quintus: Huius filium fuiſſe Moyſem, quem propter ſcabiem, & pruriginem, quę latè, grauiterque in Ægypto graſſabatur, Ægyptii cum omnibus ęgris, ne ea peſtis ad plures ſerperet, Ægypto pepulerunt. E

Falſum Exo. 17. & 20. Pſal. 77. 1. Cor. 10.

Sextus; Quoniam Moyſes in deſerto cum ſuis exulibus fame, ſitique fatigatus, die ſeptimo eſſet eo malo releuatus, propterea ſeptimum quemlibet diem, more gentis appellatum ſabbathum, in omne æuum ieiunio ſacrauit.

Falſum, ſed propter religionem.

Septimus: Quoniam metu contagionis pulſos ſe Ægypto meminerant Iudæi, ne eadem cauſa inuiſi apud incolas forent, cauerunt, ne cum peregrinis communicarent: quod ex cauſſa factum paulatim conſuetudo in diſciplinam, religionemq; conuertit.

Exod 24. Deut. 7. Falſum Deuter 34. Ioſ. 1.

Octauus error: *Poſt Moiſem* (ait) *et eius filius Arnas Sacerdos ſacris Aegyptijs, mox Rex creatur: ſemperq. exinde hic mos apud Iudæos fuit, ut eoſdē, & Reges, & Sacerdotes haberent.*

Quorum

A *Quorũ induſtria religione permixta, incredibile, quantum coaluere.* Sed errat Iuſtinus. Nam ut iidem eſſent Principes ſeculares, & Pontifices Iudęorum, tempore Machabæorum primum fieri cœptum eſt, præſertim autem principatu Ariſtobuli, qui primus Iudaicum principatum ſummo pontificatui coniunctum in regni forma vertẽs diadema ſibi impoſuit annis poſt reuerſionẽ Iudęorũ ex Babylonica captiuitate in Iudęã 480. *Ioſephus lib. 13. Antiq.*

Nonus error: *Xerxem Perſarum Regem, primum omnium domuiſſe Iudæos.* Atqui nec Xerxes Iudæis bellum intulit; quippe qui iam inde à Cyro primo Perſarum Rege, Perſico imperio ſemper fuerant ſubiecti: & plus centum quinquaginta annos ante Xerxem Chaldæorum Rex Nabuchodonoſor iam ter domuerat Iudæos, grauiq. ſubegerat, & afflixerat ſeruitute. *4. Reg. 24. & 25.*

Ceterum Iuſtinus res nationum externarum poſt hominum memoriam non indi-
B ſertè enumerat, quod ad Epitomes ſcriptorem attinet, ordine tamen non ita recto. In Romanis autem rebus mira ieiunitas, atque, ut in quadam oratione apparet, odium aduerſus eos haud leue.

Ceterum poſtremò excuſus eſt auctor hac Inſcriptione. Iuſtinus Trogi Pompei hiſtoriarum Philippicarum Epitome è I. Cuiacii, & Puteani, utriuſque Pithęi, aliiſque 6. manuſcriptis codicibus, correcta multiſque ſcholijs illuſtrata. Et

Ipſe Iuſtini textus cum ſingulorum librorum breuiarijs, & notis marginalibus, nimirum.

Notę Iacobi Bongarſii, &

Prologi veteris cuiuſdam Anonymi in oẽs Iuſtini libros.

Quibus additæ exceptiones Chronologicæ ad Iuſtini hiſtorias accommodatæ.

C Item Variarum lectionum liber, eodem auctore.

In decem libros anteriores Scholia Theophili Langiſeri Saxohalenſis, Vrſellis anno 1602. Sed quoniam, qui in eundem Iuſtinum commentarios addidit Victorinus Strigelius, proſcriptus eſt, & in Rom. Indice inter Auctores primæ claſſis, ideo viderint cordati Catholici, ne quid ſit in ijs unde offendantur.

Paulus Aemylius. Cap. X X X I X.

QVi Paulum Æmylium Gallorum Regum vitas ſcribentem comitem Cominæo dedit, quique cum dixit eſſe, penè vnum inter nouos, veram, & veterem viam Hiſtoriæ videntem, eamque pede firmo calcantem, vera dixit, quemadmodum & illa cum inquit. *Genus ſcribendi eius doctum, neruoſum, preſſum, ad ſubtilitatem,*
D *& argutias inclinans, & relinquens, defigensq; aliquid in animo ſerij lectoris. Sententias & dicta ſæpe miſcet, paria antiquis. Rerum ipſarum ſedulus ſcrutator, ſeuerus Iudex; nec legi* (inquit) *noſtro æuoque magis liber ab affectu.* In tantis tamen virtutibus videtur aliquibus, quòd ſtylum parum nectat, & ſpargat, diuidatq; eum in minuta quædam membra. Deinde quòd inæqualis. Quòdq; vetuſtatis neſcio quid affectet in nominibus hominum, locorum, vrbium immutandis, & in veterem formam redigendis: ſæpè tamen eruditè: Notant quod Chancellarium Gallorum Cancellarium, Quadrigarium vocauerit, cum Præfectum iuris dicere potuiſſet: quodque Regem Tarraconenſem, Caſtulonenſem, Ducem Gelbudenſem, qui nobis, & maioribus fuere Aragoniæ, Caſtellę, & Geldrię, aliaq; eiuſmodi pleraque. Sanè Catholicam religionem ſpirat ubique, ac nihil temerè affirmat, rumores vbique peruulgatos non omiſit; centeſimo poſt anno *Hæc Lipſius. Notata i Paulo Aemylio.*
E cum Italus de Gallis à Ludouico Gallorum Rege adſcitus ſcripſiſſet, oſtendit, id ſe ita feciſſe, ut nulla vel gratia, uel odio, uel metu commoueretur.

Philippus Cominæus, Cap. X X X I X.

PHilippus Cominæus Hiſtoricus quintodecimo exeunte ſeculo, ſed cum antiquis melioribus eſt comparandus. At Io. Sleidanus, qui eum Latinum fecit ex Gallo, à nobis ſceleris accuſatus eſt, quòd, quę Cominæus de religione Catholica ſcripſerat, is ipſe Sleidanus ſuppreſſerit, aut inuerterit. Qui verò Cominæũ legendum ſuadent, modum hunc præſcribunt. Vt neq; Cominæo de laudib. Ludouici vndecimi ſcribẽti, omninò aſſentiantur: ſed etiam Meierum Belgicarum rerum ſcriptorem adhibeant: *Biblioth. Selecta lib. 1. & infra.*

Maiores Belgicarum rerũ ſcriptor legẽdus cum Cominæo.
Quid Iuſtus Lipſius de Cominæo.

neque hunc tantum, verum etiam Paulum Æmilium; propterea quòd alter plenus eſt A
laudum Ludouici: Alter eas omninò reiicit: Tertius medium ferit: At Iuſtus Lipſius
cùm dicat *viſum eſſe Patrum, & noſtro æuo hiſtoriam eum commouiſſe*, ſic ait. *Scripſit eam ante annos paullo minus centum Philippus Comminæus ita laudabiliter, ut nihil verear componere eum cum quouis antiquorum. Incredibile eſt, quàm ille omnia videat, penetret, arcana conſiliorum eruat, & ſubinde inſtruat nos ſalutaribus, rariſque præceptis. Et id diffusè Polybiano quodam exemplo. Quanquam reuera Polybium, aut talem aliquem ille nec vidit. Et hoc quoque laudem eius auget, quòd tanta præſtitit, literarum omnium rudis, ſolo vſu rerum peritus, & naturali quadam iudicij bonitate. Enchiridion Principibus Cominæus eſto, dignus Alexandris omnibus, hic Philippus.*

Franciſcus Guicciardinus. *Cap. XLI.*

HIs accedit Franciſcus Guiciardinus acris iudicij vir, uti, & uſus in publicis B
rebus adminiſtrandis. Is enim cum è nobili familia eſſet natus, reſque bello, & pace geſſiſſet, Mutinæ in Gallia Ciſalpina vetuſtiſſimæ ciuitati præfuiſſet; apud Pontifices Maximos qui eius ætate vixerunt præſertim apud Leonem X. Hadrianum VI. Clementem VII. gratioſus fuiſſet, nec tamen opibus eccleſiaſticis inhiaſſet, ſuis contentus, quæ fuere mediocres, permulta noſſe potuit interiora, quæ ad maturè ſcribendam, quam ſuſcepit, Italicam ſui temporis hiſtoriam attinebant: Quamobrem hæc, & in Latinam (ſed quæ egeat expurgatione, ſicuti dicemus) & in Gallicam, & in Hiſpanicam linguas conuerſa eſt. Eius vitam qui decurrere cupiat) quod quidem faciet ad huius æui ſtatum rerumque à Guiciardino ſcriptarum ſeriem planius intelligendam) legat Remigium Florentinum religioſum virum, qui eam diligenter conſcripſit. C

Remigius Florentinus.

Ceterum tres Viri præter alios de Franciſci Guaciardini hiſtoria varium tulere iudicium Thomas Porcacius, Io. Baptiſta Leo, Iuſtus Lipſius; Illi Italicè, hic Latinè.

Thomas Porcacius.
Io. Bapt. Leo.
Iuſtus Lipſius.
Iudiciũ Thomæ Porcacij de Guiciardini hiſtoria.
Pulchritudo.
Menſura.
Veritas in hiſtoria.

Et Thomas quidem Porcacius Iudicium eidem hiſtoriæ præfixit, quòd unà cum ipſo anno huius ſeculi ſeptuageſimoquarto Venetiis prodiit è Georgii Angelerii typographia: cui hiſtoriæ deinceps ad marginem vtiles ſiue collationes, ſiue adnotationes adiecit eorum, qui de iiſdem rebus hiſtoriam noſtro tempore euulgarunt. Eo in iudicio tria illa in Guiciardino agnoſcit, quæ BONO accidere Plato ſcripſit in Philebo, Pulchritudinem, Menſuram, Veritatem. Ad pulchritudinem autem ſpectare ait, quicquid primò in rationibus, mox in iudicio, in deſcriptionibus, in concionibus, in grauitate ſententiarum, in eloquentiæ varietate cernitur. Quæ omnia (inquit) non modo pulchram, verum etiam fructuoſam reddunt hiſtoriam. Ad menſuram verò, ſiue Hiſtoricam legem ſpectare, Materiæ nobilitatem, Delectum memorabilem, D
Notitiam rerum interiorem, Indicationem iudicij ad docendos, & permouendos legentium animos, Reprehenſionem opportunam, Laudationem mediocrem, Iudicium acre, Adminiſtrationem Rerumpublicarum, Memoriam tenacem, Diuiſionem aptã, Argumenta ſolida, Tractationem moralium, & politicarum rerum, quantum ſatis ſit, Deſcriptionem item appoſitam munitionum, atque naturæ locorum; Quæ cuncta dignitatem (ait) Hiſtorico, ac maieſtatem concilianc. Ad Veritatem denique ait attinere veracem, & integram eorum narrationem, quæ contigere. Hæc igitur ex Guiciardini Hiſtoriæ partibus cum copioſè comprobare Porcacius ſtuduiſſet, eandem à quorundam iudiciis vindicare conatus eſt, qui nimium affectũ, ſiue alia in hoc Hiſtorico obſeruanda eſſe exiſtimarunt. E

At Io. Baptiſta Leo, ann. 1583. per Iolitos typographos Venetiis librum de eadem Hiſtoria emiſit, quem conſiderationes de Italica Franciſci Guiciardini Hiſtoria inſcripſit. iis autem conſiderationibus, quas in quinque libellos redegit, pleraque notat in Guiciardino, in quibus Veritatem, aut minorem aduerſus aliquos affectum deſiderat, quæ quoniam obuia ſunt legere volentibus, non eſt cur huc inſeram.

Iuſtus Lipſius in Notis ad 1. lib. Pol. in caſt. 9.

Deniq; Iuſtus Lipſius ſummum Hiſtoricũ inter noſtros dicit, inter veteres mediocrem: quin & prudentẽ, peritumq; ſcriptorẽ agnoſcit, & qui tales ſui lectores faciat. liberũ item & veracẽ, ab affectibus immunem, ſi tamen (ſubdit) ab odio. Sententias aũt bonas, vtileſq; inſerentẽ, ſed parum aſtrictas. Vitia duo propria (inquit) huius qui

non

A non effugientem. Quòd & iuſto longior ſit, & Quòd minutiſſima quæque narret, parum ex lege, aut dignitate Hiſtoriæ. quæ, vt lib. 26. Ammianus ait, *diſcurrere per negotiorum celſitudines aſſueta, non humilium minutias indagare cauſſarum*. Sed nec orationes eius ſatis (ait) vegetę mihi, aut caſtigatæ. Languent ſępè, aut ſolutæ vagantur. Et hæc quidem tres ij viri. In reliquis autem, quando Hiſtoricorum lectoribus cordi debet eſſe potiſſimum, nihil vt ex ijs hauriant, quo conſcientiam lædant, optandum eſt ne in Guiciardini lectione impingant in id, quod vel in ipſis Ethnicis Hiſtoricis cauendum eſſe monſtrauimus ſupra. Fato enim, atque fortunæ, quę nihil eſt, ſępè tribuit exitus bellorum, ac Regnorum conuerſiones. Quod etſi loquendi conſuetudine potius, quàm mentis errore factum à viro alioquin pio crediderim, facile tamen hæc labes hæret in animis eorum, qui iſta legentes haud facilè Diuinam prouidentiam à Fortuna ſecernunt, aut adeo ignorant, quid inter conſilium, atque
B ſententiam Theologi cordatiſſimè docēt, quemadmodum item Ethnici ignorarunt (inquit S. Auguſtinus) fatum nihil aliud eſſe intelligendum, quam SANCTIONEM, & VOCEM DIVINÆ MENTIS. Porrò æquiſſima lance Deus omnia pendit; ac ipſe eſt Deus exercituum, qui victorias præbet, cum ipſum ſibi Ducem prę ponētes, ſub Chriſti uexillo, fortiter, caſtè, fideliter prœlia Domini milites præliantur. Quoniam verò hæc, de qua diximus, Franciſci Guiciardini Hiſtoria ex Hetruſca in Latinam Linguam à Cælio Velcurione Hæretico haud omninò rectè conuerſa eſt; propterea verſio illa à ſancta Apoſtolica Sede in nouiſſimo Clementis Octaui Pontificis maximi Indice prohibita eſt donec expurgetur.

Lib. 5. de Ciu. Dei c. 9.

C *Paulus Iouius.* *Cap. X L I I.*

DE Paulo Iouio longior non fuero, quod & idem ipſe Lipſius eodem in loco, quo de Guiciardino egit, paucis, (at ſatis) iudicium tulerit ſuum. In eo uerò cum aliqua deſideret, ſtylo tamen bono, grauemque eſſe, & plane ad hiſtoriam agnoſcit; laudandum item, & legendum ob variam rerum ſeriem, quas redegit compoſitè, & dilucidè in unum hiſtorię corpus.

De Carolo Sigonio, Martino Chromero, Onuphrio Panuinio, & alijs inſignibus Viris. *Cap. X L I I I.*

DE Carolo Sigonio, qui magnis ingenij dotibus viguit, ac de Republica literaria meritus eſt optimè, quique hiſtoricos libros, præter alios, nobis reli-
D quit, plura dici hic poſſent: ſed cum paſſim hoc in Opere, mentio ipſius facienda fuerit (pręſertim autem ſecundo capite ſequentis quintę Sectionis, hoc eſt, poſt vnam vel alteram paginam) propterea eò amandamus Lectorem.

De Martino autem Chromero Epiſcopo Varmienſi, qui de rebus Polonorum, ac de eorumdem Republica, vti & aliqua aduerſus Hæreticos ſcripſit acuratiſſimè, ac quidem hiſtorico, & eleganti ſtylo, pauca hęc dicere ſat fuerit. Virum nempè illum fuiſſe in negotijs, & legationibus, ac denique in functionibus Epiſcopalibus verſatum. Qui cum à ſecretis Polonię Regis Sigiſmundi fuiſset, Archiuaque Regia, & qui de ijſdem rebus ſcripſiſsent, perdiligenter euoluiſset, Hiſtoriam ab initio illius Regni vſque ad ſua tempora perduxit, additis multis, quę ad finitimas eius Regni nobiliſſimi gentes pertinebant, puta Moſcos, Tartaros, Prutenos, Germanos, & alios.

E Sed de Onuphrio Panuinio, plurimę lectionis, vii & laboris, ac ſcriptionis homine, ſuperſedemus hic loqui, quod in Sacro Apparatu noſtro id erit pręſtandum. Nam & cur liber eius de Pontificum Vitis, atque alij lima & emendatione indiguerint, tum dicetur.

Ceterum de Baptiſta Egnatio vix aliquid huc adtexere voluimus, quòd & ſi eius labor, & conatus in hiſtoria fuit commendandus, homines tamen noſtri qui Romanā hiſtoriam planius illuſtrarunt, is autem (quod & Baronius Card. teſtatus eſt) vbi Romanam ſuſcepit hiſtoriam illuſtrandam, tenebris offudit, lib. 1. Rom. Principum, ubi agit de Ruma ab Alarico obſeſsa. Vide To: V. Baronij ſub ann. Do. 410. nonum autem Innocentii Pont. Max.

cum marmoribus Romanis, quæ extant in Capitolio. A

Poſteriora fe ma. Pomponij Læti de Antiquitatibus Vrbis Romæ libellus.

Ioannis Bartholomæi Marliani de antiqua Romæ topographia Epitome.

Publij Victoris de Vrbis Romę Regionibus, & locis libellus.

Henrici Loriti Glareani Adnotationes, cuius tamen aliqua in Rom. Indice ſunt prohibita.

Caroli Sigonij Scholia, quibus T. Liuij Patauini hiſtoriæ, & earum Epitome partim emendantur, partim etiam explanantur, cum Glareani reſponſione.

Eiuſdem Chronologia.

Laurentii Vallæ iudicium de quibuſdam apud Liuium locis; ex quo profitetur ſe oſtendere, qua cura, ac diligentia ſint auctores legendi.

Emendationes eiuſdem in ſex libros de ſecundo bello Punico. B

M. Antonii Sabellici, Beati Rhenani, Sigiſmundi Gelenij adnotationes.

Io. Saxonii Hatteſtedii Commentarioli duo ad T. Liuii Patauini hiſtoriam ab Vrbe condita lib. 21. & 22.

VVilhelmi Godelæi in omnes T. Liuii libros obſeruationes ex variis Auctorum ſcriptis collectæ.

In T. Liuii hiſtoriam accommodata ad Tabulas Capitolinas Verrii Flacci: Adnotationibus diſſenſionem Auctorum, circa Conſulum Romanorum nomina, demonſtrantibus. Porrò & Io. Camers Ord. Minorum ſcripſit Adnotationes in Liuium, quę viã ſternunt ad veteres hiſtorias Romanorum; quin & Florum eſt interpretatus, ac Coloniæ Agrippinæ prodiit Anno 1537. cum Argentorati anno 1518. prodiiſſet. At & idem ipſe Solinum explicuit, & alia. Vide Apparatum noſtrum Sacrum in verbo. C Io. Camers: & dilucidationęs ad varios Hiſtoricos à Donato Marcello conſcriptas, & Venetiis editas ann. 1603.

C. Velleius Paterculus. Cap. XIIII.

C. Velleius Paterculus, vir nobilis, quique ſicuti & eius frater, primo anno Imperii Tiberii fuit deſtinatus Prætor, cum & alia munera in Republica obierit, iacebat fermè ſepultus vſque ad Patrum noſtrorum memoriam, cum ex Murbacenſi Bibliotheca eſt in lucem editus: quem denique Iuſtus Lipſius animaduerſionibus illuſtrauit. Mutilus autem eſt libellus hic, ſed in quo diſtincta antiquę Latinitatis lumina cernuntur, ac ſtylus preſſus, fluens, idemq. dilucidus; quamuis non deſit, cui videatur eſſe tenuis alioqui verbis, & ordine non ſatis accuratus, vitio certe adulationis laborans, dum Auguſti, & Tiberii Cęſaris geſta commemorat. libelli duo ſunt (inquit Lipſius) ex Rhenani, aut codicis eius diuiſione, ſed diuiſione hercle parum ſcita, aut æquabili, ſi quis copiam, molemq. rerum videat, quæ perierunt. An in vnum, & priorem librum incluſeris, quæ à capite omnia deſunt de Græcis à Troia redeuntibus, & variè ſparſis? quæ poſtea de Antenore, aut Aenea? quæ de Latij, & Albæ Regibus? quę de ipſis Regibus Romanorum? imò quæ de Conſulibus, aut Tribunis militum vſque ad bellum Numantinum? Nam hæc omnia (vt illa quidem partitio eſt) neceſſario habuit liber primus. Vide Epiſtolam 11. ad Petrum Diuæum inſertam in Criticis Lazii lib. 1. cap. 8. l. 2. c. 5. lib. 5. c. 5. de migr. genr. lib. 8. Quod verò Lazius ſcripſit partem Velleianæ hiſtoriæ abs ſe repertam in peruetuſto codice membraneo literis E antiquiſſimis ſcriptam, PſeudoVelleiana ſunt iudicio virorum clariſſimorum, præcipue Marci Velſeri, in iis, quæ libris octo ſubiunxit rerum Auguſtanarum; & Iuſti Lipſii, qui inquit. Primo oculo deprehendi falſum illud, & vile metallum, quod miramur (imò non miramur vt homo fuit) Lazium venditaſſe pro auro. Sed tu ad Lydium lapidem iudicii affricuiſti, ſine blanditia dico, accuratè, & doctè. Hæc Lipſius accuratus, & verè doctus, ad Velſerum accuratum, & verè doctum,

M. Vale-

A

M. Valerius Maximus. *Cap.* *XV.*

MArcus Valerius Maximus nouem libros reliquit exemplorum, quę ex pleriſque hiſtoriis contulit in proprios locos. Sed & ex omnibus elicit, qui ſępè inter ſeſe varii ſunt, ſępè item haud ſibi conſtat. Tiberii Cæſaris tempore ſcripſit. Mira in eo adulandi ratio, ait Sigonius, ſed qui (inquit) melius feciſſet, ſi nomina hiſtoricorum, vnde illa decerpſit, addidiſſet. Certè, qui cum in ſcholis vtilius volet prælegere, Chriſtianorum uirorum exempla cum Ethnicis illis comparabit, ut maior inde gloria Dei, & ſolidior uirtus eluceſcat. Id verò cum ex Sancti Auguſtini libris de Ciuitate Dei, atque ex Marci Maruli, & ſimilium qui exempla, & flores Virtutum collegerunt, peti poſſit, non eſt cur Dei amantes Viri id detrectent, ſtudioſi enim etiam eruditiores in hiſtorijs euadent.

B

C. Suetonius. *Cap. XVI.*

C. Suetonius Tranquillus hiſtoricus prudens, & verax, Antiquitatis autem Romanorum, & Gręcorum peritus admodum, ut nemo idoneè magis de pleriſq; ſcripſerit, quæ Tzetzes, Priſcianus, aliiq; de illo referunt. Ac ſanè, cum cauſſas in foro magna cum laude egiſſet, atq; Hadriani Epiſtolarum magiſter fuiſſet, mirum uideri non debet, ſi tantus in decē librorū ſcriptione euaſerit. Scripſit autem, (quæ neſcio an alicubi extent) de Regibus, de Prætoribus, de Romanorum inſtitutis, de officiorum inſtitutione, de ſignis, ſiue notis, de anno Romano, de veſtiū generibus, de ſpectaculis, item de Gręcorum certaminibus, ſiue ludis. Et ludicræ quidem hiſtoriæ mentionem Gellius fecit, quæ plena fuit ingenij, ac uenuſtatis. Ac *Suetonius laudatur.*

C quod de uitijs corporalibus eū ſcripſiſſe aſſerit Seruius in Virg. Eclogas, id ad ędilitiū edictum, ſicuti & ad ſacrorū ritus libros de ominoſis uerbis eſſe referendum exiſtimat Læuinus Florentius, qui ſecundo in Suetonium emendatoria, & auctiora Commentaria eius eruditione digna in Cæſarum Vitas emiſit. Reliqua de Suetonio Angelus Politianus, ac nonnulli alij in eius vita ſcripſere: in quem item extant Philippi Beroaldi, Antonii Sabellici, & aliorum Commentaria, pręter caſtigationes Theodori Pulmanni: & Scholia quædam Lugduni apud Gulielmum Rouillium anno 1545. edita, ſcripta verò à Ioanne Renerio. *Ipſius ſcripta.*

Veruntamen, quoniam, quæ iniuria temporum, è Suetonij Iulio Cæſare exciderant, de gentis Iulię origine, deq; familiis, in quas ſciſſa gens deſcendit, ea Io. Lodouicus Viues attentauerat reſtituere, nec prorſus fuerat aſſecutus, debemus & hoc Læ-

D uino Florētio, quòd præter cetera, hoc ipſum perfecerit, reſtituens, quæ affirmata temerè, aut minus è veritate hiſtoriarum petita fuerant: ut pauca illa addita ad Stemma Auguſtę familiæ, quod huius operis primæ Sectioni è Lipſio inſeruimus, Romanæ lucem hiſtorię non mediocrem ſint allatura.

Quin & Fragmenta Hiſtoricorum ab Antonio Auguſtino collecta, & à Fuluio Vrſino emendata, quæ anno 1593. primò prodierunt è Plantiniana Officina ad Salluſtium, ad Cæſarem, ad Liuium, ad Velleium, ad Tacitum, ad Suetonium, ad Spartianum, & alios, magni momenti erunt ad eiuſdem Romanæ hiſtoriæ notitiam conſequendam. Nam & huc ſuam operam contulere, præter illos duos, Octauius Pantagathus, Gabriel Faernus, Petrus Ciacconus, M. Antonius Muretus, Latinus Latinius. poſt quem alij laborarunt in eundem, ſed quorum alter Pariſiis ſudat ſub prælo, *Fragmenta Hiſtoricorū.*

E cui Catholicam fidem ex animo precamur, alter, qui iam deceſſit, excuditur Venetiis Marcellus Donatus Mantuanus ſuis in varios Hiſtoricos Dilucidationibus.

Cornelius Tacitus. *Cap.* *XVII.*

COrnelius Tacitus cum cētū poſt annos ſcripſerit, quā Tiberius, Claudius, Caius, Nero ex hac vita deceſſere, procul (quod ipſe initio ſuæ inquit hiſtorię) *habuit cauſſas cur vera de ijs non diceret*; ſed & metus abfuit, atque aſſentatio, quę viuentib. illis impulerat alios ad illorū facinora laudib. ornanda. De hoc aūt, licet Iuſtus Lipſius magno, ut ſolet, iudicio ſic iudiciū ferat, *ut tantū Hiſtoricū commendet à prudētia, à præceptis,* *Lipſij de Tacito iudiciū.*

ab

A ſcribere aggreſſus eſt, ab obitu Domitiani ad Velentis Imperatoris,ſub quo vixit,interitum, libris vno & triginta,ex quibus priores tredecim nobis deſunt, vbi ad temporum ſuorum hiſtoriam quæ libris, qui extant,continentur,deuenit, diligenter ſcripſit, ſed ea quæ pertinent ad Chriſtianos traducens,ac detorquens: Adeo autem duro, aſpero, inepto, & planè turbato ſermone, vt vix, quod dicat, conſequi alioquin poſſis; librariorum quoque errore mutilus eſt, & deprauatus,utilis tamen eſt,ubi intellexeris;nam ea ſcribit, quæ meliores auctores non habent. At expedit omninò prælegere Annales Cæſaris Baronij Cardinalis eorum temporum,de quibus Ammianus ſuam hiſtoriam ſcripſit, ſic enim, ſi qua vtilitas ex eo capietur, poterit eſſe ſine noxa. In hunc autem Marcellus Donatus Mantuanus Dilucidationes ſcripſit, quæ Venetijs erant excudendæ. Ceterum Vide Apparatum noſtrum ſacrum in verbo B Ammianus.

Sextus Aurelius Victor. Cap. XX.

SExtus Aurelius Victor vir Conſularis,breuiter ab Auguſto ad Theodoſij ſenioris mortem,ſub quo vixit, Imperatorum vitas memoriæ mandauit: nonnulla alia præterita perſequutus eſt.

Corrigendus eſt autem dum tempore Conuentus Mediolanenſis ambos Conſtantinij filios creatos fuiſſe Cæſares tradit,cum aliter conſtet ex Euſebio lib.4. cap. 40. Vitę Conſtantini. Ceterum longè à Victore diſcrepat Zoſimus, & ipſe errore lapſus,dum Licinianum Licinij filium à Patre creatum Cæſarem dicit,non cùm uiginti menſium eſſet infans,ſed annos viginti natum. Vide Baron.Card.To.3.pa.131.pri C mæ editionis.

Sextus Ruffus. Cap. XXI.

QVid de Sex. Ruffo diceret Sigonius vix habebat, vſque eò concluſus ei uidebatur vt re ipſa eſt,vt nullam haberet hiſtoriæ ſimilitudinem. Victorias ille Prouinciarum Pop. Rom. breuiter attigit, enumeratis locis, ac Ducibus, tenui alioqui,& plane corrupto ſtylo. Vixit autem ſub Valentiniano maiore.

Paulus Oroſius Hiſpanus. Cap. XXII.

PAulus Oroſius Hiſpanus nonnulla ex Eutropio, & ex Floro excerpta collegit. D primæ illi partes in religione Chriſtiana meritò laudantur, vti & in veterum ſuperſtitione explodenda. Vixit ſub Honorio principe, Auguſtini, cuius diſcipulus fuit, temporibus; vt hoc nomine, atque ad eo breuitatis cuiuſdam facundæ digniſſimus ſit, qui legatur. De hoc autem præcipuè egimus in Apparatu Sacro, in verbo, Paulus Oroſius: De quo tamen demiror (inquit V C. Marcus Velſerus lib. 1. Rerum Boicarum) quos auctores Oroſius ſequutus prodierit, cerτamen prope Arretium commiſſum,Atilium Coſ. cum tribus hominum millibus occiſum, octingenta millia in fugam acta fuiſſe; quæ à Polybij fide longè apud ipſum Velſerum potiſſima, multis modis abſcedunt.

Prima partes quænam in Paulo Oroſio.

Marcellinus Comes. Cap. XXIII.

E

MArcellinus Comes uir Conſularis,Chronica,ſiue annales ſcripſit, ab obitu Valentis uſque ad Iuſtiniani Imperij vigeſimum annum,breuiter illorum temporum hiſtoriam,ſeu potius commentarium ſat diligēter complexus.

Beda Anglus. Cap. XXIIII.

BEda Anglus Chronica,ſiue annales ſcripſit à mundi initio ad Imperatorem Leonem Iconomachum, qui Cononis cognomen habuit,cuius ætate uixit;cum uerò ad tempora ſua deuenit,latius res explicauit;diligēs,& uerè Venerabilis Scriptor:

de quo

de quo Vide quę in Appatatu noſtro Sacro copioſè de illo, & de omnibus eius ſcriptis notauimus. in uerbo, Beda. A

Anaſtaſius S.R.E. Bibliothecarius. Cap. XXV.

ANaſtaſius S.R.E. Bibliothecarius uir pro eorũ ſtatu Gręcis, & Latinis literis eruditus, & Theophane Iſauro, & Nicephoro Patriarcha Conſtãtinopolitano Græcis ſcriptoribus, inepto, ac planè barbaro ſtylo, uerùm optima fide, & diligentia hiſtoriam decerptam, Latinè conſcripſit à Chriſti natali ad Michaelem ſeniorem cognomine Rangalęs Conſtantinopolitanum Imperatorem, Nobis autem ualde charus eſſe debet, quòd ea, quę nec meliores, nec peiores ſcriptores habebant, literarum monumentis tradiderit. Vide item de hoc in Appatatu Sacro in uerbo, Anaſtaſius. B

Sextus Iulius Frontinus. Cap. XXVI.

SExtus Iulius Frontinus Stratagematum libros conſcripſit, in quibus, ex omnibus hiſtorijs exempla in certos locos diſtincta enumerat copioſè, & magna cũ utilitate, licet pleraque librariorum errore ineptè ſint repetita. Neruæ, & Traiani temporibus uixit.

Aemylius Probus. Cap. XXVII.

AEmylius Probus, ſiue Cornelius Nepos, eleganter, Græcorum Ducum, & Punicorum, atque Catonis Maioris Vitam, breuiterque conſcripſit fragmenta uerò Cornelię Gracchorum matris addita ſunt editioni Pariſienſi, quę ex Plantiniana prodijt anno 1602. C

L. Florus. Cap. XXVIII.

L. Flori, qui Hadriani Imperatoris principatu uixit, extat duplex Epitome; Altera Liuij, nimis conciſa: carpit enim quędam inſigniora; utilis tamen in his, quę ex Liuio amiſimus. Altera, rerum Romanarum, quattuor libris diſtincta, quę Sigonio Declamatoris potius, quàm hiſtorici uidetur, dum ſingula bella in ſingulis capitibus minus aptè deſcripſit. D

Iulius Capitolinus. Aelius Lampridius. Trebellius Pollio. Flauius Vopiſcus. Aelius Spartianus. Vulcatius Gallicanus. Cap. XXIX.

DE Iulio Capitolino, Aelio Lampridio Trebellio Pollione, Flauio Vopiſco, Aelio Spartiano, & Vulcatio Gallicano, qui uno ferè tempore Diocletiano, & Conſtantino Magno Impp. Rom. Principum uitam conſcripſere, uix habemus, quę dicamus, adeò temporum iniuria, & librariorum negligentia uidentur inutiles, & corrupti. Ex his tamen quę extant, facilè colligere poſſumus eos pro temporum conditione non indiligentes in hiſtoria conſcribenda fuiſſe: ſed rerum diſpoſitio, qua uſi ſunt, minus apta, ſtyluſque tenuis: pleraque etiam dicenda omittunt, multis, quę ad rem parum faciunt, additis, & cùm breuitati ſtudere conantur, in nimiã uerboſitatem incidunt, minima quęque perſequentes. Qui quidem chariores eſſe debere aliquibus uidebantur, cum qui eorum temporum texuerint hiſtorias, meliores non extare ſcriptores opinarentur: Veruntamen poſt Annales Cęſaris Baronij Card. qui, ex Chriſtianis, & Eccleſiaſticis Hiſtoricis eadem exactiſſimè tractat, minus chari debent eſſe: legendi tamen cum eiuſdem Baronij lance. E

A *C. Iulius Capitolinus.* *Cap. XXX.*

IVlius ipſe Capitolinus omnium Principum Romanorum vitas in duas partes di ſtinctas, Priorem Diocletiano Auguſto, Poſteriorem Conſtantino Imperatori, conſcripſit. ſed ſolum extant Pij, Marci, L. Veri Pertinacis, Macrini, Albini, duorum Maximinorum, trium Gordianorum, Maximi, & Baldini, reliqua periere: ipſe citatur à Flauio Vopiſco in Probi Imperatoris vita. Vide Marcelli Donati Dilucidationes.

I. Aelius Lampridius. *Cap. XXXI.*

B I. AElius Lampridius eiuſdem Diocletiani temporibus Romanorum Impp. Vitas expleuit. Commodus, Heliogabalus, Alexander nobis tantum ſuperſunt, reliqua non extant. citatur à Flauio Vopiſco in Probi Vita, inter eos, qui Romanorum Principum Vitas poſteritati mandarunt. Vide item Marcellum Donatum in ſuis Dilucidationibus.

Trebellius Pollio. *Cap. XXXII.*

TRebellius Pollio, Diocletiano, & Maximiano Impp. Conſtantij Cæſaris patris Magni Conſtantini omnes Impp. qui à duobus Philippis uſque ad Claudii fratrem Quintillum fuerunt, tam claros, quàm obſcuros, (ut in Au C reliani Vita refert Flauius Vopiſcus) ſcripſit. Deeſt à Philippis ad Valerianum, nam quod extat, ab hoc exordiũ habet. vide Marcellum Donatum in ſuis Dilucidationib.

Flauius Vopiſcus. *Cap. XXXIII.*

FLauius Vopiſcus ſub eiſdem Principibus ad Celſum quendam Vitas eorũ Principum ſcripſit, qui ab obitu Claudii, & eius fratris Quintilli fuerunt uſque ad initium Imperii Diocletiani. ſcripſit autem paulo ante bellum, quod cum Perſis geſſit Maximianus. Extant quidem omnia, ſed librariorum errore deprauata: In quæ nonnulla Marcellus Donatus ſuis Dilucidationibus ſcripſit.

D *I. Aelius Spartianus.* *Cap. XXXIIII.*

I. Aelius Spartianus Diocletiano Imperatore omnium, eorum, qui non ſolum in Romano Imperio principem locum tenuere, Auguſtique appellati ſunt, uerum, & illorum, qui uel Cęſarum nomine, uel quolibet alio genere ſiue in famam, ſiue in ſpem principatus uenerunt, (ut eius uerbis utar) uitas enarrauit, Galieno, & Conſtantino Cæſaribus iam creatis. Hadrianus, L. Aelius, Iulianus, Seuerus, Niger Caracalla, & Geta tantum extant, reliqui nobis deſunt. Scio autem Spartianum emendatum, & notis uiri eruditi illuſtratum Pariſiis excudi, cuius uiri eruditio, cum ſe exeret iuncta cum fide Catholica, erit à cunctis uiris verè probis E excepta obuiis ulnis. & verò in hunc ipſum Spartianum aliquid item nouiſſimè ſcripſit Marcellus Donatus Mantuanus in ſuis ad varios Hiſtoricos Dilucidationibus, quæ Venetiis prælo ſubiiciebantur.

Vulcatius Gallicanus. *Cap. XXXV.*

VVlcatius Gallicanus, qui etiam eiſdem temporibus Impp. Vitas ſcripſit nobis pene totus periit, una Aurelii Caſſii uita excepta, Vide uerò Marcelli Donati Dilucidationes.

Flauius Eutropius. *Cap.* *XXXVI.* A

FLauius Eutropius ſub Valentiniano Imp. vixit, & Parthicæ expeditioni cum Iuliano interfuit, qui & prolixiorem hiſtoriam pollicitus erat, minus quidem elegans, ſed cum ex Liuio, & Salluſtio res nobis nunc ignotas decerpſerit, & omnē hiſtoriam Romanam breuiter ab Vrbe condita vſque ad Iuliani Principis mortē libris decem perſequatur, magni à nobis fieri debet. Is autem cum Latinè ſcripſiſſet, poſtea Græcus eſt factus à Pæania quodam, ſiue Pæanio, vt eum vocat Sigonius. Vtrāq; editionem Græcam, & Latinam emiſit Fridericus Silburgius (cui fidem Catholicam ex animo precamur) anno 1590. Francofurti, cum Notis ad eum, vti & ad reliquos ſcriptores Græcos Minores, quos cum eo coniunxit. Is autem Eutropius hiſtoriam ſuam Breuiarium inſcripſit, quem non rectè Suidas opinatus eſt fuiſſe eum, qui Liuij Decades in compendium redegit (hoc eſt Lucium Florum) qui tantum periocham li- B brorum Liuij à primo vſque ad 142. fecit, Florus autem vſque ad tempora Valentiniani & Valentis Impp.

Ceterum Eutropius, & Oroſius falſi ſunt, qui diuerſum exiſtimarunt fuiſſe prælium à Conſtantino geſtum aduerſus Licinium in Pannonia, ab illo, in quo Cybalſ pugnatum eſt. Conſtat enim firmè apud omnes unum & idem fuiſſe, & Cybalim in eadem Pannonia ciuitatem extitiſſe.

Paulus Diaconus. *Cap.* *XXXVII.*

PAulus Forolíuienſis, cognomine Vanefridus, Diaconus Ticinenſis Eccleſiæ, octo hiſtoriarum libros Eutropio addidit ab obitu Iuliani Imperatoris ad Leonis Iconomachi Conſtantinopolitani Principis Imperium, diligens in his, quæ literis man- C dauit, verum tenui, & quaſi barbara dictione, pleraque etiam dicenda omittit. vixit Caroli Magni Romani Imperatoris temporibus.

Iuſtinus, qui Trogum in Epitomen redegit. *Cap.* *XXXVIII.*

Quam multa peccauerit Iuſtinus in Hiſtoria rerum Iudaicarum.

AT quod alibi attigimus preſsè, hic planius explicandum eſt, & in uno Iuſtino qui Pio Imperatore floruit, ac Trogum in Epitomen redegit, oſtendendum, quàm mendaciter tum ij, de quibus hactenus egimus, tum alij gentiles Scriptores ſacras hiſtorias prodiderint, quales fuere Appion, Poſſidonius, & reliqui, quos aduerſus Appionem Ioſephus commemorat. Iuſtinus igitur lib. 36. breui oratione deſcribens gentis Iudæorum primordia, & incrementa, tot penè in ſua narratione errores admiſit (ut ſcitè inquit Perrerius in Danielem) quot poſuit verba. D

Falſum ex Gen. 11. & 12.

Primus fuit; quo ait originem Iudæorum eſſe ex nobiliſſima Syriæ Vrbe Damaſco; genus autem à Syriæ Regibus, & Regina Semiramide.

Falſum ibid.

Falſum ex Gene. 29. & 30. & clarius 35.

Secundus error: in Damaſco primo regnâſse Damaſcum Regem. poſt hunc Abraham, Moyſem, Iſraelem etiam ibi fuiſse Reges.

Falſum ibid. ex Gen. 40 et clarius Pſal. 104.

Tertius; Iſraeli decem fuiſse filios, quibus ille populum in decem Regna diuiſit, omnesq; ex nomine Iudæ, qui poſt diuiſionem deceſserat, Iudæos appellauit, cuius etiam ab omnibus memoriam coli iuſſit; eius autem portio omnibus aliis acceſserat.

Falsū Exo. 2. & 12 & Pſ. 104 non erat enquit in tribubus eorum infirmus.

Quartus: filiorum Iſraelis minimum natu fuiſse Ioſeph, hunc Magicas artes in Ægypto doctum, ſcientiam interpretandi, prodigia, & ſomnia, primum condidiſse.

Quintus: Huius filium fuiſse Moyſem, quem propter ſcabiem, & pruriginem, quę latè, grauiterque in Ægypto graſsabatur, Ægyptii cum omnibus ęgris, ne ea peſtis ad E plures ſerperet, Ægypto pepulerunt.

Falſum Exo. 17. & 20. Pſal. 77. 1. Cor. 10.

Sextus; Quoniam Moyſes in deſerto cum ſuis exulibus fame, ſitique fatigatus, die ſeptimo eſset eo malo releuatus, propterea ſeptimum quemlibet diem, more gentis appellatum ſabbathum, in omne æuum ieiunio ſacrauit.

Falſum, ſed propter religionem.

Exod 14. Deut. 7.

Septimus: Quoniam metu contagionis pulſos ſe Ægypto meminerant Iudæi, ne eadem cauſsa inuiſi apud incolas forent, cauerunt, ne cum peregrinis communicarent: quod ex cauſsa factum paulatim conſuetudo in diſciplinam, religionemq; conuertit.

Falſum Deuter 34. Ioſ 1.

Octauus error: *Poſt Moiſem* (ait) *et eius filius Aruas Sacerdos ſacris Aegyptijs, mox Rex creatur: ſemperq. exinde hic mos apud Iudaeos fuit, ut eoſdē, & Reges, & Sacerdotes haberent.*

Quorum

A *Quorũ iuſtitia religione permixta, incredibile, quantum coaluere.* Sed errat Iuſtinus. Nam ut iidem eſſent Principes ſeculares, & Pontifices Iudęorum, tempore Machabæorum primum fieri cœptum eſt, præſertim autem principatu Ariſtobuli, qui primus Iudaicum principatum ſummo pontificatui coniunctum in regni forma vertẽs diadema ſibi impoſuit annis poſt reuerſionẽ Iudęorũ ex Babylonica captiuitate in Iudęã 480.

Ioſephus lib. 13. Antiq.

Nonus error: *Xerxem Perſarum Regem, primum omnium domuiſſe Iudaos.* Atqui nec Xerxes Iudæis bellum intulit; quippe qui iam inde à Cyro primo Perſarum Rege, Perſico imperio ſemper fuerant ſubiecti: & plus centum quinquaginta annos ante Xerxem Chaldæorum Rex Nabuchodonoſor iam ter domuerat Iudæos, grauiq. ſubegerat, & afflixerat ſeruitute.

4. Reg. 24. & 25.

Ceterum Iuſtinus res nationum externarum poſt hominum memoriam non indi-

B ſertè enumerat, quod ad Epitomes ſcriptorem attinet, ordine tamen non ita recto. In Romanis autem rebus mira ieiunitas, atque, ut in quadam oratione apparet, odium aduerſus eos haud leue.

Ceterum poſtremò excuſus eſt auctor hac Inſcriptione. Iuſtinus Trogi Pompei hiſtoriarum Philippicarum Epitome è I. Cuiacii, & Puteani, utriuſque Pithęi, aliiſque 6. manuſcriptis codicibus, correcta multiſque ſcholijs illuſtrata. Et

Ipſe Iuſtini textus cum ſingulorum librorum breuiarijs, & notis marginalibus, nimirum.

Notę Iacobi Bongarſii, &

Prologi veteris cuiuſdam Anonymi in oẽs Iuſtini libros.

Quibus additæ exceptiones Chronologicæ ad Iuſtini hiſtorias accommodatæ.

C Item Variarum lectionum liber, eodem auctore.

In decem libros anteriores Scholia Theophili Langiferi Saxohalenſis, Vrſellis anno 1602. Sed quoniam, qui in eundem Iuſtinum commentarios addidit Victorinus Strigelius, proſcriptus eſt, & in Rom. Indice inter Auctores primæ claſſis, ideo viderint cordati Catholici, ne quid ſit in ijs unde offendantur.

Paulus Aemylius. Cap. XXXIX.

QVi Paulum Æmylium Gallorum Regum vitas ſcribentem comitem Cominæo dedit, quique cum dixit eſſe, penè vnum inter nouos, veram, & veterem viam Hiſtoriæ videntem, eamque pede firmo calcantem, vera dixit, quemadmodum & illa eum inquit. *Genus ſcribendi eius doctum, neruoſum, preſſum, ad ſubtilitatem,*

Hac Lipſius.

D *& argutias inclinans; & relinquens, defigensq; aliquid in animo ſerij lectoris. Sententias & dicta ſæpe miſcet, paria antiquis. Rerum ipſarum ſedulus ſcrutator, ſeuerus Iudex; nec legi* (inquit) *noſtro antiqui magis liber ab affectu.* In tantis tamen virtutibus videtur aliquibus, quod ſtylum parum nectat, & ſpargat, diuidatq; eum in minuta quædam membra. Deinde quòd inæqualis. Quodq; vetuſtatis neſcio quid affectet in nominibus hominum, locorum, vrbium immutandis, & in veterem formam redigendis: ſæpè tamen eruditè: Notant quod Chartierium Gallorum Cancellarium, Quadrigarium vocauerit, cum Præfectum iuris dicere potuiſset: quodque Regem Tarraconenſem, Caſtulonenſem; Ducem Gelbudenſem, qui nobis, & maioribus fuere Aragoniæ, Caſtellę, & Geldrię, aliaq; eiuſmodi pleraque. Sanè Catholicam religionem ſpirat ubique, ac nihil temerè affirmat, rumores vbique peruulgatos non omiſit; centeſimo poſt anno

Notata i Paulo Aemylio.

E cum Italus de Gallis à Ludouico Gallorum Rege adſcitus ſcripſiſset, oſtendit, id ſe ita feciſse, ut nulla vel gratia, uel odio, uel metu commoueretur.

Philippus Cominæus. Cap. XXXIX.

PHilippus Cominæus Hiſtoricus quintodecimo exeunte ſeculo, ſed cum antiquis melioribus eſt comparandus. At Io. Sleidanus, qui eum Latinum fecit ex Gallo, à nobis ſceleris accuſatus eſt, quòd, quę Cominæus de religione Catholica ſcripſerat, is ipſe Sleidanus ſuppreſſerit, aut inuerterit. Qui verò Cominæũ legendum ſuadent, modum hunc præſcribunt. Vt neq; Cominæo de laudib. Ludouici vndecimi ſcribenti, omninò aſſentiantur; ſed etiam Meierum Belgicarum rerum ſcriptorem adhibeant;

Biblioth. Selecta lib. 1. & infra.

Maior ut Belgicarum rerū ſcriptor legendus cum Cominæo.
Quid Iuſtus Lipſius de Cominæo.

neque hunc tantum, verum etiam Paulum Æmilium; propterea quòd alter plenus eſt A
laudum Ludouici: Alter eas omninò reiicit: Tertius medium ferit: At Iuſtus Lipſius cùm dicat *viſum eſſe Patrum, & noſtro æuo hiſtoriam eum commouiſſe*, ſic ait. *Scripſit eam ante annos paullo minus centum Philippus Comminæus ita laudabiliter, ut nihil verear componere eum cum quouis antiquorum. Incredibile eſt, quàm ille omnia videat, penetret, arcana conſiliorum eruat, & ſubinde inſtruat nos ſalutaribus, rariſque præceptis. Et id diffuſè Polybiano quodam exemplo. Quanquam reuera Polybium, aut talem aliquem ille nec videt. Et hoc quoque laudem eius auget, quòd tanta præſtitit, literarum omnium rudis, ſolo vſu rerum peritus, & naturali quadam iudicij bonitate. Enchiridion Principibus Cominæus eſto, dignus Alexandris omnibus, hic Philippus.*

Franciſcus Guicciardinus. *Cap. XLI.*

HIs accedit Franciſcus Guiciardinus acris iudicij vir, uti, & uſus in publicis B
rebus adminiſtrandis. Is enim cum è nobili familia eſſet natus, reſque bello, & pace geſſiſſet, Mutinæ in Gallia Ciſalpina vetuſtiſſimæ ciuitati præfuiſſet; apud Pontifices Maximos qui eius ætate uixerunt præſertim apud Leonem X. Hadrianum VI. Clementem VII. gratioſus fuiſſet, nec tamen opibus eccleſiaſticis inhiaſſet, ſuis contentus, quæ fuere mediocres, permulta noſſe potuit interiora, quæ ad maturè ſcribendam, quam ſuſcepit, Italicam ſui temporis hiſtoriam attinebant: Quamobrem hæc, & in Latinam (ſed quæ egeat expurgatione, ſicuti dicemus) & in Gallicam, & in Hiſpanicam linguas conuerſa eſt. Eius vitam qui decurrere cupiat) quod quidem faciet ad huius æui ſtatum rerumque à Guiciardino ſcriptarum ſeriem planius intelligendam) legat Remigium Florentinum religioſum virum, qui eam diligenter conſcripſit. C

Remigius Florentinus.

Ceterum tres Viri præter alios de Franciſci Guiciardini hiſtoria varium tulere iudicium Thomas Porcacius, Io. Baptiſta Leo, Iuſtus Lipſius; Illi Italicè, hic Latinè.

Thomas Porcacius.
Io. Bapt. Leo.
Iuſtus Lipſius.
Iudiciū Thomæ Porcacij de Guiciardini hiſtoria.
Pulchritudo.
Menſura.
Veritas in hiſtoria.

Et Thomas quidem Porcacius Iudicium eidem hiſtoriæ præfixit, quòd unà cum ipſo anno huius ſeculi ſeptuageſimoquarto Venetiis prodiit è Georgii Angelerii typographia: cui hiſtoriæ deinceps ad marginem vtiles ſiue collationes, ſiue adnotationes adiecit eorum, qui de iiſdem rebus hiſtoriam noſtro tempore euulgarunt. Eo in iudicio tria illa in Guiciardino agnoſcit, quæ BONO accidere Plato ſcripſit in Philebo, Pulchritudinem, Menſuram, Veritatem. Ad pulchritudinem autem ſpectare ait, quicquid primò in rationibus, mox in iudicio, in deſcriptionibus, in concionibus, in grauitate ſententiarum, in eloquentiæ varietate cernitur. Quæ omnia (inquit) non modo pulchram, verum etiam fructuoſam reddunt hiſtoriam. Ad menſuram verò, ſiue Hiſtoricam legem ſpectare, Materiæ nobilitatem, Delectum memorabilem, Notitiam rerum interiorem, Indicationem iudicij ad docendos, & permouendos legentium animos, Reprehenſionem opportunam, Laudationem mediocrem, Iudicium acre, Adminiſtrationem Rerumpublicarum, Memoriam tenacem, Diuiſionem aptā, Argumenta ſolida, Tractationem moralium, & politicarum rerum, quantum ſatis ſit, Deſcriptionem item appoſitam munitionum, atque naturæ locorum; Quæ cuncta dignitatem (ait) Hiſtorico, ac maieſtatem concilient. Ad Veritatem denique ait attinere veracem, & integram eorum narrationem, quæ contigere. Hæc igitur ex Guiciardini Hiſtoriæ partibus cum copioſè comprobare Porcacius ſtuduiſſet, eandem à quorundam iudiciis vindicare conatus eſt, qui nimium affectū, ſiue alia in hoc Hiſtorico obſeruanda eſſe exiſtimarunt. D E

At Io. Baptiſta Leo, ann. 1583. per Iolitos typographos Venetiis librum de eadem Hiſtoria emiſit, quem conſiderationes de Italica Franciſci Guiciardini Hiſtoria inſcripſit. iis autem conſiderationibus, quas in quinque libellos redegit, pleraque notat in Guiciardino, in quibus Veritatem, aut minorem aduerſus aliquos affectum deſiderat, quæ quoniam obuia ſunt legere volentibus, non eſt cur huc inſeram.

Iuſtus Lipſ. in Notis ad 1. lib Pol. in cap. 9.

Deniq; Iuſtus Lipſius ſummum Hiſtoricū inter noſtros dicit, inter veteres mediocrem: quin & prudentē, peritumq; ſcriptorē agnoſcit, & qui tales ſui lectores faciat. liberū item & veracē, ab affectibus immunem, ſi tamen (ſubdit) ab odio. Sententias autē bonas, vtileſq; inſerentē, ſed parum aſtrictas. Vitia duo propria (inquit) huius gui

A non effugientem. Quòd & iuſto longior ſit, & Quòd minutiſſima quæque narret, parum ex lege, aut dignitate Hiſtoriæ. quæ, vt lib. 26. Ammianus ait, *diſcurrere per negotiorum celſitudines aſſueta, non humilium minutias indagare cauſſarum*. Sed nec orationes eius ſatis (ait) vegetę mihi, aut caſtigatæ. Languent ſępè, aut ſolutæ vagantur. Et hæc quidem tres ij viri. In reliquis autem, quando Hiſtoricorum lectoribus cordi debet eſſe potiſſimum, nihil vt ex ijs hauriant, quo conſcientiam lædant, optandum eſt ne in Guiciardini lectione impingant in id, quod vel in ipſis Ethnicis Hiſtoricis cauendum eſſe monſtrauimus ſupra. Fato enim, atque fortunæ, quę nihil eſt, ſępè tribuit exitus bellorum, ac Regnorum conuerſiones. Quod etſi loquendi conſuetudine potius, quàm mentis errore factum à viro alioquin pio crediderim, facile tamen hæc labes hæret in animis eorum, qui iſta legentes haud facilè Diuinam proui-
B dentiam à Fortuna ſecernunt, aut adeo ignorant, quid inter conſilium, atque ſententiam Theologi cordatiſſimè docēt; quemadmodum item Ethnici ignorarunt (inquit S. Auguſtinus) fatum nihil aliud eſſe intelligendum, quam SANCTIONEM, & VOCEM DIVINÆ MENTIS. *Lib. 5. de Ciu. Dei c. 9.* Porrò æquiſſima lance Deus omnia pendit; ac ipſe eſt Deus exercituum, qui victorias præbet, cum ipſum ſibi Ducem prę ponētes, ſub Chriſti uexillo, fortiter, caſtè, fideliter pręlia Domini milites præliantur. Quoniam verò hæc, de qua diximus, Franciſci Guiciardini Hiſtoria ex Hetruſca in Latinam Linguam à Cælio Veleurione Hæretico haud omninò rectè conuerſa eſt; propterea verſio illa à ſancta Apoſtolica Sede in nouiſſimo Clementis Octaui Pontificis maximi Indice prohibita eſt donec expurgetur.

C *Paulus Iouius. Cap. XLII.*

DE Paulo Iouio longior non fuero, quod & idem ipſe Lipſius eodem in loco, quo de Guiciardino egit, paucis, (at ſatis) iudicium tulerit ſuum. In eo uerò cum aliqua deſideret, ſtylo tamen bono, grauemque eſſe, & plane ad hiſtoriam agnoſcit; laudandum item, & legendum ob variam rerum ſeriem, quas redegit compoſitè, & dilucidè in unum hiſtorię corpus.

De Carolo Sigonio, Martino Chromero, Onuphrio Panuinio, & alijs inſignibus Viris. Cap. XLIII.

DE Carolo Sigonio, qui magnis ingenij dotibus viguit, ac de Republica literaria meritus eſt optimè, quique hiſtoricos libros, præter alios, nobis reli-
D quit, plura dici hic poſſent: ſed cum paſſim hoc in Opere, mentio ipſius facienda fuerit (pręſertim autem ſecundo capite ſequentis quintę Sectionis, hoc eſt, poſt vnam vel alteram paginam) propterea eò amandamus Lectorem.

De Martino autem Chromero Epiſcopo Varmienſi, qui de rebus Polonorum, ac de eorumdem Republica, vti & aliqua aduerſus Hæreticos ſcripſit acuratiſſimè, ac quidem hiſtorico, & eleganti ſtylo, pauca hęc dicere ſat fuerit. Virum nempè illum fuiſſe in negotijs, & legationibus, ac denique in functionibus Epiſcopalibus verſatum. Qui cum à ſecretis Polonię Regis Sigiſmundi fuiſset, Archiuaque Regia, & qui de ijſdem rebus ſcripſiſsent, perdiligenter euoluiſset, Hiſtoriam ab initio illius Regni vſque ad ſua tempora perduxit, additis multis, quę ad finitimas eius Regni nobiliſſimi gentes pertinebant, puta Moſcos, Tartaros, Prutenos, Germanos, & alios.

E Sed de Onuphrio Panuinio plurimę lectionis, vti & laboris, ac ſcriptionis homine, ſuperſedemus hic loqui, quod in Sacro Apparatu noſtro id erit pręſtandum. Nam & cur liber eius de Pontificum Vitis, atque alij lima & emendatione indiguerint, tum dicetur.

Ceterum de Baptiſta Egnatio uix aliquid huc adtexere voluimus, quòd & ſi eius labor, & conatus in hiſtoria fuit commendandus, homines tamen noſtri qui Romanā hiſtoriam planius illuſtrarunt, is autem (quod & Baronius Card. teſtatus eſt) vbi Romanam ſuſcepit hiſtoriam illuſtrandam tenebris offudit, lib. 1. Rom. Principum, ubi agit de Roma ab Alarico obſeſsa. Vide To: V. Baronij ſub ann. Do. 410. nonum autem Innocentij Pont. Max.

 A

Io. Petrus Maffæus. Cap. XLIIII.

Horatius Torſellinus Societatis Ieſu.

DE Io. Petri Maffæi hiſtoria certum eſt id uerè poſſe dici, quod de eximijs hoc in genere ſcriptionis auctoribus dictum eſt. At in eo potiſſimum excellit, quod Chriſtianam texuit hiſtoriam omnium clariſſimam, nempè Orientalem Indicam cum geſtis Luſitanorum, qui maxima vt fortitudine, ſic pietate ingentes illos noui penè Orbis tractus CHRISTO, ſuiſque Regibus ſubiecerunt. Porrò idem iuſto Volumini Maffæus addidit tamquam appendicem Acta Franciſci Xauerij Viri admirabilis, qui primus è noſtris in Iaponios, & Sinas lucem Euāgelij intulit. Cuius Xauerij Vitam, literaſque Horatius Torſellinus fuſius; ac ſtylo accurato eſt perſecutus. Et quod ad Maffæi pertinet hiſtoriam; in ea dictio elegans, & lima ta eſt. Veritas rerum, quam & labore, & magnis itineribus in Luſitaniam uſque ſuſceptis potuit ex interioribus Archiuis eruere. Viuidum iudicium, & quidem ad pietatem, quæ ad omnia vtilis eſt. Diſpoſitio rerum apta. Difficillimarum rerum, ſiue item machinarum, & locorum deſcriptio perſpicua, vti & accurata; cui hiſtoriæ, qui Indicas Epiſtolas noſtrorum, eaſque præſertim, quas hic ipſe Maffæus Latinas fecit, adiunget; ſimulque vitas Ignatij Loyolæ, Iacobi Lainez, Franciſci Borgiæ, trium Societatis Ieſu Præpoſitorum, quas Petrus Ribadeneyra conſcripſit; ſicuti & Maffæus Ignatij, atque Andreas Scotus Franciſci Borgię Vitas edidere, cauſſas, & occaſiones expeditionis noſtrorum ad Indias, ac pleraque alia, quæ ad religionem attinent, liquidius intelliget. B

Ignatius Loyola fundator Soc. Ieſu.
Iacobus Lainez.
Petrus Ribadeneyra.
Andreas Scotus.

Iacobus Boſius. Cap. XLV.

HIſtoriam ſacri ordinis militaris S. Ioannis Hieroſolymitani plures attentarunt, ſi qua ratione pro dignitate conſcriberent. Alij verò partem aliquam ipſius cū laude conſcripſerunt. Sed Iacobus Boſius poſtremus omnium id accuratè præſtitit, qui, & anno 1594. è Vaticana, & Apoſtolica officina primam, & ſecundam hiſtoriæ ſuę partes Italice ſcriptas emiſit in lucem. Sanè (quod ille teſtatur ingenuè) diligentia fratris ſui Othonis Equitis Rhodij, atque Ordinis ſui Procancellarij adiutus, plurima ex archiuis, & monumentis alijs collegit, quæ ad operis ipſius Hiſtorici abſolutionem facere potuere. Quod in quattuor partes cum diſtribuiſſet, egit in prima de origine, progreſſu, & geſtis ſacri illius Hieroſolymitani ordinis ad id vſque tempus, quo ex Iudæa, Syria ve, quę Terra Sancta dicitur, expulſa eſt, quamuis defuerint, qui initio, Ordinis illius, res geſtas ab Equitibus ſacris poſteritati mandaſſent. In ſecunda uerò de iis, quæ contigere quouſque ex Inſula Rhodo à Turcis expugnata eiecti ſunt. In tertia acturum ſe pollicetur de aliis, quę poſtea ab iiſdem geſta ſunt uſque ad fugatam Turcicam Claſſem ab Inſula Melita, nouamque in ea Ciuitatem extructam quam Valettam appellarunt. In quarta, quæ ad hæc uſque tempora euenerint. C D

Otho Boſius.

Qui autem olim de Equitum Rhodiorum, ſiue militum ſancti Ioan. Hieroſolymitani geſtis ſcripſere, hi fuerunt. Melchior Bandinus eiuſdem ordinis Cancellarius, & Eques, ſed ipſius hiſtoria interiit. Gulielmus Cadurcenſis Procancellarius eiuſdem ordinis, qui ſuis quibuſdam commentariis de obſidione Rhodi ſcripſit. Quod quidem bellum Gallicè, ac breuiſſimè Iacobus Borbonius in Gallia eiuſdem ordinis Prior, Latinè autem Iacobus Fontanus appellationum in eadem Inſula Iudex nobis reliquere: quemadmodum deinceps Nicolaus Villagagno Eques & ipſe Rhodius peꝛelegantier Latino idiomate ad Carolum V. Cæſarem obſidionem, & expugnationem Tripolis editam miſit. Antonius uerò Geoffredus, ſiue Goffredus, cui cognomen Viuadiera, Eques Rhodius, cum mandato Ordinis ſui fuiſſet orſus hiſtoriam Ordinis ſui conſcribere, (quę tamen non exiat) moriens non potuit in ea progredi: cum tamen Vaticanam in Vrbe Bibliothecam inuiſens, plura memoratu digna, & ad hiſtoriam hanc ſpectantia collegerit, quę ad Iacobum Boſium peruenerunt. Antonius verò Ioannes, Hiſpanus, Hiſpanica lingua uniuerſam Ordinis ſui (nam ipſe quoque fuit Eques Rhodius) vſque ad ſua tempora hiſtoriam diligentius texuit, quàm catenus fuiſſet factum, ſed & alii bellum Melitenſe noſtra ętate ſcripſerunt; cum deniq; eiuſdem Ordinis decreto id iam ſcribendi munus Iacubo Boſio delatum eſt, atque ab E

Melchior Bandinus.
Gulielmus Caduercenſis.
Iacobus Borbonius.
Iacob. Fontan.
Nicolaus Villagano.
Antonius Goff. ed Viuadiera dictus.
Antonius Fonanus.

eo ſic

A eo ſic ad effectum perductum, vt inter bonos, ingenuos, prudentes, ac (quod verè dicendum eſt) inter pios hiſtoricos connumerari debeat: vt tum Equites ij, tum nobiles quique Chriſtiani, qui pro Chriſto, ac fide Catholica ſerio pugnare voluerint, vberem ex hac hiſtoria fructum, ac ſtimulum ad virtutem ſint capturi.

Neque verò me latet, quid alij ſuis hiſtorijs magis vniuerſalibus de eiuſdem Ordinis geſtis perſcripſere, ſiue Archiepiſcopus Tyri, ſiue Paulus Aemilius de Vitis Gallorum Regum, ſiue Paullus Iouius, & alij: Quos omnes cum Iacobus Boſius perlegere potuerit, atque expenderit, iacturam temporis ſuſtulit, quòd in alijs decurrendis tereretur. *Archiepiſcopus Tyri.*

Iam cum Torquatus Taxus Poemate Italico ac quidem perpolito Hieroſolymam recuperatam cecinerit, poſtrema eius editio emendatior additis eiuſdem Scholijs legenda præ alijs erit. *Torquatus Taxus.*

B

Hieronymus Rubeus. Cap. XLVI.

Hieronymus Rubeus vir nobilis, doctus, ac perdiligens hiſtoriarum Rauennatium libros decem ediderat, cum eos altera editione anno 1589. libro vndecimo auxit, quæ prodiit Venetijs ex typographia Guerræa.

Addidit Indicem ſcripturarum, quæ in tabulario, ſeu Archiuo Romano habentur, ſpectantium ad Archiepiſcopatum, Eccleſiamque Rauennatem. Quibus priuilegia Pontificum, & Imperatorum, & Iura quarundam Ciuitatum, ſiue oppidorum cernuntur. Deinde Concilia Rauennatum Prouincialia quattuor antiqua. Præterea Hymnos

C B. Petri Damiani Rauennatis S.R.E. Cardinalis epiſcopi Oſtienſis ad cœlites quoſdam Rauennates; Litanias item conuentus Presbyterorum Parochialium Ciuitatis Rauennæ, è Græca in Latinam linguam conuerſas. Indicem Archiepiſcoporum Rauennatium. Picturas duas antiquas, & earum expoſitionem; quæ extant in duob. Templis Rauennæ, Iuſtiniani tempore, expreſſas opere teſſellato, ſiue vt vulgo aiunt, muſiuo, vel moſaico.

Sanè verò cum vetuſtiſſimis euoluendis libris, ac temporibus conciliandis, reiq. tandem omni tractandæ operam (quod & ipſe teſtatur) omnem dediſſet; Martyrum etiam, atque aliorum ſanctorum virorum geſta interſeruit; vt tum hoc nomine, tum ob Prouincialium Conciliorum, & eorum, quæ dicta ſunt appendices, locum, & in hoc libro, & in Sacro noſtro Apparatu habere debuiſſe nemini non viſurus ſit.

D Quòd ſi hiſtoria hæc conferatur cum Annalibus Cæſarii Baronii Cardinalis, vbi de iiſdem rebus ab vtroque ſcriptum eſt, liquidior lux haurietur: atque in quibus reb. expenſio aliqua integrior adhibenda ſit, intelligetur. Vterque enim vt antiquitatis peruestigator eſt ſedulus, ac temporum collator eximius, ſic nonnulla ſubinde obſeruarunt, quę totum huius hiſtorię negotium maximè illuſtrant.

Scripſit Latina lingua eleganter, ac qui pro rerum variarum ſtatu, quas ſuſcepit ſcribendas, poſſit inter meliores Hiſtoriographos cenſeri.

Cæſar Baronius S. R. E. Cardinalis. Cap. XLVII.

Cæſar Baronius Soranus, primò Sacerdos Congregationis Oratorii Romæ, deinde à Clemente Octauo Pont. Max. in numerum Cardinalium S.R.E. cooptatus,

E Martyrologium, & Annales Eccleſiaſticos ſcripſit, illud hortatu Gregorii XIII. Pont. Maximi, hos vrgente Eccleſię neceſſitate, ac Deo ipſo, vt piè licet cõiicere, impellente. Quippe delatum aliis negotium de Eccleſiaſtica hiſtoria ſcribenda, cum haud ſucceſſiſſet, Baronius denique qui in eam ſcriptionem à pueritia propẽſus erat, feliciter aggreſſus, magno labore, ac ſyncero, & verè Chriſtiano dicendi genere, quod ab omni fuco, & fallaciis abeſt, plures iam tomos eiuſdem hiſtorię emiſit in lucem. Porrò ea fuit Eccleſię neceſſitas, quòd hęretici, prętérquam quòd ipſi Diui ſi verbum, ſic antiquas hiſtorias peruerterant, aut aboleuerant, Centurias quoque ab Eccleſia naſcente vſque ad pleraque ſecula conſarcinauerant, vnde expugnari traditio-

num

num veritatem poſſe ſperabant. Contra quas centurias profuere quidem plurimum A
Virorum doctiſſimorum ſcripta, ſed in primis earum iugulum petiit Annalium Baronij ſcriptio. Quorum aliqua pręſtat huc adtexere, vt cum varia eorum vtilitas conſtet, tantò libentius quiſque eam arripiat.

Apoſtolicas enim traditiones, & ritus Eccleſiaſticos legitimos explanauit, explanatos conſtituit, atque illuſtrauit paſſim, vbi ſe dedit occaſio. Synodos pleraſque, quæ erant abditæ, aut de quibus ob præpoſterum ordinem, vel altum ſilentium dubia erat fides, accuratiſsimè conquiſiuit, & quaſi rediuiuas fecit. Sacros Canones plures quidem è denſis latebris eruit, & ſic eruit, vt paſſim opportunè doceat, qui germani, qui ſpurij, qua pietate obſeruandi, quantum Cæſareo iuri præſtent. Vt Anaſtaſius Germonius Vrbini Ducis apud Clementem VIII. Pont. Max. Orator, idemque vtriuſque Signaturæ Referendarius interrogatus ecquid de Baronij Annalibus ſentiret, reſpondẹ B
rit. *Ego vero Baronianam hiſtoriam, quaſi cæleſtem facem ſuſpicio; atque oblatam nobis lucem cupidiſsimè intueor: Interdum etiam Auctorem ipſum in arcanis Pontificum, & Conciliorum Actis conſulo perſtudioſè.* Sic quidem Germonius, qui antea Canones ſacros Auguſtæ Taurinorum multos annos ingenti cum laude docuit, & perelegantibus, ac perdoctis Commentarijs eſt interpretatus. At præter hæc Baronius ponit ob oculos martyrum geſta, labores, victorias; cibum vtique fulciendis viribus piorum, vt & fidem Chriſti Domini tueantur, & præcepta, & conſilia pro ſua quiſque vocatione ſeruet, ac demum impauidus ad coronas æternas aduolet. Quin & non defuit, qui ex Melchioris Cani Locis Cõmunibus Theologicis oſtendit ab Annalibus Baronij poſſe comparari plurima, quæ ad Theologum (vt ita dicam) eſtimandum ſpectent, quę in alijs diſiecta, vel lacera, vel adeo pugnantia, vel ambigua in vnum veluti corpus ac- C
curatè examinata redegit, fortunus à Domino Ieſu. Diuinum donum, bonam Valetudinem, ſpatium temporis diuturnum, quo Romæ integris viribus vixit. Quadraginta enim totos annos in hunc laborem impendit, cum decem iam Tomos eiuſdem hiſtoriæ ediderit & quidem nouiſſimè à ſe recenſitos, quibus reliquos pergit adiungere.

Ad Martyrologium autem Romanum quod attinet, quodque in primis illuſtrauit ſcholiis, quique labor optimè ab eo eſt poſitus, ferunt ſtudioſi editionem, quæ Antuerpiæ facta eſt etſi typographi emendatiorem eſſe in Operis fronte teſtati ſunt, nõ fuiſſe tamen pro tali ab eo agnitam, quare & quæ in Martyrologii editionibus qualibuſcumque variatio aliqua reperitur, monuit ingenuè eam ad Annalium normam eſſe corrigendam. D

Marcus Velſerus. Cap. XLVIII.

AT. Marci Velſeri Matthæi F. hiſtoria rerum Auguſtanarum venit ad manus meas integra ſerius quàm cupieram. Quam attentè legens atque perpendens non ſolum Germanicis, verum etiam Romanis rebus, præſertim Coloniis pernoſcendis perutilem ſi quis neget, maximè errauerit. Dictio Romanam dignitatem, ſine vllis ambagibus ſapiens. Nil in ea turgidum: nil laxum: ſi qua in re immoratur, id ad rem ſolidè explicandam facit. Hiſtoricorum porro lapſus (Auentini præſertim) planiſſimè teregit. Quòd ſi reliqui hiſtorici (dicam fidenter) etiam antiqui celebriores adeo accuratè cum geſtorum ipſorum narratione chronographicas tabulas rectè delineatas, & antiqua monumenta ſiue nummorum, ſiue marmorum, & In- E
ſcriptionum antiquarum coniunxiſſent, non ita fuiſſet ſequentibus ſeculis laboratũ. Quin & ſemel perſpecta memorię tenacius inhæſiſſent, eadem autem opera ingens eruditis ingeniis ſupellex veterum notitiæ rerum acceſſiſſet. Venetiis autem hæc Latina hiſtoria cuſa eſt anno 1594. apud Aldum Paulli F.

Ea verò res Auguſtanas, & Ræticas per quingentos quinquaginta annos à Colonia Auguſta deducta continet, quib. paruit Romanis, & Gothis, donec denique ſub Francorum Imperium, ditionemq; recidit, ſed & nouiſſimè Hiſtoriam Boicarum rerũ è Typographia Auguſtana edidit, tanto dignam ingenio, de qua vbi de Bauaricis Hiſtoricis agetur, erit aliquid dicendum.

A

Vincentius Burginus. Cap. XLIX.

VIncentius Burginus Florentinus Ordinis D. Benedicti, at denique Prior eius pij, atque opulenti Loci Florentiæ, qui dicitur, Innocentium, ſcripſit ſuo idiomate Opuſcula quædam, quorum prima pars, anno 1584. ſecunda anno 1585. prodijt è typographia Philippi, & Iacobi Iuntarum, Florentiæ.

In prima parte continentur, Opuſculum primum, De Origine Ciuitatis Florentię. Secundum, De Ciuitate Feſulanum. Tertium, De Ethruria, & huius prouinciæ Ciuitatibus. Quartum, De Municipijs, ac Colonijs Romanis. Quintum, De Colonijs Latinis. Sextum, De colonijs militaribus. Septimum, De Faſtis Romanorum, deque ratione Annorum citandorum. (Harp. vbi de Geographis.)

B In ſecunda parte extat.

Primum, De Familijs Florentinis, Secundum. De pecunia, ſeu moneta Florentina.

Tertium, Num Florentia fuerit euerſa ab Attila, & à Carolo Magno inſtaurata.

Quartum, Num libertatem redemerit à Rodulpho I. Imp. Quintum, De Eccleſia, & Epiſcopis Florentinæ Ciuitatis.

Dictio pura eſt, ac ſine fuco, vt hodieque perlegatur à cordatoribus auidius, quàm vel ipſe Boccacij Decamero. Ratio ſcribendi, ac methodus exquiſita: vtilis autem noſcendis non tam Ethnicæ, quam Romanæ hiſtoriæ rebus. Et legentium mentes eo per lecto conquieſcunt: ſic enim plerique ſoluuntur nodi, ea nimirum perſpicuitate, atque diligentia, vt quantęlibet obiectiones euaneſcunt, cum primum ab eo diſcuſſę ſunt; neque verò vllam omittit, quin ad amuſſim ſua cum omni periſtaſi perpendat.

C Quia in re, cum interdum videatur prolixior, denique tamen intelligitur ea prolixitas fuiſſe neceſſaria ad veritatem liquido pernoſcendam. Porrò iudicium de alijs ſcriptoribus ita fert candidè, vt cum nullum alios carpendi promat iudicium, ſolo veritatis ſtudio adductus videatur, qui de ijs, quę prorſus dicenda eſſent, loqueretur. De Maleſpino, De Villano, De Leonardo Aretino, De Volaterrano, qui Florentinam, & Hetturiæ hiſtoriam texuerunt, magna ex hoc Auctore lux hauritur. Nam dilucidè oſtendit in pleriſque eos aberraſſe à ſcopo, dum aut quę vulgò à maioribus acceperāt, aut aliorum narrationes minus ſolidis nixas fundamentis ſunt ſecuti. Neque adeo horum duntaxat ſcripta examinat, ſed Plinij quoque ſenioris, Ptolemęi Geographi, in quo plura notat, Flori, Frontini, ſiue Mipſi Agrimenſoris, & aliorum: id quod & de an-

D tiquis marmoribus, atque inſcriptionibus facit appoſitè ac pereruditè. Quamobrem non mentiar, opinor, ſi eum inter primos rerum hiſtoricorum huius ſcriptores adnumerem.

Barnabas Briſſonius, Papirius Maſſonus Ioannes Mariana, & alij einſmodi inſignes Hiſtorici. Caput L.

AT, quoniam longior fieret noſtra narratio, ſi celebres quoſque Hiſtoricos huc adtexeremus, ideo ſat fuerit de pleriſque alijs dictum à nobis fuiſſe in ſequentibus ſectionibus, nimirum de Barnaba Briſſonio V. C. vbi de

E Perſicis; De Papirio Maſſono cuius peracre iudicium, & ſcriptio caſta, vbi de Gallicis; De Ioanne noſtro Mariana, vbi de Hiſpanicis Scriptoribus eſt actum; cum & de his duobus poſtremis etiam in Apparatu Sacro ſit actum.

SECTIO QVARTA,

DE HISTORICIS, VEL SVPPOSITITIIS, vel non veracibus.

De Beroſo, Metaſthene, Philone, de temporibus, ac de Annio, deque alijs, qui circumferuntur, quid ſentiendum, quidve in ijs cauendum ſit. Caput I.

NE quem autem fallat aliorum, qui ſuppoſititij fuere, Hiſtoricorum nomina, & libri, atque in primis Beroſi, qui non ita multos ante annos, erutus in lucem, præſtantibus etiam viris impoſuit; eò magis hoc loco dicendum eſt, quòd quamuis legitimos Beroſi partus, vnà cum aliis interiiſſe, certum ſit, non deſunt tamen, qui Beroſi iſtius ſuppoſititij, vti & reliquam Annij Viterbienſis lectionem, Diuinæ hiſtoriæ percipiendæ, licet à ſeipſis commentitiam habitam, exiſtiment vtilem: quippe moti aliorum quorundam, & verò (ſi Deo placet) etiam Dauidis Chytræi hæretici verbis, qui cum de lectione hiſtoriæ inſtituendæ hinc inde varia corrogaſſet, Catholicis auctorib. qui hac de re magna cum laude egerunt, imprudenter adiunctus eſt à typographis, nec agnitus, vt hæreticus. B

Volater. lib. 14. Anthropologia. Res igitur, vt liqueat, quando Raphael Volaterranus, Ludouicus Viues, Blondus Forolíuienſis, Ioãnes Vergara, Melchior Canus, Benedictus Pererius, & alii, per quos *L. Viues lib. 5. de trad. diſc.* veritas hæc innotuit, haud ſemper haberi potuerunt ad manus, ſciendum eſt, Annium Viterbienſem, cuius opera Beroſus, & alij auctores ementito nomine, vel prodierunt, *Blondus in ſua Italia.* vel ad eam formam ſcripti ſunt, Chronographiæ, ex qua temporum, & hiſtoriarũ om- *Io. Vergara in bel. de 1. 9.* nium certitudo pendet, peſſimè conſuluiſſe. Sic enim doctiſſimi alioquin viri, & in *Melchior Canus l. 11. de Locis Theologicis.* fide Catholicâ conſtantiſſimi, qui factum hoc ignorauerant, decepti ſunt, Ioãnes Driedo, Nauclerus, Valerius Anſelmus, Ioannes Lucidus, Michael Medina, Sixtus Senenſis, & reliqui: ne quid dicam de Ioanne Bohemo Aubano Teutonico, qui cum breui *Bened. Perer. in Danielem.* compendio gentium omnium mores, leges, & ritus collegiſſet, ac propterea verſetur à multis, ut inde quoque plures mutuauerint, quę ſcriptis mandarunt; hac in re pręter alias eſſet expurgandus. C

Et vetus quidem Beroſus vſque ad Cyrum, qui poſt bellum Troianum plus ſexcentis annis vixit, hiſtoriam ſuam texuit. At hic alter Annij res geſtas Aſſyriorũ, & Chaldęorum perducit ad ipſum duntaxat Regni Troiani exordium, nempe ad decimum o- *Ioſephus aduerſus Appionem.* ctauum Aſſyriorum Regem Danai ſyncllronum, qui primus Troię Regnauit. Rurſus Beroſi veri de Chaldaicis rebus tres libri extabant, Ioſepho teſte: huius vero alterius Beroſi vnus tantum apparet de Aſſyriorum Hiſtoria: Metaſtheni quoque hiſtorico alteri conficto ab Annio adueſatur, cum ab eo dicatur, Beroſum hiſtoriam Regũ Aſſyriorum profecutum uſq; ad Sardanapalum, qui fuit poſtremus illius Monarchię Rex: ut mendacem oportuiſſe memorem eſſe nemo non uideat. D

Annius in exordio libri Metaſthenis. Plura adhuc in Metaſthene ſupponendo peccaſſe Annium conſtat, quando lapſus eſt etiam in ipſo nomine. Metaſthenem enim uocat uniuerſę ignotum Antiquitati: cum Strabo, Plinius, Solinus, Ioſephus, Euſebius, Hyeronymus, Megaſthenem rerum Indicarum ſcriptorem ſæpè citauerint; hunc uerò Metaſthenem de rebus Perſicis ſcribentem, numquam. Lapſus eſt item Annius in Chronographia. Et uerò in percenſendis priſcis hiſtoricis, atque adeo Eccleſię Patribus, uidetur ſuo nimium conceſſiſſe judicio, aut (dicam quod res eſt) audacię. nam poſt Herodotum, Iuſtinum, Ioſephum, reiicit quoque Clementem Alexandrinum, Iulium Africanum, Euſebium, Hieronymum, Oroſium, Bedam, & alios uiros oculatos, quorum aliqui fuere quoque ſancti. In exordio autem Metaſthenis, quod Annius pręſcripſit, in Monarchia Perſarum, *Cteſias Gnidius.* ſolos Metaſthenem, & Cteſiam Gnidium, uti ueraces, eſſe ſequendos, uerum non eſt. E

Quin

Quin Diodorus Siculus Cteſiam potiſſimum in hiſtoria Regum Perſidis ſectatus, &
A cum Herodoto, Thucydide, Iuſtino congruens, omnino à ſpurio iſto Annij Metaſthe-
ne diſcrepat. Adiecit autem auctores illos contra fidem omnem publicam ſcripſiſ-
ſe, Babylonem captam eſſe, à Dario Medo aliquot annis poſt Cyri mortem, cum con-
ſtet oppugnatam à Cyro, & Dario Medo ante Iudaicæ captiuitatis ſolutionem. Ne-
que verò Annius iſte, aut legit; aut, ſi legit, cogitare voluit, ab Herodoto, & Iuſtino *Herodot.lib.1.*
narrari bis à Cyro, & Dario captam eſſe Babylonem, prius à Cyro, poſt quàm ipſa de-
feciſſet à Perſarum imperio, atque à Dario, non Medo, ſed Hyſtaſpi quarto Perſarum
Rege. Accedit error Anniani Metaſthenis laudantis Beroſum in hiſtoria Chaldæo-
rum & Aſſyriorum Regum, ac tamen ipſi Beroſo de rebus ijs planè contraria dicen-
tis. Tradit enim, Nabuchodonoſorum regnaſſe quadraginta quinque annos; Euil-
merodachum triginta; Nigliſſarem, ſeu Negaſſarem, tres; Laboſardachum ſex; Bal-
B thaſarem quinque: At verus Beroſus longe ſecus annos iſtorum Regum digeſſit, qui *Beroſus apud Ioſeph. lib. 1. aduerſus Appionem.*
tribuerit Nabuchodonoſoro quadraginta tres annos; Euilmerodacho duos; Negliſſa-
ri quattuor; Laboſardacho nouem menſes; Balthaſari, ſiue (vt ipſe nominat) Naboni-
do ſeptemdecim annos. Ceterum ex eo clariſſimè liquet, iſtum Metaſthenem eſſe to-
tum commentitium, & cui nullatenus credendum ſit, quòd in Monarchia Perſarum
ab omnibus Græcis, & Latinis melioris notę Scriptoribus maximè diſcrepat in Regũ
Perſidis numero, annis, nominibus, rebus geſtis; denique in ipſius monarchiæ diutur-
nitate. Nam cum ex omnibus hiſtorijs Gręcis, & Latinis, vt ſupra confirmat Hiero- *Hieron. ſuper 7. & 11. Danielis.*
nymus, exploratiſſimum ſit, à Cyro vſque ad Alexandrum Magnum quattuordecim
fuiſſe Reges Perſarum, eamque Monarchiam ad triginta, & ducentos annos ſtetiſſe;
iſte Annianus Metaſthenes octo duntaxat Reges enumerat, nec plures vno, & nona-
C ginta, centumque annis Imperium Perſarum duraſſe affirmat.

Ergo Metaſthenes iſte commentitius Auctores facit, & fundatores Perſicæ Monar-
chiæ Cyrum, & Darium Medum fratres; qui conſtituta monarchia, ſimul regnarunt
duobus annis. Deinde (inquit) Cyrus, mortuo Dario, ſolus regnauit viginti duobus
annis: poſt Cyrum Priſcus Artaxerxes filius Darij Medi, viginti annis; quarto loco
poſt Cyrum regnauit Darius Nothus, annos decem, & nouem; quinto loco regnauit
Artaxerxes Darius Mnemon annis quinquaginta ſex: ſexto loco Artaxerxes Ochus,
viginti ſex: ſeptimus Rex Arſes, quattuor annos potitus imperio: octauus, & poſtre-
mus Rex fuit Darius, qui ſex annis regnauit, & victus eſt ab Alexandro. In quo Cata-
logo Regum Perſidis, præter hæc, quæ dicta ſunt, prętermittit tres Reges Perſarum,
Cambyſem, Darium Hiſtaſpis, & Xerxem, (qui fuit Gręciæ terror, ob magnitudinẽ,
D & diuturnitatem Imperij, celebritatem rerum geſtarum, multitudinem, & claritatem
ſcriptorum, qui de illo prodiderunt) omnibus notiſſimos, ac teſtatiſſimos. Negare au-
tem (inquit Pererius, qui poſt Canum, & alios diligentiſſimè hæc collegit) hoſce fuiſ-
ſe Reges Perſidis, ſimile eſt, ac ſi quis negaret, Iulium Cæſarem, Octauianum, Augu-
ſtum, & Liberium fuiſſe Imperatores Romanorum, pręſertim verò cum de illis Regi-
bus ſcripſerint viciniſſimi eorum temporibus: ſi quidem Herodotus ſcripſit non ſo-
lum de Cambyſe, & Dario Hyſtaſpis, ſed etiam de Xerxe, cuius tempore (vt refert *Diodor. lib. 3.*
Diodorus) claruit ipſe; præterea Thucydides, qui ſuperfuit Herodoto. Alter error eſt,
ſucceſſorem Cyri facere Priſcum Artaxerxem Aſſuerum filium Darij Medi; cum nec
vllus Rex Perſarum eius nominis memoretur ab vllo veterum; & Darium Medum,
qui Ciaxares nominatur à Xenophonte, conſtet apud omnes caruiſſe filio, & ab om-
E nibus hiſtoricis proditum ſit, Cyro in Regno proximè non alium niſi Cambyſem ip-
ſius filium ſucceſſiſſe.

In Manethone quoque prorſus cęcutiuit Annius. Quem enim hic edidit, is ſcripſit *Manethon.*
multo ſecus de rebus Aegyptijs, quam Manethon verus, cuius longam recitat oratio-
nem Ioſephus. præterquam quòd Annianus Manetho à Danao vſque ad cladem Tro- *Ioſeph lib. 1. adu. Appionem.*
ianam paulo plures triginta ſupra trecentos annos enumerat; cum Ioſephus ex vero
Manethone à Danao vſque ad excidium Troiæ ſexcentos ferme annos effluxiſſe com-
memoret.

Tantò verò, præter iſtos ſuppoſititios hiſtoricos, declinandus eſt magis Philo, quę *Philo de temporib. cur declinandus.*

Annius de temporibus Breuiarium ſcribentem fecit, quantò cum alijs mendacijs di- A
uinæ hiſtoriæ planiſſimè aduerſatur. Mendacia illa notauit inter alios Canus. Titũ
enim Liuium (ait) publicos Monarchiæ Romanæ Annales ſecutum eſſe, ac Philonem
Canus lib. 11. de locis Theolog. cap. 6.
Liuij inſtitiſſe veſtigijs, ſcribit: vbi multum omninò de gradu Philonem ſuum deijcit:
qui ſi publicos omnium Monarchiarum Annales habuit, vt paulo ante Annius dixe-
rat, imprudenter ſanè, ac leuiter Liuium ſecutus eſt; quem conſtat primum nullos
publicos annales habuiſſe, deinde in plerîſque dubitaſſe, denique erraſſe in multis, &
ita erraſſe, vt errorum quorundam ab alijs euincatur, quorundam etiam ſe ipſemet
arguat.

Præterea, quæ legitima Philonis opera extant, nil quidquam habent ſimile cũ iſtis
Anniani Philonis; quippe ſtylo, eloquentia, grauitate, pietate, veritate pręſtant, quæ
nulla ſunt in hoc altero. Sed neque Euſebius, nec S. Hieronymus, neque Suidas, emẽ B
titi iſtius Philonis mentionem fecerunt. Vt etiam falſiſſimum ſit quod habet, ſtirpẽ
Salomonis in Ochozia defeciſſe, & Ioam, qui illi in Regno ſucceſſit, non de Salomo-
nis, ſed de Nathanis fuiſſe progenie. Eam falſitatem Diuina ſcriptura planiſſime oſtẽ
4. Reg. 11. 2. Paral. 22. 1. Paral. 3.
dit. Quę omnia, vt alia, cum idem Canus doctè, ac fuſius perſequatur, inde à ſtudioſis,
ſi quando neceſſitas ferat, poterunt peti.

Fabius Pictor. Portius Cato. Myrſilus Lesbius.
Ceterum idem intelligendum eſt de Fabio Pictore, de Portij Catonis Originibus,
de Myrſilio Lesbio, de Caio Sempronio, de Xenophonte, de Archilocho, quibus libel
li de Aequiuocis falsò tribuuntur: cum nulli tales veri, ac legitimi extent: poſt tem-
pus autem Euſebij vſque ad Annium iſtum fuerint ignoti. Quamobrem & ij pro
nihilo habendi ſunt, vt bonæ horæ in veris hiſtoricis ponendæ ſint vtilius; abſtinen-
Chronologia Maſſæi. Sicilia Phaſeli & Maurolyci. Chronicon Io. Lucidi. Italia Leandri. Nauclerus.
dum autem ſit à Chronologia Maſſæi, à Sicilia Phaſeli, & Maurolyci, ab ijs, quæ C
Driedo ſcripſit de hebdomadibus Danielis, à Chronico Io. Lucidi, ab Italia Leandri,
à generationibus Naucleri, atque ab alijs neotericis, vbi iſtiuſmodi Scriptoribus ſunt
vſi, ac denique prorſus à Geographia Sebaſtiani Munſteri, quòd hic liber cum erron-
bus hiſtorię, hęreſes quoque contineat.

Dyctis Cretenſis. Dares Phrygius. Canus Septimius.
Neque item Dyctys Cretenſis, & Dares Phrygius, qui Diodori Bibliothecę adiun
guntur, legitimi ſunt illi, qui antiquitus habebantur, licet vni, hoc eſt Dycty, Caii Se-
ptimij Romani, alteri verò Cornelii Nepotis epiſtola addita ſit. Et quidem Iſidorus
mentionem iſtius hiſtoriæ facit, cum eum inquit primum gentilium fuiſſe, qui hiſto-
rias ſcripſerit; idque in foliis palmarum. Sed nil horum ad noſtra tempora perueniſse D
certiſsima illa ſunt argumenta, quòd Liuius, Diodorus Siculus, Pōpeius Trogus, Vel-
leius Paterculus, & Euſebius, atque alii non tam frigidè, ac timidè narraſsent geſta
Troianorum, ſi tam luculentam habuiſsent hiſtoriam, atque eiuſmodi teſtibus ocula-
tis vti potuiſsent. Nec verum eſt, quòd conficta illa Septimii epiſtola habet de libro
Dyctys Cretenſis, cum dicat eum latuiſse, quouſque oblatus fuerit Neroni.

De Philoſtrato, qui Apollonij Thyanæi Vitam ſcripſit. Cap. II.

PEr id tempus quo Seneca vixit, Apollonius Tyanæus Pythagoreum Philoſo-
phum foris oſtentans, Magicis autem artibus apprimè vtens, quem Satanas
Simoni Mago demortuo ſuffecerat, vt Mundum à CHRISTI admiratio- E
ne auerteret, dedit Philoſtrato ſuo diſcipulo occaſionem, vt librum de vita illius ſcri-
beret, qui digniſſimus eſt, qui concrementur. Nam quæ de illo tamquam diuina com-
miniſcitur, quæ quidem merę circulatorum pręſtigię erant, diabolus conabatur huma-
nis oculis obiicere, vt quemadmodum in Aegypto coram Pharaone, Magi opera Dei
per Moyſen facta, & Romę Simon Magus coram Nerone per Petrum geſta infuſca-
bant, ſic Epheſi, & alibi, quæ ſigna Paulus, & alii Apoſtoli edebant, Apollonius ſimi-
lia nonnulla, ſed non vera factitans eleuaret virtutem, quę de cęlo erat per CHRI-
Sapient. 4.
STVM Dominum. Verum ſpuria vitulamina (vt ait Sapiens) non dabant altas
radices, nec ſtabile fundamentum collocabant. Illius enim præſtigiæ penitus euanue-
runt; & Dei Eccleſia, vt columna, & firmamentum veritatis, licet innumeris agitata
turbinibus, tamen quia ſupra firmam petram fundata eſt, inconcuſſa omni ex parte
in

A in perpetuum duraturâ ſubſtitit.

Iam quoniam Philoſtratus ſic Apolloniũ extulit (quod & Hierocles Philoſophus vnus ex Areopagi iudicibus fecit) vt complures illum, vt Deum ſub nomine Herculis Alexicaci colerent, & Alexander Imperator eum inter ſuos Deos in ſuo Lario collo caueritt; ſacra denique ipſi fierent, eiusq; ſtatua reſponſa, operatione dęmonum, daret, idcirco legendus eſt Euſebij Cæſarienſis liber aduerſus Hieroclem, libris de Demonſtratione Euangelica adiunctus, quem Zenobius Acciaiolus Ordinis Prædicatorum è Græco in Latinum conuertit. Cum enim Alemannus Rinuccinus noſtro hoc ſeculo Philoſtratum de vita Apollonij Tyanæi ſcribentem è Græco Latinum feciſſet, putans fortè inde aliquam rerum nouarum cognitionem Mundo potius prębiturum, quã perniciem, quæ in multorum animis iam hæſit, illaturum; Zenobius cordatiſſimè Eu- *Lampridius:*
B ſebij librum edidit, tamquam facem, quæ ad Philoſtrati ſcopulos euitandos præferretur. Huius igitur Philoſtrati, & Hieroclis, ac Damidis ſcripta, qui Philoſtrati acta in cælum efferebant, Chriſtoq; Domino anteponebant, valide euincit Euſebius, fabuloſaq; illa, & portenta, & mendacia notat: cumque de morte Apollonij idem Philoſtratus dubia ſcribat, ἀποθέωσιν tamen illi, quaſi viuus ſit in cælum inuectus, tribuat; Stoicum factum Euſebius refellit: Vt etiam hinc liceat agnoſcere, quibus artibus, quà perſecutorum vi, quà aſtu dæmonis, & moralis philoſophiæ ſpecie, fallacibuſq; ſignis pertentata fuerit Chriſtianorum fides, vt in errorem, ſi potuiſſet fieri, etiam inducerentur electi.

Sed & ante Euſebium Iuſtinus Martyr ſcripſit, quod dæmonis ipſius in Apollonij ſtatua inſidentis, & homines, oraculis edendis, in errorem, vt Apollonium ſicuti Deũ *Lib. qu. q. 24.*
C honorarent, & colerent, inducentis, os Dominus obturauit, reſponſis eius abolitis. De quo Lactantius, & Anaſtaſius libro Quæſtionum, & Lucianus in libro Pſeudomantis (vt qui atheus atheum notat,) aliqua ſcripſerunt, cum hic eius mortem Tragœdiam vocitet. Ac tamen ne quid hęretici, aut mendaces, ex aliis intentatum relinquerent, ſuppreſſo Philoſtrati, ac ſimilium nomine, libros euulgarunt eorum argumentis infarctos, quibus CHRISTVM Dominum, atque eius ęternum ſtaturam Eccleſiam labefactare conati ſunt. *Lact. lib. 5. ca. 2. & 3. Anaſtaſius q. 23.*

De Amadiſio, & alijs einſmodi Auctoribus. *Cap. III.*

ET hinc quoque Satanæ patebunt ſtratagemata, quę expugnandis otioſioribus animis hoc ſeculo adhibuit. Tentauerat enim omnibus ſeculis, omnique homi
D num generi varias, tamquã peritus auceps, diſponere pedicas, in quas illaquearet incautas mentes, vt à Deo certiſſimo ſcopo obtutum auerterent. Itaque curauit, à paganis ſpectacula edi, in Theatris homines cędi, ab Oraculis reſpõſa peti, vocatos Dęmones adeſſe vocantibus, & pleraque obijci ſpectra, per eos etiam, qui cum Romani tenerent Imperii clauum, populus ita retineri in officio melius putabant. Acceſſit auctoritas quorundam Philoſophorum, qui altius ſapere viſi ſunt, Iamblicus, Pſellus, Porphyrius, Apollonius Tyanęus: ſed qui euanuerunt in deſiderijs, & faſtibus ſuis; neque verò hęreſis penè ulla cępta eſt, quę talia non habuerit quaſi progymnaſmata. Tum enim dementatos iſtis pręſtigijs animos, ſecurius inuaſit ſpiritus nequam, & audenter ſub Dei ſpecię, diabolica quęque ſemina proiecit, & abiit. Et quoniam poſt ui- *Satana mirabiles aſtus ut nobiles, & mulieres corrumpat.*
res animi interiores deceptas, ipſę quoque iraſcibilis, & concupiſcibilis, obiectu falla-
E cis fortitudinis, atque libidinis, facilè incenduntur, factum eſt, ut & iſtis machinis expugnatę, nihil non auderent perrumpere ſepium, quibus animum, tanquam diuinum hortum, circumſepſerat Deus. Sic Poetarum illorum veterum, de quibus diximus, tetros & impios labores cum Satanas haud fuiſſe irritos expertus eſſet, fabuloſa alia nobilitati poſt multa ſecula obtruſit, quę fere quingentos annos Europam, & ipſas Principum aulas peruagata ſunt. Inde igitur quò non intrarunt Lãcelotus à Lacu, Perſeforeſtus, Triſtanus, Giro Corteſius, Amadiſius, Primaleo, Boccacijq; Decamero, & Arioſti poemata? ne hic enumerem aliorũ ignobiliorũ Poetarum carmina malè texta, & carò uẽdita: Et pleriſq; igitur iſtis omnib. ut ſuauius uenena influerẽt, dedit de ſpiritu ſuo Diabolus, eloquẽtia, & inuẽtione fabularũ ditans ingenia, quę tã miserę ſupellectilis *Lancelotus à Lacu. Perſeforeſtus. Triſtanus. Giro Corteſius. Amadiſius. Primaleo. Boccacij Decamero. Arioſtus.*

officinæ fuerunt. In uno Amadiſio iſta intueamur. Venerat hic liber aliena lingua in A
Gallias: Luthero aũt iã Satanas vtebatur tãquã mancipio in Germania, quæ penè oĩs,
aut ceciderat, aut nutabat ad caſum; cumq; in ſolidiſſimæ fidei Regnum vellet inuade-
re, Amadiſiũ curauit in Gallicam linguam eleganter verti. Hæc igitur prima fuit ille-
cebra, & tanquam ſibilus, quo ineſcauit nobiliũ Aulicorũ ingenia. Sparſerat enim eo
in libro, quiſquis eius fuit auctor, amores fœdos, inauditos congreſſus equeſtres, Magi
cas artes. Sic his mentes, illis corpora pertraxit in naſſam, in qua innumeræ propemo
dum animæ perierunt æternum. Nam ſic ablegata ſunt ſtudia ſacrarum rerum, diui-
næque hiſtorię obliuioni ſunt tradita, atque horum loco Pantagrueles, & ramenta
quæq; Tartari ſucceſſerunt: prælia verò Domini ignorata; inuocatio omnipotẽtis Dei
omiſſa, blaſphemiæ receptæ, labes, & libido tanquam torrens inuecta; proq. veris mili
taribus ſtudijs, hic malè ſanus Satanæ nouitiatus profeſſionem militiæ peſſimam præ- B
ceſſit. Quin etiam viſum eſt peccatum leue, atque adeo feſtiuum ſapere, ſi quis Ma-
giam Vrgandę, & Alchiuij, Arcelai, Meliæ, Magni Apollidonis paſſim recenſeret; vt
interim deſideria ſenſim irreperent eadem experiendi, Magoſque accerſendi, qui no-
uas ipſi humanarum mentium libarent primitias, & homines ad ipſam imaginẽ Dei
factos ſeuocarent ab vno vnius Dei ſynceriſſimo cultu. Hinc ergo ſcaturiere, quę po-
ſtea viguerunt, ſortilegia, lamię, auguria conquiſita, conſulti Dęmones à uiris, qui ui-
debantur eminentiores, relataq; in ſyderum aſpectus, & concurſus, euenta, ſexcenta-
que illa alia, quibus cadentia ipſis oculis vidimus Regna, qui olim vna Chriſtiana, &
Catholica Religione per tot ſecula ſteterant.

De Theatro uitæ humanæ cum multiplicem habeat hiſtoriam, cautio. Cap. IIII. C

THeatrum autem vitę humanę, quod à Conrado Lycoſthene Rubeaquenſi cõ
geſtũ, ac deinceps à Theodoro Zuingero Baſileenſi digeſtũ in viginti libros,
& ab eodem poſtremò nouem alijs auctum in lucem prodijt, vt multiplicẽ
habet hiſtoriam, ſic quoniam alienus à Catholica fide vterque fuit, multiplicem ha-
bet in hiſtoricis Eccleſiaſticis, & alijs, vel omiſſionem, vel errorem. Et (mitto, q non
pauci, vnde collectum eſt opus, hęretici fuere) cum de hęreticis agitur, qui quolibet ſe
culo fuerunt, omittuntur, & Lutheranę, & Caluinianę, totque alię ſectę, quę ex iſta hu
ius ſeculi hęreſum hydra repullularunt, quaſq; accuratiſſimè Patres antiqui indican- D
tes, fecerunt, ne quis in eas impingeret. Ij ergo, è quibus collectum eſt hoc Opus, cũ
de Pontificibus Maximis, aut de alijs eiuſmodi ſcripſerunt, ea hinc inde & ipſi decer
pebant, quę in humanas mentes haud cautiſsimas, inſtillare poſſent alienationem ab
vnius verę Eccleſię Catholicę fide. Quę verò ad Religionem Chriſtianam ſtatuen-
dam interſerenda erant, nec attigerunt, aut, ſi quidquam attigerunt, id ſicciſsimè pri-
mò fecere, potius, ne liber inter Catholicos non eſſet venalis, quàm vt inde manaret
aliquid, quod ad euehendos in Deum animos ſolidè faceret. Mitto plura in eo Thea
tro allata exempla, è quibus obſcęnitas citius quàm uirtus addiſci poteſt. Quamobrẽ,
niſi prodeat, & erroribus ſublatis expurgatiſsimus, pietate autem Catholica ditatus
(quod certè hactenus effectum non eſt) legendus non eſt. Inſtructiſsimam enim men
ſam, & conuiuium exquiſitiſsimis cibis ornatum, nemo niſi ſtultiſsimus appetet, qui E
ſciuerit vel tantulum ijs veneni fuiſſe admixtum.

Errores ab officio ſancto Inquiſitionis adnotati in Theatro Vitæ humanæ.

At ſcio ab ijs, qui inſpectionem habent in ſacra, adnotatos fuiſse errores, quib. hęc
volumina ſcatebant, cũ primum è Pariſienſib. Sonnij typographi prelis prodierũt. Nã
& quę ex Germania illhuc primò fuerant miſſa, plurib. adhuc ſcatebant errorib. Por-
rò notationes illę pertinent ad exempla, tituloſq; de Phyſiognomis, de ſomniorũ in-
terpretibus, de Magia, deq; plus quam ſexcentis alijs; ad falſas item, & apocryphas
hiſtorias, ad corraſas è Magdeburgenſib. Centurijs quiſquilias, ad nomina, & ſcripta,
& Vitas Hęreſiarcharum, & aliorum hęreticorum una cum Catholicis, & ſanctis ui-
ris commixtas, & celebratas, ad incertas Chronographias inſinuandas, ad Theologos
Scholaſticos, & ad dogmata fidei obliquè traducenda, ad turpia exempla proponen-
da, ad Ethnicos, & Laicos, & eiuſmodi alia ſine delectu recenſenda, ad auctores,

A Typographoſque prohibitos commemorandos. Hæc igitur omnia cum vnà cum ipſis hæreticorum nominibus delenda eſſe iuſſiſſent ij, qui ſancto Inquiſitionis officio præſunt, intelligunt pij, quàm diligenter ab ijs ſit abſtinendum. Nam ſi etiam omnino emaculati fuerint, expedit tamen, vt adhuc ſciatur, nihil boni ab hæreticis manaſſe, quin antea collectum, aut editum à Catholicis fuerit. Auctores enim plures alij, vnde Theatrum in eam molem excreuit, & Marulus, & Eborenſis, & ceteri eius generis fuere: antiqui item Ethnici, quos Catholici emiſerunt pridem in lucem. Deinde ſanè expediebat eum laborem ad magis perſpicuam rationem inueniendi locos redigi; cum & plurimi loci eſſent optimis rebus, quæ ad fidem, ac pietatem attinent, implendi ex ijs libris, ac diſciplinis, quas ordine, vt Catholicè traditas in hac noſtra Selecta Bibliotheca oſtendimus. Interea verò dolendum eſt, tantum operę ab ijs fuiſſe ſuſce-
B ptum, qui ſi ex Eccleſię ſinu haud exijſſent, poterant & hominum, ac (quod caput eſt) Dei gratiam, Deo ipſo donante, in ſeipſis augere. Ac tamen is inde fructus à perſpicacibus mentibus percipi poteſt, coactos fuiſſe hæreticos (voluerint, noluerint) è tot religioſis Ordinibus ſacris, atq; Eccleſiæ columnis plura decerpere, quæ vtiliſſima ſunt: eoſque miris laudibus efferre, quos eorum anteſignani Lutherus, & alij hæreſiarchæ, ex hominum memoria delere connixi fuerant.

Quæ autem ex eodem Mundi Theatro eximenda, & repurganda eſſent, ex editione quidem Pariſienſi apud Sonnium anno 1571. Theologi Hiſpani ſuo expurgatorio Indice annotarunt, quę ſequuntur, quę quidem in prima noſtra editione Bibliothecæ ad finem primi libri locaueramus.

C *In Tomo I.*

Lib. 1. tit. Philoſophia diuina, in initio tabulæ. §. qui incipit, Auctoritate potius. *colum. 175. deleantur illa verba,* Vtrinque peccatum, *&c. vſque ad illa,* contrariam eſſe crediderunt.

Eod. lib. tit. Metaphyſici. §. 5. Hermes. col. 177. deleantur illa verba, Primus de ſacroſancta Trinitate, *&c. vſque ad finem §.*

Eod. lib. tit. Eccleſiaſtæ, Apoſtoli; concionatores, col. 181. deleatur titulus primi ſeculi,
D *qui incipit;* Ex Centuriis Eccleſiaſticæ hiſtorię, *&c. vſque ad illa verba,* tantum attigerimus.

Eod. lib. tit. Seculi. 4. §. 25. Athanaſius. colum. 189. ad fin. §. deleantur illa verba: Et pro Eccleſia paſſus eſſet. *&c. vſque ad finem §.*

Eod. lib. 1. eod. tit. Seculi, 5. §. 17. Cyrillus. col. 193. deleantur illa verba, Ambitioſus tamen fuit, *&c. vſque ad finem §.*

E *Ibidem, §. 27. Alypius. col. 195. deleantur illa verba:* Item & Romano Pontifici, *&c. uſque ad finem §.*

Ibidem, §. 34. Leo. col. 196. deleantur illa uerba: Primatum Romanę Eccleſię, *&c. uſque ad illa,* alias Eccleſias. *& ibidem in fine deleantur eadem uerba.*

Ibidem, §. 50. Hilarius. col. 198. deleantur illa uerba: Infenſus ei fuit, *&c. uſq; ad fi. §.*

Ibidem lib. 1. tit. Hæretici, falſi doctores. §. 7. Saturninus. col. 205. deleantur illa uerba: Imagines Chriſti, *&c. uſque ad illa,* & adorabant.

Ibidem, §. 13. Cataphryga. col. 206. deleantur illa uerba: Ieiuniorum leges introduxit.

Ibidem, §. 51. Pelagiani. col. 210. deleantur illa uerba: Liberum arbitrium per Adæ peccatum perire non potuiſſe.

Ibidem. §. 62. Monothelita. col. 211. deleantur illa uerba:, Et in ea ob id ipſum damnatus, *&c. uſque ad finem §.*

Ibid. § 5. à fine Ioannes Monteforus. col. 212 deleatur totus §.

Lib. 3. tit. Prudentia in corporis bonis. ſub titulo, Aliorum uita conſulere. §. 2. Aegyptia. col. 433. deleantur illa uerba: Quidquid tamen horum ſit, *&c. uſque ad illa,* mendacio velata.

Ibidem. §. 3. Rahab. deleantur illa uerba: Niſi hoc mendacio, *&c. uſque ad finem §.*

Ibidem, §. 4. Mulier deleantur illa verba: Debuit ne quod res erat, non *&c. uſque ad finem §.*

Eodem lib. 3. tit. Aſtutia, fraus, atque dolus. §. 2. Erat Amantis. colum. 627. deleantur illa uerba. Erat is non ignotus, *uſque ad illa,* ab eo receptam.

Li. 4. tit. Mortis metus. §. 2. Diſcipuli. col. 653. deleantur illa uerba: Verum non Bariona, quem tàm *&c. uſq; ad fin. §.*

Eodem lib. tit. Morborum & ægritudinum; ſub tit. Mortis naturalis. col. 664. deleantur §§§. Io. Riuius, Chriſtophorus Vuesdmoſerus, &, Neq. ſoli veteres, qui ſunt §§§. 2.3.4.

Eodem lib. tit. Tolerantia, ſiue Patientia. §. 4. Chriſtus. col. 677. deleantur illa verba. Idcirco etiam oblata poſtea repetit Dominus. *&c. vſque ad finem §.*

Eodem lib. tit. Fortitudinis bellicæ. §. 50. Carolus Magnus. col. 754. deleantur illa verba: Hiſpanosq. male, *&c. vſque ad verbum,* ſubiugauit.

Lib. 5. tit. Abſtinentia vini. Ethica. §. 21. Monica. col. 792. deleatur totus §.

Eodem lib. tit. Vitium in defectu. col. 861. deleatur totus prologus, qui incipit: Eequis huic vitio obnoxius reperiri poteſt? Minermus, *&c.*

Eodem lib. 5. tit. Parſimonia in victu, in ſpecie, ſub tit. In ſumptu ſacrificiorum. col. 864. §. 1. Socrates. deleantur illa verba: Hoc dictum & ad nos Chriſtianos pertinet, *&c. vſque ad finem §.*

Eodem lib. ad finem tit. Luxus in comitatu ſeruorum. §. vlt. col. 876. deleatur totus §. qui incipit, Cyrillus.

Li. 7. ti. Certamina, & æmulationes. col. 979. deleantur §. vlt. & penult. videlicet, Philippus Melanchthō, Eobanus Heſſus.

Eod. lib. tit. Honores quoſuis alios oblatos reſpuere. §. 24. Gregorius ille magnus. *col. 989. deleatur totus §.*

Eodem lib. tit. Honores quoſuis alios, non oblatos, indignè ſibi arrogare. col. 1006. deleantur §. §. §. 5. 6. 7. & vltimus, videlicet, Innocentius, Hormiſda, Ioannes, & Bonifacius.

Eodem lib. titu. Minores honores, & ſe etiam interdū indignos, ambitioſè perſequi. §. 13. Theodorus, *col. 1010. deleatur totus.*

Lib. 8. tit. Erga hoſtes religionis moderatio. col. 1025. deleatur totus §. D. Martinus.

Eodem lib. tit. Ira. & vindicta immoderata erga amicos, aut inimicos. §. vlt. Sixtus Romanus *col. 1066. delendus totus §.*

Lib. 9. tit. Vitia & peccata ſua libere confiteri. col. 1113. in prologo, qui incipit, Ad libertatem & veritatem, *&c. deleantur illa verba,* Idcirco non tacita ſātum. *&c. vſque ad illa,* & turpitudinis exaggeratione fieri debeat.

Eod. lib. tit. Libertas in reprehendendis aliorum vitijs. §. 36. Velanus. col. 1119. deleatur totus. A

Eodem lib. tit. Vitium in exceſſu. col. 1139. in prologo qui incipit: Veritati in genere mendacium, *&c: deleantur illa verba:* Et reſpectu finis, ad quem referuntur, *&c. uſque ad illa,* vituperabile erit.

Eodem lib. tit. Aliorum errores nec bè nimiū exaggerare. col. 1155. in primo §. Gregorius. deleantur illa uerba: Sed, pace Gregorij, non fuit, *&c. uſque ad finem §.*

Ibidem, deleatur §. 2. qui incipit, Genebaudus. B

Eodem lib. tit. Inconſtantia religioſa. §. 8. qui incipit, Salomon. *col. 1162. deleatur illud,* Et ab inimicis occiditur.

In Tomo II.

Lib. 12. col. 75. Deorum voluntatem qualicunque ratione inueſtigare; *pluralis* Deorum, *mutetur in ſingulare,* Dei. *Similiter in tribus titulis ſequentibus voces,* Deos, *uel* Dijs, *in ſingulari* Deum, *vel* Deo *mutentur.* C

Eodem lib. tit. Qui Eremiticam, vel monaſticam uitam, religionis ergo amplexi ſunt. §. penult.: Dionotus. *colu. 116. deleatur totus §.*

Ibid. ſeculo 2. col. 117. §. 1. Ioan Damaſcenus *deleantur illa uerba:* Et Sarracenorum perfidiæ *&c. uſque ad uerbum,* ſimulauit.

Eod. lib. & tit. col. 119. §. qui incipit, Euagarius presbyter, *deleantur illa uerba,* Multa ſcripſit *&c. uſque ad finem §.* D.

Eodem lib. tit. Religionis correctio. col. 137. in prologo, qui incipit: Religionis correctio & reſtitutio *&c. deleantur illa uerba:* Et primum eorum, qui per ſe in religione, *&c. uſque in finem.*

Eodem lib. 12. tit. Concilia, & Synodi Eccleſiaſtica. col. 139. in prologo, deleantur illa uerba, Ex hiſtoria Eccleſiaſtica, Magdeburgenſium. E

Eod. tit. & col. §. Aſiana Synodus à Polycrate Epiſcopo. deleantur illa uerba: Aut Titum ab Apoſtolis ſeruatum, neque Victoris nænias hac in re eſſe audiendas.

Eod. tit. & col. §. Carthaginienſis Synodus ab Agrippino, deleatur, Et rebaptizandis.

Eod. tit. §. Mediolanenſis mortuo Conſtante. col. 141. deleantur illa verba: Præſertim

cum

A cum ὁσίας uocabulum nuſquam in ſacris literis reperiretur.

Eodem tit. §. Carthaginienſis VI. ſub Honorio & Theodoſio. col. 143. deleantur illa verba. Non audita altera parte.

Eodem §. paulo inferius, deleatur ab illis verbis: Ac ſimul extorqueat, vſque in finem.

Eod. tit. & col. §. Chalcedonenſis Synodus magna. deleatur ab illis verbis: Et quia Leo Pontifex Romanus primatum affectabat, vſque in finem.

B Eod. tit. col. 145. §. Conſtantinopolitana à Leone Imperatore indicta. deleantur illa verba: In qua Sanctorum imagines in foro combuſtæ fuerunt.

Eod. tit. & col. §. Conſtantinopolitana VII. deleatur vſque in finem.

Eodem tit. §. Romana, ſub Hadriano Pont. col. 146. deleatur ab illis verbis: Deinde ius eligendi Pontificis in poſterum accipit. vſque in finem.

Eod. tit. & col. paulo inferius. §. Conſtantino-

C politana. deleatur vſque in finem.

Eodem tit. & col. §. Francfordiana anno 794. deleantur illa verba: Et Hadriani Pontificis decreta. vſque in finem.

In fine eiuſdem tit. eadem col. paulo inferius, deleantur illa verba, Hęc hactenus ex octo Centurijs hiſtoriæ Eccleſiaſticę Magdeburgen.

Eod. lib. 12. tit. Crudelitatis, impietatis, perfidiæ, perſecutionis contra ſacros homines. col. 167. deleatur §. 4. à fine, qui incipit: Con-

D ſtantinum & Itenen.

Lib. 13. tit. Teſtamenta iuſtè reſciſſa. col. 329. deleatur §. 7. Ludouicus vndecimus.

Eod. lib. 13. tit. Perfidiæ publica erga patriam. col. 667. §. 6. à fine, qui incipit: Adelgarius totus deleatur.

Lib. 14. tit. Impij ἄθεοι, qui Deos eſſe negant. §. vlt. Sceleſtum Brachij ſenioris. col. 398. deleantur illa verba, quæ addidit Fulgoſo, videlicet: Si religionem, in qua Bra-

E chius nutritus fuit, &c. vſque ad finem §.

Eodem lib. 14. tit. Sacros homines malos, & impios. col. 411. deleatur §. 4. Veneti ſtudioſi alioqui Pontificij nominis, &c.

Eodem lib. 14. tit. Superſtitioſi. col. 416. §. 9. Conſtantinus Imperator. deleatur totus.

Lib. 15. tit. Perfidi in teſtimonio, vero quidē &c. col. 491. deleatur totus §. Itachius.

Eodem lib. tit. Honores dignis adimere. §. 3. Leo Papa. col. 499. deleatur totus §.

Eodem lib. 15. tit. Literarum, & doctorum hominum contemptores. §. vltim. Paulus col. 502. deleantur ad finem illa verba: Homo ut indoctiſſimus, ita nequiſſimus.

Eodem lib. tit. Iniuſtè damnati, damnatio iniuſta. §. 4. à fine. col. 520. deleatur totus §. Danthes Florentinus, &c.

Lib. 16. tit. Inuidia. §. 7. à fi. Theophilus, col. 568. deleantur illa verba: Cum ſi Theophilus, &c. vſque ad illa, ſtructuram impenderet.

Lib. 17. tit. Vxorem eſſe ducendam certam. col. 636. deleatur totus §. vltimus, videlicet, Pius II.

Lib. 18. tit. Dyſenteria, & ventris profluuio mortui. col. 827. deleatur §. 5. Leo, &c.

Eodem lib. 18. tit. De modo moriendi, Mors placida. §. 4. Omnis uirtutis fons. col. 838. deleantur illa uerba: In alieno monumento condi voluit, &c. uſque ad illa, humati fuerimus.

Eod. lib. 18. tit. Veſtitus frugalis, atque tenuis. §. 5. Apoſtolorum. col. 891. deleantur illa uerba: Rideant hanc tantam tenuitatem, &c. uſque ad finem §.

Ibidem, col. 892. deleatur totus §. ult. Quanto etiam melior, &c.

Lib. 19. tit. Sacerdotes noua legis. pag. 987. deleatur totus prologus, qui incipit. Euangelij Sacerdotes nulli profectò alij ſunt, &c.

Eodem lib. 19. tit. Serui quantum domino ſubijciantur, col. 1051. in prologo, qui incipit: Conſule titulum de dominorum, &c. deleantur illa uerba: Nam corpus affligere poſſunt, &c. uſque ad illa, & commutare.

In tit. proximè ſequente, De gloria & honore. in prologo, qui incipit: Gloria inter omnia fortunæ bona, &c. deleantur illa uerba quæ habentur lib. 7. Eoq. fit, vt Deus optimus maximus non holocauſta, &c. uſque ad illa, à peccatore requirat.

Eod. lib. 19. tit. Nomen alicuius delere, & obliterare. col. 1066. deleatur §. 3. Paulus.

Eodem lib. tit. Funera, & exequiæ, &c. col. 1088. deleatur §. ult. Sebaſt. Caſtalioni.

 A

Nicolai Machiauelli opera, quæ iuſtiſsimè prohibuit Eccleſia, erroribus, & hiſtorijs ad impietatem detortis ſcatere. Caput V.

DIximus alibi, non defuiſſe Machiauello acumen, ſed defuiſſe pietatem, & vſum rerum, quibus tamquam duabus alis, qui careat, ſi volatum attentet, præceps ruat neceſſe eſt.

De Machiauello, igitur id rurſus ſtatuendum eſt, hominem fuiſſe, cuius conſilijs qui adhibuerit fidem, facillimè ſentiet non ita multo poſt, quantumcumque ſolidum Principatum, Rempublicam, Regnum, Imperium, conuelli, & cadere. An verò poterat conſilium dari peſtilentius, quàm cum principi ſuadet, vt ſpreto alieno conſilio, ſuæ ipſius prudentiæ innitatur? pietatem, & Religionem, quam etiam non habeat, præſe ferat? ſi quid in Religione falſum ſit, comprobet, ac firmet, dum id proſit fouendę qualicumq. Religioni? Religionem Ethnicam præferat Chriſtianæ? Doctores Chriſtianæ Religionis nihili faciat? De Romana Catholica Eccleſia peſſimè ſentiat? Moyſis auctoritatem, & leges, vi & armis, non fide ac Deo nixas fuiſſe credat? Fortunæ & caſui felicitatem, non virtuti, & Religioni veræ tribuat? Et hæc quidem ſceleratum illud Satanæ organum prioribus duobus libris, quibus de Principè agit, ſic inſipienti mundo obtruſit, vt hoc veneno epoto plerique ſeſe ingentes Politicos, & conſiliarios æſtimantès, conſtitutas optimè optimorum Regnorum res, facili negotio peſſumdederint. At naturalis, & multo magis ſupernaturalis luminis radij ſecus illuſtrant ſapientum hominum mentes; qui à Deo conditi, cum ſectati eſſent ductum maiorum ſuorum, qui probiſſimi, & fortiſſimi fuerant, experti ſunt, pietate, ac vna Catholica Religione, mox conſilio, veritate, humilitate Imperia ſtetiſſe; contrarijs autem vitijs corruiſſe. Id quod pluribus hoc ſeculo ex prouincijs, ac Regnis quondam florentiſſimis, in oculos paſsim incurrit. Inter multas Eccleſiæ notas, vna eſt (inquit Bellarmin. Card.) felicitas temporalis diuinitus collata eis qui Eccleſiam defendunt. Numquam enim Catholici Principes ex animo Deo adhęſerunt, quin facillimè de hoſtibus triũpharent. Notę ſunt in primis victorię, in Teſtamento veteri, Abrahę, Moyſis, Ioſuę, Gedeonis, Samuelis, Dauidis, Ezechię. Ioſię, Machabęorum. In Teſtamento nouo Cõſtantinus, qui primus ex Imperatoribus Eccleſiam defendit, eo ferè modo Maxentiũ vicit, quo Moyſes Pharaonem. Et de eo ſic ait Auguſtinus, *Conſtantinum Imp. non ſupplicantem dæmonibus, ſed ipſum verum Deum colentem, tantis terrenis impleuit muneribus, quanta optare nullus auderet; vniuerſum orbem Romanum vnus Auguſtus tenuit, ac defendit; in adminiſtrandis, ac gerendis bellis victorioſiſsimus fuit, in tyrannis opprimendis per omnia proſperatus eſt, grandæuus ægritudine, & ſenectute defunctus eſt, filios imperantes reliquit.* De Theodoſio ſeniore ſcribit idem Auguſtinus, quòd quia Catholicus erat, adeo proſpere illi omnia ſuccedebant, vt in pręlijs tela hoſtium in ipſos, Deo agente retorquerentur. Addit Theodoretus SS. Ioannem, & Philippũ Apoſtolos apparuiſſe in equis albis, in eodem pręlio, qui pro eo pugnabant. De Honorio etiam planè Catholico, & Romano Pontifici addictiſſimo, vt patet ex eius Epiſtolis ad Bonifacium Papam, ſcribit Auguſtinus, ita Deum pro illo pugnaſſe, vt vno pręlio amplius quam centum millia hoſtium proſternerentur, & Rex ipſe hoſtis cum filijs caperetur & occideretur, ex Romanis ne vno quidem vulnerato, ne dicam extincto. De Theodoſio iuniore ſcribit Socrates, quòd eius exercitu pugnante cum Perſis, cum Saraceni venirent in auxilium Perſarum, Angeli turbauerunt Saracenos, & eorum circiter centum millia in Euphrate ſubmerſerunt. Iuſtinianus, donec Catholicus fuit, feliciſsimè imperauit, ita ut Italiã, & Africam, & alias multas regiones Rom. Imperio reſtituerit, vt patet ex Euagrio. At ubi hæreticus factus eſt, & edictum proponere uoluit de ſua hęreſi recipienda, mox repentina morte ſublatus eſt, & Eccleſiã magno metu liberauit; ut idẽ Euagrius ſcribit. Heraclius ſimiliter, dum Catholicus eſſet pręclariſsimã uictoriã de Perſis reportauit, & crucẽ Dñi recepit, quãdo res Romanę deſperatę uidebãtur. At poſtq̃ factus eſt hęreticus Monothelita, oĩa ei infeliciter ſucceſſerũt, & ipſe nouo, atq; inaudito morbo extinctus eſt. Conſtat ẽt ex hiſtoriis Gręcorũ, Zonarę, Nicetæ, Nicephori Gregorę, Laonici Calchocõdylę; Imperatores Oriẽtis ab eo tpe, quo

B C D E

Auguſt. lib. 5. de Ciuit. Dei. cap. 25.

Ibid. c. 26.

Theodoret. lib. 5. hiſt. Ecc. capit. 24.

Aug lib. 5. de Ciuit. ca 23.

Soc. lib. 7. hiſt. Eccl. cap. 18.

Iuſtinianus in hæreſim incidit.

Euagrius lib. 4. hiſt. cap. 16. & ſeq.

Ibid. cap. vlt. Heraclius.

A propter diſsidiũ circa imagines ſe ab Eccleſia Romana ſeparárunt, ſemper magis ac magis decreuiſſe, donec tandem Imperium amiſerunt. In Occidente verò liquet ex hiſtoriis noſtris, Nauclero, Sabellico, Antonino, & alijs, ſemper Imperatores magis vel minus floruiſſe, prout magis vel minus Romanæ eccleſiæ ſe filios, & protectores oſtenderunt. Tempore Innocentij III. in Gallia ab octo millibus Catholicorum cæſa ſunt uno prælio centum millia partim Albigenſium hæreticorum, partim eorum qui illis fauebant, ut ſcribit Paulus Æmylius. Noſtris temporibus anno 1531. quinq; prælia commiſerunt Heluetij Catholici cum Hæreticis Heluetijs, & ſemper Catholici vicerunt, cum tamen eſſent numero, & armis multo inferiores. Vide Cochlæũ in actis Lutheri anno 1531. Carolus item Quintus miraculo Diuino victoriam reportauit de Lutheranis ann. 1547. in Gallia quoque, & Belgio multas uictorias Catho- *Lib.6. hiſtor. Francor.*
B lici de hæreticis non ſine miraculo reportarunt; immò uix unquam fuerunt hæretici ſuperiores, quando iuſto prælio dimicatum eſt. Hæc Bellarminus Cardinalis.

Sed redeo ad easdem labes Machiauelli, vt cognita peſtis magis declinetur attentius. Neque enim quidquam pernicioſius effari poterat, quam cum ſtatuit belli iuſti tiam in ea, quam quiſque ſibi putat eſſe neceſſitatem. Quippe hac occaſione iuſtè inflammaſse orbem uniuerſum Nerones, & impii quique atque hæretici omnes pro ſua libidine dicerentur; cum tamen belli iuſtæ tantummodo cauſsæ ſint, defenſio, aut reſtitutio Religionis, Patriæ, Pacis, & aliorum bonorum magni momenti, à legitimis poteſtatibus. Nihil item magis venenatum, quam cum ait, Principi, ut omnem penitus pacis ſpem ac deſiderium præcidat, inſignibus iniuriis violandos eſſe aduerſarios. In Prouinciis ſubactis Colonias ſic eſſe collocandas, ut ueteres ablegentur
C incolæ: quibus autem mutatio grauis eſt; omnes eſſe ſubuertendos, & familias funditus tollendas. (viden' hinc Mahometiſmum palàm ſtatui) prauis moribus eſſe implendam ſeu Prouinciam, ſiue Ciuitatem, quas ſine bello velit ulciſci. Stultum eſse, ſi quis putet, veterum iniuriarum obliuionem induci nouis benefactis. Principi Tyrannum aliquem inſignem imitandum eſse, temnendamq; crudelitatis famam, dum in officio ſubditos contineat. Expedire, ut metuatur plus, quàm ametur. Amicitiæ haud fidendum. Si autem plectere aliquem velit, ſpecioſum aliquid eſse prætexendum. Leonis, & vulpis induendum ingenium. Immanitatem uno impetu, ſenſim uerò exercendam beneficentiam. Factiones eſſe alendas inter ſubditos: tollendos autem de medio boni publici amantes. Peſſima denique omnia, arte, dolove, & ruina ſubditorum eſſe patranda. Hęc igitur, & huiuſmodi alia nebulo ille impius, natu-
D ræ, iuris, religionis oſor, & Atheiſmi inuector; quare & blaſphemans & moriens euomuit damnatam animam.

At etſi à prudentibus Ethnicis haud male, à Chriſtianis autem optimè iſta omnia fuere prius refutata, quã à Machiauello collecta, fuit tamen nõ ita pridem inter Caluinianos quidã, qui cum Geneuã aufugiſſet, librum edidit, quem Antimachiauellũ, ſuppreſſo nomine, inſcripſit. In eo ex antiquis hiſtoriis ducit quidem argumenta, quibus Machiauellus oppugnatur, ſed ubi Machiauellus Catholicam oppugnat Eccleſiam, vel ubi occaſio ſeſe dat, facilè Machiauellum blaſphemando æquat, & ſuperat. Quare quod poterat uſui eſſe, ac quidquid præmii conſequi apud Deum, & homines ei licuiſſet, ſi in Machiauello confutando perſtitiſset, utrumque perditè perditus àmiſit. Quod ſanè hæretici ferè faciunt, dum antidotis abutuntur non ad tollen-
E da, ſed ad tegenda, & ad inſtillanda venena.

De Lutheri, Melanchthonis, Io. Carionis, Gaſparis Peuceri, Dauidis Chytræi Chronologiis, deque Io. Sleidani hiſtoria, eiuſque è Gallica lingua verſione in Latinam Philippo Cominæo, quid ſentiendum. Cap. VI.

Porrò quidquid Lutherus, Melanchthon, Ioãnes Carion (præſertim ſubdolè auctus quinto libro, à Gaſpare Peucero, genero Philippi Melanchthonis) in antiquæ Chronologię monumentis quadantenus colligendis laborarunt, id omnè non minus ſcatet mendacijs, quam impietate: quare & id quidquid eſt, (præter quàm

quod

quòd ab eccleſia prohibitũ eſt) certè ne lectu quidem dignum eſt. Dauid autem Chyrræus, dum videri uoluit ſapientiſſimus in methodo hiſtoriæ tradenda, quàm (bone Deus) præter ipſas hæreſes, putidus eſt, ac fallax; varios autem Reges Perſidis dum comminiſcitur, atque inſcitiæ ſuæ latebras quærit, corpus hiſtoriæ haud totum ſibi propoſuiſſe (quod Polybius prudenter monuerat faciendum vtens hac voce σωματοποιεῖν) ſed partes ſe quorundam hiſtoriographorum ſolum attigiſſe, aut delibaſſe, facile oſtendit: cumque haud attentè legiſſet Danielem Prophetam, mirum non eſt, ſi, quod omnes hæretici in ſacris hiſtoriis, & codice Bibliorum effecerunt, id ipſe quoque attentauerit, ad ſuum iſta retorquens, non ad veritatis ſtudium referens. Sed eius impoſturas in deprauandis hiſtoricis, Synodis, & aliis, qui velit legere, videat Refutationem noſtram aduerſus eum, quam Ioanni Tertio Suetiæ Regi dicauimus præter illa, quæ ſectione prima huius Operis de hiſtoricis de eodem Chyrræo diximus. Ioannes item Sleidanus, qui ex peſte mortuus Argentorati, peſtem alteram ſua hiſtoria in Germaniam, & aliò inuexerat, teterrimos errores de Religione, rebuſque Caroli V. geſtis continet. De quo homine voces illæ legũtur, & à Iulio Phlugio Epiſcopo Numbergenſi, viro ob ſapientiam, & ætatem periſſimo rerum Imperij, & ab ipſo Carolo V. ſæpè dum eius legerentur ſcripta, pronunciatæ, *Nebulo ille mentitur, Nebulo ille mentitur*. Hominis verò iſtius fraudem retexit, vera edita hiſtoria, Ioannes Fontanus Gallus, & Surius, atque alij. Sed & idem Sleidanus cùm libros Cominæi Latinos feciſſet, quòd Catholicam Religionem, & cultum ſapiebat, vel pertinebat ad ſacrificium noſtrum Corporis Chriſti (quippe Cominæus vt erat vir prudens, ſic erat vetè Catholicus) ille alter infelix, aut inuertit, aut abraſit.

Dauidis Chytræi impoſturæ.

Auctoris liber, qui dicitur Refutatio.

Ioannes Sleidanus.

Iulius Phlugius epiſcopus Numbergenſis.

Io. Fontanus. Surius.

1. Sect. lib. de hiſtoricis.

A

B

C

Cautio in credendis hiſtorijs, quas Ioannes Caluinus, & alij citant, vt ad ſuas hæreſes ſtatuendas ſibi ſternant viam. Cap. VII.

CVm autem Caluinus putaſſet Inſtitutionis ſuæ librum facilius admiſſum iri, ſi prius antiquitatem à ſe ſtare ſignificaſſet, hoc aſtu uſus eſt, vt Epiſtola, quã dicauit librum primo huius nominis Franciſco Regi Galliarum, ſummatim eas hiſtorias attingeret, quibus Catholicam fidem validius oppugnare crederetur. Ea Epiſtola videtur prima facie triumphum accerſere Caluino. Sed qui ſenſim, quidquid in ea ſcripſit, conſert cum fontibus hiſtoriarum verarum, vix ſe continebit (licet ſit Caluinianus) quin & Inſtitutionem illam, & quidquid peſtis illa contagij vbique ſparſit, in ignem coniiciat. Suſcepit igitur felici conatu inter alios laborem aperiendi iſtas Caluini hiſtoricas impoſturas Ioannes Duræus Scotus Theologus Societatis noſtræ, eo libro, quem ſcripſit aduerſus Viracherum hæreticum Anglum: quem quidem librum maximè expedier legere.

Verſus finem lib. pag. 703. & ſeq.

D

Plerique verò alij in Pontificum Vitis aut detorquendis, aut falſandis, aut denique ex improba aliquorum vita doctrinam fidei volentes euertere, cum multi fuiſſent, ac fallaciſſimi, hi potiſſimum à Bellarmino Card. confoſſi ſunt, ea præcipuè primi libri parte, qua quinquaginta Pontifices Romanos à calumnijs hæreticorum vindicat.

Inſtitere autem eandem Caluini viam, qui temerario auſu, vel arrepta occaſione negandi donationem Conſtantini Magni factam Eccleſiæ, vel carpendæ Synodi Tridentinæ, quot verba protulere, tot penè blaſphemias euomuerunt. Sed & hoſce omnes iam plurimi, rum & ipſe ſolus Bellarminus Card. reos eſſe iniquiſſimi criminis oſtendit. Itaque ad eoſdem confugiendum eſt; ut interim taceam, quæ fraudulenter commenta diſcordis illius nouiſſimæ Smichdelinianæ Concordiæ, illicò uno omniũ quaſi ſenſu, & conſenſu reprobata ſunt. Et hæc quoque planiſſimè eo libello moſtrantur, quem Card. Bellarminus Iudicium de Cõcordia illa inſcripſit: cum & quæ Fridericus Staphilus de Theologia Lutheri, & aduerſus Melanchtonem ſcripſit, originem omnium mendaciorum apoſitiſſimè aperiat.

E

Staphilus in tractatione Theologiæ cõtrouerſæ cum hæreticis.

Et Gaſpar quoque Henniberger us non ita pridem hiſtoriam rerum Prutenicarum Germanicè ſcripſit (pollicitus vberiorem edere) ſed ita blaſphemiis, atque mendaciis ſcatentem, ut nihil ſupra. Et hic homo inter alios, qui ſeſe Pruſſicos Theologos

Gaſpar Hennibergerus hæreticus de rebus Prutenicis.

vendi

A venditant, extat in Catalogo illorum, quos libro eius, quam diximus, Concordiæ
affixerunt; ut mirum non ſit, ſi ij qui ſanctiſſimam Trinitatem conuellere, minuere-
que in Chriſto Domino naturam antea fuiſſet auſus, mox in hiſtoria ſua tres illos
gentilium Deos, & idola peſſima, Pocollum, Potrymphum, & Perkunum cum ſan-
ctiſſima Trinitate conferens, ludat fœdiſſimè in re Diuiniſſima, Kyriuatum Boruſſum
ſummo Pontifici, Vveydoloctos ſacerdotibus Catholicis ſimiles faciat, initia verò
hæreſeos, quę irrepſit in Pruſſiam, taceat; quæ qui cernere velit, extant veræ hiſtorię
manuſcriptæ in Bibliotheca Varmienſis Epiſcopatus Heilbergæ in ipſa Epiſcopali
Pruſſia, præter ea quę idem Cromerus fidelis, & ſapiens ſcriptor hiſtoriis ſuis de re-
bus Polonorum non ſemel editis inſeruit. Quæ quidem Coloniæ Agrippinę editæ
ſunt pleniores paucisſimos ante annos.

B *Centurias Magdeburgenſium, & Librum Matthiæ Flacci Illyrici de tranſlatione Imperij non
hiſtorias, ſed mendacia, & impoſturas continere.* *Cap. VIII.*

AT Matthias Flaccus Illyricus anteſignanus eorum, qui Centurias Magdebur-
gicolligerunt, glorioſum titulum præfixit nouo monſtro, quòd idem Eccle-
ſiaſticæ hiſtoriæ nomine uelauit.

Aduerſus igitur nouum iſtud monſtrum (neque enim uocauero hiſtoriam Eccleſia-
ſticam) primus, ut opinor, ſcripſit Conradus Brunus Germanus, uir æterna dignus me-
moria: deinde alii ferè, quotquot Catholici Theologi hęreſes huius ſeculi ſubin-
de confutarunt. Ac præter alios Petrus Caniſius libro de uita B. Ioannis Baptiſtæ,
& de Beatiſſima Virgine; Franciſcus Turrianus cùm alibi, tum libro erudito de Epi-
ſtolis Pontificiis: Genebrardus ultima ſuę Chronographiæ editione anni 1585. Ro-
C bertus denique Card. Bellarminus paſſim, uti & Cæſar Baronius Cardinalis Annali- *Chronographia Genebrardi anno 1585. edita Pariſijs.*
bus ſuis Eccleſiaſt. Sed & optimè habet, quod iſti turrim alteram Babelis excitare uo-
luerint, quæ inchoata, & hians inhalat ubique fętores impietatis ſuæ; quippe ubi cen-
turias aliquot conſarcinarunt ſine calce, ſine ordine, ſine Eccleſiæ auctoritate, hoc eſt
ſine uoluntate Dei, iam item illæ exploſæ ſunt ab aliis hęreticis; quas & proſcripſere
Saxones, anathemate illo ſuo (ſi Deo placet) ferientes quoſcumque nouum illud ge-
nus hiſtoriarum retinere, aut legere cognouerint. Ad librum autem eiuſdem Mat-
thiæ Illyrici de Translatione Imperii, quod attinet is totus audaci non tam aſtutia,
quàm temeritate, ac mendaciis refertus eſt. Eum ego librum cùm in Germania vidiſ-
ſem manibus teri multorum, & quidem magiſtratuum, quibus hominis fraus, & fal-
ſitas in producendis teſtibus, atque hiſtoriis erant ignotæ; dediſſem autem operam
D ut ad Gregorii XIII. Pont. Max. manus perueniret, effectum eſt, ut Robertus Bellar-
minus Card. optimo ſcripto, quod deinceps in lucem prodijt, peſtilentia Illyrici com-
menta confutaret. Tredecim autem rerum capita, primo deprehendit, quibus Illy-
ricus tum cum ſeipſo, tum cum aliis ſuis operibus pugnat.

Quin & ubi Illyricus addidit ſe abhorrere ab omnibus erroribus, quos Romanū (in-
quit) Imperium, Confeſſioque Auguſtana damnarunt, fraudulenter, & mendaciter
loquitur. Quaſi verò Romanū Imperium Confeſſionem Auguſtanam cōprobauerit
quam Carolus V. Imperator, Electores quinque, centum & ſeptem Imperij princi-
pes, tum Eccleſiaſtici, tum Laici, undequadraginta Ciuitates liberæ Imperiales dāna-
runt, pauculis tantum quibuſdam eam admittentibus: Cum & antea, quicumque
Imperio potiti ſunt, reſque omnes publicæ, atque omnes Chriſti Eccleſiæ, monſtro-
E ſos illos errores abominati ſint: ut etiam ipſe Philippus Melanchthon diſertè Ioanni
Obernburgo in hæc uerba ſcripſerit: *Non delector recordatione Comitiorum Auguſta-
norum, in quibus triſti, ac atroci ſententia damnati ſumus.* Ex his ergo habet lector, quę-
nam fides huiuſmodi hominibus, & hiſtoriis adhibenda ſit. At quoniam eadem, quę
Illyricus attulit, Matthęus Dreſſerus hęreticus, neſcio quis Grammaticus, ex eodem
Illyrico euulgato ſcripto repetiit; propterea pluſquam ſatis erit ipſum Bellarmini
Card. opus de Tranſlatione Imperij perlegere, qui quidem liber nouiſſimè adiun-
ctus eſt tribus eiuſdem tomis Diſputationum ſiue Controuerſiarum quę poſtremo re-
cuſæ, ſunt emendatæ, atque auctę anno 1596. Ingolſtadij, deinde Venetijs anno
1601. & 1602. iterum prelis, uti & Lugduni, atque Coloniæ ſubiectæ.

SECTIO

SECTIO QVINTA, A

QVA AGITVR DE HISTORICIS, QVI VEL DE EVROPA generatim, vel de varijs eius Prouincijs, Rebus nimirum geſtis in ijſdem, hiſtorias ſcripſerunt.

Hiſtorici de Europæis generatim. *Cap. I.*

GEOGRAPHI, Chronographi, Hiſtorici plerique omnes.
Aeneas Syluius ſua in Europa.
Ioannes Boemus de Europæis. B
Luitprandus de rebus in Europa geſtis: præter ſcriptores, quorum mentio habita eſt in tertia, & quarta huius Operis ſectione. Europiaca verò Agatharchidæ Gnidij nec vidi, neque ſcio an extent adhuc, licet quidam ea citent.

Hiſtorici de rebus Italicis generatim. *Cap. II.*

PRimò id omne huc facit, quod ſcriptum eſt ab ijs, qui de Origine Vrbis Romæ, deque Regibus, Conſulibus, Republica, bellis ciuilibus, & externis Romanorum Cæſaribus, & Imperatoribus egerunt: Quod quidem in ſuperiore quarta Sectione continetur. hæcque eſt cauſſa, cur mox Hiſtoricos Italicarum rerum attexerimus hac Sectione ijs, quos Romana geſta texuiſſe diximus, incepturi alioquin propter C rationem, atque ordinem Geographicarum tabularum ab Hiſpanijs, in quibus & Luſitania cenſetur.

Præterea, Blondus Flauius, libris ſuis Italiæ illuſtratæ, & Carolus Sigonius, atque Albertus Leander in Italia ab eo conſcripta & edita Italicè.

Sanè uerò cum Leander, Annij Viterbienſis, & eiuſmodi aliorum, quos eſſe ſuppoſititios monſtrauimus, fecerit uti diximus ſupra mentionem, circumſpectè legendus eſt: Id quod etiam in Blondo Flauio eſt faciendum. Nam de libris Caroli Sigonij qui tum de Regno Italiæ, tum de Occidentali Imperio inſcripti ſunt, cum aliqui iudicium ſuum tulerint, quod apud aliquos eſt euulgatum: quaſi eos deſideraſſent in rebus Eccleſiaſticis recenſendis pleniores, & in ſacris enuntiandis magis ad Eccleſiaſticam normam ſcriptos, ut non negandum eſt, plurimum ab eo viro laboratum D eſſe, ſic qui ea tempora, quæ ille deſcripſit, apud Cæſarem Baronium Cardinalem in Annalibus, & Hieronymum Rubeum de rebus Rauennatium, ac Robertum Card. Bellarminum De translatione Imperij prælegerit, uix habebit, quod amplius in tota illa hiſtoria deſideret.

Familiarum porrò diuerſarũ nobilium Scipio Admiratus texuit, Neapolitanarum, Florentinarum, Sfortiarum, Piccolhomineorum, Montium, Milanorum, Caſtriotarum, Corrigienſium, Scaligerorum, uti & alius Cæſiorum, præter illas, quæ ſunt Auſtriacorum, & Luſitaniæ Regum.

HISTORICI DE PROVINCIIS ALIQVIBVS Italiæ, ac primò. E

De Regno Neapolitano. *Cap. III.*

CHronica Neapolitana Italicè Neapoli edita anno 1526.
Pandulphi Collenutij compendium cum adicione vſque ad annum 1562.
Ac Thomæ Coſtæ uſque ad annum 1586.
Hiſtoria Io. Baptiſtæ Caraffæ Neapoli edita.
Angelus Conſtantius.
Michael Ritius de Regibus Neapolitanis, atq. Siciliæ.

Bar-

A Bartholomæus Facius de rebus geſtis Alphonſi Aragonij Regis, editus Lugduni, & Mantuæ.
Iacobus Pontanus de bello Neapolitano.
Philippus Comminæus de eodem bello Neapolitano.
Io. Albinus de geſtis Rerum Neapolitanorum ab Aragonia, editus Neapoli.
Camillus Portius de coniuratione Procerum aduerſus Regem Ferdinandum primum, Italicè editus Romę anno 1565.
Vberti Folietæ Tumultus Neapolitani editi Neapoli.
Felini Epitome de Regno Apuliæ.
Annales Aquilæ Ciuitatis Bernardini Cyrilli, Romæ editi.
Deſcriptio Neapolis cum breui ſuorum Regum hiſtoria, edita Italicè à Ioanne
B Tarcagnota.
Scipionis Mazzellæ Deſcriptio Neapolitani Regni, edita Italicè.
Aloyſius Contarenus, Crucifer, de origine, ac nobilitate Neapolis, Italicè edita Neapoli.
Vberti Folietæ Dialogus Brumanus, de laudibus Vrbis Neapolis, Romæ editus vnà cum eiuſdem Folietæ Subceſiuis.

Hiſtorici de rebus Venetorum. Cap. IIII.

BErnardus Iuſtinianus, de Origine, & Geſtis Venetorum, quæ hiſtoria etiam Italicè eſt verſa.
Blondus Flauius, de Venetorum origine, ac geſtis.
C Pius II. de Venetis.
Antonius Sabellicus, de Vrbe Venetiarum.
Gaſpar Contarenus Card. & Donatus Iannotius, de Venetorum Republica.
Antonius Sabellicus, & Andreas Dandulus, de geſtis Venetorum.
Marinus Sanutus, de Vitis Principis Venetorum.
B. Antoninus Florentinus, tit. 19. cap. 7.
Petrus Bembus Cardin. de rebus geſtis Venetorum.

Scio autem à Iuſto Lipſio in ſecunda centuria ſuarum epiſtolarum aliquid in Bembo deſiderari; Quod quoniam potius ad ſtylum, & dictionem, quàm ad res ipſas pertinet, viderint qui velint ipſum Lipſium. Prudenter. n. quædam generatim admonet, quę etiam ad pietatem faciunt. Scribit autem Lipſius ad Douſam hac de re. Cete-
D rum, de variis Ciuitatibus, & Inſulis, quę Reipublicę Venetæ ditioni ſubiacent, Vide caput ſecundum Sectionis ſeptimæ huius Operis, ubi de Inſulis, & Appendicem Ciuitatum aliquot quæ ſunt in Continente, ad calcem eiuſdem Sectionis.

Reliqua, quæ Venetias ſpectant; uide infra in Sectione ſeptima, cap. 7.

Hiſtorici de Aquileienſibus, & Forotulienſi regione. Cap. V.

FLauius Blondus.
Iacobus Candidus, qui libros 8. ea de hiſtoria conſcripſit.
Marcus Antonius Sabellicus, de vetuſtate Aquileiæ.

Albertus Leander in ſua Italia ſat diligenter, vbi agit de Foroiulio. At & Nicoletus Ciuitatēſis, libros manuſcriptos de Patriarchis Aquileiæ reliquit, quibus vberem
E de Foroiulij hiſtoriam texebat, quos m. ſ. in Foroiulio uidi.

Ad Ciuitatem autem ipſam Aquileiæ quod attinet, uix rudera tantum extant, uno Templo excepto, quod ſeruarum creditur, quoniam in eo venerandæ reliquię SS. Hermacoræ, & aliorum adhuc ſeruantur à Canonicis, qui anni partem hyemalem (æſtate enim valde inclemens eſt cælum) eò ad Diuina peragenda conueniunt. Forrò ad viciſſitudinem rerum humanarum contemplandam præſtat huc carmen adtexere.

De Aquileia Ciuitate ſcriptum ad Io. Vincentium Pinellum Virum illuſtrem.

CARMEN DE AQVILEIA.

Pinelle egregi qui genus inclytum
Splendore ingenij, clarius efficis,
Huc aduerte animum; dum tibi carmine
Pingo viſam Aquileiam.
Quamquā, heu, nulla mihi viſa Aquileia eſt,
Vix ſparſos cineres; atraque fas datur
Aſpectare oculis buſta, fuit, fuit
Tanti gloria nominis.
Nil firmum penitus Cynthius aſpicit;
Occaſusq. manet, ſummaque, & infima,
Et quod longa dies prouehit, inuida
Punctum temporis abijcit.
Vrbis magnanimæ commemorabiles
Suſtentant titulos exigua domus
Tectoque, & numero ſtrataq́; gramine
Herbeſcentia plurimo.
Proturbata putri ſaxa ſitu iacent
Hic, illic, hedera ſumma licentia
Quicquid forte ſolo prominet, ocyus
Tamquam iure ſuo occupat.
Stat templum ſpecie, quam neque temnere
Nec veris liceat tollere laudibus,
Circum agrè veteris tetra Palatij
Se ueſtigia ſuſtinent.
Hic olim imperio diuite Pontifex
Nunc dirus coluber, multaq́; noctua,
Bubonesq́; habitant: horrida equidem mihi
Horror perculit inſolens.
Spectanti medium Cynthius æthera
Nondum conſcenderat, triſte ſilentium,
Informes latebræ, fœdaq. uaſtitas
Rerum cernitur omnium.
Hæc reſtant; rapidus cetera Barbarus
Ferroque, atque auidis perdidit ignibus
Et cælum æſtifero ſydere noxium, &
Clauſis multa palus aquis.
Deſcribamne etiam uerſibus incolas?
Pauci, omnia habe, liuida corpora,
Confecta macie, & febribus improbis,
Et peruari locum tenent.
Ad quid multa? quod eſt diues opum Tyrus,
Quod Carthago ferox, quod caput Vrbiū, et
Orbis Roma, quod & proximus omnia,
Fient, hoc Aquileia eſt.

Hiſtorici de rebus Etruriæ, ſiue Thuſcia, ſeu Tyrrhenorum. *Cap. VI.*

Plutarchus in Parallelis minoribus de Aeolo Rege Thuſcorum.
Blondus ſecundo libro.
Alexander ab Alexandro lib. 3. vigeſimooctauo capite.
Aelianus in uaria hiſtoria de Tyrrhenorum Republica.
Plutarchus de uirtutibus mulierum, vbi de Tyrrhenorum mulieribus.
Io. Bohemus tertio libro cap. 21. de Thuſcia. & gentis eius antiquis moribus.
Vincentius Burginus, de quo uide cap. 49. Sect. 3.

De rebus Florentinorum. *Cap. VII.*

Iacobus Pogius.
Florentinorum Chronica Ioannis Villani.
Leonardus Aretinus de geſtis Florentinorum.
Antoninus Florentinus titulis 20. 21. 22.
Plura Paulus Iouius in ſuis hiſtorijs, ſparſim, uti & ante illum Franciſcus Guicciardinus.
Marſilius Ficinus libro primo epiſt. 26. de Laudibus laurentij Medicis. Et in funere eiuſdem oratio funebris Pogij Florentini ad Carolum fratrem Laurentij. Reliqua in Italia Leandri, in Chronographis, in Genebrardo, & Geographis.
Vincentius Burginus de origine Florentiæ Italicè in ſuis (vt vocant) Diſcurſibus.

De rebus Senenſibus, & alijs. *Cap. VIII.*

Pius Secundus.
Auguſtinus Dathus.
Iam verò de reliquarum Etruriæ Ciuitatum hiſtorijs vix ſunt qui ſic libros conſcripſerint, ut ad eaſdem tantum ciuitates pertineant. Itaque illa tum in Io. Villano, tum in ijs, qui de rebus & geſtis Etruſcorum egerunt, perlegi poſſunt, ac demum

mum in Paulo Iouio, & Franciſco Guiciardino, & alijs: ſed & vide Appendicem ciuitatum aliquot quam ad calcem huius operis adiecimus.

De rebus Genuenſium, & Lygurum. Cap. IX.

Blondus de Lyguria, ſiue Genuenſi Regione.
Auguſtinus Iuſtinianus ſuis annalibus Genuenſium.
Iacobus Genuenſis ſuo chronico Genuenſium.
Pius II. & Ioannes Bohemus de Lyguria, & Lygurum priſco viuendi more.
Vbertus Folieta de rebus Genuenſium.
Reliqua Geographi, & Chronographi, quæve Leander in Italia.
B Gregorius item Corteſius Cardinalis, de direptione vrbis Genuæ: ſed & aliqua in Appendice aliquot Ciuitatum ad finem ſeptimę Sectionis huius Operis.

De rebus Longobardorum, ſiue de Gallia Ciſalpina, quæ vulgo dicitur Lombardia. Cap. X.

Paulus Diaconus de geſtis Longobardorum libris ſex.
Marcus Aurelius Caſſiodorus ſuis epiſtolis ad Theodoricum Regem.
Blondus lib. 7. ſuę Italiæ illuſtratæ.
B. Antoninus Florentinus tit. 11. c. 9. de Regibus Longobardis.
Carolus Sigonius, vbi de Regno Italiæ.
C Paulus Iouius ubi de bellis inter Carolum Quintum Imperatorem, & Franciſcum primum Gallię Regem.

De rebus Mediolanenſium. Cap. XI.

Pius Secundus.
Bernardinus Corius ſuis Chronicis.
Galeatius Capella de Mediolanenſium geſtis libris octo.
Georgius Merula de antiquitatibus Mediolanenſium Ducum.
Paulus Iouius de Vita Sfortiæ clariſs. Ducis.
Fräciſcus Philelphus de Vita, & rebus geſtis Sfortię, & funebris in eundem oratio.
D Ioannes Simoneta de geſtis Franciſci Sfortię.
Franciſcus Guiciardinus, præſertim vbi loquitur de Ludouico Sfortia.
Paulus Morigia Mediolanenſis de Antiquitatibus Mediolani, atque quot Principibus, ſeu Dominis fuerit ſubditum. A quibus item baptiſmum acceperit. Additus eſt catalogus ſanctorum Archiepiſcoporum Mediolanenſium, Eccleſiarum, Cœnobiorum, ſiue Monaſteriorum, Sodalitatum, Collegiorum, Scholarum, & eiuſmodi aliarum rerum; Italicè conſcriptus, & Veneriis editus. 1591.
De rebus autem Siculis, & Siciliæ locis. Vide infra in Sectione ſeptima. cap. 6. ad finem capitis.

E *De varijs Ciuitatibus Galliæ Ciſalpinæ, & Subalpinæ. Cap. XII.*

Iam quoniam longior haberetur oratio, ſi de reliquis Galliæ Ciſalpinę, ac Subalpinę ciuitatibus (licet inſignibus) ſingillatim diceremus, primo ſciendum eſt, à variis Hiſtoricis, quos citauimus, (vti & à Geographis, atque à Stephano qui Græcè ſcripſit de Vrbibus, factum eſt) pluraque de iiſdem agi: In Appendice autem. quę ſeptimę Sectioni propè Operis finem eſt adiuncta, de ſcriptoribus aliquot ciuitatum mentionem haberi; ut mirandum non ſit, ſi hoc loco de Bononia, Ferraria, Mantua, Patauio, ceteriſque illuſtribus ciuitatibus Scriptores non recenſeantur. Cum autem Mantuam dico, Montem item Ferratum, ſeu feracem intelligó, quando quidem vterque Ducatus vni Duci ſubiectus eſt.

Hiſtorici de rebus Hiſpanicis, ad quas item Luſitanicæ pertinent. Cap. XIII. A

Hiſpanica hiſtoria in quatuor ætates diſtributa.

HIſpanicam hiſtotiam, qui rectè ſcribendam ſuſceperunt, hanc in quattuor ętates quaſi partes primarias partiti ſunt. Primam, quę tamquam infantiæ, hoc eſt rerum Hiſpanicarum initiis reſponderet, quo nimirum tempore ea regna ſimplici naturæ ductu vitam agebant, nulla cum aliis bella gerentia, neque res mundanas perſentiſcentia, neque curantia. Secundam; quaſi adoleſcentię, dum Hiſpanię ſub iugo aliarum gentium adminiſtrabantur, quales fuere Romani, Gothi, & aliæ nationes: Sub his autem Hiſpani rerum uſu multarum edocti, vt item, atque inſidiis Arabum, & Maurorum cognitis, prudentiam haud mediocrem ſunt aſſecuti. Tertiam Iuuentutis, ac Virilitatis; nempè, cum iam Hiſpani viribus propriis, atque fortitudine iugum illud Mauritanum cœperunt excutere; Quo in bello ſeptingenti propemodum, & amplius anni effluxerunt, quibus pro aris, & focis bellaciſſimè pugnarũt. B
Quartam maturæ Ætatis, qua expulſis ex uniuerſa Hiſpania à Ferdinando Rege hoſtibus fidei, Imperium vna cum Chriſti fide propagarunt. Id quod præcipuè in Indijs hoc ſextodecimo ſęculo à Chriſto nato fecerunt, & Deo aſpirante faciunt.

Hiſpania cur Iberi dicti, & à quonam duxere originẽ.

Et quidem primam illam Aetatem vix aliqui ſcriptis attigerunt, niſi quòd ex Diuinis literis, & Pomponio Mela, qui fuit Hiſpanus, à Thubale filio Iapheti, cum Iberi Aquilonares iuxta Mœotidem conſediſſent, videtur ab his Iberis deducta Colonia Hiſpaniam occupaſſe, eamque Iberiam, ſeſeq; Iberos appellaſſe.

Thubal filius Iapheti primus cultor Hiſpaniæ.

Porrò quemadmodum fama eſt Thubal fuiſſe primum illius regionis cultorem, ſic in prima editione Bibliothecę Selectæ noſtræ diximus (ex Guidonis Fabritij Boderiani epiſtola ad Philippum Catholicum Regem in Biblia Plantini, in Teſtamẽtum C
nouum abs ſe è Syriaca lingua conuerſum vti ex aliis) Hiſpaniam apud Hebræos nõ ſolum Sepharad fuiſſe dictam, & ex Abdiæ vaticinio intellectam, verum etiam à voce Sepharad Hebraicè, ſic appellatam, quod portum, ſeu limitem deſignat. Syriacè verò à nauigandi peritia ſortitam eſſe denominationem.

Hiſpania cur Hebraicè dicta Sepharad, & Siriacè Sephineo, & Arabicè Saphinatum.

Diximus item, ex iiſdem, Hiſpaniam, & Phaniam à Spina Hebraicè, & Chaldaicè nominatam fuiſſe. Vnde Syris Sephineo, & Arabibus Saphinatum, quod nauim, ſeu nauium claſſem notat; inde etiam naucleri Sapanim Chaldaicè, & Sapone Syriacè nuncupantur. Quamobrem eò ſpectaſſe verba Abdiæ putarunt, quæ ſic habent.

Abdia. c. 1.

Et tranſmigratio Hieruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates Auſtri, &c.

Franciſcus Ribera.

Veruntamen quoniam hanc ſententiam pluribus rationibus oppugnat Franciſcus Ribera Societatis noſtræ Theologus, qui in duodecim Prophetas erudita ſcripſit Cõmentaria, facilè in eius ſententiam deſcendimus, veritatem potius, ac rationẽ, quàm aliorum auctoritatem ſecuti. Demonſtrat autem ſenſum Abdiæ planiſſimum (vt eius verbis vtar) ac germanum, eſſe, quem Hebręus præceptor S. Hieronymo indicauit, hoc nimirum Sepharad eſſe Boſphorum. Eſt autem Boſphorus, ſiue Boſporus anguſtum D

Duo Boſphori.

mare, à bubus meabili tranſitu ita dictum, ut auctor eſt Plinius lib. 6. cap. 1. Duoque ab Auctoribus nominantur: Alter Thracius, qui hodie fretum, ſiue, vt ita loquar Strictum Conſtantinopolitanum vocatur. Alter propè Mœotidem paludem, qui Cimmerius dicitur, nec longè alter diſtat ab altero. De priori loquitur Propheta, in quo pars Iudæorum relegata fuerat, & inde dicit in Vrbes ſuas eſſe reſtituendam. Hæc Ribera, qui fuſius eadem ſubinde comprobat, ad quem amandamus Lectorem.

Scriptores rerum Hiſpanicarum.

Ceterùm quæ ad ſecundum Hiſpanię ętatem pertinent, plures è priſcis Latinis, & E
Græcis; ex Hiſpanis item recentioribus ſcripſere, dum ſimul res geſtas à Romanis ſunt perſecuti, Cornelius Tacitus, Ælius Spartianus, Dio, Iulius Capitolinus, Herodianus, Lãpridius, Flauius Vopiſcus, Ammianus Marcellinus, Trebellius Pollio, Volcatius Gallicanus, Eutropius, Paulus Diaconus, Suetonius Trãquillus, Ablauius Iornandus, Gulſilas, Agathius, Procopius, Gennadius, Proſper, Seuerus Sulpitius, Euſebius Cęſarienſis, Hieronymus. Hiſpani autem, Victor Epiſcopus Toletanus, Ioannes Abbas Viclarenſis, quem Vulgus *de Velclara* nominat, quorum vterque appendices Euſebij Chronico adiũxerunt vſque ad tempora Recaredi Regis Gothorum in Hiſpania. Iſidorus item vir ſanctus, idemque Archiepiſcopus Hiſpalenſis Chroni-

Iſidorus quid de Hiſpanis ſcripſerit.

A con breue condidit Vandalorum, Alanorum, Sueuorum, Gothorum, quo primum tempore iſti ex eorum regionibus exiere vſque ad Regem Bambam; qui Princeps Gothus regnauit in Hiſpania: Addidit librum de viris illuſtribus Eccleſię, ſecutus Hieronymi, & Gennadij Catalogum, ſeu de iis narrationem; rurſus his libellum adiecit Ildephonſus vir ſanctus.

Rex Bamba.

Poſt Regem Bambam, Chronicon Hiſpanicum Iulianus quidam rectè diſpoſuit, quem ſuſpicamur Toletanum fuiſſe Archiepiſcopum cognomento Pomerium, licet Felix & ipſe Toletanus Antiſtes, dum Iuliani libros, atque horum materiam recenſet, nullam eius Chronici mentionem faciat, ſed tantùm libri eius meminerit, qui de quorundam equitum defectione agit à Paulo quodam incitatorum aduerſus Bambam Regem Gothum.

S. Ildephōſus. Iulianus ſcriptor rerum Hiſpanicarũ.

B Poſt Iulianum geſta Hiſpanica perſecutus eſt Iulianus Diaconus Toletanus, natione Græcus, at Toletanus incola. Hic (vt Florianus Ocampus exiſtimat) tectius, quàm ceteri, qui eatenus ſcripſerant hiſtoriam, hanc edidit, qua repetitis breuiter Hiſpanicis Antiquitatibus, fuſius diſſerit de periculis ex victoriis Sancti Regis Pelagii, quo tempore is uixit.

Iulianus Diaconus. Florianus Ocampus. S. Regis Pelagij victoria.

Reliqua vſque ad Alphonſum Regem huius nominis ſecundum, cognomine caſtiſ, ſcripſit diligenter Sebaſtianus Salmanticæ deſignatus, ſiue (ut vocabatur) electus.

Sebaſtianus Salmanticæ deſignatus ſiue electus

Poſt hunc vſque ad Bermudum, qui dictus eſt Podagricus, nonnullas hiſtorias texuit Zaphirus Epiſcopus Aſturicenſis, quem item *Sampyrum* nominarunt. Hinc Pelagius Epiſcopus Ouetenſis Chronicon continuauit vſque ad mortem Alphonſi Octaui, quem diademate Imperatoris Hiſpaniæ ornarunt, cum ex Vrraca regina, eiusque C coniuge Raymundo S. Ægydij Comite fuiſſet natus.

ſcripſit de Hiſpanicis reb. Alphōſus rex Hiſpaniæ diademate imperatoris ornatus.

At non deſunt, qui Hiſpaniç recentiora literis mandarunt; Iſidorus Minor Epiſcopus Badaiocenſis, Lucas Epiſcopus Tuitenſis, Rodericus Ximenius Archiepiſcopus Toletanus, Alphonſus Carthaginis Epiſcopus, Ioannes Aegidius Zamorenſis, qui generale Chronicon digeſſit mandato duorum Regum Alphonſorum; quorum alter deuicit Inſulas Algeziras: alter appellatus eſt Sapiens. Horum igitur omnium ſcripta Florianus Ocampus ſic probat, ut ex iis potiſſimum ſe collegiſſe dixerit, quæcunque ſcripſit. Quanquam Ambroſius Morales narret, hunc morientem non reliquiſſe alia, quę huc facerent, quàm priores quinque Chronici libros. Etſi verò Gironenſis Epiſcopi extabant, quę Paralipomena Hiſpaniæ inſcripta ſunt, quæve Ioannes Rihuergenſis, & alii quidam collegerant, Ocampus tamen eas ſeſe minimè adD mittere voluiſſe ſcripſit, quòd integram iis fidem haud habuiſſet.

Recentiores, qui de rebus Hiſpanicis ſcripſere.

Ambr. Morales. Epiſcopus Gironenſis. Io. Rihuergēſis.

Ad Florianum Ocampum vt redeam, hic mandato Caroli V. Imp. Chronicon generale Hiſpaniç collegit, cuius quinque libros habemus, editos Compluti an. 1578. apud Ioanuem Ignatium Lequericenſem. Ex his autem libris fuit, qui quattuor integros deſcripſit, ac ſuo nomine Hiſpanicè editos, dicauit Regi Catholico, tũ Hiſpaniç Principi, hac inſcriptione. *Liber de rebus memorabilibus, & magnis Hiſpaniæ geſtis. Prodijt autem ex typis Dominici Roberti Hiſpali anno* 1549.

Habetur huius rei mentio iustæ operis Floriani Ocampi poſt regiam primè legum minutis literis, ſeu typis.

Porrò quinque Ocampi libros ſeptem alij conſequuntur, quos Ambroſius Morales de Chronico Hiſpaniæ generali conſcripſit, quique annis 1574. & 1575. Compluti ab eodem Typographo fuerunt euulgati. In his autem libris Viri celebres tam gentiles, quàm Chriſtiani, Imperatores quoque ac Philoſophi, & uiri ſancti comme E morantur. Adiecit decimo libro, qui eſt Ambr. Moralis quintus, compendium, earum rerum, quas quinque prioribus libris conſcripſerat, quibus etiam egit de Romanis, qui bellarunt in Hiſpaniis, de Prouinciis, & regionibus, populis, Inſulis, Hiſpanicis ciuitatibus, oppidis, fluminibus montibus, tam antiquis, quam recentioribus, lapidibus, & numiſmatibus antiquis, locis Auctorum declaratis, aut emendatis, Conciliis Hiſpanicis. In his autem omnibus non omiſit uiros ſanctos, qui ſunt in cælis, quorum mentio fit in vnoquoque libro.

Ambr. Morales quauā de rebus Hiſpanicis ſcripſit.

Vndecimo autem, & duodecimo libro primum de ratione ſupputandorum annorum, deinde de libris antiquis, atq. aliquibus aliis ſubſidiis, quæ conſecutus eſt mandato Philippi, Catholici Regis.

Mox ſcribit de Prouincia Gothica, & Gothis. A

Poſt duodecimum librum de antiquitatibus Ciuitatum Hiſpaniæ, quę tota tractario cum plena ſit eruditionis, deque Itinerario agat (vt vocant Imp. Antonini) Geographisq; aliquibus, & hiſtoricis tàm Græcis, quàm Latinis, & Hiſpanicis, ac plerisq; alijs, vnde Hiſtorię, & Geographiæ certitudo deſumitur, lucem non ſolum Hiſpanicis, verum etiam alienis hiſtoriis affert.

Thubal mandáte Noe venit in Hiſpaniam.

Porrò omnibus his libris hiſtoria vſque ad 716. annum à Chriſto nato continetur eorum quę in Hiſpanijs contigere poſt Thubal, qui mandante Noe ad eas appulit, ut hominibus, qui ex Diluuio perierant, impleret; Quo item circiter anno Mauri venerant in Hiſpanias, maximasq; iis clades intulerant. Et quidem Florianus Ocampus, prę fatione in quinque priores libros pollicitus erat, ſeſe vſque ad hoc ſæculum, & Caroli V. Imp. qui & Rex Hiſpaniarum fuit, ætatem, ac geſta ſcripturum; Verun- B tamen id præſtare non potuit, niſi uſque ad annum bis centeſimum ante Chriſtum natum. Quare Ambroſius Morales reliquum Chronicon pertexuit. Atqui & Ocampus, cum ingenuè ſuam hiſtoriam ſcripſiſſet, deprecatus eſt culpam, ſi quid in eam irrepſiſſet errorum ex Auctorum defectu, qui turbulentis Hiſpanię temporibus, aut nullam, aut minus certam hiſtoriam conſcripſiſſent.

Quid obſeruandum in Ambroſio Morale.

Annius Viterbienſis ſictus commentus eſt.

Et ille tamen adhibuit diligentiam in peruestiganda rerum geſtarum ſerie: niſi quòd (ut nihil ſimul incboatum, & abſolutum ſolet prodire) cauendum eſt, ne id, quod ille ex Beroſo Babylonio ſe accepiſſe ſcribit ad Hiſpanię pertinens antiquitatem, ullam fidem faciat, cum nullus Beroſus Babylonius iam exſtet, quemadmodum ſuprà oſtendimus. Fictitium autem illum Annij Viterbienſis nemo prudens admiſerit, niſi ſicubi cum hiſtoria Diuina conſentiat, ac tum penes iſtam, non penes C illum fides eſſe debet.

Hiſpani Hiſtoriographi cur maximè laudandi.

Quòd verò ad Hiſpanicæ hiſtorię Scriptores hos attinet, nunquam ſanè commendari ſatis poſſunt, cum præter ſynceram rerum geſtarum narrationem, ſyncera pietate vitas Sanctorum eorum ſuis inſeruerunt hiſtoriis, qui vel Hiſpaniæ lumina, vel certè attritis eius rebus maximo præſidio fuerunt. Sed & cùm Synodorum, ac reliquorum huiuſmodi meminerit Ambroſius Morales, eſt, quo gratię agantur Deo, quòd Philippi Secundi Catholici Regis mandato vir ille omnes peragrauerit Hiſpanias, quidque in quaque celebriori Bibliotheca aſſeruaretur, quidve præſtaretur ab Eccleſiis in Sanctarum Veneratione reliquiarum, aut in ſacris pro Regibus qui olim obiere, faciendis, qui item libri eſſent antiquiores, accuratè perquireret: Quo ex ſtudio, & itinere hiſtoriam ſuam magnoperè auxit, & ornauit. D

Hieronymus Zurita Hiſpanus Hiſtoricus.

At antea quoque Hieronymus Zurita ſcripſerat Annales regum Aragonenſium ſiue Aragoniorum vſque ad mortem Ferdinandi Catholici, ſtylo pereleganti Hiſpanico, quamuis prolixior fuerit, quod nomina omnium interſerat eorum, qui in Regum illorum expeditionibus fuere. Ii verò annales, quinque voluminibus, comprehenduntur, quę & ſi perampla ſunt, utilitas tamen, quæ ex iis capitur, moleſtiam, & temporis iacturam ſuperant. Idem autem deinceps Latinè cuncta illa in compendiū redegit. Quæ omnia Cæſarauguſtę prodierunt in lucem.

Stephanus de Garibay & Zamalloa q̄ opera ediderint. Gulielmus à S. Clemente.

Stephanus quoque de Garibay, & Zamalloa Cantaber Nauarrus, & ipſe copioſus, licet non ita elegans, Hiſpaniæ Regna ſingula, Maurorum item, & Luſitanorum deſcripſit, perquiſitis undique diligenter vetuſtioribus originibus rerum, & ſcriptis, ac temporibus additis. Quos duos Auctores vir illuſtriſſimus Gulielmus à S. Clemē- E te, qui plures iam annos apud Rodulphum Cæſarem Legati munere pro Philippo Catholico Rege fungitur, poſſe pluſquam ſatis eſſe ad res Hiſpanicas pernoſcendas, mihi ſcripſit, cùm ille ſedulo hiſtorias illas ſcrutatus fuiſſet, ac perlegiſſet.

Marius Aretius Gerundenſis.

At ſequentes item libri tribus Tomis Latinè editi materiam vberem ſuppeditant Hiſpanicarum rerum noſcendarum, nempe Marii Aretij Patricii Syracuſani Hiſpanię Chronographia, & Ioannes Gerundenſis Epiſcopi Paralipomenon Hiſpaniæ libri 10.

Rodericus Archiepiſcopus Toletanus.

Roderici Archiepiſcopi Toletani Oſtrogothorum hiſtoria.

Eiuſdem Hunnorum, Vandalorum, Sueuorum, & Silinguorum hiſtoria.

Eiuſdem

A Eiuſdem Roderici Toletani Præſulis de rebus Hiſpaniæ libri 9.

Rodrici Sanctij Epiſcopi Palentini hiſtoriæ partes 4. Hiſpanicè. *Rodericus Sãctius epiſcopus Palentinus.*

Ioannes Vaſæi Burgenſis Hiſpaniæ Chronicon. *Ioan. Vaſæus Burgenſis.*

Alphonſi à Carthagena Epiſcopi Burdenſis Regum Hiſpaniæ Anacephalæoſis. *Alphonſus à Carthagena.*

Michaelis Ritii Neapolitani de Regibus Hiſpaniæ libri 3. *Michael Ritius clarens 1530.*

Franciſci Taraphæ Canonici Barchinonenſis de origine, ac rebus geſtis regum Hiſpaniæ libri 1. *Franciſcus Tarapha.*

Breuis rerum à Philippo II. Hiſpaniæ Rege geſtarum deſcriptio.

Lucii Marinei Siculi regii hiſtoriographi de rebus Hiſpaniæ memorabil. lib. li. 22. *Lucius Marineus.*

Laurentii Vallæ de rebus à Ferdinando Aragoniæ rege geſtis lib. 3. *Laurentius Valla.*

B Aelii Antonii Nebriſſenſis rerum à Ferdinando V. & Heliſabeta Hiſpaniarum regibus geſtarum Decades duæ. *Aelius Antonius Nebriſſenſis.*

Eiuſdem de bello Nauarrienſi lib. 2.

Damiani Goes Equitis Luſitani Hiſpanica genealogia regum Hiſpaniæ, recens ex Italico tranſlata, & diuerſorum Principum, ac Ducum Catalogi. *Damianus Goes.*

Aluari Gomeſii de rebus geſtis à Franciſco Ximenio Ciſnerio Archiepiſcopo Toletano libri 8. perdigni lectu. *Aluarus Gomeſius.*

Continet autem hiſtoria hæc ſeptem libris, ortum, educationem, vocationem Ximenii ad Franciſcanorũ Ordinem, ad officium Prouincialatus, ad munus Confeſſarii apud Reginam Iſabellam vxorem Ferdinandi Aragonii Regis Catholici, ad Archiepiſcopatum Toletanum, ad quem inuitus aſſumptus eſt, ad magni Inquiſitoris officium quo functus fuit, ad Hiſpaniarum Adminiſtrationem, ad Complutenſis Academiæ inſtitutionem, ſiue creationem, ad Meſſalcabienſis Africani portus, eo conſulente, expugnationem, ad Orani, ipſomet traiiciente in Africam, expugnationem, ad ſummam prudentiam, & conſtantiam, Philippo Primo Rege Caſtellæ adoleſcente, ac Ferdinando Rege Catholico, ad Caſtellæ Regni Præfecturam, denique ad officium Proregis biennio ab eodem Ximenio adminiſtratum in vniuerſa Hiſpania, dum Carolus Philippi filius, qui poſtea Carolus Cæſar V. dictus eſt, ex Belgio in Hiſpaniam tranſmiſit. *Franciſci Ximenij breuis rerum geſtarum anacephaleoſis.*

C

Eo uerò tempore quanta egerit Ximenius in Hiſpanicis, & Belgicis rebus, & in Republica iuuanda, fuſius iiſdem libris enarratur.

Cæterum, obiit uir tantus, ætatis ſuæ anno 80. cum omnia ſacramenta piè ſumpſiſſet, plures ſacras ædes extruxiſſet, rationes regni, & lites maximas compoſuiſſet.

D Octauus liber Aluari Gomeſii continet, quæ contigere, à condita à Ximenio Academia Compluten. ſi atque huius progreſſu, uſque ad Bartholomæum Mirandam, Archiepiſcopum. *Bartholomæus Miranda.*

Extant item Chronica Hiſpaniæ Petri Antonii, Hiſpanicè. *Petrus Antonius.*

Appiani Hiberica. *Appiani Hiberica.*

Petrus Methimna de rebus memorabilibus Hiſpaniæ, idiomate Hiſpanico. *Petrus Methimna.*

Chriſtophorus Scobar de præclaris Hiſpanis. *Chriſtophorus Scobar.*

Mariæ Siculi Aragonenſis Hiſtoria. *Marius Siculus.*

Ioannis Bracelli de bello Hiſpanico libri quinque. *Io. Bracellus.*

E Caroli Verdi de expugnatione Regni Granatæ, & eiuſdem Bætica Hiſtoria. *Carolus Verardus.*

De noua autem Hiſpania? Vide infra, vbi de Inſulis.

Atqui nouiſſimè Io. Marianæ è Societate noſtra prodierunt hiſtoriæ de rebus Hiſpaniæ viginti libri, Toleti ex typographia Petri Roderici, quæ quidem eò poſſunt eſſe utiliores, quòd qui viderit alios, qui præceſſerunt, neque affectibus duci uoluit vir Theologus; & uariis diſciplinis excultus, ſcopum veritatis, (& quidem preſsè, ac Latinè ſcribens) aſſequi potuit. Veteres quidem Hiſpaniæ hiſtorias quod ille non diffitetur, euoluit, excuſſit veteres ſchedas, monimenta antiquitatis, acceptas publicè ex vetuſtis templorum tabulariis, ab amicisque priuatim præſtanti eruditione viris. Arabum annos cum noſtris annis exacta ratione primus comparauit, atque exæquauit. Locis, oppidis; fluuiis, montibus vetera nomina reddidit, neque Reipublicæ caſus, ſed vti erat neceſſe, Eccleſiæ etiam viciſſi- *Hiſtoria Ioannis Marianæ Hiſpanica.*

tudines explicuit. Cumque à primis temporibus, nimirum à Iapheti filio Thubale (ut diximus) qui mortalium primus in Hiſpaniam uenit, eamque multis per late patentem prouinciam deductis coloniis, oppidis conſtitutis, iuſto imperio tenuit, hiſtoriam noſter hic orſus fuiſſet, uſque ad anorum noſtrorum memoriam texuit, cũ Maurorum dominatio euerſa eſt in Hiſpania; recentiora enim ſapienter tractare noluit, tum ob vitandam multorum offenſionem, tum quod plerique hoc ſeculo hiſtorici id abundè præſtiterant. A

Iam de Luſitanorum regibus, & geſtis, cum pleraque in ijs, quos citauimus, Hiſtoricis perlegi poſſint, ſequentes tamen propius ea ſcripſerunt. Ioannes de Barros. Io. Leo. Hieronymus Oſorius. Ferdinandus Lopez. Damianus Goes, ſiue à Goa. Io. Petrus Maffęus Societatis noſtræ. Quin & Luſitaniæ Regum Arbores edidit cum aliis familiis Scipio Admiratus. Deinde verò Cæſar Campana, & Hieronymus Francus Italicè ſcripſerunt de Luſitania adiuncta ad Regnum Hiſpaniæ, & Ferdinandus Lopez de Indiis Orientalibus, qui etiam idiomate Italico prodierunt in lucem Venetiis, hic anno 1577. ille anno 1585. Hieronymi Conſtagii, Patritij Genuenſis; De Portugalliæ coniunctione cum Regno Caſtellæ hiſtoria diuiſa in decem libros, & ex Italico ſermone in Latinum conuerſa. Francofurti, apud Claudum Marinum, & hæredes Io. Aubrii 1602. Sed & recuſę ſunt ſimul Hiſtoriæ ad finem anno 1602. pag. ſecundę 167. ſub Hieronymo Conſtagio. De rebus Hiſpanicis, Luſitanicis, Aragonenicis, Indicis, & Æthiopicis Damiani à Goes, Luſitani, Hieronymi Pauli Barcinonenſis, Hieronymi Blanci Cæſaraugustani, Iacobi Teuij Luſitani Opera. Coloniæ Agrippinæ in officina Birkmannica. B

Vide verò, quæ in Apparatu ſacro ſcripſimus in verbo, S. Eulogii martyris, qui Memoriale martyrum, & alia de Cordubenſibus ſcripſit, & ad quem Notas addidit Ambroſius Morales. C

Quæ Sepulueda ſcripſit de Era Hiſpanorum; Quæve alij rectius. Quòd quidem attinet ad Hiſtoriam Hiſpanicam rectè intelligendam. Cap. XIIII.

IN deſignandis temporibus, Hiſtorici non ſolùm annorum ab Orbe, vel alij ab Vrbe condita, ſiue Olympiadum, vel Conſulum, vel Natalis Domini, vel Indictionum, vel Hegirarum, de quibus loquemur, vbi agemus de Turcica, & Arabica hiſtoria, verum etiam Æræ Hiſpanicæ mentionem ſępè faciunt; quam noſſe expedit eos, qui Hiſpanicam legent Hiſtoriam. Ac quidem de Æra Ioannes Sepulueda vir præſtans, veritatem attigiſſe viſus eſt multis, qui rem altius non peruestigarant. At alii rem aliter ſe habere monſtrarunt, quemadmodum infra ſubiiciemus, ſi prius quę pro ſe attulerit Sepulueda, dixerimus. Ea autem ſic habet. D

Aera Hiſpanorum quid ſit ſecundum Sepuluedam.

Hiſpanorum fuiſſe conſuetudinem repetendi annos ab Auguſto Cæſare, Iulij Cæſaris ſucceſſore; quod illis Auguſti felix, & ſalutare fuerit Imperium, tum cum Hiſpaniarum ad ipſum ſolum priuatim delatum fuit dominium. Id verò fuiſſe factum poſt bellum Peruſinum, ſtatim poſt Lucii Antonii Conſulatum, hoc eſt, quarto triumuiratus anno, Cn. Domitio, & C. Aſinio Coſſ. teſtatur Plutarchus in Antonio, & Dion in Auguſto: quod quidem tempus incidit in annum ab vrbe condita 714. annis ante natum Dominum 38. Tum autem, Hiſpania, Italia, & reliqua occidua circa mare Ionium regiones in Auguſti ſolius Imperium conceſſere; ſicuti reliquus orbis ad Orientem Antonio permiſſus eſt, & Africa Lepido attributa. Ex eo tempore, rerum actarum, & geſtarum annos ſoliti ſunt Hiſpani annotare in hunc modum; *Acta ſunt hæc*, exempli cauſſa, *Corduba, pridie Kalendas Aprilis: Annus erat Auguſti ſeptuageſimus*. Deinde breuitatis gratia principia verborum duntaxat ſcribebant, ſed punctis ſeiuncta in hunc modum. A. ER. A. LXX. ideſt, *Annus erat Auguſti ſeptuageſimus*. E

Poſteriorum autem ſocordia, & temeritate factum eſt, vt omiſſis punctis eędem literæ, velut in unum verbum, cujus prima ſyllaba eſſet diphthongus, Æ. ſcriberetur confusè, non aliter, quàm dum *æra* ſcribentes, nummos *æreos* volumus intelligi. Ita negligentia, & inſcitia librariorum, & tabellionum confuſa illa verba pro vna voce ſunt

A acepta, cui poſterorum ignorantia declinationem attribuit, qualem voluit. Cui ety-
mon quoque ab eadem inſcitiæ officina profectum, accommodauit: errore multiplici
ex vno, ſicuti fieri ſolet, variè diſſeminato. Morem autem notandorum annorum per
æras ſuſtulit Ioannes Rex eius nominis primus, lege lata de ea re anno Domini 1372:
qua fuit cautum, vt anni deinceps, & tempora à Chriſti Domini die Natali, & non
ab æra Cæſaris computarentur. Hæc ille. At alij verius, quæ ſequuntur.

Io. Rex I. ſuſtulit morem notandorum annorum per æras.

Aeram, inquiunt, Hiſpanicam non ſolum 38. annis præceſſiſſe natalem Chriſti, ſed
etiam attributam eſſe Iulio Cæſari ab Hiſpanis, ſciunt qui illorum libros, & Alphonſi-
nos indices legerunt. Quemadmodum Antiocheni, Aeram Alexandri vocant, quę ta-
men eſt Seleuci Nicanoris, ab eo, quòd initio anni Alexandri vtuntur ab Autumno, &
clade Darij vltimi. Sic etiam Hiſpani eum annum, quo formam Iulianam acceperunt,
B Iulio Cęſari attribuunt, qui tamen annus erat ſeptimus ordinationis Iulianæ, ſextus à
cęde Cęſaris. Annus natalis Chriſti Dionyſianus eſt Periodi Iulianæ 4713. deductis
38. remanent 4675. Verus annus Aeræ Hiſpanicę, cyclo Lunæ primo; Solis 27. Sed is
annus erat ſecundus cycli uitioſi Iuliani: vterque cyclus tàm uerus, quàm uitioſus ha-
buit literam Dominicalem B. ſed quia in uitioſo præcipitata eſt Byſſexti intercalatio,
à terminalibus feriæ illius anni non competunt cyclo emendato.

Rectior ſententia de Aera Hiſpanorum quà qua fuit Sepulueda.

Aeræ Hiſpanicæ mentionem faciunt plerique in Hiſpania cippi, & alia monumen-
ta, ut apud Ambroſium Moralem virum optimè de hiſtoria meritum legimus. Porrò
Concilium Toletanum celebratum eſt Fl. Stilicone, Fl. Aureliano Coſſ. anno Domi-
nico vulgari 400. In fronte Concilij, in vetuſtiſſima membrana ita ſcriptum fuiſſe te-
ſtis eſt is, quem modo nominaui, Ambroſius Morales. Incipiunt exemplaria profeſſio-
C num in Concilio Toletano contra ſectam Priſcilliani, Aera 438. Porrò extant, &
cippi complures in Hiſpania cum Eræ annotatione. Vt in agro Hiſpalenſi: *Paula cla-
riſſima fœmina, famula Chriſti, uixit ann. 24. menſes 2. Receſſit in pace 16. Kal. Feb. Era*
582. In agro Eborenſi. *Iulianus famulus Chriſti, Epiſcopus Eccleſiæ Eborenſis Hiſitus eſt.
Vixit ann. plus minus 70. Rec. in pace Kal. Decembris. Era* 604. In agro Hiſpalenſi: *Ma-
carius famulus Dei vixit annos 52. Receſſit in pace, die 10. Kal. Ian. Era* 558. In eodem a-
gro: *Alexandra clariſſima fœmina uixit annos plus minus 25. Receſſit in pace 10. Kal. Ia-
nuarias. Era* 503. Plura apud eundem Moralem reperies.

Aera Hiſpanica qui meminerint.

Sed quærunt multi, quid ſit Aera, & vnde dicta. Sepulueda Cordubenſis, in libello
quem de anni emendatione edidit, ait uitioſè interpunctum AERA, pro A. ER. A. id-
que eſſe dicit: Annus erat Auguſti. Mirum (inquit Scaliger cui fidem Catholicam ex
D animo precamur.) eſt hominem doctiſſimum, ac præterea Hiſpanum, cum tot monu-
menta extent in Hiſpania, in quibus huius rei mentio ſculpta eſt, ne vnum quidem vi-
diſſe. In illis nunquam Aera, ſed Era exaratum eſt. Sed eſto, in omnibus exaratum fue-
rit AERA. Quis vnquam legit annum ſingulari A in compendiis ſcriptionis antiquę,
aut in veteribus monimentis? Quare A. ſingulare annum potius, quàm Agrum, aut a-
liud potius ſignificet? Cur verò, Era duabus literis, non ſingulari E. notatum eſt? Deni-
que cur ex duobus A. A. ſingularis alterum Annus, alterum Auguſti ſignificat in trib.
tantummodo uerbis? Tamen illi uiro erudito adeo placuit commentum ſuum, ut eius
rei gratia duntaxat ſcriptionem illius libelli de anni emendatione ſuſcepiſſe uidea-
tur. Poſtremò quare Auguſti anno interpretatur; quos Hiſpani ſemper Iulio Cæſari
attribuerunt. ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας.
E Sciamus igitur Eram perperam pro Aeram ſcriptum, illo barbaro ſeculo. Id probat
Nonius Marcellus, qui ab Era deducit. Nam quamuis is Grammaticus Aeræ nomen
apud Lucilium extare falsò putat, tamen rectum, & verum eſt tum etymon, ab Aere,
tum etiam Aeram numerum ſignificare. Ita enim vſurpat Fauſtus Reginenſis primo
de Spiritu Sancto: Sacer (inquit) numerus decimus: quia trecenti in æra ſiue ſuppu-
tatione ſignum Crucis C. &c. Iſidorus ex Canonibus Euangelicis Græcis Euſebij Cæ-
ſarienſis ſemper, quod Græcus Scriptor ἀριθμούς. Per ſingulos, inquit, Euangeliſtas
numerus quidam capitulis affixus adiacet, quibus numeris ſubdita eſt æra quædam
minio notata, quæ indicat in quoto Canone poſitus ſit numerus, cui ſubiecta eſt æra,
uerbi gratia, ſi eſt æra prima, in primo Canone, &c. Hæc ille. Vbi æra eſt titulus nu-
meri,

Aera idem eſt quod numerus.

meti, aut per numeros conceptus, In vetere Breuiario Codicis Theodoſiani Impe- A
rator Theodoſius Aera 22. Aeram, ſiue Eram vocat tituli numerum. Hildericus Gal-
lus æqualis Iſidoro æras dierum dixit, pro numeris dierum. Aera igitur ſine controuer
ſia eſt numerus. Quod nomen ſeculum ineruditum ex neutro in fęmininum mutauit;
quemadmodum in veteri lingua Latina, Oſtiam oppidum ab oſtiis Tiberis flumi-
nis. Et in Eccleſiaſtico Idiotiſmo Aetheram pro Aethere conſuetudo deriuauit. De-
inde Enallage numeri commiſſa eſt à plurali in ſingularem, vt & in oſtia videmus: &
Idiotiſmus Epactam dicit, tametſi plures ſint Epactæ.

Veteres enim illi, qui purè locuti ſunt, partes aſſis, & cuiuslibet integri numeri æra
vocatunt: quales ſunt ſextulæ, vnciæ, ſilici, & ceteræ minimæ partes aſſis, quas minu-
tias vocant, ex quibus ſcilicet ſumma conficitur. Vnde æra ſummæ dicuntur; quaſi
μέρη τοῦ ὅλου hoc eſt partes totius. Lucilius. *Hac ratio peruerſa eſt: æra ſummæ ſubducta* B
improbe. Cic. in Hortenſio. *Quid tu, inquam, ſoles, cum rationem à diſpenſatore accipis,*
ſi æra ſingula probaſti, ſummam, quæ ex his confecta ſit, non probare? Varro. *Veteris con-*
ſuetudinis; vt retro æra dicerent, ita ut ſemiſquintus, ſemiſquartus, ſemiſtertius pronuncia-
rent. Voluſianus Mætianus: *ſiue denaria, ſiue ſeſtertiaria ratio conficeretur, iiſdem notis,*
id eſt libellarum, & ſingularum, & teruncicorum præpoſita nota denarij, vel ſeſtertij, vt erat
ratio, æra exprimebatur. Manifeſtiſſimè his τὸν κόλλυβον, ἐ τὸν χρηματισμὸν æra voca-
ri apparet.

Quare vt Aera Latinis eſt verbum menſariorum, campſorum, collybiſtarum: ſic
etiam apud Hebræos recentiores, & apud Arabas, propriæ ſunt voces. Rurſus, quem-
admodum æra pro quouis ratiocinio, & numero etiam extra rem monetariam ſumi-
tur: ita etiam illud Hebraicum, atque Arabicum. Item propriè æra ſumitur in Abaco C
logiſtico pro numero ſubiecto millenarijs; nempe centum, nonaginta, ſexaginta, &c.
Ad eundem modum illa duo Hebraicum, & Arabicum. Nam Hebræi vocant ſuum nu
merum cuiuslibet epochæ ſubiectum millenario. Arabes verò ſuum. Quare in hoc
anno Dominico 1593. illud 590. quod ſubiectum eſt millenario, ſunt æra ratiocinij
annorum Chriſti, vt Latini loquuntur: ex conſuetudine autem poſteriorum ſeculorũ
æras vocabimus. Quod autem anni vnius epochæ vocentur numerus, hoc verò no-
uum non eſt. Cum Iudæi epochem Seleucidarum vocent numerum contractuum,
quod ex conſuetudine Hiſpaniæ diceretur æra contractuum. Hęc igitur eſt vera de Ae
ra Hiſpanica ἀρχαιολογία, quę cum 38. annis Natalem Chriſti Dionyſianum pręceſſe
rit; vix tandē in Aragonia deſiuit ann. Chriſti vulgati 1350. In Caſtella anno 1383.
in Portugallia 1415. quare hodie penitus deſita eſt æra in Hiſpania, eiuſque nomen D
in libris duntaxat, & monimentis ſupereſt. Hęc Scaliger.

Hiſtorici Gallicarum rerum, ad quas pertinent Celtæ, Belgæ, & Franci, qui Rheno, Pyreneis,
Alpibus, & vtroque mari hoc eſt, Oceano, & Mediterraneo alluuntur.

Caput XV.

ANtequam autem de Hiſtoricis Gallicorum, Germanicorum rerum ſcriptores
adnumerem, ſciendum eſt à veteribus ita Gallos cum Germanis commiſce-
ri, vt difficillimè quinam Galli, quinam Germani fuerint, dignoſci poſſit.
Dion certè, qui eo tempore uixit, quo Galli & Germanis Romani innotuerant, ſcripta
hæc uerba reliquit. *Celtæ, quos Germanos appellant.* Plutarchus item in Aemilio par- E
tem exercitus Spartacij promiſcuè Galatas, & Germanos uocat. Quin & qui Pli-
nium, Appianum, Epitomen Liuij, Senecam Oratorem, Velleium, Valerium, de hiſto
ria ſerui, qui ad Marium interficiendum eſt miſſus, cōferet ſimul; inueniet eos confuſè
nominare illum, Gallum, Germanum, Cimbrum. Atqui & Cicero, & Oroſius Cim-
bros, & Teutones uocant, Gallos, quod & Salluſtius, cum inquit: *Aduerſum Gallos ab*
Ducibus noſtris L. Scipione, & M. Manlio malè pugnatum.

Poſt Hiſpanicam igitur Hiſtoriam, ſequitur Gallica, cuius ſequentia monumen-
ta extant.

C. Iulij Cæſaris de bello Gallico libri ſeptem; & Hircii libri conſequentes, Quę-
nam

A nam verò melior editio, aut à quibus explanata ſit, vide ſupra vbi de Cæſare. Vbi etiam, quid in illo cauendum, vel obſeruandum eſt, diximus.

Hunibaldi libri octodecim de Francis, quos à bello Troiano ad mortem Antenoris ſex prioribus libris deducit, conſequentibus ſex ad Varamundum vſque, deinceps in Clodouei temporibus definit.

Appiani Celricus, ſiue de bello Gallico.

Ioannis Tilij Pariſienſis Epitome hiſtoriarum à Pharamundo vſque ad Henricum Secundum.

Huberti Leonardi de origine Francorum liber vnus.

Pauli Aemylij Veronenſis hiſtoria Francorum à Pharamundo vſque ad Carolum Octauum, de quo videque ſuprà de eo diximus in quarta huius Operis Sectione.

B Ioannis Ferronij Galli conſequentium Regum Hiſtoria vſque ad Franciſcum Primum.

Io. Tritemij Germani de geſtis Francorum ab anno 423. ante Chriſtum, vſque ad annum Chriſti milleſimum quingenteſimum.

Guagnini hiſtoria vſque ad Carolum VIII.

Nicolai Gillij ſiue Lilij Annales Francorum.

Bocheti Annales Aquitaniæ.

Hermanni Comitis de rebus Francorum vſque ad annum 1525.

Aemundi de Ducibus Burgundiæ, Flandriæ, Brabantiæ, Holandiæ à bello Troiano vſque ad Carolum V. Imperatorem.

Beiſſelli de Flandrenſium geſtis.

C Meieri Belgica hiſtoria.

Adriani Barlandi Brabantia, Antuerpiæ ann. 1551.

Annales Burgundię incerti auctoris.

Gulielmi Paradini de antiquo ſtatu Burgundię liber vnus.

Gregorij Turonenſis Epiſcopi Hiſtoriæ Francorum libri decem, ab eorum origine vſque ad annum Chriſti ſexcenteſimum.

Annonij, ſiue Aimoini Monachi libri quinque de Regibus Francorum ab anno Chriſti 420. vſque ad annum 826.

Ruperti de Gallorum geſtis aduerſus Saracenos libri decem.

Froiſſardi hiſtoria de bellis Francorum, & Anglorum ab anno Chriſti 1335. vſque ad annum milleſimum quadringenteſimum.

D Enguerani Monſtreletij Chronicon Galliæ vſque ad Ludouicum XII.

Philippi Cominæi hiſtoria ab anno Chriſti 1462. vſque ad Ludouicum XII. Monſtreletio cohærens. Vide autem, de Cominæo ſupra, quem oſtendimus à Sleidano falſatum.

Galeatij Capellæ de bellis in Italia geſtis.

Gulielmi Paradini conſequentium annorum hiſtoria vſque ad annū Chriſti 1555.

Andreæ Nauagerij iter Hiſpaniæ, & Galliæ editum Venetijs ann. 1563.

Biturigenſis hiſtoria Gallicè ſcripta à Ioanne Chauueau noſtro tempore.

At pleraque item licet legere in Gregorio Turonenſi, & Adreualdo, quemadmodum item in Ioanne Boemo, ne quid dicam de Aeliano, deque Cælio Rhodigino, qui ſuis in libris, modo de Gallis, modo de Celtis agunt, eorumque ingenia, & mores

E attingunt.

Porro legationem Gallorum ad Regem Alexandrum Crinitus ſuo inſeruit operi.

Qui verò alij, ſiue Latinè, ſeu Gallicè de Gallorum Regibus, vel Priuilegijs ſcripſerunt, nimirum antiquiores, ac recentiores aliqui, & hi quidem viri Catholici, ac qui procul habebant cauſſas mentiendi, vel aſſentandi, hi ſunt, quos paullo poſt per ſeriē Alphabeti recenſebo. Quos verò omiſero, id fiet, quòd ad meas manus haud peruenere, ſed & Plutarchus in Parallelis minoribus, vbi de Atepomaro Gallorum Rege, & de Brenno.

B. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus tit. 11. cap. 4. de Regibus Francorum uſque ad Carolum Magnum. Deinde tit. 21. cap. 1. de Philippo Franciæ. At titu. 19. cap. 9.

cap.9.egerat de Ludouico Rege, eiuſque tranſitu contra Saracenos. A

Sigebertus Monachus Gemblacenſis de vita Regis Sigeberti.

Pius II.de Delphino Viennenſi.

Chriſtophorus Longolius de Gallorum laudibus,& Sancti Ludouici Regis.

Marſilius Ficinus lib.12.ep.33.quædam de Carolo Magno Gallorum Rege.

Io.Fernelius de Regum Franciç priuilegiis.

Io.Gerſon,& Pius II.in Europa de puella armata in Francia,& eius uictoria.

Eguinardus de vita Caroli Magni, quæ quidem vita olim prodijt in lucem anno 1521. apud Io.Soterem Coloniæ Agrippinç vnà cum Annalibus Monachi cuiuſdã Anonymi,Benedictinç familię. Quibus Annalibus continentur geſta Regum Franco rum Pipini,Caroli,Ludouici ab anno poſt Chriſtum Dominum natum 741.uſque ad annum 788. B

Rupertus Rhemenſis de Gallorum geſtis contra Saracenos.

Almani Threni ſuper Francia,quę à Normannis vaſtabatur.

Iam verò idem,quem diximus,B.Antoninus Archiepiſcopus Florentinus titu.17. c.9.egit de bellis inter Gallos,& Anglos;ſicuti & tit.20.cap.8. egerat de bellis Flandrenſium,ſeu Belgarum aduerſus Gallos.

Legi verò,extare,at ipſe non vidi,Michaelis Coccinij hiſtoriam Gallici belli, & Marinum Sanutum ſcripſiſſe de illo ante aliquot annorum decades. Nam quæ poſtea ſubſecuta ſunt bella à duodeuiginti annis vſque ad annum 1596. multi ſcripſere; & quidem variè pro cuiuſque,vel affectu,vel rerum notitia,eum & plures,qui eam edidere,haud Catholici fuerint.

Porrò Flaualdus Rhemenſis vrbis conſcripſit hiſtoriam,vti & Lingonum Ciuitatis Ioan.Thomaſſinus;Lugdunenſis uerò urbis originem,& laudes Io.Rainerius, qui etiam Camberij,quæ ciuitas eſt in Sabaudia,laudes addit. C

Verum enimuerò inter eos,qui Gallicè,& eleganter ea lingua ſcripſerunt, vnus cenſeri poteſt Franciſcus Belleforeſtius vir nobilis.Hic igitur præter alia multa uitam nouem Carolorum Galliæ Regum emiſit in lucem Pariſijs apud l'Huillier.

Catalogum item illuſtrium virorum,qui ſcientia,& ſanctitate ſplenduere in Cęnobiis.cuius Operis mentionem ipſe facit in ſua Coſmographia,vbi de Lutetia,ſiue Pariſiis loquitur folio 193.columna ſecunda prioris eius editionis: Qui tamen Coſmographię liber Belleforeſti in aliquibus quæ ad Hiſtoriam attinent,diligenter perpendendus eſt.

At eum Ludouicus Guicciardinus Franciſci hiſtorici fratris filius Italicè Belgicam Galliam,quæ Germania inferior,& Flandria dicitur, accuratè deſcripſiſſet, eamque apud Plantinum Antuerpiæ anno 1582.vnà cum ipſis ichnographiis ſeptuaginta ſeptem ciuitatum,atque aliorum ſuperborum ædificiorum edidiſſet, idem Franciſcus Belleforeſtius eandem Gallicè uerſam emiſit. D

Poema quoque hiſtoricum ſcripſit Belleforeſtius, quo originem, antiquitatem, atque pręſtantiam familiæ Turnoniæ expoſuit, quod prodiit è typis Hulpeau anno 1568. Pariſijs. Sed & Vir doctus cognomento Vinierius uniuerſam Gallicarum rerum Gallicè hiſtoriam complexus eſt poſtremus omnium eorum,qui inter præſtantiores cenſentur.

Porrò quæ diximus de Galliæ deſcriptione,deque ijs, qui in Cæſaris Commentaria ſcribentes lucem hiſtoriæ Gallicarum rerum antiquę pernoſcendę plurimam attulerunt,ij adnotati ſunt ubi de Cæſaris Commentariis egimus ſupra. Quò item pertinent,quam in Galliæ tabulas Gerardus Mercator edidit,Instructio,ſiue Gallię in ſuas Prouincias,& Regiones,Marchionatus (ut uocat) & Ducatus diſtributio,licet aliqui Comitatus deinceps fuerint mutati in Ducatus. E

At Annales Francorum Papirii Maſſoni Latinè conſcripti eiuſmodi ſunt, ut non ſolum alios noſtri,ſed & antiqui temporis hiſtoricos æquent,ne dicam, & ſuperent: de quo uide alia ipſius in uerbo,Papirius Maſſonus in catalogo ſequenti.

A *Scriptores, qui ferè Gallico idiomate hiſtorias licet etiam de aliis, qui ad Galliam non pertinent, texuerunt, per ſeriem Alphabeti. Cap. XVI.*

ADamus Vandelandus Andegauenſis, Ciuitatis, & Academiæ Andegauenſis Ichnographiam, & Delineationem emiſit, anno 1575. apud Nicolaum Cheſneau Pariſijs.

Alanus Bocharrus magna Chronica, & Annales Britanniæ Armoricæ à Rege Bruto, vſque ad Regnum Ioannis Ducis Britanniæ anno 1514. Gallicè apud Galeotum à Prato Pariſijs.

Alanus Charterius Normannus, quique à ſecretis fuit Caroli Quinti, Sexti, & Se-
B primi, Hiſtoriam Caroli Septimi, Pariſijs apud Galeottum à Prato anno 1526. vna cum ceteris eius ſcriptis, tam ſoluta oratione, quam carmine, quæ deinceps recuſa fuerunt anno 1593. apud Corrozetum.

Alexander Van de buſche Belgæ, cognomento Syluanus De mulieribus virtute illuſtribus. Pariſijs 1575. apud Nicolaum Bonfons.

Andreas à Vinea (de la Vigne) à Secretis Reginæ, ac Ducis Sabaudi, iuſſu Caroli Octaui Regis expeditionem bellicam in Regnum Neapolitanum, Pariſijs anno 1493. Is autem liber inſcriptus eſt Gallicè *Verger d'honneur* hoc eſt *hortus honoris*.

Antonius Caputius (Chapuis) Delphinas, Deſcriptionem Limaniæ, qui tractus eſt in Aruernia Galliæ Prouincia, cum Gabriel Symeon Florentinus Italicè eam edidiſſet Lugduni apud Gulielmum Rouillium 1565.

C M. Antonius Iumæus Eques; & Regij Conſilij Conſiliarius, Dominus de Blande, Hiſtoriam à conſtitutione mundi ſcripſerat, vſque ad noſtra tempora. At (quod ſciam) initium eius duntaxat prodijt in lucem Pariſijs apud Nicolaum Cheſneau, anno 1574.

AntoniusGuerſinus Delphinas, hiſtoriam Rholandi, Reinaldi, & Rugerij ſex libris complexus eſt, quæ à Gulielmo Rouillio edita eſt Lugduni.

Antonius Piſo (du Pois) Ducis Lotaringi Medicus, accuratè, ſed Gallica lingua, diſſeruit de Antiquis Numiſmatibus præſertim Romanis, quæ & eleganter exprimi, atque edi curauit apud Mamertum Patiſſon 1579.

Bartholomeus à Prato (Du Pre) hiſtoriam Turcicorum Impp. è Latino Gallicam fecit vna cum ratione bellica, & ciuili eorum ratione adminiſtrandi.

D Bernardus Argentrerius line (de Argentre) Dominus de Goſnes, de Forges, & de la Guiſchardiere, Conſiliarius Regis, Præſes Senatus in Britannia, ſcripſit, quæ Pariſijs prodijt apud Iacobum Du Puys, anno 1583. Genealogias item antiquarum Familiarum Britanniæ, ſed quæ nondum anno 1584. erant euulgatæ, Adnotationes autem, quas ad Conſuetudinem Britanniæ ſcripſit, excuſæ ſunt in Ciuitate Britanniæ, quæ dicitur Renes.

Blaſius Vigenarius (de Vigenaire) præter varias hiſtoricorum, & aliorum in Gallicam linguam Verſiones, Chronicon, & Annales Regni Polonici emiſit Pariſijs anno 1593.

Carolus Stephanus librum quem Diſcurſum inſcripſit (Diſcours) de hiſtoriis Lotaringicis, ac Belgicis; Compendium item hiſtoriæ Vicecomitum, & Ducum Mediolanenſium è Paulo Iouio.
E

Carolus Michalus Sabaudus Dominus de la Chabaudiere, de Antiquitatibus, & Singularitatibus Sabaudiæ, De Laudibus item Comitatus Burgundię, quem vocant *la Franche Contee.* Deque aliis ſcripſerat, ſed an emiſerit in lucem, neſcio.

Chriſtophorus Landæus Aurelianenſis hiſtoriam noſtri temporis.

Chriſtophorus Richerius, qui Franciſco huius nominis primo Gallię Regi fuit à cubiculo, hiſtoriam Turcicam, tam Gallicè, quam Latinè, Pariſiis anno 1542.

Claudius Camperius (le Campier) Lugdunenſis, ſecundum edidit librum De ſingularitatibus Gallię, quo antiquas Ciuitatum ipſius fundationes, ſiue extructiones ſcripſit: Adtexuit autem Fluuios, Thermas, Loca ſancta, & alia in eo Regno memoratu digna.

digna. Parijs apud Dionyſium Iannottum anno 1538. & Lugduni apud Benedictum A
Rigaudum 1556.

Claudius Falchetrus, (Falchet) edidit Antiquitates Gallicas, apud Iacobum du Puis. Vertit item in Gallicam linguam elaboratè Cornelium Tacitum; quamquam neque verſioni huic, neque Gallicis Antiquitatibus nomen ſuum adſcripſit.

Claudius Seiſelius (De Seiſel) hiſtoriam ſingularem Ludouici XII. ſcripſit, quam, & recognouit Dominus Du Pre; apud Aegydium Corrozetum Pariſijs anno 1558. Item legem Salicam, eiuſque originem, vnà cum libro de Rep.

Claudius du Tiſſerent, nobilis Pariſienſis quattuordecim prodigioſas hiſtorias, cum ijs quas item Belleſoreſtius ſcripſit.

Claratonus è Latino in Gallica carmina conuertit Hiſtoriam Galfridi Monemu-
tenſis continentem octo libris geſta Anglorum, & Britonum. B

Caſtellus ſecundum Volumen Chronici Martiniani, quod & ipſius, & Gaguini hiſtorici editum eſt Pariſijs apud Antonium Verardum anno 1500. floruit ipſe anno 1399.

Dionyſius Poſſot Iter terræ Sanctæ copioſè, quod Pariſijs excuſum eſt, apud Simonem Colineum.

Edouardus Bredinus Geometra deſcripſit Diuionum, quæ Ciuitas eſt in Heduis, ſiue Burgundia anno 1574.

Elias Venetus Antiquitates Burdigalæ, & Burgi, Xantonum item Engoliſmenſiū, & aliorum finitimorum locorum, prætet alia opera; Edidit autem hæc Burdegalæ apud Milangeum Typographum Regium anno 1565.

Emarus, ſiue Aimarus de Chabanois, qui locus eſt in Ducatu Engoliſmenſi Anti-
quus Galliæ Hiſtoriographus, ſcripſerat hiſtoriam Engoliſmenſium, quæ tamen ne- C
ſciebatur an prodijſſet in lucem; Belleſoreſtius, & Corlius mentionem faciunt plerunque ipſius.

Enguerardus Monſtreletius Cameracenſis nobilis, tria iuſta Volumina Gallicæ hiſtoriæ, qua edita ſunt apud Ioannem Paruum, & Michaelem Nigrum 1512. ac deinde apud Michaelem Sonnium, & apud Cheſneau, & alios 1572. recognita, & aucta Pariſijs.

Franciſcus Alaudanus (De Allouette) tractatum de nobilibus, deque Virtutibus, quibus imbuendi ſunt, vna cum deſcriptione Genealogica Illuſtrium familiarum, De Couey, & Veruin in Morinis, Pariſijs apud Robertum Magnier. 1576. Genealogiam
familiæ Alartę in Germania Pariſijs apud Martinum le Ieune 1584. originem Gal- D
lorum, ſiue Francorum. Tractatum de Regno, & Statu Populi Hebræi, Deque huius ſimilitudine cum Gallico.

Franciſcus Arnaltus (Arnault) De Antiquitatibus Petricoriorum, Anno 1583. quem librum ad Franciſcum Belleforeſtium miſit, ut ipſius Coſmographiæ inſereretur.

Franciſcus Belleforeſtius, Coſmographiam, ſiue deſcriptionem Vniuerſi, Pariſiis, apud Nicolaum Cheſneau 1575. & apud Michaelem Sonnium, & alios; Magnos itē Annales, apud Gabrielem Bonum 1573. deinde auctos 1579. Apud eundem: Hiſtoriam verò nouem Carolorum Galliæ Regum ibidem apud Huilletium 1568. Deplorationem mortis Comitis Marriguenſis (De Martigues) Hiſtoriam Vniuerſi. quæ
eſt quaſi Compendium Coſmographiæ Pariſiis apud Geruaſium Mallot, quæ poſtre-
mis editionibus eſt plus dimidio auctior; Lamentationem in obitu Ducis Aumallæ, E
qui in oppugnatione Rupellæ mortuus eſt. Collectionem aliquarum Hiſtoriarum prodigioſarum Pariſiis apud Io. Burdigalenſem. Poema hiſtoricum de origine, & antiquitate, & præſtantia familiæ Turnoniæ Pariſiis apud Hulpeum, M D L X V I I I. Catalogum Virorum illuſtrium, qui floruerunt in Cænobiis. Tractatus, ſiue Opuſcula De Tumultibus, & Bellis Ciuilibus Galliæ. Innocentiam Reginæ Scotiæ Pariſiis abſque Auctoris nomine editam, Theſaurum hiſtoriarum Tragicarum Pariſiis apud Mallot, M D L X X X I I I, Quinque vel ſex Tomos Hiſtoriarum Tragicarū ex Auctore Bandello deſumptas, Pariſiis apud Gabrielem Bonum Geruaſium Mallot, Ioan.

Burde-

A Burdigalenſem, & alios. Litteras Principum Pariſijs apud Ioan. Ruellium 1572. pręter alia multa, quæ in Gallicam linguam vertit è Latinis, Hiſpanicis, & alijs Auctoribus.

Franciſcus Faber (le Faure) è Græca in Gallicam linguam vertit hiſtoriam Theodoſii Pontificis, & Philippi hominis Chriſtiani, qua ſecreta Iudæorum panduntur; Rothomagi apud Gaſparum De Remottier, & Marguerinum d'Orival 1557.

Franciſcus de la Guillottiere Deſcriptionem totius Regni Poloniæ, & Auſtriæ, ac Tranſyluaniæ.

Franciſcus Rabotinus Burgundus de Bellis inter Henricum Secundum, & Carolũ Quintum Imperatorem, apud Michaelem Vaſcoſanum, 1555, & 1559. Pariſijs.

Franciſcus Roaldus Rutenenſis, quæ ciuitas eſt in Tractu Toloſate, vberem Galliæ B hiſtoriam texuit, quæ tamen non erat excuſa.

Franciſcus Roſerius (De Roſiers) nobilis Lotaringus, & Canonicus Tullenſis in Lotaringia, De Politijs, & rebus publicis Mundi iam editis, De Monumentis item (Memoires) Familiæ nobiliſſimæ Lotaringicæ, quæ nondum prodierant aliquot ante annos, pręter alia, quę Latinè ſcripſit.

Freſſe Epiſcopus Bayonæ De ſtatibus, & familiis Illuſtribus Chriſtianis. Pariſijs anno 1549. apud Vincentium Sertenas.

Gabriel Simeon Florentinus de Illuſtribus obſeruationibus in nouiſſimum Itinerarium ſuum Italicum, Lugduni apud Ioannem Torneſium 1558.

Deſcriptionem Limaniæ Atuerniæ, quam ex Italico in Gallicum idioma conuertit Antonius Chapuis. Originem item Venetiarum, Mediolani, & Mantuæ, quam C Aegydius Corrozetus Gallicè vertit.

Georgius Ceſtelanus (Ceſtelain dit l'Aucnturier) Templum deſtructionum aliquorum nobilium infęlicium Gallicorum, & aliorum, ad imitationem eius libri, quem de eiuſmodi hominibus Boccacius ſcriptum reliquit, Pariſijs apud Galeottum à Prato. 1517.

Geufredus (ſiue Goffredus,) Rudelius, nobilis Sabaudus, De Bello Treſſini Principis Saracenorum aduerſus Reges Arelatenſes in Prouincia, qui nondum erat prelo datus, Gallicè autem vocatur Geufroy Rudel.

Geufredus de Ville Harduin Eques Gallus, Dux Militum Campaniæ in Gallia verſus Palæſtinam Anno 1181. vſque ad 1200. De Chriſtianorum expeditione in Terram (vt vocant) Sanctam; Petrus autem Pithæus in ſuo Catalogo Epiſcoporum D Trecenſium, vocat eum *Gulielmum*, & non *Geufredum*.

Greſinus Arſagartus Dominus de Corteilles in Normandia, De ſuo Hieroſolymitano itinere, qui liber apud quoſdam m.s. habebatur.

Guidus (Guy Coquille) Dominus de Romenay, Generalis Procurator Niuernenſis Ducatus, Antiquitates inſigniores eiuſdem Ducatus collegit, quæ editæ fuerunt vnà cum Franciſci Belleforeſti Coſmographia in ſecundo Volumine, fol. 393. primæ editionis.

Guidus de Feure Dominus de la Boderie, ex Italico in Gallicum idioma conuertit Confuſionem Mahometicæ Sectę ante à Ioanne Andrea Hiſpanicè ſcriptam, edita eſt Pariſiis apud Martinum Iuuenem 1574.

Gulielmus Aubert, ſiue Albertus, Hiſtoriam Palæſtinę, ſiue Terrę Sanctę à Chriſtia E nis expugnatę, Pariſiis anno 1562. ad inſigne Concordiæ.

Gulielmus Bellayus, Dicta, & facta memorabilia Galliç, & Franciç apud Vincentium Sertenas 1556.

Collectionem (Recueil) Exemplorum, Dictorum, & factorum memorabilium Gallorum, imitatus Valerium Maximum. Alterum item Opus, quo Plutarchum eſt imitatus in Parallelis, geſta quorundam Regum, Principum, & Ducum Militarium Galliæ, conferens cum alijs Græcis, Latinis, & Barbaris. Qui liber paucos ante annos nõdum prodierat in lucem; Latinè item, & Gallicè Rege ipſo Galliæ mandante, Hiſtoriam Gallorum, quę tamen nondum prodiit, quòd ſciam.

Gulielmus Cretinus Ludouici Duodecimi fuit Hiſtoriographus,& Poeta, Annales,& Chronica (idque Carmine) quadripertita. Ea extabant m.s. in Bibliotheca Domini à Cruce Cenomanni. A

Gulielmus Gauterot de Conquins, ex Italico in Gallicum vertit Georgij Caſtriotæ, quem Scanderbergium vocarunt, Vitam. Pariſijs, apud Dionyſium Iannottum 1544.

Gulielmus Gueroult Rothomagenſis, Chronicon,& geſta admirabilia Rom. Impp. vnà cum eorum effigiebus, duobus voluminibus. Lugduni apud Balthaſarem Arnouler. 1552.

Gulielmus Paradinus, Chronicon Sabaudiæ, Annales, & Chronicon Burgundiæ. Lugduni apud Antonium Gryphium 1566. Hiſtoriam Eccleſiæ Gallicanæ, Monumenta (Memoires) hiſtoriæ ibidem. B

Gulielmus Rouillius Promptuarium Numiſmatū Gallicè, Latinè, Italicè, Hiſpanicè.

Gulielmus Telinus (ſeu Thelin) Aruernus, Dominus de Gurmout,& de Monlionuilliers, Collectionem (Recueil) hiſtoriarum edidit, quibus oſtendit Impp. & Reges antiquos fuiſſe ditiores,& magnificentiores ijs, qui hoc ſeculo vixere, Pariſijs, apud Maturinum Præpoſitum (le Preuoſt) 1565.

Gulielmus de Terraube Abbas de Boilas in Vaſconia, Henrici Secundi Regis Galliæ Eleemoſynarius, Breuem Tractatum (Diſcours) De rebus magis neceſſarijs, ac dignioribus intellectu in Coſmographia, quem ipſe recenſuit, atque emendatiorem ſecundo emiſit, apud Federicum Morellum Pariſijs 1568.

Haitonus Dominus de Courchy Regis Armeniæ Conſobrinus, Orientalem hiſtoriam Gallicè, quem librum, Tranſitum (Paſſage) ad Terram Sanctam prænotauit, quem item Nicolaus Salconius (ſiue Salcoin) iuſſu Clementis V. Pontific. Maximi Latinum fecit, 1307. quæ verſio in Germania eſt edita anno 1529. cum & ipſe Haitonus, qui fuit Ordinis Præmonſtratenſis, eandem hiſtoriam Salconio dictaſſet, ſiue narraſſet. C

Helinandus Bellouacenſis in Morinis, Monachus Abbatiæ de Froidmont (ſiue Premont) anno M C C. ſcripſit Chronicon ab initio Mundi vſque ad eundem annum M C C.

Hermanterus Monachus Sancti Honorati in Inſula Lirinenſi in Prouincia, præter Vitas Poetarum Prouincialium, deſcripſit Inſulas, quæ vulgo dicuntur de Yeres, ac Pagorum qui extant in ijs; Genera item Plantarum, herbarum, & florum, fructuum, Beluarum, & omnium Animalium, quæ ibidem reperiuntur, mortuus eſt anno 1408. D

Iacobus Bouinus (Bouin) Andegauenſis, è nouo Caſtro Regale, (le Royal) Carmine Gallico ſcripſit Vitas Regum omnium Gallorum vſque ad Henricum Tertium. Qui liber nondum extat editus. Alterum item de decem Reginis.

Iacobus Bouile, è Diœceſi Bellouacenſi, Theologus Pariſienſis,& Parochus Sancti Germani veteris in eadem ciuitate, præter alia ſcripſit Diſcurſum, vt vocant, De ciuitate Mande capta ab Hæreticis, apud Henricum Thierry Pariſiis 1580.

Iacobus Fourrè prope ciuitatem Carnutum, Theologus, & Concionator Caroli IX. Regis Galliæ,& Ordinis Dominicanorum, cuius Vita extat in Antiquitatib. Catalauni, quæ prodierunt in lucem cum magno eius Volumine de Origine Heduorum, ſiue Burgundionum.

Iacobus Guiſius, De Guiſe, natus inter Morinos,& Ordinis Franciſcanorum, atque Theologus, Latinè primò, deinde & Gallicè tribus Tomis Chronicon, & Hiſtoriam Comitatus Hannonienſis in Gallia Belgica emiſit in lucem, hortatu Comitis Gulielmi Hannonienſis: apud Galeottum à Praio 1531. Pariſiis; ea hiſtoria ad annum vſque 1244. pertinet. Quod autem Latinè ſcripſerat, extabat Valentianis in Hannonia, in Cœnobio Franciſcanorum, uti Ioan. Maire in ſuis Gallicis illuſtrationibus refert. E

Iacobus Lalainus (de Lalain) nobilis Eques in Hannonia Galliæ Belgicæ, librum De ſuis geſtis, floruit anno 1400.

Iacobus

A Iacobus Lauardinus, doctè, & copioſè hiſtoriam Georgij Caſtrioti, dicti Scanderbergij, Ducis Epiri deſcripſit. Item hiſtoriam Turcicam quæ tamen nondum erat euulgata.

Iacobus Pelletarius (Pelletier) Poema Gallicum, quod inſcripſit, Sabaudiam, de qua ſcripſit quicquid in ea memorabile vidit.

Iacobus Pignotus, generalem deſcriptionem omnium itinerum, locorum, finium per quos tranſiri poteſt ex Gallis in Italiam, præſertim autem per quos Hannibal, Iulius Cæſar, Carolus Magnus, Carolus Octauus, Ludouicus Duodecimus, Franciſcus Primus in Italiam venerunt, hac inſcriptione *Diuiſio Mundi*, Pariſijs apud Alanum Lotrain. 1539.

Ioannes Alphonſus Tractationem vberem (le Diſcours) De ſuis Itineribus Mariti-
B mis, atq; Terreſtribus, quem Melinus à Sancto Gelaſio Pictauij edidit apud Ioannem Marnefium. 1559.

Ioannes Amelinus, nobilis ex oppido Sarlato in Petricorijs, Galliæ Hiſtoriam nondum editam ſcripſit, cuius meminit Petrus Ronſardus. Viuebat Henrico Secundo Rege Galliæ.

Ioannes De Beaugue nobilis Gallus (niſi tamen, nomen, aut cognomen ſit ſuppoſititium) Hiſtoriam de Bello Scotico ſcripſit, qua narrat, quomodo Scotiam inuaſerint, magnaq; ex parte ceperint, ac deniq; reſtituerint Angli, Edita eſt hiſtoria anno 1556.

Ioannes Bellus (le Bel) Chronicon ſui temporis Galliæ, & Angliæ, anno 1326. Id autem Chronicon ſecutus eſt Froſſardus, quemadmodum in Præloquio hiſtoriæ ſuę teſtatur. At Ioannis Belli hiſtoria non extat, quòd ſciam.

C Ioannes Bernardus à ſecretis Cameræ (vt vocant) Regis, librum, quem vocat (Diſcours) De Geſtis inſigniorıbus Regum, & Principum Angliæ ab hinc quinquaginta annis, vnà cum Genealogia Regum Angliæ, & Scotiæ, præterea Ducem itinerum (la Guide) ac de naturis locorum, & deſcriptione primariarum Ciuitatum, Arcium, Fluminum Angliæ. Pariſijs apud Geruaſium Mallot anno 1579. poſt eiuſdem Ioan. Bernardi obitum.

Ioannes Pauchet Pictauienſis, annales Aquitaniæ accuratè, quos Robertus Cenalis Epiſcopus Arauſicanus, ſiue d'Auranches digniſſimos eſſe inquit omnium hiſtoriarum Gallicarum, quique vertendus eſſet in Linguam Latinam, vt illemet Cenalis admonet. Hiſtoriam item Clotarij Regis, & S. Radegundæ eius Vxoris ſcripſit, præter alia pleraque.

D Ioannes Gaurius (des Caures) Morinus, Opera Moralia, quibus hiſtorias, & exempla plura intexuit operoſè, conſcripſit, quæ primo Pariſijs edita ſunt apud Gulielmũ Chaudiere anno 1545. deinde dimidiò ab Auctore auctiora anno 1583. apud eundem Chaudiere.

Ioannes Calamæus, Chaumeau, Dominus De Laſſay Tractus Bituricenſis (de Pays de Berry) Bituricenſem Originem, geſta, Priuilegia, Libertates Bituricum complectentem. Lugduni apud Antonium Gryphium, anno 1565.

Ioannes De Iury librum Caroli Curti Mamertini Latinum vertit in Carmina Gallica De Triumphis Galliæ. Pariſijs 1508. apud Gulielmum Euſtachium.

Ioannes Dongois Morinus, Typographus, & Bibliopola Pariſienſis, Promptuariũ rerum memorabilium, quæ ab orbe condito vſque ad annum 1576. contigere. Quo an-
E nõ cum idem Promptuarium in lucem prodijſſet, tanquam Kalendarium, ſiue Diariũ, anno deinceps 1579. dimidio auctius, recuſum eſt à Ioanne Burdegalenſi.

Ioannes Duretus Harmoniam, & Collectionem (la conference) Magiſtratuum Romanorum cum Gallicis, tam Eccleſiaſticis, quam Laicis, quam in tres libros diſtribuit, Lugduni apud Benedictum Rigault.

Ioannes Betonius Catalogum eorum qui vulgo Conteſtabiles, ſiue Comites ſtabiles, quique Magni Magiſtratus, *Mareſcalli*, Cancellarij, & Præpoſiti Pariſiorum nominantur. Addidit illorum inſignia, & Inſcriptiones apud Michaelem Vaſcoſanum M D L V. De Primitiua item inſtitutione eorum, qui Gallicè vocantur *Heraults*, & aliorum eiuſmodi, Pariſijs apud Mauritium Meuerium M D L V. Hiſtoriam

quoque,quam inſcripſit Armorialem redactam in duodecim volumina cum Inſigni- A
bus,Inſcriptionibus,Nominibus,Cognominibus,& perpetuis Monimentis Regum,
Nobilium complurium Regnorum Chriſtianorum, & Gentilium, præſertim autem
Galliæ. Qui liber paucos antę annos nondum erat emiſſus in lucem. Prætereà,Ca-
talogum Equitũ diuerſorum ordinum à Regibus Galliæ inſtitutorum,qui non erat edi
tus,Genealogiam quoque Familiæ de Sanzay in Pictauis,ſeu Pictauienſibus,quæ qui-
dem apud eam Familiam extat M.S.Genealogias plurium Familiarum nobilium Gal
lię,Lucemburgenſis,De Croy,ſiue Crouij in Morinis,Ducum Areſcotenſium, Bonb
niæ ad mare,Nauour Normannia,& aliorum. Le grand Blaſon D'Armoyries ſcri-
ptum anno 1544. Symbolum Armoriale,Galliæ,& Scotiæ eodem anno,Inſignia om
nium Regum,Reginarum,& Filiorum Galliæ,à Pharamundo,vſque ad Henricum ſe-
cundum,vna cum breui deſcriptione eorum geſtorum.Nil tamen horum in lucem pro B
dierat anno 1584.neſcio verò,an deinceps fuerit excuſa.

Ioannes le Frere de la Val,vberem noſtrorum temporum hiſtoriam texuit,quę pri
mo Pariſijs à Nicolao Cheſneau,deinde duplo auctior apud eundem,& Ioannẽ Pou-
pyum prodijt Anno 1581.cui ſuum Nomen noluit adſcribere,ne quem læderet,plu-
ra autem alia ſcripſit,& conuertit in Gallicam linguam.

Ioannes Froſſardus, Froiſſart, natus Valentianis in Hannonia, Theſaurarius, &
Canonicus de Chimai,celebris Galliæ Hiſtoriographus,Chronicon Galliæ,Angliæ,
Scotiæ,Hiſpaniæ,Britanniæ,Vaſconiæ,Belgij,& locorum finitimorum triginta ſex li
bris Pariſiis 1505.apud Michaelem Nigrum (le Noir) ac deinceps apud alios.

Ioannes de Iouuille,ſiue (Ioauille) Eques, & eiuſdem loci Dominus,hiſtoriam de
Vita,& Geſtis S.Ludouici Regis Galliæ,apud quem vixit,reliquit,quæ denique Picta C
uij apud Marneffios fuit edita, quę quidem materiam eandem conſcribendi præbuit
Ludouico Laſſereo Magno Magiſtro Collegij Nauarræi,quod eſt Pariſijs, & Iodoco
Clichtoueo.At hiſtoria Ludouici Laſſarei de Vita S.Ludouici Regis extat ingenti in
Volumine,quod de Vita Sancti Hieronymi conſcriptum edidit Regnante Ludouico
Duodecimo Galliæ Rege.

Ioannes Lineuelois,antiquus Poeta Gallus,verſibus Alexandrinis Vitam Alexan-
dri Magni.

Ioannes Macer Burgundus hiſtoriam Indicam Latinè,& Gallicè.

Ioannes de Maire,Hannonius in Belgio,inſignis Hiſtoricus,laborioſum opus emi-
ſit Illuſtrationum Galliæ,ſingularia quædam Trecenſis Ciuitatis attingens, Lugduni
apud Ioan.Tornęſium,& antea Pariſijs, atque alibi ſæpè. Tractatum de apertione D
SanctiSepulchri,ſeu collectionem Compendiariam (Recueil ſommaire)Itineris Chri
ſtianorum in Palæſtinam,ſeu Terram Sanctam,Promptuarium Conciliorum Eccleſię
Catholicæ in Schiſmatibus,& diſſidijs.Pariſijs apud Gulielmum Breſſum 1543. Le-
gendam Venetorum vnà cum ſuis Illuſtrationibus Galliæ, Genealogiam Turcarum,
& horum geſta,vſque ad hæc tempora,Geographiam,ſeu deſcriptionem Turcicæ Di-
tionis,& Gręcię,ac vicinarum Inſularum. Floruit Rege Galliæ Franciſco primo hu-
ius nominis anno 1520.

Ioannes de Mandeuille,vberem ſcripſit Diſcurſum,vt ille vocat,ſuorum Itinerum,
in Scythiam,in Magnam,& Paruam Armeniam,in Aegyptum,Lybiam,Arabiam,Sy
riam,Mediam,Meſopotamiam,Perſiam,Chaldæam,Gręciam,Illyrium, Tartariam,
& alias Regiones;Quæ Itinera ille ſcripſit Latinè,Gallicè,Anglicè.Triginta verò,& E
tres annos in illa Itinera inſumpſit, Diſcurſus autem hic neſcio an prodierit in lucẽ.
Id ſcio,eius meminiſſe in ſua Bibliotheca Gallica Dominum à Cruce Cęnomanum,
teſtatum apud ſe extare Gallice M.S.vixit anno 1532.

Ioannes Mantegardus,Librum de Acquiſitione(conqueſte) Velleris aurei per Theſ-
ſalię Principem Imaginibus expreſſum,earumque expoſitione à Iacobo Gohorry ad-
dita Pariſiis 1563.

Ioannes Marotus Itinera duo Regis Ludouici duodecimi Genuam,& Venetias he-
roico carmine;vixit eodem Ludouico Rege anno 1509.Ea verò excuſa ſunt Lugduni
apud Franciſcum Iuſtum anno 1537.

Ioannes

A Ioannes Maſculus (le Maſle) De Origine Gallorum, & Andegauenſium, & Cęnomanorum. apud Renatum Trois Malles in Oppido Fleche, quod eſt in Tractu Andegauenſi; Idque Carmine Gallico.

Ioannes de Monſtreul, ſiue Monſtreuil, in Morinis, Præpoſitus Inſulæ Flandrię Rege Carolo Septimo Anno 1423. Secundum Chronicon ſcripſit, quod vulgo vocant Martinianum. quod nonnulli tribuunt cuidam nomine, *Caſtello*, atque item *Guagnino*. Pariſijs apud Antonium Verard. 1500. Tractatum etiam, quo narrat quid Edouardus Angliæ Rex iuris prętexebat in Gallia.

Ioannes Mothe nobilis Arelatenſis, quem alij nominant Iaume, ſiue Iammes, hoc eſt Iacobum, ſcripſit de Mauſoleis, Piramidibus, Obeliſcis; & priſcis alijs monimentis Prouinciæ in qua eſt Maſſilia, nil tamen horum prodierat in lucem paucos ante annos.

B Ioannes Nageretus Archidiaconus Rothomagenſis Eccleſiæ, ſcripſit Chronicon, & deſcriptionem Normandiæ. Deſcriptio edita eſt Rothomagi anno 1578. vnà cum Chronico, cui adiecit Catalogum omnium Archiepiſcoporum Rothomagenſium, Vitas. & tempora, quibus floruerunt. At verò item quidam Odericus Vitalis, qui vixit anno 1070. eleganter (vt ferebant illa tempora) Chronicon, & geſta Normannorum eſt perſecutus.

Ioannes Noſtradamus è varijs auctorib. Vitas inſigniorum Poetarum Prouincialium collegit. Lugduni apud Baſilium Bouche 1575. Hiſtoriam item Prouinciæ.

Ioannes Poldus d'Albenas in Tractu Nemauſenſi, qui eſt in Gallia Narbonenſi è Latina in Gallicam linguam conuertit hiſtoriam Taboritarum ab Aenea Syluio, qui

C deinceps dictus eſt Pius II. Pont. Max. conſcriptam. Diſcurſum item, vt vocant, hiſtorialem Veteris, & illuſtris Ciuitatis Nemauſi, cum effigie antiquorum in ea ædificiorum, Lugduni apud Gulielmum Rouillium 1560.

Ioannes Tilius (Du Tiller) nobilis Pariſienſis, Epiſcopus Melduni, Chronicon Regum Galliæ primò Latinè, deinde & Gallicè à Pharamundo vſque ad Henricum huius nominis ſecundum hoc eſt ad annum 1553. cum antea Latinum fuiſſet excuſum apud Michaelem Vaſcoſanum anno 1551. Pariſiis. Porrò nomen Auctoris haud fuit adſcriptum niſi duabus his notis. I. T. Atqui id Chronicon valde commendatur.

Ioannes Tilius eiuſdem Epiſcopi Frater, plura monumenta rerum memorabilium, ad Politiam Gallorum ſpectantia edidit primo Rothomagi apud Philippum Turonẽſem, anno 1577. deinde iterum, & quidem auctiora, atque emendatiora apud Iacobũ

D Du Puis, Pariſiis; quin etiam alia texuit opera, quæ nondum, (quòd ſciam) fuerunt euulgara. Collectionem item (Recueil) modo hiſtorico, atque ordinem Regni de om- *Recueil.*
nibus querelis trium ſtirpium Regum Gallię, cuius Collectionis meminit Epiſtola; quàm ſuis monimentis (Memoires) Regi Gallię Carolo Nono inſcripſit. Dominia item Coronæ Gallicæ iuxta Prouincias, Leges, & ſtatuta, poſt Legem Salicam; collectionem quoque ſeparatam earum rerum, quæ pertinent ad perſonas, atque familias Regias; Formam Antiquam adminiſtrationis trium ſtatuum, & Iuſtitię Regni cum eius conuerſionibus, ſiue mutationibus, idq. omne ſex libris, quorum quattuor De querelis, Quintus de Statutis, ſiue Legibus, aut Edictis: Sextus de Perſonis, aut *Ordonnãces.*
Familijs Regiis agunt. Quos cum Henrico Secundo Regi obtuliſſet, non tamen euulgauit.

E Ioachimus à Portis (des Portes) in Carnutibus natus, Compendium (Diſcours Sõmaire) Regni Caroli Noni, eiuſque obitus, & aliquorum dictorum, quæ poſtremo pronunciauit. Pariſijs apud Ioannem de Laiſtre. 1574.

Ioannes Taboetius (Tabouet) Cœnomanus, & Regius Procurator Camberiaci in Sabaudia annò 1557. Hiſtoriam Galliæ Gallicè quidem ſcripſit, at incertum num emiſerit.

I. D. S. A. ſcripſit de ſimilitudine Regnorum S. Ludouici, & Caroli Noni.

Leo Tripaldus (Tripault) Aurelianenſis, De antiquitatibus Aureliani, primò in eadem ciuitate editis anno 1573. deinde ſæpius vſque ad annum M D L X X X. De obſidione item Aurelianenſi apud Saturninũ Hottot, 1576. Aureliani. Deinde de fa-

ctis, & geſtis Puellæ (la Pucellæ) Aurelianenſis, Latinè, ſimul & Gallicè. apud Eligium Gibbier 1583. A

Leonardus de la Ville, recenſuit, emendauit, auxit Diſcurſum (vt vocant) De Antiquitate, Origine, ac nobilitate Ciuitatis Lugdunenſis, Lugduni 1579. apud Gulielmum Teſteforr.

Ludouicus Regius, *le Roy*, Normannus, Ideam (Proiet) Regni Galliæ, qua Idea decem libri conficiendi erant de integro Regni ſtatu apud Federicum Morelliũ 1570. Monarchichia item, qui liber ad Monarchiam, & eius conſeruationem ſpectat vnà cũ collectione Regnorum, & Imperiorum celebriorum, antiquorum, atque recẽtium. Pariſiis, apud Iacobum du Puis 1570. & apud Federicum Morellium. Diſcurſum quoq; de Regno Perſarum, & educatione illorum Regum ex 3. Libro Legum Platonis apud Federicum Morellum Anno 1562. præter autem alia multa, Vitam Gulielmi Budæi ſcripſit. B

Madelon Iarry de factis Gallorum ſcripſit, & vti creditur egregiè, ſed nõ euulgauit.

Martinus Fumæus, nobilis Pariſienſis Indicam hiſtoriam conſcripſit.

Matthæus Beroal, ſiue Beroaldus Chronologiam Latinam.

Melinus, ſiue Merlinus à Sancto Gelaſio Ioannis, Alphõſi Xantonis, (Xantongeis) Centurionis felicia itinera edi curauit, Pictaui anno 1559. apud Marneffios.

Nicolaus Barcæus de Nauigatione Villagnonis Equitis in Americam; Pariſijs, apud Martinum Iuuenem 1558.

Nicolaus Bergeronius hiſtoriam Valeſiam, & Valeſiæ Regiæ familiæ ſcripſit, cuius compendium Auctor emiſit hac Inſcriptione *Valeſius Regius (le Valois Royal)* Pariſiis apud Aegidium Beys 1585. Tabulam item hiſtoricam, ſiue Compendium eorum, quę à condito Mundo vſque ad ſua tempora contigere. Pariſiis apud Ioannem Clericũ, & alios 1584. At & apud Vaſcoſanum fuerat edita 1562. Tractatum item Galliæ, & Franciæ originem, initium, & progreſſus Gallorum continens, præter alia, quæ ad hiſtoriam non pertinent. C

Nicolaus Bertrandus de Geſtis Toloſatium primo Latinæ. Toloſæ 1517. deinde item Gallicè.

Nicolaus Cheſneau, ſiue Querculus, è Ducatu Rhetelenſi, Hiſtoriam Eccleſiæ Metropolitanæ Rhemenſis, è Latino, quod Edoardus eiuſdem Eccleſiæ Canonicus ſcripſerit, Gallicam fecit.

Nicolaus Durandus, cognomento Villagagno, Eques Rhodius inſignis, De Bello Melitenſi Pariſiis apud Carolum Stephanum. D

Nicolaus Houel, ſiue *Hoel*, ciuis Pariſienſis Hiſtoriam Reginę Artemiſię, & hiſtoriam Gallicam, atque huius Compendium ſcripſerat. Edita verò num ſit, me latet.

Nicolaus Du Mont de Vita Caroli Noni Regis Galliæ, Pariſiis apud Ioannem La ſteum 1574.

Nicolaus Nicolai Delphinus, quique Henrico Secundo Rege floruit, Nauigationes, & itinera in Turciam, ac pleraque alia, quę is ipſe obſeruarat. Venetijs primo, dẽ inde Antuerpię typis tradita apud Gulielmum Syluium anno 1576. Atque hic Liber Italicè, porrò Hiſpanicè, atque Anglicè uerſus eſt. Quin & Tabulas Geographicas, Chronographicas, atque alia huiuſmodi parauerat, quę paucos ante annos nondum erant excuſa. Sed & Nauigationem Regis Scotiæ Iacobi huius Nominis quinti, circa ſuam Inſulam, Hebrides, & Orcades Inſulas cum Additionibus ad Nauigandi artem ſpectantibus emiſit. Pariſiis apud Aegydium Beys anno 1583. E

Nicolaus Salconius (vti ſuprà diximus) Hiſtoriam ſibi ab Haitono dictatam de Rebus Orientis ſcripſit.

Nicolaus Viniesius Hiſtoriam Gallorum Pariſijs edidit, apud Sebaſtianum Niuellium 1579. Tabulam item de Statu, & Origine antiquorum Gallorum. Trecis in Cãpania 1582. apud Claudium Gerneſium: Quin & Bibliothecam Hiſtoricam Temporum, atque hiſtoriarum diſpoſitionem, atque concordantiam, vt ille vocat, Statum itẽ celebrium Monarchiarum, & Principatuum Mundi; Faſtos veterum Romanorum, Gręcorum, & Hebręorum, præter alia.

Nicolaus

A Nicolaus VolcKirius, præter id, quod de abbreuiato Chronico Regum, & Ducum Auſtriç, ab eo ſcriptum fuiſſe alibi diximus, Hiſtoriam Victoriæ, quam Antonius Calabriç Dux & Lotaringiæ de Lutheranis reportauit conſcripſit, quæ Pariſijs eſt edita anno 1526.

Nicolaus Gilles, ſiue Gillius, ſiue Ægydius anno 1496. floruit, & Annales, ac Chronica Galliæ ſcripſit magna cum laude, quę & ſępè recuſa, & demum recognita, & aucta à Dionyſio Sauuage, ſeu *Syluestri* Domino du Pare, vſque ad annum 1552.

Nicolaus de Manes Præſes Lucemburgi, Vir doctiſſimus, collectionem hiſtoriarũ ſcripſit uti Richardus Vaſſeburgenſis in Auctorum Catalogo refert, quorum ope Galliæ Belgicę Antiquitates conſcripſit.

Nicolaus Du Fail, ſiue du Failh, nobilis Brito, doctam hiſtoriam Britanniæ ſcri-
B pſit, ſed non emiſit.

Papyrius Maſſonus Annales, & Chronica Regum Galliæ Latinè, & Gallicè; Elogia item Illuſtrium Virorum huius æui. Hiſtoriam Hiſpanicam, Libros ſex de Vitis Epiſcoporum Vrbis Romæ, ſed qui ſint correcti ab Auctore cum approbatione Magiſtri Sacri Palatij, quemadmodum Romanus Index Clementis Octaui Pont. Max. admonet. Catalogum denique Fluuiorum celebriorum Galliæ, ac deſcriptionem. Quoniam verò idem Papyrius in conficiendis Annalibus Galliæ Regum variis & antiquis, & m.ss. codicibus vſus eſt ad ſolidam Hiſtoriæ ſuæ narrationem, iccirco quinã, & vbi extent, eos huc adiicere operæ pretium duximus.

In Annalibus Galliæ Latinè ſcriptis à Papirio Maſſono.

C

Annales monaſterij Dionyſio ſacri, ex Bibliotheca D. Ioannis à Sancto Andrea, Canonici Pariſienſis.
Abbo Floriacenſis ex Bibl. R. Petri Danielis Aurelianenſis m.s.
Arnulphus Lixouienſis ex Bibl. collegij Nauarrici m.s.
Claudius Scotus ex Bibl. Claudii Mondini Aduocati Pariſien. m.s.
Fauſtus Caſſinenſis ex Bibl. V.C. D. Cheuernij m.s.
Frodoardus Rhemenſis Pont. ex Bibl. D. Io. à S. Andrea Canonici Pariſienſis m.s.
Gallicus Scriptor, cuius Annales Lutetiæ in Bibl. Scholæ Nauarrorum ſeruantur.
Gerbertus ex Bibl. Petri Danielis Aurelianenſis m.s.
Glaber Rodulphus ex Bibliotheca D. Io. à S. Andrea Canonici Parien. m.s.
D Helgaudus Floriacen. Monachus ex Bibliotheca Papyrij Maſſonis, Galli.
Helmoldus Slauorum hiſtoricus.
Hildebertus Cenomanorum, mox Turonum Pont. ex Bibl. D. Clementis Puteani Conſiliarij Regij m.s.
Hugo Floriacenſis monachus ex Bibl. D. Ioannis à S. Andrea Canonici Pariſienſ.
Ioannes hiſtoricus ex Bibl. maioris monaſterij.
Io. Iuuenalis Vrſinus ex Aduocato Fiſci Pontif. Bellouacorum ex Bibl. V.C. Domini Cheuernij m.s.
Ioannes Oreuilla ex Bibl. Papyrij Maſſonis Galli m.s.
Iuo Carnutum Epiſcopus ex Bibl. Claudij Mondini Aduocati Pariſien. m.s.
Lupus Ferrarienſis in Bibl. Papyrii Maſſoni m.s.
E Morinienſis Cænobij Annales ex Bibl. D. Petri Fauchetij Præſidis Curiæ Monetaſis, m.ss. ij fuere conſcripti à Teulfo, & aliquot illius loci monachis. Et Morinienſe Cænobium contra Stampenſium Vrbem ſitum eſt. Vide Papyrium Maſſonum 3. lib. ſuorum Annalium Galliæ.
Nangius hiſtoricus, & Appendix ad Nangium ex Bibl. V.C. D. Cheuernii.
Nicolaus Oreſimus de moneta ex Bibl. D. Petri Fauchetij m.s.
Nouiomenſis Eccleſiæ Kalendarium in Bibl. Papyrij Maſſonii Galli.
Odo Abbas S. Mauri ad Ligerim in Bibl. Papyrii Maſſoni Galli.
Odorannus Senonenſis monachus ex Bibl. D. Petri Fauchetii m.s.
Pactius Locenſis m.s. in Bibl. Papyrii Maſſonij Galli.

Paulini Ephimeris ex Bibl. D.Io.à S.Andrea m.s. A
Ricordanus in Hetruſcis Annalib.
Rigordus ex Bibl. D.Io.à S. Andrea.
Relius Andegauenſis Epiſcopus.
Rodulphus prælens Aduocatus Pariſienſis.
Scholaſticus auctor Appendicis ad Gregorij hiſtoriam.
Somnium viridarij de Regia, & Pontificia auctoritate.
Sordellus Mantuanus Poeta Satyricus.
Sugerius præfectus monaſterio Dionyſij ex Bibl. eiuſdem monaſterij m.s.
Synodi variæ in Gallia. Vide Annales Galliæ Papyrij Maſſonii.
Vitaldus ex Bibl. Antonij Matharelli Aduocati Pariſienſis m.s.
Villarduinus hiſtoriam Belli ſacri ſcripſit, quæ extat in Bibl. Reginæ, m.s. B

Ceterum Scriptorum, qui Gallicè ſcripſerunt.

Paſchalis Robinus *du Faux* nobilis Andegauenſis, & doctus, Hiſtoriam, & Chronicon Regionis, & Ducatus Andegauenſis. Collectionem item Illuſtrium Familiarum tam eiuſdem Ducatus, quam vicinarum ſcripſerat, veruntamen vſque ad annum 1584. non euulgarat, exiguam tamen, quam prænotat *Diſcurſum*, tanquàm emiſſarium, ſiue pręcurſorem Hiſtorię ſuę præmiſit, quo de Andegauenſium pręſtantia, & antiquitate agit, deque iis, qui eos rexerunt, aut ab iis originem duxerunt. Pariſiis apud Emmanuelem Richardum 1582.

Philibertus Pingonius, Nobilis Sabaudus, Camberienſis, de Nobilibus, & Antiquis Ducum Saxonum, & Sabaudorum Familiis ſcripſit, quem Taurini 1582. euulgauit; alia uerò de Numiſmatibus, quęve Munimenta de Sabaudia, & huius antiquitatibus collegerat, neſcio an prodierint in lucem. C

Philippus Cominæus, & Dominus Argentoni, optimam, vti ſuprà oſtendimus, ſui temporis, ac Regni, Ludouici XI. Regis hiſtoriam emiſit, cum antiquis conferendam hiſtoricis.

Philippus Oglerius Catalogum Eccleſiarum, & Virorum Pariſienſium vnà cum quotidianis tantæ Ciuitatis ſumptibus, ante annos ſexaginta conſcripſit.

Petrus Balthaſar Flandricè appellatus *Baltens*, Ciuis Antuerpienſis Genealogias, & antiquas ſtirpes Comitum Flandriæ, Vitas quoque, & geſta eorum ſummatim Antuerpię apud Andream Bax 1580. D

Petrus Belonus Cęnomanus Medicus de obſeruationibus ſingularitatum, & complurium memorabilium rerum in Græcia, Aſia, Iudęa, Ægypto, Arabia, & Regionibus aliis externis, Pariſiis, apud Ægydium Corrozetum, & Gulielmum Lauelatum 1555. Additæ ſunt effigies Hominum, Volucrum, & aliorum Animalium, quęve alia eiuſmodi memoratu digna cenſuit eſſe ſcriptione. Sed & hiſtoriam ſerpentum, quā non emiſit, & Piſcium alteram, quæ Pariſiis Latinè, & Gallicè, & alteram quę in eadem Vrbe apud Rinaldum, ſiue Regnault Chaudiere, excuſa fuit anno 1551.

Petrus Boiſtuau cognomento *Launay*, Nantuas, quę ciuitas eſt in Britannia Armorica, Theatrum Mundi Gallicè emiſit, quo de miſeriis humanis egit eleganter, quod & Latinum fecerat, ſed num prodierit in lucem, neſcio. Id Pariſiis, Antuerpiæ, Lugduni, Rothomagi, atque alibi editum eſt Gallicè. Robertus Magnerius, & Io. Longius, Bibliopolæ Pariſiis ſępè euulgarunt exigua forma. ſcripſit item idem Petrus Boiſtuau Hiſtorias prodigioſas è Gręcis, & Latinis Auctoribus deſumptas tam ſacris, quam profanis, Pariſiis, apud Vincentium Sertenam, & alios, quę hiſtoriæ auctiores prodierunt à Franciſco Belleforeſto, & Claudio Theſſerando Pariſienſi, Hiſtoriam item Chelidonij, & alia, quę vel è Latino in Gallicam linguam vertit, uel ſcripſit ſuo Marte. E

Petrus Deſyay Trecenſis in Campania, collegit Chronica magna Caroli Octaui Gallię Regis ab anno 1484. vſq; ad 1496. Pariſiis apud Ioan. Paruum, & Michaelem Nigrum 1512. Qui liber adtextus eſt tertio Volumini Chronici Monſtreletij.

A Petrus Brouetus de Gaillard de Methodo adhibenda lectioni Hiſtoricorum, Pariſijs apud Petrum Cauelatum 1579. quam quidem non vidi. Antea verò emiſerat Tabulam Chronologicam, & Methodicã de noſcendis omnibus Mundi Hiſtoriis, Pariſiis apud Martinum Iuuenem 1570. Chronologiam item deinceps à creato Mundo vſque ad hęc tempora, quæ tamen nondum erat edita anno 1584.

Petrus Ickeham, ſiue Yckeham, Anglus Cantuarienſis, qui Pariſiis operam literarum ſtudiis dedit anno 1274. Genealogiam Regum Angliæ, ac Regum Britannię ſcripſit; ſed editam neſcimus.

Petrus le Bauld, ſeu Bault, Chronicon de la val, & de Victray.

Petrus de l'Isle, qui ſe nominat Anachoretam, è pluribus Auctoribus antiquis, & recentibus, originem omnium Regum, ac Ducum Gallię collegit, quæ edita eſt anno B 1521. Vitas item Sancti Bartholomæi, Sulpicii Epiſcopi, & ſeptem Fratrum Martyrum. Iter Terræ Sanctę, diuiſum in tres libros, quem inſcripſit *l'Aduenturier*.

Petrus d'Ondegheſt, ſiue d'Ondegert, Belga, Inſulanus, ſiue Inſulenſis, Annales, & Chronicon Belgii, quæve in Belgio memoratu ſunt digniora ab anno 600. vſque ad annum 1476. Antuerpiæ apud Chriſtophorum Plantinum.

Petrus Paſchalis nobilis ex inferiori Gallia Narbonenſi, Hiſtoriam Galliæ Regũ Latinè, & Gallicè, quę nondum erat edita; At ea, quæ geſſit Henricus Secundus Galliæ Rex, ab eodem ſcripta, & apud Vaſcoſanum Pariſiis prodierunt in lucem.

Petrus Rogerius Pictauienſis; veram, & integram hiſtoriam Tractatuum Pictauienſis, Rupellenſis, & Inſularum, quas vulgo nominant, Marennes, partemq; Kantonum edidit, Pariſiis apud Franciſcum à Pratis.

C Petrus à Sancto Iuliano Nobilis Burgundus, ſiue Heduus, Decanus Catamanenſis Eccleſiæ, plures libros de Origine Burgundionum, deque Antiquitate eorum Statuum, vt vocant; De Antiquitate Auguſtoduni; Duos libros de Antiquitatibus Catalauni (Chalon) ad Ararim; Tres libros de Ciuitate Matiſconenſi, Vnum de Abbatia, & Ciuitate, quę ab Incolis vocatur Tornux, Pariſiis apud Nicolaum Cheſneau 1581. vnà cum effigiebus Ciuitatum Burgundiæ. Quibus libris in Epiſtola Dedicatoria reſtatur ſe hiſtoriam item Burgundionum ſcripſiſſe ab eo tempore, quo relictis Galliis ad has denique tedierant. Deque Infantia, & Adoleſcentia Burgundionum, ſed quindecim ante annos nondum prodierant in lucem.

Petrus Turellus Tabulam Chorographicam Burgundiæ, & hiſtoriam Burgundionum ſcripſit.

D Perdicon Nobilis è Tractu Gyuodani antiquus Poeta Gallus, Victorias Raymundi Berrengeri, poſtremi huius nominis, Comitis prouinciæ, quas in eadem prouincia obtinuerat aduerſus eos, qui ab ipſo defecerant.

Renatus de Voyer Vicecomes de Paulmyplutes Turonenſis Tractus Antiquitates collegit, quas ad Franciſcum Belleforeſtum miſit Coſmographiæ ipſius adtexendas, quæ in ſecundo eius Volumine cernuntur, vbi de Turonenſibus agitur.

Richardus de Vaſſebourg Archidiaconus Virdunenſis in Lotharingia, vbi & natus eſt, Primum, & Secundum volumen Antiquitatum Galliæ Belgicæ, Regni Gallię, Auſtraſiæ, Lotaringiæ, & aliarum prouinciarum, ac Principatuum edidit; Quę omnia complexus eſt in Vitis Epiſcoporum Virdunenſium, collectis ab eodem Vaſſeburgio, vnà cum Compendio Virorum Pontificum, Cæſarum, ſiue Imperatorum, Regũ, E & Principum, à Iulio Cæſare vſque ad hęc tempora, Pariſiis. Addita ſunt duo illa Volumina à Franciſco Giraldo Typographo anno 1549. Librum item ſcripſit de geſtis Godefridi in Bello Sacro.

Robertus Goagninus Duacenſis in Gallia Belgica, Miniſter Generalis Ordinis Sanctiſſimæ Trinitatis, pro redimendis Chriſtianis captiuis, quem Ordinem vocant Galli, Maturinorum, præter alia Opera, Chronicon, & hiſtoriam Regum Gallię ſcripſit, quæ ſępè variis in locis fuit excuſa.

Rochus, ſiue Roc le Bailly, ſeu *Baillif*, pręter alia, quę ad Medicinam pertinent, ſcripſit de Antiquitatibus, & ſingularitatibus Britannię Armoricę, & de Ciuitate, quam nominant, Renes, apud Petrum le Bret 1578.

Simeon

Simeon Fontanus Theologus hiſtoriam Catholicam noſtri temporis euulgauit. A
Pariſiis apud Gulielmum Iulianum 1562.

Symphorianus Camperius (Campier) Lugdunenſis, inter alia ſcripſit fundamentum, & Originem Titulorum Nobilitatis, Pariſiis 1535. Nauem Principum Pariſiis. Nauem Sibyllarum, & prædicationum illarum. Magna Chronica Geſtorum Ducum, & Principum Sabaudiæ, ac Subalpinorum. Pariſijs, apud Ioannem de la Garde 1516. Chronica Lotaringiæ. Triumphum Franciæ, Floruit Rege Ludouico XII. & Franciſco primo huius nominis Rege Galliæ 1515.

Stephanus Forcatellus Biterrēſis propè Narbonam, Iuris in Academia Toloſana profeſſor, familię Memorantiæ libellum edidit, præter alia non pauca, quę Latinè ſcripſit. Libellus ille Lugduni prodiit in lucem apud Ioannem Torneſiū. anno 1571.

Stephanus Gormelanus è Britannia Armorica, Medicus, hiſtoriam Britannię, quę B
nondum erat edita.

Stephanus Lucinianus Cyprius, deſcriptionem totius Inſulæ Cypri, Pariſiis, apud Gulielmum Chaudiere. 1579. Chronicon item Cypri, & Genealogias nobilium familiarum Chriſtianorum, quæ neſcio, an prodierint excuſæ; prodiere tamen Valeſia, Borbonia, Luciniana, Principum Lotaringorum, Comitum Bononiæ ad mare, & ſexaginta familiarum inſigniorum, à Theodorico ſecundo Rege Burgundiæ, atque Auſtriæ.

Stephanus Paſcherius Pariſienſis, ſex libros rerum Gallicarum; Quorum duo editi fuere Pariſiis, & Aureliæ.

Stephanus Perlinus, deſcriptionem Regnorum Angliæ, & Scotiæ anno 1558. apud
Franciſcum Terpeau Pariſiis. Coſmographiam item, ſiue totius Continentis Deſcri C
ptionem, & Diuiſionem, vna cum Imperiorum, ſiue Regnorum, mutationibus.

Thomæ Cormerii Alenconii, Rerum geſtarum Henrici Secundi Regis Gallię libri quinque, Pariſiis apud Sebaſtianum Niuellium anno 1584.

Sed & ex Bibliotheca Petri Pithæi V.C. anno 1596. prodierunt Francofurti Hiſtoriæ Francorum ab anno Chriſti 900. ad annum 1285. Scriptores veteres tredecim, in quibus Glaber, Helgaudus, Sugerius Abbas. M. Rigordus Guillermus Brito. Guillermus de Nangis, & alii anonymi. Extrema ſtirpis Carolinæ, & Capetiorum uſque ad Philippum D. Ludouici Filium Regem, explicantes. Capita verò quæ hoc toto volumine continentur, hæc ſunt.

Glabri Rodulphi, S. Germani Cænobii Antiſiodorenſis primū, poſtea Cluniacen-
ſis monachi, ad Odilonem Abbatem Cluniacenſem, Hiſtoriarum lib. 4. ab anno 900. D
uel potius ab anno Milleſimo, qui fuit Roberti Regis 13. ad annum 1045.

Helgaldi, ſiue Helgaudi Floriacenſis monachi, Epitoma Roberti Regis ex alterius monachi ſcriptis.

Aquitanicæ hiſtoriæ fragmentum.

Fragmentū hiſtoriæ Francię à Roberto Rege, ad mortem Philippi Regis, ex ueteri exemplari Floriacenſi.

Vita Lodouici Regis, filii Ludouici Craſſi Regis, deſcripta à Magiſtro Rigordo, Chronographo Regio.

Guillermi Britonis Armorici, Philippidos lib. 11. ſiue geſta Philippi Regi Francię.

Fragmentum continens geſta Ludouici VIII. Regis, qui S. Ludouico Regi pater fuit.

Geſta S. Ludouici Francorum Regis, deſcripta per Fratrem Guillermum de Nan- E
gis monachum S. Dionyſii in Francia.

Geſta Philippi, quem Audacem cognominant, Regis Franciæ, filij ſanctæ memoriæ Ludouici Regis, fratris Roberti, qui auctor Borboniæ Familiæ.

Hiſtorici alij de rebus Belgicis, ſiue Germaniæ Inferioris; præter eos, qui ſuperiore capite indicati, non pauca de Belgicis item rebus ſunt perſecuti. Cap. XVII.

GErardus Nouiomagus, de hiſtoria Germaniæ Inferioris. & de Hiſtoria Batauica, & de nobilitate Batauorum.

A Adrianus Barlandus de Oppidis Germanię inferioris.

Huberti Thomę Leodij, Commentariolus de Populis Germaniæ inferioris.

Qui verò ſcripſere in Cęſaris Commentarios, ij Belgicis antiquis rebus intelligendis ſunt utiles, de quibus vide quæ ſuprà, vbi de Cæſare locuti ſumus.

Qui etiam generatim de Gallicis rebus ſcripſerunt, quos ſuprà recenſuimus, vbi de Gallicis rebus hiſtoricos nominauimus.

Lambertus Hortenſius, Seceſſionum ciuilium Vltraiectinarum, & bellorum ab anno 1324. vſque ad tranſlationem Epiſcopatus ad Burgundos, hiſtoriam nobis reliquit.

Chronica Burgundica.

Iodocus Aquenſis, de rebus Flandrorum.

B Chronica Flandrię Iacobi Meyeri.

Iodocus Beyſſellus, de geſtis Flandrenſium.

B. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus tit. 20. cap. 8. de bellis Flandrenſium aduerſus Francos.

Emondus de Genealogia Ducum Brabantiæ, Flandriæ, Hollandiæ, & Burgundię.

Pius II. in Europa c. 44. de Gandauenſibus.

Chryſoſtomus Neapolitanus de hiſtoria Bauaica.

Pius II. in Europa de Hollandia.

Ioannes de Beka, de geſtis Comitum Hollandinorum.

Pius II. in Europa de Friſia cap. 35.

Matthæus Herbenus de inſtauratione Traiecti ſuperioris patrię ſuæ.

C Huberti Eburonis Hiſtoria Eburonica.

Florentii van der Hær, De initiis Tumultuum Belgicorum Libri duo, quibus eorum temporum continetur hiſtoria, quæ à Caroli Quinti Cæſaris morte uſque ad Ducis Albani aduentum, adminiſtrante Belgium Margarita Auſtriæ, Parmæ, & Placentiæ Duciſſa per nouennium in eodem Belgio extiterunt.

Adriani porrò Barlandi Hollandiæ Comitum hiſtoria, & Icones, ac Vita Caroli Burgundiæ Ducis, Francofurti ad Mænum editę anno 1585. Sciendum eſt autem, eiuſdem (vt Regium) Adriani Barlandi librum ſelectas quaſdam Epiſtolas Eraſmi Roterodami continentem, eſſe prohibitum in Indice Pontificio.

Pluręs autem de Belgicis, Gallicis, & Burgundicis rebus Gallicè ſcribentes uide ſuprà in capite 16. in proximo catalogo per Alphabeti ſeriem diſpoſito. Ioannes D autem Boetius à ſecretis S.P.Q. Antuerpienſ. ſcripſit Latinè Hiſtoricam narrationē profectionis, & nauigationis Alberti, & Iſabellæ Auſtriæ Archiducum, & Belgii Principum Antuerpiæ 1602.

Michaelis ab Iſſelt Amorsfortii ſui temporis hiſtoria, in qua res in toto orbe terrarum geſtę, ſed pręcipuè tumultus Belgici ſcribuntur, ſub Philippo Secundo Hiſpaniarum Rege, vſque ad annum 1586. Coloniæ apud Arnoldū Quentelium, an. 1602.

Hiſtorici Daniæ, Noruegiæ, Gothiæ, Sueciæ, Vandaliæ, ſeu Finlandiæ.
Cap. XVIII.

E ALberti Krantii hiſtoria Daniæ, Noruegiæ, Sueciæ, quæ Scandia, & Gothia dicta eſt, ab eorum origine vſque ad an. 1504. Sed non legenda illa quę Francofurti eſt edita, niſi repurgetur. Sic enim in Romano Indice Clementis VIII. Pont. Max. admonemur.

Saxonis Grammatici de hiſtoria Danorum libri ſexdecim.

Olai Magni Gothi Archiepiſcopi Vpſalenſis, de rebus Gothorum lib. 22.

Alberti Krantij liber de Vandalia.

Sciendū eſt autem, non eſſe Gothos hoſce Septentrionales, aut Vandalos, de quibus hiſtorici, ſiue Græci, ſiue Latini antiquiores egerunt; quamuis hi eſſe illorum Gothorum, & Vandalorum reliquiæ videantur, qui Europæ, atque Africæ prouincias, aut ceperunt, aut ſunt depopulati. Et hæc quidem nos non ſolum eorum Hiſtorias legentes, ſed regiones illas non ſemel peragrantes, non indiligenter obſeruauimus.

A

Hiſtorici antiquiores, ſiue item recentiores, qui de alijs Gothis, Vandalis, Albanis ſcripſerunt. Cap. XIX.

Procopius de rebus, & bello Gothorum, & de Vandalia.
Aurelius Caſſiodorus de geſtis Gothorum, & Romanorum ſparſim.
Ablabius de bello Gothorum.
Agathius Smyrneus Græcè de bello Gothorum. Verſus eſt item Latinè.
Iornandes Epiſcopus de bellis Gothorum, & Romanorum.
Idacii Chronica à Theodoſio Magno vſque ad an. 400.
Sidonij Apollinaris Galli, qui in Regia Gothorum ſub Rege Alarico apud Toloſates claruit, variæ Narrationes rerum à Gothis geſtarum.
Pius Secundus in Aſia de Gothis, & Alanis, vbi de Scythis. B
Iornandus monachus de Origine, & geſtis Gothorum.
Leonardus Aretinus de Gothorum bellis.
Crinitus. Quonam modo per Epiſtolam Beliſarii, conſilium vaſtandæ Romæ Attila deſeruit.
Maximus Cæſar Auguſtanus de geſtis Gothorum in Hiſpania. Vide item hiſtoricos qui de rebus Hiſpanicis.
Bernardinus Iuſtinianus, & Guido Rauennas de bello Gothorum.
B. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus de Catalogo Regnorum Gothorum, & Vandalorum tit. 11. c. 6. & 7.
Cælius 13. 35. de Theodato Gothorum Rege.
Victoris Vticenſis hiſtoria perſecutionum Vandalicarum, quæ ad ipſos Africæ hiſtoricos propius attinet. C
B. Antoninus de Regis Totilæ geſtis contra Italiam, Romam, Cæſarem tit. 12. c. 5.
Philippus Callimachus de geſtis Attilæ. In Attilam verò Callimachi Q. Æmilianus Cymbriacus.
Cl. Claudianus de bello Gildonico, & de bello Getico contra Alaricum.
Dion Caſſius de Geticis rebus.
Pius Secundus de Albania, & Albanis in Europa cap. 15. quanquam hi pertineant ad Aſiaticos populos.
Cælii Calcagnini de Rege Albaniæ Dialogus.
Quin etiam huc quadantenus ſpectant, quæ ſcripſit Carolus Sigonius de Regno Italię, & de rebus Longobardorum: queq; Hiſtorici rerum Hiſpanicarum de his potiſſimum ſunt locuti. D

Hiſtorici Germanicarum rerum. Cap. XX.

Scholiaſtæ huius operis. P. Cornelius Tacitus de Germanorum populis, & moribus. In Tacitum verò, qui vel ſcholia, vel quaſi Commentaria ſcripſere, dictum eſt ſuprà, vbi actum de celebrioribus Latinę hiſtorię Scriptoribus. Quin & additum eſt, quid de eo ſit ſentiendũ.
C. Plinius ſecundus libris viginti de rebus Germanicis, ſiue bellis Germanię.
Einardus Cancellarius Caroli Magni, & Rhegino.
Abbas Vſpergenſis plura in Chronicis ſuis de rebus Germanicis, Chronicon enim ab Orbe creato vſque ad Fridericum II. texuit, ubi cetera quidem breuiſſimè, res verò Germanicas fusè ſcripſit. Sed quibus non ſint addita ea Paralipomena, quę diximus eſſe prohibita à S. R. Eccleſia. E
Ioan. Tritemius de Origine, Regibus, & geſtis populorum Francorum, & Germanorum.
Lupoldus Epiſcopus Bambergenſis de zelo ueterum Principum Germanorum erga Religionem.
Lambertus Schafnaburgenſis de geſtis Germanorum.
Aeneæ Syluii Germania.
Ioannes Bohemus de Germania, & illorum inſtitutis.

Crinitus

A Criniτus de ueterum Germanorum Republica, eorumque moribus, inſtitutis, legibus, tam in militia, quam in Religione. Deque Romanis ſpectaculis, & ludis Probi Imperatoris, cum de Germanis triumpharet, ex hiſtoria Flauii Vopiſci.

Porro Germanorum aliquot clarorum Vitæ à Rodulpho Agricola & Chriſtophoro Longolio ſcriptæ, adtextę ſunt nonnullis Scriptoribus, quorum aliqui fuere hæretici; Quamobrem cauendum, ne iis fides integra habeatur, qui Eccleſiæ Catholicæ fidem nullam habere uoluerunt. Sanè, ut aliarum plurium, ſic Auſtriacorum Scipio Admiratus edidit Arbores.

Extat Bernardini Molleri deſcriptio Rheni, quæ Coloniæ eſt edita anno 1570.

Marcus Velſerus, de quo ſuprà verſus finem tertię Sectionis.

B *Hiſtorici Sueuicarum rerum. Cap. XXI.*

GEneratim qui de Germania ſcripſere. At poſtea,

Ioan. Bohemus de Sueuia, & Sueuorum moribus, tum priſcis tū recentib.

Marcus autem Velſerus feliciter res Auguſtanas eſt proſecutus ut diximus ad finem eiuſdem tertiæ Tractationis.

Porro hiſtoria tribus Tomis comprehenſa Germanicè circum fertur, ſed uideant Catholici, quibus propria ſalus debet eſſe magis cordi, quam ſciendi curioſitas, ne quid in ea ſit, quod meritò ſit cauendum.

Hiſtorici Auſtriacarum rerum. Cap. XXII.

C RIchardus Bartolinus Peruſinus libris duodecim Auſtriados.

Editi item ſunt Oeniponti anno 1592. proprii Annales rerum in bello, domique geſtarum ab Auſtriacis Habſpurgicæ gentis Principibus, à Rodulpho Primo vſque ad Carolum Quintum. Quos Annales cum Gerardus de Roo Ferdinandi Archiducis Bibliothecarius congeſſiſſet in vnum, Conradus Decius à Vveydenberg eiuſdem Archiducis à ſecretis, emiſit in lucem.

At reliquas Auſtriæ, vel Auſtriacæ Familiæ res geſtas, Regnorumque, & Religionis propagationem cum permulti eorum, quos ſparſim nominauimus, copioſè narrauerint, neque verò uni Prouinciæ poſſint aptari, idcirco Lectorem cupimus adire ad earumdem Prouinciarum Hiſtoricos; aut ad eos, qui eorum vitas ſcripſere, quos quidem indicauimus. Vide in ſecunda Sectione huius Operis, vbi hiſtoricos recen-D ſuimus, qui de Vitis Imperatorum ſcripſere. Sanè Arnoldus Vvion (quemadmodum non uno in loco diximus) originem Auſtriacæ Familiæ, ad Aniciam Romanam multis argumentis refert initio Libri, quod prænotauit, Lignum Vitæ.

Albertus verò Boſteten Germanus, Ordinis Auguſtiniani, ſcripſit vtriuſque Pannoniæ hiſtoriam, quam hodie Auſtriam, & Stiriam vocant.

Hiſtorici Bauaricarum, ſiue Boicarum Rerum. Cap. XXIII.

SCio extare Chronicon Bauariæ, ac Sueuię Ducum: Ioannem item Auentinum de Boiis ſcripſiſſe. Sed quoniam hic ab Eccleſia Catholica ob alias res eſt prohibitus, propterea legendus abſque eius permiſſu non eſt: Ad noſcendos autem il- *Ioan. Tritemius.*

E lius errores conferet plurimum, ſi quis perlegat & octo libros Marci Velſeri Scriptoris verè nobilis, quibus per quingentos quinquaginta annos à deducta Auguſta Colonia res Auguſtanas accuratè conſcripſit, uti ſuprà meminimus, & quinque alios libros, qui de Boicis rebus poſtremo ab eodem ipſo prodierunt. Scio item quotquot de Auaribus, qui bella cum Romanis, atque aliis geſſere, de Bauaria Regibusque, *Theodon.* & Ducibus ipſius neceſſariò, & quidem antiquiſſima ſcripſiſſe: Eos quoque qui *Grimoaldus.* *Taſſilo.* res in Germania, & Hungaria geſtas commemorarunt, Theodonis, Grimoaldi, *Ludouicus.* Taſſillonis, Ludouici, Henrici, Arnulphi, Alberti perhonorificam feciſſe men- *Henricus.* *Arnulphus.* tionem, qui plures Prouincias rexerunt, quique rem Chriſtianam auxere pluri- *Albertus.*

Theodelinda.

mum. Quin, & huc pertinent, quæ de Theodelinda Galibaldi Bauariæ Regis filia, & Agilulphi Longobardorum Regis uxore, quæ maritum ad Chriſtianam fidem conuertit, atque ab excidio Romanæ Vrbis, quam acri obſidione cingebat, A

Ad Theodelindā ſcribit D. Greg. ep. 4. li. 3. ep. 47. lib. 7.

auertit; perque eum deinceps in tota Italia religionem iacentem erexit. Quare, & ad eam à Magno Gregorio huius nominis primo Pont. Max. litteræ extant, quibus ei gratias agit: Cum & quattuor libros ſuos de Vitis Sanctorum idem eidem Theodolindæ Gregorius inſcripſiſſet. Pertinent, inquam, huc etiam ea, quę

Giſala quid Vngaris præſtiterit.

Chunegūda.

Henricus II. Imp.

ſcripta ſunt de Giſala Henrici II. Imp. ſorore, quæ Stephano I. Vngariæ Regi Sancto nupta, Vngaris occaſionem præbuit ſuſcipiendæ Religionis Chriſtianæ, & mirificè propagandæ pietatis. Deinde quæ de Chunegundæ alterius Henrici Bauariæ Ducis filia, & Henrici Imperatoris uxore ſcripta ſunt, quorum uterque coniunx, ut eximia fuit ſanctitate, ſic in Sanctorum numerum uterque relatus eſt; plura deinde legi B poſſunt in fundationibus Bambergenſis, Friſingenſis, Ratisbonenſis, Epiſcopatuum & Salisburgenſis Archiepiſcopatus, quos Bauari Principes præter ampliſſima alia ſacerdotia, & Abbatias inſtituerunt. Atqui & ex iis, quę ſcripta ſunt de Sacri Imperii

Primus inter ſeculares Electores Bauarus.

Electoribus, & ex aliis Auctoribus cum Imperatores è Bauarica familia fuerint, licebit, vnicuique pro ratione temporum, ſiue colligere, ſiue peroptatam Bauaricam hiſtoriam noſſe. At uerò noſtra ætate hiſtoria plus factis, quàm ſcriptis no-

Albertus & Gulielmus Bauariæ Duces Sereniſſimi quæ, & quāta pro fide Catholica geſſerint.

ta eſt de iis, quæ ſummo in rerum, & hæreſum periculo Sereniſſimi Albertus, & Gulielmus Duces utriuſq; Bauariæ geſſere, dum in ea ſartam, tectamq; Religionem ſic curati ſunt, ut Collegiis quoque, quibus iuuentus inſtituitur, tanquam firmiſſimis præſidiis muniuerint, ac denique imminentem flammam ab Archiepiſcopatu Colonienſi, quem Archiepiſcopus ſecedens à Catholica fide, ſummo in diſcrimine poC ſuerat; Gulielmus ipſe Dux Sereniſſimus repreſſerit, ac ſimul Vveſtphaliam ab hoſte hęretico liberauerit; Germaniæ reipſa nimirum oſtendens, qua ratione Principes cauſſam fidei Catholicæ poſſint tueri, dum vnam præ oculis habent gloriam Dei.

Ceterum, de Bauaria Pius Secundus in Europa, vti & Ioannes Bohemus de Bauaria, & Carinthia, earumq; priſcis legibus, & moribus, quibus hodieq; viuunt, egere.

Hiſtorici Saxonicarum rerum. Cap. XXIIII.

Alberti Krantij extat hiſtoria Saxonum, ſed ea quę Francofurti nouiſſimè prodiit, expurgatione (vti ſuprà ex Romano Indice monuimus) aliqua indiget, etiam in ipſo Indice, quem illi adtexuerunt. Reliqua verò pleraque huius D temporis tum in Paulo Iouio, tum in aliis extant, de quibus agitur infrà.

Quæ verò Lubecæ de Saxonicis rebus Chronica audio prodiiſſe, non vidi, quare nec qualia ſint poſſum dicere.

Hiſtorici Bohemicarum rerum. Cap. XXV.

Pius I I. in Europa cap. 24. ſiue Æneas Syluius.

Eiuſdem Æneæ Syluii hiſtoria Bohemica.

Ioannis item Epiſcopi Olomucenſis, & Ioannis Dumbrauii hiſtoria Bohemica.

Ioan. Bohemus de Bohemia, & moribus Bohemorum. E

Hiſtorici Sileſiæ, & Morauiæ. Cap. XXVI.

Pius I I. in Europa cap. 23. & 24.

Martinus Chromerus, de quo in cap. ſequenti.

A *Hiſtorici Rerum Polonicarum, ſiue Sarmaticarum, ac Prutenicarum. Cap. XXVII.*

CHronica Polonorum excuſa primo Cracouiæ 1521.
Philippi Callimachi Polonica hiſtoria contra Turcas.
Quædam in Antonio Bonfinio, dum res Hungaricas perſequitur.
Martinus Chromerus Epiſcopus Varmienſis, tam libello de Republica Polonorũ, quam triginta libris de rebus Polonorum, quibus nouiſſimè additi ſunt Commentarij Reinoldi Eidenſtenij de Moſcouitico bello à Polonis geſto, in editione Colonienſi ab Arnoldo Mylio Typographo.
Pius II. in Europa cap. 25.
B Ioan. Bohemus.
Piſonis Epiſtola de conflictu Polonorum, & Moſcouitarum.
Eraſmus Srella de Antiquitatibus Boruſſię.
Patricij Nidecij qui poſtea obiit Epiſcopus Vendenſis, de Tumultu Gedanenſi, regnante Stephano Batoreo in Polonia.

Hiſtorici Lituanorum, & Liuonum. Cap. XXVIII.

PIus II. in Europa cap. 26. de Lituania; de Liuonia verò cap. 18.
Ioan. Bohemus de Lituania, & Lituanorum vita 3. 7. de Liuonia verò, & Pruſſia, ac Marianis militibus 3. 8.
C Ant. Poſſeuini eiuſdem Commentarius in lucem edendus, & Moſcouiæ Commentario addendus.

Hiſtorici Rutenorum, & Moſcorum, ſiuè Moſcouitarum. Cap. XXIX.

IOan. Bohemus.
Pius Secundus in Europa cap. 27.
Herbeſtanus de Legatione ſua ad Moſcum.
Pauli Iouij Commentarius de Moſcouia.
Nos item emiſimus in lucem Commentarios duos de Legatione ad Poloniæ Regem, & ad magnum Moſcouię Ducem, quibus adiuncta eſt Tractatio, & Epiſtola de
D pace inter eos compoſita, deque Liuonia per eam compoſitionem teſtitura Regno Poloniæ. Cum autem ij Commentarij ſint varijs in locis editi Latinè, Italicam tamen verſionem Ferrarię primò emiſſam in lucem, typis Mammarelli, non agnoſco vt meam, quippe quę mendis ſcateat. Itaque ſecunda editio Italica edita Mantuę typis Franciſci Oſannę, tanquam emendatior, & verior legenda erit.

Antonio Poſſeuini Moſcouia edita varijs in locis. In Lituania. In Belgio. Colonia in Germania. In Gallia. In Italia.

Ad eoſdem Commentarios adiecta ſunt, quæ de Rutenorum Religione dicenda erant.
Additus item Catechiſmus ad Rutenos inſtituendos ex Patribus Græcis antiquis, atque ex Gennadio Patriarcha Conſtantinopolitano in ordinem redactus, idemque
E vtiliſſimus de Proceſſione Spiritusſancti à Patre, & Filio. Sed & huc facit, quæ in Bibliotheca noſtra Selecta egimus, vbi actum eſt de Ratione iuuandorum Græcorum, & Rutenorum.
Reinoldi Eidenſtenij Commentarij de bello Moſcouitico geſto à Stephano Batoreo, eius nominis Primo Polonię Rege. Porrò hi primo Cracouię sũt editi, deinde Colonię Agrippinæ additi ſunt Hiſtorię Poloniæ Martini Chromeri, vti diximus ſuprà.

Hiſtorici Hungaricarum, ſiue Pannonicarum rerum, vbi & de Tranſyluanicis. Cap. XXX.

ANtonius Bonfinius Decadibus tribus.
Michael Ritius, Cotonidem Hungaricæ hiſtoriæ, ac de Regibus Hungariæ ſcripſit.

P. Callimachus Experiens. A
T. Alexander Cortelius.
Ioannes Turotius.
Georgius Collimitius.
Pius II. in Europa cap. 1.
Io. Bohemus. De Hungaria, & de Inſtitutis viuendi Hungarorum.
Chronica verò Hungarica Germanicè ſcio extare, ſed neque à me lecta ſunt, nec qualia ſint, poſſum aſſerere.
Ioannes Sadoletus de Regno Hungariæ à Turcis oppreſſo.
Rogerius de Vngariæ deſtructione per Tartaros.
Cęlij Calcagnini funebris oratio in Beatricem Reginam Hungariæ.
Melchior Soiterus de bello Pannonico. B
Petrus Randanus.
Pius II. de Tranſyluania cap. 2. in Europa.
Cęlius 17. 25. de Scorione Dacorum Duce.
Alphonſi Ciaconi hiſtoria vtriuſque belli Dacici à Traiano geſti, edita Romæ anno 1571.
Hungaria explicata à Io. Nicolao Doliono, qua, quæcunque contigerunt in eo Regno, exponuntur ab eius Regni initio vſque ad annum 1594. apud Damianum Zenatium Venetiis 1594. Italicè.

Hiſtorici Illyricarum & Slauicarum rerum, ſeu (vt vocant) Sclauoniæ. Cap. XXXI. C

Appianus Alexandrinus in Illyrico.
Pius II. de Illyria, ſiue Illyricis in ſua Europa cap. 16.
Pius II. de Dalmatia in Europa, c. 17.
Idem de Liburnia.

Antonius Bonfinius in ſua de Pannonicis rebus hiſtoria, pro occaſione geſtarum rerum cum Venetis, non pauca ad eas prouincias ſpectantia attigit.

At & Cęlius, & Leonicenus, & ante iſtos Ælianus varia ſcripta reliquerant de Illyricis populis, & moribus, de Seruia, de Epidano. Quin, & Leonicenus de Polæ vrbis ędificatione, de Dyrrachio, & aliis eiuſmodi egit, quę faciunt quadantenus ad eas regiones noſcendas, quales nimirum erant antiquitus.

Quoniam verò Pęonia non procul ab his abeſt, ideo & huc ſpectarent, qui aliquid de illa tradidere, qualis fuit Tzetzes, qui agit de Xermodigeſto filio Regis Pęonum. D

Quæ autem accidere hoc ſeculo, ea tum Paulus Iouius, tum reliqui hiſtorici noſtri æui literis mandarunt; de quibus egimus in prima Sectione huius Operis, vbi Auctores indicantur, qui Vniuerſalem hiſtoriam conſcripſerunt.

Porrò Helmoldus presbyter hiſtoriam Slauorum à Carolo Magno ad Fridericum Æno barbum poſteris reliquit. Sed & Vincentius Pribeuus de ſucceſſione Slauorum Hiſtoriam Italicè edidit, quæ iam ſecundò Venetiis eſt edita.

Hiſtorici rerum Macedonicarum. Cap. XXXII.

Præter illa, quæ Diodorus Siculus de geſtis Philippi, Alexandri, & aliorum Macedonię, ſiue Ducum, ſiue Regum, quęve Plutarchus, & Aelianus veteres ſcriptores, ac Iuſtinus nobis reliquere, egit & E

Pius II. de Macedonia, vt mittam, quæ Cęlius Rhodiginus, & ante illum nonnihil Aulus Gellius, & Tzetzes, & Crinitus, & B. Antoninus Archiepiſcopus Florentinus attigere.

Antiquæ Macedonicarum verū Scriptores, qui non extant.

At vitam, & geſta Alexandri Magni quoniam Quintus Curtius, & Arrianus Nicomedienſis; vt alibi diximus, ſcripſere, non eſt quòd antiquiores quæramus, qui vel nuſquam extāt, aut vix ad alicuius manus peruenere, quales Clitarchus, Polycrates, Oneſicritus, Antigenes Iſtrus, ceteriq. quorum mentionem fecit Volaterranus.

A *Hiſtorici Rerum, quæ in Thracia, uel ex ea foris contigerunt.*

Cap. X X X I I I.

AD hiſtoriam Thraciç, præter locorum, & aliarum eiuſmodi rerum narrationem duo pertinent: Alterum, quod ad Reges, ſiue Imperatores, qui deinde Conſtantinopoli ſedem fixerunt; Alterum quod ad ſubſequentem Turcarum Dominatum ſpectat.

Ac Ioannes Bohemus de Thacia, & Thracum moribus egit. At ante illum Aelianus, & Tzetzes Grecè; Cœlius autem Rhodiginus, & Leonicenus, Crinitus Latinè aliquid ſparſim, Vti de Atho monte Aelianus, deq; Aphyræis, qui iuxta Pallenē Thraciç ſunt ſiti. Leonicenus autem de Abdera Thraciæ Ciuitate, eiuſq; præclaris ciuibus. *Aphyræi.*

B Diogenes verò Laertius Protagorę Abderitę, ſicut & Plutarchus Eumenis, Vitas conſcripſerunt.

Iam quę generatim attinent ad Impp. & Duces, qui Rempu. ſiue Imperium bello, paceve adminiſtrarunt, peti poſſunt è Vitis Imperatorum, quos ſuprà ſecundum temporum ſeriem propoſuimus tertia in huius Operis Sectione. *Protagoras; Eumenes.*

Iuſtiniani porrò, & Beliſarij epiſtolæ Græcæ extant, quibus rerum Thracicarū eius æui pars innoteſcit.

Sed & de capta Conſtantinopoli B. Antoninus Florentinus Archiepiſcopus egit titulo 22. cap. 13. Quod tamen cum ad cladem inuectam à Turcis pertineat, referendum eſt ad Turcicarum rerum hiſtoricos, quod ſubiecimus. Et quidem anno 1532. Baſileæ prodierunt in lucem vnà cum Eutropij Romana Hiſtoria, & cum Paulo Diacono de geſtis Longobardorum, Conſtantinopolitani Annales, quibus variorum Regnorum, ac gentium (Turcarum in primis & Saracenorum) origo, ſectæ, impietates vti & Iconoclaſtarum referuntur. Quin, & iidem ipſi Annales (licet Auctoris nomen deſit) aliam præferebant inſcriptionem, his verbis. *Annales Conſtantinopolitani*

C

Græcorum Imperatorum vita, de rebus in Oriente, & Conſtantinopoli, Perſia, Arabiaq; geſtis.

Quę verò ab alijs affertur *Scilaris* cuiuſdam hiſtoria Conſtantinopolitana, ea mihi non innotuit.

Sanè quod diximus à B. Antonino ſcriptum fuiſſe de capta Conſtantinopoli, idem de clade Conſtantinopolitana tum epiſtola quadrageſimaprima Æneæ Syluij, tum in hiſtoria Leonardi Ghienſis, & in Gennadio Patriarcha Conſtantinopolitano legi poteſt. Id quod & alii poſtea ſunt perſecuti.

D

S E C T I O S E X T A.

Complectens Hiſtoricos, qui geſta in Aſia conſcripſerunt.

Hiſtorici Aſiaticarum rerum generatim. Cap. I.

QVicunque Geographica ſcripſere, plura narrarunt, quę ad res Aſiæ ſpectāt, Strabo, Ptolemæus, Dionyſius de ſitu Orbis, Pomponius Mela, & alij, quorum mentio facta eſt, vbi egimus de Geographia.

E

Diuina verò ſcriptura in primis, quique præſertim ad Geneſim, atque ad Danielem prophetam Commentaria ediderunt, qualis potiſſimum Benedictus Perretius noſter.

Chronographi quoque, & antiqui Hiſtorici Græci Ethnici, vti Herodotus, & alii qui tamen cum cautione legendi ſunt; quæ monſtrata eſt in huius Operis Sectione ſecunda, quæ iis examinandis fuit attributa.

Romanarum rerum, & Imperatorum Hiſtorici, de quibus actum eſt ſuprà:
Annales Cæſaris Baronii Cardinalis.

Ac generatim quidem de Aſia Pius Secundus; ſicuti & de celebrioribus Aſiæ gentibus Ioannes Boemus, uti & de pluribus Ioannes de Vitriaco Atheniẽſis Epiſcopus & Americus Veſpucius libris de ſua nauigatione, & quicũque uel Alexandri Magni geſta, vt Quintus Curtius, & Arrianus Nicomedienſis, uel aliorum, qui poſtea inter ſeſe partiti ſunt Alexandri regna, Vitas, & geſta conſcripſerunt, Quę item Iuſtinus in Epitomen ex Trogo Pompeio redegit, exceptis erroribus, ſiue mendaciis, quæ in eius hiſtoria ſuprà indicauimus. A

Hiſtorici De rebus geſtis in Aſia Minore, Bithynia, & Ponti Prouinciæ. Cap. II.

Arriani Periplus Bithyniæ.

Iter in Bithyniam C.Plinij lib. 10.epi. 615. Qui quidem Plinius eodem libro plura ſcribit de Ballineo Pruſenſium, de Nicenſib. & horum Theatro, de aquęductu Nicomedienſium, atque fabrorum Nicomedienſium Collegio, de Aqua Sinopenſium perducenda, de platea Amaſtrianorum, de petitione Amiſenorum. B

Idem C.Plinius de Mithridate Rege Ponti lib. de Viris Illuſtribus.

Appiani Alexandrini Mithridaticus, de eius item Mithridatis interitu.

Leonicenus, ac de eius potentia, & moribus Cęlius; ac de uariis linguis, quibus Mithridates ille loquebatur, & de Artabazo eius filio, qui fuit Armenię Rex; Tzetzes item, ac Cęlius, vti & idem Tzetzes de Tritechma Artabazi filio.

Pleraque verò alia attigit tum idem Leonicenus, tum antiquius Tzetzes, vti de Lampſaco & Angira vrbibus, & de Amaſtij.

Pius II. in ſua Aſia, vbi de ipſa Bithynia, c.56. & vbi de Salone, & Nicea, cap. 60. C

At poſt ſubactam à Turcis Bithyniam, pleraque extant in recentioribus Hiſtoricis, qui Turcica ſcripſere, de quibus ſuo loco infra actum eſt.

Colchidis. Cap. III.

De Colchorum moribus Ælianus in ſua varia Hiſtoria, vti & de Medea.

Pius II. in Aſia cap. 22. ſicuti & ſequente de Dioſcuriade Vrbe in Colchide, nam & de Iberia 21. cap. egerat. Cœlius autem & Leonicenus pleraque ſparſim, id quod ex eorum indicibus liquet.

Ouid. lib. 7. Metamorph. Quæ verò Poetæ de Iaſonis in Cholchos expeditione cecinerunt, huc quadãtenus attinent, quatenus nempè à veris Hiſtorijs eorum fabulæ agnoſci poſſint, aut quò ſpectabant, exponi eruditius, & verius queat. Nam & de Aeta Cœlius, ac de Medeæ filijs à Corinthiis lapidibus obrutis, ac de Medo Medeæ filio, Laonicenus. D

Amazonum Scythicarum, & Sauromaticarum, & aliorum populorum propè, vel vltra, vel citra Ponti Prouinciam. Cap. IIII.

De Amazonibus vti & de Scythis Mæoticis, ac de Caſpiis Albaniis Tibarenis, Stachmis, præter eos, quos diximus, Geographos Tzetzes, Leonicenus, Cęlius pleraque ſuis ſcriptis inſeruerunt.

Huc etiam ſpectant qui Georgiani vocantur, quorum aliquid attigimus in Moſcouia noſtra ex relatu Stephani Batorei Poloniæ Regis, præter id quod nobis relictum eſt ab iis, qui de Turcicis rebus ſcripſerunt. E

Cappadociæ, & Galatiæ. Cap. V.

Abderitarum Chalcedonis.

Pius II. in Aſia à cap. 46. ad 49. integrum; Idem de Galatia. Nonnulla item Leonicenus, & Cœlius.

Euſtochij Sophiſtę apud aliquos mentio fit, qui de antiquitate Cappadociæ, atq; aliarum gentium ſcripſerit, at hunc auctorem non vidi, neque adeo extare puto.

Rerum

A

Rerum Troianarum, & Dardaniorum, ac Phrygum. Cap. VI.

QVamuis à Poetis, magis quàm ab Hiſtoricis res Troianæ peti ſoleant, ac proinde certa è Poetis nequeat hiſtoria elici, plura tamen noſcuntur, ſi cum quibuſdam ſiue hiſtoricis, ſiue ſcriptoribus variarum rerum conferantur.

Et poetæ quidem è Græcis, vt omnibus notiſſimum eſt, fuere Homerus, & Q. Calaber, qui omiſſa ab Homero Græcis verſibus suppleuit; Ilij etiam expugnationem verſibus Heroicis Græcis fuiſſe à Tryphiodoro neſcio quo ſcriptam ferunt; E Latinis autem Virgilius, & Ouidius 15. Metam. & Pontanus lib. 4. de Stellis.

At Hiſtorici, vel qui varia contexuerunt, fuere,

B Calliſthenes, cuius mentionem facit Cicero, ſed ille non extat, quod ſciam. Dares autem Phrygius, & Dictys Cretenſis Latini è Græcis facti, vt præfert inſcriptio, ille à Cornelio Nepote, hic à Q. Septimio. Sed cum oſtenderimus eos eſſe ſuppoſititios, non eſt cur illis fides habeatur.

At Suidas inquit; Dictys hiſtoricus, ſcripſit acta diuina; prætermiſſa ab Homero nouē lib. Res Italicas, de Troiana Rep. de raptu Helenæ, & Menelao, & vniuerſa Troiana Hiſtoria. Cum autem ſub Claudio Imperatore Creta terræmotu concuſſa fuiſſet, multis ſepulchris apertis, in quodam Opus hiſtoricum Dictys eſt repertum, quod bellum Troianum contineret. Quod Claudius deſcriptum edi iuſſit. Sed eſto fides apud Suidam.

Extat Bononiæ apud ædem S. Saluatoris hiſtoria Troadis ſermone Græco commu

C ni, ſiue corrupto conſcripta, quam ibi vidimus.

Cononis item liber quinquaginta Narrationes continebat è pluribus veterib. collectas, quibus Aſiaticā commemorat, Phrygum item, & Trois, & Ilij, & Paridis, & aliorum meminit. Earum verò Narrationum ſummam vide in Photij Græca Bibliotheca.

Guido Columna de Hiſtoria Troiana.

De Dardani ad Ilium aduentu, deque ipſius Paſtoris hiſtoria Leonicenus.

At Troiam non fuiſſe captam, Vide in Dionis Hiſtoria.

Pius II. de Troianorum ad varias regiones migrationibus, poſt Vrbis excidium in ſua Europa, c. 38. vbi de Franeia nobili prouincia.

Itemque Leonicenus, vbi de Græcis diuerſis qui poſt Troiam euerſam diſſecti diuerſas diuerſis in locis ſedes fixerunt.

D Idem Pius II. in Aſia de Dardania agit, c. *66.* deq; Iljo duplici, ſequenti capite.

Aelianus de Troianis, vnde vtilitatem ſint aſſecuti, deq; Dardanijs, de Aeneæ pietate, de Antenore, de Euridiamante, de Sileno, de Mida, de Polydamante, de Hectore; de Alexandro Priami filio, ſparſim, vbi de varijs lectionibus in varia ſua hiſtoria.

Quin & Plutarchus, vbi de virtutibus mulierum ſcribit; & in Parallelis minoribus nonnulla ad Troianas res ſpectantia, vt de Priamo, Polydoro, Polymneſtore, interſerit.

Sed & Tzetzes, & Leonicenus, & Cęlius idem faciunt.

Atqui & idem Tzetzes de copia filiorum Priami.

At antea de Hectoris cadauere indignè tractato Proclus apologiam reliquit in Commentariis ad Platonis Rempublicam.

E Porrò de Palladio, & Ilio Plutarchus in Parallelis minoribus & Cœlius, hicque ipſe de Idæ Promontorijs.

Ac Leonicenus, quomodo Idea Vrbis in Sypilo ſit abſorpta & de Eucarpia minoris Phrygiæ vrbe mira ſoli fertilitate, & Cœlius, vnde Peſinus Ciuitas.

Myſorum. Cap. VII.

Idem Tzetzes, Aelianus, Cœlius, Leonicenus.

Epheſiorum. *Cap. VIII.*

IDem; ac de Epheſia Diana Politianus, & de Aegeſiſtrato Epheſio Plutarchus in parallelis minoribus,nonnulla verò digna lectu in Epheſino Concilio,eiuſq. è Græcis verſione in Latinum facta à noſtro Theodoro Peltano. Vide in Apparatu Sacro,in verbo,Epheſinum Concilium.

Theodorus Peltanus.

Ionum. *Cap. IX.*

AElianus in variis Græcis.

Pius II.in Aſia.cap.75. vbi cur Iones dicti ſint Athenienſes,& de Clazomenijs capite 80.

Leonicenus de Myuntis vrbis interius à culicibus,deque delphine, & puero in Poroſelene Ioniæ Ciuitate.

Plutarchus in Parallelis minoribus de Smyrnæis, de quibus item Leonicenus.

Ariſtidis Monodia ob Smyrnã; quæ igne,& terræ motu euerſa eſt, Epiſtola ad Antoninum,& Commodum Impp. pro eius inſtauratione.Oratio ad Smyrnæos & Palinodia item pro ea inſtaurata.

Aelianus in varijs Græcis de luxu Colophoniorum.

Aeolum, ſiue Aeolicarum rerum, & Mileſiorum. *Cap. X.*

PIus II.in Aſia cap.73.vbi de Cuma Aeolicarum Ciuitatum primaria.

Aelianus in variis Græcis de Repub.Cumanorum.

Tzetzes,& Cœlius nonnulla,& Crinitus,vbi de Biante Prienæo.

Aelianus in varijs Græcis de Mileſijs,Tzetzes de Mileti captiuitate: Gellius de Legatis Mileti,& Demoſthene Rhetore. Leonicenus & Cœlius de Mileſiorum moribus.Tzetzes de Hiſtiæo Mileſiorum Tyranno,& de Ariſtagora.At Leonicenus de Aydamantis voracitate.

Cœlius cur Thales Mileſius nuptias recuſauerit.

Plutarchus in Græcis Problem.32.Qui ſint Amanthes apud Mileſios.

Gellius de voluntario,& admirando interitu Virginum Mileſiarum.

Theocritus Idyllio 11.& 13.de Nicia Mileſio.

Polytianus 1.16.de Ariſtide quædam,deque Mileſiorum delicijs.

Magnetum, ſiue Magneſiorum. *Cap. XI.*

AElianus in varia hiſtoria Græca.

Pius II.in Aſia cap.81.

S.Ignatij Antiochiæ Epiſcopi,& Martyris ſanctiſſimi extat epiſtola ad Magneſianos.

Cælius aliqua de Aexonum dicacitate, 18.25.

Cariæ. *Cap. XII.*

PIus II.in Aſia,capit.83.

Plutarchus problem. Græc.45.

Aelianus, Gellius, Leonicenus, Cælius, Polydorus de Mauſolæo ſepulchro, Artemiſia,Cõdalo,Mauſolo Cariæ Rege,de Myeale,de Ogoa apud Caras ſalſo Deo. Leonicenus,de Podalyrio, quænam geſſerit apud Caras:Item de Cannis lienoſis, de Alabandœis.

A *Lydorum vbi Sardiani, & Tralliani.* *Cap. XIII.*

HErodotus.
Aelianus in varijs Græcis.
Tzetzes, Leonicenus, Cęlius, qui & de eorum moribus, de Torrebia palude, ſiue Nimphæa; de Omphale, de Gyge, & Gygis annulo, de aureis lateribus, de Alcimi Regis Lydorum felicitate.
Cœlius Rhodiginus de Telephane Lydorum Rege. Aelianus in varijs Græcis.
De Pythio Lydo & de Lytierta Tzetzes.
Plutarchus in Parallelis minoribus de Sardianis: Cælius autem de dulci cubitu apud Sardos. Idem Plutarchus de Trallianis in Problem. Græc. 46.
B Crinitus 12. 10. de Phlegonte Tralliano.

Lycaonia, ſiue Lycia. *Cap. XIV.*

AElianus de varia hiſtoria, vbi de Lycionum Republica.
Plutarchus de virtutibus mulierum, vbi de Lycijs mulieribus.
Pius II. in Aſia cap. 87. & 89.
Leonicenus de Pataræ Lyciæ vrbis ædificatione, Piſcium apud Lycios aruſpicina, de Telephi fonte in Lycia.
Cęlius de Lyciorum moribus, de Lyciarchis, & de alijs.

C *Cilicum, ſeu Cilicia, & Pamphilia.* *Cap. XV.*

TZetzes 7. 117.
Pius II. in Aſia cap. 91. de Cilicia duplici, & de Mallo cap. 94.
Ignatij Martyris ſanctiſſimi extat epiſtola ad Tharſenſes.
Crinitus de Tharſenſibus, populis, & cæli poteſtate. 1. 6.
Cęlius de Cilicum moribus. 8. 3.
Leonicenus de Tharſi vrbis origine, & nominis cauſa.
Idem de Phaſelitarum in Pamphilia origine, eorumque anniuerſario ſacro, ſi tamen ſacrum dicendum ſit, quod erat execrabile.
Cœlius de Phaſelitis, & Sidetis. 11. 13.
D Crinitus. Quomodo patuerit mare Alexandro Macedoni Pamphilicum mare traijcienti, id quod à Ioſepho traditur.

Syria, Phœnicia, Palæſtina, Iudæa. *Cap. XVI.*

APpiani Alexandrini Syriacus.
Ludouicus Patricius de Syria.
Cœlius de Syrorum moribus. 18. 34. & de Syriarchis ſequenti cap. quamve habeat rationem ad Miſſianum. Multa Syrorum olera, Cęlius 25. vbi & de Syrorum rore, ac manna. Antea verò egerat de Syro, & locis aliis. 14. 15.
Statius lib. 3. Syluarum ſcripſit Propempticon Meſij Celeris ad Legationem Syriacam ab Imperatore miſſi.
E Gulielmus Tyri Archiepiſcopus de Bello Sacro.
Cum autem Syriam hic dicimus, non omnes eas, quæ hoc nomine cenſentur, intelligi volumus. Eſt enim triplex, nimirum quæ Magna, quæ Damaſci, quæ Antiochiæ dicitur. Et Magna quidem Syria, (vt Petrus Garſias Galarza Epiſcopus Caurienſis diligenter oſtendit) à Septentrione Iſſæis montibus Ciliciæ, ab Oriente Aſſyria, Babylonia, Chaldæa: ab Euro Arabia deſerta, Petræa, & Ægypto, ab Occidenti mari magno concluditur. Plures autem Prouincias complectitur. Cappadociam vtramque ſiue Aramæam inter Pontum, & Taurum montem, vnde Aramæi. Meſopotamiam inter Tyrum, & Euphratem, vnde ortus Abraham. Syriam Damaſci, ubi campus Damaſcenus,

Syria triplex. Petrus Garſias Galarza libris Euangelicarum Inſtitutionum.

nus, & terra Hus, vbi ortus Iob. Syriam Antiochiæ, vbi Petrus Apoſtolus primam A
ſedem poſuit. Phœniciam, ſeu geminam Galilæam ſuperiorem, & Inferiorem, & Palæſtinam, quæ Iudæam, & Samariam continet.

De his autem præſertim Syria Antiochiæ, Syria Damaſci, Phœnicia, Palæſtina, ſcriptores Eccleſiaſtici Ioſephus, & alij plura ſcripſerunt, quorum aliquos annotauimus infrà.

C. autem Plinius lib. de viris illuſtribus, de Antiocho Rege Syriæ.

Ælianus item in varijs Græcis de eodem.

Leonicenus Antiochi Epiphanis inſtructiſſimam triumphi pompam, vt pleraque alia de alijs ſcripſit ſparſim.

Tzetzes de Herode, deque eius morbo, deque eius filijs ex Ioſepho, ac de Diophanto ſcriba eiuſdem Herodis. B

Ælianus in varijs Græcis de Seleuco forti.

Leonicenus de Seleuco Nicanoris, & cur in eius nũmis inſculpta anchora cernatur.

Cœlius de Zenobia Palmyrenorum Regina.

Crinitus de epiſtola Aureliani Imperatoris ad eãdem Zenobiam, & eius reſponſu.

Ioſephus de epiſtola Demetrij Regis ad Ionatham lib. 13. capit. 3. Iudaicarum Antiquitatum.

Phœnicum. *Cap. XVII.*

DE Phœnicibus quædam Ioſephus lib. contra Appionem.
Aelianus variæ hiſtoriæ Græcæ.
De Phœnicum moribus Cœlius & Leonicenus quædam.
At ſacræ literæ, quique in eas ſcripſere Commentaria, vel qui de Eccleſiaſticis rebus egerunt, plura vti & veriora attulerunt.

Palæſtina, quæ Iudæam, & Samariam continet. *Cap. XVIII.*

SCriptura ſacra, quique in ea interpretanda laborarunt.
Ioſephus Iudæus.
Egeſippus de excidio Hieroſolymitano.
Io. Boheinus de Iudæa, & Iudæorum viuendi ritibus.

Pleraque de Iudæis apud Cornelium Tacitum, ſed non rectè narrata, ſicuti diximus, vbi examinatus eſt Tacitus. Plutarchus item nonnulla lib. 4. ſymp. problemate quinto: & Leonicenus. D

Plura quæ ad Iudæorum mores, opiniones, rationem eos confutandi attinent, vide in lib. 5. noſtræ Bibliothecæ Selectæ vbi auctorum nomina ſunt, qui vel antiquitus, vel noſtro penè æuo aduerſus Iudæos ſcripſerunt. Id quod ad Iudæorum acta, erroresve noſcendos, & confutandos non mediocre ſubſidium affert.

Gulielmus Tyri Archiepiſcopus de bello Syriaco.

Benedictus de Acoltis de bello Chriſtianorum pro Iudæa.

Paulus Aemilius de uita S. Ludouici Regis Galliæ, in lib. de Regum Gallorũ vitis.

Atqui Ioſephus Iudæus huius Regionis vrbem olim primariam Hieroſolymam accuratiſſimè deſcripſit. E

Brochardus Monachus.

Andreas Theuetus in ſua Coſmographia Orientali.

Petrus Bellonius in ſuis obſeruationibus.

Iodocus à Ghiſtelo.

Bartholomæus à Saliniaco.

Benedictus Arias Montanus in ſuo Biblico apparatu.

At & ante Benedictum Ariam ſcripſere de Terra Sancta, ſiue de Palæſtina.

Georgius Agricola.

Hammonius in Itinerario B. Mariæ.

Chriſtianus

A Chriſtianus Adricomius, de quo vide in Apparatu noſtro Sacro, in verbo, Chriſtianus.

Iacobus Pantaleo Gallus Patriarcha Hieroſolymitanus.
Ioannes Hulſius.
Rodulphus Langius Canonicus Monaſterienſis.
Bernardus de Brendebach, & Gerardus Ruyretorff Campenſis.
Petrus Anholt Prior in Volxende.
Edo Robes Conſul in Sneck.
Io. Scorel Canonicus Vltraiectinus.
Io. Henricus Prætor Delphenſis.
Io. Paſcha Carmelita Mechlinienſis.
B Gulielmus Tyri Archiepiſcopus.
Hermannus Barculoo.
Bonauentura de Hirica Louanienſis Ord. Minorum.
Gerardus Ioannes.
Michael Nitzing.
Georgius Bruin Decanus ad gradus B. Mariæ, Coloniæ.
Fabius Licinus Venetus.
Laurentius Surius.
Petrus Calentinus.
Io. Godſcalcus Iſerman Delphenſis.
Godofredus Delphenſis.
C Baptiſta Vandeleeu Mechlinienſis.
Petrus Lychrenſtein.
Antonius de Angelis Ord. Min.

Præter omnium autem (vt alibi diximus) chronologiam, ſeu chronographias, Cõcilia, Cornelij Ianſenij, Concordia Euangelica, & ſi qua ſunt alia huiuſmodi.

Certè verò Petri Garſiæ Galarzæ Epiſcopi Caurienſis narratio breuis, ac rectè diſtributa omnino legenda eſſet, atque animo quaſi inſculpenda. Quibus adiungendus eſt omninò Commentarius Hieronymi Prati, & Io. Baptiſtæ Villampandi è Societate noſtra in Ezechielem, & Hieroſolymæ, atque aliarum Palæſtinæ rerum priſcarum enarrationes ac delineationes accuratæ.

Porrò quæ Leonicenus de Damaſco Syriæ vrbe, Aſcalonij oppidi origine, & nomi-
D ne, de Biena vrbe Galilææ, de Iordane egit, non inutilia eſſe poſſunt. Quemadmodum item quæ de priuilegio Apamæorum C. Plinius lib. 10. epiſtolarum; De ſeditione Antiochiæ Libanius; de Antiochia Tzetzes 7. 118. de miræ naturæ loco apud Seleuciam Cœlius 8. 12. ſcripta reliquerunt.

Chronicon autem Hieroſolymitanum, hoc eſt de bello ſacro hiſtoriam libris duodecim anno 1584. Helmeſtadij editum fuiſſe ſcio, in qua licet idem de quo diximus Arnoldus Vuion nil obſeruauerit cauendum, quoniam tamen ei adtexta eſt hiſtoria Orientalis Haithonis Armenij cum epiſtola dedicatoria, & in Appendice Reineri Renecij ad Haitonum nonnulla ſunt, vbi agit de familia Turcica, quin etiã epiſtola Martini Craſſi Tubingenſis, quæ expungenda ſunt, propterea viderint Catholici necubi impingant, eò magis, quòd tardius reſcitum eſt eundem Reinerum à fide Catholica
E eſſe alienum.

Arabum, ſiue Arabia. *Cap. XIX.*

Herodotus de felici Arabia: & apud Tzetzem 8. 252.
Ludouicus Patritius de Arabia.
Ioan. Bohemus de Panchaia, & moribus Panchaiorum.
Hermani Dalmatæ Chronica Saracenorum.
Cœlius 18, 36. de Saracenorum inſtitutis, & Nabathæorum moribus, & de ritibus maximè miris 18. 35.

Et Andreas quidem Morales cum in ſua hiſtoria de rebus Hiſpanicis, tum in D. Eu-

logij

logij martyris ſcripta, de quibus locuti ſumus in Apparatu Sacro, narrat, Qui ſtatus A
Chriſtianæ Religionis Cordubæ ſub Arabum Imperio fuerit; Quod & ipſe Eulogius, in ſuo Memoriali martyrum, & in Epiſtola ad Vuilieſindum Epiſcopum Pampilonenſem, & alibi monſtrat.

Quin etiam idem Motales meminit Raſis, & Ruderici Toletanorum Antiſtitum, qui Arabum hiſtoriam reliquerunt, ſed quæ nondum excuſa fuerit.

In Ioanne autem Mariana noſtra non deſunt, quæ ad Arabes, atque illa tempora pertinent.

De Hegira qua in notandis temporibus vtuntur Mahometani, & Arabes.
Caput XX.

B

ID autē ſciendum eſt (quod quidem ad intelligendos hiſtoricos Arabes facit) Alphraganum Mathematicum docere, Arabum annum conſtare diebus 354. quot nempe dies conficiunt menſtrua ſpatia duodecim, vnde menſes illis ſunt errones, & incertis veluti ſedibus vagantes; quos tamen ſua ratione conſtituunt, & reuocant ad Solis, & Lunæ ſtatos circuitus; anno interim Lunari vtentes, ſuo poſtea modo accommodant ad Solis conuerſionem. Ceterum Hegira, quod quidem ex perito linguæ Arabicæ viro cognitum eſt, fugam ſignificat. Mahometis autem fugam ex Medinath Alnabi felix ſuorum temporum initium ſtatuunt Arabes. Eſt autem Medinath Alnabi idem, ac ſi dicas Prouincia Prophetæ, quo nomine videntur Turcæ, & Arabes ſignificare Munichiatem, quæ in Arabia Petræa ad ſinum Elamiticum, vbi aiunt eſſe ſepulchrum Mahometis, quem vulgo Mahumetem nominant. Sic enim aiunt, Mahometem, cum docuiſſet, & munus Prophetæ obijſſet aliquot annis in Medinath Alnabi, Phylarchis Arabum veniſſe in ſuſpicionem rerum nouarum: vnde contiones, & turbæ ſunt excitatæ, quarum cauſſa maximum adijt vitæ periculum Mahometes: nam penè fuit lapidibus obrutus ab ijs, quibus res nouas moliri videbatur; ſuga tamen aiunt eum euaſiſſe è tanto periculo, deinde valida manu Arabum collecta rem vi aperta gerere cœpiſſe. Quoniam verò ex eo tempore Saracenicæ res, ſiue Arabicæ cœperunt eſſe clariores, factum eſt, vt tempora conſignarint Arabes ab ea fuga, id eſt, vt ipſi loquuntur, *Hegira*. Obliterata autem poſt id tempus, & oppreſſa fuit Satanæ aſtu, & Mahometis impoſturis, quæ illis locis claruerat, Chriſti Domini doctrina. A quo verò Domini anno Hegiræ incipiant, ita noſtri annotarunt: Mahometes completo anno Domini 621. dedit legem, à quo tempore computantur anni Arabum ſub Honorio Papa I. & Heraclio Imperatore anno Imperij eius vndecimo.

Medinath Alnabi apud Arabes quid ſignet. Munichiates ciuitas Arabia Petrææ.

C

Hegira quid ſit.

D

Hiſtorici qui de Turcicis rebus. Cap. XXI.

VT antiquiores, ita recentiores quidam hiſtoriam texuere de Turcicis rebus.
Ioannes Zonaras tertio tomo ſuorum Annalium.
Nicetas Acominatus Choniates ſuis Annalibus.

Nicephorus Gregoras nonnihil libris ſuis de Romana hiſtoria agit, vel de Conſtantinopolitani Imperatoris aduerſus Orchanem Bithyniæ Principem expeditione, libro nono; vel de Scytharum incurſione, libro vndecimo; vel ſicubi obiter Orientales clades attingit.

De his hiſtoricis vide ſupr. ad fin. 2. ſect. huius operis.

E

Laonicus Chalcocondylas de rebus Turcicis.

Haitonus Armenius cum mandante Clemente V. Pontifice Max. hiſtoriam Tartaricam (vti paulo poſt iterum erit dicendum) literis mandaſſet, fecit cap. 13. mentionem initij virium atque opum Turcicarum in Aſia auctarum, prope annum milleſimum quinquageſimum primum. Quæ quidem opes, ac vires ab Ottomanno Orthogulis filio initium ſumpſerunt, cuius Regnum incepit à Chriſti Domini anno milleſimo, & trecenteſimo vſque ad Mahometum Secundum, qui Byzantium cepit anno Domini 1453. deſiuit in annum 1464.

Menauinus item res Turcicas diligenter ſcripſit, nã & Baiazetis Turcarũ Imperato

Laonicus barbarus Menauini præfationem falſat.

A tis capitulus fuit; Sed Menauini præfationem falſauit Leonicenus hæreticus; dumq;
defectui verbi Dei, atque idololatriæ (ſic enim Catholicos inſimulat) Turcarum am-
plitudinem tribuit, tacet interim amplitudinem illam Turcarum, opera eorum qui
ab Apoſtolica fide, ac ſede defecerunt, accidiſſe. Verbum autem Dei ſanum, & legiti-
mum, quale à Chriſto in Cęlum aſcendente prędicatum fuerat; obmutuiſſe in Ger-
maniæ, Regnorumque aliorum plurimis locis, Idolaque Lutheri, & Caluini, atq; alio
rum hęreſiarcharum, ablegato iuge ſacrificio Chriſti, paſſim fuiſſe excitata. Regum
itaque Chriſtianorum corda per eiuſmodi homines auerſa neceſſariò fuiſſe ab edomã
dis Turcis, quoniam aduerſus legitimos, & Catholicos Impp. bella commiſiſſent, ſic-
que ingentem Hungarię partem deueniſſe in manus Solymanni. At ſi repetere anti-
quiora velimus, intelligemus, Mahometem ſectæ Turciæ caput in Africam irrepſiſſe,
B cum iampridem in ea ſchiſma Donatiſtarum, & alię hęreſes graſſatę fuiſſent; quibus
Mahometes quaſi flagellum Dei iuſtiſſimè in Africanos immiſſum eſt. Hęc igitur cũ
debuiſſet dicere Leonicenus, quę quidem veriſſima ſunt; tum ſilentio inuoluere nõ de-
bebat, Deum hoc ipſo ſeculo oſtendiſſe, ademptum Eccleſiæ Catholicę ab hęreticis
in Septentrione decorem, centuplo plus additum eidem Eccleſię re ipſa fuiſſe in Or-
be nouo Chriſtiano ad occaſum Solis, in Meridie apud Braſilios, in Oriente apud In-
dos, ad quos Chriſti nomen, & Euangelium ac Sacroſanctum Altaris ſacrificium ab
vna ipſa Catholica Romana Eccleſia, non autem ab hęreticis importata ſunt. Cete-
rum aduerſus Leoniceni, & aliorum inſidias, qui dum Turcarum hiſtorias texuerunt,
veneno propoſito abiecerunt antidotum, neceſſarium fuerit pręlegiſſe quę S. Augu-
ſtinus in libris de Ciuitate Dei de Conſtantino Imperatore, & de aliis ſcripſit. Eadẽ
C enim opera quęcunque de octo mandatis Turcarum, & de fato, ac de aliis eorum erro
ribus leguntur quaſi ſpeciem virtutis habentia, confutari poterunt: cum etiã id quod
S. Auguſtinus ſcripſit, nimirum, à Valentiniano inſtitutum fuiſſe conſortem Imperii
Gratiani fratrem, maximè valeat ad Turcarum leges, & mores aperiendos, ſanguine
ſuorum fędantium regias & Parricidiis fundamenta Imperij ſtatuere ſolentium. At &
huc generatim faciunt, quę à Catholicis edita ſunt aduerſus Turcarum Alcoranum, *Vide nonnum Auctores librum ſua Biblioth ſelecta.*
vt uocant (Coranum enim dicendum eſſet) quę ſanè pręlegenda eſſent ab iis, qui uel
curioſius iſtas fęces lambunt, uel cum Orientalibus uerſantur: pręterquam quòd im-
pium eſt haurire oculis, & animis hiſtorias de rebus, ritibuſque Turcicis, dum, ne Re-
ligionis quidem noſtrę capita noſcuntur, ritus autem ſacri, in quibus diuina latent
myſteria, quoniam ignorantur, & quaſi habita ad manus uileſcere debeant, con-
D temnuntur.

Chriſtophori Richerii Torignei de rebus Turcarum libri quinque 1530.

Martinus Barletius de rebus geſtis aduerſus Turcas, & Alexandri, ſiue Scanderbe-
gii Ducis Epirotarum Vita libris tredecim. Quę tamen uita Scanderbergii quam bre-
uiſſimè in Appendice ad hiſtoriam Orientalem extat, quę adtexta eſt Ioanni Zona-
rę, Nicetę Coniatę, Nicephoro Gregorę, Leonico Chalcocondylę anno 1587. Franco
furti ad Mœnum.

Andreas Carabiuus de origine Turcarum Italicè.

Paulus Iouius lib. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 32. 33. 34. 35. 36. 37. & in Elogiis uirorum
illuſtrium, ubi agit de Vitis Impp. Turcarum.

Henricus Penna de bellis inter Iſmaelem, & Selymum geſtis.

E Benedictus Accoltus de bello pro Chriſti ſepulchro.

Ioannes Boterus ſuis Relationibus Italicè editis.

At quoniam Turcę longè, lateque ſuum Imperium propagarunt, atque in Thracia
ſedem fixerunt, propterea ex Æliano quoque, ubi de Byzantiis antiquiora quędam eli
ci poſſunt, ex eius varia hiſtoria, recentiora uerò, ac propius ad Turcas ſpectantia ex
annalibus Conſtantinopolitanis, incerto auctoris nomine; ſed qui cum Romana Eu- *Annales Conſtantinopolit.*
tropii hiſtoria Baſileę prodierunt in lucem anno 1532. unà cum libris ſex Pauli Dia-
coni de geſtis Longobardorum. Inſcriptio porrò horum Annalium hęc erat. *Græco-
rum Imperatorum Vitæ, de rebus in Oriente, & Conſtantinopoli, Perſia, & Arabia geſtis; Quo-
rum geſtorum enarrationem Annales Conſtantinopolitanos vocarunt.*

At de excidio Byzantii, ſiue de capta Conſtantinopoli Hubertinus Puſculus, A Leonardus Chienſis, Æneas Syluius epiſt.41. B.Antoninus Archiepiſcopus Florentinus tit. 22.cap.13.egerunt, præter ea, quæ Gennadius Patriarcha Conſtantinopolitanus Græcè in ſuis orationibus ad Græcos ſcripta reliquit, quæ Gregor. XIII. Pont. Max.Romæ ſunt editæ.

Nonnulla item legimus in Io. Bohemo de Turcia,& de Turcarum moribus.

Atqui Chriſtophorus Richerius ad Franciſcum Gallorum Regum quinque libros edidit de rebus Turcarum,de origine item illorum,de Otomanni Imperio, de morib. & inſtitutis illius genris de Conſtantinopoli expugnata, de Caſtelli noui Dalmatiæ oppidi direptione,quæ quidem noſtra ætate contigit.

Pius autem II.in Europa cap.4 de Turcarum originé,propagatione,victu, veſtitu, moribus,ficuti & de origine Turcarum Ioannes Baptiſta Ignarius,& Beatus Antoni- B nus Archiepiſcopus Florentinus de Turcis tit.16.cap.4.& Paulus Iouius, qui librum de vitis Turcicorum Imperatorum emiſit.

Huc ſpectare poſſunt,quæ Pius II.in ſua Europa capitibus 5.6.7.8. de Bello inter Turcas,& Philippus Callimachus in hiſtoria Polonica contra Turcam,& Io.Ludouicus Viues de Europa,& Turcico bello,& B.Antoninus de bellis aduerſus Græcos, & Turcas,tit.17.cap.6.& Crinitus 334.& de Tamerlano contra Baiazetem Turcarum Imperatorem ſcripta reliquerunt.

Reliquos non adijcio, quoniam vel eorum quidam hæretici fuere, vel alij ad meas manus non peruenerunt.

Huc ſpectant quicunque aduerſus ſectam Mahometanam ſcripſere, de quib. nos, quantum viſum eſt, ſatis eſſe, quæ potuimus delibantes attigimus libro nono noſtræ C Bibliothecæ Selectæ,qui omninò legendus eſſet.Quemadmodum,& Gulielmus Pariſienſis,vbi agit de Turcis iuuandis, eſt perutilis.

At & Ioan. Thomas Minadous Rhodiginus ſcripſit vltima Turcarum bella geſta cum Perſis,Italicè vti mox dicemus.

Martinus autem Cruſius Germanus Turcogræciæ libros octo edidit anno 1594. Baſileæ,quib.Græcorum ſtatus ſub Imp.Turcico,in Politia, & Eccleſia,Oeconomia, & ſcholis iam inde ab amiſſa Cōſtantinopoli ad hęc vſq; tempora deſcribitur. At plura in iis,libris octo contra fidem & pietatem, ac bonos mores inueniuntur,cum etiam pleraque inſerta ſint,quibus Luterana,& reliquæ hæreſes euerti poſſunt. Certè Martinus Cruſius vt in Tubingenſi ſchola profeſſor fuit Latinę,& Græcę linguę, ac inter hæreticos hæreticus vixit,voluerit verò haberi eruditus,& rerum Orientalium ſciens, D ſatis habuit,ſi qualiacunque potius ex hæreticis, ſchiſmaticiſque congereret, atque in lucem ederet,admiſcens interdum Catholicos Auctores,e quib.errores ipſi hæreticorum euincuntur: præterquā quòd vbi ſecundo præſertim lib.quædam è Gręco in Latinum conuertit,vel ad perſonas Sanctiſſimæ Trinitatis,vel ad alia myſteria Chriſtianæ religionis ſpectantia,turpiter labitur,quippe neque ſolidę Theologiæ terminos,& proprias dictiones intelligens,& haſce ineptè atque erroneè vertens, mirum non eſt, ſi à Clem.VIII.Pont.Maxim.proſcriptus eſt in Romano Indice, donec expurgetur. At nos quidem alia de illo planius in noſtro Sacro Apparatu in verbo, Martinus Cruſius.

Prodijt autem poſtremò,hoc eſt anno 1601. Francofurti Volumen quo trium variorum Auctorum libri continentur, idque prænotarunt Turca Νικητὸς, hoc eſt E *Vincibilis*.

Hiſtorici de rebus Perſicis. *Cap. XXII.*

PRimò.Qui in Diuina Scriptura Prophetæ leguntur,pręcipuè verò Daniel, vbi agit de quattuor Regnis,quo in loco legendus Benedicti Pererij Societatis noſtræ Commentarius in eundem Prophetam,præter id quòd Euſebius in Chronicon,S.Auguſtinus in libris de Ciuitate Dei,Oroſius,& Beda de iis attigerunt.

Ex antiquis Ethnicis auctoribus,Herodotus,Xenophon,Strabo lib.15. & ij, quos

diximus

A diximus Alexandri Magni geſta conſcripſiſſe, qui verò de Turcicis rebus hiſtorias edidiſſe memorantur. Et Herodotus quidem lib. 1. interitum Regni Medorum, & tranſlationem ad Perſas enarrat.

Extant item Cteſiæ, & aliorum fragmenta, quæ ad calcem Herodoti adiecta ſunt, qui Græcus in lucem prodiit anno 1570. Sed eos quidem hiſtoricos, quinetiam Herodotum quoque, in aliquibus eorum adhibenda ſit cautio, diximus ubi egimus de ſecunda Herodoti editione in ſecunda huius operis Sectione.

Io. Zonaras primo tomo, in quo variarum fabrâ hiſtoria, de qua agimus, Aſſyriorum, Perſarum, Macedonum Regnorum hiſtorias interſerit.

Nicetas Acominatus Choniates ſexto præſertim lib. ſuorum Annalium.

Petrus Bizarrus hiſtoria Perſica.

B Henricus Porſius de bello Perſico.

Appendix ad Orientalem hiſtoriam Io. Zonaræ. Nicetæ Acominati Choniatæ, Nicephori Gregoræ, Leonici, Chalcocondylæ, qui quidem ſimul, ut diximus, editi ſunt anno 1587. Francofurti apud Mennum. Porrò in eius appendicis poſteriore parte agitur de bello Perſico nouiſſimè geſto. At Io. Thomas Minadous Italicè id ipſum bellum fuſius eſt perſecutus, quippe qui ſequentium etiam annorum hiſtoriam earum rerum texuit, quæ inter Turcam & Perſam actæ ſunt addita eorum narratione, quæ ad religionem (ſi religio dicenda ſit, quæ quidem vera non eſt) atque item ad copias, ad administrandi rationem, & ad Regiones Perſarum attinent. Is liber Venetiis emiſſus eſt in lucem anno 1594. apud Andream Muſchium, & Barezium Barezium. Cæterum quæ intelligendis iſtiuſmodi Auctoribus poſſunt conducere, (præſertim vbi de Reli-

C gione Perſarum agitur) ea vide, quæ in lib. nono Selectæ noſtræ Bibliothecæ ſcripta ſunt de ratione procurandæ ſalutis Iudæorum, Mahometanorum, & cæterarum gentium. Nam & ibidem alii Auctores enumerantur, qui cum illorum errores refellerunt, multa de iiſdem, quæ ad hiſtoriam attinent, ſuis libris inſeruerunt.

Et hæc quidem viderentur eſſe ſatis, niſi curioſior aliquorum propenſio eò ferretur, vt nonnullos etiam ſuppoſititios Auctores verſare vellent, qualis fuit Metaſthenes ne ſcio quis, quem Annius Viterbienſis cum ſua pſeudohiſtoria obtrudere Mundo voluit, à quibus cur cauendum ſit, diximus in quarta huius operis Sectione.

Porrò extant de bello Perſico antiquiore Procopii libri duo. Narratio item de Perſis in libello quodam Græco Romæ in Bibliotheca Vaticana; & Io. Bohemus agit de Perſia, & Perſarum moribus, ritibus, & inſtitutis: Ac B. Antoninus tit. 11. cap. 3. Re-

D ges Perſarum enumerat.

Verum enim vero Ælianus, & Tzetzes, ante quem Plutarchus in Parallelis, & ante hos omnes Plinius, plura de Perſis, atque eorum moribus poſteritati reliquerunt, quæ, qui noſſe velint, ſat erit, vt ex eorum indicibus inueniantur.

Scytharum, ac Tartarorum, ſiue de Tartaricis rebus. Cap. XXIII.

PRimo ſciendum eſt varios eſſe Scythas, qui & Tartari vulgo, Tatari autem ab aliis vocantur. Hi igitur ſunt tum in Taurica Cherſoneſo, & in Hordis, quibus nomen eſt, regionibus Caſani, & Aſtracani, de quibus egimus in noſtra Moſcouia, prope quam item ſunt Czeremiſſæ, tum alii alibi, aliqui enim Tartarorum vicini non procul abſunt Vilna, quæ eſt Lituaniæ Metropolis: ſed & in Aſia plurimi ſub maximo eorum Imperatore, quem Chamum vocant, quique vſque ad Sinarum Regnum pertinent: de quibus quidem, quoniam fermè in India cenſentur, vide qui nam de Indicis rebus ſcripſere verſus ſequentis capitis finem.

Varij Tartari, variis in locis.

E

Pius II. in Aſia cap. 28. & 29.

Io. Bohemus.

Plura Chromerus, ubi de Polonicis rebus ſparſim.

Aelianus, Tzetzes, Cælius, Leonicenus, Crinitus varia de Scythis.

Luciani Toxaris.

Americus Veſpucius libris ſuarum nauigationum.

Ceterum, Commentarium de Tartaris Præcopenſibus à nobis acceptum, qui à nobili Polono fuit ſcriptus, emiſit Coloniæ in lucem Arnoldus Mylius noſtris de Moſcouia Commentarijs adiungens. A

Indorum, ſiue de rebus Indicis. Cap. XXIV.

QVoniam hoc ſeculo cenſentur Indi non tam qui in Aſia, quam qui in Occidente in nouo orbe terrarum inuenti ſunt. Quin & Braſilij, qui ad Meridiem vergūt, idcirco de iis omnib. quos aut vidi, aut habemus Hiſtoricos meliores, huc inferam.

Omiſſis autem, quæ Herodotus, Aelianus in varijs Græcis, Tzetzes, Cęlius, Leonicenus attigere de Indicis rebus, neque verò vlla habita ratione Metaſthenis, quem ſuppoſititium eſſe oſtendimus, ij ſunt quos recenſebimus; nempè,

Diodorus Siculus lib. decimo ſeptimo.

*Plutarchus in uita Alexandri Magni. B

Arrianus Nicomedienſis Indica fuſius, præſertim à 4. lib. vſque ad hiſtoriæ finem. Quin & habemus ſelecta quædam in eius libro, in quo de Indicis rebus egit. At ſelecta quidem illa, quæ Græcè inſcribuntur ἐκλογαὶ ἐκ τῶν τοῦ κτησίου Ἰνδικῶν, adiecta fuere Herodoto, qui Græcè prodiit anno 1570.

At & Baſſarica, ſiue Dionyſiaca Soterichus ſcripſit ſub Diocletiano, vt teſtatur Suidas.

Sed noſtro æuo Barnabas Briſſonius, Præſes Senatus Pariſienſis nobis reliquit eruditiſſimos tres libros de Regio Perſarum Principatu ex Aduerſariis depromptos, ac Pariſiis editos è Typographia Stephani Præuoſtei anno 1590.

Quintus Curtius, in quo deſideratur initium Operis, quod à Quintiano Stoa ſupplementum ferunt. C

Ioannes Bohemus de India, & Indorum moribus. 2. 8.

Americus Veſpucius libris ſuarum nauigationum.

Albertus Veſpucius Epitome nauigationum.

Ioſephus Indus ſuis nauigationibus.

Ludouicus Romanus Patricius libris nauigationum Aethiopiæ, Aegypti, vtriuſq; Arabiæ, extra, & intra Gangem.

Ferdinandus Colūbus de vita genitoris ſui Chriſtoph. Colūbi Italicè edita. 1570.

Laurentius Gambara poemate de Noui orbis inuentione, Romę edito.

Io. Baptiſta Stella poemate, quod inſcripſit Columbeidem.

Franciſcus Lopez hiſtoria generali de Indiis Hiſpanicis.

Paulus Iouius lib. 18. ſuæ hiſtoriæ. D

Chriſtophori Columbi Genuenſis Nauigatio ad Inſulas antea ignotas.

Petri Aloyſii nauigatio.

Chronica Peruenſia tripartita Venetiis edita 1560.

Damianus Goes libro de Rebus Luſitanorum in India geſtis.

Aloyſii Cadamuſti Nauigatio ad Terras nouas.

Andreæ Theueti Francia Antarctica Pariſiis edita anno 1558.

Auguſtus de Zarate de inuentione Perù, ſiue Peruenſis tractus, Hiſpanicè editus Antuerpiæ 1555.

Hiſtoria notabilis Floridę à Baſſanerio Gallicè ſcripta, & Pariſiis emiſſa in lucem anno 1580.

Litteræ Indicæ Patrum Societatis Ieſu. E

Io. de Barros Luſitanus, in Aſia abs ſe deſcripta, qui egregium ſe Scriptorem hac noſtra ętate pręſtitit, licet materna ſua lingua ſcripſerit.

Hieronymus Oſorius Epiſcopus Syluenſis, vir eloquens, & elegans.

Ioan. Petrus Maffeius è Societate noſtra, de quo diximus ſuprà. *Ad ſin. 3. Sectio. huius operis.*

Ioannes Acoſta, è Societate noſtra, de Natura noui Orbis, in quo diu vixit.

Franciſcus Bencius noſtræ Societatis, inſigni Poemate quinque Martyrum.

Omninò autem legenda ſunt, quæ de ratione iuuandorum Indorum, præcipuè Sinenſium, Iapponiorum & aliorum coniecimus in nonum, decimum, vndecimum libros noſtræ Bibliothecæ Selectæ, primi Tomi.

A At Haitonus Armenius, cum poſt militiam, quam profeſſus erat, Monachi vitam in Cypro inſtituiſſet, in Galliam veniens Tartarorum in Aſia Imperium, & reliqua Orientis regna, quæ ſunt in India mandante Clemente V. Pont. Max. deſcripſit. Quin & Marcus Paulus Venetus lib. ſecundo & tertio Tartarorũ Imperatoris Magni Chã, qui tum Chublai, ſiue (vt Haitonus ſcribit) Chobilas vocabatur, imperium in India, & Oriente latiſſimè patens perſecutus eſt in ſua peregrinationis, ſiue nauigationis hiſtoria: & Chublai quidem, qui à primo Tartarorum Imperatore Chanigio, qui anno 1200. vixit Geſta narrauit. *Magnus Chã Tartarorum Chobilas. ſiue Chublai vocatur.*

Regni autem Mogor, quod hoc tempore ab Echebare poſſidetur, qui ab Temithano, ſeu Tamerlane octauus eſt, quodque Regnum citerior antiquis India fuit, Regum fines, mores, ſpem conuerſionis ad Chriſtum Dominum, paruulo, ſed periucũdo libro B perſecutus eſt Ioannes Baptiſta Peruſcus Societatis noſtræ anno 1597. iſq; liber tum Romæ tum Veronæ apud Diſcipulum, & Brixiæ apud Petrum Mariam Marchettum prodijt in lucem.

Porrò vide Catalogum Scriptorum, qui Gallicè ſcripſerunt, vbi aliquot indicantur, qui de rebus Indicis ſcripſerunt in cap. 10. Quintæ Sectionis huius Operis.

Hiſtorici Chaldæorum, ſiue de rebus Chaldaicis. Cap. XXV.

DIuina Scriptura, quique eam ſunt interpretati, præſertim Benedictus Perrerius in Geneſim, & Danielem.

Herodotus, atque ij, qui de Aſiaticis rebus generatim hiſtorias antiquitus C conſcripſere.

Plinius de Spina Babylonis regia 13. 24.

Petrus Martyr ab Angleria libris tribus Babylonicæ Legationis.

B. Antoninus Florentinus de Nabuchodonoſore Chaldæo tit. 4. cap. 1.

Cœlius Rhodiginus nonnulla.

Tzetzes de Beleſio Babylonio quædam vetuſtiora.

Ceterum, quę Beroſus, Annius, & reliqui ſcripſerunt, haud vera ſunt, vti ſæpè dicendum fuit. Quæ verò Iamblichus, & eiuſmodi alij, quibus Chriſtianæ fidei lux haud illuxit, ſuis ſcriptis intexuere de Chaldæorum myſterijs, de Sacerdotio, de Deo, ac de Dæmonibus, ea cautione legenda ſunt, quam in prima Romana Editione Bibliothecæ noſtræ Selectæ libro primo oſtendimus. *Beroſus ſuppoſititius.*

D

Aſſyriorum. Cap. XXVI.

IIdem penè qui ſupra.

Aelianus in variis Græcis ſparſim aliqua.

Io. Bohemus de Aſſyria, & moribus Aſſyriorum.

Qui à nonnullis citantur libri duo, Iubę de Aſſyrijs, eos non vidi.

Nonnulla Tzetzes, Cęlius, Crinitus de quorundam Regum delirijs, & luxu vt Sardanapali, deque Semiramidis ſepulchro, &c.

Vide autem quæ ad finem ſequentis capitis diximus de Regni Aſſyrii ad Medos translatione.

Medorum, & Parthorum. Cap. XXVII.

E

PIus II. in Aſia capitibus 32. 33. 34. de Media.

Io. Bohemus de Media, & Medorum moribus.

Cęlius de Medorum ritibus.

Tzetzes de Arſaca Medo.

Appiani Alexandrini Parthicus.

Polyeni tres lib. Parthici triumphi haud vidi.

Chriſtophorus Richerius de rebus geſtis Tamerlani Parthi, & Crinitus quędam, & qui generatim de hiſtoria vniuerſa (Itali præſertim) ſcripſere, Io. Tarcagnota, & ſi qui eiuſmodi alij.

At de Regni Aſſyrij ad Medos translatione Iuſtinus lib. 1.& ante illum Velleius Paterculus lib. primo. A

Auguſtinus lib. 18. de Ciuit. Dei cap. 21. Oroſius lib. 2. cap. 2.

Beda de ſex ætatibus.

E Græcis autem Herodotus in Clio.

Diodorus lib. tertio cap. 7. & 8.

Euſebius in Chronico.

Cyrillus aduerſus Iulianum.

Gilbertus Genebrardus in ſua Chronographia.

Sinenſium, & Iaponiorum. Cap. XXIX. B

VIde ſupra vbi de hiſtoricis Indicarum rerum egimus capite 26. Ioannes Gonzalez, ſiue *Conſaluus* Mendoza. Ordinis Auguſtiniani de Hiſtoria Sinæ, ſeu Regni Sinenſium, Hiſpanicè. At Italicè verſus à Franciſco Auantio: Apud Io. Martinellum Romæ 1587. Veruntamen vide certiorem hiſtoricam rerum Sinenſium narrationem in primo Tomo huius Bibliothecæ, ubi de iuuandis Indis egimus.

SECTIO SEPTIMA, C

QVA CONTINENTVR

Hiſtorici de rebus Africanorum, vel in Africa geſtis, & Inſulanorum, qui tum in Oceano, tum in mari Mediterraneo viuunt. Capút I.

SAlluſtius, Titus Liuius de Bello Punico, Silius Italicus de eodem bello. Leonardus Aretinus de primo bello Punico. Hiſtoria de populo Romano, deque populo Punico, quòd pari prope vigore fuerint æmuli. Gellius 10. 27. Diodorus Siculus de mutuis bellis Agathonis Siciliæ Tyranni, & Carthaginienſium. Appiani Alexandrini Lybicus. A. Hirtius de bello Africano. Ticonius Afer de bello inteſtino. D Appianus qui hiſtoriam Annibalis ſcripſerat, quę Annibalica dicta eſt. At Plutarchus Annibalis Vitam, præter ea, quæ in tertia Decade Titi Liuij de eo extant, & in C. Plinio, vbi de viris Illuſtribus. Sed quonam modo idem Annibal Antiochum Regem cauillatus ſit, vide Gellium. 5. 5. Plutarchus in Parallelis minoribus de Haſdrubale, Aelianus in uariis Græcis de uictoria Syracuſanorum contra Carthaginienſes. Idem quonam modo Hanno inter Deos referri voluerit. Iura verò de Cyrenenſibus, ſiue Cyrenæis; idem ſparſim; ac de eorum Republica in ijſdem varijs Gręcis. De quibus item Cyrenæis Cęlius & de Batto Cyrenes conditore, Leonicenus & ante eos Theocritus in Idyllio 4. & 10. De Batti autem annulo, & Silphio tum Cęlius tum Tzetzes, præter illa quæ in Chiliadibus leguntur. Iam Plutarchus, vbi agit de virtutibus mulierum, ſcribit, quomodo Cretephila Cyrenæa Naucratem virum Tyrannum ciuib. tradidit. E Gellius autem de Attilio Regulo à Carthaginenſibus capto 6. 4. Veruntamen Cęlius & de Hippona 21. 34. & de Legato Carthaginienſi 20. 2 ſtac de Carthaginis euerſione 27. 1. & unde Ammonij 18. 37. ac Leonicenus de Numidis iuxta magnam Syrtim incolentib. 2. 1. ubi item de Maſiniſſa Rege, quòdq; Gigãtes in Lybia fuerint, qui cõficerent è florib. mel factitium 3. 77. Ceterũ Afrorũ diuerſiſſimos ritus Cœlius 18. 38. Tzetzes 5. 1. de Atlãte & 3. 86. de Gelimerte Mauruſio. Herodotus ait plura, ubi item de Pſyllis, qui in Africanis Syrtib. de quib. Pſyllis quędam Gellius 16. 11. & Crinitus 1. 3. Sed & huc faciunt quæ & Pli. lib. de naturali hiſtoria; & quę de Pęnis, & ceteris

Africæ

A Africæ populis primò Geographi Antiquiores, deinde item Io. Bohemus 1.6. ac quæ Franciſcus Belleforeſtius in ſua Gallica Coſmographia, S. Auguſtinus, Optatus Mileuitanus, quæ item Iacobus Pamelius in Tertullianum, & in Cyprianum. Paulus Oroſius, Victor Africanus de Vandalica perſecutione in Africa, plura ad Africanam antiquam hiſtoriam, præſertim Eccleſiaſticam ſpectantia ſcripſerunt. quam deinceps Cæſar Baronius Cardinalis ſuis Annalibus perſecutus eſt atque perſequitur.

Hiſtorici Africanarum rerum recentiorum. Cap. II.

PAulus Iouius.

Nicolaus Villagagno, qui expeditionem Caroli V. in Africam ſcripſit.

B Et qui vniuerſam hiſtoriam vel per Chronographias, ut Genebrardus, uel per collectionem, ut Ioan. Tarcagnota, vel per vitæ Caroli enarrationem, ut Alphonſus Vlloa, ſcriptis tradiderunt. Sed & perdigna eſt lectu Leonis Afri Geographi hiſtoria omnium Africæ regionum, ac populorum accuratam deſcriptionem complectens, quæ & Italicè, & Gallicè in lucem prodiit.

Franciſcus Aluareſius, ſiue Aluarez Africam Hiſpanicè deſcripſit, quæ item verſa eſt Italicè.

Quin & paucos ante annos hoc eſt anno 1588. è Typographia Damiani Zenarij Veneti aſſecuti ſumus Opus illuſtre, Geographiam nempè Italicè à Liuio Sanuto conſcriptam, qua præter plurium Ptolemęi locorum, ac nauticę acus expoſitionem, Prouincię, populi, regna, Ciuitates, montes, flumina, lacus, & mores Africæ enarrantur, cum eiuſdem Africę tabulis ex ære expreſſis.

C Africanæ item hiſtoriæ delibatio cum ſcholiis Franciſci Balduini Lutetiæ Pariſiorum anno 1567. edita fuit.

Aethiopicarum rerum, ſiue Aethiopum. Cap. III.

PRæter aliquos è memoratis, ac præter eos, qui ſuas nauigationes ſcripſerunt, de quibus actum eſt, vbi de Indicis hiſtoricis locuti ſumus, extant Ludouici Patritii Nauigationes Æthiopiæ, Aegypti, utriuſque Arabię intra Gangem, & extra.

Io. Bohemus 14. de Æthiopia, & eius priſcis moribus.

D Damianus à Goes de Æthiopum fide, religione, moribus, de qua Religione videpleraque quæ ad ſeculum hoc ſpectant, in litteris Patrum Societatis Ieſu, quę Indicę vocantur.

Varia porrò de Æthiopibus Tzetzes, pręſertim de Aethiopia inhabitabili: Cœlius, 5.3.

Leonicenus 3.59. & rurſus Cœlius 13.18. ac Lucianus de Macrobiis.

Nonnoſus Græcè hiſtoriam conſcripſit, qua complectitur legationem ſuam ad Aethiopas, Ameritas (alii ὁμηρίτης) & Saracenos, & ad alias gentes Orientis, Iuſtiniano Imperatore. Vide Photium in Bibl. qui ſummatim eius legationis, & hiſtoriæ narrat capita potius fabuloſa μύθων οὐδὲν διαλλάττοντα. & quędam de Pigmæis.

E *Hiſtorici Aegyptiacarum rerum, ſiue Aegyptiorum.* Cap. IIII.

PRęter Diuinam ſcripturam, quique eam ſunt interpretati, pręter item Chronographos & Geographos, quos paullò ante innuimus, vbi de Aethiopicis ſcriptoribus dictum eſt, ac præter Pierium Valerianum, qui poſt alios antiquiores egit de Hieroglyphicis, pręlegenda ſunt, antequam quiſquam admoueat oculos ad legendam Aethioporum hiſtoriam, ea, quę de Annio Viterbienſi, de Beroſo Chaldęo ſuppoſititio, de Metaſthene, ſiue Megaſthene, deque aliis eiuſmodi diximus. *In quarta Sectione huius operis.*

Ex his autem, cum eorum plerique, qui poſtea ſcripſerunt, hauſerint materiam, quã ſuis ſcriptis inſeruere de Aegypti Regibus, & Sacerdotibus, ſiue de Aegyptiacis

rebus:

rebus: facilè agnoſcet cordatus Lector, ecqua fides iis ipſis, quibus falſitas earum hiſtoriarum haud innotuerat, ſit adhibenda. A

Cęterum, de Ægypto, qui uel recentiores, uel antiquiores egerunt, hi ſunt. Qui tamē circūſpectè (præſertim in iis quæ ſunt ex Antiquioribus excerpta) legendi ſunt.

Ioannes Bohemus de Aegypto, & ritu gentis vetuſto 1.5.

Ludouicus Patritius Romanus de Aegypto.

Cœlius Calcaginus commentatione de rebus Aegyptiacis.

Crinitus de Aegyptiorum antiquitate 8.5. ac de iudicio Adriani Imperatoris, de Aegyptiis populis, eorumque moribus 12.10.

Cœlius de inuentis Aegyptiorum, & eorundem ritibus 18.37. deque nonnullis aliis locis ſparſim 13.25.& 3.16.& 7.11.& 20.31.

Polydorus 3.11. quales eſſent Aegyptiorum literæ. Vri & Cœlius 29.26. Sed videndus Pierius Valerianus, ubi de Hieroglyphicis. B

Iam, quæ Iamblicus, & eius generis alii, de ſymbolis, opinionibuſq. Aegyptiorum ſcripſere, confutata ſunt à Theologis, Philoſophiſque Chriſtianis abundè: ſed & nouiſſimè Ioannes Baptiſta Criſpus perdocta patrum Panoplia, quam Romę edidit aduerſus Platonem, hoc munere magna cum laude functus eſt. Nos item ubi de Platonica Philoſophia egimus duodecimo libro huius Bibliothecæ noſtræ Selectæ, pleraque hac de re ſtudioſos præmonere ſtuduimus.

Antonius Gueuara epiſtola 52. de moribus Ægyptiorum in funeribus amicorum.

Diodorus Siculus, quædam de geſtis Ægyptiorum, quæ fabuloſa potius, quàm hiſtorica habentur.

S. Hieronymus, & Scriptores Eccleſiaſtici de Monachis in Ægypto, ſed hæc ad Eccleſiaſticam hiſtoriam attinent. C

Aulus Hirtius de bello Alexandrino.

Leonicenus de Alexandrię Vrbis ędificatione, magnitudine, priſcis nominib. 3.68.

C. Plinius lib. 10. epiſt. de impetratę ciuitatis gaudio pro Hippocrate.

Plutarchus, Aelianus, Tzetzes, Cœlius, Leonicenus varia de Aegyptiorum Regibus ſparſim.

Sect. 4. huius operis. Quæ autem circumferuntur Manethonis Sacerdotis ſupplementa ad Beroſum de Regibus Aegyptiorum, commentitia eſſe non ſemel oſtendimus.

De Nili incremento Lucretius lib. 6. Tzetzes, Aelianus in variis Græcis, Leonicenus, præter illa quæ Plinius, & reliqui, (præſertim Geographi) tradiderunt.

Manethon legitimus haud extat. Porrò de Regno Aegyptiorum ſcripſit Herodotus, Diodorus Siculus, Manethon, qui refertur ab Euſebio in Chronico, & à Ioſepho lib. 1. contra Appionem: ſed iam verus & legitimus Manethon haud extat. Quin & Herodotus diſſidet à Diodoro, & Ioſephus ab Euſebio ac primi duo illi, ab his duobus. Dinaſtias item Aegyptiorum ponit Euſebius. De eorum antiquitate Diodorus, & ante hunc Herodotus, & Pomponius Mela, & Plinius, ſed pleraque illa veritatem haud ſapiunt. D

De religione item illorum Strabo, Plinius, Euſebius libris de præparatione Euangelica, Pauſanias in Corinthiacis. Tertullianus apologia ad gentes, & aduerſus Marcionem. Aug. lib. de ciuit. Dei, Quin & Iuuenalis inquit,

O ſanctas gentes, quibus hęc naſcuntur in hortis.
Numina.

Quę verò de rebus Aegypriacis ſunt digniora ſcitu. Primò de Nili inundatione Plin. lib. 5. cap. 9. ac de eius cauſſis. Diodor. lib. 1. cap. vlt. Strabo lib. vlt. Pomponius Mela lib. 2. c. 9. Solinus cap. 45. Seneca lib. 4. Moral. q. c. 2. Plinius addit ſolum Nilum inter flumina nullas ſpirare auras. E

Oſiridem, & Iſidem Diodorus ait pręcipuè ab Aegyptiis coli ſolitos fuiſſe, quòd multa ad communem vitę vſum inuenerint.

Hiſtorici

A *Hiſtorici Inſularum aliquot, ſiue Inſulanorum Maris Oceani. Cap. V.*

Angliæ, Scotiæ, Hiberniæ.

Tzetzes de Inſulis Britannicis.

Bedæ Angli libri quinque hiſtoriarum Angloſaxonum uſq; ad ſuam ætatẽ.

Polydorus Virgilius Vrbinas libris 26.

Gildas Britannus.

Georgius Lilius Britannus Chronico ab Hengiſto, hoc eſt ab anno Chriſti Domini ſexcenteſimo uſque ad annum 1560.

Pontius Vitruuius Tarniſinus libris ſex.

Pius II. in Europa de Anglia cap. 45. & de Scotia cap. 46. quam aliqui minorẽ

B Britanniam, alii ſecundam Britanniam uocant.

Io. Bohemus 3.26. de Anglia, Scotia, Hibernia, vbi & de pleriſque alijs Inſulis, atque Inſulanorum moribus.

B. Antoninus Flor. tit. 16. cap. 6. de Regibus Angliæ, & S. Dunſtano. Tit. autem 17. cap. 9. de bellis inter Franciam, & Angliam.

Volaterranus lib. 3. de Britannia, variiſq; populis, & Regibus in ea.

Ioan. Maior Scotus de Angliæ, & Scotiæ hiſtoria.

Cœlius 18.21. de moribus Britannorum.

Galfridus Arturus Anglus de rebus Britannorum libris octo.

Galfridus Monemutenſis de Regum Britanniæ origine, ac rebus geſtis, Pariſiis editus.

C Humbertus de geſtis Britannicorum.

Lanfrancus Archiepiſcopus Cantuarienſis de geſtis Gulielmi Comitis.

Stephani Perlini deſcriptio Angliæ, & Scotiæ Pariſiis 1588. Gallicè.

Matthæus Paris hiſtoriam maiorem Anglorum edidit.

Nicolaus Triueſtus Anglus Annales Anglicos ſcripſit à Comitibus Andegauenſibus, hoc eſt ab anno Chriſti 1135. vſque ad 1307.

Nicolaus Sanderus de ſchiſmate Anglicano Romæ editus: auctus poſtea ab Edouardo Riſthono editus primò in Germania, deinde Romæ emendatior apud Bartholomæum Bonfadinum anno 1586. ſed & è Latina in Italicam linguam conuerſus, & excuſus.

Hiſtoria Eccleſiaſtica Angliꝗ in quattuor libros diſtributa, quæ continet quidquid

D ab Henrici Octaui tempore vſq; ad hoc tempus euenit à Hieronymo Pollino Dominicano Italicè conſcripta, & edita Romæ apud Gulielmum Facciottum ann. 1594.

Hector Boetius de Scotorum hiſtoria.

Crinitus 3.10. de iis, quæ Hieronymus ſcripſit de Scotis gente Britannica.

Tzetzes de inſulis Heſperidibus, ex triginta inſulis, quas Orcades uocant.

Ioannis Leſlæi Scoti Epiſcopi Roſſenſis, De origine, moribus, & rebus geſtis Scotorum libris decem, cum accurata regionum, inſularum Scotiꝗ & uera eiuſdem tabulꝗ Topographicæ Deſcriptione. In ędibus populi Romani. 1578. Latinè: qui ſanè lectu ſunt et digni, & utiles.

Portò de Scotis, ne pereat Scriptum, quod non ita pridem ad manus noſtras per-

E uenit, ad antiquitatem Chriſtianꝗ Religionis apud Scotos pertinẽs, idque à uiro probo, & docto Georgio Thomſono Scoto conſcriptum, huc illud attexendum duximus. Sic autem habet.

BRITANNIA Inſula in Scotiam, & Angliam diuiſa eſt: etſi Scotiæ Regi, præter Scotiam Hæbrides Inſulꝗ numero quadraginta tres, & Orcades numero triginta & vna, ſint ſubiectæ, quarum aliæ triginta, aliæ viginti quattuor milliaria Italica in longitudine continent. *Georgius Thomſonus Scotus. Hæbrides, & Orcades Inſulæ.*

Seuerus autem Imperator illam Britanniæ partem, quæ Romano parebat Imperio, vallo, cuius veſtigia in hodiernum diem extant, à Scotia diſtinxit. Poſtea tamen factum eſt, vt, quod intra vallum Seueri, & Tuedam fluuium interiacet, Scoti ſuo Regno adiecerint, vt nunc Tueda flumine ab Anglis diuidatur. *Britannia, et Scotia deſcriptio.*

Et

Et quamuis Britanni à reliquo orbe ſint diuiſi, Et Scoti, in extrema etiam illius A parte ſedes ſuas acceperint, ea tamẽ erga illos Diuina extitit prouidentia, ut inter primos ferè Europæ populos, Chriſtianam fidem ſuſceperint, ac longiſſimo etiam tempore ad noſtram vſque ætatem eam diligentiſſime conſeruarint.

Donaldus Scotiæ Rex Chriſtiana ſacra ſuſcepit.

Ex Scoticorum quippe annalibus, ac perpetua quadam maiorum traditione conſtat, ſub Victore Pontifice ad annum Chriſti 203. Donaldum Scotiæ Regem cum vniuerſo ſuo Regno Chriſtiana ſacra ſuſcepiſſe, cuius etiam rei non obſcurus teſtis eſt Tertullianus, qui in libro ſuo contra Iudæos, *Britannorum,* inquit, *inacceſſa Romanis loca Chriſto vero ſubdita ſunt*; neque enim ignorabat vir in Romanorum hiſtoriis verſatiſſimus, quod tunc toti orbi notiſſimum erat, & ſub Iulio Cæſare, & ſub Claudio Imperatore aliquam Britanniæ partem Romano Imperio ſubditam fuiſſe, præſertim cũ, vt, refert Ioſephus de bello Iudaico lib. 2. cap. 16. Romani in Britannia Inſula, vt B etiam populus ille ſeditioſus exitaretur, quatuor legiones perpetuo alerent; quo fit, ut apud Tertullianum ea Britanniæ pars intelligi debeat, quæ nunc Scotia dicitur, quam Romanorum arma, nondum ea ætate penetrarant. Chryſoſtomus etiam in ſerm. de Pentecoſte, ex illa vulgi opinione, qua Scoti humanis carnibus veſci putabantur; Britãni, inquit, qui aliquando humanis veſcebãtur carnibus, nunc abſtinentiæ ieiuniis reficiunt. Et in Homilia. Quòd Deus ſit homo; apud eos fundatas eſſe Eccleſias, & erecta altaria. Eòdem ſpectat, quod refert S. Hieronymus ad Marcellam; Britannos, ſi in religione proceſſerint, occiduo ſole dimiſſo, quæſiſſe locum ſibi fama tantum, & ſcripturarum relatione cognitum. Neque qui in Volcaim ſcriptis vel mediocriter verſatus eſt, ignorare poteſt, inter eas gentes, quæ tum Chriſtianam religionem profitebantur, Britannos etiam, (ac non ſine laude,) numerari. In ea Britanniæ verò populos C Scoti antiquiſſimi, Scriptorum opinione, conſentur, ut inter alios teſtis eſt grauiſſimus Auctor Petrus Venerabilis lib. 8. ep. 16. ubi varias Eccleſiarum origines enumerat. Et quanquam in ea Britanniæ parte, quæ Romano ſubdita erat Imperio, variæ in religione mutationes extiterint, in Scotia tamen, vt ex certiſſimis hiſtoriarum monimentis liquet, nulla in hanc vſque ætatem mutatio extitit, ſed in ea, quam ſemel acceperunt Scoti fide, ac Religione conſtantiſſime permanſerunt.

Diocletiani quidem temporibus grauiſſima, in ea parte Britanniæ, quæ Romanis parebat, perſecutio eſt excitata, in qua & Albanius ſulco martyrii palma eſt coronatus, de quo Fortunatus de Laude Virginum.

Egregium Albanum fœcunda Britannia profert.

Ea tamen Scotorum fines non attigit. D

Ariani poſtea eamdem Inſulæ partem ſuis hæreſibus infecerunt, ut inter alios teſtis eſt Beda lib. 1. hiſtoriæ cap. 8. ſed Scoti ab ea quoque procella Diuino eodem munere ſunt ſeruati, neque ex ulla conſtat hiſtoria, Arianæ hæreſeos contagionem in Scotiam peruaſiſſe.

Pelagius tranſmarina peſtis.

Poſt Arianos exorti ſunt Pelagiani, qui eò magis pertimeſcendi videbantur, quòd Pelagius illius hæreſis primus Auctor in eadem Inſula natus eſſet, quem propterea S. Auguſtin. tranſmarinam peſtem nominauit. Et Proſper carmine de Ingratis, vocat

Coltibrum ſermone Britannum.

Sedis tamen Apoſtolicæ cura, & ſolicitudine Scotis prouiſum eſt, ne Pelagii hæreſi inficerentur; Nam ut ex Galliis Germanus Altiſſiodorenſis Epiſcopus, & Lupus E Trecenſis ad Britones profecti ſunt, qui doctrina, ac miraculis hæreſim illam creſcentem repreſſerunt; Ita à Cœleſtino Papa tum Petri ſedem tenente miſſus eſt in Scotiam S. Palladius, qui eam à Pelagiana hæreſi tueretur. Miſſus eſt, inquit, Beda lib. 1. cap. 13. *Palladius in Scotiam ad Scotos in Chriſtum credentes.* Et ante illum Proſper Aquitanicus, qui Cœleſtini ætate vixit in libro contra Collatorem, ſub finem, *Ordinato,* inquit, *à Cœleſtino Palladio Scotis Epiſcopo, dum Romanam Inſulam ſtudet ſeruare Catholicam, fecit* : Britannia enim tum Romana Inſula dicebatur, quanquam non tota Romanorum ſubdita fuiſſet imperio. Palladius verò, non modo ab hæreſis Pelagianæ

Germanus Altiſſiodorenſis & Lupus Trecenſis ad Britannos, Cœleſtinus Papa Scotiæ. Cœleſtinus Scotiam Palladium catholicam per Palladium.

A gianę peſte eam Britannię partem, ad quam miſſus eſt, conſeruauit, ſed & Orcades Inſulas tum barbaras, & incultas, ut ex Scotorum conſtat annalibus, ad Chriſtum conuertit. Cuius Sancti Palladii memoria in Mernia Scotiæ Prouincia, in qua illius conditæ erant reliquiæ frequentiſſimo hominum concurſu, ac ſumma pietate ad noſtram vſque ætatem colebantur.

Reliquiæ ſancti Palladij.

Quonam tempore Chriſtiana religio in Scotia nutare cœperit.

Aetius ter Conſul.

Sub hæc tempora religio Chriſtiana in grauiſſimum adducta eſt diſcrimẽ, Inter Britones enim qui Romanis ſubditi erant, & Scotos, perpetua bella gerebantur. Cũ uerò Britones à Scotis permeterentur, epiſtolam ualde ſupplicem ad auxilium implorandum Romam mittunt in hæc uerba, refert Beda lib. 1. cap. 13. *Aetio ter Conſuli. Gemitus Britannorum Barbari ad mare repellunt, repellit mare ad Barbaros: inter hæc oriuntur duo genera funerum; aut mergimur, aut iugulamur.* Sed cum Imperator Roma-
B nus Theodoſius iunior, cuius Imperii vigeſimo anno hæc epiſtola ſcripta erat, nullum ad eos ſubſidium mitteret, ne quid non experirentur, malum malo ſibi cumulant. In Germaniam ad Saxones falſorum Deorum veneratores auxilii gratia confugiunt, quod illi quidem tulerunt libenter, ſed maximo Britonum ipſorum incommodo. cũ enim Saxones numero & viribus potentiores euaderent, Britonibus magna ex parte è ſuis ſedibus depulſis, illam ferè Britanniæ partem, quam Britones prius incolebant, ſibi vindicarunt, & ab eorum etiam duce, ſiue gente illi nomen impoſuerunt, ut Anglia deinceps vocaretur, & populus Anglorum vel Angloſaxonum nomen acciperet. quo etiam factum eſt, ut Saxones adhuc gentiles, ſuam gentilitatem in magnam illius Inſulæ partem inueherent, quod ad initium Imperii Martiani Imperatoris contigit. Scoti verò ea tempeſtate, ut cum Saxonibus bellum gerebant, quò ſuas ditiones ab
C eorum incurſibus tutas, & intactas conſeruarent, ita in religione Chriſtiana ſuſcepta nihil ex nouo Saxonum in illam Inſulam aduentu incommodi ſunt paſſi; quin potius cum à Gregorio Magno ad Angloſaxones Auguſtinus Epiſcopus miſſus eſſet, vt populum illum gentilem Chriſtiana religione imbueret, Scoti diligentem etiam operam in eo populo excolendo contulerunt: ut teſtis eſt Beda lib. 3. cap. 3. *Oſuardus*, inquit, *Rex miſit ad maiores natu Scotorum, cuius miniſterio gens, quam regebat Anglorum, Dominicæ fidei, & dona diſceret, & ſuſciperet ſacramenta. Miſſus verò eſt Pontifex Aædanus ſummæ manſuetudinis, ac pietatis vir:* Et paulò poſt. *Imbuebantur à præceptoribus Scotis paruuli Anglorum cum matribus ſtudijs, & obſeruatione diſciplinæ regularis.* Id quidem verum eſt, quoſdam Scotorum Epiſcopos in cerimoniis quibuſdam Auguſtino Anglorum Epiſcopo teſtitiſſe, quòd eas non exiſtimarent eſſe Eccleſiæ Roma-
D næ, ſed ab Auguſtino inuectas, ac etiam in ſuis Diœceſibus morem adhuc illum Aſiaticum retinuiſſe, vt non niſi decimaquarta Luna, iuxta veterem Iudæorum conſuetudinem, Paſcha celebrarent. *Miſit*, inquit Beda lib. 2. cap. 19. *Honorius Papa litteras genti Scotorum; quos in obſeruatione ſanctæ Paſchæ errare compererat; exhortans ne paucitatem ſuam, in extremis terræ finibus conſtitutam, ſapientiorem antiquis, ſiue modernis, quæ per Orbem terrarum erant Chriſti Eccleſiis, æſtimarent; neve contra Paſchales computos, & decreta Synodalium totius Orbis Pontificum aliud Paſcha celebrarent.* Sed mos ille, & nouus erat, & à paucis receptus, ut ex epiſtola clericorum Eccleſiæ Romanæ ad Scotos conſtat. *Scripta*, inquiunt, *quæ per latores ad ſanctæ memoriæ Seuerinum Papam adduxerunt, eodem de hac luce migrante, reciproca reſponſa ad ea, quæ poſtulata fuerunt ſiluerunt, quibus reſeratis, ne diu tanta quæſtionis caligo indiſcuſſa remaneret, reperimus quoſdam Pro-
E uinciæ veſtræ contra Orthodoxam fidem nouam ex veteri hæreſim renouare conantes, Paſcha noſtrum, in quo immolatus eſt Chriſtus, nebuloſa caligine refutantes, & quarta decima Luna, cum Hebræis celebrare nitentes. Quo epiſtolæ principio*, inquit Beda lib. 2. cap. 19. *manifeſtè declaratur, & nuperrimè temporibus illis, hanc apud eos hæreſim exortam, & non totam eorum gentem, ſed quoſdam ex ijs, hac fuiſſe implicitos.* Hæc Beda. Quin etiam pauci poſt ſedis Apoſtolicæ admonitionem, errorem ſuum ſumma animi demiſſione reliquerunt.

Saxones inuehunt in Angliam falſum cultum.

Angloſaxones unde.

Oſuardus Rex Scotiæ.

Aædanus Pontifex in Scotiam miſſus.

Honorius Papa Scotos monet de recta celebratione Paſchæ.

His etiam temporibus occulta, & latentia in quorundam animis Pelagianæ hęreſis ſemina emergere cœperunt; ut ex eadem epiſtola conſtat. *Et hoc*, inquiunt, *quoque cognouimus, quòd virus Pelagianæ hæreſeos apud uos denuo reuiuiſcit, quod omninò hortamur,*

vt à,

ut à neſtris mentibus huiuſmodi uenenatum ſuperſtitionis facinus auferatur. Et paulò poſt, A *Hortamur ne quorum arma combuſta ſunt, apud uos cineres ſuſcitentur*; Sed, ut antea Pelagiana hæreſis nullas in eo Regno radices figere poterat, ita & ea ætate, illius renaſcentis reliquiæ, mox ſedis Apoſtolicæ auctoritate ſunt ſuppreſſę.

Paulus Crauius à Vuicleffo Anglo miſſus in Scotiam. Crauius hæreticus combuſtus eſt.

Neque ab hoc tempore, vſque ad annum Chriſti milleſimum quadringenteſimum, legimus, hæreſim vllam Scotiam inuaſiſſe. Illo verò ſeculo miſſus eſt Paulus Crauius à Vvicleffo Anglo, qui hæreſeos ſuæ in eo Regno ſpargeret venena; Quod cum ille in Academia Sancti Andreæ ſumma calliditate eſſet aggreſſus, vbi virus ſe prodere cœpit, capitur, ac cum neque Patrum auctoritate, neque ſcripturarum teſtimoniis cederet, meritas ſuæ impietatis pœnas, flammis conſumptus, perſoluit. Neque verò ſatis fuit Scotis religionem ſuam domi integram conſeruare, ſed & ſuis minimè contenti anguſtiis, apud exteras etiam gentes, eam ſummo ſtudio propagarunt. Huius rei teſtis eſt S. Manſuetus primus Tullenſium Epiſcopus, quem Scotum fuiſſe ex antiquiſſimis Eccleſiæ Tullenſis monumentis conſtat. B

S. Manſuetus Tullenſis epiſcopus. S. Chilianus.

Teſtis eſt S. Chilianus Herbipolenſium Epiſcopus, quem Beda in Martyrologio ad 8. Idus Iulii, ex quadam Inſula Scotiæ teſtatur cum ſociis profectum in Germaniam, & ad Mænum Fluuium Chriſti fidem prędicaſſe, & martyrio coronatum. Ob cuius ſcilicet Epiſcopi memoriam apud Herbipolenſes fundatum eſt ampliſſimum pro Scotorum gente monaſterium.

S. Bonifacius.

Teſtis eſt S. Bonifacius primus Moguntinorum Epiſcopus, qui Friſiam, & alios Germaniæ populos fide Chriſti illuſtrauit. Marianus Scotus, lib. 2. ſub finem meminit epiſtolę Gregorij tertii, quam ſcriptam teſtatur ad Bonifacium Scotum Moguntinum Epiſcopum. Et Tritemius de Scriptoribus Eccleſiaſticis, eum quoque Scotum C fuiſſe refert, & in hodiernum diem in Roſſia, quæ Scotię prouincia eſt, extat oppidũ Roſmarky, vbi natum fuiſse Bonifacium, vna eſt & conſentiens illius populi à maioribus accepta traditio: Ad cuius etiam memoriam; & Cathedralis Roſsenſis Eccleſia dicata eſt, Multaque alia extant illius in ea prouincia in hodiernum diem monumenta. Sed quia in Anglia vitam monaſticam aliquandiu profeſsus eſt, uulgo Anglus putabatur. Teſtis & S. Romualdus, qui ob Chriſti fidem martyrio eſt coronatus. Colitur Mechlinię Kal. Iulii; ac ut refert Malonus, in ſuo Indiculo Flandrię, pro Mechlinenſium Apoſtolo habetur. Teſtis eſt S. Colmanus cum ſociis, qui cum uniuerſam ferè Germaniã Euangelii prędicandi cauſsa obiuiſſet, martyrii etiã gloriam adeptus eſt; cuius ac ſociorum triumphũ, Ioannes Stabius ſub Maximiliano primo ſapphico carmine eleganter deſcripſit. Teſtis eſt S. Patricius propè Glaſguenſem ciuitatem in D Scotia natus, cuius opem infantes Hiberni ex matrum pendentes uberibus implorare uidebantur, ut refert Beda; in Hyberniam inſulam à Celeſtino Pontifice ad illius gentis ſalutem procurandam miſſus eſt. Plures recenſere opus non eſt, cum his plena ſint Martyrologia. Quantum etiam apud Scotos Monaſticæ, ac Religioſæ uitæ ſtudium uiguerit, teſtantur tam multa ab his, & iam præclara excitata Monaſteria, in quibus tot uiri ſanctitate, & doctrina illuſtres floruerunt, ut non tantum domi, ſed & apud exteras etiam gentes, arctioris uitę exempla haud obſcura reliquerint. Cuius rei uel unus Columbanus (qui, quòd in montana Scotiæ parte natus eſſet, Scotus Hybernus, à Beda, à Mariano Scoto, & ab aliis nominatur) teſtis eſſe poteſt, qui in Gallia, Germania, & Italia monaſteria ampliſsima erexit. Apud Burgundos ſub Theodorico Rege celeberrimum ab eo fundatum eſt Luxouienſe Monaſterium, in quo is erat Monachorum numerus, ut alii aliis ſuccedentes, diuinas E laudes aſſiduo cantu perſonarent, ut locus ipſe ab omnibus Laus perennis longo tempore diceretur.

S. Romualdus. S. Colmanus. Io. Stabius. S. Patricius. S. Columbanus. Monaſterium dictum Laus perennis.

Bobienſe monaſterium. S. Gallus.

In Apenninis etiam montibus, cum ex Burgundia in Italiam veniſſet, Bobienſe ab eo monaſterium eſt erectum. S. Gallus illius diſcipulus, etiam Scotus, celeberrimũ illud S. Galli Monaſterium apud Heluetios erexit. Alia poſſunt id genus plura referri, ſed inſtar omnium eſt, quòd in Germania quattuordecim opulentiſſima Monaſteria in Scotorum gratiam ſint fundata, in quibus, ex ſola Scotorum gente in religioſos poſſent adoptari; quod etiam ante hæc tempora utrique, & Germanorum & Scotorum

A rum genti feliciter ceſſit: quamuis hac ætate in Scotorũm manibus tantum ſit Ratiſboneſe Monaſterium, cui præeſt Venerabilibus vir D. Ioannes Albus, ſuo digniſſimus loco. Quod ſanè antiquam Scotorum pietatem haud obſcurè commendat, cum ob eam etiam apud exteras gentes, in tanto fuerint honore, vt tam præclara, ac magnifica illis Monaſteria ædificarentur. Cui etiam pietati & Vualafridus de rebus Eccleſiaſticis c. 15. præclarum affert teſtimonium; *Quamuis*, inquit, *geniculationis morem tota ſeruet Eccleſia, tamen præcipuè huic operi, Scotorum inſiſtit Natio, quorum multi pluribus, multi paucioribus ſed certis vicibus & dinumeratis per diem, vel noctem genu flectentes, non ſolum pro peccatis deplorandis, ſed etiam pro quotidianæ deuotionis expletione, ſtudium frequentare uidentur.* Hæc ille. Hanc etiam antiquam Scotorum religionem, ſat indicat Templorum magnificentia, ac ſplendidiſſimus eorum apparatus in ipſo Scotiæ Regno, ut res ferè fidem ſuperet, tot & tam illuſtria ædificia, ac tã bene inſtructa, in tam anguſto Regno eſſe potuiſſe: cuius tamen rei teſtes eſſe poſſunt multi, qui ea oculis ſuis aſpexerunt, & qui ea non viderunt, ex ruderibus quanta ædificiorum magnificentia extiterit, facilè coniiciunt. Ea fuit etiam ſtatus Eccleſiaſtici dignitas, vt Epiſcopi, & Abbates in eo Regno, & ob familiarum ſuarum ſplendorem, & famulorũ, quos alebant multitudinem, exteris etiam gentibus, quæ regnum illud inuiſebant, eſſent admirationi. In Monaſterijs quoque ea vigebat charitas, & hoſpitalitas, ut omnes ſine diſcrimine ad ea diuerterent, in quibus tanto ordine omnia erant diſpoſita, ut ſine Religioſæ diſciplinæ impedimento, non modo Principes viri, ſed & ipſi etiam Reges in illis ſubinde hoſpitarentur. Religioſis etiam mendicantibus, tam liberaliter populi eleemoſynis ſubueniebatur, ut à Diuino cultu illi minimè auocarẽtur, & multorum etiam paupertatem ſuis eleemoſynis ſubleuarent; Adeò verò apud eos infame erat à Religione ſemel ſuſcepta deficere, vt nullus in eo Regno Apoſtata conſiſtere auderet. Et quanquam ad extremum mundi angulum ſint redacti, ita tamen Diuina prouidentia illis conſultum eſt, ut corporis viribus valeant, & animis ad omnẽ diſciplinam, ſi cultura adhibeatur, ſint idonei. Neque ẽt inter illos defuerunt, qui doctrinę laude excellerent, quorum aliqui nonnulla illius monumenta poſteris reliquerunt.

Ioan. Albus. — *Vualafridus.*

Teſtis eſt Sedulius, qui ſub Theodoſio Imperatore vixit, vir & in humaniore literaturá, & in Scripturis erudiriſſimus. Teſtis eſt Sacræ Pariſiorum Scholæ fundator Alcuinus, à veterum literarum maieſtate minimè degenerans. Teſtis Marianus Scotus hiſtoriographus clariſſimus. Teſtis Richardus à S. Victore, cuius Epitaphium æneis literis inſculptum in ingreſſu Abbatiæ S. Victoris Pariſiis extat.

Sedulius. — *Alcuinus fundator Scholæ Pariſiorum.* — *Marianus Scotus.* — *Richard. à S. Victore.*

D *Tellus quem genuit felix Scotia partu,*
Hunc tegit in gremio Gallica terra ſuo.

Teſtis eſt Ioannes Duns, qui ob ingenij acumen, nomen ſubtilis Scoti adeptus eſt.

Teſtis eſt Franciſcus Maronis, qui Magiſtrum Sententiarum doctiſſimis Commentarijs illuſtrauit.

Io. Duns. — *Franciſcus Maronis.*

Teſtis eſt & noſtra ætate Ioannes Maior, qui & in Magiſtrum Sententiarum Commentarios, & alia etiam plura ingenii ſui monumenta reliquit.

Ioannes Maior.

Apud Tritemium, & eos, qui de ſcriptoribus Britannicis Catalogum confecerunt, longè plures licet excerpere.

Et certè quãdiu apud Scotos Catholica religio vigebat, non tantum viris doctis, ſed fortibus abundabat, vt domi, ac foris ob rei militaris gloriam eſſent celebres.

Fortitudo Scotorum dũ Catholica religio floreret.

E Teſtantur id tot bella domi geſta cõtra Britones, Anglos, Danos, Pictos, quam præclara & ſuæ fortitudinis exempla apud Germanos reliquerint: quo tempore cum Carolo Magno, cũ quo fœdere coniungebantur, militarent, ac poſt etiam in Gallijs non rarò, & in Italia cum Carolo octauo, & Ludouico XII. & in ipſa etiam Palæſtina ex multarum gentium conſtat annalibus. Quòd ſanè mirum non eſt, cum ea illius gentis priſtina fortitudo extiterit, ut inter alias Romanorum laudes, hanc etiam Hegeſippus lib. 5. de excidio urbis Hieroſolymitanæ cap. 15. numerare non dubitarit, quod eos etiam Scotia tremeret. *Quid attexam*, inquit, *Britannias interfuſo mari toto orbe diuiſas, & à Romanis in Orbem terrarum redactas; tremit hos Saxonia inacceſſa paludibus, & inuiis ſepta Regionibus, tremit hos Scotia, quæ terris nihil debet.* Sed ex quo à Sedis Apo-

Hegeſippus quid de Scotia.

ſtolicæ obedientia ſeſe præciderunt, non modo à priſtina illa dignitate uidentur degeneraſſe; ſed qui antea clari, & toti Orbi notiſſimi erant, uerè nunc ἀγνῶτες, ſiue obſcuri eſſe uideantur: ut qui priſtinam illius Regni faciem, & gentis dignitatem, quã do in ea Catholica florebat religio, ante oculos ponunt, tam breui temporis ſpatio eam tantopere degenerare potuiſſe, magna ducantur admiratione. A

Initium hæreſeos hoc ferè in Scotia. Nam etſi ab anno ferè 1540. occulta quædam hæreſeos ſemina in eo Regno ſpargerentur, ac ſenſim etiam in multorum animis germinarent, ante annũ tamen 1560. res in apertam non erupit defectionem; à quo tempore adeo ciuilibus bellis Regnum illud exarſit, adeo cædibus ac ſanguine cruentatum eſt, ut aliud nihil quàm perpetua quædam laniena extitiſſe uideatur. Sed Deus, qui in finem iram ſuam continere non ſolet, iam ab aliquot annis multorum oculos aperuit, ac eorum etiam, quorum eſt in eo Regno præcipua ferè auctoritas, ut facilè uideant, ex quam felici rerum omniũ ſtatu, in quàm profundum ſe malorum gurgitẽ demiſerint, & iam priſtinæ ſuę temeritatis, ac inſanię pertæſi, ad Eccleſię Catholicæ gremiũ, à quo ſe ſacrilego furore præciderunt, ſumma animi demiſſione indies accurrunt, adeò ut magnis à breui tempore incrementis Catholica religio in eo Regno aucta ſit. At, quod ſumma commiſeratione dignum eſt, pro tam copioſa meſſe ad horrea domini colligenda, operæ deficiunt. B

Et ſanè à Gregorio XIII. fę. memoriæ Muſſiponti in Lotaringia pro Scotorũ gente erectum fuit ſeminarium, & à Clemente VIII. qui nunc Petri Cathedram tenet, pro ſua ſolicitudine Duacum in Flandriam, ob belli incõmoda, quibus Lotaringia premebatur, tranſlatum, id tamen prouentus habet ita tenues, ut tot optimæ ſpei adoleſcentibus, qui ad exteras nationes, qui pietate, & literis exculti, gentis ſuæ ſalutem procurent, quotidie confluunt, minimè alendis, ſufficiat. Quibus niſi piorum liberalitate, ac munificentia ſuccurratur, Diuini nominis propagatio, ac animarum ſalus in Scotiæ regno non mediocriter retardabitur. Ceterum ſpes magna omnibus affulget, Chriſtum Dominum, qui hanc mentem Clementi VIII. Vicario ſuo, ut inter tot grauiſſimas curas, ac omnium Eccleſiarum ſollicitudinem iniecit, ut ex paternis viſceribus, hoc Scotorum Seminarium, piorum omnium eleemoſynis commendaret, fore, ut eorum quoque uoluntates permoueat, ut liberalitatis ſuæ fontes aperiant, minimeque tam præclarum opus, quod ad Diuinam gloriam, & ęternam animarum ſalutem procurandam tantopere ſpectabat, ob exiguæ rei familiaris inopiam impediri ulla ratione patiantur, quam eorum liberalitatem Deus Opt. Max. æterna felicitate compenſabit. Et Regnum illud, ſi, ut ſperamus, ex miſera hæreſeos ſeruitute randem aliquando emerſerit, tam inſignis beneficii, memoriam perpetuam conſeruabit. C D

De Gulielmo Candeno Hiſtorico, qui de Anglia, Scotia, Hibernia ſcripſit.

LIcet autem in Indice librorum à Sancta Sede Apoſtolica prohibitorum non ſit expreſſum nomen Gulielmi Candeni, qui librum tertiò item recognitum, & auctum, primò in Germania emiſit Francofurti ad Mænum anno 1590. quo de Britannia, hoc eſt Regnis Anglię, Scotię, Hibernię, atque adiacentium Inſularum agit, addita Chorographica deſcriptione; cauendum eſt tamen, ne minus circumſpectè legatur, cum de rebus piis, Viriſq; Catholicis obloquatur interdum. Qui tamen næui, ſeu labes, opera Arnoldi Vuion Duacenſis, Belgę, ac Benedictini, vbi ſublati fuerint, erit do expurgatus emittetur in lucem.

At denique eiuſdem, cuius ſuprà meminimus Ioannis Monſoni prodierunt Inſcriptiones hiſtoricæ regum Scotorum, continuata annorum ſerie à Fergufio primo Regni conditore ad noſtra tempora. Præfixus autem eſt Catalogus, ſiue de gentis Origine Fragmentum Andreæ Meluini Amſteldani apud Cornelũ Claſſonium an. 1602. E

Hiſtorici aliarum Oceani Inſularum. Cap. VI.

COſmographi, deinde Americus Veſpucius, & alij, quos ſuprà indicauimus, ubi de Indicis, & de Aſiæ Hiſtoricis locuti ſumus, ij enim libris ſuarum nauigationum, pleraſque iſtarum attigerunt.

Ioan.

A Ioan. Bohemus de Taprobana inſula, & gentis eius moribus. 3.27.

Epiſtolæ Patrum Societatis Ieſu de Moſambico, Goa, Cochimo, Iaponia.

Hieronymus Oſorius Epiſcopus Sylueſis.

Ioan. Petrus Maffæus, libris de Indicis rebus.

Leonicenus 2.69. de Seria inſula Rubri maris, ac de illius accolis, & de Sete animali in illa, à quo dictum ſericum.

Inſularum Sarmatiæ Aſiaticæ, ac Scythiæ. Cap. VII.

PLinius 4. 12.

Inſularum Balthici maris. Cap. VIII.

B OLaus Magnus Gothus, ac qui alij de rebus Suecorum, & Gothorum Septentrionalium ſcripſiſſe enumerati ſunt ſuprà.

Inſularum Maris Mediterranei. Cap. IX.

AEginæ, & Æginenſium Ælianus in variis hiſtoriis; Plutarchus in Problematibus & in Parallelis minoribus, Leonicenus, Cęlius, Tzetzes item, vbi de Æaco, de cuius filiis Ouidius libris Metamorphoſeon, uti & de Phoco Æaci filio Ælianus in uariis hiſtoriis, & Plutarchus in Parallelis minoribus. *Aegina.*

Andri Inſulæ, ſiue Andrienſium Leonicenus, vbi de celebri die Dionyſij. At Hiſto- *Andros, ſiue Andria.*
C rici de Græcis rebus, quorum ſuprà meminimus, plura de Cycladibus Inſulis.

De Amorgo autem vna Cycladum Aelianus in variis Gręcis. *Amorgus.*

Antledon quæ ſit, Plutarchus in Problematibus ſuis egit. *Antledon.*

Balearidum, & Ebuſæ; quarum Gerion imperium tenuiſſe fertur. Tzetzes Cęlius, Leonicenus nonnulla. *Balearides. Ebuſa.*

Cęorum, ſiue Coorum, & Coi Reipublicę Aelianus in variis Græcis. Macareus de Coica hiſtoria. Vinum bibere filiis, & filiabus non licebat in Cò vſque ad certum tempus. *Cos. Co inſula.*

Aelianus in variis Græcis, ac item de Simonide Coo, ſeu Cęo κώῳ, deque luctibus mortuorum, & de Apelle: Cęlius item de Cois. Leonicenus autem de Iulide vrbe. Tzetzes de Siſypho Coo 5.29. De Cois verò mulieribus cornutis Ouid. lib. 7. Meta-
D morphoſeon. Chij Inſulæ Pius II. Chiorum caſtitas, & alia apud Plutarchum de virtutibus mulierum, & Cęlium, ac Leonicenum.

Corcyræ, & Corcyræorum Aelianus in variis Græcis. Tzetzes de Corſica inſula, & de Syluestri in illa à Romanis inuenta materia. Leonicenus 1.75. Cęlius, cur Cyrnij Macrobij, 21.3. *Corcyra.*

Cretæ, atque Cretenſium Io. Bohemus 3.4. Cretenſium Reipub. & aliarum rerum Aelianus in uarijs Græcis ſparſim. Tzetzes item nonnihil, vbi quid Cretæ effugium. *Creta.*

Cælius verò de adulterij pœna apud Gortynam, & de Cretenſium moribus.

In Vaticana Bibliotheca exiat libellus Gręcus de occupatione Cretæ.

Plutarchus in Problematibus, Quinam apud Cretenſes dicebantur Cantacautæ, curque apud Gnoſios mos fuerit mutuum accipientibus argentum rapere.

E At Leonicenus, & Cęlius pleraq; de Biennæ in Creta urbis origine, de Cretenſium conuiuijs, de Curetibus, de Antenoreo colle in Creta, de Oaxo Cretę ciuitate, deque Etearcho eius Tyranno, & Phronyma illius uxore. De choro Ariadnes, & de Androgeo Minois filio. Quin & Ouidius lib. 8. Metamorph. de Labyrintho, & Ariadnę corona in ſydus. Tzetzes de Boue Minois, & de Dyctі Cretenſi, ac de Dędalo, & Icaro, & de Idomeneo. Aelianus in variis hiſtorijs. Ac de Minoe Cęlius 30.34. cur dicatur Dædalus feciſſe ſimulachra mouentia.

Vide Petrum Bembum, ac recentiores hiſtoricos de rebus Venetis, ac librum noſtrum de iuuandis Græcis in primo Tomo huius Biblioth.

Cypri Pius II. in Aſia cap. 95. *Cyprus.*

Iſoctates de laudibus Euagorę Cyprii, Patris Nicoclis. A

Aelianus in variis Gręcis, ubi de Cytheriis.

Epiphanii Epiſcopi ſcripta aliquam afferunt lucem earum rerum, quæ in illa con rigerunt.

Scriptores item de bello ſacro, quod geſtum eſt in Syria.

Quin & ii, qui de Cypro à Selymo Turcarum Rege capta hoc ſęculo hiſtorias conſcripſerunt.

Plutarchus autem in Parallelis minoribus de Myrrha Cinaręfilia. Crinitus de Exagono legato miſſo in dolium ſerpentum. Leonicenus de Platano Cypria nonnulla agit, quæ uiam ad hiſtoriam faciunt.

Delos.

D E L I, Aelianus in uariis hiſtoriis, & Leonicenus.2.48. 2.14.r.9. vbi de Diomedis Inſulis hiſtoria. B

Electrides inſula. Ephyra. Eubœa.

Electridum Inſularum Leonicenus 1.83.

Ephyrę Aelianus in uatiis Gręcis.

Eubęę Tzetzes, Leonicenus pauca quędam. At de expugnatione Nigtoponti, Hiſtorici huius ſeculi. Marthęum verò Herbenum, qui hanc hiſtoriam dicitur ſcripſiſſe, nec legi, nec qualis fuerit Sctiptor, audiui.

Chalcis.

Chalcidis, Aelianus variæ hiſtoriæ, ubi de Magiſtratus, & legarionis munere apud Chalcidenſes, de ira Athenienſium aduerſus Chalcidenſes, & Plutarchus nonnulla in Problematibus. Tzetzes 6.58. Cælius 21.19.18.34. quid ſit *Chalcidiſſare*, & vnde Chalcis nominata Leonicenus 1.74.

Eritrenſium reſpub.

De Eritrenſium verò Republica Aelianus in variis Græcis, & de Caryſto Eubææ vrbe, de qua item Leonicenus nonnihil, & Cęlius 11.6. de Glauco Caryſtio. C

Gnidus.

Gnidi Inſulæ, Politianus, ubi de Gnidiis nodis 1.39. Cęlius, quinam ſint Ammmones in Gnido 20.10.

Ioſſenſes, ſiue Taſſas. Icarea inſula. Ichruſa. Ithaca. Alalcomene.

Ioſſenſium, ſiue Taſſęorum Aelianus in variis Gręcis, Cęlius 19.11.

Icariæ Inſulæ, Pius II. in Aſia cap.77. Cęlius 21.47.23.30.

Ichruſæ Aelianus in uariis Græcis.

Ithacæ. Idem Aelianus in uariis Græcis. Plutarchus de Alalcomenio Vrbe Ithacenſium in Problematib. Quę uerò, uel uera, uel fabuloſa dicta ſunt de Siſypho, & Autolyco Cælius, & de Autolycęis furtis Tzetzes, ac de Vlyſſe *αὐτεργῷ* Aelianus; deque Telemacho, & Telegono, deq; Erigone ſorore Penelopes, & de ipſa Penelope idem Ælianus. Leonicenus autem de Elpenore, & Cęlius de Procis Penelopis.

Locri. Lesbius.

Locri. Cęlius 18.26. D

Lesbi, & Lesbię regulę Cęlius 7.22. & Arionis Herodotus, & lapidis Lesbii, & farinæ Lesbię Cęlius.

Leucas. Lipara. Melus.

Leucadis Cęlius 23.30.

Liparæ. Ex Ariſtotele Leonicenus 1.89.

Meli, ſiue Meliatum fœminarum facinus Plutarchus libro de virtutibus mulierum Meliię Inſulę Nicolaus Villagagno; Statuta item Melitenſium equitum edita Florentiæ. Vide in dictione Rhodus, vbi de Iacobo Boſſio locuti ſumus, cap.45. Sectionis tertiæ huius lib.xvi.

Mityleneæ. Naxos. Rhodus.

Mitylenęorum Ælianus in variis hiſtoriis.

Naxiorum Leonicenus 3.7.

Rhodiorum Plutarchus in Problem. plura. Cęlius, & Leonicenus ſparſim. Quin & ab aliquo referuntur vndeuiginti libri hiſtoriæ Rhodiacorum à Philippo Amphipolita conſcripti, quem non vidi, quemadmodum nec quod dicitur Theodoricus Adamæus ſcripſiſſe de Rhodo inſula, & militibus eius. Iacobus autem Fontanus, ſcripſit de Rhodi expugnatione ad Adrianum VI. & Gulielmus Rhodi Procancellarius. Sed vide etiam huc ſpectantia, quam de ordine ſacro Rhodiorum Equitum hiſtoriam texuit idem Iacobus Boſſius, de quo ſuprà egimus cap.45. tertiæ Sectionis. E

Philippus Amphipolita. Iacobus Fontanus. Gulielmus Rhodius Vicecancellarius. Salamina. Samos. Samothracia. Sicilia.

Salaminiorum, Telamonis, & Aiacis Plutarchus in Parallelis minoribus Samiorum. Ælianus in variis Græcis. Leonicenus, Cęlius.

Samothraciæ Ælianus.

Siciliæ,

A Siciliæ, Aelianus in uariis Græcis. Philippus Syracuſanus de Siculorum uariis geſtis cõtra Syracuſanos. Michael Ritius de Regibus Neapolis, & Siciliæ, Io. Iouianus Pontanus ad finem ſexti Libri de bello Neapolitano. Dionis autem Syracuſani Vitam Plutarchus ſcripſit, uti & in Parallelis minoribus de Arontio in Aegeſta: & Aelianus aliqua de eodem in uariis Græcis. Seneca lib. 11. Epiſt. 80. de Aetna Scylla, Charibdi. Plura de Ciuitatibus quibuſdam Siciliæ, & de reliquis eius Inſulæ rebus, & Tyrannis Aelianus in variis Græcis. Tzetzes, Diodorus Siculus, Plutarchus in Parallelis minoribus. Leonicenus, Cęlius, Italia Leandri, Sicilia Maurolyci. B. Antoninus Florentinus tit. 20. c. 4. ac Thomas Faiellus Siculus Ord. Prędicatorum, qui de locis, ac rebus Siculis Decades duas conſcripſit, quas Remigius Florentinus è Latina in Italicam linguam conuertit. Viuebat autem hic Thomas Faiel-
B lus Carolo Quinto Imper. cui ſuas Decades anno 1560. inſcripſit, quas biennio poſt emendatas, & auctas Philippo Regi eius filio dicauit. Vide infra in Appendice de variis Vrbibus cap. ſequenti.

Tenedi Inſulę, ſiue Tenediorum Reſp. Aelianus in variis Græcis Cœlius 24. 7. Tenedos.

Appendix Hiſtoricorum Ciuitatum aliquot, quamuis & aliquot iſtarum mentio facta ſit ſupra. Cap. X.

AQuilæ in Brutiis Italiæ, Bernardini Cyrilli Annales Aquilæ Ciuitatis Aprutinæ Romæ. anno 1570.

Inſcriptiones antiquę Auguſtę Vindelicorum, duplo auctiores, quàm antea editæ, & in tres partes diſtributę, cum notis Marci Velſeri Matthæi F. & Duumuiri
C Auguſtani, Auguſtę Vindelicorum. Venetiis MDXC. apud Aldum. Vide autem ſuprà inter Scriptores rerum Germanicarum, uerſus finem tertiæ Sectionis cap. 48.

Aurelianenſis obſidio Ludouici Miquelli Pariſiis. 1580.

Bergomum Franciſci Belafilii.

Bononia Leandri Alberti, & Caroli Sigonii.

Brixia. Helię Capreoli Hiſtoria Brixienſis, quę deinde è Latina eſt facta Italica à Patritio Spina, additis, quæ vſque ad annum milleſimum quingenteſimum octogeſimum quintum acciderunt, hæcq; verſio excuſa eſt Brixiæ eodem anno apud Franciſcum Mariam Marchettum.

Catarum Ioſephi Beruſij Venetijs 1584.

Conſtantinopolis Leonardi Gienſis de Capta Conſtantinopoli, & Franciſci Ro-
D ſæ Galli hiſtoria Gallica de expugnata Conſtantinopoli à Balduino Nono huius nominis Comite Flandriæ. anno 1204.

Ioannes Cantacuzenus Imp. Conſtantinopolitanus Bella inter Andronicū auum, & Nepotem geſta libris quattuor Græcè, & elegantiſſimè ſcripſit, quos nouiſſimè Latinos à ſe factos edidit in Germania Iacobus Pontanus Societatis noſtræ, vti ſupra de hiſtoricis Græcis in ſecunda Sectione monſtrauimus.

Cremona Io. Baptiſtæ Burdegali.

Cremona Antonij Cantelij.

Crema Alemanni Fini Venetijs edita anno 1566.

E Ferraria Gaſparis Serdi de Ferraria, & rebus Ferrarienſibus, & Io. Baptiſtæ Pignę hiſtoria Ferrarienſis, & Aeſtinorum.

Florentia. Iacobi Nardi hiſtoria Florentina Lugduni 1582. & Florentiæ 1584.

Iacobi Pogij Florentia.

Florentia Io. & Matthæi Villani, & Leonardi Florentini hiſtoria Florentina, & Ricordani Maleſpini apud Iuntas ann. 1568. Italicè. & Vgolini Verini lib. 3. Pariſiis 1583. & Petri Boninſegnij hiſtoria Florentina Italicè Florentiæ 1580. At Florentinarum familiarum Arbores edidit Scipio Admiratus, Mediceorum, Diacetorum, Albiziorum, Cancellariorum, Cambiorum, Reſalitorum; Macingiorum, Valoriorum, Soderinorum, Acciolorum. Sanè verò apud alias familias ſitæ extabant Arbores Monaldeſcorum, Bondelmontium, Nerorum, Saluiatorum, Anſelmorum, Bottorum, Concinorum.

Vincentius autem Burginus quàm accuratè ſcripſerit de Origine Florentię, déque A
Ciuitate Feſularum, & dę Etruria, vide 49. caput tertiæ Sectionis huius libri xvi.

Genua; Antonij Galli de hiſtoria Genuenſi ab anno 1466. vſque ad 1482. & Iacobi Bracelii. Scripſit autem hic bellum geſtum cum Alphonſo Rege Hiſpaniæ vſque ad annum 1446.

Auguſtini Iuſtiniani Epiſcopi Neblenſis hiſtoria Genuenſis Italicè.

Georgii Stellę de Genua, & rebus Genuenſibus, ab anno 1299. uſque ad 1422.

Bartholomæi Senaregę Hiſtoria Genuenſis.

Iacobi de Voragine Archiepiſcopi Genuenſis De rebus Genuenſium vſque ad annum 1296.

Caphari de rebus Genuenſibus ab anno 1488. vſque ad 1514.

Petri Bizari hiſtoriæ Genuenſes, Antuerpiæ 1589.

Ioannis Stellę Genuenſis hiſtoria ab anno 1422. vſque ad annum 1435. B

Chriſtophori Cyprii hiſtoria Genuenſis, huic autem multum tribuit Iuſtinianus.

Parthenopæi hiſtoria Genuenſis ab anno 1527. vſque ad 1541. & Pauli Interiani hiſtoria Genuenſis.

Vberti Folietæ de Repub. Genuenſi Romæ 1559.

Mantua Marci Æquicolæ, & Ioan. Baptiſtę Plarinæ. Et vide infrà in verbo, Monſferratus, ſiue Monsferax, & in dictione, Tridentini Duces, & Mantuani, Igni Pyrrhi: & Franciſci Sanſouini, qui Mantuanam hiſtoriam ſcripſit, ſed tantum inchoatam, quæ extat apud me.

Benacus Lacus quem carmine deſcripſit Georgius Iodocus Berganus, Monachus S. Zenonis, Veronæ. ann. 1546. quo tempore viuebat. C

Mediolanum, Bernardini Corij hiſtoria Mediolanenſis, & Boſſi Cronicon Mediolanenſe, & Galeatius Cappella de Franciſco ſecundo Duce reſtituto. ann. 1535. Venet.

Melita. Io. Antonij de bello Melitenſi 1567.

Mons Ferrarus, ſiue Mons Ferax Ducatus Ducis Mantuę Benuenuti à S. Georgio è Marchionibus Montisferrati.

Neapolis, Zenobii Acciaioli, & Bartholomęi Facii, & Benedicti Falci deſcriptio, Neapoli excuſa, & Ioannis Iouiani Pontani, & Pandulphi Collenutii Neapolitana hiſtoria.

At Neapolitanarum familiarum Arbores edidit Scipio Admiratus Regum Neapolitanorum, Aquauiuarum, Aquinorum, Capuanorum, Caracciolorum, Cauaniliorum, Coſciorum, Gambacurtorum, Marzanorum, Magiſtri iudicum, Monachorũ, Menſonum, Sanctiſeuerinatium, Suardorum, Reſalitorum, Rotarum. D

Nouocomum Ioannis Porcatij.

Patauium, Acephali, vrbis Patauinę apud Antonium Capiuaccium extat liber manuſcriptus. Quin & Andreę Danduli Chronica, in quibus multa de rebus Patauinis, Et Andreas Fabafuſca de inſignibus ſamiliarum Patauinarum, & Gulielmi Cortuſi de Ciuitatis Patauinę extructione, ſiue origine, ac de geſtis Ezzelini, deque iis, quę inter Guelfos, & Gibellinos contigere, ac de Scaligeris. Extabant autem apud equitem cognomine Doctum Patauij hęc Opera manuſcripta. Pręterea Albergheti Cortuſi continuatio elegans hiſtorię Patauii, erat apud Io. Baptiſtam Ramuſium. Sed Verlatti Annales Patauini, apud Scardeonium ibidem. Ioannem item Nouallij de Patauij ędificatione, cum deſcriptione 120. Familiarum apud equites Doctum, & E
Capiliſtium manuſcripta hiſtoria, ſicut & apud eundem Scardeonium erat Zamaldoni hiſtoria Patauina manuſcripta. Et verò de rebus Patauinis authenticus liber in Monaſterio carcerum, Venetijs, & alter liber de iiſdem, in ęde S. Zacharię ibidem. Et annales antiquiſſimi, qui non editi, ſed Veronę, num. 55. aſſeruantur prope Cancellariam.

Editi ſunt autem Baſileę anno 1560. Bernardini Scardeonij Canonici Patauini, de Antiquitate vrbis Patauij, & claris ciuibus Patauinis libri tres, Eiuſdem Appendix, De ſepulchris inſignibus exterorum Patauij iacentium.

A Piſtorium, Renati Serrauallini hiſtoriæ Piſtorienſes.

Piſæ. Agnelli Hiſtoriç Piſanæ.

Placentia Humberti Locati.

Puteoli, Ferrandi Loffredi antiquitates Puteolorum, Italicè.

Rauenna. Hieronymi Rubei hiſtoriæ Rauennates Venetijs.

Roma, Pyrrhus Ligorius de Vrbe Roma Italicè, Venetijs 1553. & Ludouici Contareni Antiquitates Romæ cum origine Nobilitatis Neapolitanæ. Neapoli 1569. At quicumque citati ſunt cap. 2. Sectionis terriæ.

Rhodus Gulielmi Caorſini, ſeu Cadurcenſis, De Obſidione Rhodi deſcriptio. Venetijs 1560.

Scodrenſis obſidio Marini Barletij Venetijs 1504.

B Senæ Pij II. Pont. Max. Et liber alius inſcriptus De Senarum, eiuſque Archiepiſcopatus antiquitate. At & Scipio Admiratus de familia Picolhominæorum Genealogiam Italicè edidit.

Taurinum. Philiberti Pingonij Auguſta Taurinorum, & arbor gentilitia Sabaudiæ, Saxoniæque Ducum, Taurini 1577.

Tridentini Duces Iani Pyrrhi Pineij de Ducibus Tridentinis, & Mantuanis 1546.

Vrbs Veneta & Venetorum Statuta Venetijs. Et Iacobi Purliliani Comitis de adminiſtratione Reip. Venetæ, & Marci Antonij Sabellici, & Petri Marcelli, & Germani Audeberti Aurelij Venetijs 1583. apud Aldum editę eleganti Carmine heroico deſcriptæ, & Petri Iuſtiniani hiſtoriæ Venetæ, ab Vrbe illa condita vſque ad annum 1575. è Latina in Italicam linguam conuerſæ, & Iulij Faroldi Annales Veneti Italicè, editi

C Mediolani 1574. & Petri Bembi Card. & Ioan. Baptiſtæ Egnatij.

De Romanorum, & Venetorum Magiſtratuum inter ſe comparatione libellus Guerini Piſonis Soacij I.C. Patauini, ad l. 1. ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. apud M. Ant. de Galaſſis. 1563. Latinè. At Bartholomæus Parita De Vitis Ducum Venetorum. Vixit anno Dom. 1480. & fuit Abbas Sancti Gregorij Congregationis Cluniacenſis atque Epiſcopus denique, Arnold. Vberrimè autem, & quidem Italicè Franciſcus Sanſouinus ann. 1581. Venetijs apud Iacobum Sanſouinum.

Verona Hieronymi à Corte, ſiue *Curtij*, libri vberes Italicè 1596. editi de rebus Veronenſium. Et Sarainæ. Arborem verò familiarum aliquot Veronenſium, vide in Scipione Admirato.

Vercellæ. Franciſci Laurentij Vercellarum laudes, Patauii 1568.

D Vincentia Iulij Barbarani.

Præter hos extitit hac ætate Georgius Bruin Agrippinenſis, qui edidit Theatrum Ciuitatum, ſiue Ciuitates Orbis Terrarum, ac præter earum diligentem delineationē, de pluribus adiexuit narrationem perutilem. Hę autem ſunt in fine prioris libri quæ huc ſunt adſcriptæ ad eum modum, quo illas diſpoſuit.

Adena vrbs Arabiç.
Amſtelrodamum Hollandiæ Metropolis.
Ancona ad mare Adriaticum.
Anſa celebre quondam Africę Oppidum.
Antuerpia in Brabantia, celeberrimum Emporium.
Aquiſgranum.
E Argentoratum Alſatię Metropolis.
Arzilla quondam Africę vrbs.
Atrebatum.
Auguſta Vindelicorum in Rhetia.
Azamutum Africę oppidum.
Barcino citerioris Hiſpaniæ vrbs
Baſilea.
Bethleem Luſitanię vicus.
Brema Veſtphalię vrbs.
Bruuerſauuia Zelandię oppidum.

Brugæ Flandrorum oppidum. A
Bruxellæ, Regia in Brabantia ſedes.
Brunſuicum vrbs Imperialis.
Buda Hungarici Regni caput.
Burdigala nobilis Galliæ Ciuitas.
Burgos antiquiſsima Gallecię vrbs in Hiſpania.
Buſcumducis firmum Brabantiæ oppidum.
Canonor vrbs Indiæ maxima.
Calecut in India.
Cayrus quondam Babylon.
Caſcale Luſitanię oppidum.
Caſſula vrbs Haſſię. B
Cefala Africę Inſula.
Colonia Agrippina.
Confluentia oppidum inter Moguntiam, & Coloniam.
Conſtantinopolis Metropolis Thraciæ urbs olim Byzantium.
Cuſco Peru Regni Ciuitas.
Diu Regni Cambaię in India Inſula, cuius deſcriptionem Oſorius, ſed & diligenter Petrus Maffęus in ſua Hiſtoria Indica edidit.
Drepanum Siciliæ oppidum.
Dreſda Miſniæ urbs
Ecija Hiſpaniæ oppidum.
Egra vrbs in primo Bohemiæ aditu. C
Erdfordia Thuringiæ vrbs.
Famaguſta urbs Cypri.
Florentia prima Etrurię urbs.
Friburgum oppidum in Vchtlandia.
Friſinga ciuitas Epiſcopalis Bauarię.
Francofurtum in Germania ad Męnum.
Francofurtum Marchionatus Magdeburgenſis Oppidum ad Oderam.
Fulda.
Gades Hiſpaniæ Inſula.
Gandauum vrbs Flandriæ.
Genua Lygurum Italiæ vrbs. D
S. Georgij oppidum, quod prius dictum fuit Aldea, in Hiſpania.
Glarona, vulgo Glaris Heluetici fœderis regio.
Goa Inſulæ, & vrbis commune nomen.
Goricum apud Seonhouiam.
Granata, ſiue Gar Natæ, vel Illiberis, & Illyberia, Regni Granatenſis ciuitas.
Ghroninga vrbs in Phriſia.
Hamburga, ſiue Hamburgum quondam Metropolis in Vuagria Vuādalię regione.
Heidelberga iuxta Necearum, & Hercinium.
Herbipolis, vulgò Vuirtzburg Franciæ Orientalis Vrbs.
Hieroſolyma nunc Turcarum Colonia, olim Iudaici Regni Metropolis.
Hiſpalis in Hiſpania. E
Iena Thuringiæ oppidum.
Leodium vrbs Germaniæ inferioris.
Lindia Inſulare Imperij oppidum.
Lipſia Oſtlandiæ quondam Metropolis.
Londinum vrbs Angliæ.
Lubeca inferioris Saxoniæ vrbs.
Lucerna Heluetiorum ciuitas.
Lugdunum vrbs Galliæ Tranſalpinæ.
Luneburgum Saxoniæ vrbs.

A Lutetia Prouinciæ Senonenſis.
Magdeburgum Metropolis,& Imperialis vrbs in Saxonia.
Malaca in Hiſpania.
Melita in Mediterraneo mari.
Marpurgum vrbs, Haſſiæ Metropolis.
Mechlinia Brabantiæ vrbs.
Mediolanum Metropolis Inſubrum.
Meſſana vrbs Siciliç.
Mexicum in noua Hiſpania.
Moguntia, vulgo Mentz.
Mombaza oppidum Africæ.
B Monachium in Bauaria.
Monaſterium Vueſtphaliæ Metropolis.
Monſpeſſulanus in Gallia Narbonenſi.
Montes vrbs in Hannonia.
Neapolis Campaniæ vrbs Regia.
Nemauſum vrbs Galliæ Narbonenſis.
Nordlinga Rhetiç inferioris oppidum.
Norimberga Germaniç vrbs.
Olyſippo Luſitaniæ vrbs primaria.
Ormuz Perſiæ oppidum.
Panormus Siciliæ Metropolis.
C Parma Longobardiæ vrbs.
Parthenopolis, vide Magdeburgum.
Pincia,ſiue Valliſoletum in Hiſpania.
Pictauium in Prouincia Burdigalenſi.
Praga Regni Bohemiæ Metropolis.
Quiloa oppidum Africç.
Ratiſpona vrbs ad Danubii ripam in Bauaria ſita.
Rhodus,Inſula,& oppidi Mediterranei maris nomen,prius Ophiuſa, deinde Stadia,demum Zelchin nominata eſt.
Roma vrbs in Latio mundi caput.
Roſtochium Ducatus Megalopolenſis Saxoniæ finitimum oppidum.
D Rotenburgum Franconiæ oppidum.
Rothomagus Normandiæ Metropolis.
Sala Mauritaniæ oppidum.
Salizburgum Norici Ciuitas.
Scaphuſa Oppidum ad dextrum Rheni latus.
S.Sebaſtiani inſigne oppidum in Guipuzcoa Hiſpaniç.
Sedunum primarium Valeſiæ oppidum.
Senæ in Etruria.
Septa vrbs Mauritaniæ maxima.
Solodurnum Heluetiæ Oppidum.
Spira ciuitas Epiſcopalis Germaniç.
E Straubinga Bauariç oppidum ad Danubii ripas.
Suitia Heluetiæ vicus.
Syluania Heluetiç vicus.
Tingis Mauritaniæ ciuitas.
Toletum in Hiſpania.
Traiecti nomine duo oppida vocantur, alterum inferius apud Batauos, alterum ſuperius in Thungris.
Treuiris ad Moſellam flumen,vrbs primaria Galliæ Belgicç.
Tuium (Germanice zug) oppidum.
Turonum ciuitas Galliæ.

Tigurum,

Tigurum, vulgo Zurich, Heluetiæ Oppidum. A
Pzaffin Africæ oppidum.
Vallifolerum, vide Pincia.
Venetiæ vrbs in Hadriatici maris ſinu.
Vienna Auſtriæ.
Vlma Sueuiæ vrbs.
Vrſellę Heluetiorum vicus.
Vrſina (vulgo Berna) Heluetiæ oppidum.
Vucimaria Thuringiæ oppidum.
Vueſalia inferior, vrbs apud Rhenum.
Vuiſmaria Ducatus Megalopolenſis Oppidum.
Vuirembergа Ciuitas Saxoniæ, B
Vuormatia Vangionum Metropolis, ad Rhenum ſita, quondam Borbetomagum appellata.

Ad finem autem libri ſecundi hæ vrbes habentur.

Georgij Braun appendix.

Africa, quondam Aphrodiſium Africæ oppidum.
Alexandria ciuitas in Aegypto.
Algeria oppidum in Africa.
Alhama Regni Granatenſis in Hiſpania Oppidum.
S. Ander oppidum in Hiſpania, Cantabricæ Prouinciæ.
Antequera Granatenſis regni oppidum. C
Auenio vrbs Pontificis Maximi in Gallia.
Aurelia ſiue Aurelianum Galliæ vrbs.
Badenia Ciuitas Heluetiæ.
Baiæ Ciuitas Campaniæ.
Baſilea vrbs ſita ad Rhenum fluuium.
Biturigęs (vulgo Bourges) vrbs Galliæ.
Blanmont oppidum Lotaringiæ.
Bloys Galliæ oppidum.
Bonna oppidum ad citerioris Rheni Ripas, & Colonienſi vrbi proximum.
Briellium Hollandiæ oppidum.
Burburgum Flandriæ oppidum. D
Calcaria Cliuorum oppidum.
Campi vrbs apud Iſelam.
Candia vrbs, & Inſula Mediterranei maris, quæ Creta antiquis.
Cantabrigia vrbs Angliæ.
Cliuia Ducatus Cliuenſis oppidum.
Colmaria Alſatiæ vrbs.
Conil Hiſpaniæ oppidum.
Conſtantia vrbs Sueuię.
Corfu nomen Inſulę, & oppidi, in mari Mediterraneo, antiquitus Corcyra.
Damaſcus vrbs Syriæ.
Dantiſcum. vide Gdanum ſiue Gedanum. E
Dordracum vrbs Hollandię.
Dunkerka Flandrię oppidum.
Duisburgum Germanię veteris celebre oppidum.
Embda vrbs Orientalis Phriſię metropolis.
Embrica Cliuię ducatus ciuitas.
Flauiobriga, vulgo (Bilbao) in Hiſpania Cantabriæ, ſiue Biſcalię vrbs.
Fribergum Miſenę oppidum,
S. Galli oppidum Heluetici fœderis.
Gdanum Pruſſiæ vrbs.

Genna-

A Gennapium ditionis Cliuenſis oppidum.
Gorlitium ſuperioris Luſatiæ oppidum.
Grauelinga Flandriæ oppidum.
Grodna, ſiue Grodno Lituaniæ oppidum.
Groninga Phriſiæ meridionalis oppidum.
Guleta Africanæ oræ arx.
Hala Sueuiæ oppidum.
Harlemum Hollandiæ oppidum.
Hieroſolyma olim ſancta ciuitas.
Huium ad Moſam fluuium Leodienſis diœceſeos.
Hypre ex præcipuis Flandriæ vrbibus.
B Leida, ſiue Lugdunum Batauorum oppidum in Hollandia.
Loxa Regni Granatenſis oppidum.
Limburgum oppidum.
Mantua Longobardiæ ciuitas.
Maſſilia in Narbonenſi Prouincia.
Metis ciuitas nunc Galliæ, olim Germaniæ.
Middelburgum oppidum in Zelandia.
Miſenta ciuitas Miſnenſium.
Modona.
Moſcua.
Namurcum (iuxta Moſam) oppidum.
C Nouiomagus ex quattuor Geldriæ ciuitatib.
Noueſium alias Noueſum, vel Nuſſia oppidum Colonienſis diœceſeos.
Oenipons, vel Oenipontus Tyrolenſis Comitatus oppidum.
Oxonium oppidum in Anglia.
Parentium Hiſtriæ ciuitas.
Pennon de Velis Africæ oppidum.
Puteoli Ciuitas Campaniæ.
Rochella (Latinè Rupella) Galliæ oppidum.
Roma regina Vrbium in Italia.
Rubeaquum, alij Ruſucum, & Rubiacum Alſatiæ ſuperioris oppidum.
Sibenicum ad Hadriatici maris littus.
D Sontina oppidulum Diœceſeos Colonienſis.
Traiectum ad Moſam oppidum.
Tunes maxima Africæ vrbs. Tunetum.
Vegel Hiſpaniæ Beticæ oppidum.
Velis Malaga, Hiſpaniæ oppidum.
Vindeſorium Angliæ caſtrum.
Vuiſſenburgum vrbs non procul à Rheno.
Xeres Andaluſiæ prouinciæ in Hiſpania vrbs, ſiue oppidum.

Iulius quoque Ballinus celebrium orbis vrbium icones edidit cum earundem breui hiſtorica narratione, vt diximus, vbi de Geographia egimus. *Iulius Ballinus de celebribus vrbibus.*

Gulielmus Paſtregius Veronenſis librum edidit, De Originibus rerum: in quo agi- E tur, De ſcriptis Virorum Illuſtrium Ordine literarum: De fundatoribus Vrbium: De primis rerum nominibus: De Inuentoribus rerum: De primis dignitatibus, Deque magnificis Inſtitutionibus. Venetiis apud Nicolaum Baſcacinum anno 1547. in octauo, chat. 16. & dimidia.

ARGVMENTVM
LIBRI DECIMISEPTIMI.

POESIM & Picturam hoc libro coniunximus; tum quòd æqua vtriuſque ſit poteſtas; tum ne eſſent iterandæ de pietate cautiones, ac monita; non interea neſcij, Picturam, ſicuti & Plaſticam, ac Glyphicam, quòd ad proportiones, lineaſq. ducendas, atque ad aptiſsimos colores inducendos pertinet, potiſsimum ab Arithmetica, & Optica mutuare complura; vt ſine illis haud poſſe profici eximij Pictores antiqui dixerint. Accedit, quòd tota vis Poeſeos, atque Picturæ duobus abſoluitur docendo, et delectando; quodq. Poeſis efficit narrationibus, epiſodiis, encomiis, tropis, et eiuſmodi aliis; idem Pictura facit; quæ coloribus vtens, ex ipſis rebus, aut quales hæ eſſe deberent, capeſſit notiones, quibus lineamenta, lucem, vmbram, receſſus imitatur. Vtraque item, quidquid vbique præſtantiſsimum reperit, id è multis in vnum, quod ſibi propoſuerit, transfert: vt non tam à perſonis, aut à natura didiciſſe, quam potius his dare leges poſſe videatur. Quamobrem æquum erat, ne diſſociarentur, quæ tot ſymbolis perſimiles, ac quaſi nexibus aptæ eſſent inter ſeſe. Nos igitur, quæ de iis tractanda ſunt, diſtinximus in capita, quæ ſequuntur.

ANTO-

A

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Decimus ſeptimus,

QVI EST DE POESI, ET PICTVRA ETHNICA, humana, & fabuloſa, collata cum vera, honeſta, & ſacra.

C *Quinam de Poetica ſcripſerunt; ſeu Græcè, ſiue Latinè.* *Caput I.*

POESEOS Originem, ac poematum per genera, & modos diuiſionem: materiam item, quæ ad pedes pertinet: præterea Partitionem eorum, ad quæ referuntur perſonarum expreſſio, ceteræq. periſtales, ac virtutes Poetę; nimirum prudentia, efficacia, ſiue energia, varietas, ſuauitas. Figuram quoque, ac figurarum ſpecies. deinde Characteré, hoc eſt formam dicendi multiplicem, addo & Imitationem, atque Iudicium; Et Græcorum cum Latinis, atque horum cum iis, qui Italica hodierna lingua ſcripſerũt. Collationem: quæve reliqua ad Poetices vtilitatem, iucunditatem, ac dignitatem ſpectare videbantur, Plato, Ariſtoteles, Horatius, quiq; in eos Commentaria ediderunt,
D Hieronymus item Vida, ſed & Pontanus, Marantha, Parthenius, Micyllus, & alii, de quibus dicendum eſt poſtea, tractarunt. Sanè verò Bartholomæus Lombardus Veronenſis, præfatione in Ariſtotelis librum de Poetica ad Academicos inflammatos: quæve alia in eundem librum, vnà cum Vincentio Madio Commẽtaria adiecit: Quæ item Madius hic in Poeticam Horatii; & Alexander Picolhomineus in Poeticam Ariſtotelis ſcripſit, plura ſuppeditant, quæ huc faciunt. Sed & Lilius Gregorius Gyraldus Ferrarienſis, cũ hiſtoriæ Poetarum tã Græcorum, quàm Latinorum Dialogos conſcripſiſſet, ex quibus ſcripta, & uitas eorum expreſſit, addidit iudicium de Poetis: de quibus item Andreas Tiraquellus egit, vti de aliis ſolet. Acceſſit denique Latina Iulii Cæſaris Scaligeri Poetica, ſpiſſum ſanè opus, & perſpicaciſſimi ingenii, atque ingentis in uiro eruditionis argumentum. At cum Opus illud partitus eſſet in libros ſeptẽ
E Hiſtoricum, Hylen, Ideam, Paraſceuen, Criticum, Hypercriticum, Epinomidem; pollicitus eſt ſe de Poeſi hiſtoricè ſcripturum, quod tamen non præſtitit; cum de origine Poeſeos egit, quemadmodum ſequenti capite oſtendemus, neque item omninò æquũ de Poetis iudicium tuliſſe videri poſſet, ſi quæ ſcripſit, integrè à typographis fuiſſent excuſa, nam hęreticos Geneuenſes, qui eius Poeticam ediderunt, quædam ademiſſe, quędam adiecisse eius operibus, ut poſteà dicemus, mihi pro comperto eſt. Quin & in quibus Veteres, & alii notantur, atque ubi de ritibus Catholicę Eccleſiæ nonnulla carpuntur, eò magis hic præmonenda ſunt, quòd ſub tanti Viri nomine ſenſim poſſent legentium mentes à ſemita ueritatis auerti.

Andreas Tiraquellus vbi de nobilitate.

Lib. 1. cap. 2.

Quædam in Poetica Scaligeri expenſa, *Cap. II.* A

AC quidem vbi abundantiore ſenſu Ariſtotelem, Pauſaniam, & ceteros reprehendit, non adeò magni momenti eſſent, vt præcauerentur; niſi quòd quanto Iuuentus in omni veritate veſtiganda curabitur eſſe circumſpectior, tanto deinceps oculatior fiet aliis in grauioribus rebus, vt neque omni ſpiritui credat; & verò quod bonum eſt tantum requirat, & teneat. Neque enim deſunt, qui ægrè ferunt à Scaligero reprehendi Ariſtotelem, qui tragędiam in fabulam mores, dictionem, ſententiam, apparatum, melodiam diuiſerit; cum tamen hunc doctiſſimi viri tueantur eo loco non quantitatis, ſed qualitatis partes enumerantem. Platonem autem accuſandum eſſe non cenſent, quaſi omnes è Republ. Poetas exegerit (quem tamen excuſat Maximus Tyrius, cum improbos tantum eieciſſe dicat) quodque Phędonem, & Sympoſia ſcripſerit, quæ Scaliger nominat monſtra. Nec me latet, quæ de Pythiis ludis, B atque Hercule dicat, quem admeto Regi ſeruiuiſſe conſtat è Pauſania. At cum de coronæ vſu loquitur, quem à Promethei vſque temporibus deductum à doctioribus, ſcribit, poterat addere, eundem morem ab Athenæo ex vetuſtiſſimo Auctore tributū Iano; ac Tertulliano referente, ex antiquiſſimo Scriptore Claudio Saturnino à Pandora primam coronam inuectam fuiſſe. Ceterum idem ipſe Saturninus ſcripſit ſenſiſſe Pherecidem, Saturnum fuiſſe coronæ inuentorem. Saturnus autem & Ianus ſine dubio fuere Prometheo antiquiores. Addo Diodorum, eodem Tertulliano ſcribente, velle Iouem, qui Prometheum vinxit, coronatum fuiſſe victis Titanibus. Sed & alia ſunt, quæ antiquitatis periti facile animaduertēt, ſi alterum ſemper oculum antiquioribus legendis admouerint, quemadmodum alteri parti audiendæ melior auris ſemper aſſeruanda eſt.

Cap. 11.
Cap. 2.
Lib. 1. cap. 2.
Cap. 13.
Tertullian. de Corona militum.

Sed quoniam extant in alijs eius Operibus nonnulla, quibus mores Catholicæ religionis carpuntur, eadem omnia delenda ſunt, & Iuuenes præmonendi, ne quam inde labem animis ſuis aſpergant. Quale illud, dum tanquam ridicula exprobratur corona Monachorum: aut cum hæc ipſa leguntur verba libro 3. Poetices, qui & Idea inſcribitur, cap. 1. *Nam iſta noſtra monſtra* (inquit) *qua Monaſticam addidere, non intelligunt, hominem eſſe animal ſociale.* Sic ibi. Vix autem crediderim è Viro, qui peracri fuit iudicio, & plurimæ lectionis, iſta excidiſſe, cum coronæ Monachorum, & Sacerdotalis, plerique antiquiſſimi Viri mentionem fecerint. [a] Dionyſius Areopagita, [b] Anicetus Pontifex, [c] Athanaſius, [d] Palladius; [e] Hieronymus, [f] Epiphanius, [g] Auguſtinus, ac rurſus coronæ ſacerdotalis [h] Hieronymus, & [i] Auguſtinus, [K] Concilium item Carthaginienſe, [l] Toletanum; [m] Iſidorus denique & [n] Beda. Ac de ſtatu Monachorum, quæ encomia & in ſacris & in Patrum ſcriptis paſſim leguntur, ſuperuacaneum fuerit dicere, iis, qui vniuerſam antiquitatis ſcholam, veteresque Chriſtiani Orbis Patres legerint. *Videlicet huius vita* (Monaſticæ) *auctor Paulus,* (inquit Hieronymus ad Euſtochium) *illuſtrator Antonius, & vt ad ſuperiora conſcendam, Princeps Ioannes Baptiſta*; de quo, vti & de toto Monaſtico ſtatu cum ſexcenti, ne dicam mille, tum noſtri Petrus Caniſius, & Bellarminus Card. egregiè ſcripſerint, blaſphemas hæreticorum calumnias facilè conuincunt, quę eo procliuius irrepſerunt Opera Scaligeri, quò apud [o] Ioannem Criſpinū Caluinianum Geneuæ primò ſunt editi, licet locum ſuppreſſerit, vt venalia eſſent exemplaria. Quare quod ſubiectum eſt Franciſci Beroaldi Epigramma Gręcū, in eiuſdē Criſpini hominis peſtilentis laudē, pari cura ex eodē hoc Opere eximendu eſt. C D

Corona Religioſorum antiquiſſima.

a Dionyſius. b Anicetus Pont ad epiſcopos Galliæ. c Athan. lib. de Virginit. d Pallad. in hiſt. Lauſiaca, cap 45. e Hiero. epiſt. ad Saben. f Epiphan. hæreſi 80. g Aug. de op. Monachor. capit. vlt. h Hieron. ep. ad Aug. quæ eſt 26. inter Aug. epiſt. i Aug. epiſt. 147. K Conc. Carthagi 4. can. 44. l Tolet 4 cane 40. m Iſido. lib 2. de off diu c. 4. n Beda lib 3. hiſt Angl. capit 22. o Io Criſpin. peſtilens Typographus.

Scaligeri Iudicium de Poetis antiquis, atque recentibus. *Cap. III.* E

PErgit autem Scaliger de Græcis, Latinisque Poetis iudicium ferre, pręter illa, quæ Quintilianus, & alii attulerunt: idque facit accuratè libro quinto, qui & Criticus dicitur, vbi agitur, de imitatione, atque iudicio; & libro ſexto, quem inſcripſit Hipercriticum; Quintò nimirum, vbi confert Græcos Poetas cum Latinis, ac inprimis Homerum, atque Virgilium, & ex his alios; Sextò autem, quo ſcribit iudicium de ætatibus Poeſeos Latinæ, quas ſtatuit quinque, vbi expendit Plautum, & Terentium, deinde & recentiores, Marullum, Petrarcham Philelphū, Vægium, Bigum, Augurellum, Angerianum, Baptiſtam Fieram, Mycillum. Quinetiam Baptiſtam Mantuanū Carmelitam, Accium, Rogerium, Vulteiū, Cordū, Molonū, Amaſæum,

A ſæum, Alexandrum, Gaidanum, Mombritium, Rodophilum, Doletum (quem reprobat) Verinum, Egnatium (ac de Verino inquit:) *Circumferuntur Michaëlis Verini adoleſcentis quædam carmina maturo digna viro, quibus ob illius probitatem, ob ipſorum grauitatem, non ſolum a me nulla caſtigatio, ſed etiam ab omnibus Poetis debetur ſumma laus)* Michaelii Verini carmina cur digna lectu.
Strotios, Mutium, Palingenium, Pierium, Cottam, Aonium, Beatianum, Naugerium, Collarium, Aleiatum, Caſtilioneum, Fauſtum, Bonincontrum, Lancinum, Altilium, Eraſmum, Melanchthonem; De quibus Eraſmo, & Melanchthone, vt de Stigelio, Aemilio, Acontio, Vuolfio, Camerario, ſi ea, quæ opus erant inprimis ſcripta fuiſſent, videlicet, eos aut in fide nutaſſe, aut in hæreſes prorſus corruiſſe, minus eos laudaſſet, cum & hoc ad hæreſes illorum inſinuandas malè ſanis mentibus poſſit addere ſtimulum: Quamuis & hæc libris adiuncta fuiſſe Scaligeri ab hæreticis, eſt cur dubitem, qui
B poemata ipſius in Gallijs ante triginta annos ſcripta, & edita viderim: vt neque mirandum ſit, nihil de Prudentio, Sedulio, & alijs priſcis, ac pijs Poetis hoc libro à Scaligero agi, cum hæc Geneuæ, vbi liber eſt editus, haud cudantur. Ceterum, & reliquos Poetas ferè æquales noſtros, ac certè huius ſeculi Scaliger iudicat Pontanum, Sannazarium, Fracaſtorium, Cerratum, Bembum, Politianum, Vidam, in quibus cum nō ſemper, neque in omnibus neruum, numerum, candorem, venuſtatem admiretur, errores item notat, & corrigit. In alio autem noſtri ſeculi Poeta cum quædam reprehendat, quæ legenti Scaligerum eo in loco ſunt obuia, *Sic* (inquit) *idem etiam cum Dominum Ieſum Heroa vocat, valde me commouit, ſanè vox impia, & vtroque indigna, ne arguetur quippiam heroem è ſemiſſe Deum, ex altero ſemiſſe hominem. Non poſſunt monſtrorum figmenta vero Deo noſtro conuenire. Nam qui et magnanimi quoque adiecit epithetum; aut*
C *Ariſtotelem, aut ipſum Ieſum ludere dicetur.* Hæc ille.

Hos cum expendiſſet, aſcendit ad quartam ætatem, in qua agit de Marco, Sereno, Sidonio, Calphurnio, Boetio, Auſonio, Paulino, Claudiano: de Nemeſiano item acturus, niſi quòd cum Gratio, qui fuit ſecunda ætate, cum comparaturus, illhuc retulit de eo iudicium. Ac de Boetio quidem ait: *Boetij Seuerini ingenium, eruditio, ars, ſapientia, facilè prouocat omnes auctores, ſiue illi Græci ſint, ſiue Latini; ſeculi barbarie eius oratio ſolum deterior inuenitur: At quibus libuit ludere in Poeſi, diuina ſanè ſunt, nihil illis cultius, nihil grauius, neque denſitas ſententiarum Venerem, neque acumen abſtulit candorem. Equidem cenſeo paucos cum illo comparari poſſe. Valla docet eum Latinè loqui, at Vallam Boetius bene ſapere.* Sic Scaliger cordatiſſimè. cap. 5. Hipercrit. Boetii Laus.

Mox venit ad tertiam ætatem, in qua agnoſcit Sulpitium, ſententiamque ſuā pro-
D nunciat de Perſio, Iuuenale, Martiale, Seneca, Valerio Flacco, Silio, Statio, Lucano; illud de Martiali piè, hoc eſt rectiſſimè obſeruans, eum inquit: *Multa ſunt eius Epigrammata diuina, in quibus & ſermonis caſtitas, & argumenti ſpecies luculenta eſt, verſus verò candidi, numeroſi, pleni, denique optimi. Alia fœda ne legerem quidem, tantùm abeſt, vt ad cenſuram vocem.*

Deinceps ſecundam perſequitur ætatem; in qua Gratium, & Meneſianum, Quintilium Varum, Sabinum, Propertium, Ouidium, Tibullum, Catullum, Horatium examinat, nec tacet quibus è locis explodendæ ſunt partes eorum ob impudicitiam, & laſciuiam; vt de Catullo item dicat: Multa (in eo ſunt) quorum pudet, multa languida, quorum miſeret, multa coacta, quorum piget, Cap. 7.

De Iulij Cæſaris Scaligeri Poematibus. *Cap. VIII.*

E AT verò vt ad ipſa Iulij Cæſaris Scaligeri poemata veniam, quando, & hinc aliquod de viro iudiciū, ferri poteſt, ſciendum eſt plura extare, quorum nomina hæc ſunt. Apiculæ, vbi epiſtolæ. Adamantij Catelli tumulus. Vrbes. Nemeſis. Heroes. Logogriphi. Teretiſmata, vbi Satyræ, Archilochus, Manes Catulliani. Noua Epigrammata. Hipponax, Ara, Farrago, Sydera, Hymni, Thaumantia, Anacreōtia, Epidorpidum lib. 8. Aræ Fracaſtoreæ, Lacrimæ, De Regnorum euerſionibus, Nimphę indigenę, Aenigmata.

Veruntamen quoniā & hęc à Geneuenſib. hęreticis edita fuerūt ann. 1574 ſuppreſſo loci, & Typographi noīe, propterea ſciendū eſt, vt pleraq; paſſim inſperſa ſunt aduer-

ſus Eccleſiam Catholicam, ſiue in Tereti ſmatibus, ſiue in Hiponace, & Logogryphis, ſiue in libris Epidorpidum, & de Regnorum euerſionibus, ſic ab ijſdem hæreticis detruncata eſſe quæcunque Scaliger de cælitum ſanctitate, veneratione, & inuocatione olim piè, ac catholicè ſcripſerat.

A

Græcorum monita in legendis Poematibus. *Cap. V.*

IAm verò etſi Baſilius, ac Plutarchus Græci Auctores, Chriſtianus ille Theologus, Ethnicus hic ſcriptor, ea ratione, qua ceteri, de Poetica non ſcripſerunt: ea tamen in legendis Poematibus profanis præcepta, & monita tradidere, vt nemo Poetas lecturus, vel expoſiturus, præcipua quædam ex illis prætermittere debeat. Quæ vtinam tanquam antidota propinarentur adoleſcentibus, antequam ad venena, quæ in pleriſque Poetis latent, accederent.

B

Greg. Naziãzenus quam materiam delegit ad poeſim.

Quin & Gregorius Nazianzenus, cum re ipſa, qualia eſſent pangenda carmina, ſummus videlicet Theologus, atque Poeta monſtraſſet, paucis, ſed facundiſſimis carminibus, quęnam, & quanta Chriſtianis ingeniis materia Poeſeos ſe offerret, ſic innuit. Organum Dei ſum, ac bene modulatis carminibus Dei, quem omnia contremiſcunt, laudes cano; cano inquam, non Troiana, non Argonautas, non aprinum caput, non celebrem Herculem, non quomodo aptiſſima compage terra cum mare cohęreat, non gemmarum ſplendorem, non cęleſtium orbium curſus, non furioſos amores, non eximiam iuuenum lyram prioribus digitis molliter pulſantium, formam. Verum Deum illum magnum. Trinitatiſq. lumen cano, magnoſq. Angelorum hymnos, quibus propius ſtantes certatim mecum celebrant, cano etiam Mundi concentum, & quidem pręſentis vitæ concentum longe præſtantiorem, quem omnibus rebus ad vnum finem properantibus auidè expecto. Cano inſuper immortalem Chriſtiani paſſionum gloriam, quibus me humanam formam cęleſti admiſcens Diuinitate affecit.

C

Mixtionem meam, & temperationem cano; neque enim creationis meæ ratio vllo ſermone pro dignitate explicari poteſt, quove pacto ex cęleſti, & terrena natura concinnatus ſim. Hominibus poſtremo Dei legem, Mundiq. facinora, ac conſilia, reiq. vtriuſque fidem cano, vt nimirum, & illa animo tuo condas, & ab his quàm longiſſimè fugias, diemq. aduentantem extimeſcas. Hęc ſunt, quę lingua mea cytharæ cuiuſdam inſtar modulatur. Quò magis nobis, qui ſacerdotii munus obimus, prouidendum eſt, ne quẽ vllum ſonum edamus, qui ab huiuſmodi concentu diſcrepet. Equidẽ ipſe puris ſacrificijs, quib. magnum illum Regem mortalibus concilio, puram linguam ſeruabo: Neque enim committam, vt ab aliena lingua, fędaque, atque obſcęna mente viuificũ illud ſacrificium puriſſimo Deo mittam. Ex vno eodemq. fonte non ſimul & dulcis, & amarulenta aqua ſcaturiet: purpureæ veſti cænum minimè conuenit. Quid enim? Nonne ſacerdotis filius ignis alienus olim exitium attulit, q̃ ſacrificio manus ſuas impunè admouiſſent? nonne ſacroſancta Dei Arca mortẽ ei accerſiuit, qui labantẽ, & inclinatam contrectaret? His exẽplis cõmoueor, grauiſſimèq. vereor, ne quid mihi mali purã Trinitatẽ impurè attingenti diuinitus accidat. Atq; vtinam ſceleratam quoque mentẽ dies multos huc, illhucq. temerè vagantem velut fræno quodam propius ad me tam cogere, atque inflectere, aut certè à fraude, & impoſtura omninò liberam in pectore retinere liceret. Hæc (Gręco licet carmine) Nazianzenus.

Sacerdoti nullus edendus ſonus, qui à concentu Diuino diſcrepet.

D

Moyſes, & Dauid quænã cecinere.

Verũenimuero multo antea Moyſes, & Dauid eadem cecinere, qui & Poetices materiam vberrimam, veriſſimam, ſublimem, dignam mentibus, quæ à Deo factæ ad Deũ anhelant, poſteris reliquerant. Quæ ſi, vt ſecundo libro huius Bibliot. Selectæ ſcripſimus, cum omnibus Epicis, cumq. Pindari Epinicijs, quę ille inſcripſit Olympionica, Nemeonica, Pythionica, conferantur, nemo non viderit, quàm iſta meras ſapiant nugas, & ineptias præ Diuinis illis, ac iucundiſſimis laudibus, quibus imbuendi eſſent adoleſcentum animi, prius quam falſis Poetarum fabulis, ac ſomnijs oppleti, locum deinde aut anguſtiſſimum, aut nullum cæleſtibus, quæ altiſsimè animos attollunt, & paſcunt, myſteriis linquerent.

E

Macarius Mutius Camers.

Sed & ineũte hoc ſeculo Macarius Mutius Camers aureũ emiſerat libellũ de ratione ſcribendi Poemata; quẽ deniq; diu deliteſcentẽ, ac penè ex hominũ memoria penitus ſublatũ, huic noſtro labori adtexuimus, digniſsimũ quidem qui legatur ab omnibus.

A Atqui & plures ante annos, quàm ſcriptor ille ad noſtras manus peruenitet, rogati à Laurentio Gambara Brixiano Poeta, vt eius nomine tractationem de recta Poeſeos ratione ſcriberemus, aſſenſimus; Quæ ſæpè è Typographiis Romana, Lugdunenſi, Veneta prodiit.

Quinam hoc ſeculo de Poetica ſcripſerunt Italica lingua. Cap. VI.

INter eos vero, qui & Italica hodierna lingua, & ſoluta oratione de Poetica ſcripſerunt, numerantur quattuor, Antonius Minturnus, Ioannes Baptiſta Giraldus, Io. Baptiſta Pigna, Franciſcus Patricius. Ludouicum Caſteluetrium haud addimus, niſi quatenus conceſſu Apoſtolicæ Romanæ Sedis alicui legere licuerit expurgatum: quemadmodum Indice prohibitorum librorum admonemur: Qui etiam ſi legi
B poſſit, expediet, vt quę Annibal Charus aduerſus eundem Caſteluetrium ſcripſit primò percurratur.

Ant. Minturnus. Io. Bapt. Giraldus. Io. Bapt. Pigna. Franciſcus Patricius. Ludouicus Caſteluetr⁹.

Sed ad Minturnum quod attinet, pręcepta ille Heroica, Tragica, Comica, Satyrica, & aliarum Poeſeon etiam Italicarum tradidit. Franciſcus autem Patricius accuratè, eruditè, fideliter hiſtoricam Poetarum decadem de origine, ac progreſſibus Poeſeos ſic edidit, vt primo libro egerit de furore Poetico. Secundo: num Poeſis orta ſit è cauſſis ab Ariſtotele allatis. Tertio: num Poeſis ſit imitatio. Quarto: num Poeta ſit imitator. Quinto: num Poemata ſcribi poſſint oratione ſoluta. Sexto: Num fabula magis, quam verſus ſit propria Poetæ. Septimo: num Empedocles maior Homero, Poeta fuerit. Octauo: num ex hiſtoria poſſit Poema formari. Nono: num antiqua Poemata conſtabant harmonia, & ryt hmo. Decimo: num ſint plures imitationis modi:
C quibus expendit, quæ ſibi fuerant obiecta: quæve ad eximij Poetæ Torquati Taxi Poema Italicum de Hieroſolyma recuperata, ſiue de bello Syriaco pertinent, quod tamen editum eſt poſtea ab eo recognitum.

Poetices Origo, Diuiſio, Vtilitas. Ac num Poetæ vocandi ſint, qui de naturalibus, aut ſupranaturalibus, vel item de moralibus hiſtoricè, ſed carmine ſcripſerunt. Cap. VII.

PLato in Ione Poeticam Diuino cuidam tribuit Numini: quamobrem artem eſſe negat, quaſi non tam induſtria, & labore, quàm Diuino afflatu comparetur. Ea uerò, quoniam res, non tam imitari, quàm facere videtur (vnde & nomen πα-
D ρὰ τὸ ποιεῖν accepit) addat autem ficta veris: vel fictis vera imitetur: deinde item, quoniam maiore ornamentorum apparatu, quàm Rhetorica, propoſitam ſibi materiam explicat; ab eodem Platone ſpecies Rhetorices fucatricis in Gorgia eſſe dicitur.

Plat. in Ione. Origo Poetices. Cur Poetica ſic dicta.

Ariſtoteles autem naturalem quidem dicit eſſe Poeticã, ſed quæ arte iuuari queat, & perfici. Sed & cum dicit, Poetarum aliquos à natura eſſe bene formatos: non negat tamen aliquos à mente abſtrahi tanquam furore percitos. Id quod poſtea planius Cicero, vt ſolet, pronunciauit, cum ſcripſit, Poetam neminem ſine inflammatione animorum exiſtere poſſe, & ſine afflatu quaſi furoris.

Ariſt. lib. Poet. Cic. 2. de Oratore.

Pindarus in eo ſe gloriatur aduerſariis Bacchylide nimirum, & Simonide eſſe ſuperiorem, quòd ipſe natura Poeta ſit, illi autem didicerint à Magiſtris, in quo tantum eſſe vult, vt eo potiſſimum nomine, ſe aquilę, illos coruorum ſimiles eſſe dicat:

E Σοφὸς (inquit) ὁ πολλὰ ἰιδὼς φυᾷ   παγγλωσίᾳ, κόρακες ὡς ἄκραντα γαρύετον
μαθόντες δὲ λάβροι   Διὸς πρὸς ὄρνιχα θεῖον.

At rurſus Plato, quemadmodum variæ ſunt imitationis ſpecies, ſic uarias Poeticas facit. Veram alteram, quam εἰκαστικὴν: alteram falſam, quam φανταστικὴν, hoc eſt phantaſticam nominat. Veram inquam illam, quòd honeſta docendo delectet; quippe quæ uerſatur in materia laudabili: falſam autem, quæ obſcęna, & uitioſa in animos hominum ſuis illecebris inſtillet: quam propterea idem Plato è ſua Repub. exterminare uiſus eſt. Nos primum de uera, deinceps de falſa dicemus.

Diuiſio Poetices. Vera Poetice. Falſa Poetice. *Plato lib. 10. de Repub.*

Primum igitur ſe offert Diuina Poetica, cuius ante omnes Sacrę literæ mentionẽ faciunt, ſicut de Moyſe locuti, oſtendimus. Eius uerò Poeticæ qui primum Auctorem

Diuina Poeſis.

faciunt Tubalem, quem Scriptura dicit Patrem fuiſſe omnium canentium cythara, A
haud male dixerunt; quamuis & antiquior fuerit, quemadmodum euicimus, vbi Sca
ligerum Picro Macedoni Poeticæ originem tribuẽntem refutauimus. Porrò ſacram
Poeſim attentarunt imitari Orphęus, Muſęus, & alij Gręci antiquiores: ſed vt liqui-
dam cęleſtium rerum notitiam non hauſerant, Poeticam ipſam contaminarunt.

Lib. 1. Biblioth. Select. ca. 25.

Naturalis Poëſis.

Sequitur Naturalis, qualis inter Ethnicos fuit Empedoclis, Nicandri, Oppiani,
Arati, Lucretij, Pontani, Fracaſtorij, & reliquorum: ſed quę in Lucretio cauenda ſint,
ea poſtea dicam.

Moralis Poetica.

Naturali ſuccedit Moralis, vt Phocylidis, Pythagoræ, Theognidis, & eorum, qui
mox Elencho Poetarum aliquot tam veterum, quàm recentiorum erunt adſcripti.

Oeconomica, & Politica Poeſis.

Sub Morali locari poſſunt, qui Oeconomica verſu conſcripſere, quales Heſiodus, &
Virgilius ſuis Georgicis: quive Politica ſiue ciuilia, vti Solon, Tyrtęus, & reliqui: Dein B
de qui varia illa perſecuti ſunt Epica, Lyrica, Comica, Tragica, Epigrammata, non ab
leganda, ſi ad virtutem inducant, vitioſa non admittant.

Poetica. Epica. Lyrica. Comica. Tragica. Epigrãmata.

Nũ veri Poetæ dici poſſint, qui hiſtorica, vel naturalia, & alia Philoſophica ſcripſerũt, carmine. Dionyſii Lã bini ſententia.

Hic verò litem non fecero, num ii Poetæ ſint, qui argumenta rerum naturalium, vel
Geographica, vt Dionyſius de ſitu orbis, vel qui Columbeidem, hoc eſt Chriſtopho-
ri Columbi nauigationem, vel hiſtorica, quemadmodum Lucanus, carmine ſunt per-
ſecuti. De his enim cum agitata res ſit ab ijs, qui de Arte Poetica ſcripſere, tum in
ſententiam Dionyſij Lambini dudum eſt, cum deſcendi, qui in Epicis non eos tantũ
numerandos eſſe ducit, qui res fortiter, & pręclarè geſtas, bellaq. cecinerunt, vt Home
rus, Apollonius, Ennius, Varus, Virgilius, Lucanus: aut qui de agricultura ſcripſerunt,
vt Heſiodus, aut qui de piſcibus, & venatione, ut Oppianus: uerum etiam, multòq. a-
deo magis eos, qui rerum cauſſas occultas, atque à natura inuolutas verſibus explica C
runt, ut Empedocles, & Lucretius: & qui de affectibus animi comprimendis, de uirtu
tibus expetendis, de uitiis fugiendis heroico carmine præcepta reliquerunt, ut Pytha
goras, ut Phocylides, ut Horatius. Nam cum è rerum naturalium cognitione, morũ-
que, ac uirtutum explicatione homines efficiantur, neſcio quo modo, maiores, atque
elatiores: & cum ex utraque re animi magnitudo contra aduerſa, rerumq. humanarum
imbecillitatem, fortitudo contra mortis timorem, temperantia contra libidinem, con
ſtantia Catholicę Religionis contra hęreſes comparetur: Poetis autem hoc maximè

Primo loco debent Poetę homines facere meliores: deinde delectare.

propoſitum eſſe debeat, ut Lectorem reddant meliorem: ſecundo loco, ut delectent:
abſurdum ſit profectò, cum, qui talia argumenta heroico carmine pro rerum dignita-
te tractarit, indignum Poetę nomine iudicari: bellorum autem, & rerum ruſticarum,
ac ſimilium Scriptorem, ſolum in Poetarum numero, cętuq. collocari. Magnopere e- D

Lambinus recte putat Poeſim non eſſe imitatione ſola metiendam

Quę requirã tur in Poeta

tiam Lambinus ab iis diſſentit (quamuis graues ſint Auctores) qui Empedoclem, &
ceteros huius generis Scriptores è Poetarum choro ſuſtulerunt; nihilq. eos neq. Poetę
proprium, neque cum Homero commune, pręter numeros habere pronunciarunt, ijs
uerò libentius aſſentitur, qui illum, & Philoſophum pręſtantem, & optimum Poetã
fuiſſe cenſuerunt. Non enim poeſim imitatione ſola, ſed numeris, & figuris, & uirtuti
bus poeticis metiendam putat: neque Poetam imitatorem quendam ſtatuit tantùm,
ſed ingenio excellentem uirum, & mente concitatum, & penè (vt ille dicit) diuinum:
verbis porrò non ſemper vtentem vſitatis; & popularibus, & de medio ſumptis, ſed

Os magna ſonans Poeta debet eſſe. Dauid, & alij Pſalmographi, veri Poetę.

interdum, & quidem ſępius nouatis, priſcis, longè arceſſitis: res magnas, res admirabi-
les, res abſtruſas, ac reconditas in lucem proferentem. Denique ei, cui ſit ingenium,
cui mens diuinior, atque os magna ſonaturum, dat nominis huius honorem, vt iubet E
Flaccus.

Poëmata fabuloſa veras eſſe fabulas. Ariſtot. aſſerit Poetas multa mentiri.

Hęc igitur cum ita ſe habeant, certiſſimum eſt, ea, quę Regius Propheta, quęve alii
ad Dei gloriam concinuerunt, tantum abeſſe, quin veram Poeſeos formam habue-
rint pro ratione rerum, quas ſcribendas ſuſceperant; vt reliqua Poemata, quę tantum
ex fabuloſis inuolucris conſtant, fabulę potius ſint, quàm Poemata; nam & propter
huiuſmodi Poematum genus, vetus illud prouerbium in ore multorum fuit, Poetas
multa mentiri; vti vel ipſe Ariſtoteles inquit primo libro Metaphyſicorum.

Honeſtę Poeſeos laus.

Ceterum honeſtę omnis Poeſeos ingens vtilitas eſt, atq; ad res ediſcendas com
moditas: vt vera dixerit, qui eam adoleſcentis animi nutricem, & alumnam uocauit.

Certè

A Certè ipſe carminum flexus, & numerus, ut animum allicit, ſic memoriæ hæret; variaq; iucunditate mentem permulcens, facit, ne penè unquam ea, quę rectè percepit, obliuiſcatur. Quin & incitat ad laudanda Dei opera, magnoq; eſt ad remiſſionem curarum leuamento. Quę quoniam duabus Orationibus, quæ ſunt ſexta, & ſeptima Franciſcus Bencius noſter eleganter, ac piè eſt perſecutus, Lectorem ad illum remittimus, cuius extant uiginti duæ orationes, Romæ editæ, quæ & Ingolſtadij poſtea recuſæ ſunt numero aucto. Quin & ex Poetarum, & apum comparatione, quam M. Antonius Muretus lib. 8. cap. 1. variarum lectionum argutè, ac doctè attulit, utilitatem ipſius Poeticæ vnuſquiſque intelliget. De qua item Petrus de Valentia in Benedicti Ariæ Montani hymnos, & ſecula hoc ipſo anno breui præloquio ſatis cordatè ſcripſit.

Poetarum, & Apum compa- rationem uide in M. Ant. Mureti lib. 8. c. 1. uariarum lectionum. Ariæ Montani hymni editi Antuerp. 1593.

B *Vſus qualis, ac fructus è Poetis Ethnicis. Adduntur cautiones.* *Cap. VIII.*

CAVTIO PRIMA.

ID verò ante omnia ſatendum eſt, è pleriſque Poetis Ethnicis multa quoque intelligi poſſe, quæ ad rerum naturas veſtigandas, & ad mores efformandos pertinent: Stylum item, ac verborum proprietatem ſiue Græcæ, ac Latinæ, ſiue aliarum linguarum ex iis poſſe comparari: delectum tamen eorum habendum, & cautiones omninò adhibendas, quas ipſimet Ethnici, ſed altius, atque ſolidius Patres hac de re docuerunt. Earum verò prima hos, qui ſequuntur, auctores habeat.

Prima cautio.

Quod facere (inquit Iſocrates) *duxeris eſſe turpe, ea exiſtima, ne pulchrum quidem eſſe dicere.* Idem Perſæ, ut ait Herodotus, obſeruabant.

Iſocrates ad Dæmonicũ. Herod. lib. 1.

C Ac Iuuenalis inquit: Satyra 14.

Iuuenalis.

Nil dictu fœdum, viſuque hæc limina tangat,
Intra quæ puer eſt: procul hinc, procul ite puellæ,
Lenonum, & cantus pernoctantis paraſiti;
Maxima debetur puero reuerentia, ſi quid
Turpe paras. Nec tu pueri contempſeris annos,
Sed peccaturo obſiſtat tibi filius infans.

Eòdem ſpectant, quæ Ouidius cecinit.

Ouid. lib. 2. de remedio Amoris.

Eloquar inuitus, teneros ne tange Poetas,
Submoueo dotes impius ipſe meas.
Callimachum fugito, non eſt inimicus amori;
D *Et cum Callimacho tu quoque Coe nocens;*
Me certe Sappho meliorem fecit amica,
Nec rigidos mores Muſa Thaleia dedit.
Carmina quis potuit tutò legiſſe Tibulli?
Vel tua, cuius opus Cynthia ſola fuit?
Quis potuit lecto durus diſcedere Gallo?
Et mea neſcio quid carmina tale ſonant.

Plutarchus certè homo, licet à noſtra religione alienus, monet, haud minus paratos eſſe debere, qui Poetas legunt, quàm qui ad vitandam ebrietatem de collo pendentibus ametyſtis lapidibus vtuntur. Quemadmodum enim (inquit) ad vrbis expu- E gnationem, reliquis aliis obſeratis, ſatis vna eſt, quę pateat porta, qua hoſtes irrumpant, ita cuſtoditis ſenſibus, ſi ipſæ tantum aures falſa, turpiaq; excipiant, ſummam afferunt perniciem menti, cuius propè ſedem locati ſunt. Quamobrem, & perito Duce opus eſſe ait; & inter tot fabulas, atque commenta, quę tumultu omnia opplent, mentemq; è proprio quaſi deturbant loco, cautiſſimè incedat oportet, quiſquis ſalutis ſuę ſerio curam gerit.

Plutarchus Opuſc. quomodo legendi ſunt Poetæ.

S. Hieronymus illa interpretans verba. *Et dedit Terra eorum ranas in penetralibus Regum ipſorum*, in ranis inquit, Poetarum carmina deſignari; qui à Catholica regula diſcrepantes, Regum terrenorum corda deceptionum fabulis replent.

Hieronym. in Pſal. 77.

Eadem fermè repetit, cum alia illa verba expendit. *Et ranam, & diſperdidit eos.* Quin & Damaſo ſcribens; Abſit, inquit, ut de ore Chriſtiano ſonet, Iuppiter omnipotens

Verba quædam Poetarũ magis porten- ta quam verba.

nipotens, & mehercule, mecaſtor, & cetera magis portenta, quàm verba. A

Quę cum unà cum alijs dixerit Vir ſanctus Auguſtinus, ea alibi attulimus; Is au-tem torrentem Tartareum Poetarum iſtorum lectionem vocat.

Lib. 1. Biblioth. Selectæ c. 25.

Deteriores denique eſſe pernicioſiſſimis lenonibus, non defuere qui dixerint Poe-tas, quod iſti & libera fronte, & quaſi perpetua illecebra animos è ſtatu dimoueant honeſtatis.

SECVNDA CAVTIO.

Clem. Strom. lib. S. Baſilius quomodo legē di ſint Autq. S. Aug. lib. 2. de Doct. Chriſtiana c. 20. Niceph. li. 10. cap. 26. Clem. Strom. lib. 6. Cyril li. 3. aduerſ. Iulianū. Rom. 1. Lib. 7. Exod. 12. S. Aug. de Doct. Chriſt. S. Hieron. in epiſt. ad Magnum Oratorem, cuius ſupra. Sebeſium noſtrum. Ioā. Damaſc. lib. 4. de fide orthod. c. 18. Tertul. lib. apolog. contra gentes. Iuſtin. Protreptice, ſeu admonitorio contra gentes. Euſ. Cæſar. de Præpar. Euā. Theod. Cyrēſ. de curat. affect. Græcarū. Hieron. ad Lætam ep. 7.

Addo, Patres antiquos (ſi quis illos nobis obiecerit) tum Græcos, tum Latinos, di-ligenter quidem voluta ſſe Poetas Ethnicos; at ideo, ut non tam inde elegantiam di-cendi addiſcerent, quàm vt gentilium errores confutarent: nam cum ſuum quoddam Græci habuerint naturale teſtamentum, nempe unius Dei cognitionem, quam illis B Deus apertam exhibuit, ex ſuo ipſorum teſtimonio potuere conuinci; quòd (vt Cy-rillus ait) Græci contra ineffabilem gloriam omnipotentis ſceleſtum figmentum cō-poſuerunt, ac quodam quaſi laqueo animas ſimpliciorum illaqueantes, quem cogno-uerant Deum, non vt Deum glorificauerunt, ſed partim metu, partim veritatem in iniuſtitia detinentes, euanuerunt in cogitationibus ſuis: ac proinde Sapientiam Dei quæ iuſtiſſimè illos deſeruit, fuiſſe ſtultificatam. Quamobrem ſicut Hebræi vaſa ar-gentea, & aurea mutuati ſunt ab Aegyptiis ad eorum expoliationem, ac ſubmerſio-nem; & Dauid de latere Golię ſuperbiſſimi gladium eripuit ad eum necandum; ita ex eorum quaſi armamentario, quæ quidem iure noſtra ſunt, tela ſumuntur, ut eo-rum errores oppugnentur, non defendantur; impietas detegatur, non nouis iisdem ſcriptis religione vera obſcurata mendacium illuſtretur. C

Et ſanè, ut ſtrenui militis eſt ſuis ipſius armis ferire hoſtem; ita (quemadmodum S. inquit Gregorius Nazianzenus) prudentis eſt viri efficere id, quod in venenatis quibuſdam, & reptilibus feris accidit, quarum carnes utiliter ad ſalutem pharmacis, & remediis admiſcentur. Sed ut grandis eſt prudentiæ aurum in luto quærere, ita nec probi, nec iudicio rectè utentis eſt hoc moliri, priuſquam ſanctorum Scriptorum li-bros euoluerimus; quibus edocemur, qua ratione ea tela ex hoſtium manibus extor-quenda ſint. Quin etiam, ſicuti, qui venena tractaturi, niſi prius antidotis ſeſe præ-muniant; quique ad bellum profecturi ſunt, niſi antea ſibi arma comparent, pręcipi-tes, atque imprudentes iure exiſtimantur; ita ad impiorum dogmata, fabulas, por-tenta, impudicos amores perlegendos; ut imparati, nec pręmuniti accedamus, iudi-cet is, qui verè prudens ſit, quantæ prudentię fuerit. D

TERTIA CAVTIO.

Denique aio conficiendum eſſe abſolutiorem Poeticum Apparatum, quàm qui hactenus prodijt: in quem etiam multa conferantur ex obſcęnis Poetis haud obſcę-na, citrà Diuini honoris offenſam, & pietatis iacturam. Is autem Apparatus qua-lis, & quantus eſſe debeat, dicemus, ſi prius cauſſas attulerimus, quę nobis illius co-gitationem iniecerint. Earum verò prima eſt, quòd ſatisfaciendum videtur ingeniis, quæ veterum Poetarum phraſibus, atque elocutione, ac numero priuari nolunt: eo-que minus, quòd hoc ſeculo quàm quo maximè, excitata ſunt ubique Poeſeos ſtu-dia, additaque incitamenta ab iis, qui obſcęnos Poetas Gręcos, & Latinos, addo itē E recentes aliarum gentium, verſionibus, Scholiis, atque elegantibus typis illuſtra-runt, de ipſa Poeſi, vberius quam unquam antea, ſcribentes. Accedit, quòd, qui paucos ante annos Perſcorum carmina, obſcęnitate ſublata, edi Romæ curarunt, non omninò ſunt aſſecuti, quod alioquin ſapienter optauerant. Cum enim dem-ptis pleriſque carminibus interpoſitæ fuiſſent ſtellulæ, relictique eſſent quaſi man-tes loci, hi magis lectores illexerunt, ut integra poemata conquirerent, atque perle-gerent, quę fortaſſe neglexiſſent. His omnibus adduntur Commentarij, & Dictio-naria, reliquave eiuſmodi feditatibus iiſdem ſcatentia; quę ſi qui pij viri mundarent, ſanctum eſſet operępretium. Ceterum ea purgandi ratio, quæ pro turpioribus rebus,

Purgāda eſſe Dict. & Comment. in Poetas, quibus eſt admixta obſcœnitas.

aut

A aut verbis, honeſtiora ſubrogat, non probatur, tum quia quantacunque adhibeatur
purgatio, ſemper tamen liber, cuius argumentum turpe ſit, priſtinum, ac natiuum
redolet odorem, aut ſaporem; (certè ipſe dicendi character, alluſiones, rerum ſeries,
vis affectuum, ſchemata, aliaq; huiuſmodi, quod virus hauſerunt ab Auctoris animo,
id in Lectoris mentem, quamuis ea de re nihil cogitantem, latenter inſtillant.)
tum quia quidquid in eorum, quę ſcripſit Auctor, locum ſufficitur, uix pertingere
poteſt ad eam vel inuentionem, vel Latinitatem; quæ ceteris reſpondeat. Quod ſi
denique huiuſmodi expurgatio eſſet adhibenda, ea paucisſimis voculis, & commo-
dè, ac cum dignitate præſtari poſſet: alioquin ineunda potius videretur alia quædam
ratio longè aptior, nempè ut ex uno aliquo Auctore, verbi gratia, Horatio, ſeligeren
tur honeſtæ tantum Odę, prætermiſſis turpibus poematibus, titulus verò eiuſmodi
B libro pręfigeretur. Selecta quædam ex Horatio, vel ex Catullo, vel ex Tibullo, &c.
Prętcrea qui flores (ne dicam ſpinas) Poetarum collegerunt, vt Textor; vel com-
parationes eorum inter ſeſe contulerunt; non ſepararunt precioſum à uili.

CAVTIO QVARTA.

Primum ergo à Poetis, qui inſanabiles ſint, non omnia quęcunque ſcripto manda
runt, diſcenda ſunt. Quamobrem ſat eſto, ſi quæ ex bonis Poetis hauriri nequeunt,
tantummodo ex aliis ſumantur, quæ ad poeticam elocutionem ſpectent. Nam inuen
tionem, & diſpoſitionem imaginum abundè ſuppeditant nonnullæ partes Virgilij,
Horatij, Senecę; aliqua item Claudiani Panegyrica, parsque ſyluarum Statij; ac ſi
C quid in elegantioribus Epigrammatibus Claudiani, Auſonij, Martialis ſit, quod ſine
labe à Chriſtianis oculis aſpici poſſit. At cum Poetica elocutio pręcipuè iuuanda ſit
exemplis, deſcriptione rerum, locorum, perſonarum, temporum, comparationibus,
conſimilibus, ornatuq; ſententiarum, & fictionibus rerum vel naturalium, vel mo-
ralium, vel aliarum; breuibus illis ſanè, ſed exquiſitis; hæc è Lucretio, Tibullo, Ca
tullo, Propertio, Ouidio de Arte, de Remedio, de Metamorphoſibus, Achilleide
Statij, Claudiano, Silio Italico, Lucano, Terentio, Plauto, ſic peti poſſent, ut ad
quattuor tamquam locos communes, & capita redacta eſſent. PRIMVM deſcri-
ptiones bellicorum Apparatuum, congreſſuum, victoriarum. Veris, Diei, Tempo-
ris Inuidiæ, Fluminis, Animalis alicuius, & aliorum eiuſmodi, quæ ſunt prope innu
mera. SECVNDVM. Comparationes, quarum diſponendarum ratio è Scali-
D gero poſſet hauriri; cũ ceteroquin eam ipſe rem potius delineauerit, quàm abſolue-
rit. TERTIVM. Sententiæ honeſtæ, & graues, quæ pro Virtutum, ac Vitiorũ
ordine, quando plerunque ad humanas actiones pertinent, quantò copioſiores eſ-
ſent, ac ſelectiores, tanto admirabiliorem vim haberent ad informandos animos,
puritatemque, & elocutionem ſolidam inſinuandam. QVARTVM. Fictiones,
quæ tum è Latinis, tum item è Græcis, Homeri, Pindari, Heſiodi, & aliorum poe-
matibus (adiuncta Latina verſione) poſſent decerpi, cuiuſmodi illæ ſunt: Quòd terra
columnę innitatur. Quòd Mundus hic aurea uinciatur catena. Quod fama ſit mon-
ſtrum. Quòd ſerpens, qui caudam mordet, ſit Tempus. Quòd dum Deus loquitur,
creaturæ conticeſcant, & altum agant ſilentium. Præter quam quòd ad tollen-
dam obſcęnarum fictionum occaſionem, pleræq; poeticę inuentiones breuiſſimè ſuo
E ordine locari poſſent, ſalua in omnibus Religione, è Mercurio Triſmegiſto, Plato-
ne, Philone, Plutarcho, Maximo Tyrio, ſanctisq; potiſſimum ipſis Patribus, quos
Diuinus Spiritus mirificè afflauit.

Quattuor loci communes Poetici Apparatus.

Exempla è Patribus, qui Poetarum Ethnicorum teſtimonijs uſi Ethnicos oppugnarunt. Cap. VIII.

QVonam autem modo ex Ethnicis Poetis ad vnum Deum indicandum, plures
autem Deos reijciendos, imitari Apoſtolum, tum Clemens Alexandrinus, Eu-
ſebius, Theodoretus, & alij, tum Iuſtinus ex Homero, Æſchylo, Philemone, Or-

pheo,

pheo, Pythagora, Sophocle, Euripide, Menandro oſtenderint, & ſequentibus liquebit. vt ſi verſus quos adiiciemus, ſeparatim, quaſi è luto exemptæ gemmę ob oculos ponantur, eiſdem Poetis ad vſum rectè adhibendis, ac quaſi ad eas gemmas in auro concinnandas, poſſint idem Iuſtinus, & reliqui Patres eſſe tuti ſcholiaſtæ, atque (ut ita dicam) opifices.

Patres quomodo poſſint eſſe ſcholiaſtæ Poetarū Ethnicorum.

Afferam exempli cauſſa paucos verſus è Sophocle, atque Philemone, ex quibus idem Græcos oppugnat, probans unum eſſe Deum, & extremum Iudicij diem prænuncians.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

Vnus Deus. εἷς ταῖς ἀληθείαισιν εἷς ἐστι θεός.
ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε, καὶ γαῖαν μακράν,
πόντου τε χαροπὸν οἶδμα, κἀνέμων βίας,
θνητοὶ δὲ πολλοὶ καρδίαν πλανώμενοι
ἱδρυσάμεσθα πημάτων παραψυχάς,
θεῶν ἀγάλματ' ἐκ λίθων, ἢ χαλκέων,
ἢ χρυσοτεύκτων, ἢ ἐλεφαντίνων τύπους
θυσίας τε τούτοις, καὶ καλὰς πανηγύρεις
τεύχοντες, οὕτως εὐσεβεῖν νομίζομεν.

hoc eſt.

SOPHOCLIS.

Vnus verè, vnus Deus eſt,
Qui Cœlum condidit, amplamq́; Terram,
Amœnosq́; fluctus maris, & ventorum impetus.
Sed nos multi mortales, corde errantes,
Ereximus malorum ſolatia,
Falſorū Deorum ſimulacra unde inuecta.
Deorū ſimulacra, ex lapidibus, & lignis,
Aut aureorum, aut eburneorum figuras,
Hisq́; ſacrificia, & pulchros conuentus
Peragentes, putamus nos eſſe pios.

ΣΟΦΟΚΛΕΟΥΣ.

Ἔσται γάρ, ἔσται κεῖνος αἰῶνος χρόνος,
ὅταν πυρὸς γέμοντα θησαυρὸν χάσῃ
χρυσωπὸς αἰθήρ, ἡ δὲ βοσκηθεῖσα φλὸξ
ἅπαντα τἀπίγεια, καὶ μετάρσια
φλέξει μανεῖσα. ὅταν δ' ἐκλίπῃ τὸ πᾶν,
φροῦδος μὲν ἔσται κυμάτων ἅπας βυθός,
γῆ δ' ἑδραίων ἔρημος, οὐδ' ἀὴρ ἔτι
πτερωτὰ φῦλα βαστάσει πυρουμένη.
κἀγὼ καθ' ᾅδην δύο τρίβους νομίζομεν,
μίαν δικαίων, χ' ἀτέραν τῶν ἀδίκων.

hoc eſt.

SOPHOCLIS.

Dies Iudicij extremi prædictus a Sophocle.
Erit enim, erit illud ſeculorum tempus,
Cum plenum ignis theſaurum laxabit
Igneus æther, paſtaque flamma
Omnia & terreſtria, & ſublimia
Comburet inſaniens. Vbi deinde deſierint omnia,
Nuſquam erit fluctuum omnis gurges,
Eritq. Terra ſedibus deſerta, nec amplius
Volucrum genus portabit dum ardebit.
Nā ad Inferos duas ſemitas exiſtimamus,
Vnam iuſtorum, alteram iniuſtorum.

ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ.

Philemon.
Οἴει σὺ τοὺς θανόντας ὦ Νικόστρατε
τρυφῆς ἁπάσης μεταλαβόντας ἐν βίῳ,
καὶ γῆν καλύψειν, ὡς ἀπὸ τοῦ παντὸς εἰς
χρόνον
πεφευγέναι τὸ θεῖον ὡς λεληθότας;
ἔστι δίκης ὀφθαλμός, ὃς τὰ πάνθ' ὁρᾷ·
εἰ γὰρ ὁ δίκαιος, κ' ὁ ἀσεβὴς ἕξουσιν ἕν,
ἅρπαζ' ἀπελθών, κλέπτ' ἀποστέρει, κύκα·
μηδὲν πλανηθῇς, ἔστι κἀν ᾅδου κρίσις,
ἥνπερ ποιήσει θεὸς ὁ πάντων δεσπότης,
οὗ τοὔνομα φοβερὸν οὐδ' ἂν ὀνομάσαιμ'
ἐγώ. *hoc eſt.*

Philemonis de oculo Dei omnia cernētis & rectiſſimè mortuos quoque iudicantis.
Putasne tu mortuos, ô Nicoſtrate,
Omnibus delitijs in vita potitos,
Terra ita tectum iri, ut deinceps in omne tempus
Effugerint numen tanquam latuerint?
Eſt æquitatis oculus, qui omnia uidet.
Si enim iuſtus, & impius eādem conditione futuri ſunt,
I, rape, furare, frauda, miſce:
Errare noli, eſt & apud Inferos iudicium,
Quod faciet Deus omnium Dominus,
Cuius nomen formidabile ne nominare quidem auſim.

Admonitio. Et verò nil prohiberet hos verſus (ſed ab alijs ſecretos) docere pueros, ut ſcirent, quicquid deinceps Ethnici illi effutiuerint de ſuis Dijs, id uel Magiſtratus metu, vel peccatis aciem mentis obcæcantibus eos ſcripſiſſe.

Neque item obeſſet ſi addiſcerent, quę ipſimet Poetæ Ethnici, aduerſus ſeipſos ſcripſere in deriſum falſorum Deorum, aut contra Poematum ſuorum mendacia. Qualia illa fuit Callimachi, de quo alia paulò poſt afferemus: cum enim dixiſſet uelle ſe canere Iouem dantem Cœlitibus

A tibus iura, ilicò dubitat cuias ille ſit. Inquit autem & Iouis genus eſſe controuerſum, & Cretenſes ſemper fuiſſe mēdaces. Ait autem.

Πῶς καὶ νῦν, Δικταῖον ἀείσομεν, ἠὲ Λυκαῖον;
ἐν δοιῇ μάλα θυμός. ἐπεὶ γένος ἀμφήριστον.
Ζεῦ σὲ μὲν Ἰδαίοισιν ἐν οὔρεσι φασὶ γενέσθαι,
Ζεῦ, σὲ δ' ἐν Ἀρκαδίῃ, πότερον πάτερ ἐψεύσαντο,
Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσαι. &c.

B Latinè autem ſic.

Sed quid? Dictaū cantabimus, anne Lycæum?
Hic mihi mēs hæret, quia diſceptatur origo.
Iuppiter, Idæis memorant te mōtibus ortū,
Aſt alij Arcadicis, mētiti ſunt, Pater, utri?
Creta vſque eſt mendax.

At cum Paulus teſtimonium huius aduerſus ipſos Græcos retorſerit, videt Chriſtiana mens, quatenus Poetarum illorum teſtimonio interdum utendum ſit. Quin C etiam cum ipſe Apoſtolus dixerit. Qui reſiſtit poteſtati, ordinationi Dei reſiſtit; Callimachus autem hoc ad falſos Deos, atque ad Phœbum referat, intelligitur, quinam apud Chriſtianos debeat eſſe uſus iſtiuſmodi Poetarum.

Neque verò ſatis habuit Callimachus, qui Iouem ira irriſerit, ſed eodem hymno veteres Poetas mentitos eſſe aſſerit, qui Saturni filiis tria Regna Cœli, Maris, Inferni ſorte tribuerint. Inquit autem ſic.

Callimach'.

Δηναιοὶ δ' οὐ πάμπαν ἀληθέες ἦσαν ἀοιδοί·
φάντο πάλον Κρονίδῃσι διάτριχα δώματα νεῖμαι.
τίς δέ κ' ἐπ' Οὐλύμπῳ τε, καὶ Ἄϊδι κλῆρον ἐρύσσαι,
ὃς μάλα μὴ νενίηλος; ἐπ' ἰσαίῃ γὰρ ἔοικε
πήλασθαι. τὰ δὲ τόσσον, ὅσον διὰ πλεῖστον ἔχουσι.
ψευδοίμην, ἀΐοντος ἅ κεν πεπίθοιεν ἀκουήν.
οὔ σε θεῶν ἐσσῆνα πάλοι θέσαν, ἔργα δὲ χειρῶν
σή τε βίη, τό τε κάρτος, ὃ καὶ πέλας εἵσαο δίφρου
θῆκας δ' οἰωνὸν μέγα ὑπείροχον ἀγγελιώτην.

Latinè ſic.

Dictaq. priſcorum haud ſunt veracia Vatum,
Saturni hæc natis ſortem tria Regna dediſſe.
Nam Cœlum, atque Erebum quiſnam committere ſorti,
Qui ſana ſit mente, uelit? nam æqualia, quæ ſunt
Sors patitur: Verum hæc diſcrimina plurima ſentit.
Mentirer, quæ aures alienius credere poſſent,
Non ſors te Regem Diuum, ſed dextera fecit,
Viſq. tua, & robur, ſolio quod ſemper adhæret
Iuſſiſti altiuum ſua ferre à Principe tantum.

Poetarum Græcorum antiquorum diſtinctior expenſio: & quænam ratio eis utendi; at primò de Homero. D Caput X.

IAm verò Poetas Græcos Ethnicos, qui habebantur principes heroici carminis, & nonnullos alios accepimus Græcè (& quidem caſtigatiores) editos ſimul vno uolumine ante quadraginta circiter annos. Ij autem ſunt. Homerus, Heſiodus, Orpheus, Callimachus, Aratus, Nicander, Theocritus, Moſchus, Bion, Dionyſius de ſitu orbis, Coluthus, Triphiodorus, Muſæus, Theognis, Phocylides, Pythagoræ aurea carmina. Fragmenta denique aliorum, hoc eſt, quædam ex Elegiis Solonis, quæ continent γνώμας, hoc eſt, ſententias morales. Ex Tyrtæo περὶ τῆς πολεμικῆς ἀρετῆς, hoc eſt, de bellica virtute. Ex Riano, ex Naumachio, ex Panyaſide, ex Euphorione, ex Antimacho, ex Orpheo, ex Lino, ex Mimnermo, E ex aliis Callimachi.

Poetæ Græci.

Fragmenta verò heroici Poematis Empedoclis extabant quidem manuſcripta, at neſcio cur adiecta non fuerint. Sanè, hunc de rerum natura libros ſcripſiſſe nemini literis tincto ignotum eſt; quin etiam aliorum ipſius Scriptorum Pachimerus philoſophus in Ariſtotelis Ethica; Sopronius in ijs quæ de anima ſcripſit, Simplicius in primum Phyſicorum fecere mentionem. Hymnos verò naturales edidit, ſicuti à Menandro eſt proditum. At cum ab aliis erroribus immunis non eſſet, palingeneſiam quoque crediſſe videtur ex iis illius verſibus, quos Origenes affert in libro philoſophumenon.

Empedoclis fragmēta q̄uidam extare.

Origenes q̄d de Empedocle.

Χαίρετ'

Χαίρετ᾽ ἐγὼ δ᾽ ὑμῖν θεὸς ἄμβροτος, οὐκ ἔτι θνητὸς
ἤδη γάρ ποτ᾽ ἐγὼ γενόμην κοῦρός τε, κόρη τε
θάμνος τ᾽ οἰωνός τε, καὶ ἐξ ἁλὸς ἔμπορος ἰχθῦς. **hoc eſt.** A

Non ego mortalis vobis Deus ipſe, valete.
Ille ego qui quondam fueram Virgoque, puerque
Atque frutex, volucerque, & vendens ex mare piſcis.
Siue potius,] Volucer, nec non maris incola piſcis.

De Homero. Herodotus. Plutarchus. Dion Chryſoſtomus.

Iam igitur de Homeri origine, & vita Herodotus; at de vita, & Poeſi eius Plutarchus, qui copioſè, ac diligenter de dictione, figuris, coloribus, ſententiis, philoſophicis eius dogmatibus egit. De Vita item ipſius Dion Chryſoſtomus; at de Homericis quæſtionibus, hoc eſt *περὶ ζητημάτων* triginta Porphyrius Philoſophus, atque B de Nympharum antro in Odyſſæa, ſcripſerunt. E quibus latus patet campus erudito, & probo, tum linguę Græcæ diuitias, tum ea quæ ad mores, uel ad rerum naturã faciunt, indicandi: ſed & ſimul inprimis ſecernendi improbum à probo.

Euſtathius.

Scio autem Euſtathium Archiepiſcopum Theſſalonicenſem, qui Homerum interpretatus eſt Gręcè *ἐν ταῖς παρεκβολαῖς*, ita de Iliade Homeri locutum.

Euſtathius in Homerũ. is autem Euſtathius vixit anno 1180. Alex. III. ſub Andronico Imp. Græco.

Καὶ ἔστιν ἀληθῶς βασιλικὸν πρᾶγμα ἡ ὁμήρου ποίησις, καὶ μάλιστα ἡ ἰλιάς. Καὶ παροιμία μέν τις, κακῶν ἰλιάδα φησὶ, αὕτη δὲ καλῶν πάντων ἐστὶν ἰλιάς, δραματικῶς μὲν σχηματιζομένη διὰ τῆς μονοειδοῦς μὲν, πολυπροσώπου δὲ ἀφηγήσεως, γέμουσα δὲ μυρίων ὧν ἄν τις εἴποι, καλῶν, φιλοσοφίας, ῥητορείας, στρατηγικῆς εὐτεχνίας, διδασκαλίας τῆς περὶ ἠθικῶν ἀρετῶν, τεχνῶν ὅλως παντοίων, ἐξ ὧν ἐπισημαίνεται. ἔχει τις καὶ δόλους ἐπαινετοὺς C *ἐκτίθεσθαι, καὶ ψευδῶν κερδαλέων συνθέσεις, καὶ σκωμμάτων δριμύτητας, καὶ ἐγκωμίων μεθόδους, Φρόνησιν δὲ οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ὅσην περιποιεῖται τῷ προσέχειν ἐθέλοντι. Καὶ ὅσα δὲ τῇ ἱστορίᾳ ἐπιθεωροῦνται σεμνὰ οὐκ ἂν οὐδὲ τὴν ὁμήρου τέχνην τῶν τοιούτων ἀποστερήσειέ τις, τῆς πολυπειρίας, τοῦ τὰς ἀκοὰς ἡδύνειν, τοῦ τὰς ψυχὰς παιδεύειν, τοῦ εἰς ἀρετὴν ἐπαίρειν, τῶν ἄλλων, δι᾽ ἃ ἱστορῶν εὐδοκιμεῖ.*

Εἰ δ᾽ ὅτι μύθων γέμει, ἐκπλήττειν αὐτὸν κίνδυνός ἐστι τοῦ θαυμάζεσθαι, ἀλλὰ πρῶτον μὲν, οὐ πρὸς γέλωτα οἱ ὁμηρικοὶ μῦθοι, ἀλλ᾽ ἐννοιῶν εὐγενῶν σκιαί εἰσιν, ἢ παραπετάσματα. **hoc eſt.**

Euſtathius de Homero. Iliadem Homeri nõ eſſe malorũ, ſed bonorum Iliadem.

Et eſt profectò regium quid Homeri poeſis, & pręſertim Ilias. Et prouerbia quidẽ ait malorum Ilias, hæc verò omnis boni eſt Ilias, Dramatis quidem in modum confecta vniformi, ſed plurium conſtans narratione perſonarum, ſcatens verò omniũque D quis dicere poſſit, bonorum genere, Philoſophia, Rhetorica facultate, bona ducendi exercitus arte, virtutum diſciplina moralium, artium denique quarumlibet, & ſcientiarum. Diſcere quis inde poteſt & laudabiles dolos, verſutorumq; mendaciorum fictiones, & acerbitates dicteriorum, & methodum encomiorum. prudentiam verò dicere vix poſſet aliquis, quantam pariat attendere volenti.

Quę etiam hiſtorię laudabilia ineſſe videntur, iis Homericam artem nemo priuabit, multa experientia, aurium delectatione, animorum informatione, ad virtutem excitatione, aliisque, ob quę hiſtoriam conficiens laudatur. Quod ſi quia fabularum plenus eſt, idcirco nulla dignum admiratione quis putet; primùm quidem, non mouent Homericæ fabulę riſum, ſed nobilium ſenſuum vmbræ ſunt, aut velamina: hæc Euſtathius.

Sed & cum Euſtathij Commentarij ob paucitatem exemplarium, non procul abeſſent ab interitu; Nicolaus autem Maioranus eos recudi Romæ curaſſet, præfixit E Operi Apologiam de Homero ſat doctam, & eruditam, qua quid Plato re vera, quid Ariſtoteles, quid Strabo, Plutarchus, Dion Chryſoſtomus, & alii veteres, addo item & Patres, Baſilius, & Gregorius Nazianzenus de Homero ſenſerint, non adeo multis verbis, ſed preſsè explicuit, vindicans illum (vt inquit) ab Homeromaſtygibus, ſimulq; docens, cur Poetę ſub fabularum inuolucris, varia Philoſophię ſecreta texuiſſent; adiecit quinam lucubrationes ſiue Commentaria in Homerum ſcripſiſſent, quorum reliquias quę extabant Euſtathius in ſuas *παρεκβολὰς*, ſiue decerpta, contulit.

Nicolai Maiorani Apologia Homero [illegible] Plutarch. lib. quomodo oporteat iuuenem Poetas audire.

In Euſtathij verò Cõmentaria Matthæus Deuarius Indicẽ confecit, in quẽ res om

A nes memoratu dignas contulit, ſed & minima quæq; totumq; penè ipſum Euſtathiũ in ordinem concinnè diſtributum, ſub unum quaſi aſpectum oculorum ſubiecit.

Matth. Deus nus Gregor. xiij. Pontif. Max. floruit.

Encomia porrò Homeri hæc ſunt inter alia.

Ἔοικε μὲν γὰρ τῶν καλῶν ἁπάντων τούτων τῶν τραγικῶν πρῶτος διδάσκαλος, καὶ ἡγεμὼν γενέσθαι.

Plato 10. de Rep.

Idem in 2. de Rep. Deorum filios, & Prophetas Deorum vocat Poetas.

In Lyſia Patres, & duces ſapientiæ.

In Ione, ἅμα δ' ἀναγκαῖον εἶναι ἔν τε ἄλλοις ποιηταῖς διατρίβειν πολλοῖς, καὶ ἀγαθοῖς, καὶ δὴ καὶ μάλιστα ἐν ὁμήρῳ τῷ ἀρίστῳ καὶ θειοτάτῳ τῶν ποιητῶν, καὶ τὴν τούτου διάνοιαν ἐκμανθάνειν, μὴ μόνον τὰ ἔπη ζηλωτόν ἐστι.

Diuiniſſimũ Poetarũ Homerum vocat Plato.

B In Theæteto, allatis plurium philoſophorum nominibus. Τίς αἰοῦν (inquit) ἔτι πρός γε τοσοῦτον στρατόπεδον, καὶ στρατηγὸν ὅμηρον δύναιτο ἀμφισβητήσας μὴ οὐ καταγέλαστος γενέσθαι.

Præſtãs Dux exercitus Homerus Platoni.

Plutarchus docet in Libro περὶ μουσικῆς non ſolum muſicam oblectationem, ſed etiam reconditos ſenſus Homericis verſibus contineri: καὶ μὴ μηδεὶς ὑπολαβέτω, ὅτι πρὸς τέρψιν μόνον χρησίμην φήσειν μουσικὴν Ὅμηρος διὰ τούτων, ἀλλὰ καὶ βαθύτερός ἐστι νοῦς ἐγκεκρυμμένος τοῖς ἔπεσι.

Plutarchus in lib. de Muſica quid de Homero ſenſerit.

Democritus, Dione referente, ait: ὅμηρος φύσεως λαχὼν θεαζούσης, ἐπέων κόσμον ἐτεκτήνατο παντοίων, ὡς οὐκ ἐνὸν ἄνευ θείας, καὶ δαιμονίας φύσεως οὕτω σοφὰ, καὶ καλὰ ἔπη ἐργάσασθαι.

Democritus.

Dionyſius Halicarnaſſeus. Κορυφὴ μὲν οὖν ἁπάντων (ait) καὶ σκοπὸς, ἐξ οὗπερ πάντες

C ποταμοὶ, καὶ πᾶσα θάλασσα, καὶ πᾶσαι δ' ἰκμάδες ἂν ὅμηρος λέγοιτο. πᾶς γὰρ αὐτῷ τόπος οὔτις ἂν ἅψηται, ταῖς τε αὐστηραῖς καὶ γλαφυραῖς, ἁρμονίαις εἰς ἄκρον ἐξεπεποίφιλται.

Dionyſius Halicarnaſſæus.

Ariſtoteles eum θεσπέσιον appellat. alibi verò. πρός γε τούτοις λέξει καὶ διανοίᾳ πάντας ὑπερβέβληκε. & alibi. καὶ οὐδ' ἐν ἀηθές, ἀλλ' ἔχοντ' ἦθος. & alibi. ὅμηρος δέ γε ἄλλα τε πολλὰ ἄξιος ἐπαινεῖσθαι, καὶ δὴ καὶ ὅτι μόνος τῶν ποιητῶν οὐκ ἀγνοεῖ, ὃ δεῖ ποιεῖν αὐτόν.

Ariſtoteles

Socrates Homeri dictus eſt diſcipulus à Dione Chryſoſtomo.

Baſilius, πᾶσα μὲν ἡ ποίησις τῷ ὁμήρῳ ἀρετῆς ἐστιν ἔπαινος, καὶ πάντα αὐτῷ πρὸς τοῦτο φέρει ὅ, τι μὴ πάρεργον.

Socrates Homeri dictus diſcipulus. Baſilius.

Gregorius Nazianzenus. κλεινὸν ὅμηρον vocat, hoc eſt inclytum.

Similia verò idem Euſtathius dixit in præfatione in Odyſſeã Homeri. At expedie

D bat adducere, quę Clemens Alexãdrinus, quęve pleriq; antiquiſſimi Græcię Patres de varijs Homeri Poematis partibus iudicarunt; ne quid dicam de Platone, qui eum integrè non admiſit, nec pueris voluit prælegi. Et Dionyſius quidem Lambinus vir valde doctus, idemque Pariſijs noſtra ætate iſtarum literarum profeſſor regius, etſi in Ethnicis Poetis putabat non debere nos eſſe nimis ſeueros, neque faſtidioſos, non tamen continere ſe potuit, quin faterentur, plura in Homero eſſe remotiſſima à ueritate, atque à religione Chriſtiana: quæ quidem ex eo malui huic loco inſerere, quàm ex meipſo promere: ne quis cogitet, quoniam Diuinis diſciplinis diu eſt eum operam damus, à nobis hæc iniquius, aut rigidius perſtringi.

Gregor. Nazianz.

In Euſtathio & aliis Homerũ laudantibus, quęnã cautio adhibenda.

Quam multa ſunt, inquit ille, apud eum de Diis abſurda, eorumque maieſtate indigna? quàm multa fœda, obſcęna, flagitioſa, turpia (quamquam magna quædam, &

E recondita myſteria in huiuſmodi fabulis inuoluta deliteſcere non me fugit; quæ non eſt huius loci aperire, aut explicare) ſed tamẽ cui ſunt illa inaudita? Iupiter ipſe Deorum, atque hominum Rex, ſexcentis adulteriis, ſtupriſq; nobilitatus? Ganymedes ab eodem propter formam raptus? Mars à Vulcano in adulterio deprehenſus? Mercurius Marti complexum Veneris inuidens, ſibique talem amoris ſucceſſum exoptans? Iuno muliebri illo dolore à Iouis incontinentia ſuſcepto excruciata? Venus in prælio à Diomede ſauciata? Thetis, & Aurora Iouem pro filiis, ne in acie cadant, deprecantes? Iam Heroibus, & fortiſſimis totius Græciæ, atque Aſiæ uiris quam perſonam imponit? quos mores attribuit? quam orationem affingit? iurgant inter ſe, conuiciantur, maledicunt, libidine inflammantur, ira incenduntur, ægritudine contabeſcunt,

Dionyſii Lãbini verba de Homero.

ſcunt, plorant, lamentantur. Achilles Apollini minatur: cum Xantho fluuio decertare paratus eſt: iuuenibus Troianis captiuis crudeliſſimè interfectis, Patroclo parentat. Eundem mortuum tantum vitæ deſiderium afficit: tantum mortis odium percipit, ut dicat, malle ſe ab inferis excitatum homini non adeo copioſo mercenariam operam præſtare, quàm mortuis omnibus imperare. hæc Lambinus. A

Ceterum, qui utiliter, atque honeſtè voluerit Homeri carminibus uti, is ſequi poterit uel conſilium Eudociæ, quę Centones ex eo in Chriſti Domini laudem confecit: vel Nonnum imirari, qui profano poemate abiecto, ſacram Poéſim elegantiſſimis uerſibus ſcripſit: uel Gregorium Nazianzenum ſequi cæleſtes ſibi (non laureas & umbratiles) nectentem coronas, dum cęleſti ſpiritu cecinit.

De Orpheo & Muſæo. Cap. X I. B

De Orpheo, & Muſæo, uti aliis optandum erat, qui hactenus illos edidere, unam uel alteram cautionem adſcripſiſſent. Nempe alteram, qua præmoniti fuiſſent Lectores, nil ueri, aut boni in iis exiſtere, quod ad eos non manauerit ab illis, qui ea ætate Diuinam Scripturam fide caſta ſeruabāt. Alteram uero: Quæ de Diis dicuntur, ea ipſa nunc eſſe pleraque omnia ut falſa, ſic inutiliſſima. Monſtroſum uocat Benedictus Arias Montanus, & ſacrilegum, qui autumant ex vanitatibus Deorum carmen conſtare non poſſe, hoc eſt, ſine Ioue, Baccho, Marte, Vulcano, atque illis innumeris Gentilium Diis. Quare & Victor Giſelinus ſcitè monuit ſequente Paręneſi, quantopere iſta cauenda ſint. Ita autem cecinit.

Arias Montanus quid mōſtroſum vocet.

Victoris Giſelini Paręneſis, qua dehortatur ab laſciua licentia ſcribendi Poetas.

Ab valeant tandem vatum laſciua priorum C
Carmina: ſat ſcenæ, ſat numeriſq; datum.
Nam quid adhuc vano ſtrepitu, & tentigine vecum
Mens abducta, Deum numina mille facit?
Deſpiciturq; modis, quos inficit igne Cupido
Siue Catulle tuus, ſiue Tibulle tuus?
An ne igitur glandes iterum, atque Acheloïa praſtat
Cornua, poſt habito farre, meroq; ſequi?
Abſit ut hæc animum teneant deliria turpis
Quin valeat potius cum Ioue turba ſuo.
Martis bella, tori Veneris, fœda Orgia Bacchi
Nunc placeāt, Chriſtus cui placuiſſe nequit.
Cui nomen quòd ſi dedimus, vitamque per omnem.
Ponimus in patrijs myſtica thura focis,
Hunc unum mens illa velit, vox ipſa loquatur,
Vnius in laudem, quidquid agemus, eat.
Cumque diem vehet Phœbus, cum Luna tenebras,
Gratiter huic grates barbitos icta ſonet.
Ecquis enim ſacris libeat modo viuere Muſis,
Ecquis ab humano dignior ore cani,
Quam qui mentis opes homini concedit, & illum
Aetheris arcano concitat igne ſui?
Ergo Deos, iterum dicam, ſileamus ineptos,
Moribus & caſtis quidquid obeſſe poteſt.
Proq; his Artifici ſummo meditemur honores,
Fecit, uti Vatum gloria magna, puer,

David. *Siue illum latè Regem ſuſpexit Idume,*
Siue hoſtis profugum texit ab ore ſui.
At nunc ille Patri Summo, ſuperiſque choreis
Latum indefeſſa pangit ab arte melos:
Nabla nunc tenero pulſans vocalia plectro,
Nunc digitis citharæ fila ſonora legens.
Quę prope mellifluo deducunt pectine cantus,
Hiſpalis aurifero quos ſubit, ora ſinu,
Præcipuè vates toties quem inſueta canentem
Audijt attonitis Flauus Iberus aquis.
Felices, quibus ora Deus cæli amne rigauit D
Irriguo, ſua quos iuſſit, & acta loqui,
Et cæli moſtrare vias, ac certa laborum
Præmia, ſiue bonis, ſiue futura malis.
Horum digna ſacra demū ſunt carmina cedro,
Atque ſecutura poſteritate legi.
Quiſquis at infelix, inhoneſto carmine, Circes
Pocula ſectatus, Numina vana colit:
Hunc Phlegeton, Stygiiſq; manent vada liuida fontis,
Tartareuſq; ſuo Iupiter igne coquet.
Ergo ſi quis eris, facilis quem cælitus aura
Afflarunt, cæli te pius ardor agat.
Sint Heliconiades Chriſtus, ſit Chriſtus Apollo, E
Inq; tua illius tempora laurus eat.
Non tibi Pegaſeus fons, aut Libethrides vnda,
Sed Chriſti extinguat viuida lympha ſitī,
Cuius magna loquar, tenuis ſi guttula tantum
Diuino rorēt labra liquore tua,
Illicet hinc veros ſentis in pectore fontes
Creſcere, & æternis viuere fluminibus.
Felices latices, felicia pocula, felix
Tu quicumque ſitim non aliunde leuas.

De

De Heſiodo. Cap. XII.

QVi Theogoniam Heſiodi legerit, meminerit eorum, quæ Epiphanius contra Valentinianos ſiue Gnoſticos ſcripſit, qui, ꝙ Theogoniam Heſiodi, trigintaq; illa ſecula ſunt imitati in abſurdiſſimas hæreſes inciderunt. Et ò horum (exclamat Epiphanius) nugacitatem, & tantam vanitatem, qui coniugarunt Poeticis, & gentilibus fabulamentis ſuam ipſorum nugacitatem. Ac paulò poſt idem Epiphanius oſtendit ex Heſiodo, Orpheo, ac Steſichoro innumeros illos, qui apud ipſos Dii nominantur, fluxiſſe id, quod & Irenæus prædixerat ex Apoſtolo, reprehendens eos, qui ſermonibus falſis, & genealogiis uanis, atque interminatis futuri erant, ut intenderent. Epiph. 31. hæreſi.

Athon ipſi tantum Chriſtianæ Eccleſiæ Patres, uerumetiam alii habuere ubi Heſiodum carperent. Extat enim Luciani Dialogus, qui Heſiodus inſcribitur, in quo Heſiodum de ſe multa narrantem inducit, eumq; ipſe, ut ſolet, irridet; extantq; ideò Epigrammata in Heſiodum plura. Præterquam quòd notum prouerbium illud eſt de iis qui ſuperſeneſcunt. HESIODIA SENECTA, de quo & Pindari diſtichon habetur. Lucianus cõtra Heſiodũ. In lib. Epigrammatũ. Heſiodia ſenecta.

Ceterum, quod ad emendatiorem Heſiodi editionẽ pertinet, cum in antiqua non tam Opera & dies, quam Theogonia, & Aſpis eſſent mendoſiſſimæ, minus tamen mendoſiſſimæ fuere, quas in Veneta accepimus, quam cum ſcholiis edidit Io. Franciſcus Trincauellus anno 1537.

Verum ne cui rerum cæleſtium auido veræ Theogoniæ exempla Græco carmine ſcripta deſint, habeant erudita ingenia quæ poſſint aliis vel proponere ad Chriſti Domini natiuitatem celebrandam, uel item ad imitandum, hęc quæ ſequuntur.

De Nonno Panopolita. Cap. XIII.

Νόννου ποιητοῦ πανοπολίτου, μεταβολὴ τοῦ κατὰ Ἰω. Εὐαγγελίου.

Nonni Panopolitæ, de filio Dei generatione æterna, & temporali, ex primo capite S. Ioannis Euãgelistę.

Ἄχρονος ἦν, ἀκίχητος, ἐν ἀρρήτῳ λόγος ἀρχῇ,
Ἰσοφυὴς γενετῆρος ὁμήλικος υἱὸς ἀμήτωρ,
Καὶ λόγος αὐτοφύτοιο θεοῦ, φῶς ἐκ φάεος φῶς.
Πατρὸς ἔην ἀμέριστος, ἀτέρμονι σύνθρονος ἕδρῃ,
Ἀενάῳ συνέλαμπε θεῷ. τεχνήμονι κόσμου.
Καὶ θεὸς ὑψιγένεθλος ἔην λόγος. οὗτος ἀπ' ἀρχῆς
Πρεσβύτερος κόσμοιο, καὶ ἔπλετο πάντα δι' αὐτοῦ
Ἄπνοα, καὶ πνείοντα. καὶ ἐργοπόνου δίχα μύθου,
Οὐδὲν ἔφυ τόπερ ἔσκε, καὶ ἔμφυτος ἦεν ἐν αὐτῷ
Ζωὴ πᾶσι μέλουσα, καὶ ὠκυμόρων φάος ἀνδρῶν
Ζωὴ πάντροφος ἦεν. ἐν ἀχλυόεντι δὲ κόσμῳ,
Οὐρανίαις σελάγιζε βολαῖς γαιήοχος αἴγλη,
Καὶ ζόφος οὔ μιν ἔμαρψε. μελισσοβότῳ δ' ἐνὶ λόχμῃ
Ἔσκε τις οὐρεσίφοιτος ἐρημάδος ἀστὸς ἐρίπνης,
Κήρυξ ἀρχεγόνου βαπτίσματος. οὔνομα δ' αὐτῷ,
Θεῖος Ἰωάννης, λαοσσόος. οὗτος ἐπέστη
Ἄγγελος ἐμπεδόμυθος, ὅπως περὶ φωτὸς ἐνίψῃ
Μαρτυρίην, ἵνα πάντες ἑοῦ κήρυκος ἰωῇ
Ὀρθὴν πίστιν ἔχοιεν, ἀτέρμονα, μητέρα κόσμου,
Οὐ μὲν κεῖνος ἔην νοερὸν φάος, ἀλλ' ἵνα μούνου
Πᾶσιν ἀναπλύξειεν θηγόρον ἀνθερεῶνα,
Καὶ φάεος προκέλευθος ἀκηρύκτοιο φανείη,
Ξυνὴν μαρτυρίην ἐνὶ πᾶσι θεοδέγμονι λαῷ.
Καὶ γὰρ ἑοῦ μετὰ πατρὸς ἐπήτυμον ἀρχέγονον φῶς
Μουνογενὴς λόγος, ἦεν ὃς ἀνέρα πάντα καθαίρει.

De Federico Iamotio V.C. Cap. XIIII.

Πνευματικαῖς ἀκτῖσι καταυγάζον φύσιν ἀνδρῶν
Ἐρχόμενον ἐπὶ γαῖαν. ἔην δ' ἐν ἀπειθέϊ κόσμῳ,
Ἀπροϊδὴς, καὶ κόσμος ἀπείριτος ἔσκε δι' αὐτοῦ.
Καὶ λόγον οὐ γίνωσκεν ἐπήλυδα κόσμος ἐπήτης,
Ἐγγὺς ἔην ἰδίοισιν, ἴδιοι δέ μιν ἄφρονι λύσσῃ.
ὡς ξεῖνον ἐκ ἐγέραιρον. ὅσοι δέ μιν ἔμφρονι θυμῷ
Ἀπλανέες δέξαντο, καὶ ἔνδον ἔσχον ἀγήτην,
Οὐρανίην πάντεσσι μίαν δωρήσατο τιμήν,
Τέκνα θεοῦ γενετῆρος ἀειζώοντος ἀκούειν,
Οὓς φύσις οὐκ ὠδῖνι λεχωΐας, οὐ βίος ἀγνοῦ
Ἀνδρομέου βλάστημα θελήματος, οὐ δὲ καὶ αὐτὴ
Σαρκὸς ἔρωτο τόκοιο γαμήλιος ἤροσεν εὐνή,
Ἀλλὰ θεοῦ γεγάασιν ἀνήροτα τέκνα τοκῆος.
Καὶ λόγος αὐτοτέλεστος ἐσαρκώθη θεὸς ἀνὴρ,
Ὀψίγονος, προγένεθλος, ἐν ἀρρήτῳ τινὶ δεσμῷ,
ξυνώσας ζαθέην βροτοειδέϊ σύζυγα μορφήν.

Καὶ θεὸς ἔικον ἴνασι σὺν ἀνδράσι, καὶ κλέος αὐτοῦ
Εἴδομεν ἀνδρομέοισιν ἐν ὄμμασιν, ὅιά τι τιμὴν.
Υἱοῦ μουνογόνοιο παρ᾽ ὑψίστοιο τοκῆος,
Καὶ χάριτος πέπληθεν & ἀτρεκίης γενετῆρος.

Quæ quidem Nonni Carmina ita in gratiam rudiorum vertimus, verbum, verbo reddentes, ne quid ob pedibus aſtrictum argumentum, Maieſtati tam immenſæ generationis, obſcurius diceretur.

Sine tempore erat, incomprehenſibile, ineffabile Verbum principio,
Aequè exiſtens Patri vero, filius ſine matre,
Et verbum per ſe exiſtentis Dei, lumen, ex lumine lumen:
A patre erat indiuiſũ, æterna una ſedẽs in ſede:
Et Deus altigenitus erat Verbum. hoc ab initio
Aeternũ ſimul ſplendebat cũ Deo opifice mundi,
Antiquius mundo: & erant omnia per ipſum
Non ſpirãtia & ſpirãtia, & laborioſo ſine verbo
Nihil natum eſt quod quidem erat: & inſita erant in ipſo
Vita omnibus chara, & cito morientium lumen virorum.
Vita omniũ altrix erat: in caliginoſo verò mũdo
Cæleſtibus ſplendebat radijs terram illuſtrans fulgor
Et caligo non eum apprehendit. In ſylua autem ab apibus depaſta
Erat quidem montiuagus deſerta ciuis petra,
Preco primigenijs baptiſmi: nomen verò ipſi
Diuinus Ioãnes, populum ſeruans, hic ſurrexit
Nuntius firmiloquus, ut de lumine eloqueretur
Teſtimonium, ut omne unius præconis voce
Rectã fidem haberẽt, infinitam, matrem mũdi.
Non tamen ille erat intelligens lumen, ſed ut ſolum.
Omnibus aperiret diuiniloquam mentem.
Et luminis præcurſor non prædicati appareret
Commune teſtimonium dicẽs Deum recipienti populo,
Et enim ſuo cum Patre uerum primitiuũ lumẽ
Vnigenitum Verbum erat; quod hominem omnem mundat,
Spiritualibus radijs illuſtrans naturã hominũ
Venientium in terram, erat autem in incredulo mundo
Impreſſus, & mũdus infinitus erat per ipſum
Et Verbum non cognouit aduenã mũdus errãs.
Prope erat apud ſuos, ſui vera ipſum inſipiente, rabie
Vt hoſpitem non honorabant: qui verò ipſum prudenti animo
Non errantes ſuſceperunt, & non mentem habebant errantem,
Cæleſtem omnibus vnam donauit honorem,
Filij Dei patris ſemper viui ut dicerentur.
Quos natura non peperit puerpera, non vitiæ genuit
Humana germen voluntatis neque ipſum
Carnis amore genitũ nuptiale arauit cubile,
Sed Dei nati ſunt non arati filij patris
Et Verbum per ſe exiſtens caro factum eſt, Deus homo,
Serò genitum prius genitum, ineffabili quodam vinculo
Conſocians Diuinam mortali comparem formã,
Et Deus domum incoluit cum hominibus, & gloriam eius
Vidimus humanis oculis, quaſi honorem
Filij unigeniti ab altiſſimo Patre.
Et gratia repletus eſt, & veritate Patris.

Sed initium Euangelij D. Ioannis perlegat pius Gymnaſiarcha, cui curæ fuerit vanam Heſiodi Theogoniam conferre cum plena, & ineffabili quam D. Ioannes Euangeliſta propoſuit, eructans è pectore, quod altè hauſerat à Deo. Vt verò ne in ſcholis adoleſcentum aliquid altius dicatur, quàm quòd iuuentus capere poſſit, contineat ſe intra terminos. Quod ſi ipſe Gymnaſiarcha ſibi ipſi aliquid altius haurire cupiat, legat quæſo Ioan. Maldonatum in idem Ioan. Euangelij initium.

At ne quis putet Græcis, & quidem Chriſtianis, licuiſſe Carmine Theogoniam veram effari, ſciant, & noſtra ætate non vnum Poetam extitiſſe, qui eandem, licet non Græcè natione, Græce, ac Latinè, aptiſſimè cecinerunt.

Θεογονία.

Federici Iamotij Philoſophi, Medici, Poetæ.

Μαλαβόταις δρασῦρες εὔφρονα κέκλυτε μολπαί
Γυιοκόροι μελέτας ἀδύ τι μᾶχος ἐν.
Ἤνιδε σάμερον ἐς φάος ἤλυθε κεδνὸς ἀποιμαί
Τέκος, ὑπὸ σπλάγχνων ματρὸς ἀοιδογόνω,
Ματρὸς ἀριστογόνω, ςὰν ἄλικες ἴδμαχον ὧραι
Παρθένον αἰδοίαν, παρθένον ἀθάνατον.
ὠράνιόν τι θάημα, παῖς μόλεν, ὄφρα σαώσῃ
Βωπελατᾶν τε γένος, καλλικεράς τε βόας
Μᾶλα τε, κ᾽ εἰροπόκων ἀγχιστον ὁπάονα μάλων,
Καὶ χρυσᾶν γενεὰν ἐκ λεχέων ἀνάγῃ,
Ὄφρα δέξασθ᾽ ἐίχον τις ἀπειρέος ὕστερον ὄλβω,
Νόσφιν ἄτερ τε κακῶν, νόσφιν ἄτερ τε μαχᾶν,

A ὠρανίδαι τὸν πάντα σεβίσομες ἐμφρονὶ θυμῷ,
Μισφ᾽ ἐπὶ παγκάρπω τᾶν χθονὸς ἐσχατιᾶν.
Α᾽ τε δίκα πολίων βάθρον ἀσφαλὲς, ἅ, τε πάρεδρος.
Εἰράνα, θνατῶν κοιρανέοι τε χορούς.
Οὐ νέμεσις δ᾽ ἰσχόβυλος ἐπίασεται, οὐ φθόνος ἆτα,
Δισφρονῖ μαςίσδων βάσκανον αἰνοβίας,
Οὔτε φρενῶν ταραχαὶ θυμαλγέες, ὔτε κακῦργον
Νεῖκος, ἐριβλαγκῖαν οὐ νιφάδ᾽ ἐσπολέμων.
B Ε᾽σλὸς ἐπεὶ ποιμὰν καὶ τραχέα ῥόμβον ἀκόντων
ῥηξεῖ, καὶ λογχᾶν ἴνας ἀμαιμαμέτων.
ὕννος ἀκνάμπτω μεταμάψεται ἀλίον αἰχμὰν,
Καρποφόρω γαίας νῶτον ἁρμοσίμενον.
Καὶ βαρίω ἐς πελέκεις μεταθησέται ἀμφιτομεῦντας
χαλκὸν, ὃς αἰχματᾶν ἦν ξίφος ἠλομένων.
Νῦν δὲ λύκοι τε κ᾽ ἄρνες ὁμόφρονα θυμὸν ἔχοντι,
C Μηκέτι δ᾽ ἀλλάλοις λυγρὰ νοεῦντι βροτοί
Μαλθαξεῖ βασιλῆος ἀμειύτερα θυμὸν ὀλύμπω,
πατρί τε χωσαμένῳ κῶνος ὑπαντιάσει.
Νήϊδας ἀνθρώπους ἀλιτημόνας ἀμφιάσαι δρ-
Κυκλοφόρων ἐτέων τετρακισχιλιάσιν, (φύαι
Α᾽ δ᾽ ἰθοαῖς ἀκτῖσι σελάσσεται ἀμβροσία νύξ
Α᾽νδράσιν εὐθείας ἐμφανίσασα τρίβους.
Ἴομες νῦν ἐνὶ πάντες ἀτέρμονα ποιμένα πάντων
Ε᾽γγεγαῶτα κόρας παῖδα ἐποψόμενοι.
Ἤνθον σκηπτοῦχοι καὶ ποιμένες, ἀγέται ἦνθον,
Ἤνθε κυβερνητᾶν ἐσμὸς ἐρισθενέων.
D Παῖδα θεάνθρωπον ζαθέω πατρὸς ὄφρα σέβωνται.
Σεῦθε νῦν, ὦ φίλοι, σεῦθε πολυσπερέες.
Δῶρον ἐπεὶ τίνι παιδὸς ἐπάξιον; οὔτι κεν ἀμνὸς,
οὐ γλάγος, οὐ πόπανον. θνατὰ βροτοῖσι πρέπει.
Οἴσομες ἀχράντῳ κεκαθαρμένον ἦτορ ἄνακτι
οἴσομες ἀφθάρτῳ θυμὸν ἀδ᾽ ὄντα δίκᾳ.

THEOGONIA.

E PAſtores auidam lætis date cantibus aurē,
Actibus hinc curis dulce leuamen erit.
Ecce hodie ſummum Paſtorem lucis in oras
Protulit ex alua prole beata parens.
(Prole beata Parens æquæui temporis annis
Virgo pudica fuit, virgo perennè manet)
Miratur Cælum puerum veniſſe, bubulcos
Seruet ut agreſtes, cornigerumq; pecus;
Lanigeras ut ſeruet oues, ouiumq; magiſtros:
Detrahat & pigris aurea ſecla thoris.

Vt liceat poſthac cura, belloq; ſolutis
Immota nobis proſperitate frui.
Panaq; cælicolum lætanti mente colamus
Omniſcri extremos orbis aduſque ſinus.
Iuſtitia humanos catus quæ fulcit, & urbes,
Et pax iuſtitiæ proxima ſede regens.
Non diſcors aderit Nemeſis, non liuida tabes,
Quæ flagro damni liuida corda domat:
Nec motus animorum acres, nec iurgia dira:
Non ſtrepera nubes horrida militiæ.
Namque bonus Paſtor rigidi cum turbine teli
Proteret inuicta ſpicula miſſa manu.
Vomere lethalem ſicam mutabit obunco,
Qui patulum terræ fertilis æquor aret.
Aeraq; in ancipitem vertet funeſta ſecurim,
Qua modo faſtferi militis enſis erant.
Iam bene conuenient animis agniq; lupiq;
Nec mala vicino qui meditetur, erit.
Solus hic vltrices mulcebit numinis iras,
Solus & auerſum leniet ipſe Patrem.
Annos mille quater tenebris inuoluerat atris
Incautos homines deuius error agens.
Ignibus at rapidis non hæc diuina coruſcans,
Impauidum recto tramite pandit iter.
Eia agite unanimes moderantē cuncta puellū
Viſamus, tenera Virgine Matre ſatum:
Sceptrigeri venere Duces, venere tyranni,
Turbaq; commiſſis nobilis imperijs.
Patre Deo natū ut colerent, hominemq; Deūq;:
Ferte citi comites, vndique ferte gradum.
Sed puero quæ digna damus? nō liba, nec agnū.
Non lac mortalem dona caduca decent:
Innocuum puro donemus pectore Regem,
Donemusq; animo, qui ſacra iura colas.

De Proſpero Martinengo. Cap. XV.

Sed & extant ſequentia Carmina ex Proſperi Martinengi Theotocodia.

Εἰς τὴν ἁγίαν σωτῆρος ἡμῶν γέννησιν.

Αἰὼν γηθήσει χρύσεος ἀμφιβίας.
χρυσὸς γὰρ ςαλάει χανδὸς ἀπ᾽ αἰθέρος,
μῦθος δ᾽ οὐ δ᾽ αὐαίας τοῦτο παλαίφατος
ὥνου γιγνομένου δ᾽ ἰός.
ἡμᾶς δ᾽ ἀρνύμενος λύτρον ἑφο θεὸς,
τὸ χρυσοῦ γ᾽ ἔστι κρέασον ἀγαιόρος.
ἐμπλάσας τε κόρας χαλὸν ἀγνᾶς πένης
τὸν πλοῦτον πόρεν ἄξιον ᾗ
οὐδ᾽ ἵν᾽ οἱ μελέοις ἀμαμαιβιωσέος.
τᾶ τάμνη βασιλεὺς ἔμπεδον ὅρκιον,
καὶ κλίτοις, προχύσει γ᾽ αἵματος οὐρανοῦ
ἐνιάσι φυγάδας δόμοις.
τὴν φωνάν ἰλίπποι θ᾽ ἀδ᾽ ἴα χάρματα,

ὧν ἁ γεννα μ...α γελᾶσατ' ἴδρις θεοῦ,
ὡς φῶς λαμπρότερον νυκτιφαῶν πυρᾶν
αἴτρια λάμψεν ἐπαὶ μυχῷ.
ἁ βραχεῖα τὰ τὺ δῶμα πανόλβιον.
οὐκ εἰκᾷ ναίταις νασῶν ὀλυμπίοις,
καὶ μικρὸν μεγάροις ἰσοπαλὲς πόλλω.
ἰαρίδιος μέγ' ἀνάκτορον.
ποίαις δὴ κάναχαῖς αἰθέριαι πλάκες.
ἀπυόντι, χαρὸς τᾶμος ὅκ' ἔνθεος
τὸν παιᾶνα κροτεῖ τᾷδε δόσιν ἔστη
παρσίμω τόκῳ ἐμπρεπῆ.
ὦ χρείοισα πόλῳ μούνα ἁγνὰ λεχὼ,
κώρα τ' ἀμφ' ὕπατον πρεσβυτάτη δόμῳ,
οὐ σοῖς δῶρα φέρειν δ' μασδὲν αἰναίνεο
ἁμῶν τὺ κλέος ἔξοχον.
τὺ δ' ὦ φυτὰ παρθένω ἀκλέος
συγγνώμας ἀγανὰς ἴντυε δωρεᾶν
ἁμῖν, ὡς πυκάσαι σέμμα τὸν ἀγλαὸν,
κορσαῖ κύδει φαιδίμῳ. hoc eſt.

In ſanctam Saluatoris noſtri Natiuitatem.

O iam terrigenis aurea ſecula.
Aurum nam rutilans rorat ab athere.
Nec priſca hæc Danaes fabula mentiens
Mutati in pretium Iouis.
Noſtrum nos redimens fit pretium Deus,
Auri quod pretio ſit pretioſius,
Arcellamq. replens Virginis integra
Hic veras dat opes inops.
O partus miſeris certa ſalutifer,
Quo Rex terrigenis fœdera ſpondeat,
Et partas pretio ſanguinis exules
In Cæli reuehat domos.
Sed quæ vox referat dulcia gaudia, A
Quæ ſentit pariens conſcia numinis,
Cum lux Sidereis clarior ignibus
Antri fulſit in abdito.
O felix nimium paruæ domuncula,
Non fruſtra ſuperis peruia ciuibus,
Quamuis parua poli æquanda penatibus
Magni regia Principis.
Quo cæli reſonant carmine compita,
Cum demiſſa polo turba ſonorius.
Hic pæana canit, carmina proferens
Sacro debita partui. B
O Regina poli ſola puerpera,
Ac Virgo in ſupero prima palatio,
Non hic dona neges ferre clientibus,
Noſtri tu decus optimum.
At tu progenies Virginis inclyta,
Sic nos nunc venia munere præpara,
Vt tandem emeritos nos tua fulgidis
Cingat gloria laureis.

At de generatione Filij Dei tum Diuina, tum humana, qui & Heſiodum cum noſtri æui pijs, ſed ſane doctiſſimis, conferre, ac Græcum Poema alia quoq; ratione vellet texere, id ex libro ſexto Carminum Benedicti Ariæ Mōtani poſſet petere: præſertim ex ſalutatione, atq; acclamatione illa ad Ieſum Nazarenum quæ incipit. C

Summi Nazarides orte parentibus
Nam viuens Deo matreq; Virgine
Dictat certa fides credere editum ex
arcemi tempore ſeculi. D

De Theocrito, qua occaſione agitur de Eclogis tam ipſius, quàm Virgilij, & aliorum, ac de noua Eclogæ ſpecie magno iudicio, vti & pietate conſcripta.

Cap. XVI.

PRæſtitiſſe in Eclogis Græce Theocritus, Latinè Virgilius viſi ſunt. At Theocritus in paſtoricia ſimplicitate nudam habet delectationem, quæ cito afficit ſatietate, id verò pluſquàm in Latina lingua ei contigit, vt Dorica paſtoribus conuenientiſſima loqueretur, qua Lectori plus ridiculæ delectationis affert, quàm Virgilius, qui eiuſmodi linguæ caruit commoditate: Quin etiam Seruius, Donatus, & Terentianus leges quaſdam, quibus hexameter bucolicus, ab hexametro heroico differre dicitur, à Virgilio neglectas eſſe aſſerunt, at à Theocrito ſæpius obſeruatas. Verumtamen Virgilius, qui Latinam Poeſim in multis rectè conformauit, oſtendit condiri eclogas poſſe ſapientiæ ſale, qui animos attollat ad res grandiores, & digniores, quales ſunt, quæ ecloga quarta cecinit; quæ incipit. E

Seruius. Donatus. Terētianus.

Eclogæ poſſunt condiri ſale ſapientiæ.

Sicelides muſæ paulo maiora canamus,
Non omnes arbuſta iuuant, humileſq. myricæ;
Si canimus ſiluas, ſiluæ ſint Conſule dignæ.

Hæc

Hæc igitur ſuaſerim delibanda, & ab amatoriis, quibus reliquę ferę Eclogę ſcatent, ſecernenda, ne quid labis legentium mentibus adhæreſceret. Quòd ſi quid eiuſmodi ſiue ad exemplum, ſiue ad canendum Gręcè ex Eclogis depromi cuperent, eandem habemus Virgilij Eclogam Doricè, ac feliciter à Daniele Halſuorto Anglo Gręcis verſibus, ita redditam, ut ſingulis Latinis ferè reſpondeant.

Daniel Haiſuortus.

ΠΟΛΛΙΟΝ.

Ecloga Virgilij Græcè.

Σικελίδες μῶσαι, μεῖζόν ποκ' εἴδομεν ἔργον,
Οὐ πάντας τέρποντι βάτοι, χθαμαλαί τε μυρῖκαι.
Ἄλσος εἰ ὑμνῶμεν; χ' ὑπάτοιο τὸ ἄξιον ἄλσος.
Κυμαίω πύματος νυῦ ἦλθε μελυδρίω αἰών.
Ἄψ στίχοι αἰώνων ἐξ ἀρχῆς ἐκγεγάασιν,
Παρθένος ἤδη ἀνῆλθε, Κρόνω βασιλεία ἀνῆλθεν.
Νεῦ τέκος οὐρανόθεν κλαρὸν καταπέμπεται ἄμμιν.
Κύρῳ γλυκαμένῳ τύ, ὑφ' ᾧ σιδήρειος αἰών
Λήξει, καὶ κόσμῳ ἀνστήσει χρύσεον ἔθνος,
Ἵλαος Εἰλήθυια ἴσθι, σὸς ἀνάσσει Ἀπόλλων.
Σοῦ, μέγα κῦδος τόδ', ὑπάτοιό σευ, ἄρξετ' αἰῶνας
Πολλίων μεγάλας προάγειν ἄρξουσί τε μῆνες,
Ἀσχῶ σεῖο, κακῶν εἰ ὦσιν ἔτ' ἴχνια ἔργων,
Αἰδίου λύσιμα φόβω γεῦ ὥσπερ ἄπρακτα
Ἀθανάτων λήψων βίον, ὄψόμενός τε θεοῖσιν
Μισγομένοις ἥρωας, ὅδ' αὖ ὀφθήσεται αὐτοῖς.
Κόσμῳ ἐν εἰρήνῃ ἀρετῇσι πατρὸς βασιλεύσει.
Ἀλλὰ σ' ἀιδυμόχθῳ, πρᾶτα ζείδωρος ἄρουρα,
Πάντοτε ἕρποντας κισσοὺς σὺν βάκχαρι κρύψει,
Καὶ σὺν ἀκάνθοισιν κολοκάσια δῶρ' ἐπιχεύσει.
Αὐταὶ ἐσοίσουσιν χίμαραι σπαργῶντα δόμονδε
Οὔθατα· αὐτὸ μολοι, ἀγέλ' οὐδ' εἴσασι λέοντας.
Αὐταὶ χεύσουσίν τοι ἐράσμια κοιτίδες ἄνθη.
Ἤδη δ' εἶθ' ὄφις, καὶ φάρμακα πάντα θανεῖται.
Ἤδη Ἀσσύριοι παντᾶ τε φυθήσετ' ἄμωμον.
Ἀλλ' ἔπει ἡρώων κατὰ καὶ ὀρθώματα πατρὸς,
Καὶ ἀναγινώσκειν, ἀρετὴν γνῶναι τε δυνήσῃ,
Ἠρέμα ἔσσεῖται πεδίον ξανθὸν σταχύεσσιν.
Πυρναῖα τραχείαις σταφυλὴ βλαστήσει ἀκάνθαις.
Ἡ δ' ἐξιδρώσουσί τε δρυὲς δροσερὸν μέλι στερρα.
Ἴχνια σμικρὰ δόλου ἀτὰρ ἀρχαίοιο μένουσιν,
Ὅς πειράαν πόντου ἐπεῦσιν, περὶ τείχεσ' ἀνάγοι
Ὅς πόλιας βάλλειν, καὶ τέμνειν αὔλακ' ἀρούρᾳ,
Ἄλλος δὲ τότε Τῖφυς κ' ἄλλη ἔσσεται Ἀργὼ,
Ἡ φέροι Ἥρωας, πόλεμοι ἄλλοι τε ἔσονται.
Καὶ πάλιν εἰς ἱερὰν Τροίης πόλιν ἵξετ' Ἀχιλλεύς.
Ἀλλ' ἐπεὶ ἡλικίας ἀκμὴ σέγε ἄνδρα ποιήσει,
Εἴξει καὶ πόντῳ ναύτης, πίτυς οὔτε θαλάσσῃ,
Κτήματα ἀλλάξει. πᾶσ' ἔσαι πάμφορος αἶα.
Οὐκέτι χθὼν ξυστρὸν, δρέπανον μήτ' ἄμπελος οἴσει.
Ἤδη δὲ στιβαρὸς ζυγὰ βουσὶν λύσει ἀροτήρ.
Ψεύσεται οὐδ' ἔριον τὰ χρώματα ποικίλα λευκὸν,
Αὐτὸς ὁ ἀλλὰ κριὸς λειμῶσιν πορφυρέοιο
Ὀστρέω, ἤδη κρόκον μεταμείψει λυσιμάχιον,
Σάνδυκι αὐτομάτως βόσκων ἐσθήσεται ἀρνός.
Αἰῶνας τοίοις τελέειν, οἷς εἶπον ἀτράκτοις
Μοῖρα ἀκινήτῳ σύμπασαι ὁμόφρονες αἶσαι.
Θεσπεσίαις τιμαῖς ἐγχείρει (νεῦ χρόνος ἐστί)
Ὦ τέκος ἀθανάτων μέγα ἢ Διὸς διοτροφὲς ἔρνος.
Θάσαι ὡς κόσμος νεύει ἐπὶ ἄχθει κοίλῳ
Καὶ χθὼν, καὶ πόντου πέλαγος, καὶ οὐρανὸς αἰπύς.
Θᾶσ' ἐπ' ἐλευσομένῳ ὡς φαιδρὰ ἅπαντα αἰῶνι.
Αἴθε τόσον ζωῆς πύματον μένειν μέρος ἡμῖν
Πνεύματέ τόσσον ὅσον σὰ ἔμ' ἀρκέσει ἔργα ἐνίσπειν,
Οὔτε με οὐ μέλπων νικάσει Θρήκιος Ὀρφεύς,
Οὔτε Λίνος, τῷ περ μήτηρ, ὁ πατὴρ δὲ ἐκείνῳ,
Ὀρφεῖ Καλλιόπεια, Λίνῳ ὡραῖος Ἀπόλλων.
Πὰν εἰ Ἀρκαδίας κρινάσσῃ ἄμμιν ἐριζόμενος,
Ἀρκαδίας Πὰν κρινάσσαι νικηθέν ἐμὲ εἴποι.
Ἄρχεο μικκὲ γέλῳ γινώσκειν ματέρα κοῦρε.
Ματέρι οἱ δέκα μῆνες ἐνεικαν πήματα πολλά.
Ἄρχεο μικκὲ κοῦρ' ᾧ ἢ μὴ γελάσαντι τοκῆες,
Ὃν θεὰ οὔτ' εὐνῆς, θεὸς ἤξιωσ' οὔτε τραπέζης.

Parthenodia Martinengi Græca, & Latina.

At & honeſta Ecloga, ſiue Idyllium eſt in Theotocodia, ſiue Parthenodia Titi Proſpe A
ri Martinengi; qua Ecloga laudat eximium quendam Archimandritam, qui nomina-
batur Aſtrum, ſeu Sydus. Interlocutores ſunt Sebinus, & Daphnis. Incipit autem ſic.

Δαφνὶς ὁ χενναῖος, καὶ σὺ κναμοῖσι σεβῖνος
ἀφροβίων γεγαὼς πολὺ δ᾽ ἀφνίδι πιςὸς ἑταῖρος
καινομαχῶν βοτὰ καλὰ κατ᾽ ὤρεα μακρὰ νόμευον.
ἄμφω τοὺγ᾽ ἤτλω θαλερᾶ νεοθαλέες ἀκμᾶ.

Et quæ ſequuntur. Hæc verò cum reliquis Græcis carminibus habentur in appendice ad eiuſdem Auctoris ſacra Poemata.

Neq; verò me latet, quas piſcatorias Eclogas Iacobus Sannazarius, & Ioannes Iouianus Pontanus paſtorales, & Antonius Geraldinus ſacras, & alij alias ſcripſerunt; ſed cum præter nitorem, & elegantiam carminum, nos ipſam cum eadem elegantia pietatem præcipuè ſpectemus, probos, & ingenuos adoleſcentes, deinde item inprimis eorum Præceptores, & Parentes in Domino precamur, vt ſi eandem Græcam, & Latinã Virgilij Eclogam ſibi propoſuerint, ſimul Conſtantini Magni Imperatoris, quam habuit ad fidelium cœtum de ipſis Virgilij verſibus, tanquam ſociam, & interpretem adhibeant; quæ vt habeatur ad manus, huc adtexendam duximus; addituri ſtatim poſt illam nouum, & ſanctum genus Eclogarum, quod collaudando Deo, mira pietate, vti & iudicio Iacobus Pontanus noſter, inter alia ſua Poemata confecit: quod collatum cum quartã, & octaua Ecloga Virgilij, intelliget quiſque, ecquid hoc præ illis ad verè ędificandos animos ſapiat. B

Ex Conſtantini Imperatoris oratione, quam habuit ad ſanctorum cœtum. C

De Virgilij Ecloga. Cap. XVII.

Conſtantini Magni Imp. interpretatio Eclogę Virgilii.

Iam noua progenies cœlo demittitur alto.

Et iterum in alio Bucolicorum libro:

Sicelides Muſæ paulò maiora canamus.

Quid iſto apertius? Addit enim.

Vltima Cumæi venit iam Carminis ætas.

Cumæam vult planè Sibyllam eſſe. Neque his contentus erat ille quidem: ſed progreſſus eſt longius, adeo vt eius vti teſtimonio neceſſitas poſtulare videatur.

Magnus ab integro ſeclorum naſcitur ordo;
Iam redit & virgo, redeunt Saturnia regna.

Quid ergo? Quæ eſt illa Virgo, quæ rediit? An nõ quæ plena, & grauida facta eſt è Spiritu ſancto? Et quid obſtat, quo minus puella hęc grauida è Spiritu Dei, Virgo maneat perpetuò? Reuertetur, etiam Dominus ipſe, qui Virgo eſt. Secundò, & orbem afflictum aduentu ſuo leuabit. Adiungit item Poeta: D

Tu modo naſcenti puero, quo ferrea primum
Deſinet, ac toto ſurget gens aurea Mundo,
Caſta Lucina faue.
Hęc duce, ſi qua manent ſceleris veſtigia noſtri,
Irrita perpetua ſoluent formidine terras.

Virgilius cur texerit inuolucris veritatem.

Perſpicuè igitur poſſumus intelligere, etiam hęc, quę dicta ſunt per allegoriam occultè, his qui vim verborum altius perquirunt, Chriſti Diuinitatem ſub aſpectu ſubijcere; ac poetam ne quis Princeps in ciuitate, quę caput Imperij eſt, ipſi, quòd contra patrias leges ſcripſiſſet, quòdq. maiorum inſtituta olim de Dijs ſancita reieciſſet, crimini dare poſſet, veritatem tanquam inuolucris quibuſdam texiſſe. Vidit enim, credo, beatum, & eximium aduentus Saluatoris myſterium: verum ut immanem euitaret crudelitatem, mentes audientium ad ſuam ipſorum conſuetudinem traduxit, aitque, nouę proli aras extruendas eſſe, templa apparanda, ſacrificia obeunda. Ea igitur, quę ſequuntur aptè ad prudentum intelligentiam inducit, ait enim. E

Ille Deum vitam accipiet, Diuiſq. videbit
Permiſtos heroas, & ipſe videbitur illis:
Pacatumq. reget patrijs virtutibus orbem.

At

A *At tibi prima puer nullo munuſcula cultu*
Errantes hederas paſſim cum baccare tellus,
Mixtaq. ridenti colocaſia fundet acantho.

Vir admirabilis, & omni doctrina eximiè ornatus, accuratè illorum temporum perſpiciens crudelitatem.

Ipſe lacte domum (inquit) *referent diſtenta capellæ*
Vbera, nec magnos metuent armenta leones.

Vera planè ſunt, quæ dicit, nam regiæ aulæ principes fides non extimeſcet.

Ipſa tibi blandos fundent cunabula flores,
Occidet & ſerpens, & fallax herba veneni
Occidet: Aſſyrium vulgo naſcetur amomum.

B His certè nec verius quicquam, nec ad Saluatoris virtutem aptius dici poterat. Ipſa enim Dei cunabula Spiritus ſancti virtute flagrantes flores nouæ ſoboli extulerunt. Serpens vero, à quo primi noſtri parentes primum in fraudem impulſi, & mentes eorum à temperantia naturaliter ipſis inſita ad voluptatum blanditias traductæ erant, vt interitum ipſorum ceruicibus impendentem planè perſpicerent, omninò perijt, & venenum eius pariter ſublatum eſt. Quippe vt ante Saluatoris deſcenſum ignoratio immortalitatis, quæ iuſtis tribuitur, animos hominum nulla ſpe bona adhuc confirmatos penitus fregit: ſic cum ille paſſus fuiſſet, & corpus, quo circumdabatur, eſſet à Spiritus ſancti communione ad tempus ſeparatum, reſurrectionis vis hominibus patefacta fuit: & ſi quæ labes humanorum ſceletum reſidebat, illa vniuerſa ſacro baptiſmatis lauacro abſterſa. Tunc igitur illos, qui ipſi parebant, bono animo eſſe iuſſit: & veneranda ſua, eximiaq. reſurrectione admonitos, ſimilia ſperare mandauit. Itaque *Herba veneni mortua.*
C non ſine cauſſa fallax herba veneni occidit: occidit etiam & mors: reſurrectio autem tamquam ſigillo confirmata eſt. Cum autem dicit Aſſyrium amomum ubique naſci: Aſſyriorum genus, quod fidei diuinæ cauſſa fuit, multitudinemq. hominum Deum religiosè colentium innuit. Quæ planè non aliter, quàm denſa ramorum uelut multitudo ex una radice odoriferis floribus pullulat, ex æquabili roris temperatione rigata efloreſcit. Eruditè igitur ò ſapientiſſime Poeta Maro, dixiſti, & quæ ſequuntur omnia his aptè reſpondent.

At ſimul heroum laudes, & facta parentis
Iam legere, & quæ ſit, poteris cognoſcere virtus. *Heroes.*

Per heroum laudes iuſtorum hominum recte facta ſignificat: per uirtutem Patris Mū
D di fabricam, & molitionem Dei ad æternum tempus duraturam intelligit. Fortaſſe etiam leges, quibus Sacroſancta Eccleſia utitur, dum uitam humanam ex iuſtitię, & tẽperantię regula inſtruit. Eſt præterea illud ſummè mirãdum, quo pacto homines, quorum uita quaſi media inter bonorum, malorumq. uitam interiecta eſt, quæq. ſubitam, repentinamq. mutationem neutiquam admittit, ab eo rudi, mediocriq. uitæ genere ad cęleſte, ac Diuinum, quod in rebus mente ſola cõprehenſis poſitum eſt, aſcenderint.

Molli paulatim flaueſcet campus ariſta.

Hoc eſt, fructus diuinæ legis ad hominum uſum producetur.

Incultiſq. rubens pendebit ſentibus uua.

Id eſt, mores, qui non erant impia uiuendi ratione deprauati.

Et duræ quercus ſudabunt roſcida mella.

E Inſcitiam hominum illius temporis, & rudes, impolitoſq. mores deſcribit. Ac fortaſſe etiam eos, qui labores à Deo exantlatos audiant, ſuauem quendam fructum ex ſua ipſorum in arduis rebus tolerantia percepturos demonſtrat.

Pauca tamen ſubeunt priſcæ veſtigia fraudis,
Quæ tentare Thetim ratibus, quæ cingere muris
Oppida, quæ iubeant telluri infindere ſulcos,
Alter erit Typhis, & altera quæ uehat Argo
Delectos Heroas: erunt etiam altera bella,
Atque iterum ad Troiam magnus mittetur Achilles.

Scitè quidem ò Poeta ſapientiſſime; poeticam enim facultatem non extrà decori fines prouexiſti. Nam tibi, cum non eſſes Propheta, uaticinari non erat propoſitum. A Obſtabat etiam, credo, periculum quoddam, quod ipſorum capitibus imminet, qui patria inſtituta coarguunt. Prouidè igitur, & abſque periculo, quoad eius fieri poterat, his, qui intelligentiæ acumine ualent, ueritatem aperuit, ac turres, & bella criminatus, quæ certè iam in hominum uita cernuntur (Seruatorem ad bellum Troianum proficiſcentem) depingit: per Troiam Mundum uniuerſum intelligit. Nam & prouidentia propria, & patris iuſſu in terram demiſſus ex aduerſo cum improba hoſtium manu dimicauit, ſed quid poſtea dicit Poeta?

Per Troiam allegoricè Mundum notat.

Hinc ubi iam firmata uirum te fecerit ætas.

Hoc eſt, ubi adoleuerit, malis, quæ uitam humanam occupant, radicitus extirpatis, totam terram pacis ornamentis decorabit. B

Cedet & ipſe mari victor, nec nautica pinus
Mutabit merces, omnis feret omnia tellus;
Non raſtros patietur humus, non vinea falcem,
Nec varios diſcet mentiri lana colores.
Sponte ſua ſandix paſcentes veſtiet agnos.
Aggredere ò magnos, aderit iam tempus, honores,
Chara Deum ſoboles, magnum Iouis incrementum.
Aſpice conuexo nutantem pondere Mundum,
Terraſque, tractuſq. maris, cælumq. profundum.
Aſpice uenturo lætentur ut omnia ſeclo.
O mihi iam longe maneat pars ultima uitæ C
Spiritus & quantum ſat erit, tua dicere facta.
Non me carminibus uincet, nec Thracius Orpheus,
Nec Linus, huic mater quamuis, atque huic Pater adſit.
Pan etiam Arcadia mecum ſi iudice certet,
Pan etiam Arcadia dicat ſe iudice uictum.

Aſpice (inquit) immenſi Orbis, & omnium elementorum hilaritatem. Iſta aliquis forte parum prudens, de hominum ortu, ac ſtirpe dici exiſtimauerit. Verum quam rationem habere potuerit, vt prole hominis ſatu edita, terra non raſtros, non aratra paſſura eſſet, nec uitem falcis aciem, nec alium cultum deſideraturam? Aut quo pacto hoc, quod dicitur, in humana ſobole ac ſtirpe intelligitur? Eſt enim natura diuini ſcilicet mandati quaſi famula, non humani præcepti miniſtra. Quin etiam hilaris elementorum aſpectus, Dei deſcenſum, non hominis alicuius conceptionem indicat. Quod autē Poeta uitæ exitum ſibi longius propagari optet, eſt diuini planè aduentus inuocatio. D A Deo enim, non ab homine uitam, conſeruationemq. petere conſueuimus. Erythræa etiam cum Deo ſic loquitur: Quid mihi, Domine, diuinandi neceſſitudinem imponis, ac nō potius è terra in ſublime ſublatā, ad diē uſq; ſanctiſſimi aduentus tui reſeruas? Et quidem ita Conſtantinus Magnus, tantus licet Imperator. ſed & è nouo Eclogarum genere, qualem luber nominare adiunctam, perſpici poteſt, quam latè adhuc pateat campus ad maiora illa in Eclogis canenda, quæ Virgilius non intelligens, aut nolens intelligere, cecinit.

Natura diuini mandati famula.

Iuuenes, & Virgines, Senes cum Iunioribus laudent nomen Domini.

Iun.

Cætus pudici floridarum Virginum,
Quibuſq. cani iam ſparſerunt tempora,
Dein uos, quibus adhuc aut ſanguis integer,
Suoq. ſolidæ uires adſunt robore,
Venite, cælo oculos, aureſq. tollite,
Pernoſcite rem miris modis mirabilem.

Ex Iacobi Pontani Volum. 3. Progymnaſmatū Latinitatis. parte 1.

Sedes per ſuperus, regnas per ſtellantia E
Ieſſæus uates gemmis, auroq. duplicem
Geſtans coronam, & digitis neruos increpans
Serenus graditur, longa ducens agmina,
Puerorumque, puellarumq. radiantia,
Sertis purpureis, candidiſq. ueſtibus,
Citharisq. præditorum, & ſtrepitu amabili
Hymnos æterno Regi perſonantium.
Spectaculum ſpectamus Diuiniſſimum, V.
Auditum & imbuunt moduli ſuauiſſimi.

Mens

Mens afflata calet, venis ſe Deus inſerit.
Sociemus cantum cantibus cæleſtium.
S. *Noſtrâ quoque ad veſtrâ adſcribite ſententiâ*
Τρισάγιον *numen cohoneſtemus laudibus.*
Diuumq. regnatorem, hominumq. principem
Mortalis quantum lingua prædicauerit,
Tantum conemur prædicare, & amplius.
Iu. *Laudationis plures adhibere ſocios*
Aequumq. eſt: namq. Deo laudē debēt omnia,
Quæcunque ſuo natura complexu tenet.
V. *Mentes beatæ, quælibet*
Concretione liberæ,
Quas Mundi in ipſo exordio
Communis Auctor conditas
Nouem diremit claſsibus:
Tum quotquot eſtis cælites,
Vinclis leuati corporum,
Meritaq. adepti præmia.
Dicamus almo numini
Ampliſsimum præconium.
Orbeſq. vos Olympici
Tu fons diurni luminis
Tu tacita noctis arbitra,
Et vos coruſcæ lampades,
Fundamus electum melos:
Deo feramus inclitas
Laudes, honores, gloriam.
S. *Sub cælis duo bis corpora maxima,*
Vnde exorta ferunt corpora cætera,
Grando, ros, pluuia, cum glacie niues,
Et cum frigoribus fulgura, fulmina,
Venti, ſyluifragi, marmoreum gelu,
Tempeſtas violens, & tep[illegible], & calor,
Ipſum perpetuis pſallite laudibus
Iu. *Omnia per magnas labentia flumina terras,*
Sylua nemoraq. frondea,
Cunctaq. mobilibus pometa interflua riuis,
Atque arborum mille ſpecies.
Pinguia camporū, & pubentes gramine valles,
Et flos, & herba multiplex,
Aßiduo inſiſtant magnū celebrare Tonantem,
Laudare & effuſiſsimè.
I. *Nec vos ſilere numinis ſacri decus*
Alumni aquarum condecet.
Nec vos, quæ humo ſummiſſa dente largiter
Tondetis auido pabula.
Volatile genus omne, modulemur Deo
Noua ſemper, & noua cantica.
Huic ſceptra Reges turgidi, huic potentiam,
Auctoritatem Præſides:
Huic iura veſtra Iudices concedite,
Regi omnium iuſtiſsimo:
Eiuſq. nomen proſequimini mentibus
Caſtiſsimis, gratiſsimis.

Vrbes, & arces, caſtra, propugnacula,
Cumq. oppidis Prouinciæ,
Populiq. genteſque, & ſ[illegible]uentia ſpiritu,
Diuinitatem concinant.
Barbita iungātur crotalis, & tympana cornu, V.
Tibia, ſambuca, lyra, buccina, cimbala ſiſtris,
Et chorus, atq; chorus noſter, veſterq. viciſsim
Hymniſonas, Iuuenes, iactent ad ſydera voces.
En age, duas alterna vocant ad carmina nymphæ: I.
En ſecum meditantur, habent quo vincere poſsint.
In medio palma eſt, animos contendite veſtros.
Cælituum rector, quanam te digna canemus?
Par tibi laus nullo, Deus, ò Deus editur ore.
Nos quoque vobiſcum, quorum conſtantior ætas, S.
Alterna cupimus, ſi fas, certare Camœna.
Omnipotēs genitor quo te cumulemus honore?
Sexcentis opus eſt ad tanta encomia linguis,
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Si ſedet hoc animo collatis prælia ſignis Iuu.
Tentare & numeris ſacratum vrgere laborē,
Dicite longæui, nos reſpondere parati.
Plurima dixeritis, linquetis plurima nobis:
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus:
Qua roſeos ſol iungit equos, quà mergit in vndas V.
Aurea terrigenis portantes lumina currus,
Nota Dei virtus, clarū, & memorabile nomen,
Quod neq. Terra capit, ſpatioſa nec atria Cæli.
Par tibi laus nullo Deus, ò Deus, editur o e.
Omnia Diuino quondam ſunt condita nutu, I.
Omnia Diuino ſunt conſiſtentia nutu,
Diuinus rerum moderatur ſingula nutus,
Diuino penitus procedunt omnia nutu.
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.
Hic ſapiens, verus, iuſtus, pius, atque benignus, S.
Contractas hominū facilisq. remittere culpas,
Et miſeros miſerari, humileſque audire precatus,
Solari mæſtos, ruituris tendere dextram.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Regale ad ſolium ſolet ille vocare modeſtos, Iuu.
Frangere præfractos, & debellare ſuperbos,
Manſuetos curat mirando incenſus amore,
Sæuit in ingratos, iracundoſq. repellit,
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Quā dulcis Dominus ſeſe quærētibus? ò quā V.
Blandula ſunt noſtras quæ verba ſuſurrat in aures.
Illius amplexus, illius, & oſcula nobis
Contingant, ſeu vita manet, ſeu uita recedit.
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.

Laude-

Laudemus Dominum, veneremur, & admiremur,
Viribus, & totis, & totis ſenſibus illum,
Pectoribus totis, & plusquam noſmet amemus.
I. *Laudemus ſeu vita manet, ſeu vita recedit:*
Par tibi laus nullo Deus, ò Deus, editur ore.
Felices quicunque Dei mandata faceſſunt:
S. *Felices in eo qui ſpes defigere gaudent:*
Felices ab eo expectantes vſque ſalutem:
Felices nimium, quibus omnia in omnibus ipſe eſt.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Iun. *Aetheret donec magnis anfractibus orbes*
Voluentur, noctemq. dies formoſa ſequetur,
Et patres, natiſque, & qui naſcentur ab illis,
Et matres, nataſq. Deum memorare iuuabit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
V. *Oſſa, artuſq. mei, præcordia & ipſa loquantur,*
Calicolumque Patri laudes & carmina præmant.
Quæcunque in me ſunt, ò fiant omnia linguæ,
Admiranda operum diuinorumq. profantor.
Par tibi laus nullo Deus, o Deus, editur ore.
I. *Ne ſinite ex animis elabi commoda veſtris*
Mortales, quibus ille Deus, Deus ille Deorum
In vos ſæpe ſuum eſt clarè teſtatus amorem:
Et quales quales meritis perſoluite grates.
Par tibi laus nullo Deus, ò Deus, editur ore.
S. *Pectoribus promptis diuina capeßite iußa,*
Iuſſa Dei, veniat donec pars vltima vitæ.
Omne bonũ Deus eſt, cuius ſtant omnia verbo,
Quem metuunt freta, terra, polus. Maneſq. profundi.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Lætior eſt terris, cælo ſublimior extat. Iu.
Omnia plena Deo, cælum, mare, tartara, tellus:
Qui poteſt in nihilum tantas conuertere moles,
Et poteſt è nihilo ter centum fingere mundos.
Maior honore Deus & inenarrabilis vnus.
Sine Deum canimus, cantu nil ſuauius illo: V.
Siue Deum loquimur, verbis nil dulcius illis.
Iucundum eſt audire Dei venerabile nomen.
Iucundum eſt imisq. Deum verſare medullis.
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.
Lucidior ſole eſt, & flore fragrantior omni, I.
Pulchrior & Luna eſt, & Stellis purior ipſis.
Supra aurum, gemmaſq. Deus, viridesq. ſmaragdos,
Et pretium pretiorum, & Mundi ſolus opum Rex.
Par tibi laus nullo, Deus, ò Deus, editur ore.
In noſtros Deus, in noſtros illabere ſenſus: S.
Eia tuos gelidis accende in cordibus ignes:
Diſcute luce tua tetram caliginis vmbram,
Eſuriesque, ſitiſq. Deus te noſtra requirit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Felices animæ, quibus extra hunc omnia ſordent, Ie.
Quæ deſiderijs nocturnis, atque diurnis
Hunc ſolum exoptant, ſolo oblectantur in illo:
Atque ita præcipiunt, quæ ſolis nota beatis.
Maior honore Deus, & inenarrabilis unus.

De Pindaro, & alijs Lyricis Græcis. Cap. X[illegible]III.

Pindarus inimitabilis Horatio.

FViſſe nouem Lyricos Poetas Græcos habitos celebres, quorum Pindarus tulerit palmam, nemo peritus literarum Græcarum ignorat; certe quadam ſpiritus (vt ita dicam) magnificentia, ſententiis, figuris, rerumq. ac verborum copia, ſic ille polluit, vt Horatius inimitabilem dixerit. Id autẽ initio ſuorum carminum cernitur, cuius ea primo occurrunt verba: Si certamina (inquit) anime mi proloqui deſideras, ne porrò ſolum contempleris aliud feruentius fulgidum aſtrum per deſertum æthera, neque Olympico agone: & quæ ſequuntur. Deinde laudat Hieronem Syracuſanorum Regem ab Olympica uictoria, à iuſtitia, à ſapientia, à peritia muſicæ, atque item ab equo, quo victoriam retulit, deinde à loco, ubi Olympica certamina aguntur, nempe Peloponeſſum, denique ad Tantalum, & Pelopem digreditur. Hinc ergo, atque ex ſimilibus intelligit quiſque cordatus, & pius, quanto melius certamina martyrũ cani poſſint, quàm ue ad iſta, quæ precioſa ſunt, uerba illa ſanè pulchra ſint transferenda. Idem dico de aliis Lyricis, quemadmodum fuſius egimus infrà, ubi de Ode, ac de Horatio ſcripſimus. Interea, num res ſacræ poſſint nitido carmine Pindarico celebrari, hæc quæ ſequuntur oſtendent; cum qui reliqua huiuſmodi ſcripſerint, ex iis peti poſſint, quos Elencho Poetarum adſcripſimus.

Cap. 11. huius libri.

A ΧΡΙΣΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

Εἶδος Πινδαρικόν. Στροφὴ κώλων θ.

Fc. Ποικιλογάρυες ὕμνοι, μοισᾶν
Ia. Καλλιπλοκάμων ταμίαν
Οἶκον ποτινισσόμενοι, τιμάορον
Ταύταν φέρετ' ἀγλαΐαν, δρό-
σῳ τε ῥανθεῖσαι μαλακᾷ γλυκερὸν
νίκας ἄωτον,
Τὰν βαρυγδούπου κρέοντος
Ὑψινεφὴς γέννα σωτὴρ ἕλεν,
B Μνᾶμα πάντων τῶν πρότε κάλλιστον ἀέθλων.

Ἀντιστροφὴ κώλων θ.

Τυμβιδίων γὰρ ἀδειμάντῳ κράτει
Κευθμῶνα λιπὼν σκιαρὸν
Ἄτρατον, ἀβάταν πρότερον θνατοῖς κλυτὸν
Νικαφορίας ὁδὸν ἦλθε
Δεσπότας, καὶ θεσπεσίῳ παλάμᾳ
Δύστανον ἀνδρῶν
Ἔθνος ἀρχαίου δράκοντος
Καρπαλίμως γενύων ἐξείλετο,
Δαΐων στερρὰν βίαν ἰσχύϊ δαμάζων.

Ἐπῳδὸς κώλων θ.

Θαῦμα παμφώνοις ὁμοκλαῖς
Ἀδέμεν γαρύομεν.
Ἀμμες οὖν μοισαῖον ἐλᾶν πεδόθεν
Νικαφόρον ὁρμώμενοι
Δίφρον, ἀγάτορα Δίρκας
Αἰετὸν ὑψιπέταν ἰχνεύομεν.
Ἀλλὰ τὺ τᾶν χαρίτων εἰδὼς νέμεσθαι
Κᾶπον ἀειδόμενον,
Εὐμενεῖ ψυχᾷ χάριν δέξαι ταπεινάν.

CHRISTI RESVRRECTIO.

Carmen Pindaricum. Strophe Colon 9.

C *Variè ſonantes hymni Muſarum pulchris capillis ſpectandarum cuſtodem [Muſis ornatam & illuſtrem] domum adeuntes; ferte hunc eximium ſplendorem, dulcemq́ florem victoriæ rore molli irrigatæ [hanc inſignem victoriam ſuaui carmine decantatam] quam grauiter ſonantis Regis in altis nubibus habitans proles ſeruator [Chriſtus] reportauit: monimentum pulcherrimum priorum omnium certaminum.*

Antiſtrophe Colon 9.

Sepulchralis enim antri linquens intrepido robore cauitatem opacam, inacceſſam antea mortalibus, inclytam victoriæ viam ingreſſus eſt Dominus; manuque potenti miſerum mortalium genus ex veteris draconis rapacibus malis eripuit, hoſtium fortem vim virtute domans.

D Epodus. Colon 9.

Miraculum ſanè omniſono [carminum] murmure celebrare ſuaue. Nos igitur Muſarum currum victoriæ reportatorem altius à terra agitare aggreſſi [longè nos ab humo tollentes, grandia & ſublimia canere] generoſam Dirces Aquilam altiuolantem ſequimur [Pindarum poetam Thebanum ſcilicet, qui verba grandia loquitur, & inſtar aquilæ ſublimis, & longiſſimè remotus à terra, volat.] At tu, qui noſti gratiarum hortum celebrem decerpere [qui gratiarum fauore frueris, & poeta es] beneuolo animo hoc munuſculum ſuſcipe.

Ceterum Agoriſticon Petri Fabri de re Athletica, ludisq; veterũ Gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus, Spicilegiorum Tractatus prodiit Lugduni Galliæ ann. 1591. qui Pindaro intelligendo, præter illa, quę ſunt ad illum Græca Commentaria, vtilia eſſe poſſunt. De Gymnaſtica verò Hieronymi Mercurialis V. C. locuti ſumus in
E libro de Medicina.

De Callimacho. Cap. XIX.

CAllimachi autem cum non pauca ſint non ſolum in Iouem, Apollinem, Dianã, Delum, lauacrum Palladis, Cererẽ, inde ſeligenda viderentur quæ poſſent ingenijs eſſe vſui futura citra animi noxam. Inueniuntur autem extra ipſius librum, qui circumfertur, varia apud Interpretes Pindari, Theocriti, Apollonij, & aliorũ Poetarũ, apud Diogenẽ Laertium in vita Pittaci, & lib. 9. & in Anthologia Epigrammatõ lib. 3. in Heraclitum Poetam; deinde apud Plutarchum in vita Antonij, in Timonẽ & lib. 1. de placitis Philoſophorum c. 7. & in alterum apud Athenæum lib. 2. c. 1. & li. 15.

non procul à principio. In Polypum lib. 7. & 32. In Polas Colchidis vrbem apud Strabonem libro primo, & quinto Geograph. In Theram Inſulam libro vltimo Strabonis. In literarum perpetuitatem apud Stobæum ſerm. 79. In puerum ſerm. 75. Et in amicorum συμπάθειαν ſerm. 111. ac quæcunque ex anthologia Græcorum Epigrãmatum in Nouercas, Theetetum in Poetas, in Saonem, & in aliquos alios, ac denique in Catullo, qui ad Ortalum de coma Berenices poematium Callimachi Latinis verſibus redditum miſit. Extant inquam hæc Callimachi, quæ, ſicuti aliorum quorundã antiqua ethnica poemata, à quibuſdam hæreticis in lucem edita, penè in Cœlum efferuntur, vt & omnibus Philoſophorum meritis anteponant, & è Strabone ſolos Poetas dicant eſſe ſapientes: Veruntamen lectores eſſent præmuniendi ea ſaltem admonitione, ut enitendum eſſe Chriſtianis intelligerent, ut in Diuinas laudes conuerterent, quæ illi in falſorum Deorum celebrationem, in Commentitios illos Ioues (quorum 300. numerauit antiquitas) in Apollines, Dianas, & reliquos effutiebant. Callimachus porrò minus excuſabilis videtur, quàm ceteri, quòd cum eſſet Philadelpho, & Euergetæ Ptolemæis Ægypti Regibus familiaris, ac Regiæ illorum Bibliothecæ præeſſet, poterat videre tranſlationem Diuinæ Scripturæ ab 70. Interpretibus factam; &, Deo iuuante efficere, ut gentilium Deorum falſitatem non ſolum ex animo, ſed & è ſuis ſcriptis omninò abſtergeret: id quod tamen non omninò tacuit, ſicuti ſuprà monſtrauimus. A B

Strab. lib. 1.

De Phocylide. Cap. XX.

DE Phocylide autem, licet ſatis moralis videatur, ſunt tamen ad memoriam reuocanda, quæ Suidas dixit ſequentibus verbis, εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα. hoc eſt, verſus illius ſunt è Sibyllinis ſubrepti. Sanè verò Phocylidis verſibus Sibyllinos, ac Sibyllinis Phocylideos mixtos eſſe nõ defuere qui putarunt. Quin & alia recentiorum quorundam malè formata carmina inſeruere ij, qui Phocylidi Chriſtianam pietatem tribuere voluerunt. In quem errorem facile ſunt lapſi, quòd Stobæi eadem citantis fuere cum collectaneis Geſneri commixta. C

Phocylidis ex Sibyllinis carminib ſua ſubripuit.

Hoc ego tamen dixerim, poſſe, qui Phocylidem ſuſciperet interpretandum, vbi in verſus Sibyllinos incideret, ex his ſumere occaſionem ad ſtatuendam in animis auditorum veritatem, atque ad pietatem inſinuandam. Quæ verò item in Sibyllinis verſibus cautio adhibenda, ac quanta nam ſit eorum vtilitas, ex teſtimonio Pauli Apoſtoli, quẽ Clemens citat Alexandrinus in ſexto libro Stromatũ, nos quidem aliquid in ſecundo libro huius Bibliothecæ Selectæ attigimus, Veruntamen Sixtus Senenſis in ſecundo lib. Bibliothecæ Sanctæ ex Lactantio, ac D. Hieronymo ea accuratè collegit, vt inde ea ſine labore peti, atque huc conferri poſſint, magno iuuentutis commodo, qui ferè ſemper retinent, quod hauſerunt à pueris. D

Vnde nam error eorum, qui Phocylidi Chriſtianam pietatem tribuerunt.

De Tragicis, & Comicis Poetis Ethnicis antiquis tum Græcis, tum Latinis, quid generatim Lambinus ſenſerit. Cap. XXI.

IN Tragicis, & Comicis Dionyſius ipſe Lambinus, quæ moribus aduerſari poſſent, haud diſſimulauit. Itaque ille ſic: Veniamus ad Tragicos, qui omnium manibus teruntur, qui aſſiduè leguntur, qui ediſcuntur. Primùm ipſa tragœdiarum argumenta partim ſunt atrocia, ſcelerata, & impia; partim flagitioſa, & inceſta, partim incredibilia, atque abſurda: exempli gratia: liberi à matribus trucidati: matres à liberis interfectæ: uiri ab vxoribus, adiuuante adultero de medio ſublati: indomitæ, atque effrænatæ mulierum libidines: filiorum cum matribus concubitus: nouercæ priuignorum amore flagrantes: fratres mutuis uulneribus animam cum ſanguine profundentes: patres per ſpeciem, & cauſſam religionis, filias immolantes: fortiſſimi viri alii acceptæ iniuriæ dolore ad inſaniam redacti, alii ne ad bellum proficiſcantur, furorem ſimulantes: ſexcenta his ſimilia. Deinde ſententiæ talibus argumentis conſentaneæ. E

Dionyſius Lambinus præfatione in Lucretium Carum.

Oderint

A *Oderint dum metuant: &*
Natis ſepulchrum ipſe eſt parens: &
Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia
Violandum eſt, alys rebus pietatem colas. &
Iuraui lingua, mentem iniuratam gero: &
Τῦ μετὰ δ' ἰσχὺν τὴν δ' ἐκείνην ἄρνυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ πανδράντος ἔνθα κερδανεῖς. *id eſt.*
Opinionem iuſti hominis tibi para,
Sed quæſtuoſa quæ ſient, facito omnia. &
Τὸ κέρδος ἡδὺ καν ἀπὸ ψευδῶν ἴῃ: *id eſt.*
Dulce eſt lucrum, partum licet ex mendacio. &
B Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείττονες πεφυκότες, *id eſt.*
Multis labefactant nos ſuperi artium modis,
Præſtantiores quippe longe viribus. &
Εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν βίον
Λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. *id eſt.*
Animum tuum oblecta: bibe: præſentem diem
Tuum eſſe, cætera omnia fortunæ puta.

Quid Comici? nonne hi quoque (addit Lambinus) ſi ſummo cum eis iure agere volemus, è bibliothecis omnibus erunt exigendi? Nihil dicam de Ariſtophane. notum os veteris comœdię. nota uerborum illius non libertas, aut licentia, turpitudo C atque impudentia. Plautini item ſales nemini ſunt inauditi. mitto quàm ſint improbi, quàm ſcurriles, quàm obſcœni. Ne Terentius quidē, quem omnes eruditi Comicorum omnium pudentiſſimum, & uereeundiſſimum fatentur eſſe, omni ex parte ſermonibus prætextatis, atque impudicis uacat. — De Comicis.

Ne multa. totum argumentum comicum ex ſenibus auaris, ſtultis, deliris: ex adoleſcentibus amatoribus, intemperantibus, ſcortatoribus, profuſis, ac perditis: ex virginibus aut vi aut pretio corruptis, ex meretricibus procacibus, ac rapacibus: ex ſeruis fallacibus, ac furacibus: ex lenonibus impiis, ac periuris: ex paraſitis edacibus: & ex militibus glorioſis conſtat. Hæc Lambinus.

De Latinis Poetis Epicis Antiquioribus, ac primum de Ennio.

D *Cap. XXII.*

Ennius primum inter Latinos Poetas Epicos locum obtinet, quem & Virgilius ſibi imitandum propoſuit, & M. Varro diſcipulum Muſarum, quemadmodum M. T. Cicero ſummum Epicorum Poëtarum uocat. Porrò grauiſsima de illo teſtimonia habentur, qualia ſunt Horatii in Poetica. — Horat. de Arte.

Ego cur acquirere pauca,
Si poſſum inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrium ditauerit, & nouarerum
Nomina protulerit?
Et ibidem.
E *Et Enni*
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut operæ celeris nimium, curaq; carentis,
Aut ignoratæ premit artis crimine turpi.
Nec tacuit Ouidius.
Ennius arte carens, animoſiq; Attius oris
Caſurum nullo tempore nomen habet.
Et alibi.
Vtq; ſuo Martem cecinit grauis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Proper. lib. 3. eleg. 2. & lib. 4. eleg. 1. Quintil. lib. 10. c. 1. Macrob. lib. Saturnal. c. 4. lib. 6. c. 3 & 9. Agell. lib. 4. cap. 7. Senec. apud eundem li. 2. c. 2. & lib. 7. epiſt. & li. 3. de Tra. Scaliger de Ennio. Hierony. Columna.

Quin quæ de eo veteres alij teſtati ſunt, ingens tanti Poetæ deſiderium poſſunt iniicere: Nam præter Propertium, Quintilianum, Macrobium, Agellium, & alios; certe Seneca ſcriptum reliquit. Quidam ſunt tam magni ſenſus Q. Ennii, ut licet ſcripti ſint inter hircoſos, poſſunt tamen inter vnguentatos placere. A

Nec tacuit noſtra ætate, qui in diiudicandis Poetis iudicio tanto valuit Scaliger, cum prçter cetera de Ennio carmina hæc ſcripſerit.

Magne ſenex, cui torua graui ſonat horrida cantu
Buccina, bellaci cum crepat haſta manu;
Dic Roma, dic Phæbigenis, te huic concedere vitam,
His donare ſacra ſemina magna tuba.

At vt ex his deſiderium augetur: ita dolendum eſt interiiſſe pleraque, quorum fragmenta cum tanquam ex naufragio collegerit nouiſſimè Hieronymus Columna, B qui & Ennij vitam & veſtigia illius eruditionis, atque ſcientiç, iuſtis, & eruditis Commentariis explicuit, habent docti vnde ſpeciem illam uenerandæ uetuſtatis, ac certas quaſdam Latinitatis diuitias interiores odorentur. Certe collata cum Homero, atque Virgilio excitant ingenia ad Poeſim grauiter tractandam, cōdendoſq; uerſus, qui maieſtatem præſeferentes inuitent ad reuerentiam animos, præſertim ſi ad heroica illa ſcribenda adhibeantur, quæ cæleſtia trophæa meruerunt.

Varr. lib. 1. de lingua Lat.

Ceterum Elenchi fragmentorum, quæ Hieronymus Columna collegit, hoc eſt, initium eorum, quç primo libro tractat, eſt ille Verſus.

Muſæ, quæ magnum pedibus pulſatis Olympum.

In ſecundo autem ſunt fragmenta. C

Phageticorum,	Aſoti,
Epigrammatum,	Satyrarum,
Scipionis;	Protreptici,
Epicharmi,	Præceptorum.

In Tertio.

TRAGOEDIARVM.

Medeç,	Creſpontis, D
Iphigeniç,	Athamantis,
Achillis,	Andromedæ,
Aiacis,	Telephi,
Telamonis,	Thyeſtis,
Hectoris Luſtrorum,	Phœnicis,
Alexandri,	Menalippes,
Andromaches,	Alcmęonis,
Hecubç,	Creſſarum,
Eumenidum,	Alceſtidis,
Duloreſtis,	Nemeæ,
Erechthlei.	Ilionç, ſiue Polydori. E

COMEDIARVM.

Amphithraſonis, Ambraciç, deinde.

PANCRATIASTAE.

Item incertarum Tragediarum, & Comœdiarum quædam.

In Quarto.

E vemeri, ſiue ſacræ Hiſtoriæ, in quo etiam minutiora quędam habentur fragmenta, quç incertum prorſus fuit, quònam referenda eſſent.

De

A

De Lucretio Caro. Cap. XXIII.

NEmini, qui Latinè nouerint, dubium eſſe poteſt, Lucretium inter eos, qui carmine de rebus naturalibus ſcripſere, ſubtilem, argutum, enucleatum, limatum, elegantiſſimum eſſe, licet antiquum obtineat in uerbis, quibus magna ex parte exoletis, alia deinceps mitiora ſucceſſerunt. At proponendi adoleſcentibus verſus illi non ſunt, quibus aut Venerem inuocat, (licet vt Epicureus Deos illos ſuos nihil curaſſe crederet) quibus item laudat Epicurum, aut infelici propoſito ſibi argumēto, immortalitatem animi, prouidentiam Diuinā, Religionem omnem tollit, præter inſanas illas, & abſurdas opiniones, quas de atomorum concurſione fortuita, ac de mundis innumerabilibus ſuo Poemati inſerit: Ac tamen, ſi prælegerentur, Cautio in Lucretio.

B expedit, ut uera de his dogmatibus ſententia è regione poneretur è uerſibus vel Græcis, Gregorij Nazianzeni, vel Latinis Boetii, uel ex aliis aliorum illuſtribus. *Gregor. Naz. 7. carm. ſeu ſermone de Animo.*

Sanè aduerſus mortalitatem animæ Nazianzenus ſic cordatiſſimè ſcribit.

Ψυχὴ δ' ἐςὶν ἄημα θεοῦ μίξιν ἀνέτλη
Οὐρανίη χθονίοιο. φάος σπήλυγγι καλυφθὲν
Ἀλλ' ἔμπης θείη τε καὶ ἄφθιτος, οὐ γὰρ ἔοικεν
Εἰκόνα τὴν μεγάλοιο θεοῦ λύεσθαι ἀκόσμως
Ἑρπυστῆρσιν ὁμοῖα βροτοῖσί τε ἀφραδέεσσιν.
Καὶ τὰ λοιπά. *hoc eſt.*

Numinis eſt animus flatus, qui cælitus ortus
C *Nexum terrena ſubyt cum carne iugalem,*
Haud ſecus ac lumen, quod cæco obducitur antro
Diuinus tamen eſt, mortiſq; ignarus acerbæ.
Non etenim ut bruta, & pecudes ratione carentes
Numinis effigiem procumbere morte decebat.
& reliqua.

Quin etiam non ſolum contra Empedoclem, & Lucretium, uerum etiam aduerſus
D Stoicos cognitionem ex ſola re obiecta gigni dicentibus; cum tamen in hac quoque uita ex ipſius etiam mentis ui atque actione pendeat: afferri, & ediſci poſſet carmen illud Boetij, quod ſic habet.

Quondam porticus attulit
Obſcuros nimium ſenes,
Qui ſenſus, & imagines
E corporibus extimis
Credunt mentibus imprimi,
E *Vt quondam celeri ſtylo*
Mos eſt æquore pagina,
Quæ nullas habeat notas
Preſſas figere litteras.
Sed mens ſi proprys vigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet
Notis ſubdita corporum,
Caſſaſq; in ſpeculi vicem
Rerum reddit imagines.
Vnde hæc ſic animis viget
Cernens omnia notio?
Quæ uis ſingula proſpicit?
Aut quæ cognita diuidit?
Quæ diuiſa recolligit?
Alternumq; legens iter
Nunc ſummis caput inſerit,
Nunc deſedit in infima,
Cum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit.
Hæc eſt efficiens magis
Longe cauſſa potentior,
Quam quæ materia modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Ac vires animi mouens
Viuo in corpore paſſio:
Cum vel lux oculos ferit,
Vel uox auribus inſtrepit,
Dum mentis vigor excitus
Quas intus ſpecies tenet
Admotus ſimiles vocans
Notis applicat exteris,
Introrſuſq; reconditis
Formis miſcet imagines.

E cōtrario non negauerim perlegi poſſe in Lucretio quæ de morte contemnenda, de amore fugiendo, de coercendis cupiditatibus, de ſedandis animorum moribus, de mentis tranquillitate comparanda, de ſomno, de ortu, obituq; ſyderum, de Solis, & Lunæ defectu, de natura fulminis, de cœleſti arcu, de cauſſis morborum, ac pleriſque eiuſmodi rebus diſputat: præſertim autem carmina illa, quibus velit nolit, Iudicij futuri poſtremum diem indicat. Quænam in Lucretio legi poſſint.

Vna dies dabit exitio, multoſq́; per annos
Suſtentata ruet moles, & machina Mundi; A
Nec me animi fallit, quàm res noua miraq́; mundi
Accidit exitium cæli, terraq́; futurum.

Ceterum Lucretius hic Poeta Epicureorum amatorio poculo in furorem verſus, cum aliquot libros per inſaniç interualla conſcripſiſſet, quos Cicero emendauit, ſe ſua tandem manu confecit, ętatis anno quadrageſimo quarto.

De Virgilio, vbi & de recto eius vſu. Cap. XXIII.

QVæ de Virgilii Eclogis dicenda erant, ea commodè ceciderunt, ubi de Theocrito locuti ſumus. Reſtant quæ generatim de tanto Poeta quantus eſt Virgilius, dici poſſunt: vt vſus illius rectior conſtet. B

Facilius Virgiliū, quàm alios poſſe purgari.

Ac primò facilius quàm ex Ouidio, Catullo, Propertio, Tibullo, & aliis eiuſmodi, excerni liceret è Vergilio, quidquid eſt obſcenum, aut pietati aduerſatur, qualia ſunt Deorum inuocationes, amores fœdi, concubitus Aneæ ac Didonis, ac reliqua, de quibus non ita multo poſt.

Quænam verò adhibenda ſit ratio, & cautio in eo uerſando, ex quatuor obſeruationibus patere credjderim.

Quatuor obſeruationes in Virg.
Tucca.
Varus.
Franciſcus Campanus.
Macrobius.
Sebaſtianus Conradus.
Scaliger.
Gulielmus Modicius Mōtisferraten ſis, libello quo vindicat Virgilium à calumniis, is anno editus eſt Peruſii 1575.
Horat. Tuſcanella.
Q. Octauius Auitus.
Perellius Auguſtus.
Herennius.
Meſſius Aruſianus.
Fuluius Vrſinus.
Virgilius collatione Græcorum Scriptorum illuſtratus.

PRIMA. Ne nimis anxii ſimus in iis reiiciendis, aut notandis quę ad pietatem non pertinent. Quæ enim Tucca, & Varus obiecere Virgilio, quem negligentiæ arguerunt, haud tanti momenti fuerint, quin euinci poſſint. Præſtitit hoc Franciſcus Campanus, libello, quem inſcripſit Quęſtionem Virgilianam, quæ Pariſiis edita fuit ann. ſuperioris ſęculi quadrageſimo ſecūdo: qua occaſione conatus eſt pleráq; Aeneidos loca, præſertim ſecundi, & ſexti libri obſcura aperire. Macrobius item, ac Sebaſtianus Conradus alia obiecerunt. At Iulius Cęſar Scaliger Virgilium vindicauit. Quinetiam Gulielmus Modicius paruo libello ſecutus eſt Scaligerum. Ac tamen non pauca dixere Macrobius, & Conradus, quę ad uerorum Poematum formam, ſiue emendationem attinent. Et uerò habentur Obſeruationes Horatii Tuſcanellæ in opera Virgilij; quibus conatus eſt docere, atque (vt ille ait) detegere praxim artificiorum ſummi momenti artis Poeticæ, cum ipſius Virgilij exemplis. Ceterum, priſcos auctores cum pleriſque aliis, temporum iniuria perdidit, nempè Q. Octauium Auitum, qui octo voluminibus homœoteleuron, quos, & vnde verſus tranſtulerat Virgilius, adnotauerat. Perellium Auguſtum, qui furta Virgilij: Herennium, qui eiuſdem vitia contraxerunt: Meſſium Aruſianum, qui libellum elocutionum Virgilianarum, & formas loquendi Poetę perſecutus eſt. At demum Fuluius Vrſinus egregias lucubrationes edi à Plantino permiſit, quibus Virgilium collatione Scriptorum Græcorum illuſtrauit. quamquam & antea, hoc eſt anno 1575. ſcio Commentationes, & Paralipomena Germani Valentis Guellij prodiiſſe in lucem ex officina Plantini, quibus cum Græcis Auctoribus Virgiliū conferr: id quòd item factum eſt à Ioſepho Scaligero in Appendice eidem Guellij labori addita. Sed epiſtola Guellij dedicatoria expungenda eſt, pietaſq; alicubi poruiſſet interſeri ex ipſis auctoribus Græcis. C D

SECVNDA. Quęcunque commodè poſſunt exponi, vt animi ad virtutē, atq; adeo ad veritatem accendantur, ea ne omittantur. Id quod S. Auguſtinus nos docuit, præter id, quod ex Conſtantino Magno Imp. attulimus in octauam Virgilij Eclogā. Et Auguſtinus quidem ſic: E

Auguſt. lib. 2. de Ciu. Dei cap 27.
Luc. 16.

Mirari autem ſoleo etiam apud Virgilium iſtam Domini reperiri ſententiam, vbi ait: *Facite vobis amicos de mammonâ iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula.* Et infrà. Nam cum Elyſios campos Poeta ille deſcriberet, vbi putant habitare animas beatorum non ſolum ibi poſuit eos, qui propriis meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt, ſed adiecit, atque ait:

Quiq; ſui memores, alios fecere merendo.

Aeneid. 6.

idest, qui promeruerunt alios, eoſq; ſui memores promerendo fecerūt. Prorſus tanquā eis diceret, quod frequentatur ore Chriſtiano, cū ſe cuiq; Sanctorū humilis quiſq; cō mendat, & dicit: memor mei eſto: atque ut id eſſe poſſit, promerendo efficit; hęc ille.

TER-

A TERTIA. Vt quæ pietati, ac Religioni aduerſantur, ea potius ex ſolidiſſima Patrum auctoritate, quàm è nobis, planiſſimè refutemus. Et ſanè idem ipſe Auguſtinus acerrimi vir iudicij, hanc quoque viam nobis ſtrauit: quemadmodum è ſequentibus intelligetur.

Nam iſta (inquit) peritura prædicta ſunt, prædicta omninò. Non enim negare poſſumus, quod prædictum eſt. Dominus tuus, quem expectas, dixit tibi: Exurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum. Habent immutationes terrena regna. Veniet ille, de quo dictum eſt. Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiſerunt, non veritate ducti ſunt, ſed adulatione mentiti ſunt. Poetæ illorum quidam induxit Iouem loquentem, & ait de Romanis. *Aug. ſer. 29. in Euā ſecundum Lucam. Mar. 13. Luc. 1.*

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. *Virg. lib. 1. Aeneid.*

Imperium ſine fine dedi.

B Non planè ita reſpondet veritas. Regnum hoc quod ſine fine dediſti, in terra eſt, an in cælo? Vtique in terra. Et ſi eſſet in Cęlo, Cęlum & Terra tranſient. Tranſient quæ fecit ipſe Deus, quanto citius, quod condidit Romulus? Fortè ſi vellemus hinc exagitare Virgilium, & inſultare, quare hoc dixerit, in parte tolleret nos, & diceret nobis. Et ego ſcio. Sed quid facerem, qui Romanis verba vendebam, niſi hac adulatione aliquid promitterem, quod falſum erat? Et tamen in hoc cautus fui, quando dixi. Imperium ſine fine dedi, Iouem ipſorum induxi, qui hoc diceret. Non ex perſona mea dixi rem falſam, ſed Ioui impoſui falſitatis perſonam. Sicut Deus falſus erat, ita mēdax vates erat. Nam vultis noſſe, quia iſta noueram? Alio loco, quando non Iouem lapidem induxi loquentem, ſed ex perſona mea locutus ſum, dixi.

Non res Romana, perituraq. Regna,

C Videte quia dixit peritura regna. Dixit peritura regna, non tacuit peritura. Peritura veritate non tacuit, ſemper manſura, adulatione promiſit. Non ergo deficiamus fratres, finis erit terrenis omnibus regnis, hæc ille.

Expedit autem, vt quiſque Virgilij tractator perlegat quattuor primi libri capita de Ciuitate Dei, quæ illemet ſcripſit Auguſtinus. Primum enim agit de aduerſariis nominis Chriſti, quibus in vaſtatione vrbis propter Chriſtum Barbari pepercerunt victis: quo capite expendit, quomodo, quod Dei eſt, ſuperbæ quoque animæ Aeneæ ſpiritus inflatus affectet, ametq. ſibi in laudibus dici: *Aug. 1. 2. 3. 4 capitib. de Ciuit. Dei.*

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Deinde oſtendit, quod nulla vnquam bella ita geſta ſunt, vt victores propter Deos eorum, quos uicerant, parcerent uictis. Nonne (ait) uidit Aeneas Priamum *Per Aras*

D *Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes.*

Nonne Diomedes & Vlyſſes,

Cæſis ſumma cuſtodibus arcis,

Corripuere ſacram effigiem, manibuſq. cruentis.

Virgineas auſi Diuæ contingere vittas.

Nec tamen quod ſequitur uerum eſt.

Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri,

Spes Danaum.

Poſtea quippe uicerunt, poſtea Troiam ferro, ignibuſq. delerunt, poſtea confugientem ad aras Priamum obtruncauerunt.

E Nec ideo Troia periit, quia Mineruā tradidit. Quid enim prius ipſa Minerua perdiderat, ut periret? an fortè cuſtodes ſuos? Hoc ſanè uerum eſt, illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines à ſimulachro, ſed ſimulachrum ab hominib. ſeruabatur. Quomodo ergo colebatur, ut patriam cuſtodiret, & ciues, quando ſuos non ualuit cuſtodire cuſtodes? Simulachrū nō ſeruabat homines, ſed ſeruabatur ab hominib.

Tertio uerò capite cum Auguſtinus docere uellet, quā imprudenter Romani Deos penates, qui Troiam cuſtodire non potuerant, ſibi crediderint profuturos. Ecce (inquit) quibus Diis urbem Romanam ſeruandam ſe commendaſſe gaudebant. O nimiū miſerabilem errorem. Et nobis ſuccenſent cum de Diis eorum talia dicimus: nec ſuccenſent auctoribus ſuis, quos ut ediſcerent, mercedem dederunt. Doctoreſq. ipſos in-

Damnum in pueris ex Virgilii lectione.

ſuper,& ſalatio pub... , & honoribus digniſſimos habuerunt. Nempe apud Virgilium,quem propterea paruuli legunt,vt videlicet Poeta magnus, omniumq; præclariſſimus atque optimus teneris ebibitus annis,non facile obliuione poſſit aboleri, ſecundum illud Horatij. A

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem,
Teſta diu.

Apud hunc ergo Virgilium nempe Iuno inducitur infeſta Troianis, Aeolo ventorum Regi aduerſus eos irritando, dicere.

Aen. 1.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor
Ilium in Italiam portans, victosq. Penates.

Itane iſtis penatibus victis,Romam ne vinceretur,prudentes commendare debuerũt? Sed hæc Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans?Quid Aeneas ipſe pius toties appellatus,nonne ita narrat. B

Panthus Otriades, arcis Phœbiq. ſacerdos,
Sacra manu, victosq. Deos, paruumque nepotem.
Ipſe trahit, curſuq.amens ad limina tendit.

Nonne Deos ipſos,quos victos non dubitat dicere, ſibi potius,quam ſe illis,perhibet commendatos, cum ei dicitur:

Dij Troiæ victi.

Sacra, ſuosq.tibi commendat Troia Penates:

Si igitur Virgilius tales Deos,& victos dicit,&,vt,vel victi quoquo modo euaderent, homini commendatos; quæ dementia eſt exiſtimare his tutoribus Romam ſapienter fuiſſe commiſſam, & niſi eos amiſiſſet,non potuiſſe vaſtari? immò verò,victos Deos tanquam præſides & defenſores colere, quid eſt aliud quam tenere non numina bona,ſed dæmonia mala? Quanto enim ſapientius creditur, non Romam ad iſtam cladẽ non fuiſſe venturam, niſi prius illi periiſſent, ſed illos potius olim fuiſſe perituros,niſi eos,quantum potuiſſet,ſeruaſſet. Nam quis non,cum aduerterit, videat quanta ſit vanitate præſumptum,non poſſe vinci ſub defenſoribus victis, & ideò periiſſe quia cuſtodes perdidit ſuos Deos,cum vel ſola potuerit eſſe cauſſa pereundi,cuſtodes habere noluiſſe perituros? Non itaque cum de Diis victis illa conſcriberentur,atque canerentur,Poetas libebat mentiri, ſed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Verum iſta opportunius alio loco diligenter, copioſeq. tractanda ſunt. Nunc vt quod inſtitueram de ingratis hominibus dicere, paulumper explicem,vt poſſum;qui ea mala quæ pro ſuorum morum peruerſitate meritò patiuntur,blaſphemantes Chriſto imputant. Quod autem illis etiam talibus propter Chriſtum parcitur, nec dignantur attendere,& eas linguas aduerſus eius nomen dementia ſacrilegæ peruerſitatis exercẽt, quibus linguis vſurpauerunt mendaciter ipſum nomen,vt viuerent, Vel quas linguas in locis ei ſacratis metuendo preſſerunt, ut illic tuti atque muniri eſſent, vbi propter eum illæſi ab hoſtibus fuerant,inde in eum maledictis hoſtilibus proſilirent.Hęc idem Auguſtinus. C D

Demonia mala,nõ Numina bona Dii Ethnicorum.

Dementia ſacrilegæ peruerſitatis.

Cap. 4.

Agit deinde de aſylo Iunonis in ipſa Ciuitate Troia,quod neminem liberauit à Gręcis,& de Baſilicis Apoſtolorũ,quæ omnes ad ſe confugientes à Barbaris defenderunt, ſic inquiens: Ipſa,vt dixi,Troia mater Romani populi,ſacratis in locis Deorum ſuorum munire non potuit ciues ſuos ab ignibus, ferroq. Græcorum,eoſdem ipſos Deos colentium,quinetiam Iunonis aſylo.

Cuſtodes lecti Phœnix, & dirus Vlyſſes E
Prædam aſſeruabant, huc vndique Troia gaza
Incenſis erepta adytis, menſæq. Deorum,
Crateresq. auro ſolidi, captiuaq. veſtis
Congeritur: pueri & pauidæ longo ordine matres.
Stant circum.

Collatio Templorum falſorum Deorum cum Baſilicis ſalſorũ Deorum.

Electus eſt videlicet locus tantæ Deę ſacratus,non unde captiuos non liceret educere, ſed ubi captiuos liberet includere. Compara nũc Aſylum illud non cuiuslibet Dei gregalis,uel de turba plebis,ſed Iouis ipſius ſororis & coniugis,& Reginæ omnium Deorum,cum memoriis noſtrorum Apoſtolorum. Illuc incenſis Templis, & Diis erepta

ſpolia

A ſpolia portabantur, non reddenda uictis, ſed diuidenda uictoribus: hic autem, & quod alibi ad ea loca compertum eſt pertinere, cū honore & obſequio religioſiſſimo reportatum eſt. Ibi amiſſa, hic ſeruata libertas: ibi clauſa, hic interdicta captiuitas: ibi poſſidendi à dominantibus hoſtibus premebantur, hic liberandi à miſerantibus hoſtibus ducebantur. Poſtremo, illud Iunonis templum ſibi elegerat auaritia, & ſuperbia leuiū Græcorum: iſtas Chriſti Baſilicas miſericordia & humilitas, etiam immanium barbarorum. Niſi fortè Græci quidam, in illa ſua uictoria, templis Deorum communiū pepercerunt; atque illò confugientes miſeros uictosq. Troianos ferire, uel captiuare non auſi ſunt. Sed Virgilius Poeta tum more illa mentitus eſt. Immò uerò morem hoſtiū Ciuitates euertentium ille deſcripſit. Sic Auguſtinus.

Virgil. Poetarum more mentitus.

Equidem uerò, ut ſynceré fatear, ſi Virgilii artem, iudicium, numerum, dictionemq. B ſpectemus, plura ſunt, quę eleganter, atque appoſitè dicta ſunt; ſed illa tamen, ut uerisſimè dicā, neque ad Chriſtianæ uſum Reipublicę, nec quales Poetas decet, quorū carminib. aures Chriſtianorum perſonare debent; Hic ego (inquam) cum Auguſtino laudo uerba precioſa, uenenum non item, quod in eis occidenti iam Mundo, ſuiſq. a-liis peccatorum ponderibus penè oppreſſo traditur.

Quid verè de Virgilio ſentiendum:

Augu. in lib. Confeſſ.

Ac rectè Origenes; Ait enim ſępè ſe uidiſſe aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum uenena conſiderantem, deprehendiſſe calicem Babylonis. Ecquis igitur mentis non emotæ, totas Virgilii Eclogas piorum pectoribus obtrudat? Ecquis pręter fabulas, & inania Deorum commenta Cæſarem undecies centies millium hominum uel interfectorem, dum regnandi auiditate teneretur, uel auctorem, ut interficeretur, & ad inferna delapſum, ſed ab eo in Cęlo repoſitum ęquo poſſit animo audi-C re? Ecquis Aeneam, quem eruditus artis poeticæ ſcriptor, exiſtimat inſignem pietate uirum, & contemplatione, atque actione perfectiſſimum à Virgilio fuiſſe propoſitū, ſi attentiore acie Chriſtianæ mentis rem diſpexerit, talem eſſe comperiet, ut illius uita, actiones, reliqua item Chriſtianis auribus, & oculis (teneris præſertim ingeniis) tanquam pietatis, & uirtutum exempla ſint proponenda? Eius, inquam hominis, quem Virgilius ex Venere, quam cæleſtem Deam facit, & Anchiſe paſtore natū eſſe; quem item idololatram, & captos ſecum penates afferre dicit: cum & falſorum Deorum iram, diuerſaq. inter illos ſtudia exponat, ac quicquid Aeneæ acciderit, id ipſi cōtigiſſe fato cogente ſcribat? ut omittam turpe illud à ſorore Didoni conſilium, officiumq. Aeneæ præſtitum, fędamq. prius uenationem ad fornicationem perpetrandā. Aeneam autem mortuis humanas uictimas immolantem, & ignem cruore hominum D tanquam oleo paſcentem, & Turno, licet ſe dedenti, necem ab ipſo, quo iuſtior alter, nec pietate fuit, nec bello maior, & armis, illatam. Scilicet his exemplis, mores corriguntur, & pietas inſinuatur. Et verò quotus quiſque eſt, qui è talium rerum lectione ſolidas virtutes didicerit; aut, cum vitam improbè actam emendauerit, ſua tandē ſcripta ab inanibus, fabuloſisq; repurgauerit? ſed ne videamur aduerſus tam celebrem Poetā inclementius ſcribere, perlegant pij quid de eiuſmodi poematibus apud Lactantium Chriſtiana ſenſerit antiquitas. Quomodo enim (ait) à ſanguine abſtinebunt, qui colunt cruentos Deos Martem, atque Bellonam? Quomodo parentibus parcent, qui expulſorem patris ſui Iouem, aut natis ex ſe infantibus, qui colunt Saturnum? Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt Deam nudam, & adulteram, & quaſi apud Deos proſtitutam? Quomodo ſe à rapinis, & fraudibus abſtinebunt, qui Mercu-E rij furta nouerunt, docentis, non fraudis eſſe decipere, ſed aſtutiæ? Quomodo libidines coërcebunt, qui Iouem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceteroſque venerantur, quorum adulteria, & ſtupra in mares, & fęminas non tantum dictis nota ſunt, ſed etiam exprimuntur in Theatris, atque cantantur, vt ſint omnibus notiora? Poſſunt ne inter hæc iuſti eſſe homines, qui etiamſi natura ſint boni, ab ipſis tamen Dijs erudiantur ad iniuſtitiam? hæc Lactantius.

Orig. Hom 2. ſup. Hierem.

Plat. 7. de leg.

Senec. ad Lucilium.

Scaliger.

Cæl. Rhodig.

Damna ex Virgilij lect.

Lactan. lib. 5. de falſa pietate, & de vera relig.

At, vt de Homero diximus, ſic de Virgilio dicendum eſt: rectiorem illius vſum adhiberi poſſe, ſi ſubmotis obſcęnis, & quæ falſorum Deorum cultum ſapiunt, vbi ſextus Aeneidos liber eſſet exponendus (quamuis certè mihi nunquam probatum fuerit, vt adoleſcentibus prælegeretur) firmiſſima prius eorum animis notitia de veritate In-

De ſexto Aeneidos libro.

ferni

Laudemus Dominum, veneremur, & admiremur,
Viribus, & totis, & totis ſenſibus illum,
Pectoribus totis, & pluſquam noſmet amemus.
I. *Laudemus ſeu vita manet, ſeu vita recedit.*
Par tibi laus nullo Deus, ò Deus, editur ore.
Felices quicunque Dei mandata faceſſunt:
S. *Felices in eo qui ſpes defigere gaudent:*
Felices ab eo expectantes vſque ſalutem:
Felices nimium, quibus omnia in omnibus ipſe eſt.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Iun. *Aetheres donec magnis anfractibus orbes*
Voluentur, noctemq. dies formoſa ſequetur,
Et patres, natoſque, & qui naſcentur ab illis,
Et matres, nataſq. Deum memorare iuuabit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
V. *Oſſa, artuſq. mei, præcordia & ipſa loquantur;*
Cælicolumque Patri laudes & carmina promant.
Quæcunque in me ſunt, ò fiant omnia linguæ,
Admiranda operum diuinorumq. profantor.
Par tibi laus nullo Deus, ò Deus, editur ore.
I. *Ne ſinite ex animis elabi commoda veſtris*
Mortales, quibus ille Deus, Deus ille Deorum
In vos ſæpe ſuum eſt clarè teſtatus amorem:
Et quales quales meritis perſoluite grates.
Par tibi laus nullo Deus, ò Deus, editur ore.
S. *Pectoribus promptis diuina capeſſite iuſſa,*
Iuſſa Dei, veniat donec pars vltima vitæ:
Omne bonũ Deus eſt, cuius ſtant omnia verbo,
Quem metuunt freta, terra, polus, Maneſq. profundi.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Latior eſt terris, cælo ſublimior exiat. Iu.
Omnia plena Deo, cælum, mare, tartara, tellus:
Qui poteſt in nihilum tantas conuertere moles,
Et poteſt è nihilo ter centum fingere mundos.
Maior honore Deus & inenarrabilis vnus.
Siue Deum canimus, cantu nil ſuauius illo: V.
Siue Deum loquimur, verbis nil dulcius illis.
Iucundum eſt audire Dei venerabile nomen.
Iucundum eſt imiſq. Deum verſare medullis.
Par tibi laus nullo Deus ò Deus, editur ore.
Lucidior ſole eſt, & flore fragrantior omni, I.
Pulchrior & Luna eſt, & Stellis purior ipſis,
Supra aurum, gemmaſq. Deus, viridesq. ſmaragdos,
Et pretium pretiorum; & Mundi ſolus opum Rex.
Par tibi laus nullo, Deus, ò Deus, editur ore.
In noſtros Deus, in noſtros illabere ſenſus: S.
Eia tuos gelidis accende in cordibus ignes:
Diſcute luce tua tetram caliginis vmbram,
Eſuriesque, ſitiſq. Deus te noſtra requirit.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.
Felices animæ, quibus extra hunc omnia ſordent, Ie.
Quæ deſiderijs nocturnis, atque diurnis
Hunc ſolum exoptant, ſolo oblectantur in illo:
Atque ita præcipiunt, quæ ſolis nota beatis.
Maior honore Deus, & inenarrabilis vnus.

De Pindaro, & alijs Lyricis Græcis. Cap. X[illegible]III.

Pindarus inimitabilis Horatio.

FVIſſe nouem Lyricòs Poetas Græcos habitos celebres, quorum Pindarus tulerit palmam, nemo peritus literarum Græcarum ignorat; certe quadam ſpiritus (vt ita dicam) magnificentia, ſententiis, figuris, rerumq. ac verborum copia, ſic ille polluit, vt Horatius inimitabilem dixerit. Id autẽ initio ſuorum carminum cernitur, cuius ea primo occurrunt verba: Si certamina (inquit) anime mi proloqui deſideras, ne portò ſolum contempleris aliud feruentius fulgidum aſtrum per deſertum æthera, neque Olympico agone: & quæ ſequuntur. Deinde laudat Hieronem Syracuſanorum Regem ab Olympica uictoria, à iuſtitia, à ſapientia, à peritia muſicæ, atque item ab equo, quo victoriam retulit, deinde à loco, ubi Olympica certamina aguntur, nempe Peloponeſſum, denique ad Tantalum, & Pelopem digreditur. Hinc ergo, atque ex ſimilibus intelligit quiſque cordatus, & pius, quanto melius certamina martyrũ cani poſſint, quàm ue ad iſta, quæ precioſa ſunt, uerba illa ſanè pulchra ſint transferenda. Idem dico de aliis Lyricis, quemadmodum fuſius egimus infrà, ubi de Ode, ac de Horatio ſcripſimus. Interea, num res ſacræ poſſint nitido carmine Pindarico celebrari, hæc quæ ſequuntur oſtendent; cum qui reliqua huiuſmodi ſcripſerint, ex iis peti poſſint, quos Elencho Poetarum adſcripſimus.

Cap. 21. huius libri.

ΑΚΡΙΣΤΟΥ ΑΝΑΣΤΑΣΙΣ.

Εἶδος Πινδαρικόν. Στροφὴ κώλων θ.

Fe. Ποικιλογάρυες ὕμνοι, μοισᾶν
Ia. Καλλιπλοκάμων ταμίαν
Οἶκον ποτινισσόμενοι, τιμάορον
Ταύταν φέρετ' ἀγλαΐαν, δρό-
σῳ τε ῥανθεῖσαν μαλακᾷ γλυκερὸν
νίκας ἄωτον,
Ταὶ βαρυγδούπου κρέοντος
Ὑψινεφὴς γόνος σωτὴρ ἕλεν,
B Μνᾶμα πάντων τῶν πρότεν κάλλιστον ἄθλων.

Ἀντιστροφὴ κώλων θ.

Τυμβιδίων γὰρ ἀδειμάντῳ κράτει
Κεῦθμῶνα λιπὼν σκιαρὸν
Ἄνδρων, ἀβάταν πρότερον θνατοῖς κλυτὸν
Νικαφορίας ὁδὸν ἦλθε
Δεσπότας, καὶ θεσπεσίῳ παλάμᾳ
Δύστανον ἀνδρῶν
Ἔθνος ἀρχαίου δράκοντος
Καρχαλίμαις γενύων ἐξείλετο,
Δαΐων στερρὰν βίαν ἔργῳ δαμάζων.

Ἐπῳδὸς κώλων θ.

Θαῦμα παμφώνοις ὁμοκλαῖς
Ἀδέα γαρύεμεν.
Ἀμμες οὖν μοισαῖον ἐλᾶν πεδόθεν
Νικαφόρον ὁρμώμενοι
Δίφρον, ἀγάτορα Δίρκας
Αἰετὸν ὀψιπέταν ἰχνεύομεν.
Ἀλλὰ τὺ τῶν χαρίτων εἰδὼς νέμεσθαι
Κᾶπον ἀειδόμενον,
Εὐμενεῖ ψυχᾷ χάριν δέξαι ταπεινάν.

CHRISTI RESVRRECTIO.

Carmen Pindaricum. Strophe Colon 9.

C *Variè ſonantes hymni Muſarum pulchris capillis ſpectandarum cuſtodem [Muſis ornatam & illuſtrem] domum adeuntes, ferte hunc eximium ſplendorem, dulcemq́ florem victoriæ rore molli irrigate [hanc inſignem victoriam ſuaui carmine decantatam] quam grauiter ſonantis Regis in altis nubibus habitans proles ſeruator [Christus] reportauit: monimentum pulcherrimum priorum omnium certaminum.*

Antiſtrophe Colon 9.

Sepulchralis enim antri linquens intrepido robore cauitatem opacam, inacceſſam antea mortalibus, inclytam victoriæ viam ingreſſus est Dominus; manuque potenti miſerum mortalium genus ex veteris draconis rapacibus malis eripuit, hoſtium fortem vim virtute domans.

D Epodus. Colon 9.

Miraculum ſanè omniſono [carminum] murmure celebrare ſuaue. Nos igitur Muſarum currum victoriæ reportatorem altius à terra agitare aggreſſi [longè nos ab humo tollentes, grandia & ſublimia canere] generoſam Dircês Aquilam altiuolantem ſequimur [Pindarum poetam Thebanum ſcilicet, qui verba grandia loquitur, & inſtar aquilæ ſublimis, & longiſſimè remotus à terra, volat.] At tu, qui noſti gratiarum hortum celebrem decerpere [qui gratiarum fauore frueris, & poeta es] beneuolo animo hoc munuſculum ſuſcipe.

Ceterum Agoniſticon Petri Fabri de re Athletica, ludisq; veterũ Gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus, Spicilegiorum Tractatus prodiit Lugduni Galliæ ann. 1591. qui Pindaro intelligendo, præter illa, quę ſunt ad illum Græca Commentaria, vtilia eſſe poſſunt. De Gymnaſtica verò Hieronymi Mercurialis V. C. locuti ſumus in E libro de Medicina.

De Callimacho. Cap. XIX.

CAllimachi autem cum non pauca ſint non ſolum in Iouem, Apollinem, Dianã, Delum, lauacrum Palladis, Cererẽ, inde ſeligenda viderentur quæ poſſent ingenijs eſſe vſui futura citra animi noxam. Inueniuntur autem extra ipſius librum, qui circumfertur, varia apud Interpretes Pindari, Theocriti, Apollonij, & aliorũ Poetarũ, apud Diogenẽ Laertium in vita Pittaci, & lib. 9. & in Anthologia Epigrammatõ lib. 3. in Heraclitum Poetam; deinde apud Plutarchum in vita Antonij, in Timonẽ & lib. 1. de placitis Philoſophorum c. 7. & in alterum apud Athenæum lib. 2. c. 1. & li. 15.

non procul à principio. In Polypum lib. 7. & 32. In Polas Colchidis vrbem apud Stra- A
bonem libro primo, & quinto Geograph. In Theram Inſulam libro vltimo Strabonis. In literarum perpetuitatem apud Stobæum ſerm. 79. In puerum ſerm. 75. Et in amicorum συμπάθειαι ſerm. 111. ac quæcunque ex anthologia Græcorum Epigrãmatum in Nouercas, Theetetum in Poetas, in Saonem, & in aliquos alios, ac deniq; in Catullo, qui ad Ortalum de coma Berenices poematium Callimachi Latinis verſibus redditum miſit. Extant inquam hæc Callimachi, quæ, ſicuti aliorum quorundã antiqua ethnica poemata, à quibuſdam hæreticis in lucem edita, penè in Cęlum efferuntur, vt & omnibus Philoſophorum meritis anteponant, & è Strabone ſolos Poetas dicant eſſe ſapientes: Veruntamen lectores eſſent præmuniendi ea ſaltem admonitione, ut enitendum eſſe Chriſtianis intelligerent, ut in Diuinas laudes conuerterent, quæ illi in falſorum Deorum celebrationem, in Commentitios illos Ioues (quorum 300. numerauit antiquitas) in Apollines, Dianas, & reliquos effutiebant. Callimachus porrò minus excuſabilis videtur, quàm ceteri, quòd cum eſſet Philadelpho, B
& Euergetæ Ptolemæis Ægypti Regibus familiaris, ac Regię illorum Bibliothecæ præeſſet, poterat videre translationem Diuinę Scripturæ ab 70. Interpretibus factam; &, Deo iuuante efficere, ut gentilium Deorum falſitatem non ſolum ex animo, ſed & è ſuis ſcriptis omninò abſtergeret: id quod tamen non omninò tacuit, ſicuti ſuprà monſtrauimus.

Strab. lib. 1.

De Phocylide. Cap. XX.

DE Phocylide autem, licet ſatis moralis videatur, ſunt tamen ad memoriam reuocanda, quæ Suidas dixit ſequentibus verbis, εἰσὶ δὲ ἐκ τῶν σιβυλλιακῶν κεκλεμμένα. hoc eſt, verſus illius ſunt è Sibyllinis ſubrepti. Sanè verò Phocylidis verſibus Sibyllinos, ac Sibyllinis Phocylideos mixtos eſſe nõ defuere qui putarunt. Quin & alia recentiorum quorundam malè formata carmina inſeruere ij, qui Phocylidi Chriſtianam pietatem tribuere voluerunt. In quem errorem facile ſunt lapſi, quòd Stobęi eadem citantis fuere cum collectaneis Geſneri commixta. C

Phocylidis ex Sibyllinis carminib ſua ſubripuit.

Hoc ego tamen dixerim, poſſe, qui Phocylidem ſuſciperet interpretandum, vbi in verſus Sibyllinos incideret, ex his ſumere occaſionem ad ſtatuendam in animis auditorum veritatem, atque ad pietatem inſinuandam. Quæ verò item in Sibyllinis verſibus cautio adhibenda, ac quanta nam ſit eorum vtilitas, ex teſtimonio Pauli Apoſtoli, quẽ Clemens citat Alexandrinus in ſexto libro Stromatũ, nos quidem aliquid in ſecundo libro huius Bibliothecæ Selectę attigimus, Veruntamen Sixtus Senenſis in ſecundo lib. Bibliothecę Sanctæ ex Lactantio, ac D. Hieronymo ea accuratè collegit, vt inde ea ſine labore peti, atque huc conferri poſſint, magno iuuentutis commodo, qui ferè ſemper retinent, quod hauſerunt à pueris. D

Vnde nam error eorum, qui Phocylidi Chriſtianam pietatem tribuerunt.

De Tragicis, & Comicis Poetis Ethnicis antiquis tum Græcis, tum Latinis, quid generatim Lambinus ſenſerit. Cap. XXI.

IN Tragicis, & Comicis Dionyſius ipſe Lambinus, quæ moribus aduerſari poſſent, haud diſſimulauit. Itaque ille ſic: Veniamus ad Tragicos, qui omnium manibus teruntur, qui aſſiduè leguntur, qui ediſcuntur. Primùm ipſa tragœdiarum argumenta partim ſunt atrocia, ſcelerata, & impia; partim flagitioſa, & inceſta, partim incredibilia, atque abſurda: exempli gratia: liberi à matribus trucidati: matres à liberis interfectæ: uiri ab vxoribus, adiuuante adultero de medio ſublati: indomitæ, atque effrænatæ mulierum libidines: filiorum cum matribus concubitus: nouercæ priuignorum amore flagrantes: fratres mutuis uulneribus animam cum ſanguine profundentes: patres per ſpeciem, & cauſſam religionis, filias immolantes: fortiſſimi viri alii acceptę iniurię dolore ad inſaniam redacti, alii ne ad bellum proficiſcantur, furorem ſimulantes: ſexcenta his ſimilia. Deinde ſententię talibus argumentis conſentaneę: E

Dionyſius Lãbinus præfatione in Lucretium Carum.

A *Oderint dum metuant. &*
Natis ſepulchrum ipſe eſt parens: &
Nam ſi violandum eſt ius, regnandi gratia
Violandum eſt, alys rebus pietatem colas. &
Iuraui lingua, mentem iniuratam gero: &
Τὰ μετὰ δ' ἐκείνῳ τὴν δ' ὄκνησιν ἄρτυσο,
Τὰ δ' ἔργα τοῦ παντὸς δρῶντος ἔνθα κερδανεῖς. *id eſt.*
Opinionem iuſti hominis tibi para,
Sed quaſtuoſa qua ſient, facito omnia. &
Τὸ κέρδος ἡδὺ κἂν ἀπὸ ψευδῶν ἴη: *id eſt.*
Dulce eſt lucrum, partum licet ex mendacio. &
B Πολλαῖσι μορφαῖς οἱ θεοὶ σοφισμάτων
Σφάλλουσιν ἡμᾶς, κρείττονες πεφυκότες, *id eſt.*
Multis labefactant nos ſuperi artium modis,
Præſtantiores quippe longe viribus. &
Εὔφραινε σαυτόν, πῖνε, τὸν καθ' ἡμέραν βίον
Λογίζου σόν, τὰ δ' ἄλλα τῆς τύχης. *id eſt.*
Animum tuum oblecta: bibe, præſentem diem
Tuum eſſe, cetera omnia fortuna puta.

Quid Comici? nonne hi quoque (addit Lambinus) ſi ſummo cum eis iure agere volemus, è bibliothecis omnibus erunt exigendi? Nihil dicam de Ariſtophane. notum os veteris comœdię. nota uerborum illius non libertas, aut licentia, turpitudo
C atque impudentia. Plautini item ſales nemini ſunt inauditi. mitto quàm ſint improbi, quàm ſcurriles, quàm obſcœni. Ne Terentius quidẽ, quem omnes eruditi Comicorum omnium pudentiſſimum, & uerecundiſſimum fatentur eſſe, omni ex parte ſermonibus prætextatis, atque impudicis uacat. De Comicis.

Ne multa. totum argumentum comicum ex ſenibus auaris, ſtultis, delitis: ex adoleſcentibus amatoribus, intemperantibus, ſcortatoribus, profuſis, ac perditis: ex virginibus aut vi aut pretio corruptis, ex meretricibus procacibus, ac rapacibus: ex ſeruis fallacibus, ac furacibus: ex lenonibus impiis, ac periuris: ex paraſitis edacibus: & ex militibus glorioſis conſtat. Hæc Lambinus.

De Latinis Poetis Epicis Antiquioribus, ac primum de Ennio.

D *Cap. XXII.*

Ennius primum inter Latinos Poetas Epicos locum obtinet, quem & Virgilius ſibi imitandum propoſuit, & M. Varro diſcipulum Muſarum, quemadmodum M. T. Cicero ſummum Epicorum Poetarum uocat. Porrò grauiſsima de illo teſtimonia habentur, qualia ſunt Horatii in Poetica.

Ego cur acquirere pauca.
Si poſſum inuideor? cum lingua Catonis, & Enni
Sermonem patrium ditauerit: & noua rerum
Nomina protulerit? Horat. in Poetica.

Et ibidem.

E *Et Enni*
In ſcenam miſſos magno cum pondere verſus,
Aut operæ celeris nimium, curaq́; carentis,
Aut ignorata premit artis crimine turpi.

Nec tacuit Ouidius.

Ennius arte carens, animoſiq́; Attius oris
Caſurum nullo tempore nomen habet. Ouid. lib 1. Amorum Eleg. 15.

Et alibi.

Vtq́; ſuo Martem cecinit grauis Ennius ore,
Ennius ingenio maximus, arte rudis.

Proper. lib. 3. eleg. 2. & lib. 4. eleg. 1. Quintil. lib. 10. c. 1. Macrob. lib. Saturnal. c. 4. lib. 6. c. 3. & 9. Agell. lib. 4. cap. 7. Senec. apud eundem li. 2. c. 2. & lib. 7. epiſt. & li. 3. de Tra. Scaliger de Ennio. Hierony. Columna.

Quin quæ de eo veteres alij teſtati ſunt, ingens tanti Poetæ deſiderium poſſunt iniicere: Nam præter Propertium, Quintilianum, Macrobium, Agellium, & alios; certe Seneca ſcriptum reliquit. Quidam ſunt tam magni ſenſus Q. Ennii, ut licet ſcripti ſint inter hircoſos, poſſunt tamen inter vnguentatos placere. A

Nec tacuit noſtra ætate, qui in diiudicandis Poetis ludicio tanto valuit Scaliger, cum prȩter cetera de Ennio carmina hæc ſcripſerit.

Magne ſenex, cui torua graui ſonat horrida cantu
Buccina, bellaci cum crepat haſta manu;
Dic Roma, dic Phœbigenis, te huic concedere vitam,
His donare ſacra ſemina magna tuba.

At vt ex his deſiderium augetur: ita dolendum eſt interiiſſe pleraque, quorum fragmenta cum tanquam ex naufragio collegerit nouiſſime Hieronymus Columna, qui & Ennii vitam & veſtigia illius eruditionis, atque ſcientiȩ, iuſtis, & eruditis Commentariis explicuit, habent docti vnde ſpeciem illam uenerandæ uetuſtatis, ac certas quaſdam Latinitatis diuitias interiores odorentur. Certe collata cum Homero, atque Virgilio excitant ingenia ad Poeſim grauiter tractandam, cõdendoſq; uerſus, qui maieſtatem præſeferentes inuitent ad reuerentiam animos, præſertim ſi ad heroica illa ſcribenda adhibeantur, quæ cæleſtia trophæa meruerunt. B

Ceterum Elenchi fragmentorum, quæ Hieronymus Columna collegit, hoc eſt, initium eorum, quȩ primo libro tractat, eſt ille Verſus.

Varro lib. 1. de lingua Lat.

Muſæ, quæ magnum pedibus pulſatis Olympum.

In ſecundo autem ſunt fragmenta. C

Phageticorum,	Aſoti,
Epigrammatum,	Satyrarum,
Scipionis,	Protreptici,
Epicharmi,	Præceptorum.

In Tertio.

TRAGOEDIARVM.

Medeȩ,	Creſpontis, D
Iphigeniȩ,	Athamantis,
Achillis,	Andromedæ,
Aiacis,	Telephi,
Telamonis,	Thyeſtis,
Hectoris Luſtrorum,	Phœnicis,
Alexandri,	Menalippes,
Andromaches,	Alcmȩonis,
Hecubȩ,	Creſſarum,
Eumenidum,	Alceſtidis,
Duloreſtis,	Nemeæ,
Erechthei.	Ilionȩ, ſiue Polydori, E

COMEDIARVM.

Amphithraſonis, Ambraciȩ, deinde.

PANCRATIASTAE.

Item incertarum Tragediarum, & Comœdiarum quædam.

In Quarto.

E vemeri, ſiue ſacræ Hiſtoriæ, in quo etiam minutiora quȩdam habentur fragmenta, quȩ incertum prorſus fuit, quònam referenda eſſent.

De

A

De Lucretio Caro. Cap. XXIII.

NEmini, qui Latinè nouerint, dubium eſſe poteſt, Lucretium inter eos, qui carmine de rebus naturalibus ſcripſere, ſubtilem, argutum, enucleatum, limatum, elegantiſſimum eſſe, licet antiquum obtineat in uerbis, quibus magna ex parte exoletis, alia deinceps mitiora ſucceſſerunt. At proponendi adoleſcentibus verſus illi non ſunt, quibus aut Venerem inuocat, (licet vt Epicureus Deos illos ſuos nihil curaſſe crederet) quibus item laudat Epicurum, aut infelici propoſito ſibi argumēto, immortalitatem animi, prouidentiam Diuinā, Religionem omnem tollit, præter inſanas illas, & abſurdas opiniones, quas de atomorum concurſione fortuita, ac de mundis innumerabilibus ſuo Poemati inſerit: Ac tamen, ſi prælegerentur, expedit, ut uera de his dogmatibus ſententia è regione poneretur è uerſibus vel Græcis, Gregorij Nazianzeni, vel Latinis Boetii, uel ex aliis aliorum illuſtribus. Sanè aduerſus mortalitatem animę Nazianzenus ſiecordatiſſimè ſcribit.

Cautio in Lucretio.

B

Gregor. Naz. 7. carm. ſeu ſermone de Anima.

Ψυχὴ δ' ἐςὶν ἄημα θεȣ̃ μίξιν ἀνέτλη
Οὐρανίη χονίοιο. φάος σπῆλιγγι καλυφθὲν
Ἀλλ' ἔμπης θείη τε καὶ ἄφθιτος, ἡ γὰρ ἔοικεν
Εἰκόνα τὴν μεγάλοιο θεοῦ λύεσθαι ἀκόσμως
Ἑρπυστῆρσιν ὁμοῖα βροτοῖσί τε ἀφραδέεσσιν.
Καὶ τὰ λοιπά. hoc eſt.
Numinis eſt animus flatus, qui cælitus ortus
C *Nexum terrena ſubyt cum carne iugalem,*
Haud ſecus ac lumen, quod caco obducitur antro
Diuinus tamen eſt, mortiſq; ignarus acerba.
Non etenim ut bruta, & pecudes ratione carentes
Numinis effigiem procumbere morte decebat.
& reliqua.

Quin etiam non ſolum contra Empedoclem, & Lucretium, uerum etiam aduerſus D Stoicos cognitionem ex ſola re obiecta gigni dicentibus; cum tamen in hac quoque uita ex ipſius etiam mentis ui atque actione pendeat: afferri, & ediſci poſſet carmen illud Boetij, quod ſic habet.

Quondam porticus attulit
Obſcuros nimium ſenes,
Qui ſenſus, & imagines
E corporibus extimis
Credunt mentibus imprimi,
E *Vt quondam celeri ſtylo*
Mos eſt æquore paginæ,
Quæ nullas habeat notas
Preſſas figere litteras.
Sed mens ſi proprys vigens
Nihil motibus explicat,
Sed tantum patiens iacet
Notis ſubdita corporum,
Caſſaq; in ſpeculi vicem
Rerum reddit imagines.
Vnde hæc ſic animis viget
Cernens omnia notio?
Quæ uis ſingula proſpicit?
Aut quæ cognita diuidit?
Quæ diuiſa recolligit?
Alternumq; legens iter
Nunc ſummis caput inſerit,
Nunc deſedit in infima,
Cum ſeſe referens ſibi
Veris falſa redarguit.
Hæc eſt efficiens magis
Longe cauſſa potentior,
Quam quæ materiæ modo
Impreſſas patitur notas.
Præcedit tamen excitans,
Ac vires animi mouens
Viuo in corpore paſſio:
Cum vel lux oculos ferit,
Vel uox auribus inſtrepit,
Dum mentis vigor excitus
Quas intus ſpecies tenet
Admotus ſimiles vocans
Notis applicat exteris,
Introrſumq́; reconditis
Formis miſcet imagines.

E cōtrario non negauerim perlegi poſſe in Lucretio quæ de morte contemnenda, de amore fugiendo, de coercendis cupiditatibus, de ſedandis animorum motibus, de mentis tranquillitate comparanda, de ſomno, de ortu, obituq; ſyderum, de Solis, & Lunæ defectu, de natura fulminis, de cęleſti arcu, de cauſſis morborum, ac pleriſque eiuſmodi rebus diſputat: præſertim autem carmina illa, quibus velit nolit, Iudicij futuri poſtremum diem indicat.

Quænam in Lucretio legi poſſint.

Vna dies dabit exitio, multosq; per annos A
Suſtentata ruet moles, & machina Mundi;
Nec me animi fallit, quàm res noua miraq; mundi
Accidit exitium cæli, terraq; futurum.

Ceterum Lucretius hic Poeta Epicureorum amatorio poculo in furorem verſus, cum aliquot libros per inſaniæ interualla conſcripſiſſet, quos Cicero emendauit, ſe ſua tandem manu confecit, ætatis anno quadrageſimo quarto.

De Virgilio, vbi & de recto eius vſu. *Cap. XXIII.*

QVæ de Virgilii Eclogis dicenda erant, ea commodè ceciderunt, ubi de Theocrito locuti ſumus. Reſtant quæ generatim de tanto Poeta quantus eſt Virgilius, dici poſſunt: vt vſus illius rectior conſtet. B

Facilius Virgilii, quàm alios poſſe purgari.

Ac primò facilius quàm ex Ouidio, Catullo, Propertio, Tibullo, & aliis eiuſmodi, excerni licebit è Vergilio, quidquid eſt obſcenum, aut pietati aduerſatur; qualia ſunt Deorum inuocationes, amores fœdi, concubitus Aeneæ ac Didonis, ac reliqua, de quibus non ita multo poſt.

Quænam verò adhibenda ſit ratio, & cautio in eo uerſando, ex quatuor obſeruationibus parere crediderim.

Quatuor obſeruationes in Virg. *Tucca. Varus. Franciſcus Campanus. Macrobius. Sebaſtianus Coradus. Scaliger. Guleelmus Modicius Monſferraten-ſis, libello quo vindicat Virgilium à calumniis, is ante editus eſt Peruſiæ 1575. Horat. Tuſcanella. Q. Octauius Auitus. Perellius Auguſtus. Herennius. Meſſius Aruſianus. Fuluius Vrſinus. Vergilius collatione Græcorum Scriptorum illuſtratus.*

PRIMA. Ne nimis anxii ſimus in iis reiiciendis, aut notandis quæ ad pietatem non pertinent. Quæ enim Tucca, & Varus obiecere Virgilio, quem negligentiæ arguerunt, haud tanti momenti fuerint, quin euinci poſſint. Præſtitit hoc Franciſcus Campanus, libello, quem inſcripſit Quæſtionem Virgilianam, quæ Pariſiis edita fuit ann. ſuperioris ſæculi quadrageſimo ſecũdo: qua occaſione conatus eſt pleráq; Aeneidos loca, præſertim ſecundi, & ſexti libri obſcura aperire. Macrobius item, ac C Sebaſtianus Conradus alia obiecerunt. At Iulius Cæſar Scaliger Virgilium vindicauit. Quinetiam Gulielmus Modicius paruo libello ſecutus eſt Scaligerum. Ac tamen non pauca dixere Macrobius, & Conradus, quæ ad uerorum Poematum formam, ſiue emendationem attinent. Et uerò habentur Obſeruationes Horatii Tuſcanellæ in opera Virgilij; quibus conatus eſt docere, atque (vt ille ait) detegere praxim artificiorum ſummi momenti artis Poeticæ, cum ipſius Virgilij exemplis. Ceterum, priſcos auctores eum pleriſque aliis, temporum iniuria perdidit, nempè Q. Octauium Auitum, qui octo voluminibus homœoteleuton, quos, & vnde verſus tranſtulerat Virgilius, adnotauerat. Perellium Auguſtum, qui furta Virgilij: Herennium, qui eiuſdem vitia contraxerunt: Meſſium Aruſianum, qui libellum elocutionum Virgilianarum, & formas loquendi Poetæ perſecutus eſt. At demum Fuluius Vrſinus egregias lucubrationes edi à Plantino permiſit, quibus Virgilium collatione Scriptorum Græcorum illuſtrauit. quamquam & antea, hoc eſt anno 1575. ſcio Commentariones, & Paralipomena Germani Valentis Guellij prodiiſſe in lucem ex officina Plantini, quibus cum Græcis Auctoribus Virgiliũ confert: id quòd item factum eſt à Ioſepho Scaligero in Appendice eidem Guellij labori addita. Sed epiſtola Guellij dedicatoria expungenda eſt, pleraſq; alicubi potuiſſet interſeri ex ipſis auctoribus Græcis. D

SECVNDA. Quæcunque commodè poſſunt exponi, vt animi ad virtutẽ, atq; adeo ad veritatem accendantur, ea ne omittantur. Id quod S. Auguſtinus nos docuit, præter id, quod ex Conſtantino Magno Imp. attulimus in octauam Virgilij Eclogã. Et Auguſtinus quidem ſic: E

Auguſt. lib. 2. de Ciu. Dei cap. 17. Luc. 16.

Mirari autem ſoleo etiam apud Virgilium iſtam Domini repetiri ſententiam, vbi ait: *Facite vobis amicos de mammone iniquitatis, vt cum defeceritis, recipiant uos in æterna tabernacula*. Et infrà. Nam cum Elyſios campos Poeta ille deſcriberet, vbi putant habitare animas beatorum: non ſolum ibi poſuit eos, qui propriis meritis ad illas ſedes peruenire potuerunt, ſed adiecit, atque ait:

Quiq; ſui memores, alios fecere merendo.

Aeneid. 6.

ideſt, qui promeruerunt alios, eoſq; ſui memores promerendo fecerũt. Prorſus tanquã eis diceret, quod frequentatur ore Chriſtiano, eũ ſe cuiq; Sanctorũ humilis quiſq; cõmendat, & dicit: memor mei eſto: atque ut id eſse poſſit, promerendo efficit; hæc ille.

TER-

A TERTIA. Vt quæ pietati, ac Religioni aduerſantur, ea potius ex ſolidiſſima Patrum auctoritate, quàm è nobis, planiſſimè refutemus. Et ſanè idem ipſe Auguſtinus acerrimi vir iudicij, hanc quoque viam nobis ſtrauit: quemadmodum è ſequentibus intelligetur.

Nam iſta (inquit) peritura prædicta ſunt, prædicta omninò. Non enim negare poſſumus, quod prædictum eſt. Dominus tuus, quem expectas, dixit tibi: Exurget gens contra gentem, & regnum aduerſus regnum. Habent immutationes terrena regna. Veniet ille, de quo dictum eſt. Et regni eius non erit finis. Qui hoc regnis terrenis promiſerunt, non veritate ducti ſunt, ſed adulatione mentiti ſunt. Poetæ illorum quidam induxit Iouem loquentem, & ait de Romanis. *Aug. ſer. 29. in Euā ſecundum Lucam. Mar. 13. Luc. 1.*

His ego nec metas rerum, nec tempora pono. *Virg. lib. 1. Aeneid.*

B *Imperium ſine fine dedi.*

Non planè ita reſpondet veritas. Regnum hoc quod ſine fine dediſti, in terra eſt, an in cælo? Vtique in terra. Et ſi eſſet in Cęlo, Cęlum & Terra tranſient. Tranſient quæ fecit ipſe Deus, quanto citius, quod condidit Romulus? Fortè ſi vellemus hinc exagitare Virgilium, & inſultare, quare hoc dixerit, in parte tolleret nos, & diceret nobis. Et ego ſcio. Sed quid facerem, qui Romanis verba vendebam, niſi hac adulatione aliquid promitterem, quod falſum erat? Et tamen in hoc cautus fui, quando dixi. Imperium ſine fine dedi, Iouem ipſorum induxi, qui hoc diceret. Non ex perſona mea dixi rem falſam, ſed Ioui impoſui falſitatis perſonam. Sicut Deus falſus erat, ita mēdax vates erat. Nam vultis noſſe, quia iſta noueram? Alio loco, quando non Iouem lapidem induxi loquentem, ſed ex perſona mea locutus ſum, dixi.

C *Non res Romanæ, perituraq. Regna,*

Videte quia dixit peritura regna. Dixit peritura regna, non tacuit peritura. Peritura veritate non tacuit, ſemper manſura, adulatione promiſit. Non ergo deficiamus fratres, finis erit terrenis omnibus regnis, hæc ille.

Expedit autem, vt quiſque Virgilij tractator perlegat quattuor primi libri capita de Ciuitate Dei, quæ illemet ſcripſit Auguſtinus. Primum enim agit de aduerſariis nominis Chriſti, quibus in vaſtatione vrbis propter Chriſtum Barbari pepercerunt victis: quo capite expendit, quomodo, quod Dei eſt, ſuperbæ quoque animæ Aeneæ ſpiritus inflatus affectet, ametq. ſibi in laudibus dici: *Aug. l. 1. 2. 3. 4 capitib. de Ciuit. Dei.*

Parcere ſubiectis, & debellare ſuperbos.

Deinde oſtendit, quod nulla vnquam bella ita geſta ſunt, vt victores propter Deos eorum, quos uicerant, parcerent uictis. Nonne (ait) uidit Aeneas Priamum *Per Aras*

D *Sanguine fœdantem quos ipſe ſacrauerat ignes.*

Nonne Diomedes & Vlyſſes,

Cæſis ſumma cuſtodibus arcis,

Corripuere ſacram effigiem, manibuſq. cruentis.

Virgineas auſi Diuæ contingere uittas.

Nec tamen quod ſequitur uerum eſt.

Ex illo fluere, ac retro ſublapſa referri,

Spes Danaum.

Poſtea quippe uicerunt, poſtea Troiam ferro, ignibuſq. deleuerunt, poſtea confugientem ad aras Priamum obtruncauerunt.

E Nec ideo Troia periit, quia Mineruā tradidit. Quid enim prius ipſa Minerua perdiderat, ut periret? an fortè cuſtodes ſuos? Hoc ſanè uerum eſt, illis quippe interemptis potuit auferri. Neque enim homines à ſimulachro, ſed ſimulachrum ab hominib. ſeruabatur. Quomodo ergo colebatur, ut patriam cuſtodiret, & ciues, quando ſuos non ualuit cuſtodire cuſtodes? *Simulachrū nō ſeruabat homines, ſed ſeruabatur ab hominib.*

Tertio uerò capite cum Auguſtinus docere uellet, quā imprudenter Romani Deos penates, qui Troiam cuſtodire non potuerant, ſibi crediderint profuturos. Ecce (inquit) quibus Diis urbem Romanam ſeruandam ſe commendaſſe gaudebant. O nimiū miſerabilem errorem. Et nobis ſuccenſent cum de Diis eorum talia dicimus: nec ſuccenſent auctoribus ſuis, quos ut ediſcerent, mercedem dederunt. Doctoreſq. ipſos in-

ſuper,

Damnum in pueris ex Virgilii lectione.

ſuper,& ſalario pub... & honoribus digniſſimos habuerunt. Nempe apud Virgilium,quem propterea paruuli legunt,vt videlicet Poeta magnus, omniumq; præclariſſimus atque optimus teneris ebibitus annis,non facile obliuione poſſit aboleri, ſecundum illud Horatij. A

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem,
Teſta diu.

Apud hunc ergo Virgilium nempe Iuno inducitur infeſta Troianis, Aeolo ventorum Regi aduerſus eos irritando, dicere.

Aen. 1.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor
Ilium in Italiam portans, victoſq. Penates.

Itane iſtis penatibus victis,Romam ne vincerctur,prudentes commendare debuerũt? Sed hæc Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans?Quid Aeneas ipſe prius toties appellatus,nonne ita narrat. B

Panthus Otriades, arcis Phœbiq. ſacerdos,
Sacra manu, victoſq. Deos, paruumque nepotem.
Ipſe trahit, curſuq. amens ad limina tendit.

Nonne Deos ipſos,quos victos non dubitat dicere, ſibi potius,quam ſe illis,perhibet commendatos, cum ei dicitur:

Dij Troiæ victi.

Sacra, ſuoſq. tibi commendat Troia Penates:

Si igitur Virgilius tales Deos,& victos dicit,&,vt,vel victi quoquo modo euaderent, homini commendatos; quæ dementia eſt exiſtimare his tutoribus Romam ſapienter fuiſſe commiſſam, & niſi eos amiſiſſet,non potuiſſe vaſtari? immò verò,victos Deos tanquam præſides & defenſores colere, quid eſt aliud quam tenere non numina bona,ſed dæmonia mala? Quanto enim ſapientius creditur, non Romam ad iſtam eladẽ non fuiſſe venturam, niſi prius illi periſſent, ſed illos potius olim fuiſſe perituros,niſi eos,quantum potuiſſet,ſeruaſſet. Nam quis non,cum aduerterit, videat quanta ſit vanitate præſumptum,non poſſe vinci ſub defenſoribus uictis, & ideò periiſſe quia cuſtodes perdidit ſuos Deos,cum vel ſola potuerit eſſe cauſſa pereundi,cuſtodes habere noluiſſe perituros? Non itaque eum de Diis victis illa conſcriberentur,atque canerentur,Poetas libebat mentiri, ſed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Verum iſta opportunius alio loco diligenter, copioſeq. tractanda ſunt. Nunc vt quod inſtitueram de ingratis hominibus dicere, parumper expliecm,vt poſſum;qui ea mala quæ pro ſuorum morum peruerſitate meritò patiuntur,blaſphemantes Chriſto impu C

Dæmonia mala,nõ Numina bona Dii Ethnicorum.

Dementia ſacrilegæ peruerſitatis.

tant. Quod autem illis etiam talibus propter Chriſtum parcitur, nec dignantur attendere,& eas linguas aduerſus eius nomen dementia ſacrilegæ peruerſitatis exercẽt, quibus linguis vſurpauerunt mendaciter ipſum nomen,vt viuerent, Vel quas linguas in locis ei ſacratis metuendo preſſerunt, ut illic tuti atque muniti eſſent, vbi propter cum illæſi ab hoſtibus fuerant,inde in eum maledictis hoſtilibus proſilirent.Hęc idem Auguſtinus. D

Cap. 4.

Agit deinde de aſylo Iunonis in ipſa Ciuitate Troia,quod neminem liberauit à Gręcis,& de Baſilicis Apoſtolorũ,quæ omnes ad ſe confugientes à Barbaris defenderunt, ſic inquiens: Ipſa,vt dixi,Troia mater Romani populi,ſacratis in locis Deorum ſuorum munire non potuit ciues ſuos ab ignibus, ferroq. Græcorum,eoſdem ipſos Deos colentium,quinetiam Iunonis aſylo.

Cuſtodes lecti Phœnix, & dirus Vlyſſes
Prædam aſſeruabant, huc vndique Troia gaza
Incenſis erepta aditis, menſaq. Deorum,
Crateresq. auro ſolidi, captiuaq. veſtis
Congeritur: pueri & pauida longo ordine matres.
Stant circum. E

Collatio Templorum falſorum Deorum cum Baſilicis ſalſorũ Deorum.

Electus eſt videlicet locus tantæ Deę ſacratus,non unde captiuos non liceret educere, ſed ubi captiuos liberet includere.Compara nũc Aſylum illud non cuiuslibet Dei gregalis,uel de turba plebis,ſed Iouis ipſius ſororis & coniugis,& Reginæ omnium Deorum,cum memoriis noſtrorum Apoſtolorum. Illuc incenſis Templis, & Diis erepta ſpolia

A ſpolia portabantur, non reddenda uictis, ſed diuidenda uictoribus: huc autem, & quod
alibi ad ea loca comperium eſt pertinere, eſt honore & obſequio religioſiſſimo repor-
tatum eſt. Ibi amiſſa, hic ſeruata libertas: ibi clauſa, hic interdicta captiuitas: ibi poſſi-
dendi à dominantibus hoſtibus premebantur, huc liberandi à miſerantibus hoſtibus
ducebantur. Poſtremo, illud Iunonis templum ſibi elegerat auaritia, & ſuperbia leuiũ
Græcorum: iſtas Chriſti Baſilicas miſericordia & humilitas, etiam immanium Barba
rorum. Niſi fortè Græci quidam, in illa ſua uictoria, templis Deorum communiũ pe-
percerunt; atque illò confugientes miſeros uictoſq. Troianos ferire, uel captiuare non
auſi ſunt. Sed Virgilius Poetarum more illa mentitus eſt. Immò uerò morem hoſtiũ *Virgil. Poetarum more mentitus.*
Ciuitates euertentium ille deſcripſit. Sic Auguſtinus.

Equidem uerò, ut ſyncerè fatear, ſi Virgilii artem, iudicium, numerum, dictionemq. *Quid verè de Virgilio ſentiendum:*
B ſpectemus, plura ſunt, quę eleganter, atque appoſitè dicta ſunt; ſed illa tamen, ut ue-
riſſimè dicã, neque ad Chriſtianæ uſum Reipublicę, nec quales Poetas decet, quorũ
carminib. aures Chriſtianorum perſonare debent; Hic ego (inquam) cum Auguſtino *Augu. in lib. Confeſſ.*
laudo uerba precioſa, uenenum non item, quod in eis occidenti iam Mundo, ſuiſq. a-
liis peccatorum ponderibus penè oppreſſo traditur.

Ac rectè Origenes; Ait enim ſępè ſe uidiſſe aureum calicem in pulchro ſermonis or *Orig. Hom. 2. ſup. Hierem.*
natu, & dogmatum uenena conſiderantem, deprehendiſſe calicem Babylonis. Ecquis
igitur mentis non emotæ, totas Virgilii Eclogas piorum pectoribus obtrudat? Ecquis
pręter fabulas, & inania Deorum commenta Cæſarem undecies centies millium ho- *Plat. 7. de leg.*
minum uel interfectorem, dum regnandi auiditate teneretur, uel auctorem, ut interfi- *Senec. ad Litteralem.*
ceretur, & ad inferna delapſum, ſed ab eo in Cęlo repoſitum ęquo poſſit animo audi-
C re? Ecquis Aeneam, quem eruditus artis poeticæ ſcriptor, exiſtimat inſignem pietate *Scaliger.*
uirum, & contemplatione, atque actione perfectiſſimum à Virgilio fuiſſe propoſitũ; *Cel. Rhodig.*
ſi attentiore acie Chriſtianæ mentis rem diſpexerit, talem eſſe comperiet, ut illius ui- *Damna ex Virgilij lect.*
ta, actiones, reliqua item Chriſtianis auribus, & oculis (teneris præſertim ingeniis)
tanquam pietatis, & uirtutum exempla ſint proponenda? Eius, inquam hominis,
quem Virgilius ex Venere, quam cæleſtem Deam facit, & Anchiſe paſtore natũ eſſe:
quem item idololatram, & captos ſecum penates afferre dicit: cum & falſorum Deo
rum iram, diuerſaq. inter illos ſtudia exponat, ac quicquid Aeneæ acciderit, id ipſi cõ-
tigiſſe fato cogente ſcribat? ut omittam turpe illud à ſorore Didoni conſilium, offi-
ciumq. Aeneæ præſtitum, fœdamq. prius uenationem ad fornicationem perpetrandã.
Aeneam autem mortuis humanas uictimas immolantem, & ignem cruore hominum
D tanquam oleo paſcentem, & Turno, licet ſe dedenti, necem ab ipſo, quo iuſtior alter,
nec pietate fuit, nec bello maior, & armis, illatam. Scilicet his exemplis, mores cor-
riguntur; & pietas inſinuatur. Et verò quotus quiſque eſt, qui è talium rerum lectio-
ne ſolidas virtutes didicerit; aut, cum vitam improbè actam emendauerit, ſua tandẽ
ſcripta ab inanibus, fabuloſiſq; repurgauerit? ſed ne videamur aduerſus tam celebrem
Poetã inclementius ſcribere, perlegant pij quid de eiuſmodi poematibus apud Lactan *Lactan. lib. 5. de falſa pietate, & de vera relig.*
tium Chriſtiana ſenſerit antiquitas. Quomodo enim (ait) à ſanguine abſtinebunt,
qui colunt cruentos Deos Martem, atque Bellonam? Quomodo parentibus parcent,
qui expulſorem patris ſui Iouem, aut natis ex ſe infantibus, qui colunt Saturnum?
Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt Deam nudam, & adulteram, & quaſi a-
pud Deos proſtitutam? Quomodo ſeà rapinis, & fraudibus abſtinebunt, qui Mercu-
E rij furta nouerunt, docentis, non fraudis eſſe decipere, ſed aſtutiæ? Quomodo libidines
coërcebunt, qui Iouem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceterosque venerantur, quo
rum adulteria, & ſtupra in mares, & fęminas non tantum dictis nota ſunt, ſed etiam
exprimuntur in Theatris, atque cantantur, vt ſint omnibus notiora: Poſſuntne inter
hæc iuſti eſſe homines, qui etiamſi natura ſint boni, ab ipſis tamen Dijs erudiantur
ad iniuſtitiam? hæc Lactantius.

At, vt de Homero diximus, ſic de Virgilio dicendum eſt: rectiorem illius vſum adhi
beri poſſe, ſi ſubmotis obſcęnis, & quæ falſorum Deorum cultum ſapiunt, vbi ſextus
Aeneidos liber eſſet exponendus (quamuis certè mihi nunquam probatum fuerit, vt *De ſexto Aeneidos libro.*
adoleſcentibus prælegeretur) firmiſſima prius eorum animis notitia de veritate In-

ſerni traderetur: ſimul autem agetetur, cur Satanas hunc Diuinæ iuſtitiæ articulum inuolucris fabularum tegere, atque obuoluere conatus ſit, ne videlicet, timor Dei, qui eſt initium ſapientiæ, corda hominum poſſideret. A

Alia obſeruatio de recto Virgilij uſu. Cento quid ſit: ac Centonum Latinorum exempla quadam eximia. Caput XXIIII.

Centonum ex Virgilio ſa ciendorum ratio.

QVod adoleſcens feci, cum emitterem in lucem Lælij Capilupi Centones è Virgilio collectos, id multò magis mihi iam ſeni, & in hac palęſtra Pietatis verſanti repetendum eſt, vt eadem opera conſtet, qua ratione Poetarum Ethnicorum Latinæ, ſicut olim Aegyptiorum opes in populi Chriſtiani rectiſſimum vſum, & Dei cultum transferri poſſint; Quæ ſanè quarta obſeruatio fuerit, ad rectiſſimum Virgilii vſum eliciendum. B

Omnium igitur omninò qui aliquid in lucem edunt, duo genera ſunt, alterum eorum, à quibus res ipſę inueniuntur; alterum illorum, qui quod dicturi ſunt, aliundè aſſumunt; atque hoc genus in duas partes rurſus diſtributum eſt, nam aut qui ab alijs res accipiunt, eas ſuis verbis exponunt, aut ad ſententias ſuas aliorum verba transferunt, atque traducunt, quod quidem pertinet ad eos, qui Centones conſcribunt; quo in genere ita mirabiles fuere Lælius & Iulius Capilupi, vt facilè omnium expectationem vicerint, ac ſuperarint. Nam cum plerunque de rebus ab antiquorum ætate remotiſſimis agant, eas tamen ita Virgilij carminibus tractant, atque complectuntur, vt ne ipſum quidem Poetam ſupra potuiſſe exiſtimem. Nam & in diſpoſitione ſententiarum, & ordine, & in coniungendis, ac quaſi conglutinandis verſibus, qui in Virgilij libris maximo interuallo inter ſe diſiuncti ſunt, id ſunt omnium iudicio conſecuti, vt perpetua potius, & continentia ſcripta, quam vndique collecta & comportata videantur: in quo uirorum memoriam, & acre iudicium ſoleo ſæpè admirari, qui res tã diſperſas in unum locum coëgerint, eaſque ita collocauerint, ut media primis, extremis prima reſpondeant. Ac ut perfectus fictor, qui ex diuerſiſſimis lapidibus opus egregium fingit, emblemateq. componit, ſic illi ex omnibus Virgilij locis, quæ ad ſuam ſententiam in primis facerent, optima quæq. excerpſerunt, atque libarunt, vnumq. corpus confecére. Scio autem nonnullos ad hoc ſcribendi genus ſe contuliſſe, in quorũ numero apud Græcós fuit Eudocia, apud Latinos Proba Falconia, & Auſonius; ſed quantum in eo proiecerint, aliorum ſit iudicium. Illud quidem nec dubitans affirmauerim, hiſce non modò in hac re non præſtantiores fuiſſe, ſed uix fortaſſe pares. Nã ut de Auſonio loquar, cum hic de rebus ipſis ageret, de quibus à Virgilio ante tractatum fuit, facilè illi fuit ad id quod ſentiret Poetæ carmina accommodare; quod his minimè contigit, longè enim alia notio ſubiicitur his ſcriptis, atque illa, quæ Virgilianis ſubiecta eſt. C

Lælius & Iulius Capilupi Centonũ cõpoſitores.

Eudocia. Proba Falconia. Auſonius. D

Auſonius epiſt. ad Paulum. Quid ſit Cento.

Porrò Cento quid ſit, docet Auſonius his uerbis. Variis de locis, ſenſibuſq. diuerſis quędam carminis ſtructura ſolidatur in unum uerſum, ut coeant, aut cæſi duo, aut unus, & ſequens cum medio. Nam duos iunctim locare, ineptum eſt, & tres una ſerie, mere nugæ. Diffunditur autem per cæſuras omnes, quas recipit uerſus heroicus, conuenire ut poſſit aut penthimimeris cum reliquo anapeſto, aut trochaicè cum poſteriore ſegmento, aut ſemipedes cum anapæſtico chorico, aut poſt dactylum, ſoni pedem, quidquid reſtat hexametro. Simile vt dicas ludicro, quod Græci oſtomachion uocauere. *Et poſt pauca, cum eius ludi ſpeciem ediſſet, ſubdit.* Hoc ergo Centonis Opuſculum, ut ille ludus tractatur: pari modo ſenſus diuerſi ut congruant, adoptiua quæ ſunt ut cognata uideantur, aliena ne interluceant, arceſſita ne uim redarguant, denſa ne ſupra modum protuberent, hiulca ne pateant. Quę ſi omnia ita tibi uidebuntur, ut pręceptum eſt, dices me compoſuiſſe Centonem. E

Ar Iulius Roſcius Hortinus, quæ ab Auſonio obſcurius præcepta uideri poterant, exemplis illuſtrauit, eamq. tractationem adtexuit carminibus Capiluporum, quę Romę edita ſunt anno ſuperioris ſeculi nonageſimo.

Apud hæredes Io. Liliotti.

Qui uerò Centones illos curauit edendos, Lectorem pręmonuit, ſi qua in iis uerba

eſſent

eſſent à noſtrę religionis more aliena, ut; fata, fortuna, Dii, Diui, Iupiter, Mars, Venus, & alia, ea primùm Virgilii fuiſſe: deinde poſſe per allegoriam aliter accipi atque propriè ſignificant, namque illud (ait) uanum fortunæ nomen modo pro ipſa felicitate, modo pro diuitiis ferè poſitum eſſe inuenies: ſic enim fatum pro morte, aut caſu, uota quoque pro deſideriis, uel precibus, Diuos item, & Deos pro ipſis Sanctis, quale eſt illud. Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri: Sanctorum enim imagines intelligit, & nonnulla alia ſimilia, quæ immutari minimè poſſe putarunt ob Centonum leges; quamuis nullum ego piaculum exiſtimauerim committi ſi mutarentur in receptas ab Eccleſia Catholica uoces. Sanè propter eadem uerba, & alia quædam illorum tempora licentiora Lęlii Capilupi Centones cum interdicti fuiſſent, denique purgati prodierunt, quib: ſuos Iulius Capilupus nil Parruo inferior (ne dicam & maior in eodem genere carminum) adiunxit, è, quibus placet ſequentes huc adſcribere. Cautio.

Cento Iulij Capilupi ex Virgilio ad Beatiſſimam MARIAM Virginem Lauretanam; tempore quo peſtilentia graſſabatur.

Aen. 4. & 5. *Salue ſancta Parens, magnum & memorabile nomen*
Aen. 1. & 10. *Nata Patris ſummi, atque eadem gratiſſima coniux?*
Aen. 1. & 9. *Virginis os habitumq. gerens; lectiſſima Matrum.*
Aen. 8. & 10. *Quæ nūc ætherios inter Dea candida nimbos,*
Aen. 8. *Solis inardeſcis radijs, longèq. refulges,*
Ecl. 5. Aen. 5. *Sub pedibuſq. vides nubes, & ſydera Olympi:*
Aen. 1. & 12. *Cui pater intacta pro Virginitate ſacrauit*
Geo. 2. Ae. 12. *Ingentem cælo Rex ætheris altus honorem,*
Aen. 4. & 12. *Victus amore tui, tantum decus enitet ore:*
Aen. 7. *Te ſuper ætherias errare licentius auras*
Aen. 1. & 12. *Permiſit, cæliq. libens in parte locauit:*
Aen. 1. & 3. *O quam te memorem Virgo Maria; omnia cælo*
Aen. 1. & 1. *Ponat habere tibi diuum Pater atque hominum Rex.*
Ecl. 4. Ae. 9. *Tu decus omne tuis, poſtquam ſe condidit aluo*
Aen. 2. & 9. *Haud ignota loquor, Deus æthere miſſus ab alto,*
Aen. 1. & 10. *Impleuitq. ſinum, claraq. in luce refulſit*
Aen. 4. & 7. *Aduentum, auxiliumq. Dei (mirabile dictu)*
Geor. 1. & 4. *Ne quicquam ſeros Lucinæ experta labores,*
Aen. 2. G. 4. *Sacra per integram ſoluuntur viſcera pellem*
Aen. 5 & 6. *Læta Dei partu, uenit de corpore uirtus*
Aen. 2. & 10. *Omnipotens, ſubijt cari genitoris imago.*
Aen. 3. *Hæc quondam cæli magnum uentura ſub axem*
Georg. 1. *Iampridem nobis cecinerunt omnia Vates.*
Aen. 6. *O Virgo, cui tanta Deo permiſſa poteſtas,*
Eclo. 2. *Huc ades, & votis iam nunc aſſueſce vocari,*
Aen. 1. & 8. *Ad te confugio miſerantem incōmoda noſtra,*
Aen. 1. & 6. *Huc geminas nunc flecte acies, mentemque benignam*
Aen. 2. & 9. *Alma parens, præſens noſtro ſuccurre labori.*
Aen. 6. G. 3. *Adſpice vt inſignis cœpit crudeſcere morbus,*
Aen. 1. Ge. 3. *Nec dum etiā manare cruor ceſſauit, & altè*
Aen. 8. Ge. 1. *Huic capiti inſultans, lentus non deficit humor*

Ex illo fluere, ac morbo, illuuieq. peresa Aen. 2. Ge. 3.
Protinus inq. ſinu præcordia ad intima ſubdit, Geor. 4 Æ. 7.
Viſceribus ſuper accumbens iam pectore toto Aen. 9. & 10.
Hæret, & interdum macie confecta ſuprema Aen. 1. & 3.
Membra quatit, frigentque effœtæ in corpore vires: Aen. 3. & 5.
Quid labor aut benefacta iuuant? vſuſq. medendi? Aen 3. & 12.
Nil valida iuuere manus, nihil auctor Apollo Ae. 10. & 12.
Profuit, aut Marſis quæſitæ in montibus herbæ, Aen. 7. & 12.
Non hæc humanis opibus, ceſſere magiſtri. Aen. 12. G. 3.
At tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relicto, Aen. 11.
Hoc mihi da proprium Virgo ſperare ſalutem, Aen. 1. & 7.
Tu requies omnis curæ, caſuſq. leuamen, Aen. 3. & 11.
Solamenq. mali, culpam compeſce, priuſquam Aen 3. Ge. 3.
Dira per incautum ſerpant contagia pectus, Aen. 1.
Namq. fatebor enim tanto me crimine dignū, Ecl. 1. Ae. 10.
Hortator ſcelerum, ſenſus animumq. labentem Aen 4. & 6.
Impulit, agnoſco veteris veſtigia fraudis: Eclog. 4.
Hinc mihi prima mali labes præcepta, ſecuto Aen. 2. G. 4.
Matris Acidaliæ, tales expendere pœnas Aen. 1. & 10.
Non aliam ob culpam voluit Rex Magnus Olympi. Geor. 1. Ae. 2.
Quare vt te ſupplex peterem tua limina adiui Geor. 2. Ae 6.
LAVRETI, fama totum vulgata per orbem: Aen. 1. & 12.
Tectum Auguſtum, ingens, centum ſublime columnis Aen. 7.
Seruati ex vndis vbi figere dona frequentant Aen 6. & 12.
Matres, atque uiri, & uotas ſuſpendere ueſtes; Ibidem.
Submiſſi petimus terram, uos munera templis Aen. 4.
Quippe tuis ferimus, meritoſq. nouamus honores: Aen. 8.
Namq. ſub ingenti luſtro dum ſingula templo, Aen. 1.
Vidi oculos ante ipſe meos ſollemnia vota Aen. 12. B. 5.
Tantorum impenſis operum, miracula rerum, Aen. 12. G. 4.
Atque humiles habitare caſas, paruoſque penates Eclog. 2.

Templum Lauretanum in Piceno agro Italiæ in quo eſt domus B. Marię Virginis.

Vnà

Aen. 1. & 5. *Vnà omnes tecum meritis pro talibus annos*
Ec. 1. Aen. 10. *Hic illum vidi, cali cui ſydera parent,*
Ecl. 9. Ae. 12. *Certè equidem audieram (vulgatur fama per vrbes)*
Ae. 11. & 12. *Agminis aligeri ſocijs, ſacraq. caterua,*
Geor. 3. *Aera per vacuum ferri tectumque laremque,*
Ecl. 5. Ge. 3. *Montibus in noſtris alto ſub ſole iacentem,*
Aene 1 & 2. *Matre Dea monſtrante viam (mirabile dictu).*
Aen. 1. & 11. *Littus ad Auſonium conuexo in tramite ſyluæ*
Aen. 8. & 10. *Delegere locum, & poſuere in vertice montis:*
Aen. 3. & 6. *O felix vna ante alias pulcherrima proles*
Aen. 3. & 8. *Calicolum Regi, tantarum in munere laudum*
Ecl. 6. & 8. *Nunc ego namq. tibi, terq. hac altaria circum*
Aen. 11. E. 8. *Perſoluā grates: numero Deus impare gaudet.*
Aen. 2. & 12. *Sin abſumpta ſalus, & vis inimica propinquat,*
Aen. 10. *Te precor hanc animam ſerues Natoq. Patriq.*
Aen. 9. *O genitrix, meritis tantis non immemor vnquā,*
Aen. 4. & 6. *Errantem doceas iter, & ſacra oſtia pandas,*
Aen. 6. *Ire ad conſpectum cari Genitoris, & ora*
Aen. 8. *Contingat, patiar quemuis durare laborem:*
Aen. 6. Ge. 1. *Da dextram miſero, & tecum me tolle per auras,*
Aen. 6. *Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam,*
Aen 5. & 6. *Quod ſupereſt, oro, dubijs ne deſice rebus,*
Aen. 3. & 11. *Sola in te ſuprema ſalus, miſerere tuorum:*
Aen. 6. *Noctes atque dies facilis deſcenſus Auerni.*
Aen. 4. *Tu modò poſce Deum veniam, ſacriſq. litatis.*
Aen. 8. *Indulge, fer ritè preces; iramque, minaſq.*
Aen. 5. *Supplicibus ſupera votis, miſerere precantis,*
Aen. 4. *Ne Pater Omnipotens adigat nos fulmine ad vmbras*
Aen. 6. *Pallentes vmbras Erebi, Stygiamq. paludem,*
Ae. 5. Ec. 10. *Cum freta, cum terras oēs, calumq. profundū,*
Aen. 1. G. 1. *Et genus humanum, crepitantib. vrere flāmis*
Geo. 1. Ae. 1. *Ipſe Pater ſtatuit, ſeruans ſub pectore vulnus*
Ge. 2. Ae. 3. *Aeternum; ſceleris tanta eſt iniuria noſtri;*
Aen. 6. *Diſcite iuſtitiā moniti, & non temnere Diuos;*
Aen. 10. *Stat ſua cuique dies, breue & irreparabile tempus*
Aen. 1. *Omnibus eſt, ueniet luſtris labentibus ætas,*
Geor. 4. *Cum domus & proles ſubitò defecerit omnis.*
Aen. 2. *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus,*
Ae. 10. & 12. *Exitium magnum, atque metum mortalibus ægris:*
Geor. 1. *Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,*
Ge. 1. Aen. 11. *Sol tibi ſigna dabit; Solem portenta ſequentur,*
Aen. 3. *Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebit;*
Aen. 2. & 11. *Horreſco referens, nigreſcent omnia circum:*
Aen. 4. & 10. *Incipiet magno miſceri murmure calum,*
Aen. 1. & 12. *Et uenti uaſtos uoluent ad littora fluctus,*
Aen. 2. *Miſcent ſe maria, & nigra tollentur arena;*
Aen. 5. & 6. *Sub pedibus mugire ſolum, tonitruq. tremiſcēt*
Aen. 12. *Ardua terrarum, & campi, ripaque, lacuſque,*
Ingentem uocem latè nemora alta remittent. Ge. 2. Ae. 12.
Multaq. praterea uariarum monſtra ferarum, Aen. 7.
Terribili aſpectu forma ſub nocte per umbrā, Aen. 6.
Incedent; magniſq. urbem terroribus implent: Ge. 4. Ae. 11.
Tum uaria illudent ſpecies; crudelis ubique Ge. 4. Aen. 2.
Luctus, ubiq. pauor, & plurima bella per orbē. Georg. 1.
Quis cladē illius noctis? quis funera fando Aen. 2.
Explicet? & ſimulachra modis pallētia miris? Geor. 1.
Inde ubi clara dabit ſonitum tuba; protinus omnes. Aen. 5. & 9.
Adſpicies animas imis exire ſepulchris; Aen. 6. Ec. 8.
Hinc exaudiri gemitus; mihi frigidus horror Aen. 3. & 7.
Membra quatit, gelidusq. coit formidine ſanguis,
Hac animus meminiſſe horret, luctuq. refugit, Geor. 2. Ae. 2.
Arrectaq. horrore coma, & uox faucibus haſit. Aen. 4.

Eiuſdem Iulij Capilupi Oratio ad DEVM.

Salue ſancte Parens, ſummi Regnator Olympi Aen. 2. & 5.
Quē primi colimus, Caloque, Ereboq. potentē, Aen. 2. & 6.
Semper honos, nomenque tuum, tua magna uoluntas Aen. 2. & 12.
Imperium ſine fine tuum, laudeſq. manebunt, Aen. 1.
Dona laborata Cereris, nocteſq. dieſq. Aen. 6. & 8.
Da deinde, auxilioq. leues quacunque labori Aen. 1. & 2.
Debita erunt noſtro, iam fas eſt parcere genti, Aen. 2. & 6.
Nos tua progenies, atque hac exempla ſecutus, Aen. 1. Ge. 4.
Atque idem caſus, miſeris ſuccurrere diſco: Aen. 1. & 3.
Nec ſegnem patiere animum tentare precādo, Geor. 1. Ae. 4.
Eripe me his inuicte malis, hac omnia firma. Ae. 2. & 6.

In die feſto ſancti Michaelis Archangeli Chriſti ad Patrem Orantis, conſolatoris.

Eiuſdem Iulij Capilupi Cento ad Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Iulium Antonium Sanctorium Cardinalem.

Mons Oliuetus.
Monte ſub aerio, qui tot labentibus annis Aen. 2. & 6.
Palladia gaudens ſylua nitidis OLIVAE, Georg. 2.
Arboris ex ipſa deducet originem nomen. Aen. 12. G. 3.
Ipſo ad conſpectum cari Genitoris & ora, Eclo. 4. Ae. 6.
Quem genuit calum, & terras qui numine torquet Aen. 4. & 5.
Ad calum tendens ardentia lumina; ſupplex Geor. 4.
Talia fundebat: ſi quis modus eripe morti Aen. 3. & 12.
Care Pater: miſerere animi nō digna ferentis: Aen 2. & 11.
Vadimus haud dubiam in mortem, ſcio acerba meorum Aen. 2. & 10.
Circumſtare odia, ut olim crudele tyranni: Aen. 6.
Quod ſi nulla mouet tanta pietatis imago, Aen. 6. & 11.

Et

Aen. 2. Et ſedet hoc animo, patet iſti ianua letho,
Aen. 3. & 9. Quando aliter nequeo gentem effugiſſe nefandam,
Aen. 9. & 12. Te precor hanc animam ſerues: ſtat quicquid acerbi eſt
Aen. 12. Morte pati, quia nota mihi tua magna voluntas.
Aen. 5. Num quoque mens eadem perſtat mihi, pelle timorem,
Aen. 2. Nouit ſumma dies, & vis inimica propinquat.
Aen. 4. & 6. Talibus orabat dictis certiſſima proles
Aene. 1. & 3. Cælicolum regi, premit altum corde dolorem,
Ec. 10. Aen. 2. Triſtis vbiq. pauor, & plurima mortis imago;
Aen. 4. & 12. Terrificant animos, ſunt monumenta doloris;
Aen. 3. & 12. Sanguineus toto manabat corpore ſudor
Aen. 5. & 7. Sanguine terra madet, cælo miſeratus ab alto eſt.
Aen. 1. & 3. Tum genitor (neque enim Patrum conſiſtere mentem
Aen. 4. Paſſus amor) magno perſenſit pectore curas;
Aen. 4. & 7. Ergo his aligerum dictis affatur Olympi,
Aen. 3. & 6. Vade, ait, o felix nati ſuccurre labori,
Geor. 1. Æ. 8. Ecce inimicus atrox mens effera nequid inauſum,
Aut intentatum ſceleriue, doliue fuiſſet,
Aen. 4. Atque animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc,
Aen. 1. In parteſq; rapit varias, noua pectore verſat
Aen. 5. Conſilia, & varijs aſſultibus irritus vrget,
Aen. 6. & 7. Mille nocendi artes triſti cum corde volutat:
Geor. 1. & 3. Inuidia infelix, regnandi dira Cupido.
Geo. 3. & 4. Hæc omnis morbi cauſa, hinc exercitus iras
Aen. 1. Ge. 3. Gens inimica mihi, cælumq; exterrita fugit.
Aen. 6. Auſi omnes immane nefas: detrudere regnis
Geor. 1. Auctorem frugum, tempeſtatumq; potentem
Aen. 2. Numina magna Dei.
Aen. 1. & 9. Heu ſtirpem inuiſam; noſtras euadere demens
Aen. 6. Speraſti te poſſe manus? dominumque potentem?
Aen. 10. & 12. Immortalis ego, rerum cui ſumma poteſtas:
Aen. 6. & 9. Fulmine deiecti cæli de parte ſerena
Aen. 6. Lethæum ad fluuium fundo voluuntur in imo,
Aen. 1. & 6. Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis,
Aen. 6. & 7. Ergo exercentur pœnis, æternaq. ferri
Aen. 6. & 9. Supplicia expendant tenebris, & carcere cæco:
Aen. 2. & 6. Horrendum ſtridens flammas, pro talibus auſis;
Aen. 6. Hortator ſcelerum ſedet, æternumq. ſedebit.
Aen. 9. Nec mea iam mutata loco ſententia cedit.
Aen. 4. & 10. Eia age rumpe moras, miſeram ſolabere mortem,
Ecl. 1. Ge. 2. Nãq. doli circũ hæc demũ frangentur inanes,

Mens immota manet, manet alta mente repoſtum Aen. 1. & 4.
Iudicium, meritaq. expectant præmia palmæ, Aen. 5.
Vnum pro multis dabitur caput. Ibidem.
Rumpe moras omnes, nec plura effatus: At ille Aen. 8. & 9.
His medium dictis raptim ſecat æthera pennis, Aen 4 Ge. 1.
Exuperatq. moras, cælo deſcendit ab alto, Ae. 8 & 10.
Et iam iuſſa facit, merentia pectora mulcet. Aen. 1.
O Pater, ô hominum ſummi regnator Olympi, Aen. 7 & 10.
Dilecti nati funus crudele videbis? Ecl. 4. Ae. 11.
Alte ſublatum tolli miſerabile corpus Ae 11. & 12.
Vulneribus pulſum adſpicies? quis talia fando Aen. 2 & 11.
Temperet à lacrimis, indigna morte peremptũ Aen. 5.
Natum ante ora Patris, Patres qui morte redemit, Aen. 2. & 6.
Et genus humanum, laniatum corpore toto, Aen. 1. & 6.
Ora manuſq. ambas, populataq. tẽpora cernam Aen. 2. & 6.
Sacrati capitis? traiectaq; pectora ferro? Aen. 3. & 10.
Conſertum tegmen ſpinis ſtat vertice Chriſti. Aen. 3. & 6.
Id verò horrendum viſu. latus haurit apertum Aen. 7. & 10.
Lancea, purpureus quondã color ora reliquit, Aen. 7. & 12.
Labitur exanguis letho, pulchroſq. per artus Aen. 9. & 11.
It cruor, inq. humeros ceruix collapſa recũbit:
Haud impunè quidem, moriens animam abſtulit hoſti Aen. 3. & 9.
Heu pietas, heu priſca fides, ſacroq. cruore Aen. 5. & 6.
Spargitur & tellus lacrymis, ſparguntur & ora. Aen. 11. G. 3.
Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo. Aen. 2.
Quis tam crudeles optauit ſumere pœnas? Aen. 6.
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda Georg. 1.
Per gentes humiles ſtrauit pauor, inde repente Aen. 8.
Conditur in tenebras altum caligine cælum. Aen. 11.
Nam fratris radijs obnoxia ſurgere Luna Ecl. 1. Geo. 1.
Viſa dehinc cælo, defunctaq. corpora vita Aen. 5. & 6.
Multa virũ inferiis ad lumina ſurgere viſa, Aen. 8. & 11.
Illuſtres animæ, atque imis extra ſepulchris. Aen. 6. Ec. 8.
O dolor, atque decus magnum rediture Parẽtis: Aen. 10.
Heu pietas, tales voluiſti expendere pœnas? Aen. 6. & 10.
Nequaquam ob meritum pœnas, iniuria noſtri Ge. 4. Aen. 3.
Cauſſa mali tanti, ſupplex tua numina poſco, Aen. 1. & 6.
Extremam hanc oro veniam, miſerere dolentẽ, Aen. 4.
Idem ego Nate tuũ maculaui crimine nomen, Aen. 10.
Funeris heu tibi cauſſa fui, qui ſanguine nobis Aen. 1. & 6.
Tempore iam ex illo cælum ſperare iubebas. Ae. 1. Geor. 4.
Nos tua progenies; & ſi pietãte meremur Aen. 1. & 2.
Adſpice nos, noſtro doluiſti ſæpè dolore. Aen. 1.
Hic pietatis honos, ſic nos in ſceptra reponis. Ibidem.
At tu oro, cui tanta Deo permiſſa poteſtas, Aen. 5. & 9.
Hunc dura morsu caſum leuire dolentem Aen. 10.
Solando, & triſtes animo depellere curas; Georg.
Huc geminas nunc flecte acies Sacer ales ab alto, Aen. 4.
Huc ades, & votis iam nunc aſſueſce vocari Ecl. 1. Geo.

Aen.7.Geor. *Tirrhenum ad Tibrim, & fontis a vada ſacra luperum:*
Ge.1. Aen.5. *Annua ſacra refer circum Caſtella[b] ſub armis,*
Ae.2 & 6. *Romanoſq. tuos, ſedes, arcemq. reuiſe:*
Aen.11. & 12. *Ipſe inter primos ferrugine clarus & Oſtro*
Aen.8. & 10. *Totus collucens, varyſq. Antonius[c] armis*
Aen.3. & 12. *Defenſum dabis, & meritos indicet honores,*
Ae.1. & 10. *Iulius, & multis onerabit limina donis,*
Geor.3. Ae.1. *Et viridi in campo templũ de marmore ponet:*
Aen.5. & 11. *Hic pietate prior: meruit qui laude Coronam,[d]*
Aen.1. *Iura dabis, legeſq. viris, voluentibus annis,*
Aen.8. *Romulidis, Tatioq. ſeni, Curibuſq. Seueris.*

Ad Beatiſſimam Mariam Virginem de Bello Galliæ Cento.

Tibris.

Aen.6. & 9. *Aſtrorum decus, & tanta pietatis imago*
Aen.12. E.5. *Qua nunc antiquos ſignorum ſuſpicis ortus*
Ecl.5. Ae.8. *Sub pedibuſq. vides nubes, longèq. refulges,*
Aen.8. *Qualis vbi Oceani perfuſus Lucifer vnda*
Ibidem. *Extulit os ſacrum cælo, tenebraſq. reſoluit:*
Geo.3. Ae.11. *Talis & ipſa leues cæli demiſſa per auras*
Aen.4. Ge.1. *Incedens nymbo effulgens, curaſq. reſoluis*
Geo.4. Ae.6. *Magnanimũ heroũ; tu dum cor deuoluitant*
Aen.4. & 10. *Euentus belli varios, iramq. minaſq.*
Aen.3. & 12. *Palladis armiſona, et certamina Martis anheli:*
Aen.7. & 8. *Dum te nunc ſolio ſtellantis regia cæli*
Aen.6. *Accepit, æternumq. tenet per ſæcula nomen,*
Aen.1. & 6. *Huc geminas nunc flecte acies, terraſq. iacentes*
Ecl.10. Ge.3. *Gallorum, & longè ſaltus, lateq. vacantes*
Ae.10. & 11. *Adſpice nunc: ſupplex venio, miſerere tuorũ.*
Geor.3. *Regibus inceſſit magno diſcordia motu,*
Ge.4. Ae.8. *Auditurq. tuba mugire per æthera clangor,*
Aen.5. & 8. *Nãq. furẽs animi medio in certamine Mauors Cælatus ferro, triſteſq. ex æthere Diræ*
Aen.9. *Horrendum ſonuere:*
Ge.3. Aen.2. *Iamq. cateruatim dat ſtragem, campoſque per omnes*
Aen.11. G.1. *Agmen agens equitũ, ſata ſæta boumq. labores*
Aen.10. *More furens torrentis aquæ, vel turbinis atri,*
Geo.1. Ae.2. *Bombarda. *Diluit, implentur foſſa: & caua * Machina belli*
Geor.1. & 4. *Nec minus interea memoranda inuenta Magiſtri*
Aen.8. G.4. *Deiicit in terras muros, & caſtra tuentes:*
Aen.3. & 9. *Triſtius haud vllis monſtrum: præſenſque minatur*
Aen.4. *Exitium, quo non aliud velocius vllum*
Mobilitate viget, vireſq. acquirit eundo,

a Fontem, Capiluporum intelligit, qui eſt in campo Martio.
b Caſtellum S. Angeli Romę iuxta Tiberim ſic uocatũ ab imagine in eius ſummitate poſita.
c Corona inſigne eiuſdem Cardinalis S. Seuerinæ nuncupati.

Nec ſic horrificis iuxta tonat Aetna ruinis: Aen.3.
Ipſa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem, Aen.1. & 8.
Nulli viſa cito decurrit tramite recto, Aen.5. & 8.
Fulminis acta modo, totoq. ardentis ab ore Aen.9. & 12.
Saxea pila cadit, ſonitus procul ære canoro Ibidem.
Terrificos ciet, & circum loca ſulphure fumãt. Aen.2. & 12.
Talibus inſidyſ domat, aut quatit oppida bello Aen.2. & 9.
Sanguineus Mauors, vna tot cæde perempta Aen.9 & 12.
Corpora fundit humo, & vitam diſpergit in auras, Aen.5. & 11.
O prohibete nefas, vaſtoq. immergite Ponto Aen.3. & 5.
Monſtrum horrendum, ingens, viſu mirabile monſtrum: Aen.4. & 10.
Ipſe manu genua amplectens genibuſq. volutãs Geo.3. Ae.3.
Ecce iterum ſupplex venio, & ſanctum mihi Numen Aen.4. & 8.
Vnum oro Genitrix, culpam compeſce, priuſquã Ae.9. Geo.3.
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus,
Hic poſtquam dubius medys Mars errat in armis, Ae.4. Geo.3.
Iam melior iam Diua precor cõpreſſa quieſcãt Aen.12. G.4.
Arma rogo Genitrix, calefactaque corda tumultu, Aen.8. & 12.
Et motus animorũ, atque hæc certamina tãta: Eclo.1. Ge.4.
Alma precor miſerere, potes Natumq. Patrẽq. Aen.4. & 6.
Pacem orare manu, finemq. imponere curis; Ae.4. & 10.
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes: Aen.11.
Primus ego in Patriam, meritis pro talibus annos Geor.3. Ae.1.
Idem venturos ſolido de marmore templa Aen.3. & 7.
Inſtituam, feſtoſq. dies de nomine Matris Geor.3.
Virginis, & tuſſos aris adolemus honores: Aen.1. & 1.
Dicta mea gentis ponam, hac me ſacra quotãnis Aen.5. & 6.
Vrbe voliti poſita templis tibi ferre dicatis.
Interea triſtis turbatus pectora bello Ecl.10. Ae.8.
Ipſe Pater, cui tanta Deo permiſſa poteſtas, Geo.1. Ae.9.
Multa putans, ſortemq. animo miſeratus iniquam, Aen.6.
Turbatoſq. duces, & lamentabile regnum, Aen.2. & 12.
Iamq. oratores delectos ordine ab omni Aen.7. & 9.
Legatis qui ſupremum committentur honorem Aen.11.
Ire placet, quacunque viuas incidere lites, Aen.12. & 5.
Tela inter media, atque horrentes Marte tumultus: Aen.2. & 10.
Hic vir hic eſt, tibi quẽ promitti ſæpius audis, Aen.6.
Cui genus, & quondã nomen Caieta dediſti, Ae.2. & 7.
Purpureoſq. ſuper veſtos de pelle Galeros Aen.6. & 5.
Donat habere viro rerum pulcherrima Roma Aen.5. G.2.
Miſſus in Imperium, magna comitãte caterua Aen.2. & 6.
I decus, i noſtrum, melioribus vtere factis, Aen.6. & 7.
Cui Rex ætherei cauſam, euentuſq. ſecundet, Aen.10. G.4.
Namq. tibi reduces ſocios Mauortis ad vrbem Aen.1. & 6.
Nuncio, & ad ſedes victor veherere paternas, Aen.1. & 12.

Perge

Aen. 1. E. 10. *Perge modo, & qua te via ducet, dirige greſſus.*
Ecl. 10. Ae. 12. *Incipe ſollicitos Galli mutare labores,*
Aen. 1. & 11. *Conſilia in melius, rumpantur neſcia vinci*
Aen. 1. & 10. *Corda volente Deo, in primis confuſaq. vulgi*
Aen. 2. *Pectora, & in melius tua qui potes orſa reflectas*
Ec. 10. Aen. 2. *Galle: quid inſano iuuat indulgere labori?*
Aen. 6. & 8. *Militiam, & graue Martis opus, bella, horrida bella*
Aen. 12. G. 4. *Deſine iam tandẽ, precibus manſueſcere corda*
Aen. 10. *Nunc finite, & placidum læti componite fœdus*
Aen. 6. & 8. *Vna omnes? ne tanta animis aſſueſcite bella.*
Ne Patriæ validas in viſcera vertite vires:
Aene. 1. & 3. *Quis furor, ò tantas audetis tollere moles?*
Ae. 10. & 11. *Quænam vos, quæ cauſa fuit conſurgere in arma*
Aen. 1. & 7. *O miſeri? motos præſtat componere fluctus:*
Aen. 11. *Cogite concilium, & pacem laudate ſedentes;*
Aen. 8. & 11. *Flent mæſti, muſſantq. patres, præſensq. periclo*
It timor, & maior Martis iam apparẽt imago,
Aen. 11. Ge. 1. *Dirum execrantur bellum, non vllus aratro*
Dignus honos, ſqualent abductis arua colonis:
Ae. 10. & 12. *Vlterius ne tende odijs, grauia arma quieſcant.*
Aen. 6. *Talibus orabat magnam Mauortis ad vrbem*
Aen. 4. & 8. *Tibris, & obnixus curam ſub corde premebat.*
Aen. 3. & 6. *Multa mouens animo cæli ventura ſub axem*
Aen. 5. & 9. *Fertilis Auſoniæ: caſu concuſſus acerbo*
Ge. 10. Ae. 10. *Stare loco neſcit, humero ſupereminet vndas,*
Aen. 7. *Verticibus rapidis, & multa flauus arena*
Aen. 1. & 6. *Fertur in arua furens cumulo, lateq. per vrbẽ*
Aen. 1. & 7. *Voluitur, atque altè ſpumis exuberat amnis:*
Aen. 6. & 11. *Riparumq. toros, & pontes tranſilit altos,*
Ae. 11. Ge. 1. *Diluuio miſcens, hominumq. boumq. labores*
Geor. 1. & 3. *Rurſus, & obducto latè tenet omnia limo.*

Eiuſdem Iulij Capilupi De Bombarda Cento.

Ae. 2. Geor. 4. *Quæ molem hãc Muſæ, quis nobis extudit artẽ.*
Vnde noua ingreſſus hominũ experientia caput
Aen. 3. & 10. *Sternere cæde viros, & mœnia cingere, & vrbes*
Aen. 2. & 10. *Tantorum impẽſis operum: quæ machina belli?*
Aen. 4. & 6. *Monſtrum horrendum, ingens, flammiſq; armata Chimæra?*
Id. 3. Ae. 4. *Triſte malum, quo non aliud velocius vllum*
Ae. 8. Ge. 4. *Tormenti genus, & memoranda inuenta Magiſtri*
Ae. 4. Ge. 3. *Germani, in lucem Stygijs emiſſa tenebris;*
Aen. 8. *Quæ regio in terris, quæve hunc tam barbara morem*
Aen. 5. & 12. *Attulit ipſa viris? (id rebus defuit vnum)*
Ge. 4. Aen. 1. *Feruet opus, ſæuitq. animis ignobile vulgus,*

Illa fretus agit florentes ære cateruas: Aen. 4. & 11.
In medias acies audet ſe credere pugnæ, Aen. 5. & 12.
Audet adire virum, & cæco contendere Marte Aen. 5. & 9.
Ille quidem, dolus an virtus quis in hoſte requirat? Aen. 2. & 10.
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid fortibus auſis Geo. 3 Ae. 9.
Profuit in duri certamina Martis euntes G. 3. Aen. 12.
Illuſtres animas tentare pericula belli? Aen. 6. & 11.
Illa dolum, dirumq. nefas, triſteſq. ruinas Aen. 1. & 4.
Ergo vbi concepit furias, mortemq. minatur Aen. 4. & 11.
Exemplo: preſſa eſt inſignis gloria facti Aen. 1. & 12.
Huius in aduentu; dat fortia corpora letho Aen. 6. & 12.
Magnanimum heroũ nullo diſcrimine cædem Ge. 4. Ae. 12.
Suſcitat, irarumq. omnes effundit habenas:
Hæc omnis morbi cauſa, hinc exercuit iras Geor. 3. & 4.
Effera vis animi, & ſcelerata inſania belli Aen. 7. & 10.
Hæc petit excidijs vrbem, miſeroſq. penates Ecl. 5. Geo. 2.
Sãguineus Mauors, medijſq. in millibus ardet: Aen. 1. & 12.
Quis tam crudeles, mortalibus eſſe labores Aen. 6. & 10.
Suſtulit? ac tales optauit ſumere pœnas? Aen. 6. & 8.
Triſtius haud illis mõſtrum, ruit omnia latè, Aen. 3. & 12.
Peſtiferas aperit fauces, opera omnia rumpit; Aen. 7. & 12.
Continuiq. auidis vbi ſubdita flãma medullis Georg. 3.
Nutrimenta dedit, rapuitq. in fomite vires, Aen. 1. & 6.
Spiritus intus alit, totoſq. infuſa per artus Aen. 6.
Ignea rima micans, aditumq. per auia quærit, Aen. 8. & 9.
Fluctuat ira intus, partes rimatur apertas: Ae. 11. & 12.
Nec mora continuo vaſtis cum viribus exit Aen. 5. & 11.
Stridens, & celeres incognita tranſilit auras, Ae. 12. Ecl. 2.
Stare loco neſcit: ſonitus procul ære canoro Geor. 3. Ae. 9.
Terrificos ciet, & circum loca ſulfure fumant, Aen. 2. & 12.
Et tremefacta ſolo tellus, ſaltuſq. profundi Aen. 10. G. 2.
Dant ſonitum, & vocem latè nemora alta remittunt. Aen. 9. & 13.
(Infandum) ſiſtunt omnes, terraq. dehiſcunt, Geor. 8.
Horrendum dictu, murali concita nunquam Aen. 4. & 12
Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tãtũ
Porta tonat cæli, cuncti ſe ſcire fatentur, Ge. 3. Aen. 12.
Ipſa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem Aen. 1. & 2.
Nulli viſa cito decurrit tramite recto, Aen. 5. & 8.
Fulminis acta modo, totoq. ardentis ab ore Aen. 9. & 12.
Saxea pila cadit, uolat atri turbinis inſtar Ibidem.
Aera per uacuum, montes & flumina tranat Georg. 3.
Ardua, ſic illam fert impetus ipſa uolantem: Aen. 3 & 7.
Caſtella in tumulis ad terram pondere uaſto Geor. 3. Ae. 5.
Conijcit, egregiaſq. urbes, operumq; labores, Aen 9 Ge. 2.
Antiquaſq. domos caſtris effundit apertis, Geor. 2. Æ. 7.
Fundamenta quatit, denſos prorumpit in hoſtes. Aen. 2 & 10.
Tam multa ſcelerũ facies? quæ cauſſa ſubegit Ge. 1. Aen. 8.
Ignotas tentare artes? labor omnia uincit Geor. 1.
Immanis, quid non mortalia pectora cogis Aen. 3.
Auri ſacra fames? cædiſq. inſana cupido? Aen. 9.

Aen. 4. Ge. 1. *Quis nouus hic noſtris ſucceßit ſedibus au-*
ctor
Aen. 3. & 6. *Cauſſa mali tanti? Stygijs ſeſe extulit vndis*
Aen. 2. & 4. *Credo equidem, nec vana fides, pro talibus*
auſis
Aen. 10. *Tum Pater omnipotens, rerum cui ſumma po*
teſtas
Aen. 7. *Ipſe repertorem Stygias detruſit ad vndas.*
Aen. 4. & 6. *Et triſtes ſine ſole domos: abolere nefandi*
Aen. 10. *Cuncta viri monumenta iubet, nomenque, ge-*
nuſque,
Aen. 11. *O fortunatæ gentes Saturnia regna*
Aen. 6. *Magnanimi heroes nati melioribus annis,*
Aen. 1. Ge. 4. *O fortunati, quorum ſub legibus æuum,*
Eclo. 6. Ge. 1. *At non tam turpes meditando extruderat ar-*
tes,

Pulueris vt venis abſtruſum excuderet ignẽ, Geor. 1. & 4.
Exitium, dirumq. metum, mortalibus agris: Aen. 12.
Ante Iouem nulli cauſſas tentare latentes Ge. 1. Aen. 5.
Aut terebrare cauas veteri ſub imagine for- Aen. 2. & 6.
mas
Ferro auſi, quæ tanta animũ dementia cœpit? Aen. 5. & 12.
Quod genus hoc hominum? procul, ò procul ite Aen. 2. & 6.
profani,
Artificis ſcelus, inſidias, ſuſpectaq. dona
Attrectare nefas, ſatis eſt potuiſſe videri, Ae. 2. & 12.
Triſte miniſterium, memoranda inuenta Ma- Aen. 2. Ec. 6.
giſtri Aen. 6. Ge. 4.
Sed fugite; ò miſeri, vaſtoq. immergite ponto Aen. 3.
Monſtrum horrendum, ingens, donum exitiale Aen. 2. & 6.
Mineruæ.

Porrò in Virgilium cum plures ſcripſiſſent, Seruius autem, ac Donatus præcipui: acceſſit nouiſſimè Iacobus Pontanus noſter, qui decem ac ſeptem libros Symbolarum (hoc eſt collectarum) afferens, Bucolica, Georgica, Æneidem, inſignibus, vberibus, & limatis Commentarijs declarauit. At eius Prodidagmata in Virgilium, lucem ad tam eximij Poetæ Opera mirificè præferunt, vt pauca videantur eſſe reliqua, quę his Commentarijs adiici poſſint. Ea verò ſunt edita primò Auguſtæ Vindelicorum ann. 1599.

De ipſa Epopæia, deque Epicis Poematibus ſacris.
Caput XXV.

Macrob. Iulius Cęſar Scaliger. Ludouicus Dulcius.

AT cum inter Ethnicos Poetas Epicos Virgilius teneat primas, ſubdendum etiam aliquid eſt dę Epopæia, in qua non defuere hoc ſeculo, qui ſine labe excelluerunt. Ac quidem ab Ariſtotele, Horatio, & alijs tradita ſunt præcepta, quæ ad eam pertinent, quæ quoniam habentur ad manus, ſuperuacaneum fuerit huc adiicere; ea præſertim, vnde alii Virgilium cum Homero: Ludouicum Arioſtum cum Virgilio contulerunt, ij enim aliud ſpectarunt, quàm id, in quod nos inſpicimus. Videlicet aut alios non habuere, quos ſibi proponerent cum ijſdem conferendos: aut ſi quos habuerunt, putarunt minus aduerſum Poetica Ethnicorum præcepta, quàm contra Poemata ſacra ſibi eſſe aliquid dicendum. Nam cum Epopæiæ tractatio ſita ferè ſit omnis in inueniendo, in collocando, in ornando; cumq; ipſius materia debeat eſſe (ſicuti Ariſtoteli placet) vna vnius actio inſignis tota, atque perfecta, ne cum hiſtoria confundi videatur, niſi aliorum actiones ad unumquodque referantur, ut fit in Aeneide, Iliade, Odyſſęa: cum item fabula ſit quaſi Poematis anima, vix fuerint aliqui apud iſtos in numero Poetarum, qui hæc ad amuſſim non præſtiterint. Nam & Ennius, qui Romanam hiſtoriam Annalibus comprehenderat; vel Vida, qui CHRISTI Domini uitam carmine Heroico cecinit; perfecti Poetæ ab iis non æſtimantur: nec item habetur apud eoſdem abſolutus Tragicus, qui Chriſtum patientem inſcripſit Tragœdiam ſuam, quæ hactenus prætulit nomen Gregorii Nazianzeni.

Horat. in Poetica. *Denique ſit quoduis ſimplex dumtaxat. & vnũ.* Ariſtot. in Poet. Ennius. Hieronym. Vida. Chriſtus patiens.

At, ut ut iſta ſint, certè neque fabulæ ſacris reb. ſunt immiſcendæ, quippe quę ſummę ueritati innixæ ſpirare debent undique, q̃ continent ueritatẽ, ac lucẽ: nec aliundè perquirendum eſt, quales aliqui ſancti uiri eſſe debuerint, cum uix perfectiores, pro humano captu, potuerint excogitari: neq; inuocandi falſi Dij, aut Deę: nec circuitiones, aut ſaltus extra chorum, ut dicitur, accerſendi, ut narratio rectè cadat, cũ pleraq; illa, ſi quis in ſummã Dei ſapiẽtiam recta inſpicit, rectiſſimè ceciderint: nec in anguſtum cogẽdæ ſunt Diuinę opes, quas ſuis temporib. ordinatiſſimè Deus benedictus expoſuit; nec maior aliundè ſperandus eſt ornatus, quàm ex ipſis rebus, in quibus admirabiles theſauri latent.

Fabulæ ſacris reb. non ſunt intermiſcendæ. Quænam declinanda, & cauenda ſint in ſacra Poeſi.

A latent. Quin ſi quid addendum, vel tanquam Emblema intexendum eſt, expedit, vt ex ipſis potius myſterijs, atque aureis illis, ac ſacroſanctis velaminibus petatur, quibus ipſe Spiritus Sanctus arcana contexit, quo intus agente, & caleſcimus, & alios calfacimus, & nihil eſt, quod preſto inde non ſit ad inuentionem, collocationem, ornatum, tanquam è locupletiſſima penu.

Quæ cauſſa eſt, cur omnes per Chriſti Ieſu ſanguinem obſecratos velim, vt qui hactenus Ethnicos, ſiue item alios, illos quidem vel impuros, uel (ut mitiſſimè dicam) futiles Poetas uolutarunt, iam manus, oculos, ipſa potiſſimum corda ſacris Poetis admoueant, quales præſertim hoc libro recenſentur: mox ubi legerint, ſe ipſos interrogent, ecquid præ Ethnica illa lectione ſenſerint, atque conceperint. Quod ſi iucundiora, ueriora, maiora, in his agnouerint, dent ſedulo operam, ut alij quoque idipſum efficiāt: B nimirum, vt omnes aliquando, quod à Deo accepimus, eidem mundiſſimum, & Diuinis concentibus, inter Angelos conſonum carmen reddamus.

Admonitio, & obſecratio.

Porrò, ſi in hanc noſtram ætatem reſpicimus, inter Epica poemata uel ſacra, uel de rebus honeſtiſſimis, nemo ſpernenda duxerit, quæ Actius Syncerus Sannazarius de Partu Virginis: Hieronymus Vida ſua Chriſteide: Petrus Angelius ſua Syriade: Franciſcus Bencius noſter ſuo Poemate quinque Martyrum ſcripſere. Quæ ſi alij attentēt noua parturitione parere, intelligent quanti Poetæ fuerint hi quos nominamus. Ac à Sannazario quidem pauciſſimis demptis (quę uoces illas Ethnicorum Poetarum ſapiunt) Diuinum habemus poema, ut merito Beliſarius Aquauiua Neritinorum Dux eidem ſcribens dixerit, cum orationis ſplendore contendere breuitatem: cum rotunditate ornatum: cum fluxu carminum pulchritudinem: atque ita demum omnia numeris, & ſententiarum grauitate mandata uideri, ut ad cuiuſuis ſcriptoris antiquiſſimi, C candidiſſimiq. laudem accedant. In Hieronymo autem Vida ſcio quid deſideratur: At materia, quam tractandam ſuſceperat, Ethnicas poematum & fabularum leges nō admiſit. In Petri Angelii Syriade caſtitas, numerus, amplitudo rerum (licet iam ſeneſcentis uiri) ac pleraque alia ſunt admiranda: quemadmodum & alterum eius Poema, quod Cynegetica inſcripſit, uix fuerit, qui poſſit imitari.

Actius Syncerus Sannazarius. Beliſarius Aquiuiuus Neritinorum Dux, quid de Sannazario. Hieronymus Vida. Petri Angelii Syrias. Eiuſdē Cynegetica.

Iam in Bencij Martyribus quàm præclara illa, & expectationem ſuperantia ſunt, cum locum illum Apoſtoli ad Hebræos. *Lapidati ſunt, ſecti ſunt, expoſiti* [a]: cum mirā antitheſim facit [b]: cum tabulæ pictæ comparationem affert [c]: Cum ſanctiſſimam Trinitatem deſcribit [d]: cum Chriſtum flagris confectum: [e] Spiritum ſanctum deſcendentem: [f] cum Beatorum gaudia: [g] cum Aſiam: [h] cum coronam Beatorum Deum cingentem: [i] cum Cęlum: [k] cum Beatiſſimam Virginem: cum S. Franciſcum: [m] cum Sclo- D pi [n] uim, ponit ob oculos. Mitto nunc reliqua eius poemata, de quibus aliquid adhuc, ſicuti & de ceteris quibuſdam Poetis Latinis, uel Apollonij Rhodij Græcis heroicis carminibus erit eorum in Elencho nonnihil attingendum.

Franciſcus Bencius Societ. IESV. a pag. 11. in 2. editione. b pag. 52. c pag. 72. d 103. 104. 191. e 125. f 117. g 141. 191. h 169. i Ibid. k 190. l 112. 193. m 210. n 271.

At quæ Io. Baptiſta Carmelitanus Mantuanus molitus eſt, ut ſummam pietatem contineant, ſic certè monſtrant, ſi uir religioſus eo tempore id potuit, licere aliis per uiam à præſtantioribus Poetis complanatam progreſſus maiores facere: Taceo antiquos Græcos & Latinos, Eulalium Cynopoleos Epiſcopum, Cantica Canticorum venuſta proſę intermixtione ſicuti Villeramum Abbatem Marpurgēſem eadem carmine ſcribentem: Nonnum Panopolitanum Græcè Ioannis Euangelium: Iuuencum Latinè quattuor Euangelia, Victorinum Machabæos, Probam Falconiam Chriſti Vi E tam, & alios alia pangentęs, etiam quę ad res ſacras non attinent, quemadmodum 21. capite huius de Poeſi tractationis dicetur.

Io. Baptiſta Mantuanus. Eulalius. Villeramus. Nonnus. Iuuencus. Victorinus. Proba Falconia.

De Ode, ſiue Lyricis verſibus: vbi primum de Horatio, mox de ſacris. Cap. XXVI.

INter Ethnicos, vt Gręcè Pindarus, Anacreō, & alii, de q̃b. actus eſt: Sic Latinè inter Latinos potiſſimū Horatius: Inter Chriſtianos aūt antiquitus Greg. Naziā Græcè, Boetius Latinè Odes, ſiue Lyricos uerſus, aut, ſi Gręcā vocē interpretemur, cantilenas nobis reliquerunt: è quibus materiam, expoſitionem, clauſulam quiſque poteſt intel-

 ligere,

Damnum in pueris ex Virgilii lectione.

ſuper, & ſalario pub..., & honoribus digniſſimos habuerunt. Nempe apud Virgilium, quem propterea paruuli legunt, vt videlicet Poeta magnus, omniumq; præclariſſimus atque optimus teneris ebibitus annis, non facile obliuione poſſit aboleri, ſecundum illud Horatij. A

Quo ſemel eſt imbuta recens ſeruabit odorem,
Teſta diu.

Apud hunc ergo Virgilium nempe Iuno inducitur infeſta Troianis, Aeolo ventorum Regi aduerſus eos irritando, dicere.

Aen. 1.

Gens inimica mihi Tyrrhenum nauigat æquor
Ilium in Italiam portans, victoſq. Penates.

Itane iſtis penatibus victis, Romam ne vinceretur, prudentes commendare debuerũt? Sed hæc Iuno dicebat velut irata mulier, quid loqueretur ignorans? Quid Aeneas ipſe pius toties appellatus, nonne ita narrat. B

Panthus Otriades, arcis Phœbiq. ſacerdos,
Sacra manu, victoſq. Deos, paruumque nepotem.
Ipſe trahit, curſuq. amens ad limina tendit.

Nonne Deos ipſos, quos victos non dubitat dicere, ſibi potius, quam ſe illis, perhibet commendatos, cum ei dicitur:

Dij Troiæ victi.

Sacra, ſuoſq. tibi commendat Troia Penates:

Si igitur Virgilius tales Deos, & victos dicit, &, vt, vel victi quoquo modo euaderent, homini commendatos; quæ dementia eſt exiſtimare his tutoribus Romam ſapienter fuiſſe commiſſam, & niſi eos amiſiſſet, non potuiſſe vaſtari? immò verò, victos Deos tanquam præſides & defenſores colere, quid eſt aliud quam tenere non numina bona, ſed dæmonia mala? Quanto enim ſapientius creditur, non Romam ad iſtam cladẽ non fuiſſe venturam, niſi prius illi periiſſent, ſed illos potius olim fuiſſe perituros, niſi eos, quantum potuiſſet, ſeruaſſet. Nam quis non, cum aduerterit, videat quanta ſit vanitate præſumptum, non poſſe vinci ſub defenſoribus victis, & ideò periiſſe quia cuſtodes perdidit ſuos Deos, cum vel ſola potuerit eſſe cauſſa pereundi, cuſtodes habere voluiſſe perituros? Non itaque cum de Diis victis illa conſcriberentur, atque canerentur, Poetas libebat mentiri, ſed cordatos homines cogebat veritas confiteri. Verum iſta opportunius alio loco diligenter, copioſeq. tractanda ſunt. Nunc vt quod inſtitueram de ingratis hominibus dicere, parumper explicem, vt poſſum; qui ea mala quæ pro ſuorum morum peruerſitate meritò patiuntur, blaſphemantes Chriſto imputant. Quod autem illis etiam talibus propter Chriſtum parcitur, nec dignantur attendere, & eas linguas aduerſus eius nomen dementia ſacrilegæ peruerſitatis exercẽt, quibus linguis vſurpauerunt mendaciter ipſum nomen, vt viuerent, Vel quas linguas in locis ei ſacratis metuendo preſſerunt, ut illic tuti atque muniti eſſent, vbi propter eum illæſi ab hoſtibus fuerant, inde in eum maledictis hoſtilibus proſilirent. Hęc idem Auguſtinus.

Dæmonia mala, nõ Numina bona Dii Ethnicorum. C

Dementia ſacrilegæ peruerſitatis. D

Cap. 4.

Agit deinde de aſylo Iunonis in ipſa Ciuitate Troia, quod neminem liberauit à Gręcis, & de Baſilicis Apoſtolorũ, quæ omnes ad ſe confugientes à Barbaris defenderunt, ſic inquiens: Ipſa, vt dixi, Troia mater Romani populi, ſacratis in locis Deorum ſuorum munire non potuit ciues ſuos ab ignibus, ferroq. Græcorum, eoſdem ipſos Deos colentium, quinetiam Iunonis aſylo.

Cuſtodes lecti Phœnix, & dirus Vlyſſes
Prædam aſſeruabant, huc vndique Troia gaza E
Incenſis erepta aditis, menſæq. Deorum,
Crateresq. auro ſolidi, captiuaq. veſtis
Congeritur: pueri & pauida longo ordine matres.
Stant circum.

Collatio Templorum falſorum Deorum cum Baſilicis falſorũ Deorum.

Electus eſt videlicet locus tantæ Deę ſacratus, non unde captiuos non liceret educere, ſed ubi captiuos liberet includere. Compara nũc Aſylum illud non cuiuslibet Dei gregalis, uel de turba plebis, ſed Iouis ipſius ſororis & coniugis, & Reginæ omnium Deorum, cum memoriis noſtrorum Apoſtolorum. Illuc incenſis Templis, & Diis erepta

ſpolia

A ſpolia portabantur, non reddenda uictis, ſed diuidenda uictoribus: huc autem, & quod alibi ad ea loca compertum eſt pertinere, cũ honore & obſequio religioſiſſimo reportatum eſt. Ibi amiſſa, hic ſeruata libertas: ibi clauſa, hic interdicta captiuitas: ibi poſſidendi à dominantibus hoſtibus premebantur, hic liberandi à miſerantibus hoſtibus ducebantur. Poſtremo, illud Iunonis templum ſibi elegerat auaritia, & ſuperbia leuiũ Græcorum: iſtas Chriſti Baſilicas miſericordia & humilitas, etiam immanium Barbarorum. Niſi fortè Gręci quidam, in illa ſua uictoria, templis Deorum communiũ pepercerunt; atque illò confugientes miſeros uictoſq. Troianos ferire, uel captiuare non auſi ſunt. Sed Virgilius Poetarum more illa mentitus eſt. Immò uerò morem hoſtiũ Ciuitates euertentium ille deſcripſit. Sic Auguſtinus.

Virgil. Poetarum more mentitus.

Equidem uerò, ut ſyncerè fatear, ſi Virgilii artem, iudicium, numerum, dictionemq. B ſpectemus, plura ſunt, quę eleganter, atque appoſitè dicta ſunt; ſed illa tamen, ut ueriſſimè dicã, neque ad Chriſtianæ uſum Reipublicę, nec quales Poetas decet, quorũ carminib. aures Chriſtianorum perſonare debent; Hic ego (inquam) cum Auguſtino laudo uerba precioſa, uenenum non item, quod in eis occidenti iam Mundo, ſuiſq. aliis peccatorum ponderibus penè oppreſſo traditur.

Quid verè de Virgilio ſentiendum.

Augu. in lib. Confeſſ.

Ac rectè Origenes; Ait enim ſępè ſe uidiſſe aureum calicem in pulchro ſermonis ornatu, & dogmatum uenena conſiderantem, deprehendiſſe calicem Babylonis. Ecquis igitur mentis non emotæ, totas Virgilii Eclogas piorum pectoribus obtrudat? Ecquis pręter fabulas, & inania Deorum commenta Cæſarem undecies centies millium hominum uel interfectorem, dum regnandi auiditate teneretur, uel auctorem, ut interficeretur, & ad inferna delapſum, ſed ab eo in Cęlo repoſitum ęquo poſſit animo audi- C re? Ecquis Aeneam, quem eruditus artis poeticæ ſcriptor, exiſtimat inſignem pietate uirum, & contemplatione, atque actione perfectiſſimum à Virgilio fuiſſe propoſitũ; ſi attentiore acie Chriſtianæ mentis rem diſpexerit, talem eſſe comperiet, ut illius uita, actiones, reliqua item Chriſtianis auribus, & oculis (teneris præſertim ingeniis) tanquam pietatis, & uirtutum exempla ſint proponenda? Eius, inquam hominis, quem Virgilius ex Venere, quam cæleſtem Deam facit, & Anchiſe paſtore natũ eſſe; quem item idololatram, & captos ſecum penates afferre dicit: cum & falſorum Deorum iram, diuerſaq. inter illos ſtudia exponat, ac quicquid Aeneæ acciderit, id ipſi cõtigiſſe fato cogente ſcribat? ut omittam turpe illud à ſorore Didoni conſilium, officiumq. Aeneæ præſtitum, fędamq. prius uenationem ad fornicationem perpetrandã. Aeneam autem mortuis humanas uictimas immolantem, & ignem cruore hominum D tanquam oleo paſcentem, & Turno, licet ſe dedenti, necem ab ipſo, quo iuſtior alter, nec pietate fuit, nec bello maior, & armis, illatam. Scilicet his exemplis, mores corriguntur; & pietas inſinuatur. Et verò quotus quiſque eſt, qui è talium rerum lectione ſolidas virtutes didicerit; aut, cum vitam improbè actam emendauerit, ſua tandẽ ſcripta ab inanibus, fabuloſiſq; repurgauerit? ſed ne videamur aduerſus tam celebrem Poetã inclementius ſcribere, perlegant pij quid de eiuſmodi poematibus apud Lactantium Chriſtiana ſenſerit antiquitas. Quomodo enim (ait) à ſanguine abſtinebunt, qui colunt cruentos Deos Martem, atque Bellonam? Quomodo parentibus parcent, qui expulſorem patris ſui Iouem, aut natis ex ſe infantibus, qui colunt Saturnum? Quomodo pudicitiam tuebuntur, qui colunt Deam nudam, & adulteram, & quaſi apud Deos proſtitutam? Quomodo ſe à rapinis, & fraudibus abſtinebunt, qui Mercu- E rij furta nouerunt, docentis, non fraudis eſſe decipere, ſed aſtutiæ? Quomodo libidines coërcebunt, qui Iouem, Herculem, Liberum, Apollinem, ceteroſque venerantur, quorum adulteria, & ſtupra in mares, & fęminas non tantum dictis nota ſunt, ſed etiam exprimuntur in Theatris, atque cantantur, vt ſint omnibus notiora: Poſſunt ne inter hæc iuſti eſſe homines, qui etiamſi natura ſint boni, ab ipſis tamen Dijs erudiantur ad iniuſtitiam? hæc Lactantius.

Orig. Hom. 2. ſup. Hierem.

Plat. 7. de leg.

Senec. ad Literalem.

Scaliger.

Cal. Rhodig.

Damna ex Virgilij lect.

Lactan. lib. 5. de falſa pietate, & de vera relig.

At, vt de Homero diximus, ſic de Virgilio dicendum eſt: rectiorem illius vſum adhiberi poſſe, ſi ſubmotis obſcęnis, & quæ falſorum Deorum cultum ſapiunt, vbi ſextus Aeneidos liber eſſet exponendus (quamuis certè mihi nunquam probatum fuerit, vt adoleſcentibus prælegeretur) firmiſſima prius eorum animis notitia de veritate Inferni

De ſexto Aeneidos libro.

ferni

eſſent à noſtrę religionis more aliena, ut; fata, fortuna, Dii, Diui, Iupiter, Mars, Venus, & alia, ea primùm Virgilii fuiſſe: deinde poſſe per allegoriam aliter accipi atque pro ptiè ſignificant, namque illud (ait) uanum fortunæ nomen modo pro ipſa felicitate, modo pro diuitiis ferè poſitum eſſe inuenies: ſic enim fatum pro morte, aut caſu, uota quoque pro deſideriis, uel precibus, Diuos item, & Deos pro ipſis Sanctis, quale eſt illud. Cura tibi Diuum effigies, & templa tueri: Sanctorum enim imagines intelligit, & nonnulla alia ſimilia, quæ immutari minimè poſſe putarunt ob Centonum leges; Cautio. quamuis nullum ego piaculum exiſtimauerim committi ſi mutarentur in receptas ab Eccleſia Catholica uoces. Sanè propter eadem uerba, & alia quædam illorum tempora licentiora Lęlii Capilupi Centones cum interdicti fuiſſent, denique purgati prodierunt, quib: ſuos Iulius Capilupus nil Patruo inferior (ne dicam & maior in eodem genere carminum) adiunxit, è, quibus placet ſequentes huc adſcribere.

Cento Iulij Capilupi ex Virgilio ad Beatiſſimam MARIAM Virginem Lauretanam; tempore quo peſtilentia graſſabatur.

Aen. 4. & 5. *Salue ſancta Parens, magnum & memorabile nomen*
Aen. 1. & 10 *Nata Patris ſummi, atque eadem gratiſſima coniux?*
Aen. 1. & 9. *Virginis os habitumq. gerens; lectiſsima Matrum.*
Aen. 8. & 10. *Quæ nũc æthereos inter Dea candida nimbos,*
Aen. 8. *Solis inardeſcis radijs, longèq. refulges,*
Ecl. 5. Aen. 5. *Sub pedibuſq. vides nubes, & ſydera Olympi:*
Aen. 1. & 12 *Cui pater intacta pro Virginitate ſacrauit*
Geor. 2. Ae. 12. *Ingentem cælo Rex ætheris altus honorem,*
Aen. 4. & 12 *Victus amore tui, tantum decus enitet ore:*
Aen. 7. *Te ſuper ætherias errare licentius auras*
Aen. 1. & 12. *Permiſit, cæliq. libens in parte locauit.*
Aen. 1. & 5. *O quam te memorem Virgo Maria; omnia cælo*
Aen. 1. & 1. *Ponas habere tibi diuum Pater atque hominum Rex.*
Ecl. 4. Ae. 9. *Tu decus omne tuis, poſtquam ſe condidit aluo*
Aen. 2. & 9. *Haud ignota loquor, Deus æthere miſſus ab alto,*
Aen. 1. & 10. *Impleuitq. ſinum, claraq. in luce refulſit*
Aen. 4. & 7. *Aduentum, auxiliumq. Dei (mirabile dictu)*
Geor. 1. & 4. *Ne quicquam ſeros Lucina experta labores,*
Aen. 2. G. 4. *Sacra per integram ſoluuntur viſcera pellem*
Aen. 5. & 6. *Læta Dei partu, uenit de corpore uirtus*
Aen. 2. & 10. *Omnipotens, ſubijt cari genitoris imago.*
Aen. 3. *Hæc quondam cæli magnum uẽtura ſub axem*
Georg. 1. *Iampridem nobis cecinerunt omnia Vates.*
Aen. 6. *O Virgo, cui tanta Deo permiſſa poteſtas,*
Eclo. 2. *Huc ades, & votis iam nunc aſſueſce vocari,*
Aen. 1. & 8. *Ad te confugio miſerantem incõmoda noſtra,*
Aen. 1. & 6. *Huc geminas nunc flecte acies, mentemque benignam*
Aen. 2. & 9. *Alma parens, præſens noſtro ſuccurre labori.*
Aen. 6. G. 3. *Adſpice vt inſignis cœpit crudeſcere morbus,*
Aen. 1. Ge. 3. *Nec dum etiã manare cruor ceſſauit, & altè*
Aen. 8. Ge. 1. *Huic capiti inſultans, lentus non deficit humor*

Ex illo fluere, ac morbo, illuuieq. pereſa Aen. 2. Ge. 3.
Protinus inq. ſinu præcordia ad intima ſubdit, Geor. 4 Æ. 7.
Viſceribus ſuper accumbens iam pectore toto Aen. 9. & 10.
Hæret, & interdum macie confecta ſuprema Aen. 1. & 3.
Membra quatit, frigentque effœtæ in corpore vires: Aen. 1. & 5.
Quid labor aut benefacta iuuant? vſuſq. medendi? Aen 3. & 12.
Nil validæ iuuere manus, nihil auctor Apollo Ae 10. & 12.
Profuit, aut Marſis quæſitæ in montibus herbæ, Aen. 7. & 11.
Non hæc humanis opibus, ceſſere magiſtri. Aen. 12. G. 3.
At tu, oro, ſolare inopem, & ſuccurre relicto, Aen. 11.
Hoc mihi da proprium Virgo ſperare ſalutem, Aen. 1. & 7.
Tu requies omnis curæ, caſuſq. leuamen, Aen. 3. & 11.
Solamenq. mali, culpam compeſce, priuſquam Aen 3. Ge. 3.
Dira per incautum ſerpant contagia pectus, Aen. 1.
Namq. fatebor enim tanto me crimine dignũ, Ecl. 1. Ae. 10.
Hortator ſcelerum, ſenſus animumq. labentem Aen 4. & 6.
Impulit, agnoſco veteris veſtigia fraudis: Eclog. 4.
Hinc mihi prima mali labes præcepta, ſecuto Aen. 2. G. 4.
Matris Acidaliæ, tales expendere pœnas Aen. 1. & 10.
Non aliam ob culpam voluit Rex Magnus Olympi. Geor. 1. Ae. 2.
Quare vt te ſupplex peterem tua limina adtui Geor. 2. Ae. 6.
LAVRETI, fama totum vulgata per orbem: Aen. 1. & 12.
Tectum Auguſtum, ingens, centum ſublime columnis Aen. 7.
Seruati ex vndis vbi figere dona frequentant Aen 6. & 12.
Matres, atque uiri, & uotas ſuſpendere ueſtes, Ibidem.
Submiſſi petimus terram, nos munera templis Aen. 4.
Quippe tuis ferimus, meritoſq. nouamus honores: Aen. 8.
Namq. ſub ingenti luſtro dum ſingula templo, Aen. 1.
Vidi oculos ante ipſe meos ſollemnia vota Aenaz. B. 5.
Tantorum impenſis operum, miracula rerum, Aen. 12. G. 4.
Atque humiles habitare caſas, paruoſque penates Eclóg. 2.

Templum Lauretanum in Piceno agro Italiæ in quo eſt domus B. Marię Virginis.

Vnà

Aen. 1. & 5. *Vnà omnes tecum meritis pro talibus annos*
Ec. 1. Aen. 10. *Hic illum vidi, cæli cui ſydera parent,*
Ecl. 9. Ae. 12. *Certè equidem audieram (vulgatur fama per vrbes)*
Ae. 11. & 12. *Agminis aligeri ſocijs, ſacraq. caterua,*
Geor. 3. *Aera per vacuum ferri tectumque laremque,*
Ecl. 5. Ge. 3. *Montibus in noſtris alio ſub ſole iacentem,*
Aene 1 & 2. *Matre Dea monſtrante viam (mirabile dictu)*
Aen. 1. & 11. *Littus ad Auſonium conuexo in tramite ſylua*
Aen. 8. & 10. *Delegere locum, & poſuere in vertice montis;*
Aen. 3. & 6. *O felix vna ante alias pulcherrima proles*
Aen. 5. & 8. *Cælicolum Regi, tantarum in munere laudum*
Ecl. 6. & 8. *Nunc ego namq. tibi, terq. hæc altaria circum*
Aen. 11. E. 8. *Perſoluã grates: numero Deus impare gaudet,*
Aen. 2. & 12. *Sin abſumpta ſalus, & vis inimica propinquat,*
Aen. 10. *Te precor hanc animam ſerues Natoq. Patriq.*
Aen. 9. *O genitrix, meriti tanti non immemor vnquã,*
Aen. 4. & 6. *Errantem doceas iter, & ſacra oſtia pandas,*
Aen. 6. *Ire ad conſpectum cari Genitoris, & ora*
Aen. 8. *Contingat, patiar quemuis durare laborem:*
Aen. 6. Ge. 1. *Da dextram miſero, & tecum me tolle per auras,*
Aen. 6. *Sedibus vt ſaltem placidis in morte quieſcam,*
Aen 5. & 6. *Quod ſupereſt, oro, dubijs ne deſice rebus,*
Aen. 3. & 11. *Sola in te ſuprema ſalus, miſerere tuorum;*
Aen. 6. *Noctes atque dies facilis deſcenſus Auerni.*
Aen. 4. *Tu modò poſce Deum veniam, ſacriſq. litatis.*
Indulge, fer ritè preces; iramque, minaſq.
Aen. 8. *Supplicibus ſupera votis, miſerere precantis;*
Aen. 5. *Ne Pater Omnipotens adigat nos fulmine ad vmbras*
Aen. 4. *Pallentes vmbras Erebi, Stygiamq. paludem,*
Aen. 6. *Cum fixeta, cum terras oẽs, cælumq. profundũ,*
Ae. 5. Ec. 10. *Et genus humanum, crepitantib. vrere flãmis*
Aen. 1. G. 1. *Ipſe Pater ſtatuit, ſeruans ſub pectore vulnus*
Géo. 1. Ae. 2. *Aeternum; ſceleris tanta eſt iniuria noſtri;*
Ge. 2. Ae. 3. *Diſcite iuſtitiã moniti, & non temnere Diuos;*
Aen. 6. *Stat ſua cuique dies, breue & irreparabile tempus*
Aen. 10. *Omnibus eſt, ueniet luſtris labentibus ætas,*
Aen. 1. *Cum domus & proles ſubito defecerit omnis.*
Geor. 4. *Venit ſumma dies, & ineluctabile tempus,*
Aen. 2. *Exitium magnum, atque metum mortalibus ægris;*
Ae. 10. & 12. *Cum caput obſcura nitidum ferrugine texit,*
Geor. 1. *Sol tibi ſigna dabit; Solem portenta ſequentur,*
Ge. 1. Aen. 11. *Et Lunam in nimbo nox intempeſta tenebit;*
Aen. 3. *Horreſco referens, nigreſcent omnia circum:*
Aen. 3. & 11. *Incipiet magno miſceri murmure cælum,*
Aen. 4 & 10. *Et uenti uaſtos uoluent ad littora fluctus,*
Aen. 1. & 12. *Miſcent ſe maria, & nigra tollentur arena;*
Aen. 9. *Sub pedibus mugire ſolum, tonitruq. tremiſcẽt*
Aen. 5. & 6. *Ardua terrarum, & campi, ripæque, lacuſque,*
Aen. 12. *Ingentem uocem latè nemora alta remittent.* Ge. 1. Ae. 12.
Multaq. præterea uariarum monſtra ferarum, Aen. 7.
Terribili aſpectu forma ſub nocte per umbrã, Aen. 6.
Incedent, magniſq. urbem terroribus implent: Ge. 4. Ae. 11.
Tum uaria illudent ſpecies; crudelis ubique Ge. 4. Aen. 12.
Luctus, ubiq. pauor, & plurima bella per orbẽ. Georg. 1.
Quis cladẽ illius noctis? quis funera fando Aen. 2.
Explicet? & ſimulachra modis pallẽtia miris? Geor. 1.
Inde ubi clara dabit ſonitum tuba; protinus omnes Aen. 5. & 9.
Adſpicies animas imis exire ſepulchris; Aen. 6. Ec. 8.
Hinc exaudiri gemitus; mihi frigidus horror Aen. 3. & 7.
Membra quatit, gelidúſq. coit formidine ſanguis,
Hæc animus meminiſſe horret, luctuq. refugit, Geor. 2. Ae. 2.
Arrectæq. horrore comæ, & uox faucibus hæſit. Aen. 4.

Eiuſdem Iulij Capilupi Oratio ad DEVM.

Salue ſancte Parens, ſummi Regnator Olympi Aen. 2. & 5.
Quẽ primi colimus, Cæloque, Ereboq. potentẽ, Aen. 2. & 6.
Semper honos, nomenque tuum, tua magna uoluntas Aen. 2. & 12.
Imperium ſine fine tuum, laudeſq. manebunt, Aen. 1.
Dona laborata Cereris, nocteſq. dieſq. Aen. 6. & 8.
Da deinde, auxilioq. leues quæcunque labori Aen. 1. & 2.
Debita erunt noſtro, iam fas eſt parcere genti, Aen. 2. & 6.
Nos tua progenies, atque hæc exempla ſecutus, Aen. 1. Ge. 4.
Atque idem caſus miſeris ſuccurrere diſco: Aen. 1. & 5.
Nec ſegnem patiere animum tentare precãdo, Geor. 1. Ae. 4.
Eripe me his inuicte malis, hæc omnia firma. Ae. 2. & 6.

In die feſto ſancti Michaelis Archangeli Chriſti ad Patrem Orantis, conſolatoris.

Eiuſdem Iulij Capilupi Cento ad Illuſtriſs. ac Reuerendiſs. Iulium Antonium Sanctorium Cardinalem.

Mons Oliuetus.
Monte ſub aerio, qui tot labentibus annis Aen. 2. & 6.
Palladia gaudens ſylua uiuacis OLIVAE, Georg. 2.
Arboris ex ipſa deducit origine nomen. Aen. 12. G. 3.
Ipſo ad conſpectum cari Genitoris & ora, Eclo. 4. Ae. 6.
Quem genuit cælum, & terras qui numine torquet Aen. 4. & 5.
Ad cælum tendens ardentia lumina; ſupplex Geor. 4.
Talia fundebat: ſi quis modus eripe morti Aen. 3. & 12.
Care Pater: miſerere animi nõ digna ferentis: Aen 2. & 11.
Vadimus haud dubiam in mortem; ſcio acerba meorum Aen. 2. & 10.
Circumſtare odia, ut olim crudele tyranni: Aen. 6.
Quod ſi nulla mouet tanta pietatis imago, Aen. 6. & 11.

Aen.2. *Et ſedet hoc animo, patet iſti ianua letho,*
Aen.3. & 9. *Quando aliter nequeo gentem effugiſſe nefandam,*
Aen.9. & 12. *Te precor hanc animam ſerues: ſtat quicquid acerbi eſt*
Aen.12. *Morte pati, quia nota mihi tua magna voluntas.*
Aen.5. *Num quoque mens eadem perſtat mihi, pelle timorem,*
Aen.2. *Nouit ſumma dies, & vis inimica propinquat.*
Aen.4. & 6. *Talibus orabat dictis certiſſima proles*
Aene.1. & 3. *Cælicolum legi, premit altum corde dolorem,*
Ec.10. Aen.2. *Triſtis vbiq. pauor, & plurima mortis imago;*
Aen.4. & 12. *Terrificant animos, ſunt monumenta doloris;*
Aen.3. & 12. *Sanguineus toto manabat corpore ſudor*
Aen.5. & 7. *Sanguine terra madet, cælo miſeratus ab alto eſt*
Aen.1. & 3. *Tum genitor (neque enim Patrum conſiſtere mentem*
Aen.4. *Paſſus amor) magno perſenſit pectore curas;*
Aen.4. & 7. *Ergo his aligerum dictis affatur Olympi,*
Aen.3. & 6. *Vade, ait, ò felix nati ſuccurre labori,*
Geor.1. Æ.8. *Ecce inimicus atrox mens effera nequid inauſum,*
Aut intentatum ſcelerive, dolive fuiſſet,
Aen.4. *Atque animum nunc huc celerem nunc diuidit illuc,*
Aen.1. *In parteſq; rapit varias, noua pectore verſat*
Aen.5. *Conſilia, & varijs aſſultibus irritus vrget,*
Aen.6 & 7. *Mille nocendi artes triſti cum corde uolutat:*
Geor.2. & 3. *Inuidia infelix, regnandi dira Cupido.*
Geo.3. & 4. *Hæc omnis morbi cauſa, hinc exercuit iras*
Aen.1. Ge.3. *Gens inimica mihi, cælumq; exterrita fugit.*
Aen.6. *Auſi omnes immane nefas: detrudere regnis*
Geor.1. *Auctorem frugum, tempeſtatumq; potentem*
Aen.2. *Numina magna Dei.*
Aen.1. & 9. *Heu ſtirpem inuiſam; noſtras euadere demens*
Aen.6. *Speraſti te poſſe manus? dominumque potentem?*
Aen.10. & 12. *Immortalis ego, rerum cui ſumma poteſtas:*
Aen.6. & 9. *Fulmine detecti cæli de parte ſerena*
Aen.6. *Lethæum ad fluuium fundo uoluuntur in imo,*
Aen.1. & 6. *Quos rapidus flammis ambit torrentibus amnis,*
Aen.6. & 7. *Ergo exercentur pœnis, æternaq. ferri*
Aen.6. & 9. *Supplicia expendant tenebris, & carcere cæco:*
Aen.2. & 6. *Horrendum ſtridens flammas, pro talibus auſis;*
Aen.6. *Hortator ſcelerum ſedet, æternumq. ſedebit,*
Aen.9. *Nec mea iam mutata loco ſententia cedit.*
Aen.4. & 10. *Eia age rumpe moras, miſeram ſolabere mortem,*
Ecl.1. Ge.1. *Nãq. doli circũ hæc demũ frangentur inanes,*

Mens immota manet, manet alta mente repoſtum Aen.1. & 4.
Iudicium, meritaq. expectant præmia palmæ, Aen.5.
Vnum pro multis dabitur caput. Ibidem.
Rumpe moras omnes, nec plura effatus: At ille Aen.8. & 9.
His medium dictis raptim ſecat æthera pennis, Aen 4 Ge.1.
Exuperatq. moras, cælo deſcendit ab alto, Ae.8 &.10.
Et iam iuſſa facit, mærentia pectora mulcet. Aen.1.
O Pater, o hominum ſummi regnator Olympi, Aen.7 & 10.
Dilecti nati funus crudele videbis? Ecl.4. Ae.11.
Altè ſublatum tolli miſerabile corpus Ae.11. & 12.
Vulneribus pulſum adſpicies? quis talia fando Aen.2. & 11.
Temperet à lacrimis, indigna morte peremptũ Aen.5.
Natum ante ora Patris, Patres qui morte redemit, Aen.2. & 6.
Et genus humanum, laniatum corpore toto, Aen.2. & 6.
Ora manuſq. ambas, populataq. tẽpora cernam Aen.2. & 6.
Sacrati capitis? traiectaq; pectora ferro? Aen.3. & 10.
Conſertum tegmen ſpinis ſtat vertice Chriſti. Aen.3. & 6.
Id verò horrendum viſu. latus hauſit apertum Aen.7. & 10.
Lancea, purpureus quondã color ora reliquit, Aen.7. & 12.
Labitur exanguis letho, pulchroſq. per artus Aen.9. & 11.
It cruor, inq. humeros ceruix collapſa recũbit:
Haud impunè quidem, moriens animam abſtulit hoſti Aen.3. & 9.
Heu pietas, heu priſca fides, ſacroq. cruore Aen.5. & 6.
Spargitur & tellus lacrymis, ſparguntur & ora. Aen.11. G.3.
Hei mihi qualis erat quantum mutatus ab illo. Aen.2.
Quis tam crùdeles optauit ſumere pœnas? Aen.6.
Terra tremit, fugere feræ, & mortalia corda Georg.1.
Per gentes humiles ſtrauit pauor, inde repente Aen.8.
Conditur in tenebras altum caligine cælum. Aen.11.
Nam fratris radij obnoxia ſurgere Luna Ecl.1. Geo.1.
Viſa dehinc cælo, defunctaq. corpora vita Aen.5. & 6.
Multa virũ infernis ad lumina ſurgere viſa, Aen. 8. & 11.
Illuſtres animæ, atque imis exire ſepulchris. Aen.6. Ec.8.
O dolor, atque decus magnum rediture Parẽti: Aen. 10.
Heu pietas, tales voluiſti expendere pœnas? Aen.6. & 10.
Nequiaquam ob meritum pœnas, iniuria noſtri Ge.4. Aen.3.
Cauſſa mali tanti, ſupplex tua numina poſco, Aen.1. & 6.
Extremam hanc oro veniam, miſerere dolentẽ, Aen. 4.
Idem ego Nate tuũ maculaui crimine nomen, Aen.10.
Funeris heu tibi cauſſa fui, qui ſanguine nobis Aen.1. & 6.
Tempore iam ex illo cælum ſperare iubebas. Ae.1. Geor.4.
Nos tua progenies; & ſi pietate meremur Aen.1. & 2.
Adſpice nos, noſtro doluiſti ſæpè dolore. Aen.2.
Hic pietatis honos, ſic nos in ſceptra reponis. Ibidem.
At tu oro, cui tanta Deo permiſſa poteſtas, Aen.5. & 9.
Hunc duræ mortis caſum lenire dolentem Aen. 10.
Solando, & triſtes animo depellere curas; Georg.
Huc geminas nunc flecte acies. Sacer ales ab alto, Aen. 4.
Huc ades, & votis iam nunc aſſueſce vocari Ecl 1. Geo.

Aen.7.Geor. *Tirrhenum ad Tibrim, & fontis[a] vada ſacra luporum :*
Ge 1. Aen. 5. *Annua ſacra refer circum Caſtella[b] ſub armis,*
Ae.2 & 6. *Romanoſq. tuos, ſedes, arcemq. reuiſe :*
Aen.11. & 12. *Ipſe inter primos ferrugine clarus & Oſtro*
Aen.8. & 10. *Totus collucens, varijſq. Antonius[c] armis*
Aen.3. & 11. *Defenſum dabit, & meritos indicet honores,*
Ae.1 & 10. *Iulius, & multis onerabit limina donis,*
Geor.3.Ae.1. *Et viridi in campo templũ de marmore ponet:*
Aen.5. & 11. *Hic pietate prior: meruit qui laude Coronam,[d]*
Aen.1. *Iura dabit, legeſq. viris, voluentibus annis,*
Aen.8. *Romulidis, Tatioq. ſeni, Curibuſq. Seueris.*

Ad Beatiſſimam Mariam Virginem de Bello Galliæ Cento.

Tibris.

Aen.6. & 9. *Aſtrorum decus, & tanta pietatis imago*
Aen.12. E.5. *Qua nunc antiquos ſignorum ſuſpicis ortus*
Ecl.5. Ae.8. *Sub pedibuſq. vides nubes, longèq. refulges,*
Aen.8. *Qualis vbi Oceani perfuſus Lucifer vnda*
Ibidem. *Extulit os ſacrum cælo, tenebraſq. reſoluit:*
Gen.3.Ae.11. *Talis & ipſa leues cæli demiſſa per auras*
Aen.2.Ge.1. *Incedens nymbo effulges, curaſq. reſoluis*
Gen 4.Ae 6. *Magnanimũ heroũ; triſti dum corde volutant*
Aen 4. & 10. *Euentus belli varios, iramq. minaſq.*
Aen.3. & 12. *Palladis armiſonæ, et certamina Martis anheli:*
Aen. 7. & 8. *Dum te nunc ſolio ſtellantis regia cæli*
Aen.6. *Accipit, æternumq. tenet per ſæcula nomen,*
Aen.1. & 6. *Huc geminas nunc flecte acies, terraſq. iacentes*
Ecl.10.Ge.3. *Gallorum, & longè ſaltus, lateq. vacantes*
Ae.10.& 11. *Adſpice nunc: ſupplex venio, miſerere tuorũ.*
Geor.3. *Regibus inceſſit magno diſcordia motu,*
Ge. 4. Ae.8. *Auditurq. tuba mugire per æthera clangor,*
Aen.5. & 8. *Nãq. furẽs animi medio in certamine Mauors*
Cælatus ferro, triſteſq. ex æthere Diræ
Aen.9. *Horrendum ſonuere:*
Ge.3. Aen.2. *Iamq. cateruatim dat ſtragem, campoſque per omnes:*
Aen. 11, G.1. *Agmen agens equitũ, ſata læta boumq. labores*
Aen. 10. *More furens torrentis aquæ, vel turbinis atri,*
Geo.1. Aen. *Diluit, implentur foſſæ: & caua * Machina belli*
*Bombarda.
Geor.3. & 4. *Nec minus interea memoranda inuenta Magiſtri*
Aen.8. G.4. *Deiicit in terras muros, & caſtra tuentes:*
Aen.3. & 9. *Triſtius haud vllis monſtrum: præſenſque minatur.*
Aen.4. *Exitium, quo non aliud velocius vllum*
Mobilitate viget, vireſq. acquirit eundo,

Nec ſic horrificis iuxta tonat Aetna ruinis: Aen.3.
Ipſa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem, Aen.1. & 8.
Nulli viſa cito decurrit tramite recto, Aen.5. & 8.
Fulminis acta modo, totoq. ardentis ab ore Aen.9. & 12.
Saxea pila cadit, ſonitus procul ære canoro Ibidem.
Terreſtres ciet, & circum loca ſulphure fumãt. Aen.2.& 12.
Talibus inſidijs domat, aut quatit oppida bello Aen. 2. & 9.
Sanguineus Mauors, vna tot cæde perempta Aen.9 & 12.
Corpora fundit humo, & vitam diſpergit in auras, Aen.5. & 11.
O prohibete nefas, vaſtoq. immergite Ponto Aen.3. & 5.
Monſtrum horrendum, ingens, viſu mirabile monſtrum: Aen.4. & 10.
Ipſe manu genua amplectens genibuſq. volutãs Geo.3. Ae.3.
Ecce iterum ſupplex venio, & ſanctum mihi Numen Aen.4. & 8.
Vnum oro Genitrix, culpam compeſce, priuſquã Ae 9.Geo.3.
Dira per incautum ſerpant contagia vulgus,
Hic poſtquam dubius medijs Mars errat in armis, Ae.4.Geo.3.
Iam melior iam Diua precor cõpreſſa quieſcãt Aen.12. G.4.
Arma rego Genitrix, calefactaque corda tumultu, Aen.8.& 12.
Et motus animorũ, atque hæc certamina tãta: Eclo.1.Ge.4.
Alma precor miſerere, potes Natumq. Patrẽq. Aen.4. & 6.
Pacem orare manu, finemq. imponere curis; Ae.4.& 10.
Nulla ſalus bello, pacem te poſcimus omnes: Aen.11.
Primus ego in Patriam, meritis pro talibus annos Geor.3.Ae.1.
Idem venturos ſolido de marmore templa Aen.3. & 7.
Inſtituam, feſtoſq. dies de nomine Matris Geor.3.
Virginis, & iuſſos aris adolemus honores: Aen. 1. & 3.
Dicta mea genti ponam, hæc me ſacra quotãnis Aen.5.& 6.
Vrbe velit poſita templis tibi ferre dicatis.
Interea triſti turbatus pectora bello Ecl.10.Ae.8.
Ipſe Pater, cui tanta Deo permiſſa poteſtas, Geo.1.Ae.9.
Multa putans, ſortemq. animo miſeratus iniquam, Aen.6.
Turbatoſq. duces, & lamentabile regnum, Aen.2.& 12.
Iamq. oratores delectos ordine ab omni Aen.7. & 9.
Legati qui ſupremum conſentiur honorem Aen.11.
Ire placet, quacunque nouas incidere lites, Aen.11.& 5.
Tela inter media, atque horrentes Marte tumultus: Aen.2. & 10.
Hic vir hic eſt; tibi quẽ promitti ſæpius audis, Aen.6.
Cui genus, & quondã nomen Caieta dediſti; Ae.5.& 7.
Purpureaſq. ſuper veſtes de pelle Galeros Aen.6. & 7.
Donat habere viro rerum pulcherrima Roma Aen.5.G.2.
Miſſus in Imperium, magnũ comitãte caterua Aen.2.& 6.
I decus, i noſtrum, melioribus vtere fatis, Aen 6. & 7.
Cui Rex æthereus cauſam, euentuſq. ſecundet. Aen.10. G.4.
Namq. tibi reduces ſocios Mauortis ad vrbem Aen.1. & 6.
Nuncio, & ad ſedes victor veherere paternas, Aen.2. & 11.

a Fontem, Capiluporum intelligit, qui eſt in campo Martio.
b Caſtellum S. Angeli Romę iuxta Tiberim ſic uocatũ ab imagine in eius ſummitate poſita.
c Corona inſigne eiuſdem Cardinalis S. Seuerinæ nuncupati.

Perge

Aen. 1. E. 10. *Perge modo, & qua te via ducet, dirige greſſus:*
Ecl. 10. Ae. 12. *Incipe ſollicitos Galli mutare labores,*
Aen. 1. & 11. *Conſilia in melius, rumpantur neſcia vinci*
Aen. 1. & 10. *Corda volente Deo, in primis confuſaq. vulgi*
Aen. 2. *Pectora, & in melius tua qui potis orſa reflectas*
Ec. 10. Aen. 2. *Galle: quid inſano iuuat indulgere labori?*
Aen. 6. & 8. *Militiam, & graue Martis opus, bella, horrida bella*
Aen. 12. G. 4. *Deſine iam tandẽ, precibus manſueſcere corda*
Aen. 10. *Nunc ſinite, & placidum læti componite fœdus*
Aen. 6. & 8. *Vna omnes? ne tanta animis aſſueſcite bella.*
Ne Patriæ validas in viſcera vertite vires:
Aene. 1. & 3. *Quis furor, ò tantas audetis tollere moles?*
Ae. 10. & 11. *Quanam vos, quæ cauſa fuit conſurgere in arma*
Aen. 1. & 7. *O miſeri? motos præſtat componere fluctus:*
Aen. 11. *Cogite concilium, & pacem laudate ſedentes,*
Aen. 8. & 11. *Flent mæſti, muſſantq. patres, præſensq. periclo*
It timor, & maior Martis iam apparet imago,
Aen. 11. Ge. 1. *Dirum execrantur bellum, non vllus aratro*
Dignus honos, ſqualent abductis arua colonis:
Ae. 10. & 12. *Vlterius ne tende odijs, grauia arma quieſcant.*
Aen. 6. *Talibus orabat magnam Mauortis ad vrbem*
Aen. 4. & 8. *Tibris, & obnixus curam ſub corde premebat.*
Aen. 3. & 6. *Multa mouens animo cæli ventura ſub axem*
Aen. 5. & 9. *Fertilis Auſoniæ: caſu concuſſus acerbo*
Ge. 10. Ae. 10. *Stare loco neſcit, humero ſupereminet vndas,*
Aen. 7. *Verticibus rapidis, & multa flauus arena*
Aen. 1. & 6. *Fertur in arua furens cumulo, latèq. per vrbẽ*
Aen. 1. & 7. *Voluitur, atque altè ſpumis exuberat amnis:*
Aen. 6. & 11. *Riparumq. toros, & pontes tranſilit altos,*
Ae. 11. Ge. 1. *Diluuio miſcens, hominumq. boumq. labores*
Geor. 1. & 3. *Rurſus, & obducto latè tenet omnia limo.*

Eiuſdem Iulij Capilupi
De Bombarda Cento.

Ae. 2. Geor. 4. *Quo molem hãc Muſa, quis nobis extudit artẽ.*
Vnde noua ingreſſus hominũ experientia caput
Aen. 3. & 10. *Sternere cæde viros, & mœnia cingere, & vrbes*
Aen. 2. & 10. *Tantorum impẽſis operum: quæ machina belli?*
Aen. 4. & 6. *Monſtrum horrendum, ingens, flammiſq; armata Chimæra?*
Ecl. 3. Ae. 4. *Triſte malum, quo non aliud velocius vllum*
Ae. 8. Ge. 4. *Tormenti genus, & memoranda inuenta Magiſtri*
Ae. 4. Ge. 3. *Germani, in lucem Stygijs emiſſa tenebris;*
Aen. 8. *Quæ regio in terris, quæve hunc tam barbara morem*
Aen. 5. & 12. *Attulit ipſa viris? (id rebus defuit vnum)*
Ge. 4. Aen. 1. *Feruet opus, ſæuitq. animis ignobile vulgus,*

Illa fretus agit florentes ære cateruas: Aen. 4. & 11.
In medias acies audet ſe credere pugnæ, Aen. 5. & 12.
Audet adire virum, & cæco contendere Marte Aen. 5. & 9.
Ille quidem, dolus an virtus quis in hoſte requirat? Aen. 2. & 10.
Quid labor, aut benefacta iuuant? quid fortibus auſis Geo. 3. Ae. 9.
Profuit in duri certamina Martis euntes G. 3. Aen. 12.
Illuſtres animas tentare pericula belli? Aen. 6. & 11.
Illa dolum, dirumq. nefas, triſteſq. ruinas Aen. 1. & 4.
Ergo vbi concepit furias, mortemq. minatur Aen. 4. & 11.
Exemplo: preſſa eſt inſignis gloria facti Aen. 1. & 14.
Huius in aduentu; dat fortia corpora letho Aen. 6. & 12.
Magnanimum heroũ nullo diſcrimine cædem Ge. 4. Ae. 12.
Suſcitat, irarumq. omnes effundit habenas: [illegible]
Hæc omnis morbi cauſa, hinc exercuit iras Geor. 3. & 4.
Effera vis animi, & ſcelerata inſania belli Aen. 7. & 10.
Hæc petit excidijs vrbem, miſeroſq. penates Ecl. 3. Geo. 2.
Sãguineus Mauors, medijſq. in millibus ardet: Aen. 1. & 12.
Quis tam crudeles, mortalibus eſſe labores Aen. 6. & 10.
Suſtulit? ac tales optauit ſumere pœnas? Aen. 6. & 8.
Triſtius haud vllũ mõſtrum, ruit omnia latè, Aen. 3. & 12.
Peſtiferas aperit fauces, opera omnia rumpit; Aen. 7. & 12.
Conſumiq. auidis vbi ſubdita flãma medullis Geog. 3.
Nutrimenta dedit, rapuitq. in fomite vires, Aen. 1. & 6.
Spiritus intus alit, totoſq. infuſa per artus Aen. 6.
Ignea rima micans, aditumq. per auia quærit, Aen. 8. & 9.
Fluctuat ira intus, partes rimatur apertas: Ae. 11. & 12.
Nec mora continuo vaſtis cum viribus exit Aen. 5 & 11.
Stridens, & celeres incognita tranſilit auras, Ae. 12. Ecl. 1.
Stare loco neſcit: ſonitus procul ære canoro Geor. 3. Ae. 9.
Terrificos ciet, & circum loca ſulfure fumant, Aen. 2. & 12.
Et tremefacta ſolo tellus, ſaltuſq. profundi Aen. 10. G. 2.
Dant ſonitum, & vocem latè nemora alta remittunt. Aen. 9. & 13.
(Infandum) ſiſtunt omnes, terraq. dehiſcunt, Geor. 8.
Horrendum dictu, muralis concita nunquam Aen. 4. & 12.
Tormento ſic ſaxa fremunt, nec fulmine tãtũ
Porta tonat cæli, cuncti ſe ſcire fatentur, Ge. 3. Aen. 12.
Ipſa Iouis rapidum iaculata è faucibus ignem Aen. 1. & 2.
Nulli niſa cito decurrit tramite recto, Aen. 5. & 8.
Fulminis acta modo, totoq. ardentis ab ore Aen. 9. & 12.
Saxea pila cadit, uolat atri turbinis inſtar Ibidem.
Aera per uacuum, montes & flumina tranat Georg. 3.
Ardua, ſic illam fert impetus ipſa uolantem: Aen. 3 & 7.
Caſtella in tumulis ad terram pondere uaſto Geor. 3. Ae. 5.
Conijcit, egregiaſq. urbes, operumq; labores, Aen 9 Ge. 2.
Antiquaſq. domos caſtris effundit apertis, Geo. 2. Æ. 7.
Fundamenta quatit, denſos prorumpit in hoſtes. Aen. 2. & 10.
Tam multa ſcelerũ facies? quæ cauſſa ſubegit Ge. 1. Aen. 8.
Ignotas tentare artes? labor omnia uincit Geor. 1.
Immanis, quid non mortalia pectora cogis Aen. 3.
Auri ſacra fames? cædiſq. inſana cupido? Aen. 9.

Aen. 4. Ge. 1. *Quis nouus hic noſtris ſucceßit ſedibus an-*
ctor
Aen. 3. & 6. *Cauſſa mali tanti? Stygijs ſeſe extulit vndis*
Aen. 2. & 4. *Credo equidem, nec vana fides, pro talibus*
auſis
Aen. 10. *Tum Pater omnipotens, rerum cui ſumma po*
teſtas
Aen. 7. *Ipſe repertorem Stygias detruſit ad vndas.*
Aen. 4. & 6. *Et triſtes ſine ſole domos: abolere nefandi*
Aen. 10. *Cuncta viri monumenta iubet, nomenque, ge-*
nuſque,
Aen. 11. *O fortunatę gentes Saturnia regna*
Aen. 6. *Magnanimi heroes nati melioribus annis,*
Aen. 1. Ge. 4. *O fortunati, quorum ſub legibus æuum,*
Eclo. 6. Ge. 1. *At non tam turpes meditando extruderat ar-*
tes,

Pulueris vt venis abſtruſum excuderet ignẽ, Geor. 1. & 4.
Exitium, dirumq. metum, mortalibus ęgris: Aen. 12.
Ante Iouem nulli cauſſas tentare latentes Ge. 1. Aen. 5.
Aut terebrare cauas veteri ſub imagine for- Aen. 2. & 6.
mas
Ferro auſi, quæ tanta animũ dementia cœpit? Aen. 5. & 12.
Quod genus hoc hominum? procul, ò procul ite Aen. 2. & 6.
profani,
Artificis ſcelus, inſidias, ſuſpectaq. dona
Attrectare nefas, ſatis eſt potuiſſe videri, Ae. 2. & 12.
Triſte miniſterium, memoranda inuenta Ma- Aen. 2. Ec. 6.
giſtri Aen. 6. Ge. 4.
Sed fugite, ò miſeri, vaſtoq. immergite ponto Aen. 3.
Monſtrum horrendum, ingens, donum exitiale Aen. 2. & 4.
Minerua.

Porrò in Virgilium cum plures ſcripſiſſent, Seruius autem, ac Donatus præcipui: ac ceſſit nouiſſimè Iacobus Pontanus noſter, qui decem ac ſeptem libros Symbolarum (hoc eſt collectarum) afferens, Bucolica, Georgica, Æneidem, inſignibus, vberibus, & limatis Commentarijs declarauit. At eius Prodidagmata in Virgilium, lucem ad tam eximij Poetæ Opera mirificè præferunt, vt pauca videantur eſſe reliqua, quę his Commentarijs adiici poſſint. Ea verò ſunt edita primò Auguſtæ Vindelicorum ann. 1599.

De ipſa Epopæia, deque Epicis Poematibus ſacris.
Caput X. X V.

Macrob. Iulius Cęſar Scaliger. Ludouicus Dulcius.

AT cum inter Ethnicos Poetas Epicos Virgilius teneat primas, ſubdendum etiam aliquid eſt de Epopæia, in qua non deſuere hoc ſeculo, qui ſine labe excelluerunt. Ac quidem ab Ariſtotele, Horatio, & alijs tradita ſunt præcepta, quæ ad eam pertinent, quæ quoniam habentur ad manus, ſuperuacaneum fuerit huc adiicere; ea præſertim, vnde alii Virgilium cum Homero: Ludouicum Arioſtum cum Virgilio contulerunt. ij enim aliud ſpectarunt, quàm id, in quod nos inſpicimus. Videlicet aut alios non habuere, quos ſibi proponerent cum ijſdem conferendos: aut ſi quos habuerunt, putarunt minus aduerſum Poetica Ethnicorum præcepta, quàm contra Poemata ſacra ſibi eſſe aliquid dicendum. Nam cum Epopæiæ tractatio ſita ferè ſit omnis in inueniendo, in collocando, in ornando; cumq; ipſius materia debeat eſſe (ſicuti Ariſtoteli placet) vna vnius actio inſignis tota, atque perfecta, ne cum hiſtoria confundi videatur, niſi aliorum actiones ad unumquodque referantur, ut fit in Aeneide, Iliade, Odyſſęa: cum item fabula ſit quaſi Poematis anima, vix fuerint aliqui apud iſtos in numero Poetarum, qui hæc ad amuſſim non præſtiterint. Nam & Ennius, qui Romanam hiſtoriam Annalibus comprehenderat; vel Vida, qui CHRISTI Domini uitam carmine Heroico cecinit; perfecti Poetæ ab iis non æſtimantur: nec item habetur apud eoſdem abſolutus Tragicus, qui Chriſtum patientem inſcripſit Tragœdiam ſuam, quæ hactenus prætulit nomen Gregorii Nazianzeni.

Horat. in Poetica. *Denique ſit quoduis ſimplex dumtaxat. & vnũ.* Ariſtot. in Poet. Ennius. Hieronym. Vida. Chriſtus patiens.

Fabulæ ſacris reb. non ſunt intermiſcendæ.

At, ut ut iſta ſint, certè neque fabulæ ſacris reb. ſunt immiſcendæ, quippe quę ſummę ueritati innixæ ſpirare debent undique, q̃ continent ueritatẽ, ac lucẽ: nec aliundè perquirendum eſt, quales aliqui ſancti uiri eſſe debuerint, cum uix perfectiores, pro humano captu, potuerint excogitari: neq; inuocandi falſi Dij, aut Deę: nec circuitiones, aut ſaltus extra chorum, ut dicitur, accerſendi, ut narratio rectè cadat, cũ pleraq; illa, ſi quis in ſummã Dei ſapiẽtiam recta inſpicit, rectiſſimè ceciderint: nec in anguſtum cogẽdæ ſunt Diuinę opes, quas ſuis temporib. ordinatiſſimè Deus benedictus expoſuit; nec maior aliundè ſperandus eſt ornatus, quàm ex ipſis rebus, in quibus admirabiles theſauri latent.

Quænam declinanda, & cauenda ſint in ſacra Poeſi.

A latent. Quin ſi quid addendum, vel tanquam Emblema intexendum eſt, expedit, vt ex ipſis potius myſterijs, atque aureis illis, ac ſacroſanctis velaminibus petatur, quibus ipſe Spiritus Sanctus arcana contexit, quo intus agente, & calefcimus, & alios calfacimus, & nihil eſt, quod preſto inde non ſit ad inuentionem, collocationem, ornatum, tanquam è locupletiſſima penu.

Quæ cauſſa eſt, cur omnes per Chriſti Ieſu ſanguinem obſecratos velim, vt qui hactenus Ethnicos, ſiue item alios, illos quidem vel impuros, uel (ut mitiſſimè dicam) ſutiles Poetas uolutarunt, iam manus, oculos, ipſa potiſſimum corda ſacris Poetis admoueant, quales præſertim hoc libro recenſentur: mox ubi legerint, ſe ipſos interrogent, ecquid præ Ethnica illa lectione ſenſerint, atque conceperint. Quod ſi iucundiora, ueriora, maiora, in his agnouerint, dent ſedulo operam, ut alij quoque idipſum efficiāt: B nimirum, vt omnes aliquando, quod à Deo accepimus, eidem mundiſſimum, & Diuinis concentibus, inter Angelos conſonum carmen reddamus.

Admonitio, & obſecratio.

Porrò, ſi in hanc noſtram ætatem reſpicimus, inter Epica poemata uel ſacra, uel de rebus honeſtiſſimis, nemo ſpernenda duxerit, quæ Actius Syncerus Sannazarius de Partu Virginis: Hieronymus Vida ſua Chriſteide: Petrus Angelius ſua Syriade: Franciſcus Bencius noſter ſuo Poemate quinque Martyrum ſcripſere. Quæ ſi alij attentēt noua parturitione parere, intelligent quanti Poetæ fuerint hi quos nominamus. Ac à Sannazario quidem pauciſſimis demptis (quę uoces illas Ethnicorum Poetarum ſapiunt) Diuinum habemus poema, ut merito Beliſarius Aquauiua Neritinorum Dux eidem ſcribens dixerit, cum orationis ſplendore contendere breuitatem: cum rotunditate ornatum: cum fluxu carminum pulchritudinem: atque ita demum omnia numeris, & ſententiarum grauitate mandata uideri, ut ad cuiuſuis ſcriptoris antiquiſſimi, C candidiſſimiq; laudem accedant. In Hieronymo autem Vida ſcio quid deſideratur: At materia, quam tractandam ſuſceperat, Ethnicas poematum & fabularum leges nō admiſit. In Petri Angelii Syriade caſtitas, numerus, amplitudo rerum (licet iam ſeneſcentis uiri) ac pleraque alia ſunt admiranda: quemadmodum & alterum eius Poema, quod Cynegetica inſcripſit, uix fuerit, qui poſſit imitari.

Actius Syncerus Sannazarius.
Beliſarius Aquiuius Neritinorum Dux, quid de Sannazario.
Hieronymus Vida.
Petri Angelii Syrias.
Eiuſde Cynegetica.

Iam in Bencij Martyribus quàm præclara illa, & expectationem ſuperantia ſunt, cum locum illum Apoſtoli ad Hebræos. *Lapidati ſunt, ſecti ſunt*, exponit [a]: cum mirā antitheſim facit [b]: cum tabulæ pictæ comparationem affert [c]: Cum ſanctiſſimam Trinitatem deſcribit [d]: cum Chriſtum flagris confectum: [e] Spiritum ſanctum deſcendentem: [f] cum Beatorum gaudia: [g] cum Aſiam: [h] cum coronam Beatorum Deum cingentem: [i] cum Cęlum: [k] cum Beatiſſimam Virginem: cum S. Franciſcum: [m] cum Sclo- D pi [n] uim, ponit ob oculos. Mitto nunc reliqua eius poemata, de quibus aliquid adhuc, ſicuti & de ceteris quibuſdam Poetis Latinis, uel Apollonij Rhodij Græcis heroicis carminibus erit eorum in Elencho nonnihil attingendum.

Franciſcus Bencius Societ. IESV.
a pag. 11. in 2. editione.
b pag 52.
c pag 72.
d 103. 104. 191.
e 125.
f 137.
g 141. 191.
h 169.
i Ibid.
k 190.
l 112. 193.
m 210.
n 171.

At quæ Io. Baptiſta Carmelitanus Mantuanus molitus eſt, ut ſummam pietatem continent, ſic certè monſtrant, ſi uir religioſus eo tempore id potuit, licere aliis per uiam à præſtantioribus Poetis complanatam progreſſus maiores facere: Taceo antiquos Græcos & Latinos, Eulalium Cynopoleos Epiſcopum, Cantica Canticorum venuſta proſę intermixtione ſiculti Villeramum Abbatem Marpurgēſem eadem carmine ſcribentem; Nonnum Panopolitanum Græcè Ioannis Euangelium: Iuuencum Latinè quattuor Euangelia, Victorinum Machabæos, Probam Falconiam Chriſti Vi E tam, & alios alia pangentes, etiam quę ad res ſacras non attinent, quemadmodum a 1. capite huius de Poeſi tractationis dicetur.

Io. Baptiſtæ Mantuanos.
Eulalius.
Villeramus.
Nonnus.
Iuuencus.
Victorinus.
Proba Falconia.

De Ode, ſiue Lyricis verſibus: vbi primum de Horatio, mox de ſatris. Cap. XXVI.

INter Ethnicos, vt Gręcè Pindarus, Anacreō, & alii, de q b. actus eſt: Sic Latinè inter Latinos potiſſimū Horatius: Inter Chriſtianos aūt antiquitus Greg. Naziā Græcè, Boetius Latinè Odes, ſiue Lyricos uerſus, aut, ſi Gręcā vocē interpretemur, cantilenas nobis reliquerunt: è quibus materiam, expoſitionem, clauſulam quiſque poteſt intel-

ligere,quales apud eos fuerint. Neque enim audeo dicere,quales eſſe debeant, quo- A
niam, vt cæca gentilitas æſtu rerum humanarum,& carnis ſeſe abripi ſinebat, eò fere-

Horatius. Ethnici Poetæ pleraque cecinerunt, quæ expediebat fleuiſſe.

batur,quo reliqui omnes præcipites ruebant. Itaque amantium,ſiue potius amentium libidini ſeruientes pleraque canebant,quę fleuiſſe fuerat ſatius:

Quamobrem quod Horatius dixit de Ode, materia.

Muſa dedit fidibus Diuos, pueroſq. Deorum
Et pugilem victorem, & equum certamine primum,
Et iuuenum curas, & libera vina referre.

ſecus dixiſſet,ſi Diuinam legiſſet, ac guſtaſſet hiſtoriam,in qua ortum Poetices,veras filiorum Dei Odes,& cantilenas, ſublimiore cothurno decantatas vidiſſet. Quamobrem ſi hymnos,pſalmos,carmina & reliqua illa cum Ethnicis conferamus,intelliget quiſque quod diximus ſupra,quantum inter vtraque interſit. B

Horat. lib. 1. Ode 2. & Ode 21. Et in fine libri qui Epodon inſcribitur.

Ac quidem carmen ſeculare Catulli,quod incipit, *Dianæ ſumus in fide:* vel Horatij hymnus ad Mercurium. *Mercuri facunde nepos.* vel illud. *Dianam teneræ dicite Virgines.* Vel aliud alibi. *Phœbe, ſyluarumque potens Diana*· ſiue illud. *Sic te Diua potens Cypri*, & alia eiuſmodi,indicant, ſeſe ea peperiſſe,quæ conceperant: quæ poſteà imitati Poetæ etiā noſtri,cęlū terra miſcuere,ac turpitudinem oēm quidam reuocarunt ab inferis.

Collatio Pindari cum Poetis Chriſtianis.

Pugiles autem,& Olympionicæ victores paſſim laudantur à Pindaro, at ſi hymni à noſtris huius quoque ætatis in Martyres decantati cum iis conferantur,frigeſcet materia Ethnica,nec Chriſtiano pectori ingeret quidquam,vnde ſeſe attollant ad coronas immarceſcibiles, quas verè expectant qui legitimè certant.

Horatius collatus cū Poetis ſacris qualis ſit.

Quin & cum iſtud poematis genus nullis ferè terminis circumſcribatur,ſed per omnem penè rerum ambitum vagetur, ſi ea,quæ de Diuina Prouidentia,de moribus, de C
rebus naturalibus quadantenus Horatius in ſuis Odis,& alij Ethnici ſuis eiuſmodi carminibus cecinere,comparentur cum noſtris,intelliget quiſque nitotem quidem,& numerum Ethnicis affuiſſe eximium, ſed defuiſſe integram & ſolidam illam uim,quę mirificè recreat animos,ac quaſi cęleſti ſymphonia inuitat ad laudandum Deum.

Odes diſcrimen, & Elegiæ.

Sanè verò Ode carminis genere differt ab Elegia,quod hęc Elegis,illa Lyricis uerſibus mandatur:quodq. Elegia ad res triſtes plerunque,Ode ad lętas referatur: Elegia item audacior,quæ bella attingere audeat,Ode autem uerecundior: aut ſi quando aliquid auſa eſt,ſe ipſam reuocat, ac reprehendit. Hinc illud apud Horatium.

Horat lib. 1. Ode 6. & Ode 3. lib. 2. & 3. lib. 3.

Nos Agrippa, neque hæc dicere.
Conamur tenues grandia, dum pudor
Imbelliſq. Lyra Muſa potens vetat. D

Et alibi.

Non hæc iocoſæ conueniunt Lyræ.

Differt item quodammodo tractatione. Sępè enim in Ode fit mentio lyræ,citharę,barbiti,tibię: in Elegia non item, niſi raro.

Atqui & inter Oden,& Epigramma id diſcriminis eſt,quod Ode liberior, ac facilè digreditur:Epigramma autem ſe continet inter ſuos cancellos: genus quoque carminis non eſt idem,quanquam Iambus ſenarius vtrique communis eſt.

Reliquis ornamentis inter ſe conueniunt, vti & clauſulis. Itaque apoſtrophæ, digreſſiones,& eiuſmodi alia cernuntur in Odis, quemadmodum in alijs illis carminum generibus.

Pſalmi.

At cum in Ode principium ſępè ducatur ab honorifica appellatione eius,cui inſcribitur,aut mittitur,Sacrę hiſtorię Odę,ſiue Pſalmi id pręſtant Diuinitus. Quod ſi tamē iubet imitari in bonis rebus Horatium, id ei facilè fuerit,cui naturali ad Poeſim propenſione pietas viuidiorem in corde ignem accenderit. E

Et Horatij quidem principia illa Odarum pulchra ſunt.

1. Ode lib. 1.

Mecænas atauis edite Regibus.

Et illud.

Lib. 3. Ode 29.

Tyrrhena Regum progenies.

Et aliud.

Dives

Lib. 4. Ode 5. *Diues orte bonis*
Siue cum aliter incipit.
Lib. 1. Ode 2. *Quis deſiderio ſit pudor.*
Vel.
Lib. 3. Ode 4. *Deſcende cælo.*
Aut cum ordirur ab ſententia aliqua. quale illud,
Lib. 1. Ode 22. *Integer vitæ, ſcelerisq́ purus.*
Vel.
Lib. 2. Ode 2. *Nullus argento.*
Siue
Lib. 3. Ode 3. *Iuſtum, & tenacem.*
Et.
Lib. 2. Ode 10. *Rectius viues.*
Et alibi paſſim.

Iam de carminum Lyricorũ generibus dicendum nõ eſt, quod ea neque ad noſtrũ inſtitutum faciunt modo, & alii eadem tractarũt egregiè. Quare id potius faciendum eſt, ut Odes aliquas ſiue laudes, quæ hactenus haud ita innotuerũt, huc adtexamus, ut memores dignitatis noſtræ idem omnes canamus, & ſapiamus, ſpe haud dubia, vt ſi ſecundum Diuina mandata uiuentes, haſce in Terris piè, ac ritè cõcinuerimus, eaſdem cantemus æternum in cęlis.

Ode ad Sanctiſſimam Trinitatem.

Ariæ Montani.

O nullis hominum peruia ſenſibus
Natura penitus ſola capax tua,
Cuius condita ſunt omnia numine,
Aeterna & Monas, & Trias.
Nato æquæue Pater, Nateq́ par Patri,
Et manans ab vtroque inclyte Spiritus,
Circumfuſa tuo nubila lumine
Noſtro diſcute pectori.
Da, mens per ſpeculum te cernere, te queat
Noſtra, & poſthabitis te petat omnibus,
E iuſſisque tuis pendeat, & tibi
Soli dedita ſeruiat,
Tu clemens miſeris da veniam Pater.
Tu Fili miſeris ſterne iter ad Patrem.
Tu Sanctum miſeris Pneuma vagantibus
Præfer conſpicuam facem.
Simplex ætherij numinis Vnitas,
Quæ diſtincta eadem eſt, veraq́ Trinitas,
Aeterna vigeat ſemper honoribus,
Et Terra ſimul, & Polo.

Orbis gaudium CHRISTO naſcente.

Eiuſdẽ Ariæ Montani.

Optatam veterum temporibus diu,
Promiſſamq́ pijs ante parentibus
Aduéniſſe boni progeniem Dei
Tellus prædicat, & polus.
Audit non ſolitis paciferam modis
Vocem ſpirituum Terra canentium,
Audita ac referunt laudis imaginem
Montes, & caua flumina.
Præſentis celebrant carmina gloriam
Auctorisq́ Dei: ſurgere & aureum
Seclum perpetuo terrigenis boni
Patris fœdere nunciant.
Reſponſis liquidum pacificis fauet
Cælum: nam media nocte nitentibus
Commutat tenebras luminis ignibus
Longe, & ſole prioribus.
Aduéniſſe ſalus publica dicitur,
Seruatorq́ hominum, quin locus ac dies,
Decantata etiam ſigna prioribus
Quondam vatibus indicant.
Anguſta ſpacijs, nomine at optimo
Fauſta, ac nobilium patria Bethleem
Et noſtri puerum ſanguinis & Deum
Naſcentem ſibi vendicat.
Infantem tenui qua hoſpitio prior
Integra ex vtero Virginis editum,
Luculentis mediæ noctis, & algida
Horis excipit, & ſtupet.
Nam nullis Genitrix preſſa doloribus
Hoc Sancti genitum numine Spiritus
Pignus depoſuit, quod celebrent poli,
Quod tellus colat, & mare.
Cuſtodes ouium, mite hominum genus,
Spectatum properant, indice & Angelo
Nati mira vident, Matris & integra,
Exempla ac referunt noua.
Eois veniunt de regionibus
Gens aſſueta virum, doctaq́ cernere
Cælorum varijs aſtra micantia
Signis multiplici & gradu.
Splendore, & radijs ſtellæ recentibus
Iudæis docet hos dicere iam datum
Quem ſunt pollicita oracula Principem, ad
Orandum petere & iubet.
Nempe & ſimplicitas, & ſapientia,
Quam veri ſtudium, curaq́ concitat,
Exercetq́ frequens, hac ſibi Principem
Tandem comperient Deum.
Quem non ambitio, nec popularibus
Infelix inhians gloria laudibus,
Inuentrixq́ dolis ſæua potentia, &
Semper cæcus amor ſui.
Quæſitum licet, haud inuenient tamen,
Regem quippe ſibi hunc præficere abnuunt
Inſeruire ſuis ſed mage commodis
Aſtutam in ſpeciem volunt.

NÆ-

NÆNIA B. VIRGINIS Ad CHRISTVM infantem.
Hendecaſyllabi.

Horatij Torſellini Societatis Ieſu.

Dormi iam, mea vita, luxque, dormi.
Hauri languidulis quietem ocellis.
En vocem, reſidens, ciens Ioſeph
Bellam nænıolam, elegantulamque
Tibi concinit, & caput remulcens,
Et cunas agitans manu, ſecundat.
Dormi iam, mea vita, luxque dormi.
Tibi & næniolam ipſa cantitabo,
Et cantu ſuperos choros laceſſam.
Nate floſculus es puellorum,
Infans aureole, æ.beris voluptas,
Humani generis ſalus, decusque.
Dormi iam mea vita, luxque dormi.
Tu ceu liliolum recens niteſcis,
Tu agnellus velut albulus renides.
Tu ſidus velut aureum refulges.
Dormi iam mea vita, luxque dormi.
Atqui ò caelicolum cohors, ſoporam
Prome næniolamque, voculamque.
Falle, falle oculos mei puelli,
Vt quies capiant tenella membra.
Dormi iam mea vita, luxque dormi.
Audin? ſiderei chori per auras
Cantus dant tibi, blandulasque voces.
Et circum choreas, ſupraque plaudunt,
Pulſantes cytharaſque, barbitonque.
Dormi iam mea vita, luxque dormi.
Blande ſomne veni, quies laborum.
Gratum mentis & artuum leuamen.
Quid ſtas ſomnule tarde, quid moraris?
Natant lumina blanduli puelli,
Te vocant ſuperum chori canora
Voce, te vocat ipſe rector orbis.
Silete ætheret chori, ſilete.
Dormi iam mea vita, luxque dormi.

Veri Amoris Victoria.
Iambici Trimetri.

Georgij Vitchuſij Societat. Ieſu.

Amor alta regna cælitum ſuperuolat,
Et militaris gloriæ cupidine
Flagrans laceſſit nobilem ad luctam Deũ,
Vt ſi triumphum deferat Victoria
Subditus Amori pareat Mundus Deo.
Certant vterque pares, & inuicem ſimul
Ab arte docta mutuas iactant manus,
Sed vtrinque vires, dũ pari ſtant robore,
Alacris ſtat anceps exitus certaminis:
Dumque obſtat hic, nec ille nouit cedere,
Spe pendula nutat diu victoria.
Sed Amor peritus, & magiſter optimus
Ab artis vſu, callidus ſtruit dolum,
Et clanculum pietatis implicans pedem
Veſtigium fallit; Deumque dextera
Victrice terris protinus victum dedit.
Io triumphet Mundus hoc ſpectaculo.

De Epigrammate. Cap. XXVII.

Epigrammata, quę Latinè inſcriptiones, ad laudandum præſertim inuenta, cum ab Ethnicis Poetis ad Deorum illam turbam, ad Impp. & alios in cęlum, verbo tenus, efferendos, vel alios etiam vituperandos, ad donaria, trophæa, ſepulchra, ceteraque poſteris futura monimenta ſolita eſſent adhiberi, factum eſt, vt qui de eorundem Epigrammatum virtutibus, partibus, generibus aliquid præceperint, ex eiſdem Ethnicis Poetis exempla tantummodo deſumpſerint. Cum verò pleraque eorum turpia, obſcęna, inania, aſſentatoria fuerint, ecquid aliud qui iis tantum hæſere in reliquam Mundi fęcem importare poterant, niſi ſpecies idololatriæ varias, &, ut ita dicam, malorum Iliada? Nos igitur præter id, quod de libro Græcorum Epigrammatum (quod quidem etiam huc facit) ſuperius diximus, exempla nonnulla, ſine adeo Epigrammata adiiciemus; vnde eædem, quę in ijs requiruntur Virtutes ſine ulla labe cernantur: vt intelligant, qui ſeſe norunt Cęlo, non Inferno conditos, atque redemptos; ſcribi poſſe Epigrammata eleganter, ac nitidè, preſsè, argutè, venuſtè, quæ quidem dotes, atque virtutes ſunt bonorum Epigrammatum: id quod cum in Odis, Elegijs, & alijs Carminum generibus fieri poſſit; tum è rationibus ijs potiſſimum liquebit, quæ huic libro de recta Poeſeos ratione adiuncto opuſculo, optandum eſt, quàm quod maximè, vt ab omnibus perlegatur attentè.

Virtutes bonorum Epigrammatum.

Martia. lib 3. Epig 10.

At primò cum Breuitas Epigrammatis ferè conſtet binis, ternis, quaternis, quinis ſummùm Diſtichis: licet apud Martialem, & Catullum longius uno Diſticho vnũ, vel alterum inueniatur. Argutia verò fit, cum aliquid inauditum, nouum, admirabile, propriè, atque è re ipſa, vel tempore, vel loco natum, appoſitè ſcribitur: Venuſtas

aurem,

A autem, cum verborum, & metri habetur ratio, quanta Epigrammati ſatis ſit; nam ornatus nimius haud conuenit. Iam verò is qui hæc tria, ſeruatis honeſtis legibus, fuerit conſecutus, omne in Epigrammate punctum feret.

Ad partes Epigrammatis quod attinet, eæ duæ fermè ſunt, expoſitio, atque clauſula, ſiue concluſio. Expoſitio quidem aut ſimplex, aut multiplex: Simplex, quæ ex aliquo loco, aut re ducitur: Multiplex quæ ſumitur ex locis frequentatis, aut ex ſimilibus, aut ab exemplis, aut ex fabulis, aut ex effectis, aut ex antecedentibus, aut diſſimilium conflictione, aut ex notatione multiplici. *Partes Epigrammatis.* *Mart lib. 1. Epigr.* *Martia lib 1. epig. 1. & 27. & li. 6. poſtremum.*

Rurſus ſimplex expoſitio ea eſt, quæ ex uno quopiam loco depromit narrationem ueram, aut fictam. In uera, ſi factum, quod obſcurum eſt, explicetur planius: ſiue notum ac leuiter tactum amplificetur: In ficta, cuius tamen fundamentum uerum eſſe B debet, ſi quid ingenioſè affingatur, id quod è cæleſtibus, ac penè Diuinis petendum eſſe docuit Ariſtoteles: quod tamen qua ratione nobis faciendum ſit, qui uerſamur in lumine, qui Chriſtus eſt, mox ſubdam. *Expoſitio.* *Ariſt. Rhet. 3.* *Ariſt in Poe.*

In clauſula Epigrammatis ſæpè incidunt uel Epiphonema, uel ſententia, uel comparatio maiorum, minorum, parium, uel uenuſtas aliqua cum expoſitione conſentiens, & hæc quidem verè quadrant expoſitioni. At fictè plerunque concluſio ſubiicitur ſiue Dei, ſiue præſtantis Viri. *Clauſula.*

Genera item Epigrammatum, ſunt Narratiuum, cum loquitur Poeta ſolus: Dramaticum, cum aliæ perſonæ inducuntur: Mixtum, cum partim Poeta loquitur, partim alii loquentes introducuntur. *Genera Epigrammatum.*

At ſi genus orationis ſpectetur, eſt item ſimplex, aut graue & magnificum, aut temC peratum atque concinnum, aut denique tenue ac feſtiuum. Graue lumina uerborum, & ſententiam illuſtrem poſtulat. Temperatum, expolitam & pictam orationem, uerba nitida & ſonantia, ac ſæpè quaſi dimenſa, ut paria paribus reſpondeant, pugnantia referantur, complectantq. communia; ſententię argutæ, ac venuſtæ tum uerborum, tum ſententiarum illigentur. *Graue.*

Tenue omnem recuſat ornatum: ſermonem purum & Latinum, planum, dilucidum, crebras ſententias, & ex abdito erutas poſtulat; ſales item, & acumina quædam, in quibus leges, quæ de ridiculis traduntur, quidam ſeruandas eſſe docent. Huc ſpectant Neniæ, & ſimilia, quæ ferè Iambis & Hendecaſyllabis, aut item Anacreonteis gaudent. *Tenue.*

Cautiones.

D Iam in his omnibus cum decorum præſtandum ſit, id pręcipuè curandum ne in rebus (præſertim ſacris) narratio ipſa ſuperſtitionem redoleat Ethnicam, ne falſi Dii inuocentur, ne qua ad peccandum illecebra interſeratur.

Deinde ſi ex Martiali, Auſonio, Sannazario, & aliis, è Gręcis item, atque ex Pauſania, Diogene Laertio, Athenęo, uaria Epigrammatum genera inſpicienda ſint, ea ſecernantur ab improbis, obſcęnis, & à gentilium cultibus.

Ex libro item Epigrammatū ſeligi poſſent, quæ tum ad ſacra, tum ad moralia pertinent. At quoniam ſępè loco Dei unius plures Dii more Ethnico ponuntur, idcirco eorum loco, Deus eſſet inſerendus: atque ita corrigēda Epigrammata. quale exempli cauſa, illud eſſet ex Luciano. *Cautio in li. Epigr. Græcorum.*

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις, ἄτοπόν τι ποιήσας.
E *Οὐ λήσεις δὲ θεοὺς οὐδὲ λογιζόμενος.*

Igitur loco illius *θεοὺς* dicendum eſſet *θεόν*.

Vt uerò conſtaret uerſus, ſic forſan ſcribi poſſet.

Οὐ λήσεις δὲ θεόν, μηδὲ λογιζόμενος.

Quo diſticho monemur, quantumlibet improbè agendo feſellerimus homines, Deum tamen ne cogitatione quidem fallere nos poſſe.

Reliqua, quę olent obſcęnitatem, aut idololatriam, facilè eradi poſſent, ſicque tutior eſſet libri Epigrammatum Græcorum uſus.

Ac tamen quæ falſos illos Deos arguunt adulterii, auaritiæ, ac ſimilium vitiorum, relinquenda eſſent, ut iacent, quale illud.

Ζεὺς

Ζεὺς κύκνος, σάτυρος, χρυσὸς, διʼ ἔρωτα A
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης. hoc eſt.
Ob Ledan, Danaen, Euroren, Antiopenq;
Iuppiter eſt aurum, Taurus, Olor, Satyrus.

Cautio in Vincētio obſopæo.

Quoniam verò in Epigrammarum Græcorum librum Vincētius Obſopæus Adnotationes, & quaſi Commentaria Latina edidit, ſciant Chriſtiana pectora, multa in iiſdem Adnotationibus eſſe, quæ omninò ſunt expungenda: prærerquàm, quòd cum Obſopæus eſſet hæreticus, ea imprimis cautione, ac facultate tractandus eſt, quam Index librorum probibitorum à ſancta Sede Apoſtolica demonſtrat.

Cautio in Ioanne Bordæo.

Scripſit item in eadem Græca Epigrammata Ioannes Bordæus Turonenſis Scholia copioſa: nec defuit, qui Latinè ea verteret, ſed expurganda ſunt.

Quin quidquid optimi fuerit apud eos Poetas noſtrę ætatis, qui antiquos ferè ſunt imitati, id in communes locos diſponatur, vt habeatur ad manus. At quod erat optādum, vt aliquando Martialis Epigrammata non ſolum detracta obſcęnitate, ſed Cōmentariis, in quibus nulla eſſet labes prodirent illuſtrata, utrumque ad Dei gloriam ſedula cura, ſtudio, & interiore, atque ubere eruditione Matthęus Raderus è Societate noſtra effecit, quę primum edita ſunt Ingolſtadij ex Typographia Adami Sartorij anno Dom. 1602. B

Quin & cum præcepta de Epigrammate è variis prodierint, aliquot eorum enumerat ipſe Raderus initio eorundem Commentariorum. Nimirum libri primi Anathologiæ, caput 44. *εἰς λογογραφίαν.* Cyrillum ibidem. Gyraldum Dialogo decimo hiſtor. Poet. Robertellum libro ſingulari ad Ariſtotelis Poeticen. Iulium Cæſarem Scaligerum libris tribus Poeticæ. Minturnum lib. 5. de Poeta. Thomam Corream libro ſingulari. Iacobum Pontanum noſtrum, meamq; hanc, quę primo fuerat edita, Poeticam. At etſi Raderus prę modeſtia de hac re omninò agere noluit, deprompſit tamen optima, quæ huc faciunt. Et verò, vide tu Lector caput 4. de teſtimonijs, quæ profert de Martiali, ante quam ipſius Epigrammata interpretetur. C

De Diuini Verbi Incarnatione.

Frācisci Raymundi Societat. Ieſu.

Vix hominem inſigni similē ſibi finxerat arte,
Cū ſubito eſt hominis tactus amore Deus.
Vt tamen auerſa fugientem vidit amore,
Qualis præcipites dum rotat amnis aquas,
Quid faciam? dixit: quoties mihi iungere conor,
Ex oculis toties euolat iſte meis.
An perimam? aſt hominis nimio ſuccendor amore.
An ſequar? at fugiet, quo magis ipſe ſequar.
Haud ſequar, haud perimam: ne ſe mihi ſubtrahat vnquam,
Neve Deum fugiat, mox erit ipſe Deus.

De Natali Domini.
Non videbit me homo, & uiuet.

Eiuſdem.

Et video, & viuo. Pater optime vera minaris?
Dulcia num potius ſpicula promit amor?
Scilicet hoc loqueris, quod te qui vidit, amoris
Non ferat inſolita vulnera facta manu.
Ergo quid hic viuo? ſenſit ſi vulnera pectus
Iam vidi, ſatis eſt, tu mihi claude diem.

Ad Angelum qui Chriſto Domino apparuit in horto Getſemani, & calicem manu geſtans depingitur.

Huc ades, ò Iuuenis, manantem ſanguinis imbrem Eiu D
Excipe, ad hoc venit forſitan iſte calix.
Excipe, & æterno refer hæc mandata Parenti,
Sunt Pater, hæc nati pignora certa tui.
Stat mori, & immeritam pœnis effundere vitam;
Nunc quoque fuſurus, ſi placuiſſet, erat.
Has tamē interea miſſas, Pater, accipe guttas.
Cras tibi, quod reliquum eſt ſanguinis ille dabit.

Ortus & Mortis Chriſti Domini antitheſis. E

Clara dies, oreris media dum nocte, refulges. Ei.
Dum moreris medio nox ruit atra die.
O uerum ſolem ſupera inter lumina, quo lux
Exoriente oritur, quo fugiente fugit.

Ad

Ad Sanctos Innocentes ab Herode interfectos.

Franciſci Remundi.

Innocui infantes, ò quals exercita ſorte eſt
Veſtra hæc exiguo corpore vita minor.
Non plagis apta eſt ætas, non apta coronis.
Vix habet in vobis pœna decusq; locum.
Grandior apparet tantillo corpore plaga,
Ridet & in parua magna corona coma.
In uobis nequeunt ſi pœna decusq; locari,
Sors bona: in his ſatis eſt nos habuiſſe locũ.

Aliud.

Interitu in veſtro non eſt quæſita voluntas.
Ludite in ignota parua caterua nece.
Si cum poſſe deeſt, ſatis eſt voluiſſe necari,
Nunc cum velle deeſt, ſit potuiſſe ſatis.

Ad S. Ioannem Baptiſtam, de eius corporis deportatione ex Aſia in Italiam.

Horatii Torſellini Societat. Ieſu.

Dum ſol Iuſtitiæ gente luſtraret Eoas,
Ioannes, Aſia Lucifer alter eras:
At ſimul ingratas viduauit lampade terras,
Et curſum populos flexit ad Heſperios:
Subſequeris Solem. Heſperias & diligis oras,
Lucifer alter eras: Heſperus alter eris.

De Sancta Maria Magdalena Ad Simonem Phariſæum.

Franciſci Remundi Societat. Ieſu.

Fœmina ſi flendo, Simon conuiuia turbat,
Da ueniam, has lacrymas culpaq; amorque cient.
Vt lacryma eſt ſcelerum vindex, ita teſtis amorum eſt.
Et bene quod ploret, quæ malè riſit, habet.
Magdala plora igitur: fremat inter pocula Simon.
Quis ſcit an & flendo dulcius ipſa bibat?

Ad ipſam Magdalenam.

Eiuſdem.

Felices nimium gemini tua lumina fontes,
Quaq; venit trita ſedula gutta uia!
Se lacrymam eſſe tuã cuperet dum Vere tepenti
Labitur in molles humida gemma roſas.
Si manare oculis poſſet Pactolus ab iſtis,
Aurifer hac iret ditior amnis aqua.
Tam pretioſa pedes Domini niſi laueret vnda,
Vnda quid, ah? quærerer, tam pretioſa peris?

Magdalena Chriſto Domino Ecce quem diligis infirmatur.

Chriſte ueni, affer opem; frater te languidus optat
Et cum languenti ſaucia fratre ſoror.
Ni properas, ægros tua ni præſentia curat,
Ecce perit morbo frater, amore ſoror.
O vtinam ipſa forem noſtra tibi nuncia pœnæ?
Fratris abeſſe vetat cura, venire pudor.
Sint ſatis hæc: plura is quem mitto nũcius addet;
Si tamen hic rudis eſt, ipſe loquetur amor.

De eadem Stabat ad monumentum, &c.

Eiuſdem.

Quid feror heu Domini toties ad inane ſepulchrum?
En vino, & me vult forſitan ille mori.
Vita vale: quis ſcit mihi mors an reddet amantem?
Sæpe venit facili morte cupita ſalus.
Hoc me igitur, Iuuenes, ſi fas tumulate ſepulchro.
Et ferat hæc memori carmina fronte lapis.
AMISSVM VACVA DOMINVM DVM QVAERERET VRNA,
PRO DOMINO IACVIT PERDITA SERVA SVO.

De eadem in exilium cum ſuis eiecta.

Eiuſdem.

Parua domus, mea cura, feris committitur vndis:
Fors bona, neſcio quo nauigat, Eure faue,
Hei mihi ne rapido mittetur vortice pontus,
Et pereas media paruule linter aqua,
Maſſilia ignotas ò ſi te errare per vndas
Sciret? quotquot habet, mitteret illa rates.
Tu mare, vos venti, trepidæ ſuccurrite cymbæ,
Nullus in imbelli nauita puppe ſedet:
Exiguum eſt pondus, facilis via, poſcitis & vos
Si pretium, pretium eſt grande tuliſſe pios.

De Sancta Maria Magdalena.

Claudii Seripandi Societat. Ieſu.

Tuta per vndantis reſtuos tibi pectoris æſtus
Magdala Diuino numine puppis abit.
Vnda tibi lacrymæ, mens nauis, vota rudentes,
Spes malus, gemitus flamina, uela preces,
Temo timor, remi cura, pudor anchora, merces
Vnguentum, comites crimina, rector amor.

Pande

Pāde ratis tu Chriſte ſinus;& inhoſpitus hoſpes
Secum indignanti murmura ſæua fremat.
Hic merces deponet amor, puppimq; ligabit
Cautes ſunt plantæ, ductaq; vincla comæ.

De quodam Adoleſcentulo, qui domo ſeſe paterna proripuit, ac fugit Romam, ut in ſanctum Religioſę familiæ ordinem admitteretur.

Franciſci Remundi.

Ibat Diuino Victor ſucceenſus amore
Cum fugeret felix patria tecta puer.
Vidiſſes uiua radiantia lumina flamma,
Vidiſſes ſuperas ire per ora faces.
Hinc Pater aſtra ciet, ruit hinc ī funera mater,
Nec reuocare poteſt ille, nec illa fugam.
O te ſperamus, iuuenis fortiſſime, qualem
Pugnando, tantum ſi fugiendo potes?

De S. Alexio.

Eiuſdem.

Cæca dolore parens in Alexi quærit Alexim,
Et non amiſſas perdita luget opes.
Dum videt ardeſcit, paſcitq; tuendo dolorem,
Veraq; nutantem fallit imago fidem.
Quid faciat? cedatne domo? ne'ſtiget in orbe?
Ceſſet? at hæc æqui cauſa doloris erunt.
O amor? & quis te cæcū neget? improba mater
Non credit natum; quem videt, eſſe ſuum.

De S. Franciſci Stigmatibus.

Horatii Torſellini Societatis Ieſu.

Exue Franciſcum tunica, laceroq; cucullo:
Qui Franciſcus erat, iam tibi Chriſtus erit.
Franciſci exuuijs (ſi qua licet) indue Chriſtū;
Iā Franciſcus erit, qui modo Chriſtus erat.
Quid cæleſtis amor non audes? fingis amātes
Arte noua, effigies ut ſit amantis amans.

De Elegia. *Cap. XXVIII,*

Expoſitio. Clauſula. Propertius & Tibullus in quo cauendi.

EAdem, quę de Epigrammate dicta ſunt, Elegię quoque, ſed vberius, conueniunt. Partes quidem eædem, expoſitio, & clauſula; at liberiores in Elegis, in quibus viſi ſunt præſtitiſſe Propertius, & Tibullus; niſi quod ut eorum verba, numeri, genus ipſum orationis pretioſa ſunt; ſententia tamen atque materia Chriſtianis & auribus, & cordibus plerunque indigniſſima eſt. Mirum autem eſt, quantum afficiat animos Elegia, ſi formæ illi dicendi omnes in eam concurrant, quas Demetrius diſtingui tribus maximè rebus docuit, ſententia, genere ipſo orationis, & numeris; ſi inquā integra formula cernatur, quam vſitatæ Elegię deſcribit Ouidius, cum ait:

Formæ dicēdi tribus reb. diſtinguuntur. *Ouid li.3. de Triſtibus.*

Forma decens, veſtis tenuiſſima, vultus amantis
In pedibus uitium, cauſa decoris erat.

Concinnitas enim, & uenuſtas ſententiarum, forma decenti, genus dicendi non nimis graue, neque magnificum, ſed potius tenue, elegans, pellucidum, veſte tenuiſsima; quo & eo carmine alluſit Propertius.

Propertius lib.3.

Dicite quo pariter carmen tenuaſtis in antro.

Horatius. Et tragicus plerūque dolet ſermone pedeſtri.

Quippe quod ferè quęrimonias continet, cum & Elegia Carmen flebile deſignet. Alterni porrò verſus longiuſculi, uitio in pedibus ab Ouidio aptè exprimuntur.

Porrò etſi querimonia erat propria Elegiæ materia, latius tamen patuit deinceps ad gratulationes, cohortationes, conſolationes, hiſtorias item, & fabulas, ut uerum illud ſit, quod & exempla in Propertij quarto libro ſuppeditant, & Horatius oſtendit, inquiens:

Horat. in Poetica ad Piſones.

Verſibus impariter iunctis querimonia primum,
Poſt etiam incluſa eſt voti ſententia compos.

Elegia Materia.

Hæc cum ita ſint, habenda materię ratio eſt diligens, ut fleamus cum flentibus, lętemur cum lætantibus; nectat videlicet modò capillos, modò ſoluat Elegia, quod pro uarietate materiæ alibi cecinit Ouidius.

Expoſitio in Elegia quanā.

Cum autem expoſitio inſtituatur à ſimilibus, diſſimilibus, exemplis, fabulis, ceteriſq; locis, ea iuuari poteſt, ſi non ſolum ex Tibullo, Ouidio, Propertio, ac ſimilibus: verumetiam ex iis, quæ Gregorius Nazianzenus, & Poetę inſigniores aliqui ętatis noſtrę monſtrarunt. Ac cum Elegia interdum Dialogo mandetur, non tam imitandus Catullus eſt, dum ianuam & ſe loquentem facit: vel dum perpetuam Proſopopeiam affert de coma Berenicis, ubi coma ipſa loquitur: aut Propertius, cum Paulum ſolatur de morte Corneliæ; quam ea, quæ poſſunt aptiſſimè duci è Pſalmis, & alijs Diuinę Scripturę locis, pręſertim Hieremiæ Prophetę lamentationibus. Id quod ex Aria Montano, & alijs, quorum Carmina adnotabimus, perſpici poterit.

Quenā in Elegia imitanda.

Ceterum, quoniam Elegia eſſe debet tum morata, tū erudita, cumq; in ea imprimis dominetur animorum motus; ac proinde ſuo quaſi iure crebas depoſcat apoſtrophes

etiam

etiã ad res minimas, exclamationes, repetitiones, ceteraq; lumina tũ verborũ, tum ſententiarum; magna ſe dat occaſio Deum amantibus, vt tempeſtiuas morũ inſtitutiones inſerant, animosq; inflectant ad id, quod maximè expetendum eſt, atque ſperandum.

Clauſula porrò Elegiæ, quę altera eſt huius pars, ſæpè aliquid initio conueniens continet, vt in prima Tibulli Elegia.

Ferte & oues, ego compoſito ſecurus aceruo
Dites deſpiciam, deſpiciamq; famem,

Quod conſentit cum initio.

Diuitias alius fuluo ſibi congerat auro.

Sæpius item aliquid congruens cũ eo quod anteceſſit. Illa verò inſignis clauſula, quæ inſcriptionẽ alicuius aut ſepulchri, aut doni cõplectitur: quæ ſanè in morte Domini, in Martyriis Sanctorũ hominum, in anima Deum ſitiente, in Virtute celebranda, in Epiniciis, & Epicędiis Virorum, qui pro Catholica fide occubuerũt, In Eccleſiæ deſiderio, ac fletu, cernentis ſcindi tunicã Chriſti inconſutilẽ, & aliis ſexcentis, locũ habet inſignẽ. Sed aliquid odoremur ex ſequentibus Elegiis quæ non ita habentur ad omniũ manus. *Apud Tibul lum lib. 1. Eleg. 1.*

De CHRISTI Domini precatione in horto, eiusq; ſudore ſanguineo, Elegia.

Franciſci Benci Soc. Ieſu. Vide eius alias 13. Elegias in libro ſuorum carminum.

Gethſemani colles, olea mons conſite, & ò tu
Hortule cum Domino facte cruente meo.
Vos ego, vos video? mihi vos renouatis acerbum
Qui timor humentes duxit in ore notam:
Ad vos ſuprema cum veni nocte, grauiq;
Pectora triſtitiæ corripienda dedi.
Nec quicquam eſt hominũ, dictis lenire dolentẽ
Qui velit, aut vigili peruigil aſſideat.
Omnia dant gemitũ, fletũ omnia, & oĩa luctum,
Praſcia mens, pallor, nox, loca ſola, metus.
Omnia nec terrent tantũ, quantum ira parẽtis:
Hanc timet, & valida tela vibranda manu.
Ergo ubi mærentes ſocios, ſomnoq; grauatos,
Et prouiſam animo cernit adeſſe necem:
Submiſſis genibus, tendens ad ſidera palmas,
Edidit hæc mæſtis triſtia verba modis.
O Pater, ò Genitor, proiectum hic aſpice natũ,
Accipe quas humilis fertque, refertq; preces.
Hunc mihi, ſi fas eſt, oro, defende dolorem,
Et quæ mors odijs ſæua parata venit.
O ego ne ſuccos, quos pridem infecit amaror,
O ne miſta aceti pocula felle bibam.
Iam morior curis, languentes occupat artus
Iam tremor, & vultu frigidus horror ineſt.
Flebilis hic iaceo. Parce ò non digna ferentis
Mens vides, & viſis ingemit ægra malis.
En trahor ad vincla, & plagas, mortẽq; crucẽq;
Inque haſura meo tela micant latere.
Ah ego quid merui cæleſti ut tangar ab igne
Fulminis accenſi, dum tonat ira Patris?
Nam neque mens ulli noſtra eſt obnoxia facto,
Exijt & noſtro nullus ab ore dolus.
Quàm mihi ſunt duræ leges. Aliena repellam
Crimina, & immeritũ culpa aliena premet?
Parce Pater, ſi iuſta peto: potes omnia, nec tu
Aſper es: & natus ſum tamen ipſe tuus.
Si ſedet hoc animo, & precibus non flectere no-
ſtris
Non ego me vinclis, ſupplicijsq; negem.
Et patiar quodcunque voles. Te propter obibo.
Dixit, & in lacrymas vltima verba cadunt.
Plurimus hæc inter, toto de corpore ſudor
Liquitur, & guttæ ſanguinis inſtar eunt.
It ſanguis, terramq; nouo velut influit imbre:
Nec ſolitus pulchro fulſit in ore color.
Quiſquis ut informẽq; comã, vultumq; cruentũ
Aſpiceret, Chriſti quæreret ille decus.
Talis vbi induxit cruſtas, & membra peredit,
Inficit horrentem puſtula nigra cutem.
Horruit aſpectu cælum: vos æthere in ipſo
Fama eſt pallidulas obriguiſſe faces.
At tellus bibit infuſum venerata cruorem,
Et ſpeciem grates dicere auentis habet.
Fortunata mihi tellus, ubi fertur apertè
Procidere æternum non puduiſſe Deum:
Et lacrymas fudiſſe Patri, veniamque rogaſſe,
Albaque ſanguineis ora rigaſſe notis.
Ora natãt lacrymis, & ſanguine: corpore sãguis
Emicat, & maduit ſanguinis amne ſolum.
Imbuit hic herbas ſanguis, glebamq; iacentem
Sentibus è medijs erubuere roſæ.
Erubuere roſæ, ut Domini teſtentur amorem,
Dicere ſic viſæ: Nos ita pinxit amor.
Acer amor. Tantos ne Deum ſentire dolores,
Nec quemquam alloquijs poſſe leuare malũ?
Aſpicit hæc Pater ex alto ſublimis Olympo,
Atque ira in flentẽ quàm ſit acerba, monet.
Ira ſed in fontes aqua eſt. Nihil iſte, nec egit,
Nec meruit. Iam non dicere vera piget.
Ipſe ego ſum turpis, fateor, iuſtiſſime Iudex:
Et mea fraus omnis, crimen & oẽ meum eſt,
Ipſe ego te læſi, infelix. Mihi culpa luenda,
Inſideat capiti iam precor illa meo.

Tu gnato modò parce tuo. Nam viuere dignus
Vnus, in exitium totus vt orbis eat.
Parce precor nato. quod ſi mutabile non eſt
Conſilium, & prolem ſtat tibi velle mori;
Parua tamen dentur ſolatia. Promptior ibit,
Ni ſolamen abeſt, mortis in omne genus.
Audijt, an fallor? lux Cælo miſſa repente,
Et iuuenis Dominum conſtitit ante ſuum.
Conſtitit, & triſtes abſtergit pectore curas.
Celſaq; ſublimis ſidera rurſus abit.

Ad Beatiſs. Virginem Lauretanam.

Marci Antonij Mureti.

Vnde mihi inſolitus præcordia concutit horror,
Et perfuſa metu crepidat velut acta Deo mens?
Fallor, an hoc facit ipſe locus, ſtimulosq; pauenti
Subijcit; atq; animũ præſentia numinis vrget?
O cœlo dilecta domus poſteaq; beatis
Quos ego iampridem tota mihi mente cupitos,
Nunc primùm, veteris voti reus, aduena viſo.
Saluete, adſpectiq; mihi feliciter eſte.
Vosne per æthereas Iudæa à finibus oras
Aligerum mandante Deo, vexère manipli?
Hic Virgo genitura Deum; genitricis ab aluo
Prodijt; & blandis mulſit vagitibus auras.
Hic quoque Virgineus ſeruata laude pudoris
Sancta ſalutifero tumuerunt viſcera fœtu.
Ille opifex cunctorum, ille æterno vnica proles
Aequa Patri; ille hoſtẽ primæuũ ab origine lapſo
Spem cœlo vitamq; ferens, hac luſit in aula
Paruulus, & ſancta blãda obtulit oſcula matri.
Quænam igitur Regũ ſedes, quæ templa p orbẽ
Huic ſe auſint conferre loco? ter & amplius oẽs
Ante alias felix Piceni littoris ora
Cui Solymos ſpectare domi, cui munere diuũ
Fas calcare domi eſt pedibus veſtigia Chriſti.
En ego tũ ſupplex procũbã, atque oſcula figam
Parietibus ſanctis, ſpargãq; hoc puluere crines.
Adſpice me ſuperis è ſedibus, adſpice Virgo
Proſtratum, atque imo gemitus ex corde cientẽ,
Et pectus tundentẽ, & fletibus ora rigantem.
Heu, quãquàm culpis adopertum turpibus arce
Adſpecta me Diua tuo, ſi pectore toto
Te veneror, ſi te dubijs in rebus ad vnam
Confugio, teq; auxilium Sanctiſſima poſco.

Orantis animus verè pœnitens, Dei gratiam q̃rit per Virg. Matrem.

Pœnitet ex animo vitæ me Diua prioris;
Pœnitet, & meritas horret mens conſcia pœnas.
Quòd niſi tu caſto pendentem ex vbere natum
Concilias, placasq; mihi, quo tendere curſum,
Quove malis feſſam ſtatuo aduertere puppim?
At tu, namq; ſoles, placida dignare querelas

Miraculis p Virg. Lauretanam exhibitis.

Aure meas, & ades lapſis mitiſſima rebus.
Certè equidem tota pendentes Aede tabellas.
Adſpicio, quæ te miſeris præſtò eſſe loquuntur.
Hic, te animo ſpectans, torrentẽ viſcera febrim
Depulit: ille hyadas triſtes, hædumq; cadentẽ
Spectauit tutus verſantibus æquora ventis:
Et duce te patrias euauit ſaluus ad oras.
Criminis ille reus falſi, ſub iudice diro,
Dũ mortem exſpectat, tenebroſo carcere clauſus
Munere Diua tuo, detecta fraude, reuiſit
Vxorem & natos, exoptatumq; parentem.

Collatio ægritudinis ſpiritualis cum corporali.

O ego nunc morbis multo grauioribus æger,
Naufragiumque timens longè exitioſius illo;
Et iampridem animam peccati cõpede vinctus,
Si poſſim morbis liber, vinclisque ſolutus,
Fluctibus & ventis lacerã ſubducere puppim:
Quas tibi lætus agam grates, dũ vita manebit?
Te cùm luce noua ſparget ſol aureus orbem,
Te recinam, quoties abſcondet opaca polum nox
Et tua præcipua venerabor numina cultu.

Luctus Beatæ Mariæ Magdalenæ Ad ſepulchrum Domini.

Horatii Toſellini Societatis Ieſu.

Vt Maria infelix, marmor conſpexit inane;
Senſit & extincti corpus abeſſe Dei:
Illicet ingenti mentem perculſa dolore.
Clauſtra ſuper tumuli concidit exanimis.
Inde ſimul ſenſus aliquid, menteſq; recepit,
Sedit ut effigies ſaxea, ſaxa ſuper.
Non de more premit nodatos mitra capillos;
Sed iacet impreſſo candida mitra pede.
Non humeros populi, nõ pectora velat amictus,
Ante ipſos fluitans hæc quoque lapſa pedes.
Vt de Alabaſtro ſolo Tyrium effundentia Nardũ
Voluuntur; diues proteriturq; liquor.
Sed non illa vicem mitræ, non curat amictus,
Non pepli, aut Nardi, nõ memor ipſa ſui eſt.
Icta dolore furit; toto te pectore; Ieſu
Toto animo, tota perdita mente petit.
O quoties vacuus reſpectans orba ſepulchri
Saxa, nouis gemuit ſaucia vulneribus?
O quoties vacuas conans queſtibus auras
Implere, oppreſſit verba parata dolor?
Ergò (quod reliquum eſt) imo ſuſpiria ducens
Pectore, ſingultus ore ſonante ciet.
Et palmis palmas, & pugnis pectora plangens
Dilaceratq; comas, dilaceratq; genas.
At ſimul effuſis lacrimas dolor ora reſoluit,
Inuenitq; ſuos frigida lingua ſonos;
Ingemit, & cœlo ſurgentia lumina flectit.
Attollens, mæſtis vocibus antra replet.
Crudeles homines clamat, crudelia ſaxa,
Crudelem, demens, ſe quoque Chriſte vocat.
Interea ſeſe inclinans introſpicit antrum,
Et luſtrat madidis omnia luminibus.
Ecce duos cernit iuuenes in veſte corusca,
Qui flentem roſeo, quid gemat, ore rogant.
Congemit illa graui pectus labefacta dolore,

Figit

A *Pigit & aduerſo lumina mœſta ſolo.*
Non illam tangunt vultus, oculiq́ nitentes,
Non ſpecies, non uox allicit atherea.
Vnum mente petit Ieſum, unum quærit Ieſum.
Hunc urget lacrimis, hũc queribũda uocat.
Iam Ieſu, Ieſu antra ſonant, reſponſat Ieſum
Vallis, & exceptos iactat in aſtra ſonos.
Ah miſera, & Dominũ viſa eſt audire vocãtẽ,
Dum vox nota Dei credula in aure ſonat.
Quin etiam interdũ fallaci ab imagine capta,
Quam madidis oculis ſubijcit acer amor.
B *Dũ Chriſtũ petit, aut tenues, amplectitur auras*
Aut ſaxa, aut rigida robora ſaua crucis.
Verum ubi ſe falſa ſentit ſub imagine luſam,
Addit amor lacrimas, ingeminatq́ faces.
Illa autem mærens, viduoq́ affixa ſepulchro
Tota abit in queſtus, tota abit in lacrimas.

Lætitia B. Mariæ Magdalenæ
Viſo Domino.

Dum Maria immenſum lamentis aquat amorem,
Atque furens Chriſtũ terq; quaterq; vocat;
Inſtructumq́ habitumq́ gerens olitoris, & ora
C *Hortis in medijs illico Chriſtus adeſt.*
Obuius & Maria clamanti, & multa querenti.
Quem quaris mulier? quid lacrimaris? ait.
Illa autem falſa decepta ab imagine, Ieſum
Haud noſcit, cæcus gaudia tardat amor,
Ceu mater reducem poſt triſtia funera natum
Si videt, ambiguo fallitur ore diu.
Ergo quærenti Domino, quem ſedula quærat,
Stulta dat audaci verba ſuperba ſono.
Fare age, quicunque es, Dominũ ſi forte tuliſti,
Dic vbi condideris. ipſa ego nam referam.
D *Quid non audet amor? quid non ſibi poſſe videtur?*
Flammæ inſtar tentat clauſtra per ipſa viã.
At ſimul ut Mariam ſeſe de more vocari
Audijt, & fecit vox bene nota fidem:
Luminibusq́ auidis ſe vera oſtendit imago,
Et patuit cari forma retecta Ducis,
Continuo exarſit flagranti pectus amore
Verſauitq́ animum dulcis amarities.
Tota fluit lacrimis, ueluti in Tabore liqueſcũt
E *Vere nouo, tenera ſole tepente niues.*
Mox alacri reducem compellat voce magiſtrũ.
Sed reliqua eripuit verba proteruus amor.
Tota inhians Domino defigit in oribus ora:
Nec uidiſſe ſat eſt, & tetigiſſe parat.
Scilicet optatis cupida oſcula figere plantis,
Et Domini Sanctos ſueta tenere pedes.
At Chriſtus, procul ò noſtris, procul artub. eſto,
Non ſibi, non poſcit talia tempus, ait.
Quin age, & ſocus & Petro nuncia perfer,
Certum eſt ſiderei ſcandere tecta Patris.
Dixerat, & ſubito ex oculis ſeſe abſtulit, illa
Tanto orbata bono reſtitit attonita.
Inde gemens tali fugientem voce ſecuta eſt.
Meuè fugis? Mariam Chriſte reperte fugis;
Siccine dilectam Mariam deludere gaudes?
Hora eadem uultus datq́ rapitq́ tuos?
At Deus agra ſuo diſceſſu corda remulcens
Compleuit ſubita pectora lætitia.
Pulchra Dei ſpecies animo, diuq́ recurſat
Oris honos, voces, uerbaq́ in aure ſonant,
Defletumq́ diu Dominum iam viuere gaudet.
Et gaudet vitam ducere cælicolum.
Gaudet & optato ſperans poſt funera, vultu
Aeternum in ſupera ſede beata frui.
Exundant pleno ſurgentia gaudia fonte:
Nec ſeſe toto iam capit ipſa ſinu.
Qualia cælicolum pertentant gaudia mentes,
Cum Deus æterno flumine corda beat.
Tanti eſt te propter, bone Chriſte, dolere, dolores
In ſolida æthereus gaudia vertit amor.

De Gregorio XIII. Pont. Maximo
Collegij Romani Societ. Ieſu
fundatore. Elegia.

Gregorio grates agimus: ſecedite curæ: Franciſci Bẽcii Societ. Ieſu.
Gratia cum feſto carmine læta veni.
Tota nitens, ſimplex veni, decet eſſe nitentem,
Terrarum Domino, ſi qua placere cupit.
Talem te Petra memorans hac urbe recepto,
Aeterno laudes concinuiſſe Deo:
Artibus vt Simon magicis deluſus ab alto
Decidit, & ſparſo ſanguine tinxit humum
Victoremq́ Petrum caſu teſtatus acerbo,
Quas meruit pœnas impia lingua dedit.
Hactenus anguſto tenuit ſe limite cætus,
Qui ſtetit in parua plurimus ante domo.
At nunc prolatis fundatur finibus ædes
Amplior, & tecti ſuſpiciendus honor.
Aſpice congeſtos lapides, & diruta tecta,
Et ſola vicino continuata foro.
Aſpice iam noſtris patet area ſedibus illa,
Gymnaſium fuerit, quæ fuit ante via.
Atque vbi iucundis gaudebunt otia Muſis,
Pectore anhelanti duxerat æra faber.
Hic ubi ſub ſano gemuerunt marmora ferro,
Aſſueſcet facilis diſcere recta puer.
Hic ubi formãdũ ingeniũ ſub uoce magiſtra eſt
Artificis lignum perpoliere manus.
Extruit hic Sophiæ, & Pietati tẽpla Sacerdos,
Optimus ille hominum, proximus ille Deo.
Proferat ut Chriſti imperium, terraſq; per oẽs
Iam leue ne quiſquam ferre recuſet onus.
Hic iuuenum ſanctas exercebuntur in artes

Deuotâ æternæ pectora militiâ. A
Vnde ſalutaris fidei præcepta ferentes
Audiet aduerſo cardine vterque polus:
Quo matutinus dimittit Lucifer ignes,
Quo veſpertinus conuocat orbe faces.
Nulla fides unquam terris naſcetur in illis,
Si fidei non ſint ſemina iacta prius,
Verba fidem pariunt animorum hæc abdita
pandunt.
Nec niſi quis doceat, diſcat ut alter erit
Sponte ſua doceat nemo. Mittantur oportet,
Qui feriant forti pectora iuſſa ſono:
Captiuos rapiant homines, deſuetaque corda,
Atque iterum errantes ſub iuga ſacra vo-
cent:
Accendantq; animos dulci virtutis amore,
Ad ſuperos tutam quæ parat una uiam.
Sed ſpes deſtituet, pleno licet extet aceruo

Iacta ſeges, crebro ni renouetur ager.
Hic tibi Gregorius fœcundos conſerit agros.
Omnis ut ex illis fertilis annus eat.
Hinc capiet plenis indeficientia ſulcis
Semina, quæ largè credita reddet humus.
O utinam longa fungatur munere lucis
Exigat & placidos tempus in omne dies:
Lætatusq́; ſuis opibus, ſanctisq́; repertis
Proſpiciat gentes ad ſua iura trahi.
Quod volumus Deus ipſe dabit, quod poſſu-
mus, ecce
Conamur tenues, & uoluiſſe ſat eſt. B
Aedibus in medijs ſolido ſpectabitur ære
Tanti maieſtas conſpicienda viri
Hic inciſa notis hoc reddet littera Carmen:
Gregorius cuſtos, Gregoriusq; Pater.
Ipſe ſuum Paſtor circumſpectabit ouile.
Et quæ plena ferent ubera lactis oues.

Elenchus aliquòd Poetarum, qui vel de rebus Sacris, vel certè haud obſcœnis ſcripſerunt Qui ve de recto Poeſeos vſu egerunt. Cap, XXIX.

AErij Synceri Sannazarij de partu Virginis. C
De morte CHRISTI Domini.
Eiuſdem Eclogę Piſcatoriæ.
Salices, Elegiæ, Epigrammata.
Edita autem ſunt cum Actij Synceri Operibus, hęc.
Petri Bembi Hymnus in S.Stephanum.
Benacus.
Gabrielis Altilij Epithalamia.
Io. Cottæ Veronenſis Carmina.
Io. Mutij Aurelij Mantuani Hymnus in S.Ioannem Baptiſtam.
Eiuſdem Elogia ad Leonem X. Pontif. Maximum.
Aethici Coſmographia. D
Alcimi Auiti Viennenſis de Origine Mundi. De peccato originali. De diluuio. De Diuina ſententia. De tranſitu maris rubri. De Virginitate.
S. Ambroſij Hymni ſacri.
Andreæ Fruſij Societ. Ieſu Epigrammata, & alia.
Andreę Nauagerij Carmina.
Angeli Grilli Monachi Caſſinenſis, Pij affectus, & lacrimæ Pęnitentis rythmis Italię.
Antonij Geraldini Bucolica. eſt autem prima Ecloga de Saluatoris noſtri Natiuitate.
2. De Regum adoratione.
3. De Ioſepho, & Maria, de amiſſione, & inuentione Ieſu.
4. De Baptiſmo, & Tentatione CHRISTI. E
5. De eius miraculis.
6. De inſtitutione Sanctiſſimi Euchariſtiæ Sacramenti.
7. De Paſſione Saluatoris.
8. De eius Reſurrectione.
9. De Aſcenſione Domini.
10. De miſſione Sancti Spiritus.
11. De ultimo Iudicio Dei, in qua Ecloga Auctor ſolus loquitur.
Antonij Querengi carmen de nouo Societatis Ieſu Collegio Romano.
Idem ad Illuſtriſſimum Cardinalem Farneſium in Pythagoræ verſus aureos.

Antoni

A Antonij Cerruti Nouarienſis lib. 4.

Apollinaris in Pſalmos, Græcè. *Venetijs 1550.*

Aratoris Acta Apoſtolorum hexametro carmine.

Artilij Seueri Odiporicum, ſiue iter, quo piè ſuam deſcripſit vitam.

Auli Perſij Satyræ.

Aurelius Prudentius Clemens cum Theodori Pulmanni Granemburgij, & Victoris Giſelini opera ex fide decem librorum manuſcriptorum emendatus.

In eum eiuſdem Victoris Giſelini Commentarius.

Duos digniſſimè (vt uocat Gennadius) inter alios libros ſcripſit Prudentius aduerſus Symmachum idololatriam defendentem. *Ex Officina Christoph. Plant. 1564.*

Scio autem Io. Sicardum in Pſychomachiam, Cathemerinon, Periſtephanon, B Apotheoſin. Eraſmum in Hymnos de Natali pueri Ieſu, & Epiphania Domini. Iacobum Spiegelium in Hymnum ad omnes horas de miraculis Chriſti, Adnotationes ſcripſiſſe: Veruntamen qua cautione hi vel legendi, vel retinendi ſint, diximus alibi: Nam & hoc ad Indicis librorum prohibitorum à S. Sede Apoſtolica, leges, ſiue regulas referendum eſt.

Aurelius Vrſus. Vide in dictione Poemata.

Auſonii Galli Annales, & alia.

Aratoris Cardinalis hiſtoriæ Apoſtolicæ libri 2.

Baſilius. Quomodo legendi ſint Poetæ.

Baſilij Zanchi varia Carmina.

Bedæ hymni, Epigrammata, & vita S. Eudelberti.

C Benedicti Ariæ Montani Eccleſiaſtes Carminibus decantatus, & hymni ſacri: de quibus & ſeriem, & iudicium tulit Petrus de Valentia, qui ait: Præter res quæ ad comparationem, aliaq; poeſeos lumina ex ſcientijs petuntur, ſingularum quoq; propria diſciplinarum vocabula non niſi propriè hic vſurpata comperies. Nulla hic Carminum fulcra, nulli tibicines, otioſaque & ſono tantum iuuantia verba, omnia utilia, omnia plena, ſolidaq; ſunt. Dicta ipſa, aut gnomæ ſunt, aut definitiones, aut diuiſiones, aut rationes. Denique ex arte omnia. Animaduertere enim, ac notare eſt, in Apoſtolicis ſcriptis, cum de temporum ratione agitur, infinitam illam durationẽ, quæ ante rerum principium ſine principio fuit, à temporibus ſeiunctam, ac ſeparatã indicari ſolere. & illis dicendi formis ſignificari. *In principio, quod fuit ante tempora ſecularia.* Hanc conſtitutionem prior huius operis pars ſpectat, qua Hymni tantum D ſunt ad Sanctiſſimam Trinitatem, & ipſius perſonas ſingulas, atque ad Angelos: Qua parte, etſi omninò theologica eſt, ii etiam ad pietatem, & doctrinam iuuari poterunt, qui ſcholaſticis exercitationibus operam non dederunt. Eſt enim in illis hymnis uniuerſa de Trinitate Catholica doctrina, ad ſimpliciorum quoque captum accommodata. *Infinita duratio ante tẽpora.*

Poſt Mundum conditum quicquid temporis à Diuino de humana reparatione, & ſalute promiſſo ad idem promiſſum præſtitum, & confirmatum per ſpiritum Sanctũ miſſum à Patre in nomine Filij fluxit, *ſecula* in ſacris dicitur, quę ſecula ad Diuinę veritatis, & cõſtantiæ animaduerſionẽ diligenter à Prophetis adnotata, & indicata ſunt. In his ſeculis recẽſendis, & ſuis rationibus celebrandis, ſecunda, & maxima poematis pars inſumpta eſt. Secula dies excipit vna Solis iuſtitiæ, qui numquam occidet, radiis E illuſtrata: *namq; nox præceſſit, dies autem appropinquauit.* Sub nocte lucernę. i. Legis, & Prophetiarum, commodus, & neceſſarius erat vſus: cui qui attendebant, benè faciebant, vt ait S. Petrus. Subiit verò ante diem ipſam tempus, quod nec diem, nec noctem iure appelles, non dies; quia nondum Sol ipſe conſpicitur, cum nondum *à Terra exaltatus* ſuprà Orizontem noſtrum aſcenderit; non noctem: Orientis enim iam iam ſolaris radij lumen tantam ſubvſuram præbet, vt clareant omnia, viæque omnes, & tramites manifeſtè appareant, in iter, aut opus aliud ſine laterna, aut lucerna ulla incipere iam liceat. *Oriens* id tempus dicatur illudque ſignificet, quo Verbum iam caro factum inter homines agebat, & licet *clarificatum nondum eſſet*; tamen eam ſui lucem dabat, *vt Patrem in ipſo eſſe* cognoſcere oporteret. Ipſum *Secula.* *Oriens.* *Verbũ caro factum.*

ergò iam tum pręcedentem, & in Regnum ſuum ducentem, viamque aperientem, & ſternentem ſequi oportuit, minoribus minus curatis luminibus, quæ interim dum Lucifer oriretur, ſplendebant. Nam *lex, & Prophetæ vſque ad Ioannem*. His igitur *Oriens* ille eſt, cui canendo poſtrema operis huius opera ponitur, quæ orto iam legitimo Sole deponitur, ideſt, *ipſa die, ſęculorum fine*. *Dies* duplici cantico ſalutatur: Moyſis altero, ſed ad veram libertatem, ac lucem, quam olim præcinebat accommodato; & altero Zachariæ Sacerdotis, ac Vatis ſub ſeculorum fines de ipſamet ſalute decantato. Huc cum canendo deueniſſet Arias Montanus, Lyram deponens porrigit illis, qui Solis ipſius orti iam gloriam contentis oculis, *& reuelata facie ſpeculantes, in eandem imaginem transformantur à claritate in claritatem à Domini ſpiritu*. Celebrauit quidem idem Arias diem etiam ipſam heroicis carminibus alio in loco, ideſt ad finem eius voluminis, quod *Magni operis Animam* inſcripſit, duplici teſtimonio Apoſtolico, ſpiritus priori, & ignis altero: ſed ex illorum ipſorum relatu, & verbis, *quos dignos fecerat Deus in partem ſortis Sanctorum, in lumine: quoſque de poteſtate tenebrarum tranſtulerat in regnum Fily dilectionis ſuæ*.

Finis ſeculorum.

Magni operis Anima inſcriptus liber Ariæ Montani.

Benedicti Lampridij, & Io. Baptiſtæ Amalthęi Carmina.

Boetij Seuerini vbi de Conſolatione philoſophica.

Capoleonis Guelfucij Roſarium B. Virg. Etruſcis rythmis elegantiſſimè, & ſumma pietate conſcriptum.

Cęlij Sedulij Hymnus ad Chriſtum, & Poema inſcriptum Mirabilium.

Cicero de Natura Deorum occaſionem præbet agendi de ijs, quæ Poetæ tractant. Quin etiam cum ediderit varia Poemata, inter quæ librum ſuis temporibus, è fragmentis eorundem, quę iam collecta ſunt, aliquid elici poteſt, quòd huc faciat.

Claudius Marius Victor. Vide in dictione Marius.

Claudianus. Vide in dictione, Veterum Poetarum.

Claudij Rutilij Numatiani Itinerarium verſu Elego duobus libris, quorum ſecundus eſt mancus.

Gamaſi poema, vocatum Platonica in laudem Altaris SS. Petri, & Pauli Apoſtolorum; & alterum in laudem ſepulchrorum multorum Martyrum, quod appellauit Conchilia.

Daretis Phrigij de bello Troiano, qui libri eſſe feruntur à Cornelio Nepote Latio Carmine heroico donati, ſed quiſquis ille fuerit, verſus non uidentur inepti. Cęterum de Darete, num ſuppoſitus fuerit, diximus, vbi de humana hiſtoria.

Dionyſij Alexandrini Geographia, ſiue de ſitu Orbis, quam in Latinum vertit Ruffus Auienus cum Commentarijs Euſtathij Gręcis.

Dracontius de Opere ſex dierum.

Ennij Fragmenta cum Hieronymi Columnæ Commentarijs eruditis.

Eudociæ vxoris Theodoſij iunioris, Cento, ex Homero, de Vita Chriſti. Vide in verbo, Homerocentones.

Euſtathius Grecè Commentarium edidit in Dionyſium de ſitu Orbis, quemadmodum ſuprà dictum eſt. At qui Dionyſium ipſum legere velit una cum Euſtathio, videat quæ nos de Geographia ad calcem libri de Mathematicis in Bibl. noſtra Selecta.

Federici Iamotij Hymni, Idyllia, Funera, Odæ, Epigrammata, Anagrammata Græca, & Latina. Expungendum autem eſt nomen Buchanani.

Franciſcus Bencius Soc. Ieſu, hæc hactenus Carmina emiſit libros nẽpe quattuor. Quorũ primus continet Poemata Carmine heroico. Secundus Odas, & Hymnos 15. Tertius Elegias 14. Quartus varia Epigrammata. Eodem prætereà volumine loquuntur Dramata duo. Nomen vni Ergaſtus, Philotimus alteri. Deinde liber de quinque Martyribus Societatis Ieſu, lectu omnia digniſſima.

Fulgentius Epiſcopus Carthaginienſis Mythologiarum duos libros ad Catum Presbyterum ſcripſit, qui iuuare poſſunt in legendis Poetis.

Gabriel Flamma Italicè Odas (qui Italicè dicuntur Sonetti) Spirituales additis eruditis, ac pijs Commentarijs edidit. Vide verò in noſtro Apparatu Sacro, in verbo, Gabriel Flamma.

Gabriel

A Gabriel Altilius. Vide Actius Syncerus.

Gaufredi noua Poetica.

Georgius Piſita, Heraclio Imperatore, cuius bellum aduerſus Perſas ſcripſit, & encomium in eum, & hexaemeron Moyſis tribus millibus Iambis.

Georgij Vicelij.

Odæ Chriſtianæ.

Aliquot Poetarum Carmina Theologica.

Diſticha in omnes totius Anni Dominicas.

Gilbertus Genebrardus Archiepiſcopus Aquenſis, qui ad explodendam Theodori Bezæ impietatem, qui Anacreonticis verſibus profanis, & obſcœnis librum Sacroſanctum Cantici Canticorum cõtaminauit, Iambico dimetro illud idem Opus Paraphra-B ſticè, & eleganter delineauit; cui etiam è regione ſuorum verſuum, Latinam noſtram editionẽ adiunxit, & Commentariis poſtea eandem doctiſſimis, quemadmodum & Pſalmos antea illuſtrauit. Quæ omnia Pariſiis prodierunt in lucem.

Godelberti hiſtoria Veteris Teſtamenti vſque ad Chriſtum hexametro verſu, ſed ut ea ferebant tempora.

Gratius, qui Auguſto Principe floruit, de Venatione lib. 1.

Gregorius Nazianzenus Vir Diuinus, quæ in orationibus ſuis admirabili ſplendore verborum, & ornatu tractarat, ea in poeticos numeros coegit, agens de Sanctiſſima Trinitate, de Angelis, de Anima, de Mundo, de Prouidentia, de Baptiſmo, de quibus concertationes cum Eunomianis habuit, vel in Panegyricis orationibus diſſeruit. His autẽ poeticis opuſculis, quæ eruditis Cyri Dadybrenſis Epiſcopi Commentariis, C & argumentis illuſtrata fuerant, mirum eſt, quàm iuuari poſſent non ſolum adoleſcentes, verum etiam qui iam ad altiora Theologiæ ſtudia aſcenderunt: ea verò carmina Latina fecit Iacobus Bilius, quemadmodum item opuſcula, quæ Cyrus explanauit, verſibus reddidit. Ac quicquid ille ad locorum obſcuriorum illuſtrationem attulit, verſibus reddidit, quæ uerò Græcè Gregorius de Sanctiſſima Trinitate effatus eſt, ea verſibus Latinis Bilius ita incępit,

Immenſum exigua pelagus ſulcare carina,
Paruiſq; æthereum pennis volitare per axem
Aggredimur; non me fugis hoc, quicunque Tonantis
Tendimus arcanum uerbis exprimere numen:
(Quod neque ſat digno chorus immortalis honore
D *Cælicolum cumulare poteſt) Triadiſq; referre*
Dogmata, quæ totum moderatur legibus Orbem.
Sed tamen intrepido mea uox erumpet ab ore. & quę ſequuntur.

Sub nomine item Gregorij Nazianzeni fertur Tragœdia, ſiue Tragico mœdia, quæ inſcribitur Chriſtus patiens, quæ & Græcè extat, & Latinis verſibus à Claudio Roilletto eſt facta; in cuius Argumenti initio materiam, & pietatem facilè quiſque odorabitur. Sic autem habet.

Auditum quando poſt piè poemata,
Etiam poeſim tu piam audire expetis,
Audi animo alacri nunc ſecundum Euripidem.
Iam Paſſionem Orbi ſalutarem eloquar.
E *Vt pleraque inde dicta diſcas myſtica*
Ex ore tamquam matris, ac Virginis.
Tuoq; Domino Apoſtoli chariſſimi. Et quæ ſequuntur.

Perſonæ autem hæ ſunt.

Deipara.	Chorus Virginum.
Nuncius.	Semichorus.
CHRISTVS.	Theologus.
Ioſeph.	Nicodemus.
Magdalena.	Adoleſcentulus.
Congregatio Pontific.	Cuſtodia, & Pilatus.

De virtute autem humana eruditiſſimum, ac contemplationis pleniſſimum carmẽ edidit idem Gregorius Nazianzenus, in quo agit inter alia, cur Deus ſibi copiam hominis pegre, deq. Diaboli verſutia, & pugna interioris hominis cum exteriori, quove pacto virtus acquiratur, & Templum Dei efficiatur. A
Alterum poema copioſius condidit de rebus ſuis, quo nos ad piam vitam, & Chriſto dignam occultè cohortatur. Addit alia eiuſdem generis, atque in laudem Virginitatis, cuius poematis meminit Hieronymus in Catalogo. Sunt item ipſius præcepta ad Virgines.

Quæ vero ad inſtitutionem adoleſcentum pertinent, ea in poemate, quod ſcripſit ad Nicolaum Patrem, Nicobuli filii nomine, quodq. rurſus Nicobuli patris nomine ad filium cupientem in celebrem quandam Academiam mitti, continentur; ſed & plura alia in diuitem malè moratum, & peregrè proficiſcentem, ac de ſilentio, quod Ieiunij tempore coluit, & in Parænetico carmine ad Olympiadem Virginem nobilem, & Carmine ad fictos Monachos, & alio aduerſus Diabolum in morbo, ac rurſus alio ad Nemeſium, quo hortatur eum ad abijciendam ethnicam ſuperſtitionem, & aliis pleriſque ad Epiſcopos falſos, & aduerſus carnem, & ad Monachos in Cœnobio degentes, & ad Hellenium pro Monachis, & plura alia. B

Sed tetraſtica illa Iambica, quæ etiam Cyrus Niceras expoſuit, digniſſima ſunt, quę in ſcholis, ac pręcipuè Principibus, & nobilibus pręleguntur.

Gualteri Galli vita Alexandri Magni.

Guidi Margarita Biblica: &

Gulielmi Bramicelli Hymni totius anni Italicè verſi.

Guntherus Germanus de rebus à Federico Aenobarbo geſtis, prout ea ferebant tempora. C

Hadriani Cardinalis venatio.

Hieronymi Badeſii Sacellum Aeſquilinum de Beatiſsima Virgine Maria, & in hoc ipſum Franciſci Bencii è Societate noſtra, carmen.

Hieronymus Fracaſtorius.

Hieronymus Vida.

Hilarii Pictauienſis Epiſcopi Geneſis.

Hippolyti Capilupi qui poſtea Epiſcopus, carmina ad Mariam Virginem, ad Mariam Magdalenam ad SS. Innocentes, & alios Sanctos, ad Principes item & amicos.

Homerocentra (quæ & Centrones) Aldus Manutius edenda curauit, cum à Petro Candido ea conſecutus fuiſſet. His autem continentur ex Homeri verſibus quatuor fluuii, qui in Paradiſo ſunt; Adam, & Eua, deceptio ſerpentis, diſpenſatio, ſiue œconomia ſalutis hominũ, obedientio filii, conceptio, natiuitas, quæue in eius uita conſequuta ſunt, ac ſumma Euangeliorum. Hæc autem omnia cum perlegi poſsint ſummo cum fructu, tum vnde deſumpta ſint, notantur loci ex Homero. D

Horatius. Vide in dictione, Ode, & ad finem huius Elenchi, ubi ponuntur Interpretes in eius Poeticam.

Iacobus Billius Prunæus Abbas S. Michaelis, præter plura Poemata, quæ in D. Gregorii Nazianzeni verſione edidit, duos item Tomos Epigrammatum Gallicorũ, quos prænotauit *Sonnetz Spirituelz*, in quibus deprompta aliqua ex Patribus antiquis morali ſententia eam carmine graui, & eleganti expreſsit, addens ad loca difficiliora Commentarium. E
Ipſa autem eadem Epigrammata in totidem libros diuiſa Latinè emiſit, Quorum nonnulla quoque Latinè reddidit.

Iacobi Pontani Societatis IESV, in duobus libris Progymnaſmatum Latinitatis verſus hi ſunt.
Labor daturus præmia; & in fine, Honor daturus pręmia. In uoluminibus autẽ tertii parte priore eorundem Progymnaſmatum, Diuinæ ſunt collaudationes, & Paradiſi Terreſtris Encomium. Expectamus autem in dies editionem noui libri Poematum eiuſdem Pontani.

Iacobus Zouitius de Ouę perdita Comœdiam ſacram edidit.

Iani

A Iani Pannonij Quinqueccleſienſis Epiſcopi Panegyricus ad Imp. Fridericum III. pro pacanda Italia, Carmina, Elegiæ, & Epigrammata.

Ioannis Aurelij Augurelli Chryſopæiæ lib.3.& Geronticon lib.1.

Io.Baptiſtæ Gyraldi Ferrarienſis poemata: Is autem Boccacium, qui de Dijs ſcripſit, perſtrinxit egregiè, vbi de hiſtoria Deorum egit.

Io.Baptiſtæ Pignæ carminum lib.4.cum Cęlii Calcagnini carmin.lib.4.& Ludouici Areoſti lib.2.ſed ſecernenda ſunt quædam ab aliis.

Ioannis Cottæ, Lampridij, Sadoleti, & aliorum Miſcellaneorum liber vnus. Vide item in voce Actij.

Ioannes Damaſcenus, qui Poemata habet, quemadmodum D.Gregorius Nazianzenus, ſed breuiora, quæ etiam Latinè reddidit Iacobus Billius, de quo ſuprà.

B Io.Picus Mirandulanus Hymnos ſacros edidit De tribus Diuinis Perſonis; ac de Beatiſs. Virgine; & de quibuſdam cælitibus Sanctis: in quibus Diuinum illud ingenium ſuas opes effudit, ac fermè quæcunque Theologi de ijs diſſerunt complexus eſt. Addidit Commentaria ad eoſdem hymnos doctiſſima, quibus magna ex parte ex Theologis eos hymnos illuſtrauit. Editus autem olim fuerat hic liber Haganoæ, ſiue Briſgoiæ.

Iouiani Pontani poemata.

Sed Dialogus Charon prohibitus eſt in nouo Indice.nec pauca alibi circumſpectè legenda ſunt, ne dicam, & delenda.

Iulii Cæſaris Columbeidos, hoc eſt, Chriſtophori Columbi Nauigationis libri duo: quanquam aliquid in ſecundo libro non poſitum eſſe præſtabar.

C Iulij Capilupi Centones pij, & aptiſſimè concinnati ex Virgilio, & alia carmina pura, quæ virtutem, ac iudicium redolent.

Lactantij Firmiani de Paſsione Domini, & de Reſurrectione Elegia, ac de Phęnice poema egregium.

Laurentii Frizolii Sacellum Gregorianum. Eſt autem additum, uti elegantiſſimum poema, operibus Gregorii Nazianzeni.

Laurentii Gambaræ Idyllia ſacra, ann.1581.Romæ impreſſa, & libri tres rerum ſacrarum. Scripſit item Caprarolam, & Chriſtophori Columbi nauigationem, & alia.

Lazari Bonamici carmina.

Lælij Capilupi Centones repurgati, & editi ſunt Romæ ann. 1590.nam alij antea editi ſunt interdicti.

D Læuini Torrentii Poëmata ſacra, digna quæ legantur, & perlegantur. Sunt autem hæc.

Hymnorum de Partu Virginis lib.3.

De puero IESV lib.1.

In Natalem Domini Elegia.

Votum, ſeu ſcribendi de Partu Virginis occaſio: cum enim iactatus eſſet tempeſtate maris, labores ſuos dicauit Beatiſſimæ Virgini Lauretanæ.

In Ioannis Auſtriaci naualem de Turcis Victoriam Elegia.

De bello Turcico.

Macarius & Bonafides, ſcriptores uerſuum Græcorum.

Macarij Mutii Camertis triumphus Chriſti aſcendentis in Cęlum, & libellus aureus de recta Poeſi.

E Marbodæi Galli Poema, quod inſcripſit Lapidariũ & Vita Eremitarũ Thebaidis.

M.Antonii Flaminii lib.2.Carminum, & Pſalmi.

M.Antonius Muretus de Laurentii Frizolii Sacello Gregoriano.

Eiuſdem hymnorum ſacrorum liber.

Item Γνῶμαι, hoc eſt, ſententię verſibus Græcis ad M.Antonium fratris filiũ, qui optimus adoleſcens denique in noſtra Societate, ætate uiridi, pietate matura, migrauit ad ſecuriorem Vitam. Quin & idem M.Anton.Muretus Tragędiam edidit, cui Cæſar eſt nomen.

M.Aurelii Olympii Nemeſiani Cynegeticon lib.1.

Eiuſdem

Eiuſdem carmen Bucolicum. A

Marci Monachi Benedictini Heraclio Imperatore, Vita S. Benedicti, ut ea ferebant tempora.

M. Probi Sulmonenſis Parthenias lib. in B. Mariæ hiſtoriam.

Marij Victoris Oratoris Maſſilienſis Ἀληθείας, ſeu Commentationum in Geneſim lib. 3.

Marii Molſæ liber vnus, ſed non omnia pia.

Martiani Capellæ nuptiæ Philologiæ cum Mercurio proſocarmineo opere.

Mariorani Comœdiæ, uel Tragœdiæ piæ.

Methodius Porphirij errores metro redarguit.

Milonis Galli Vita S. Amandij, & alia quædam de ſobrietate carmina: prout ea ferebant tempora. B

Michaelis Coyſſardi è Societate Ieſu, magno Galliæ bono editus eſt Turnoni non ita pridem Catechiſmus Gallicè tetraſtichis diſpoſitus, quo perutilem docendi Catholici Catechiſmi rationē ceteris imitandā nationib. in Gallias opportunè inuexit.

Michaelis Verini adoleſcentis Carmina maturo digna viro.

Mutij Sfortiæ Tyberis, & alia poemata; ſed poſtremum, quod vidimus, fuit, quod Clementiadem inſcripſit Petro Aldobrandino Illuſtriſs. Fratris filio Clement. VIII. Pontificis Max. ingenioſo, ac pio inuento. At in Tyberi Pij Quinti Pont. Max. perſecutus eſt res geſtas: quibus adiunxit laudes Pſalterij Dauidici & ſacrorum carminum libros 2. qui editi ſunt Venetijs apud Nicolaum Morettum 1586.

Natalis Comitis Mythologiæ, ſiue explicationum fabularum libri 10. in quib. naturalis, & moralis Philoſophiæ dogmata varia continentur, editio autem anni 1581. C auctior eſt, & emendatior, quæ Poetis intelligendis poteſt commodare.

Nauagerius, Vide in uoce, Andreas.

Nicolai Nomeſcij Lotaringi Parnaſſus Poeticus, in quo Phraſes omnes Poeticæ ex illuſtribus Poetis collectæ, & in capita certa ſunt diſtributæ.

Nonnus Panopolites, qui Paraphraſticè Euangelium S. Ioannis ſcripſit eleganti verſu heroico Græco, nam quæ ſcripſit Dionyſiaca, huc non faciunt.

Octauii Mirandulæ Canonici Regularis S. Auguſtini, Flores Poetarum illuſtriū 24, collecti, quibus aut ſententia moralis, naturaliſve, aut laus virtutis, aut cenſoria morum caſtigatio, aut præcepta ſalubria continentur, mendis repurgati per Theodoſium Pulmannum.

Antuerp. 1565 apud Io. Bellerum.

Orphei Argonautica, quæ ſi legantur, vt alia priſcorum Poetarum, conferēda ſunt D cum Inuentione Indiarum, & Chriſtophori Columbi nauigatione.

Pauli Diaconi liber Hymnorum, & Vita S. Benedicti.

Pauli Iouii elogia Illuſtrium Virorum.

Paulini Carmina Viri Sancti, quæ extant in Bibliot. SS. PP.

Petri Angelii Bargæi Syriados libri 12. & in fine Operis Votiuum carmen in S. Catharinam Cynegetica, ſiue de uenatione, Ixeutica de aucupio. Epithalamium. Carminum libri 5.

Petri Apollonii Collatii Presbyteri Nouarienſis, Faſtorum maiorum libellus iam ante centum annos impreſſus.

Petrus Maylardus.

Petri Rigenſis Aurora, continens vtrunque Teſtamentum, Vetus, & Nouum, ut ea E ferebant tempora.

Petri Ronſardi Herculus Chriſtianus, in quo commendatur, quòd id opus nihil turpe ſonet. Porro, confert quæcunque a b Hercule finguntur eſſe facta, cum iis, quæ verè & mirabiliter Chriſtus Dominus uiuens & moriens geſſit. Poema hoc Gallicè ſcriptum eſt.

Platonis Dialogi, præſertim Ion. agit enim de Poeſi.

Poemata diuerſa Aurelii Vrſi, M. Antonii Mureti, Flaminii, Hieronymi Badeſii, Franciſci Bencii, Zanchi, Vidæ, Sannazarii, & Io. Cargæ, ſed in horum aliquibus quædam expungenda ſunt, quæ honeſtatem non ſapiunt.

Poetica

A Poetica, ſiue Poeſis, à quibus tractata, vide poſt finem huius Elenchi.

Probę Falconię Cento ex Virgilio de nouo, & uetere Teſtamento.

Proſperi Epiſcopi Rhegini Carmẽ heroicum de Diuina prouidentiâ. Hymni. Odę ſacrę. Poema de ingratis. Alterum de variis rebus, & Epigrammata.

Proſperi Martinengi Monachi Caſſinatis, Theotocodia, ſiue Parthenodia, Opus eximium in laudem Deiparæ Virginis.

Eiuſdem Poemata tum Gręca, tum Latina, quæ quidem magna ex parte ſunt Diuina, & ſacra.

At ſecunda editio Romana Latinos tantum verſus continet vberiore volumine, quę & ipſa prodiit Romæ.

Prudentii Poetæ Lyrici Ditrocheum, Exameron, Apothenoſis, Pſychomachia, Hamartinegia, De Diuinitate, De compunctione animi, De origine peccatorum, Hymni
B de Martyribus, aduerſus Symmachum, & Periſtephanon Romanum, Cathemerinon, de quo ſuprà in dictione Aurelius: vbi de iis, qui in eum ſcripſerunt, deq. emendatiore editione.

Q. Sereni liber, ſiue poema de medicina, caſtigatum, quod additum eſt Aurelio Cornelio Celſo, qui anno ſuperioris ſeculi 27. prodiit ex Aldi Manutii officina à Io. Bapt. Egnatio emendatus.

Rabani de temporibus, & de variis rebus poema.

Roſoitæ Sanctimonialis in Saxonia Panegyricus in laudem Othonum Impp. Elegiæ in laudem Beatiſſimæ Virginis. Vita S. Dionyſii. Comedię ſex, ut ea tempora ferebant.

C Sadoleti Curtius.

Sedulii mirabilium Diuinorum lib. 4. carmine heroico.

Eiuſdem Elegia, & hymnus de Chriſto ab Incarnatione uſque Aſcenſionem.

Senecę (non illius Philoſophi) Tragędię decem.

Septimii, Ruris opuſcula.

Sibyllini uerſus de quibus uide, quę diximus, ubi de Phocylide.

Sidonii Apollinaris Hebręorum antiquitates uſque ad Saulem, libris 24. & alia, in quibus pietas plus quàm carmen laudatur.

Silii Italici bellum Punicum ſecundum. ſunt etiam Siluę, & alia, de quibus uide in dictione Veterum.

Siluius Ambianus opus Gręcum uerſibus conſcripſerat in Galliis, quod Chriſtia-
D nam inſtitutionem ferè continebat: at neſcio, an editum fuerit, illud ſanè in manibus noſtrorum fuit ante paucos annos.

Sympoſii Poetæ ęnigmata cum ſcholiis Ioſephi Caſtalionis Anconitani.

Tertulliani extant quędam Carmina in eius Operibus.

Theatrum Chriſtianarum precationum, ex ueterum pręſertim poematib. exceptũ.

Theodorus de miraculis ueteris Teſtamenti.

Theodulphi Hymni ad Deum, & Sanctos.

Theophili Folengii De Humanitate Chriſti Italicè.

Timothęi Gazęi ſub Anaſtaſio Imp. contra quem ſcripſit Tragœdiam. Quattuor item libri carmine hexametro de Anima. De quadrupedibus, auibus, & ſerpentibus, qui inueniuntur in India, Arabia, & Aegypto.

E Tipherni deprecatoria ad Virginem Elegia. Oratio ad eandem uerſu heroico. Oratio matutina ad Deum, uerſu item heroico.

T. Calphurnii Siculi Bucolica.

C. Valerii Flacci Argonautica libris 10. vide in dictione, Orphei.

Venantii Fortunati quattuor libri de miraculis S. Martini. Poema de excidio Thuringorum. Odeporicum uitæ ſuę ad Iuſtinum ſecundum. Hymni de Regno ad Sigebertum Gallię Regem.

Veterum Poetarum, obſcęnitate ſublata, 2. volumina, quę continent Catulli, Propertii, Horatii, Seuerini, Boetii, Ouidii, Papinii, Statii, M. Valerii Martialis, Cl. Claudiani, D. Auſonii Galli, & uariorum Poetarum Selecta Carmina. *Romæ apud Tornerium 1587.*

Victoriæ

Victoriæ Columnæ Rythmi Italicè pleni pietatis atque iudicij. A

Victorini Rhetoris Machabæi, & Hymni ad Sanctiſſimam Trinitatem.

Zachariæ Vicentini, Epiſcopi Gardienſis, Hymni noui Eccleſiaſtici à Clemente VII. Pont. Max. conceſſi, vt in Diuinis etiam poſſent eſſe vſui. Anno 1523. dicati Leoni Decimo, Pont. Max. Qui ſanè ſunt elegantes, ac pij.

Qui in Horatij Epiſtolam de arte Poesica ſcripſerunt.

Eos verò, qui de Poetica ſcripſerunt, ſuprà recenſuimus, vt hic penè alij adijciendi non ſint, niſi Interpretes quidam Poeticę Horatij, qui ſunt, quorum certè nos notitiam ſumus conſecuti.

Parrhaſius, Acro, Porphyrio, Glareanus, Iacobus Griſolus, qui conatur defendere B iocos omnes, quos Iaſon de Nores improbauerat.

M. Antonius Muretus ſuis adnotationibus, quę additæ ſunt Indici accuratiſſimo Thomę Treteri Poloni in omnia Horatij Poemata.

Iaſonis de Nores ex quotidianis Tryphonis Gabrielij ſermonibus interpretatio in Poeticam Horatij.

Vincentius Madius.

Iulianus Aurelius Leſſignienſis, qui Paraphraſim ſcripſit in primam, & ſecundam Horatij Satyram.

Io. Amatrio Nonetanus in aliquas Epiſtolas libri primi Horatij.

Italica & alijs linguis conſcripta Poemata. C

At præter eos, qui poemata integra ediderunt Italicè, qualia fuere Torquati Taſſi Hieroſolyma, quam audio ab eo fuiſſe emendatam; Triſsini Italia liberata. Giraldi Herculeides, Alamanni Auarchides, quam ita inſcripſit ab Auarico Galliæ Ciuitate
Triſſinus. Torquatus Taxus. Gyraldus. Alamannus. Ludouicus de Leon.
expugnata à Cęſare (de quibus quidem poematibus non eſt hic agendi locus) plures fuere hoc ſeculo, qui piè, eleganter, & eruditè ſcripſerunt alijs quoque linguis, prêter Latinam, & Græcam. Quales fuere Ludouicus de Leon Auguſtinianus, in fine trium librorum de nominibus Chriſti, quibus Cantica quædam, ſiue Pſalmos Hiſpanicè ad calcem vnius libri adtexuit.

Ronſardus.
Inter Gallos Petrus Ronſardus excelluit, præſertim in iis, quæ aduerſus Caluinianos Carmina, & in Hercule Chriſtiano, vt diximus, Gallicè edidit; nam quę de amatorijs ſcripſit, ea oculis, & auribus Chriſtianis ſunt indigniſsima: quippe quæ nec D Auctor ipſe, ſi viueret, tractari hominum manibus vellet.

Salluſtius Barthaſij D.
Scio autem Salluſtium quendam Barthaſij Dominum, nobilem illum quidē, Gallicis verſibus opus ſex dierum primæ hebdomadę, qua Deus condidit Mundum, deinde item ſecundam hebdomadam ediſſe: veruntamen quoniam alienus à fide Catholica fuit, ac potius hęreticos ſecutus eſt (licet Catholicos, ac viros religioſos interdum excipiebat humaniter, ac quicquid ſcribebat, id ex Theologis Catholicis ſumere conabatur) legendus non eſt, niſi permiſſu S. R. Eccleſiæ; & aliquibus quidem deletis, in quibus labi deprehenſus eſt.

Bayſius.
Inter Gallos item fuere Bayſius, & ceteri, quorum mentio etſi facta eſt ab eo, qui Gallorum Auctorum Bibliothecam contexuit, quoniam tamen hęreticos cum Catho- E
Bibliotheca Gallica Domini de la croix du Maine.
licis commiſcuit, idcirco ſuaſerim, ne quis facilè ineſcari ſe ſinat eorum lectione, niſi prius conſilium, & ductum ſecutus pij alicuius, ac perſpicacis Theologi, mox ab Epiſcopo, & Inquiſitoribus facultatem acceperit.

Inter Italos autem Diuinam redolent pietatem, & maieſtatem, quæ Italicè cecinit Victoria Columna, mulier pietate, atq; ingenio illuſtriſsima. Sed & plurium alio-
Victoria Columna.
rum ſacra extant carmina: de quibus hic non eſt agendi locus.

Ad apparatum autem rerum poeticarum, de quo diximus ſuprà capite primo: Scio tentaſſe quoſdam, qui extra Eccleſiam Catholicam ſunt, aliquid eiuſmodi. Quem tamen apparatum qui purgaret, atque ex pijs Scriptoribus, quos attigimus, pleniorem

A conflaret, operæpretium faceret. Phraſes quoque Poeticas, ſeu floſculos poeticę facundiæ in vſum puerorum verſus condere diſcentium, cum duplici indice, vno Latinorum vocabulorum, altero Gallicorum, cum libello ſententiarum Poeticarum è Græcis Latinæ factarum, emiſit M. Fondanus. Pariſiis anno 1583.

Sanè ad vtramque copiam verborum, & rerum conſequendam, etiam in ſoluta oratione præcepta quædam tradidit dilucido, ac breui carmine Andreas Fruſius è Societate noſtra. Is autem liber ſic incipit. Romæ apud Anton. Bladum 1556.

Cui ſermonis adhuc curta eſt, & ſcabra ſupellex
Si legat hæc damnum pellat vtrumque licet.
Tautologon. vel homoeolegon ſi turpe vocari;
Tædia, quæ varians gratia nulla leuet:
B *Si velut in ſalebra pudor eſt hærere loquentem,*
Ridiculum tremulis ſi reticere labris:
Si tibi grata modis oratio docta ſalutis,
Si placet Aonio carmen alacre ſono:
Si benè Scriptores libet enarrare peritos;
Vertere ſi linguis ſcripta aliena nouis:
Poſtremo ſi poſſe velis ex tempore de re
Qualibet vt riuo iuge fluente loqui.
Sermonem aut temere cœptum quandoque diſertè
Perficere, indigna ſi cupis abſque mora.
Hos tibi parta parit fœcundos Copia fœtus,
C *Nec diſcenda minus, ſi breuis eſſe voles.*
Et quæ ſequuntur.

Sed & poſtea prodiit Parnaſſus, de quò vide ſupra in verbo, Nicolaus Nemeſeius.

Macarij Mutij Camertis libellus de recta Poeſeos ratione, qui ab hinc centum circiter annos ſcripſit. Caput XXX.

Macarius Mutius Eques Camers, Lectori felicitatem.

Miratus ſum frequenter nec ſemel dolui nonnullos quibus neque ingenium, neque bonarum artium ſtudium & eruditio, neque dicendi facultas defuit ludicris narrationibus, & commentis turpibus, etiam plerunq; fabulis inanem operam impendere voluiſſe: quum ad poſteritatis commoditatem & nominis D ſui memoriam haud dubia cum laude multa ſcribere potuiſſent, quæ ad bonos mores excitarent, & ad virtutem capeſſendam, comparandamq. gloriam hortarentur. Quo in genere vt Apuleium & Lucianum viros non contemnendæ doctrinæ atque facundiæ planè accuſare non auſim, ita aſſeuerare citra iuſtam reprehenſionem poſſe videor huiuſcemodi Scriptores ſibi & poſteris commodius conſulere potuiſſe, ſi tantum ueram narrationem aggreſſi, hiſtoriam, aut ſi minus rerum geſtarum materia dabatur, aliquid ad humanæ vitę inſtitutionem, & politicę rei utilitatem ſcribere maluiſſent: Neque ignoro, neque inficior, huiuſmodi ſcripta (ſi qui ſunt qui ſcrutari velint, & interiorem ſenſum indagare) multa iu receſſu & altiora, & vtiliora quàm fronte apparant eſſe inuenturos. Maneo tamen in ſententia: quod tenuem frugem ſparſam, & E magno & confuſo aceruo abſtruſam, ad iacturam potius quam ad lucrum accedere arbitror: ſi longæ inquiſitionis labor conſideretur, & temporis iactio quę non parui ducenda eſt, habeatur. Verum ne nos auidius cuiquam, uel perrinacius inſectari videar, liberum iudicium omnibus relinquo, qui uoluerint diligentius ueritatem intueri: Abſoluant ſanè ſi libet, & omni laude cumulent: iudicium uerò meum præceps & temerarium exiſtiment; ego uel ſpontè à cauſſa cado, dixi quod ſentio, mihique perſuadeo, apud integrum iudicem non facilius illos abſolutū iri quàm pleroſq; poetas, quos clariſſima ingenia, doctrinam ſingularem, & ſcribendi elegantiam, meretriciis amoribus, & impuriſſimis ſcortorū lenocinijs maculare, & diuinę poetices dignitatem, ſanctitatem, Apuleius. Lucianus.

tem,& glotiam ad libidinem ſuam traducere ac turpiter fędare non puduit. Diſſimulant ſcilicet Clodiam,Hoſtiam,Planiam impudicas procul omni dubio ſęminas; & licentia ingeniorum nominibus alijs Lesbiam,Cinthiam, Deliam luculentis verſibus illuſtrant. A

Impurè loqui,& benè, honeſtéque viuere, lõgè diſſentiunt. Pedo. Marſus. Getulicus. Sulpitius. Feſcenini. Crotopagnion.

Equidem nunquam adduci potui vt cum illis ſentirem,qui intemperantiã, cum vitæ probitate coniungunt: ſiquidem impurè loqui,& benè honeſteq. viuere,longè diſſentiunt.illud nimitum vitium eſt:hoc autem omnem complectitur honeſtatẽ. Clamitent vt velint & obſtrepant: Sic ſcripſit Pedo,ſic Marſus,ſic Gerulicus, prurit opuſculum Sulpitii nec ſrontem caperat,ſic Feſceuini,ſic Crotopægniõ libri placent. Quid ad cauſam? habent culpę auctores,qui in eadem naui ſunt; non tamen vindicantur à culpa; friuola eſt horum defenſio quæ ſecum pugnat,à quà quũ diſceſſerint,quid amplius dicant planè non habent.Hoc igitur ſubinde inculcant, Laſciua eſt nobis pagina,vita proba.hic eſt his clypeus,hunc obiectant,hoc ſe tuentur,non tamen euadũt: B laſciua etenim pagina laſciuę vitę,non probitatis eſt argumentum. Quę probitas quęſo eorum eſſe poteſt qui veluti ſanctiores & dogmata quædam teneant libidinis? neque exiſtiment ſine Veneris pruritu,& tentigine, quæ per omnem nequitiam lumbos ſcalpat,& flagitioſo aliquo mendacio poemata placere,eòq.impudentię progreſſi ſũt, vt Deorum etiam quibus templa & aras erexerunt,& cerimonijs,diuinoque cultu paſſim uenerati ſunt,non ſine offenſione diuinitatis,quam illis tribuerunt furta, cædes,

Impietas in Dijs aſſerendis.

adulteria,& ſtupta impudentiſſimis carminibus uulgarint: Vtrunque profecto impiũ fuit,& ſceleratos homines inter Deos recipere,& apotheoſim celebrare, & receptos probroſis cumulare criminibus. Neutrum ſane tolerari decuit,ne humana ingenia in uitium prona Deis auctoribus ſcelerum impunitatem ſibi promitterent. Verum neque humani,neque diuini iuris rationem habentes,illos non modo ſceleratos,ſed imbelles quoque, & ridiculos fuiſſe non minus impiè quam impudenter palam teſtati C ſunt: legimus namque Deorum catenas, & uulnera, & alia quædam futilium uatum deliramenta,ſapientium auribus ac lectione penitus indigna, quo fit ut tolerabilior

Zoylus Orator Homeromaſtyx. Plato.

forraſſe pleriſque exiſtimetur Zoilus orator qui Homerum perinde ac fabularum ſcriptorem caſtigat,unde Homeromaſtigos appellatio nata eſt,& Plato qui poetas à ciuitate ſua eliminat,ac nominatim in Homerum inuectus eſt: illius enim exemplo & auctoritate leuiora ingenia ad confingendum concitata, ineptiſſimis erroribus legentiũ mentes implicuerunt. Vtinam intra illas ſaltem fabulas cõſtitiſſent,quæ ad illecebras ſtudiorum citra omnem turpitudinem nouitate rerum,& iucunditate narrationis gratę adhuc tenerę puerorum ętati proponuntur, in quibus ſępenumero honeſta ueritas latet,quę ad uirtutis rudimenta cum uoluptate alliciat,uel quę metu futurę pœnę uel D alicuius ſpecie monſtri atque formidine,à uitiis deterrerent, quales olim fuere larua, incubus,& gorgon,quarum nomina terroris argumenta præſeferunt, neque flagitioſa

Sacrilega de Dijs.

potius,& ſacrilega,& ipſis prorſus indigna numinibus excogitaſſent. Qnis etenim patrem hominum, atque Deorum quem appellant.

Et Dominum rerum poſita grauitate tonantis,
In faciem tauri verſum mugire per æquor,
Et precium tergi ſtuprum portare puellæ.

Aequo animo ferat? Quis Iouis optimi maximi uolantis unguibus raptum Ganimedem ad pocula, & infanda cęli facinora ſublimem ferri, & Martem cum E Venere deprehenſa ſpectante Deorum cœtu iacere turpiter non abomineiur? Vtinam iterum atque iterum huiuſmodi flagitia ab his aut nunquam excogitata, aut è medio ſublata fuiſſent: haberemus profecto ſanctum & inuiolatum Poetę nomen, quale deſideramus; & quondam habuere qui caſtis moribus myſtica cerimoniarum ſacra, & Diuinos Hymnos aut Heroum & fortium virorum geſta ad imitandum cum laude cecinerunt,nec lauream illam,quam cum Imperatorum triumphis accepere,communem fœda proſtitutę Veneris proluuie per meretricum concubitus,& puerorum ſtupra maculaſſent. Verumtamen dum praua ingenia licentius excurrunt, paucorum laſciuia,uel inſania, uel poeticè apud omnes ferè infamis irriſa atq;

explosa

A explosa iacet: & hi malorum dæmonum cibum, carmina, illi meretriculas, muſas imme
rito appellant: quando hæc hominum qui fuerint abuſi culpa ſit, non uitium faculta-
tis. An quia Arellius celebris alioqui Romæ pictor ſemper alicuius amore fœminæ fla *Arellius Pictor.*
grans, inſigni flagitio artem corrupit, quod dilectarum imagine Deas pinxit: omnis pi
ctura fuit improbanda? Aut ſi Diagoras qui à re ipſa ἄθεος dicitur: & Theodorus phi- *Diagoras.*
loſophi, Deorum naturam ſuſtulerunt, idcirco omnem philoſophiam explodemus? mi *Theodorus.*
nimè ſanè, ſed inſignem illius intemperantiam, horum prium errorem, atque ignoran-
tiam acrius taxandam exiſtimo: iniquum enim foret & nulla parte ferendum, & hanc
& illam ad uitæ dignitatem & commodum repertam, unius, aut alterius culpa exrermi
nare, quando nulla ſit ars aut facultas in qua nemo aliquando peccarit. Par ratio eſt *In Poetis cautio.*
Poetarum, apud quos tamen optima quæque deligenda ſunt quæ ſtudioſè imitemur:
B ſi quid impudicum intercidit, reſpuendum eſt, ſi mala omninò occurrant, ſtatim fugiē
da, ne cõnſuetudo obſcœnæ lectionis illecebris uoluptatis & laſciuæ narrationis titilla
tio obrepat, & in uitium incautos trahat: blanda equidem nimis eſt muſarum uis ad
utramque partem, & carminum modulatio, ſi aures pateant: facilè enim quæ uelit in
gerit ſecum, & mentem ſermonis ſuauitate occupat, & animum inuitum quoque quò
uelit inclinat, ut meritò Flexanimam dixeris. Sed quoniam laſciuientibus etiam inge- *Modulatio carminũ flexanima.*
nijs nonnulla cum laude interim ſcribuntur, quæ minimè ſunt negligenda, ubi inue-
nias, aurum (ut aiunt) è ſordibus eruendum eſt, & per ſpinarum denſitatem roſa cau *Aurum e ſordibus eruendum.*
tius decerpenda, nec magni laboris eſt; neminem fallunt: eminent namque, & veluti
lumina quædam è tenebris clarius lucent, & ipſa raritate cõmendantur. Splendeſcũt
poſt Eunum liguritorem, & Zoilum ſemiuitum Paſchales verſus Auſonij, & poſt Cē *Eunus. Zoilus.*
C tonem pia vota matutinæ precationis. Vtinam nobiliſſimum ingenium & perpetuum *Auſonius.*
ſtylum ad hæc tantum conuertiſſet. Sed neſcio quo prauo errore & impio non minus
quàm peruerſo iudicio vſu uenit, ut quæ piè ac religioſè ſcribantur, minus dignitatis
& elegantiæ pleriſque habere uideantur. Atqui apud Græcos Orpheus & Homerus
Gentilium Deorum laudes eleganter ſcripſere. Apud Romanos Faſtorum libri, qui fe *Orpheus. Homerus.*
ſtos dies & ſacra continent, eleganriſſimi habiti ſunt: Apud Hebræos (ut Hierony- *Faſtorum libri.*
mi uerbis utar) Quid Pſalterio canorius? quod in morem noſtri Flacci, & Græci Pin-
dari nunc Iambo currit: nunc Alcaico perſonat, nunc Sapphico tumet, nunc ſemipede
ingreditur. Quid Deuteronomij & Eſaiæ cantico pulchrius? Quid Salomone grauius?
Quid perfectius Iob? quæ omnia hexametris & pentametris uerſibus (ut Ioſephus & *Ioſephus.*
Origenes ſcribunt) apud ſuos compoſita decurrunt. Pudeat modo Chriſtianos, quib. *Origenes.*
D nec natura, nec eruditio defuit, pauca habere huiuſmodi, quæ aures uel mediocriter
eruditas non offendant, & à ſacrario religionis noſtræ muſas tamdiu procul exulare.
Scripſit olim Iuuencus, Sedulius, Arator, Prudentius, & Fortunatus: ſcripſere & alij *Iuuencus.*
quædam cũ laude, & religionis commendatione, ſed obſoleuit id genus camœnarũ iam *Sedulius. Arator.*
pridem, & in tenebris iacet, nemo ferè exercet, nemo excitat, ecce florent noſtra tem- *Prudentius.*
peſtate ingenia, uigent ſtudia, quotuſquiſque tamen eſt qui ad illuſtrandas ſacras li- *Fortunatus.*
teras ſtylũ accommodet? & ea in re uelit exerceri, quæ ad uerã frugem & immortali-
tatẽ cum gloria perducat? uix unus aut alter inuenitur qui eo ſtudio teneatur; malũtq.
uel futiles Eclogas plerique & paſtoralibus nugis obſtrepere; uel Epigrãmaton ſcom-
mata iaculari, uel ad gratiam componi, ridere, adulari, uel aliorum amores & propriã
plerumque inſaniã uerſib. teſtari, quàm ſacram aliquam Hiſtoriam canere, & ueram
E cœleſtium rerum diſciplinam illuſtrare. Vtinam mihi ingenium foret & doctrina par
deſiderio: quandoquidem omne ocium quod undique mihi daretur, in eo ſcribendi ge
nere libentiſſimè conſumerẽ: cuius quidem rei ampliſſimum teſtimoniũ uideri pote-
rit ꝙ ſucceſſiuis, & occupatis ẽt temporibus permiſerunt res meæ domeſticæ & prin-
cipum negocia, quibus multos annos non minus aſſiduè & diligenter, quàm fideliter
ſeruiui: minimam quãq. ſcribendi occaſionem obſeruaui, id quod epiſtolis, quæ Opu-
ſculis meis præponentur, facile declarabo; etſi carmina ipſa nimium quoque teſtan-
tur, non ex ocio & uacuo animo (ut oportebat) eſſe compoſita. in quib. nihil me tor-
quet magis quàm lima, cui nullum tempus congruum inuenio. Premuntur itaque ru-

dia apud me,quum neque elimandi & excolendi commoditas ulla ſit, neque inculta A
Parenodia. Hecatonſtichon. Poliuchus.
auſim dimittere. Excidit tamen iampridem in laudem Virginis Marię Parthenodia e-
lego ſtylo edita,& hecatonſtichon Heroico. attamen ad ferulam redibunt. Exibit ni-
hilominus propediem Poliuchus (ſic Carmen inſcribitur) quo Diuum Venantium
Camertem, cuius ſub numine & tutela iucundiſſima ac gratiſſima patria mea eſt, cele
Enchomium S.Auguſtini. Sicelis.
braui. Feſtinat ex eadem officina ἐγκώμιον S.Sebaſtiani: & Sicelis quæ B. Luciam
Virginem Syracuſanam elegis complexa eſt. & breuis quædam conqueſtio de Chri-
ſto crucifixo, quę omnia in unum corpus coaleſcent, & tempeſtiuè in publicum egre
Triumphus Christi.
dientur. Nunc uerò triumphus Chriſti ſeparatim properat in lucem,partum flagitan B
tibus amicis,abortiuum dabo: Vrget etenim me hinc multorum flagitatio, hinc occu
patio,quę mutare non ſinit: malo tamen acerbum fœtum eniti quàm nullum. Explo
rabit igitur uadum: ſi fidum inueniet, ut neque fluctibus inuidię obrui, neque obtre-
ctationum ſcopulis allidi contingat, ducet in medium ſocios libellos, in quibus mira
ri oportet neminem ſi quid deſideretur. Quid enim ab homine occupatiſſimo & qui
ſtudia literarum iampridem poſthabuerit, amplius expectant,qui omnia ad trutinam
reuocant? dedi quod potui, gratiam habeant ſi uelint; ſin minus,æquo animo feram
diſſimulantium ingratitudinem, ſi Muſæ meæ non offendent,ſatis habeo,placere mul
tis minimæ curæ eſt, diſplicere non gratum. Quod ſi errorem exiſtimabunt & cul-
pam, non potuiſſe ad unguem omnia præſtare; dent ueniam quęſo & ualeant: Non
laudabunt, nihil inuiti conferant, nil poſtulo, nil extorqueo, laudabunt alij quos pij C
ſaltem animi, & religioſę mentis ſtudium delectabit. Vale.

Idem Macarius Mutius de Chriſtiana Poeſi. *Cap. XXXI.*

CVm Legatus Ariminum peterem cœpi in itinere leuandi laboris gratia me-
cum varia cogitare,quumq. ex alia re in aliam (vt fit) vaga mente tranſcur-
rerem,eo forte incidi, vt perſpicerem religionem Chriſtianam vberrimam
Religio Chriſtiana uberrimam præbet Poetis ſcribendi materiam.
præſtare materiam ad ſcribendum,etiam poetis,ſed animos magis pronos in libidinẽ
quàm ad diuinum cultum erectos à rebus ſacris abhorrere. Nam (vt cetera ſileã)quæ
carminibus poſſe illuſtrari ſumma cum dignitate & elegantia commodiſſimè vide-
Occaſio ſcribendi triumphum Chriſti carmine.
bantur,ſubijt me pulcherrima cogitatio admirandi poematis, ſi ingenium & doctrina
par materię contigiſſet: concepi etenim ſpecioſiſſimum Chriſti triumphum, in quo D
aditum ad inferos,malorum dæmonum tumultum & fugam, ſanctorum Patrum læti-
tiam,ſacra colloquia,ac reditum cum victoria narrarem,quæ ſpolia dux receperit,qui
comites fuerint ſecuti,& qua ſuperum pompa & alacritate ad patrem remearit. Tolle
bat animum ea cogitatio ac ſublimem rapiebat, & dulcedine quadam nouitatis per-
tentabat. Cępi itaque ex tempore ingenium experiri & carmen exorſus triduum quo
Ariminum perueni ex ephippijs cecini. Viderunt nonnulli qui noſtra ætate non ha-
bentur indocti (quum in patriam meam, vnde eram profectus, redirem) nouum
opuſculum, & laudarunt. Placuit mihi quoque(ne mentiar) & tamquam nouum fętũ
adamaui.mox refrigerato primo calore,quale eſſet, apparuit. Altius igitur quiddam
& uberius meditatus ſum. Animaduerti namque non unum modo, uerum etiam
tres me poſſe edere triumphos: & tribus libris ſuo quemque ordine explicare. Pri- E
Triumphus Chriſti triplex. Primus. Chriſtus abſolutam de vitiis uictoriã obtinuit. Secundus.
mus ſic mihi digerebatur,ut ſpretas mortalium diuitias,ambitum,honores, plauſum,
regna,& id genus,aliaſq, caducę huius & inanis uitę illecebras propulſatas, calcataq.
uitia omnia, & abſolutam de his uictoriam contineret, quæ mihi ita facile uiſa ſunt
pijs inuentis poſſe conſtrui,& ornari,ut ad uarietatem,quę plurimũ ſplendoris habet
& ornamenti nihil deeſſe planè uideretur. Secundus inferũ iter, fracta Erebi clauſtra,
attonitos dęmonas, ſacras conciones, uicti ducis catenas, opima uictoris ſpolia, &
mirificam tertiæ lucis gloriam,qua immortalis & omnipotens triumphator à morte
Tertius.
rediji:figuris poeticis non iniucunda ſerie complectebatur. Tertius, triumphantem
Chriſtum in Cęlum reducebat,hic mihi comitum catalogus, ſuperum pompa, & cæ-
leſtis aulæ cultus (ut humana mens capere poterat) plurimum lucis ac decoris ſubli-

A mium rerum præſtantiâ & numero pollicebatur. Hæc mihi propoſui (ſi vita ſupereſ-
ſet) & vberioris materiæ fiducia, & iuſti operis ſpe hactenus opuſculum preſſi: Verũ-
tamen quum ętas ingraueſcat, & homo bulla ſit, præcipuè ſenex (vt Varro ait) & in
dies minus ocij minuſq. virium & ſpei in reliquum vitæ, veritus ne (ſi diutius editio-
nem differam) his paucis quos genui verſibus interire, & quos concepi, non naſci cõ-
tingat, hortantibus amicis triumphum (vt obiter ex equo cecineram) qualemcunque
emittere decreui, vt alij quibus plus ocij, ingenij, ac doctrinæ ſit, admoniti eam mate-
riam non eſſe è poetis alienam prouinciam ſumerent, & fętum quem ego concepi, ip
ſi eniterentur. Præluſi igitur his, quos vtinam excitari & exhortari oratione mea poſ-
ſem vt ſacris literis ornamenta poetarum adiungerent. Quid enim prohibet? quid
retrahit? quæ difficultas? (vt diuorum nomina taceam) cur uerſus Chriſtum non
B capit? cur non æquè ſonat hoc nomen vt pleraque gentilium? equidem videre non vi
deor, quid dulcius in ſe habeat vel magis conſonum Anchiſes, Priamus, Aeneas, vel
literarum natura, uel compoſitione, ſi elementorum ſonum, & ſtructuram perpendi-
mus. Quid habet dignius quæſo Tros & Erichthonius, Aegeus, & Cecrops, quàm
Chriſtus? Quid Aiax vel Teucer elegantius delicatis auribus affert? alij iudicent.
An hoc tolerabile eſt quòd eleganter criſta verſibus inſeritur. Maro.

Homo eſt bulla.

Ornamenta Poetarũ adiungenda ſacris literis.

Nomen Chriſti uerſib. magis cõuenit, quam Gentiliũ nomina.

Criſta elegãter uerſibus inſeritur.

Tum galeam Meſapi habilem, criſtiſq; decoram,
Induit, & alibi:
Armaq; Lauſo, Donat habere humeris & vertice figere criſtas.
Papirius.
C *Albaq; puniceas interſecat infula criſtas.*
Silius.
Quatit aura comantes
Caſſidis auricoma criſtas.

Ea ſimilitudo nominum eſt, ea tum literarum tum ſyllabarum cognatio, vt ab eadẽ
ferè origine vtrunque deduci videatur, ſi ſonum, quo mouentur ſequi velint: re ta-
men diuerſa ſunt admodum hæc, & longè diſtant. Quid quòd idem Silius eodem
penè nomine Chriſtam Tudertem his verſibus celebrat: *Flumineo Libycam turbabat in
aggere pubem, Chriſta nomen erat, huic tota iuncta ferebant, Arma ſenem circa nati.* & paul
lo inferius. *Tandem cum toto cecidit grege nomen in Vmbra, clarum Chriſta diu populo.* Al-
terum tamen probant, alterum reſpuunt, cur hoc? an quia minus delectant ſacra quã
profana? Ego verò ita exiſtimo, vt quacunque ſede locetur, verſum cum dignitate
D impleat & terminet. excipient hæc quidam cum riſu, certo ſcio, & contemnent; faſti-
dit namque religioſa animus laſciuior, & quæ ad ſacra pertinent, deſpicit: nugas pro-
bat, fabulas laudat, libidine delectatur: quam ſi tollas, nihil relinquitur quod faſtidiũ
leuet: faceſſant huiuſcemodi ingenia, & (vt libet) ſuo furore agitentur: quandoqui-
dem ſine controuerſia reor fore, vt omnes qui doctrinam aliquam cum probitate & re
ligione coniunxerint, ſententiam meam probent, quòd ſi elegantiſſimum & ſacratiſſi
mum nomen, & omni honore, ac reuerentia procul omni dubio digniſſimum à fonte
ſororum (ut aiunt) auerſum exiſtimant, cur non Deum uocant? cur non tonantem? cur
non rerum opificem, patrem omnipotentem, & cęli terręq; regem appellant? malunt
profectò peruicacia quadã mortali, ac nequiſsimo hominũ Ioui hęc indere cognomẽ-
E ta, quàm ei cuius propria ſunt, & non alterius. Sed de nomine ſatis. At opera diuini
opificij numero, uarietate, & ornatu, admiratione quotidiana omnium ingenia ad ſcri
bendũ inuitant, & ad ſupremi laudem auctoris, & ſacra celebranda myſteria exhortan
tur: rara tamen de his mentio eſt, quòd poeticã facultatẽ excedere fortaſſe arbitrãtur.
Negare non auſim, eã eſſe diuinarum terũ uim, atque dignitatẽ, ut nullo ſtylo aſſequi
poſſimus: non tamen ita remotam cenſeo, ut camęnis inacceſſibilem rear. Verumenim-
uerò ſi maiora uirib. iudicantur, relinquãt (ſi libet) quę difficiliora ſunt, nec de Trinita
te, aut Chriſti corpore uerba faciant, nec eiuſmodi uelint ſcribere, & ea attingere, quę
altiſſima eruditiſſimorũ ac ſanctiſſimorũ hominum ingenia fatigarunt, etſi ad hęc quo
que Gentilitas (ſi quis accuratius monumẽta diſcutiat) ſeſe erexit, ad quæ poetę adi-

Criſta celebratur à Silio.

Cur Poeta minus celebret Chriſti Carmine.

Nomẽ Chriſti omni honore digniſſimum.

Opera Diuini opificii an Poeticam facultatem excedant.

Gentiles coluere imaginem Trinitatis.

Quid doctiores per multitudinem Deorũ intellexerint.

A Ioue omnes Dij pendebant.

tum habuere: nec dubium ſit cuiquam, Gentiles imaginem & ſimulacrum coluiſſe Trinitatis, quod ita eſſe facile oſtendam, ſi vnum prius explicem. Maiores olim, qui aliquo ingenio & doctrina pręſtiterunt, deorum multitudinem nihil aliud exiſtimaſſe, quàm diuerſas vnius & ſolius Dei poteſtates. Prætereo quæ Theodoſius in Saturnalibus ea de re copioſè & eleganter diſſeruit, qui non modo deorum numerum, ſed dearum quoque ad vnum diuinitatis numen referri oportere apertiſſimè demonſtrat. Satis mihi ſit vnum ſuperi Iouis teſtimonium ex poetica diſciplina & elegantia excerptum: ita enim in Deorum Cōſilio inducitur concionem exordiri. *Calicolæ magni*: & ſuprema huius ſententiæ maieſtate ſubiecit: *Quos noſtra poteſtas, Imperijs diuiſa facis*, qua planè teſtatus eſt, Deos omnes à ſe pendere & particulas eſſe poteſtatis ſuæ vnumq. eſſe omnium numen & ſolum (diffuſum tamen ac latè parens) diuerſa nomina ſortiri. His A

Tres Deos Gētiles præcipuè coluerunt.

itaque conſtitutis, per ſe patet, facilius eſſe tres ad vnum reduci, quàm multos: tres autem gentiles pręcipuè coluiſſe nulli obſcurum eſt: Iouem, Neptunum, & Plutonem, Saturni & Rheæ filios, quibus uulgatum eſt cęlum, maria, & inferna regna paruiſſe; & cum his omnia. Ioui fulmen triſidum: Neptuno tridentem: Plutoni tricipitem cer- B

Ternarius numerus Dijs per omnia attributus.

berum tribuere; in quibus ternarij numeri eſt ratio ſeruata: Tres namq. fratres, tria regna, tria attributa ſunt. & hęc triſariam diſpoſita: triplicem etenim cuſpidem fulmini, tres dentes fuſcinæ, tria Cerbero capita dederunt. Quo tendit huius numeri tam diligens obſeruatio? nempe vt vnus omnes, & omnia idem habeantur, & ſint, quod ipſius diuinitatis communio (omnes namq. dii habiti ſunt) & idem omnibus nomen

Iuppiter unde optimus maximus dictus.

Neptunus & Pluto uocati Ioues.

probabile reddit. Iouem enim, quem cælo regnare putauerunt, ſupremum, optimum, maxumum, vocauere: hinc trita apud antiquos oratores præfatio Iuppiter optume maxume, ſic enim ordiebantur. Neptunum verò ſecundum Iouem appellari Papinius his verbis oſtendit, *dextramq. ſecundi (quod ſupereſt) complexa Iouis*. Plutonem Stygiũ Iouem dici ſatis conſtat. Maro: *Sacra Ioui Stygio quæ rite incœpta paraui, Perficere eſt animus*. Iuppiter igitur cęli rex: Iuppiter maris arbiter: Iuppiter inferum rector eſt, om- C

Ideſt tres diſtinctas perſonas.

Trium Deorum unitas apud Gentiles reperta.

nibus ergo his locis vnum regnare, & vnum eſſe Iouem non aliud pręfefert, quàm vnum eſſe Deum ac tres (quamuis diſtinctos) vnũ atque idem habere numen, & in vnã coire poteſtatem. Vides iam trium vnitatem, de qua loquebamur apud Gentiles, quoque oſtendi. Non ſenſerunt hęc quiſpiam dicet: immò exploratiſſimum eſt, non aliter doctos viros eſſe arbitratos, quàm numerum deorum ad vnum referri & vnum eſſe: non nouerunt Patrem & Filium nec Spiritus ſancti meminerunt, fateor: ſed tanta ſimilitudo poteſt maiorum exemplo, qui hęc tetigerunt noſtrę ętatis poetas ad ſcribendum excitare. De corpore verò Chriſti, ſalutifero Chriſtianorum uiatico, quæ dicuntur, & credimus, admirationem habent ſuprà modum: non tamen adeo aliena ſunt, vt nihil prorſus ſimile apud maiores inueniatur, cur vltra fidem iudicant quidam pa- D

Gentiles cecinerunt iis ſimilia, quæ nos de corpore Chriſti credimus.

Vina uerſa in cruorem apud Virgilium.

Ioan. 6.

Panem tranſire in carnē, apud Ethnicos notum, & carmine celebratum.

Quid ſit nectar, & quæ ambroſia Chriſtianorum.

nem carnem fieri & vinum ſanguinem. Atqui Xerxes infuſum pateræ merum in ſanguinem non ſemel, ſed iterum & tertio conuerſum vidit: Sed à poetis hęc quęrimus, de quibus agitur. Legimus itaque apud Maronem, *Latices nigreſcere ſacros, Fuſaque in obſcænum ſe vertere vina cruorem*. An hoc ſomniauit eminentiſſimi ingenij ac doctrinę vir? qui nihil vnquam carminibus inſeruit, niſi ex altiſſima quadam diſciplina aut hiſtoria repetitum. Fuit profecto hoc magis apud nos celebrandum; quòd vinum non in obſcęnum ſe vertere cruorem, ſed in Chriſti ſanguinem vera piaq. religione edocemur. Panem verò tranſire in carnem adeo ne abſurdum eſt: quum in cibo quotidiano idem fieri continuè ſentiamus? Legimus adhęc quindecim libros tranſmutationum Ouidij, meras ſabulas ferè omnes, rem myſticam verò & religioſam commemorare ſuperſedimus, quòd apud alios minus celebris ſit, tamquam religionis noſtræ nihil ſit proprium & peculiare: quum tamen apud gentiles huiuſce quoque myſterij ſimilitudo non deſit: nam qui in Deos reciperentur, ad nectar & ambroſiam immortalium potum & cibum inuitabantur, cōuenit profecto cum Chriſti verbis, qui ita nos ad immortalitatem inuitat. Qui manducat hunc panem, uiuet in æternum. Proponitur E

Quænam de Chriſto canenda.

itaque nobis ſuauiſsimum & ſaluberrimum nectar Chriſti ſanguis, & ambroſia Chriſti caro, quam qui ritè guſtauerint, in ęternam vitam ad feliciſsimam beatorum immortalitatem tranſcribentur. Sed hęc tanquam nimis fortaſſe remota miſſa faciunt;

A ciunt; Chriſtum autem verum Deum & hominem, apud homines natum & educatũ
cur relinquunt? cur non laudant? ſi non ea parte qua Diuinitas fulſit, ſaltem qua ho-
minem induit, cur veriſimilia, immò veriſſima, ac dictu facillima, verſibus non tradũt?
Non ordiantur à conceptu, quoniã in eo Diuinitatis opera fuit præcipua: impoſsibile
enim putant, qui leges naturæ ſequuntur, fęminam niſi marem admiſerit, gignere
poſſe: ſuprà hominum naturam eſt, fatemur; ſed quid ita mirum eſt Deum in ſe ipſo
voluiſſe aliquid excellentius operari? Atqui Martem ex Iunone ſine uiri officio natũ
eſſe priſci vates meminerunt, Chriſtum ex Virgine integra ortum noſtri eccinisse du
rius putant, & verbum à diuina mente ſummi Patris in Virginis vterum deſcendiſſe
ſcribere non audent, quum illi Palladem ex cerebro Iouis editam carminibus præ-
dicent: adijciunt, largoq; ſatos Curetas ab imbre, & Venerem è ſanguine & ſpuma or
B tam maris, vnde aphroditem vocant, & ſexcentas ineptias. Pudet me hic inſerere quæ
de Orione fabulantur. Quid fœdius dici potuit an mirabilius; quàm infantem ſine pa
tris aut matris opera ex vrina genitum? quod & nomen refert. Inuenit nihilominus
ridiculum facinus auctores poetas qui hoc decantarent, quamuis Heſiodus Neptuni
filium ex Euryale Minois teſtaretur? ò cæcam temeritatem, & inſanam petulantiã.
narrabunt potius quidam, Iouis incunabula, ac Rheę aſtus, & Corybanthũ æra, & oc-
cultos pueri vagitus referent, vel Bromium per fulmen editum immaturo partu pa-
terno femori alligatum ad exactos menſes perueniſſe, & mille nugas, quàm Chriſti na
talem aut educationem, in quibus exponendis Virginis partus, pręuiæ ſtellæ aſpectus
Magorum ab orientis Solis finib. aducntus, & viſitatio & adorantium munera quæ in
fanti tribuerunt, fuga in Aegyptum, & alia complura non ſterilem aut iniucundã ma-
C teriam præſtarent: Quid tempus tero? potius canerent Iliæ puerperium, aut Auges
nymphæ, & ſtellam quã Æneas capta Troia viderat *Idæam claram ſe condere ſilua*. Edu-
catum Romulum cum Remo fratre ferino lacte ſub ruminali ficu, atque lupæ fuluo
nutricis tegmine lætum, clariſſima teſtantur monumenta. Chriſtum verò ad reginę
cæli pectus intemeratum ceciniſſe alienum arbitrantur pleriq; facilius exiſtimantes
feram Romuli nutricem quàm Chriſti matrem poſſe laudari. Clara eſt Achillis &
Aſcanij pueri indoles, & aliorum de quibus olim uates ſcripſerunt: at pueritiam Chri
ſti muſæ noſtræ deſpiciunt: nihil fortaſſe dignum laude aut memorabile id ætatis de
ſe præſtitit. Abſit facinus nefarium, quid dignius laude aut memorabilius dici po-
teſt quàm puerum de lege cum ſacerdotibus eruditiſſimis in templo diſputaſſe? minus
hoc fidei habebit quoniam præceptorem habuiſſe non legerint: legunt tamen & ce-
D lebrant in Parnaſſo neſcio quem ſomnio repente poeticam hauſiſſe. Chriſti diſcipli-
nam quòd Doctoris ferulam non tulit, non recipient. Laborioſum eſſet omnia perſe-
qui, & conferre quę ad rem ſpectant, & paſſim inueniuntur. Tagum Silius in Cruce
deplorat: pendentem Chriſtum pro hominum ſalute noſtri diſſimulant. Scripſi ego
breuem quandam conqueſtionem, quam inter alia hieraſtica mea edam. Scripſerunt
illa gentiles: nemo ibit inficias, cur noſtri ſimilitudine rerũ ducti Chriſti acta ſcriben
da eſſe non cenſent? cur nõ ueternum excutiunt? & ad hæc quæ diximus excitati nõ
conuertuntur? Sparſa fortaſſe exempla minus mouent: Deſcenſus ad inferos nonne
ingem, perpetuã, & ferè peculiarem poetarum materiam habere videtur? habet equi-
dem: Duxit Homerus Carmine Vlyſſem ad inferos: Duxit Maro Æneam: Deſcen-
dit Hercules: Deſcendit Orpheus, trita eſt hæc orbita poetarum. Quid inde fabu-
E lantur eſſe relatum? ab Vlyſſe & Aenea nihil, præter umbrarum colloquia: vxorem
Euridicen Orpheus non vendicauit: Hercules tricipitem cerberũ eduxit ad ſuperos,
ſi credere dignum, admittamus ſanè. Quid ea de re beneficii eſt humano generi alla-
tum? palluit Sol, territus eſt orbis: aconitum in noſtram perniciem è ſpuma Stygii
canis ortum veneficiis acceſſit: At ſatius erat in tartareo barathro occulere, quàm ad
terrorem hominum cælo oſtentare. Hęc priſcis vatibus decantata ſunt. Cur poetæ
Chriſtiani Chriſti iter ad inferos, victoriam & ſpolia illa ſanctiſſima non canunt?
non belluam hic trifaucem eduxit, ſed patres illos ampliſſimos antiquæ legis ab vm-
bris Erebi liberauit: hęc ſunt opima triumphantis ducis ſpolia, hæc plena eſt victo-
ria, ſine qua nihil Adã pœnitentia & ſudore vultus, nil victimis & innocentia Abel,

In Chriſti cõceptu Diuinitatis opera fuit præcipua.

Conceptui Chriſti, quæ apud Gentiles ſimilia.

Pallas ex cerebro Iouis edita.

Venus cur Aphrodite dicta.

Orion ex urina genitus.

Quantũ ſuppeditet poetis materiam Chriſti natalis.

Pueritia Chriſti admirabilis.

Hieraſtica.

Qui finguntur à poetis deſcendiſſe ad inferos, nihil inde ſe tulerunt.

Chriſti iter ad inferos q̃ fuerit glorioſum.

nil obedientia Abraam, continentia Loth, Iob patientia, Dauid Pſalmis, & ſanctitate Moyſes profeciſſent. Omnia denique opera & labores caſſi irritique fuiſſent, niſi Chriſtus de morte triumphaſſet. Quid enim miracula Eliæ, aut Heliſæi, aliorumque patrum admiranda facinora momenti habuiſſent, niſi eos Chriſtus victor à longo carcere & tetro vindicaſſet? Quid Solis obedientia Ioſue? ſomniorum interpretatio Danieli? Machabæis fortitudo profuiſſet? niſi horū geſta Chriſtus reſurgendo confirmaſſet? Sed quo feror tandem? Quid pergo moleſtus eſſe? Quid plura ingratis auribus ingero eorum qui ſanam doctrinam non ſuſtinent? Iam carmina ipſa teſtentur, an poſſit Chriſtus uerſibus celebrari. Vale.

Niſi Chriſtus de morte triumphaſſet, omnes labores irriti fuiſſent.

Macarij Mutij de triumpho CHRISTI. Cap. XXXII.

INfernos aditus, & fracti clauſtra profundi
Aetheria pulſata manu, ſpoliataq; caci
Antra dacis canimus, Chriſti pia muſa triumphum
Incipe, ſiderei dicam ſpectacula regni.
Deſcenſus Chriſti ad inferos.
Chriſtus ut immenſa deſcēdit luce ſub umbras
Horrentes, mortiſq; domos & regna ſilentum,
Inuaſitq; Erebo clauſos trepidante receſſus,
Horruit immanis perculſi ianitor Orci,
Impulſæq; procul diſiecto cardine Ditis
Procubuere fores, timuit pallentis Auerni
Regia, nigrarumq; cohors turbata ſororum
Occuluit pauidis horrentia monſtra ceraſtis
Adueniente Deo, tremuerunt ſceptra recluſa
Noctis, & attonitis dextra cecidere tyranni
Protinus, atq; imas barathri petiere latebras,
Confuſumq; Chaos, ſecretaq; Tartara manes.
Ille ſerenata per aperta ſilentia fronte
Ingreſſus, nigram nubem, noctemq; fugabat
Ante oculos furui pulſa caligine mundi.
Sternebant ſeſe, paſſimq; æquata iacebant
Obuia, tum nouies Stygys circumflua campis
Ceſſit nigra palus regi, lacrymaſq; remiſit
Et triſtes Cocytus aquas, curſumq; negauit.
Vt ſtetit in medio cœtu caſtoq; piorum
Concilio, inferna quos olim ſede repoſtos
Expectata ſalus ſperando læta fouebat:
Ore diu patribus ſanctis optata reſoluit
Talibus, & lentis vacuauit pectora curis.
Cōcio Chriſti ad Patres in Lymbo manentes.
Affulſit promiſſa dies; delapſus ab alto
Sum Deus; humana tandē ſub imagine corpus
Mortaleſq; uices ſubij; nam frigora & æſtus
(Vt natura dabat) coniuncto numine ſenſi.
Factus homo, ſauamq; tuli per vulnera mortē.
Vitæ auctor, digitis etiam explorare licebit
Ingentem lateris plagam, manibuſq; refixos
Et pedibus clauos foſſis, dum corpus operto
Accipiam rurſus tumulo, primuſq; reſurgam
Impatiens iterum leti, redimenda, redempta
Morte mea, vita eſt hominum, ſic myſtica ſoluo
Dicta patres, varias olim complexa figuras
Nexibus ambiguis, quæ cōſummāda ſuperſunt
Protinus abſoluā, nunc veſtra ergaſtula ſunto
Libera, damnatis calcata ſuperbia triſtis
Submiſſa ceruice gemat, rebuſq; ſecundis
Inuidia infelix aliorum ſorte benigna
Septē uitia capitalia.
Præcipue veſtri doleat, rabieq; cruentas
Ira premat fauces, ignaua per ocia vitam
Torpor iners damnet, nimiūq; inſana cupido,
Congeſtiq; fames auri, turpiſq; voluptas
Infandæ veneris, Ventris quoque laxa vorago,
Aeternum cæcis tenebrarum linquitur antris.
Vos alacres mecum ſupera ad conuexa triūphū
Ducite fœlices animæ, ſuper alta redactam
Sidera, Stelliferoſq; axes, vbi regna beatos
Nullo fine manent, patris dabo cernere vultus
Quos refero, æthereæ conceſſa in luce quiete.
Hæc inter lætas animas immēſa ferebant
Gaudium Patrum in Lymbo.
Gaudia, letitiam radiantis gratia frontis
Spargebat, Stygys diuorum gloria regnis
Spectatur præſente Deo, gaudentq; vicißim
Atque ſilent, nudos tandem renouata plauſus,
Orantis poſtquam diuina ſilentia fandi
Conceſſere vices, grato pia murmure turba
Reſpōſio Patrū ad Chriſtum.
Cæpit, & innumeris audita eſt vocibus vna.
Veniſti à ſuperum celſa regnator ab arce
In tenebras, noſtrumq; Chaos viſurus adiſti
Squallentes ſine luce domos, & nigra profundi
Regna ſoli, merſis Erebi ſub carcere tandem
Expectatus ades; nec ſpes fruſtratur, inanis
Ora ducis ſpectare licet, qui victor Auerni
Humaniq; ſalus generis, iam noſtra relaxans
Vincula, & obſcura damnatas nocte latebras.
Te duce Tænareis fugimus loca teſta cauernis
Horrendaſque vmbras, abſtruſaq; linquimus antra.
O pietas, unde hoc potuit mortale mereri
Aut ſperare genus? regē deſcendere ab aſtris,
Induat ut ſerui formam, pœnaſq; nocentum
Ipſe luat, vitamq; reis ut ſponte rependat
Morte ſua, quod enim ſalui traxiſſet ab alto?
Immortalis eras, ſed mortis damna ſubire
Suaſit amor, flexit pietas, clementia culpam
Diluit, ut ſuperas tecum redeamus in oras.

Duc

Duc age (te ſequimur, tibi fas, te gloria ſolum
Tanta manet) uiſtum ſeparata morte triumphum.
Chriſtus educit Patres è Lymbo. Talibus intentis croceo Tithania peplo
Aurea ſurgebat, roſei lux tertia mundi
Lutea puniceis ſparſit confinia flammis
Extemplo ſublimis abit, circaq; frequentes
Obſeſſam tenebris ſedem, noctemq; relinquunt
Inſignes animæ, proceres, uulguſque beatum
Et notas repetunt auras, terraſq; reuiſunt.
Hic poſtquam manifeſta fides dubitantia ſoluit
Corda metu, charaque ſimul genitricis amorem
Implenit, monuitq; ſuos, mundoq; reſurgens
Certa triumphato patefecit numina leto,
Ad Patrē, ſuperumq́; choros remeauit in aſtra.
Gratior haud unquam cælo, nec lætior alto
Vlla dies orta eſt, tanta nec luce ſereni
Arriſere poli, nitido nec purior orbe
Flammiferos Titan radianti gurgite currus
Extulit, & claro ſpectauit ab æthere terras.
Quo rapis inualidas præceps audacia vires
Quo ſummi ſecreta Dei ſpectacula cantu
Ordiar? & diuum cæleſtes ordine pompas
Exequar? aut tantos capiã qua mēte paratus?
Tu quæcunque voles alti monumēta triumphi
Qui nigris remeans duxiſti victor ab umbris
Pande mihi, quantum ipſe dabis mihi dicere fas eſt.
Aſcenſio Chriſti. Scandebat niuea ſuſpenſus nube ſerenum
Aera libratis cali per inania plantis
Chriſtus, & ætherij repetens faſtigia regni
Sidereum relegebat iter, dextraq́; ſalutis
Signa ferens, ſanctas ducebat in ardua turmas
Expectante polo, fulgebant vertice ſacro
Regis adorati vultus, unde omnia circum
Splendebant radijs, oculos quocunque ferebat
Spectatus grata ridebat lampade mundus.
Catalogus Patrum ex lymbo eductorum. Ponè ſequebantur comites examine longo
Sublimes animæ, primo commiſſa parenti
Prima phalanx, priſcumq́; genus, cui clara propago
Adam. Abel. Hærebat, paſtor primus qui munera grato
Sacra Deo, primos lætis à matribus agnos
Obtulit, & primus crudelia vulnera ſenſit,
Germaniq́; manus, violentaq; funera cadis
Seth. Inuidia ſuadente nefas. prope frater ademit
Qui luctum, mortiſq; tulit ſolatia mæſto
Filii Seth. Patre ſatus, proleſque auo documenta ſequenti
Quæ ſcripſit geminis cælum ſcrutata columnis.
Et gens priſca ſimul, ſeptē quæ in ſæcula uixit
Caſta Dei ſoboles ſuperis intenta, nec ullas
Illa hominum cupijt natas, auramve ſecuta eſt.
Hinc qui diluuio terris vndante capaci
Puppe nouos circum fluctus deſpexit & æquor Noe.
Inſolitum, uiduo ſeruans animalia mundo.
Et pater & ſtructa ſedit qui filius ara Abraam.
Mactandus gladiū ſpectans, dextrāq; parentis Iſaac.
Iuſſu parās dum ſacra ſenex, patriāq; nefando
Crimine damnatum, diuinaq; ſulfura & ignes Loth.
Ardenteſq; videre domos, pollutaq; tecta
Qui ſpreuit, retro flexit quæ lumina coniunx
In ſtatuam mutata ſalis, tum uictus amore
Inuicto iuuenis bis ſeptem qui tulit annos Iacob.
Seruitium, primas flāmas, pactoſq; hymeneos
Suſpirans, iuxta natus cui læta iacenti Ioſeph.
Viſa iubar placido ſummittere ſidera ſomno,
Fraternoſq; ſuo ſtratos ſub mergite culmos
Vidit adorantes magnarum ſymbola rerum.
Et fratrum fœcunda cohors, numeroſaq; pubes,
Et clarus patrui ſanguis, cui fuſa per orbem
Immenſum latis reſonat patientia terris. Iob.
Lectã manus patrū, quos inter maximus alti
Præcipuo ſplendore micans dux agminis ibat.
Accepit rutilo fumantis vertice montis
Æterni qui iuſſa Dei, magnuſq; ſacerdos Moyſes.
Inſcriptas humero gēmas, tunicāq; hyacintho Aaron.
Intextam roſeo, quam circum mala rubebant
Punica, qui primus radiantibus induit oris
Conſpicuo fulgens oſtro, byſſoq; decorus
Dum litat, & flauo lymbus circumſonat auro.
Monſtratiq; hæres ſacri, cultuſq; paterni, Eleazar.
Et volucres Phœbi potuit qui ſiſtere currus, Ioſue.
Produxitq; diem uictor. quique ora gigantis
Accinctus funda fregit, cytharaq; canoros Dauid.
Arguta cecinit modulato carmine pſalmos.
Et qui diuiſas ſicco pede tranſijt vndas
Fluminis, hoſpitio gratus dum præmia natum Heliſeus.
Dat ſterili, & functum uita dū ſuſcitat orbæ.
Quēq. utero exceptū cetus vectare per vndas
Æquoreas valuit, tutumq. exponere terris. Ionas.
Atq; oculis captus tenebris quē ſparſit hirūdo, Tobias.
Nec prius aſpexit luſtrari lampade cælum
Oblita quàm natus ſeruato lumina piſcis
Felle ducis monitu abſterſit, tū flebile threnos
Qui ſcripſit querulos numeris, quiq; ora leonū Hieremias.
Sæua lacu medio ſecuris mulſit & vngues, Daniel.
Et qui mulcenti portauit prandia raptus Abacuc.
Vertice per vacuum, ſimul & fornace profunda Tres puer.
Impia qui tumidi riſere incendia regis. Eſdras.
Quique memor leges Chaldæis ignibus uſtas
Reddidit, & ſeptem fortiſſima pectora fratres
Qui lingua & manibus ſcelerato vulnere caſis Machabæi.
Subiectus paſſi flammas ſartagine clauſi.
Mille alijs claris geſtis, acieſque ſubibant
Quæq. ſuū comitata ducē, mille agmina paſſim
Cernere erat varioſq; globos, quos altius honore
Præſtabat, regum natam qui ſanguine priſco Pater Virginis.

Reginam

Reginam cælo genuit, matremq; tonanti,
Io. Bapt.
Et modo Iordanis dominũ qui lauerat undis,
Latro.
Quiq; crucẽ merito paſſus dextraq; pependit,
Tantum extrema fides, ſummiq; modeſtia uoti
Præſtitit, aſſertis ſurgebat in æthera Diuis,
Ordine quiſque ſuo, quos ingens turba uolucrũ
Innocentes.
Infantum dulces animæ nunc ore decoro
Et riſu ambibant, nunc oblectamine uocum
Certantes blandis implebant cantibus aures.
Hi ſunt quos Veneris non attigit ulla voluptas,
Nec macula infecit teneros, nã vulnere acerbo
Inſontes primo liquerunt limine vitam.
Tunc hilaris cælum ſcandens manus aſtra ſubibat
Candida ſupremi decus & pars magna triumphi.
Nec pia fœmineo ceſſabat gloria ſexu,
Prima parens alias acies, ac ſigna regebat
Eua.
Atque alios amiſſa choros in regna uocabat
Morte recepta ducis, matrum ſpectabilis ordo
Hanc natæ, caſtæq; nurus, nepteſq; ſecutæ,
Quæque diu ſterilis fœcundam ſponte mariti
Sara.
Connubio famulam iunxit, ſobolemque, benigno
Illius amplexu fouit, ſua gaudia partus
Attulit, & nato arriſit deſpecta ſenectus.
Et quæ ſopiti lectum ſubiere parentis
Filiæ Lot.
Et fratres peperere ſibi, ne ſtirpe carerent.
Hic amor in Venerẽ duxit non fœda voluptas
Humanum reparare genus, ſolumque putantes
Orbe patrem toto mundi ſupereſſe fauillis.
Rebecca:
Tu mater gemini ſenſit quæ prælia fœtus
Dũ properat, naſciq; prior dũ pugnat vterque,
Hic manibus retrahitque pedes, hic calce repellit.
Lia.
Et quæ coniugium furtim thalamoſque ſororis
Rachel.
Præripuit, ſeptemque alios deduxit in annos
Vtraque chara Deo, communis ferre mariti
Alternas contenta vices tãtum æmula partus.
Delbora.
Quæq; ſub vmbroſo reſpondit tegmine palmæ
Et Solymos octo rexit iuſtiſſima luſtris
Conſilio, longam peperit poſt bella quietem.
Suſanna.
Et quæ iudicium ſaluo intemerata pudore
Pertulit, & falſo conuicit crimine teſtes.
Iudith.
Aſſyrijs & quæ uoluit ſe credere caſtris
Aeternum meditata decus, caſique cruore
Aſperſit viduas animoſo vulnere palmas
Hoſtis & obſeſſæ victrix caput intulit vrbi.
Heſter.
Huic regina comes patruũ formoſa gementem
Et populum tutata ſuum, ſine nomine circum
Turba frequens læta, diuas complexa corona.
At geminæ claras inter duo lumina matres
Tendebant greſſus liquida regione uolucres
Anna mater Virg.
Altera quæ dominam cæli terræque potentem
Eliſabeth.
Aediderat, felix ſero tamen altera fœtu
Qui regis præcurſor iter monſtrauit, & illo
Fœmineo maior partu non attigit auras.
Innumeræque aliæ caſtis quæ millibus ibant
Admixtæ, & vario concordes ore canebant,
Quis turbam variosq. duces, populique beati
Signa canat? dẽſaſq; acies? quisve inclyta dicet
Nomina ſidereï ſcandentis ſumma triumphi?
Scindebant puras auras, puroq. volabant
Orbe viri; matreſq. ſimul caſtæq. puellæ
Annoſiq. ſenes, pueriq. & læta iuuentus
Prophetæ.
Præcipuè vates experti vera, fidemq.
Doctorum pulchro ſubeuntes agmine pompæ
Sacra manus dilecta Deo, quæ numine vero
Afflata, & ſancti ſtimulis agitata caloris
Euentus rerum, cæliq; arcana recluſit.
Vna omnes dulci mulcentes ſidera cantu
Aetherias arces, promiſſaq. regna petebant.
Interea læto diuorum ianua cælo
Ardua laxabat ſuperni tecta parentis
Cælicolumq. domos placidas, claroſq. penates.
Aurea perpetuis ſuperum laquearia flammis
Triumphus Chriſti, quo fuit ab Angelis exceptus.
Ardebant, ſacriq; thori ſedeſq; tonantis
Stellataq; fores accenſa per atria lucem
Spargebant nitidis ignem miſcentibus aſtris.
Regia ſublimi pompa luxuq; beato
Obuia prodibat, cæliq; exercitus omnis.
Summæ Poteſtates ducebant agmina, & altæ
Virtutes, celſiq; Throni, tum claſſica ſancto
Ore procul clangore pio pia ſigna canebant,
Victoris vexilla Dei, lectaſq; cohortes
In ſuperum cœtus longo teſtantia cantu.
At circum propiore ſono recinente citatis
Ad citharam leuibus digitis, plectroq; volanti
Innumera certante lyra diſcrimina mille,
Mille fides ictis vario modulamine chordis,
Et totidem ſurgens ad ſacras barbitus odas
Aedebat, dupliceſq; manus agitantia naula,
Cymbalaque & pulſis reſonabat bractbea palmis,
Tinnitus tremula criſpãs ad carmina dextra.
Nec minus obliquas iungebat conſona voces
Plurima compactis reſpondens tibia cannis,
Et ſiſtra, & grato crepitantia tympana bombo,
Sambuca, & molles numeri, quos tẽperat unda
Hydraulis, cæleſte melos referente monaulo:
Diuinos iunxere modos, rhythmoſq; ſonantes
Acta Dei, tales modulans ſymphonia cantus
Læta triũphantes reuocabat in æthera Diuos.
Vt valuas tetigere poli, exultantia clauſtra
Intrantem ſenſere ducem, micuere benignis
Ignibus, & dulci tonitrus crepuere ſereno.
Accepit lux alma pios, fouitq; beati
Aura loci, incedunt pariter, ſpeciemq; tuentur
Aeterni, ſummiq; boni, domus alta nitebat

Diuino

A *Diuino fulgore, acies dum templa ſubirent*
Celſa poli, mediaſq; uias ſuper aſtra tenerent.
Ventum erat ad cæli ſolium, mūdiq; tribunal
Quo ſumma æterni fulgebant ora parentis.
Tum verò auditæ voces, & carmina ſacris
Dicta choris, laudes & fortia geſta triumphi
Tollebat gauiſa manus, grateſq. canebat
Ante pedes affuſa ducis, uultuq; ſereno
Intentos oculos, menteſq; æterna uoluptas
Paſcebat, geminata pio tum gaudia plauſu
Lætitiaq; ſuis explebant pectora votis.
B *Ipſe triumphator magno cum patre ſedebat*
Sublimis, dextram ſedem, ſceptrumq; tenebat
Maieſtate pari, vnde æqua ditione gubernat
Omnia, ſola, eademq; tribus ſociata poteſtas.
Quæ facies, quæve ora Dei, quis cultus Olympo,
Quo te pater natum vultu, amplexuq; recepit
Dicere mortali vetitum, nec ſcire volenti
Plura datur, ſuperantq; meas cæleſtia vires.
Sed cum ſumma dies aderit, cū noſtra redibūt
Corpora poſt obitus, vbi flāma vindice mundus
Arſerit, æthereos vultus, habituſq; licebit
Cernere, quum denſa iudex in valle ſedebit
Aeternus iuſta decernens vltima lance.
O, vtinam dextra liceat ſediſſe tonantis
Electos inter cuneos, adeſq; beatas
Scandere, & extremo ſaltem remeare triumpho.

Quomodo à Patre fuerit exceptus in cælo.

Pictura ſimilis Poeſi, eius finis. Præſidia vnde. Cap. XXXIII.

QVæ Poeticæ, eadem Picturæ conueniunt monita & leges; at huic tanto magis, quanto verius eſt, quod dixit Horatius.

Poeticæ & Picturæ eædem leges.

Segnius irritant animos demiſſa per aurem,
Quam quæ ſunt oculis ſubiecta fidelibus, & quæ
Ipſe ſibi tradet ſpectator.

C Porrò imitatrix Poetica, imitatrix & Pictura. & vt calamus penicilli, ſic penicillus calami æmulus, vt utrique inuicem ſibi ſuorum laborum commodent vſum.

Vt pictura (inquit idem Horatius) *Poeſis erit, quæ ſi propius ſtes.*
Te capiet magis; & quædam, ſi longius abſtes,

Duos certè Homeri verſus Euphranori ad pingendum Iouem, Phidiæ ad ſculpendum præbuiſſe archetypon conſtat.

Finis item vtrique idem, qui duplex, Vtilitas, & Iucunditas.

Picturæ finis.

Scientiæ autem, ac propemodum omnium notitia rerum utrique neceſſariæ: vt quemadmodum quadruplicem ex Platone Poeſim fecimus, Diuinam, Naturalem, Moralem, Fabuloſam: ſic de pictura dicendum ſit, ampliſſimo enim ambitu vnaquæque earum ſeſe diffundit, ut etiam, quæ nunquam fuerint, attentent, ac illa Carmine, D hæc coloribus, vel ſculptura, ceteriſq; eiuſmodi exprimere audeat.

Pictura qua duplex.

Proinde & bonos Poetas, & bonos pictores miracula quædam eſſe Naturæ, quæ potius naſcantur, quam fiant, eoſdemque eodem à Græcis nomine vocatos dicunt. *Γράφειν* enim ad quem Graphidis pertinet facultas, & deſcriptionem & delineationem, ſiue linearum inductionem deſignat, vt Græci eandem voluerint eſſe vocem Pictoribus, quæ cum omnibus generis ſcriptoribus communis fuit.

Boni Poetæ & Pictores, quædam miracula naturæ ſunt.

Ab Arithmetica tamen, ac Geometria, quin & ab Optica magnas accipit Pictura commoditates, à Geometria regulam, circinum, lineas, proportiones, ac ſi qua huiuſmodi ſunt alia, quibus ſymmetriam ſtatuat. Nā & Parrhaſius antiquus Pictor Epheſi natus, magnam conſecutus eſt laudem quod primus Symmetriam picturæ dederit, primus argutias uultus, elegantiam capilli, venuſtatem oris, confeſſione artificum E (ut inquit Plinius) in lineis extremis palmam adeptus. Hæc enim in pictura ſumma ſubtilitas; corpora enim pingere, & media rerum, eſt quidem magni operis, ſed in quo multi gloriam tulerint: extrema corporum facere, & deſinētis picturæ modum includere, rarum in ſucceſſu artis inuenitur. Ambire enim debet ſe extremitas ipſa, & ſic deſinere, ut promittat alia poſt ſe, oſtendatq. etiam quæ occultat.

Pictura magnas à Geometria accipit utilitates.

Parrhaſius pictor Symmetriam picturæ dedit.

Quid in pictura difficillimum.

At & Eupompus, quoniam omnibus literis fuerat eruditus (præcipuè Arithmeticæ & Geometriæ) ſummus in hac arte eua ſit, ac ſine ijs eam perfici non poſſe oſtendit; is autem fuit qui Picturam antea bipartitam in duo genera Helladicum & Aſiaticum, diuiſit in tria, Ionicum, Sicyonium, Atticum.

Pictura ſine Arithmetica & Geometria, imperfecta eſt.

Sanè verò, cum Pictura vtatur optica ratiocinatione, manu, atque coloribus, ab

optica

Optica rationes ſumit, quibus conſideret, quomodo quæ longius abſunt minora appareant, quę ſupra caput picti, quę infra, minoraque ſupra, diſtantia: ſublata in altum quę infra oculum & quadrata; quomodo aciem oculorum fallant; vmbras verò, receſſus, lucem, radios perpendit. A

Graphidis neceſſitas.

Quoniam verò Pictura vtitur manu, factum eſt, ut qui celebres in hac arte fuerunt, neceſſitatem graphidis conſiderantes, quam optimè, & quidem pueros tantum ingenuos, diagraphicen in buxo edocerent; perpetuo enim interdicto fuerat cautū, ne tantam artem ſeruitia docerentur.

Philoſophia Moralis pictori neceſſaria.

Ex omni autem philoſophia, ſed pręcipuè ex morali, pręſidium Pictori acceſſendum eſt, cum animum pingere, ac ſenſus omnes exprimere, & perturbationes, atque alias animi affectiones ſummam Picturę concilier laudem. Nam hunc varium, iracundum, iuſtum, inconſtantem, eundem execrabilem, clementem, dulcem, miſericordē, B excelſum, glorioſum, humilem, ferocem, fugacem non niſi ingenij eſt, quodque id conſequi poſsit, de quo ait Horat.

Omne tulit punctum, qui miſcuit utile dulci,

Ex Anatome quoque, atque è libris Galeni, quibus agit de vſu partium corporis, miras vtilitates Pictura capit: ſed inprimis ex hiſtoria, cùm & in Pictura Apelles vir tantus verum eſſe, non uoriſimile uellet.

Rationem denique colores inducendi qui pernecessariam eſſe dicunt, ij optimè conſulunt. Qua in re vt in ceteris, cum non defuerint qui præcepta tradiderunt, eorum quidem aliquot indicabimus, ut ad id quod præcipuum in Pictura eſt, quodque vix aliqui attigerunt, Deo adſpirante, veniamus.

C

Quinam pingendi præcepta tradiderunt Antiqui & Recentes. Cap. XXXIIII.

Plato in Phædro. & lib. 10. de Repub. Ariſt. lib. 2. de gen. c. 3.

PLato & Ariſtoteles cum naturę opificia cum Pictura conferrent, hęc quid imitari debeat, ſatis edocuere: Omnia (inquit Ariſtoteles) delineamentis primum deſcribuntur, deinde colores recipiunt, & mollitiem, & duritiem, quaſi pictoris officio natura eum condit & creat.

Vitruuius lib. 7. & lib. 3. c. 1.

Vitruuius commendat Graphidem Architecto neceſſariam: dum de venuſtate operum, & ædificiorum, atque alibi de proportionibus agit.

Plin. lib 35. Pictura quomodo inuenta.

Plinius toto penè lib. 35. hoc ipſum alia ratione eſt perſecutus, nam cum Picturam primum inuentam tradidiſſet hominis umbra circumducta; deinde oſtendiſſet umbram fuiſſe coloribus inductam, ac poſtmodum linearum ſine coloribus, addidit, om- D nes qui uolunt eminentias videri, candicantia faciunt, coloreq; condiunt nigro, magna prorſus in æquo extantia oſtendentes, & in confracto ſolida omnia. Demum egit honos qui, & nobilitas, artisque conſummatio, atque abſolutio ad eandem Picturā acceſſit: ac copioſè recenſuit quinam inſignes tum Romæ, tum in Græcia fuiſſent artifices, quin & eorum etiam tabulas, quibuſve in locis poſitæ, ac quanti vęniſſent; expoſuit. Intereà verò monita, leges, & inuenta Picturę adtexuit. Quales illæ. Ar-

Cap. 2. Cap. 5. 6. & 7.

Obliquarū imaginum inuentio.

Cap 8. Cap. 11. Olymp. 90.

Polignotus pictor quænam picturæ contulerit.

Olymp. 93. Olymp. 94. anno 4.

tes deſidia perditas fuiſſe. Coloribus, ac antea monochromato vſos fuiſſe veteres: Inueſtitæ Pictura porticus. Cleonem verò inueniſſe catagrapha, hoc eſt obliquas imagines, & uariarum formarum vultus reſpicientes, ſuſpicientes, deſpicientes: eundem membra diſtinxiſſe, veras protuliſſe, & in veſte rugas, & ſinus adhibuiſſe. Polignotum Thaſium mulieris lucidam veſtem pinxiſſe; capita mitris verſicoloribus operuiſ- E ſe; plurimum Picturę contuliſſe: ſiquidem Inſtituit os adaperire, dentes oſtendere; uultum ab antiquo variare. Apollodorum Athenienſem poſt illum ſpecies exprimere inſtituiſſe, primumque gloriam penicillo iure contuliſſe; neque ante eum tabulam vllius oſtendi quæ teneat oculos: ab hoc artis fores apertas Zeuxim Heracleotem intraſſe, virum diligentia maxima. Extitiſſe verò multa graphidis Parrhaſij veſtigia in tabulis, ac membranis, ex quibus proficere dicebantur artifices.

Modeſtia pictorē decet.

Notat item Plinius ſecundum quendam artificem; ſed quo nemo inſolentius, & arrogantius ſit uſus gloria artis; ea occaſione monens, quantopere artificem quemque eximium deceat modeſtia, prudentiam autem eius narrat qui patris vultum ce-

lauerit,

A lauerit, quem dignum non poterat oſtendere. In arte Apellis pręcipuè venuſtatem,
inquit fuiſſe, qui propterea diceret alijs pictoribus Venerem illam deeſſe, quam in ſe
agnoſcerent: ceſſiſſe tamen Amphioni de diſpoſitione, Aſclepiodoro de menſuris,
hoc eſt quanto quid à quo diſtare uidebatur, petere officium. Abſoluta opera ita ſoli-
tum fuiſſe tenui atramento illinere, ut idipſum repercuſſum claritates oculorum exci
taret, cuſtodiret autem à puluere, & ſordibus, ad manum demum intuenti appare-
ret: ratione uidelicet magna, ne colorum varietas oculorum oſtenderet aciem, veluti
per lapidem ſpecularem intuentibus è longinquo: & ea res nimis floridis coloribus
auſteritatem oculis daret. Quin & memorat Plinius picturę conſueuiſſe quater colo-
rem inducere ſubſidio iniuriæ, & vetuſtatis, vt decedente ſuperiore, inferior ſuccede-
ret, & ars ipſa (inquit) minui non poſſet, & uideretur junior, ac longius à ueritate di-
B ſcedere: itaque innatum arti fuiſſe quod intelligeretur. Porrò nec alium fuiſse ea in
arte uełociorem, & eius tabulas nullis poſtferendas: quin & eius breuitatem diſcipu
lum illius ſecutum, breuiores etiam quaſdam uias, & compendiarias inueniſſe, cui
nempe cothurnus eſſet, & grauitas artis. Ceterum, quod paruis gloriaretur tabellis
Turpilius Eques Romanus Pictor, eam rem Plinius fuiſſe ait in riſu, & contumelia.
Sanè verò, vel eiuſdem initio libri indolet picturam in totum marmoribus fuiſſe pul-
ſam; iam quidem & auro, non modo ut parietes tot operirentur, verum & interraſo
marmore vermiculatis ad effigies rerum & animalium cruſtis lapides pingerentur:
paleſtras athletarum imaginibus & ceromata exornarent: Vultus Epicuri per cubi-
cula geſtarent, ac circumferrent ſecum: natali eius vigeſima Luna ſacrificantes, fe-
riasq; omni menſe cuſtodientes, quas Icadas vocabant. At quoniam præſtantium ima
C gines virorum pingi deſierant, ſcribit fuiſſe apud maiores in atriis imagines, quæ ſpe-
ctarentur, quæ quidem erat (inquit) ſtimulatio ingens exprobrantibus tectis quoti-
die imbellem intrare in alienum triumphum. Et noſtræ (ait) ætatis inſaniam non o-
mittam. Nero princeps iuſſerat Coloſſeum ſe pingi, centum viginti pedum in linteo,
incognitum ad hoc tempus. Ea pictura cum peracta eſſet, in Lamianis hortis accenſa
fulmine cum optima hortorum parte conflagrauit. Hæc penè ex Plinio. Cum quas
Veneris, Atalantæ, Deorum falſorum imagines vbique ab eximijs illis artificibus pi-
ctas, & in eorũ delubris, & ædibus locatas, ſummis antea preciis coemptas dicat, non
ſenſerit tamen hanc labem, nec Satanę intelligeret dolum, iſta tum inſtillantem: &
verò Mundus quam maximè demerſus in omni errorum, atque perfidię cęno iaceret.
Cum autem Plinius de coloribus natiuis, atque factitiis aliqua tradidiſſet, Plaſti-
cen aggreſſus de ea egit, ut ſolet.
D Extant verò Philoſtrati Lemnij Sophiſtæ Græci, qui ante mille quadringentos an
nos vixit, imagines, εἰκόνες Græcæ, Latinæ, Gallicę, quas & Italicas fecit Ioannes An
dreotius Lucenſis, ſed nondum emiſit in lucem. Latinas olim fecit Stephanus Ni-
ger, quæ & Mediolani editæ ſunt anno ſuperioris ſeculi 1521. apud Io. Caſtellum. Gal
licas reddidit Blaſius Vigenereus, quibus uberes addidit notationes eruditione quidẽ
uaria reſperſas, ſed quibus Paracelſum laudet plus æquo, quique ubi agit de imagine
Inſularum, multa ex Paracelſo, ex Platonicis, ex Fabuloſis aliis collegerit, quæ non
ita ad pietatem recta ferant. Ceterum, inprimis ſpectat in id, quod eſt in pictura præ-
cipuum, nimirum inuentionem, ordinem, ac diſpoſitionem, quam Gręci vocant œco-
nomiam, ex qua artis ſcientia, gratia, & abſolutio pendet.
E Blaſius autem Vigenereus hæc eadem ſibi ſic propoſuit, vt quicquid reminiſcere-
tur earum rerum, quæ ad artem picturæ pertinent, attingeret: antiquam uerò expone-
ret mythologiam, atque eadem opera complures voces & locutiones cumularet.
Sed cum (vt ad nos veniam) ſuperioribus temporibus pingendi ars ualde exoleuiſ
ſet, reuixit hoc ſeculo, quẽadmodum fecere bonarum ſtudia literarum. Itaque de pro-
portionibus Albertus Durerus pictor celebris Germanus, & Põponius Gauricus li-
bro de ſculptura, & alij non pauci egerunt; è quibus pingendi præcepta quædam col
legit Petrus Gregorius, atque his quędam de colorum uſu, mox alia de ſculptoribus,
de ſtatuariis, fabris auri, æris, & reliquorum metallorum adiunxit: id vtilitatis affetẽs
ubi de coloribus agit, ut colores, qui Latinè exprimuntur, Gallicè item exponat.

Apelles in quo excelluerit.

Apelles quater picturę ſolitus colorem inducere, & quare.

Plin. li. 35. c. 3.
Parietes auro operiebantur.

Interraſo marmore lapides pingebantur.

Vultus Epicuri circumferebatur.

Cap. 6.
Inſania Neronis.

Philoſtratus Lemnius de imaginibus.

Cautio in Blaſio Vigenereo, qui imagines Philoſtrati Lemnii Gallicè uertit.

Quid in pictura præcipuum.

Albertus Durerus.

Pomponius Gauricus.

Lib. 12. artis mirabilis c. 5. 6.

Petrus Gregorius de ſtatuariis, & alius utiliter egit.

Verùntamen quoniam præſtat ut hęc tractatio de coloribus altius intelligatur, lau A
dauerim, vt qui ualent ingenio, legerent integram exercitationem CCCXXV.
quam aduerſus Cardanum Iulius Cæſar Scaliger ſcripſit. Agit enim accuratiſſimè
ac magno iudicio de eſſentia coloris. An lux ſit forma colorum. An colores ſint pro
prij elementorum. Quid ſit color, quæve eius principia. Quęnam diuiſio colorum
per ſumma genera. De quatuor primis coloribus. De colorum diuiſione in ſpe-
cies. Quænam colorum nomina, & vnde.

Iulij Cæſaris Scaligeri Tractatio de coloribus.

Præter hos, uenerunt ad meas manus duo qui de uniuerſa pingendi ratione pau-
cos ante annos lingua Italica libros edidere: alter qui Figinus inſcribitur ab Gre-
gorio Cōmarino Canonico Regulari Lateranenſi editus, quo de picturæ fine agitur,
ſitne hic id quod dicimus, utile an delectabile: Deinde de eius vſu apud Chriſtianos
quiſve perfectior ſit imitator, pictor ne an poeta. Alter eſt Ioannes Baptiſta Armeni- B
nus Fauentinus, de veris Picturę præceptis, quibus agit de ratione pingendi loca, &
exprimēdi perſonas. In Pręfatiōne autē reprehendit Artifices, qui diſcipulos celant
artis præcepta: Vſus colorum neceſſitatem oſtendit; docet autem ſine præceptis lon
giorem eſſe, ac interdum deſperatam artem Picturæ. Cæterum, primo libro diſſerit
de ſex Pictoribus eximiis huius ſeculi, Raphaele Vrbinate, Michaele Angelo Bonaro-
ta, Titiano, Antonio Corrigienſi, Sebaſtiano Veneto, Iulio Romano, Andrea Sar-
torio. De dignitate & ampliatione Picturæ. De Graphidis neceſſitate. De Picturę ori-
gine, & partium eius diſtinctione. De inſtitutione eorum qui picturę ſe dedunt. Vbi
deinde vſque ad primi libri finem de modo, quem Itali vocāt Maniera, de inuentione,
atque iterum de graphide agit.

Mantuæ 1591. apud Franciſcū Oſannā. Editus Rauennæ apud Frāciſcum Thebaldinum. Quid Ioannes Baptiſta Armeninus ſingulis ſuis de pictura libris tractet. Pictores celebres huius ſeculi. Cap. 7. 8. 9. lib. 1.

Secundo libro de variis luminibus, quæ artifices graphidi adhibent, de receſſuum C
& umbrarum diſtinctione, ſiue diſcretione. Iterum de neceſſitate boni modi prius ad-
diſcendi, de picturis quę eminent, aut aſpectui occurrunt, deque iis partibus, quæ oc-
cultantur, quę ab Italis nominantur *Scurze*, quaſi decurtationes. De hominis menſu
ra ex antiquis ſtatuis deſumpta, deque illorum ideis facile formandis, de reliquis ad
Graphidem neceſſarijs, de diſtinctione, & uariis colorum ſpeciebus, eorumque natu
ra, mixtione, & vſu. De linteis, parietibus, tabulis aptandis ad picturas inducendas.
De coloribus quibus oleum admiſcetur, deque eorum compoſitione, ac tritione, ne
inuicem confundantur, aut lædantur. De neceſſitate hiſtoricę notitiæ, ac prudentiæ
Pictoris.

Secundo libro. Forte receſſus.

Tertio libro de diſtinctione atque conuenientia Picturarū pro ratione locorum, &
qualitate perſonarum. De induſtria pingendis baſilicis, concamerationibus, & for- D
nicibus, & quas vocant Itali Tribunas, de Sacelis item; quęve in iis pingenda ſint. De
ornamentis, quibus antiqui Bibliothecas exornabant. De antiqua ratione, ac con-
ſuetudine pingendi cęnacula, & cellas Religioſorum, atque Sanctimonialium. Quæ
ve in iis & à quibus pingenda ſint. De picturis in palatiis, deque bonorum artificum
exemplis, de uarijs ornamentis, de varietate, proportione, picturarum, & ornamen-
torum, ut quibuſque ſint vſui: de expreſſione vultuū naturali (ut aiunt) quæve cauſſa
ſit, cur qui pręſtantiores ſunt in graphide, hi interdū minus id aſſequantur. De Chi-
meris, quas uocant grotesche, quonā modo pingendæ ſint. De Picturis in hortis, villis;
quæve inſinuanda ſint Pictoribus, qui picturas ex ære, vel ligno exciſas imitantur;
quid in ſcalis, atriis, muſæis, hypocauſtis, balneis, & alibi ſit pingendum. Quid
item in frontibus templorum, quidve Priſci in frontibus domorum pingebant, quid E
ve nobis eſſet in noſtris pingendum, quive colores maximè huic picturę generi qua-
drent. Quibus virtutibus ac dotibus pręditus eſſe debeat Pictor. Adduntur exem-
pla celebrium Pictorum veterum atque recentium: è quibus artifices perfici animo,
& arte poſſint.

Tertio libro. Picturæ ſingulorum locorum.

Tertio libro addit appendicem, quà Auctor purgat ſeſe eorum, quæ ſibi obiici poſ-
ſent.

Et hæc quidem hi. Verùntamen quæ Gabriel Palæottus Cardinalis zelo erga ſu-
um Archiepiſcopatum impulſus, pio de imaginibus libro egit, eiuſmodi ſunt, ut ne-
mo futurus ſit pictor, quem pœniteat cum attentè legiſſe.

Ioannem

A *Ioannem Andream Lilium, & Bartholomæum Ammanatum architectum, & ſculptorem Florentinum alia de rectè pingendis imaginibus præcepta tradidiſſe.*

Cap. XXXV.

QVin etiam ante iſtos, quos commemorauimus, Ioannes Andreas Lilius Fabrianenſis, Dialogum Alexandro Farneſio Cardinali, & Bartholomæus Ammanatus Florentinus inſignis Sculptor, & Pictor epiſtolam Academicis Graphidis, qui ſua in Patria degunt, emiſit. Dialogo Lilius errores, atque, vt ille Italicè vocat, abuſus, qui in pingendis hiſtoriis committuntur, expendit. Agit deinceps cordatiſſimè de extremo Iudicio, quòd vir alioquin præſtans, deque alijs imaginibus, quas alij in Principum etiam Sacellis interdum pinxere: quibus lucubrationibus adrexit, quales eſſe debeant imagines ſacræ. Inter alia uerò hæc tradit lectu, & obſeruatu dignisſima.

Io. Andreas Lilius. Barthol. Ammanatus. Academici del Diſegno in Fiorenza.

B Vitruuium ingemuiſſe, homines, qui verè naturam imitari debuiſſent, fabuloſa cõmentos fuiſſe, quæ natura ipſa nequeat efficere. Horatium item de Poetis quibuſdam ea monuiſſe, quæ huiuſmodi Pictoribus quadrent.

Vitruuius ingemuit quod Pictores falſa comminiſcerentur, ac pingerent.

Pictoribus, atque Poetis
Quidlibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas.
Scimus & hanc veniam petimuſq́, damuſq́ viciſsim.
Sed non ut placidis coeant immitia: non, ut
Serpentes auibus geminentur, tigribus agni.

C Prudentem itaque artificem debere ſeſe perſonæ, tempori, loco accommodare. Nec verò decere, ut Delphines, aut homines, columnas, aut pyramides, & obeliſcos fulciant, reſque confundantur Fictum à fabuloſo diſtare. Fictum id eſſe, quod vel referat verum, vel verè id queat exprimere. Fabuloſum eſſe, quod cum in rerum natura non ſit, ne fictioni quidem conuenit. Pictori autem hiſtorico adhuc circumſcribendos certiores terminos, quàm Poetæ: quòd hiſtoria ſuis legibus ſit aſtrictior, quàm Poeſis, quæ ſolutior eſt. Si pictura (vt S. aiebat Gregorius) indoctorum eſt liber, ecquid è falſa hauriet lucis? Suum igitur cuique dandum, ut ſeruetur decorum. Ac verò etiam faciendum, quod idem inquit Poeta.

In Pictore prudentia requiritur. Fictum à fabuloſo differt.

Pictura indoctorum liber eſt.

Ætatis cuiuſque notandi ſunt tibi mores,
Mobilibuſq́ decor naturis dandus, & annis.

D Quæ enim ad Poetas attinent, pertinent quoque ad Pictores, qui penicillo naturales affectus exprimunt haud minus (ac quidem multo magis) quàm calamo Poetæ faciant. Quamobrem quod ait Horatius huc facit:

Pictores magis naturales affectus exprimunt, q̄ Poetæ.

Intererit multum Dauuſne loquatur, Eroſne
Maturus ne ſenex, an adhuc florente iuuenta
Feruidus: an matrona potens, ac ſedula nutrix:
Mercator ne uagus, cultor ne uirentis agelli:
Colchus, an Aſſyrius: Thebis nutritus, an Argis.

Id verò effici poſſe ex eo nos doceri, quod à Timanthe Zeuxis tempore factum eſt. Eius enim erat Iphigenia Oratorum laudibus celebrata, qua ſtante ad aras peritura, cum mæſtos pinxiſſet omnes, & triſtitię omnem imaginem conſumpſiſſet, patris uultum velauit, quem dignè non poterat oſtendere: itaque omnibus eius operibus intelligatur plus, quàm in iis fuerat dictum. Quod ipſum Poeta quoque planius attigit, inquiens.

E

Plin. lib. 35. 15. c. 9.

Timanthis ars in exprimẽdo patris dolore.

Format enim natura prius nos intus ad omnem
Fortunarum habitum: iuuat, aut impellit ad iram:
Aut ad humum mærore graui deducit, & angit:
Poſt effert animi motus interprete lingua.
Si dicentis erunt fortunis abſona dicta,
Romani tollent equites, peditesq; cachinnum.

Sed & antiquiſsimè in Eccleſijs pingebantur, & ſculpebantur imagines ſacræ, eo modo, quem Prudentius deſcribit his verſibus.

Prudentius Hymno 9 ... de icone Caſſiani Foro corneliani martyris, ficta, & celata.

Erexi ad cælum faciem, ſtetit obuia contra
Fucis colorum picta imago Martyris,
Plagas mille gerens totos lacerata per artus,
Ruptam minutis præferens punctis cutem,
Innumeri circum pueri (miſerabile viſu)
Confoſſa paruis membra figebant ſtilis.

Prudentius Hymno 11. de icone Hippoliti martyris picta.

De altera autem icone ſic idem ſacer Poeta habet.

Exemplar ſceleris partes habet illitus, in quo
Multicolor fucus digerit omne nefas.
Picta ſuper tumulum ſpecies liquidis viget umbris
Effigians tracti membra cruenta uiri.

Atqui etiam non ſacras imagines quàm ad uiuum exprimebant priſci artifices, Claudianus ſequenti Carmine indicat.

De Piis fratribus, & ſtatuis eorum.

Ex Claudiano.

Aſpice ſudantes venerando pondere fratres,
Diuino meritos ſemper honore coli.
Iuſta quibus rapida ceſſit violentia flamma,
Et mirata vages reppulit Aetna faces.
Complexi manibus fulsos ceruice parentes,
Attollant vultus, accelerentq; gradus.
Grandæui gemina ſublimes prole feruntur,
Et cara natos implicuere mora.
Nonne vides, ut ſana ſenex incendia monſtrat?
Vt trepido genitrix inuocet ore Deum?
Erexit formido comam, perq; omne metallum
Fuſus in attonito palluit ore color
In iuuenum membris animoſus cernitur horror,
Atque omen metuens, impauidusq; ſui.
Reiecta uento chlamydes, dextram erigit ille,
Conſentus laua ſuſtinuiſſe patrem.
Aſt illi duplices in nodum colligit ulnas,
Cautior in ſexu debiliore labor,
Hoc quoque prateriens oculis ne forte relinquas,
Artificis tacitè quod meruere manus.
Nam conſanguineos eadem cum forma figuret
Hic propior matri, ſit tamen ille patri.
Diſſimiles annos ſolertia temperat artis,
Alter in alterius redditus ore parens
Et noua germanis partibus diſcrimina prabēs,
Diuiſit vultus cum pietate faber.
O bene natura memores, documenta ſuperna
Iuſtitiæ, iuuenum numina, nota ſenum.
Qui ſpretis opibus medios properaſtis in ignes
Nil præter ſanctam tollere caniciem.
Haud equidem immerita tantas uirtute repreſſas
Enceladi fauces obriguiſſe reor.
Ipſe redundantem frenauit Mulciber Aetnam,
Læderet exempli ne monumenta pij.
Senſerunt elementa fidem, pater affuit æther,
Terraq; maternum ſedula iuuit onus.
Quod ſi notus amor prouexit in aſtra Laconet,
Aeneam Phrygio raptus ab igne pater:
Si uetus Argolicos illuſtrat gloria fratres,
Qui ſua materno colla dedere iugo:
Cur nō Amphinomo, cur nō tibi fortis Anaphi
Aeternum Siculas templa dicauit honos?
Plura licet ſumma dederit Trinacria laudi,
Nouerit hoc maius ſe genuiſſe nihil.
Nec doleat damnis, quæ deuius intulit ardor,
Nec gemat exuſtas igne furente domos.
Num potuit pietas flamma ceſſante probari?
Emptum eſt ingenti clade perenne decus.

Pictorum error in pingendis latronib. cum Christo crucifixis.

Atqui errant Artifices, cum qui latrones vnà cum Domino Crucibus affixi fuerunt, eos non clauis, ſed funibus vinctos pingunt: quod quidem fit ex Eccleſiaſticæ Hiſtoriæ ignoratione: neque enim inter Cruces, quas effodi juſſerat Helena Conſtantini Imperatoris Mater, quicquam diſcriminis fuiſſe compertum eſt. Cum item Io. Baptiſtam molli pelle, cetera nudum; eumque ad præſepe Ioſephum, & apud Chriſti Crucem Petrum Apoſtolum decrepitos: cum ſemper Ioannem Apoſtolum imberbem; cum Mariam Cleophæ, & Alphęi, ac reliquas Marias Chriſto patiente, adoleſcentes, quamuis iam hæ plures filios peperiſſent, qui quidem iam eſſent Apoſtoli; cum Magdalenam ad imū Crucis hærentem, at gēmis, & pretioſis veſtibus ornatā, aut ſeminudam et ſuper aris; cum S. Franciſcum egregiè depexum, expolitum, elegantem; cum S. Hieronymo Card. tum rubrum, quo nondū uterentur Cardinales, galerū tribuunt, quem videlicet Innoc. IIII. Pont. Max. octingentos circiter poſt annos inuexit, cum denique (qui error latiſſimè irrepſit) Chriſtum Saluatorem noſtrum neſciunt, aut nolunt patientem, ac non habentem (vt inquit Propheta) ſpeciem, neque decorem, pingere, qualem monſtrauit populo poſt diriſsima illa flagella Pilatus inquiens: ECCE HOMO: qualemve ſummo in mœrore, & anguſtia Cruci affixum oēs conſpexere.

Varij pictorum circa ſanctorum imagines errores.

Pileo rubro à quo tempore vſi Card.

Chriſtus quo modo pingendus.

Et quidem ſi quæratur, cur in Chriſto illa non exprimant, reſpondent, arti inſeruiendum eſſe, ut hæc inprimis agnoſcatur. hoc verò ſeſe conſequi, cum Dominū pul-

..cherrimum,

A cherrimum, atque elegantiſſimum pingunt. At profecto requirit ars, vt tantæ rei veritas, quoad eius fieri poſſit, conſtet. Porrò veriſſimum eſt, Deum voluiſſe; vt Filium ſuum Ieſum ob peccata noſtra fœdatum, fundentem ſanguinem, excarnificatum flagellis, ſputis illitum, liuidum, plagiſq. confectum ipſe conſpiceret Mundus. Sic enim ſcelerum pondera interius, ac iuſtius pendi à peccatoribus, atque inde compungi, triſtitiámq. ad ſalutem concipi certiſſimum eſt. Ceterum, quem Chriſtum, eximius alioquin Pictor Frater Sebaſtianus in Monte aureo, in Vrbe pinxit columnæ alligatum, & flagellis cęſum, hęc eadem flagella potius è goſsipio, aut molli lana, quàm è duriore materia fuiſſe dixeris. Attamen non deſunt variæ Chriſti Domini ætates, atque myſteria, quæ plus quàm ſatis futura ſint arti indicandę, ſiue infantem Ieſum naſci; circumcidi, à Magis adorari, in Iordane baptizari, ſiue reſurgentem, vel diſcipulis ap-

Fr. Sebaſtiani Chriſtus in monte aureo flagellis cęſus.

Variæ Chriſti ætates artem pictoris indicant.

B parentem, vel ad Cęlos aſcendentem cogitemus, ac proinde eum, qualis tum fuerit, pingamus.

Sanè verò quando in veterum gentilium ſtatuis acerbitas illa doloris exprimi potuit, quemadmodum in Vaticano Laocoonte cernitur, tantum non expirante, ac præ dolore, ſe, filioſque ſerpentibus victos diriſsimè torquente; quis neget id effici poſſe in eo, in quem omnium dolorum, ac diritatum genera omnia irruperunt? ſic ergo Blaſium pectinibus ferreis excarnificatum, Sebaſtianum pluribus ſagittis confoſſum, Laurentium in craticula torridum, lacerum, viſceribus diffuſis deformem pingendum eſſe, nemo ſanæ mentis non dixerit. Quorſum autem mihi obiecteris Stephanum lapidatum ſine lapidibus, Blaſium integris membris, ac formoſum, in equuleo ſine ſanguine, Iacobum Apoſtolum ſine fuſte in capite, Sebaſtianum ſine ſagittis, Laurentium in

Laocoontis ſtatua excellens.

Martyres quomodo pingendi.

C igne candidum? Sanè quoniam (aiunt) ars, & muſculorum, atque venarum monſtratio, poſtulant, vt ita fiat. At ego ſummam eſſe artem conſtantiſsimè aſſero, quæ rem ipſam imitetur, martyria in martyribus, fletum in flentibus, dolorem in patientibus, gloriam, & lętitiam in reſurgentibus exprimat, & in animis figat: hęc nimirum ſubſtātia artis eſt: hęc, quę arti formam indit, quod videlicet inſpectione dignum eſt.

Ars pictoris in imitatione rei præcipuè conſiſtit.

Sed cur hæc non aſſequantur Artifices, dicam poſtea, certiſsimamq. rationem oſtēdam, vnde ſummo cum merito poſsint efficere. Interea verò cauendum eſt, ne, quod de libris Apocryphis diximus, quibus infantia Saluatoris, miraculave falſa aſſeruntur, ea pingantur. Quare & Theologi, ac quidem in rerum ſacrarum hiſtoriis apprimè verſati conſulendi de tota re ſunt, priuſquàm tabulæ manum Pictor admoueat.

Cautio quædam pictoribus adhibenda.

Ceterum, quę in Iudicio extremo picta ſunt ab aliquibus, ea Lilius ita expendit, ut cum de perſonarum decoro agat, pleraque notet, quæ ſecus videntur pingenda fuiſſe:

D neque enim probat Chriſti picturam ſe quaſi è Cęlo pręcipitantis, & Paulo apparentis ſine grauitate, ac decoro, ſine maieſtate ea, quæ Dei Filium, Regemque ipſum Cęli, Terręque decuerat. Quare nec animos ad pietatem promouet, neque deuotionem gignit; ac crudum neſcio quid ſapit. Quis verò non item improbauerit Angelum Virgini Beatiſsimę Chriſti Incarnationem annunciaturum, capite primo tamquàm colūbam uerſus Terram deuolantem, ac ruentem, quaſi è ſacco excuteretur? quis ęquo animo ferat (ſi ęquus ſit iudex) Paulum Apoſtolum in luce illa circumfuſum ac cæcum, ſexaginta propemodum annos ætatis oſtendentem, cum nec ad dimidium perueniſset? quis in ſacrę Paſsionis Domini myſterio non cupiat minus connitentes, ac non tantis conatibus, geſtibuſq. laborantes Angelos, & Crucem, Columnam, ac myſteria reli-

Chriſtus cū grauitate & maieſtate pingendus.

Conuerſio Pauli quam ętatem requirat.

E qua ęgre ſuſtinentes: quorum quidem nullo negocio quiſque Cęlum mouere, Solem regere, globum Terrę ſuſtinere poſsit? dignius itaque reuerentię, quę Angelo debetur, plus dandum omninò eſt, quàm arti, cum non è luce fumus, ſed ex fumo lux ſit haurienda.

Eſt igitur tanti Iudicij myſterium ſic exprimendum, ut maximo cum pauore ſpectetur, quemadmodum Prophetę, Euangeliſtæ, ipſe Dominus Ieſus, & Patres in eo deſcribendo, Eccleſia in prænuntiando curarunt, & curat.

Iam quòd ad Epiſtolam BARTHOLOMAEI AMMANATI pertinet, dicam primò, cur emiſerit: mox quę ſint illius pręcepta. Ad ſculpendas ſtatuas, ut erat non ſolum Architectus, ſed & Sculptor eximius, cum ſæpè adhiberetur à Summis Princi-

Bartholom. Ammanatus

Imagines nudæ ablegandæ.

pibus, non pepercit operæ: cumque nudas de more expreſſiſſet, nec verò deinceps A
aut mouere loco, aut frangere potuiſſet; ſubijt illius mentem, ecquid denique ad poſteros commodi, damnive è laboribus ſuis eſſet perventurum: cumque obiectas oculis, nil, niſi ſpeciem turpitudinis ingenerare animis intellexiſſet, errati ſui culpam teſtari, ac deprecari conſtituit; ut ſimul teſtimonium poſteritate reſtaret, ac ſtimulus, ne Sculptores, aut Pictores deinceps eandem ſemitam tererent. Quamobrem Moyſem pulcherrimum Michaelis Angeli Bonarotæ, aliaſque illius ſtatuas indutas veſtibus proponit imitandas; nudas autem, & Satyros, & Faunos, & alia, quę uel turpis uitæ, uel inhoneſti deſiderij perpetuum teſtimonium reddunt, conſtantiſſimè ablegat.

Ammanatus Imitator Bonarotæ.

Quod vt efficacius ſuaderet, ſibi autem in primis re ipſa Deum propitium redderet, ſtatuit (Christo miſerante) ſarcire damnum, quod è nudis illis ſtatuis, quas olim B
effinxerat, inferri poſſet. Videlicet ſciebat ſtare Diuinam ſententiam, quam Domini præcurſor edixerat, monens ut digni pœnitentiæ fructus fierent ab ijs, qui vellent futuram iram, atque æternos cruciatus effugere. Itaque Templum S. ipſi Ioanni, Florentiæ, ſuis ſumptibus auxit, & ſanctiſſimis imaginibus ornauit; ac quidquid rerum, uel pecuniæ è ſua olim arte comparauerat, id omne tum in illud contulit, tum ipſe & Laura coniunx ingentis pietatis, ut & ingenij fœmina, operarijs Eccleſiæ alendis, ſanctè diem obeuntes attribuerunt.

Et hæc quidem ita habent, quibus nos in Dei unius gloriam, & ad animarum ſalutem, capita, quæ plures ante annos conſcripſimus, adijcienda eſſe exiſtimauimus, ſi prius dixerimus, unde ad imaginem Chriſti Crucifixi, Martyrumq. martyria rectè pingenda iuuari artifices poſſint. C

Vnde Artifices Chriſti Domini patientis, & Martyrum tormenta ſcitiſſimè, ac magno cum merito poſſint exprimere. Cap. XXXVI.

Chriſti paſſione, & Martyrum fortitudine nihil vtilius.

PRimum autem id in confeſſo eſt, quo honeſtius, atque utilius aliquid eſt, id etiam Diuinę Maieſtati gratius, ac Reipublicæ ſolere iucundius accidere; cumque nihil vnquam Chriſti Domini paſſione ſanctiſſima, & inuicta Martyrum fortitudine vtilius fuerit; hæc expreſſa ſummam vtilitatem allatura.

Pictori non tam idea, quam ſenſus dolorũ Chriſti concipiendus.

Prętetea, parturiendum eſſe partum, antequam is pariatur; alioquin fit non partus, ſed abortus: quæ cum ita ſint, intelligat Pictor, ſibi & oratione tamquam in re ſummi momenti, & in meditatione concipiendam eſſe non tam ideã futuri operis, quàm D
ſenſum dolorum, quos Dominus Ieſus, quique eum ſecuti ſunt intrepidè, olim perferebantur. Et nos quidem cum de Martyribus, alibi quædam ex antiquo Patre attigerimus, pauca hic de Chriſti Paſſione dicemus, præfati, ſicuti Scriptori vitio verteretur, ſi dum vulnera, ſudores, prælia, cruciatus narrandos ſuſcepiſſet, muſculos tantum, vel eiuſmodi alia exponeret, ſic maximo vitio uertendum eſſe Pictoribus, qui in Chriſto patiente & in martyribus pingendis, minimam ſummæ rei rationem hactenus habuerint.

Quomodo circa paſſionẽ Chriſti & Martyrum tormenta de pingenda pictor ſe inſtruere debeat.

Vt igitur funeſtiſſimus Chriſti Redemptoris, ac uitæ noſtræ Parentis interitus admirationem, & acerbum dolorem in alijs pariat, neceſſe eſt ut in Pictoris animo inſit, unde exiſtat admirationis magnitudo, & impetus doloris erumpat. Si uis enim me flere, prius flẽdum eſt tibi ipſi, inquit Poëta. Atrociſſimum verò ſpectaculum fuit, E
Deum intueri & morientem, & mori volentem. In eo diritas hominum, quæ vitam Vitæ ademit: In hoc amor erga homines incredibilis mori ſua ſponte volente perpendendus eſt: prætetea inuſta infamiæ nota: tot tormenta, quibus caput, membraq. omnia obiecit, vt à nobis omnia depelleret, quæ futura erant, æterna ſupplicia. Ad ludibria, ad ignominiam, ad omnem exanimati vexationem, ſpecies etiam illa, qua natabant Diuino pauimenta ſanguine, cum ab eo cuius animi magnitudo ſemper emergeret, in medijs ictibus, crepituq. plagarum, nè minimus quidem, aut præ dolore gemitus erumperet, aut vox ad miſericordiam implorandam audiretur. Hæc autem & reliqua ſuaſerim, vt è Ludouici Granatæ, Franciſci Coſteri, Vicẽtij Bruni meditatio-

nibus

A nibus de Vita, & Paſſione Domini, pictor intimis ſenſibus hauriat, ac prius quam ad tantum miſterium exprimendum acceſſerit, expiet animum Sacramentis. Quod autem hac in re, idem in reliquis eiuſmodi faciendum eſſe dicimus. Portò hęc tenacius pectori infigentur, ſi ſequentia nonnunquam legantur attentè.

Rationes cur Pictoribus, ac Plaſtis, ſi ſalui eſſe velint, abſtinendum ſit à pingendis imaginibus & efformandis ſtatuis, quæ laſciuiam, vel falſorum Deorum memoriam renouent, amores item, atque inſanias, aut ineptias Chriſtiana Religione indignas ſapiant. Cap. XXXVII.

B PRima. Toto corde, uiribus, mente diligendus eſt Deus, ac proinde maior eius gloria toto corde, uiribus, mente procuranda eſt. Ideò enim docuit nos Filius Dei, ut oratemus, quod continenter facit Eccleſia, Sanctificetur nomen tuum: Adueniat Regnum tuum: Fiat voluntas tua. Id autem quantum ſit, legat Pictor Romanum Pij Quinti Pont. Max. Catechiſmum, vbi agitur de oratione Dominica.

At neque Dei voluntas fit in terra, ſicut in cælo, nec ſanctificatur eius nomen, neq. regnum eius aduenit in animos hominum, nec gloria ipſius procuratur, ſed obſcuratur, ac demitur, quotieſcunque per turpes imagines priuantur illa munditie, quæ ſanguine ſtetit Filio Dei, cuius liuore ſanati, & morte redempti ſumus.

Turpes imagines gloriã Dei obſcurãt

Secũda. Cęlitibus, qui ſequuntur Agnum quocunq; ierit, ingratiſſimum accidit, cũ in omnia vidente vident; Ioues, Veneres, & alia immunda reuocari ab inferis: Quibus ſanè idolis in puluerem redigendis, ipſum intrepidè ſanguinem profuderunt, ne qua C Diuino nomini reſtaret in Terris iniuria.

Cælitibus, p idolorum ſtatuas fit iniuria.

Tertia. Satanę quaſi litatur à Pictoribus, cum ſpecies rerum effingunt, quibus caſtas è mẽtibus, quæ Dei ſunt templa, cogitationes explodunt. Et Inferno ipſi aliquod accidentale triumphi genus accedit, cum Dęmones ſenſim eo impudicarum imaginũ fuco, tamquàm hamo infelices hominum ſenſus in ſuam naſſam pertrahunt.

Dæmonibus à Pictoribus p immundas imagines litatur.

Quarta. Dęmonibus ipſis cooperantur Pictores, tum vt hęreſis Iconoclaſtarum latiſſimè ſerpat, tum vt carnis & ſanguinis Regnum ampliſſimè propagetur. Dæmones enim quo potiſſimum tempore abigi ſeſe ex Indijs viderunt, cum Euangelio illhuc importato Pagodes, & reliqua ſua ſimulachra cernerent à Chriſtianis aboleri duabus machinis Dei cultum in Europa euertere conati ſunt. Earum altera fuere libri impudici, inaniſque, ac falſæ philoſophiæ fucata ſpecies, è quibus ſex adulteriorum, & erD rorum deriuata in animos adoleſcentum, pietati omnes aditus obſtruxit. Altera, monſtroſę nudarum mulierum imagines, Faunorum, & Satyrorum infames ſtatuę, atque è terræ viſceribus ipſa quoque idolorum eruta fragmenta; quæ in ædium frontibus, in turribus, in nobilium villis, in domorum penetralibus iterum locatæ, infauſta illorum memoria renouata, qui æternis ignibus ſunt addicti, Ethniciſmum denuo ſtatuerunt. Dum verò Sanctorum imagines, & ſacra Domini myſteria, vel ſine dignitate, vel ad libidinem potius, quam ad pietatem pingerentur, uel pictæ inter falſorũ Deorum imagines, & ſtatuas collocarentur, vera ipſa religio ex multorum animis paulatim ſublata eſt. Cum autem futurum eſſet Chriſti Domini aduentus certiſſimum ſignum, vt falſorum Deorum ſimulachra penitus è terra eraderentur, nę ullus ijs cultus, uel honor haberetur, ſanè qui eos rurſus ad ornatum, & memoriam uſurE par, grauiſſima Deũ ipſum afficit iniuria, ac Chriſti lucem, quantũ in ſe eſt, extinguit.

Dęmones quib. machinis in Europa Dei cultum euertere conati ſint

Imaginum ſacrarũ abuſus.

Chriſti aduentus ſignũ certiſſimum.

Quinta. Pietati ſummorum Pontificum, ac ſancto illi primorum Chriſtianorum zelo re ipſa pictores aduerſantur, cum falſorum Deorum imagines pingunt: eæ enim, ſicuti & ſtatuæ omnes, quæ Gentiliũ Deos referebant, partim Gregorij Magni Pont. Maximi, atque aliorum mandato Pontificum, partim à populis ipſis Chriſtiana religione iam dudum imbutis, vel comminutæ, vel diſiectæ, vel terra obrutæ fuerant, ut nefaria ſuperſtitio funditus tolleretur, quando eam ab humani generis hoſte non ſolum mordicus retentam, uerum etiam varijs artibus ad ætatem ipſius Gregorij in Vrbe propagatam inde perſpicimus, quod Bonifacius IIII. qui aliquot annis poſt Gregorium Pontifex fuit, Pantheon Cybeli, ac reliquis Dijs gentium conſecratum, à

Summorum Põtificum zelus in tollendis Gentiliũ ſtatuis.

Bonifacius IIII. Pãtheõ ſuperſtitione gentili liberauit.

Phoca

Phoca Imperatore impetrauit, vt ea ſuperſtitione liberatum, & expiatũ Mariæ Vir- A
ginis Deiparæ dedicaret, quod certè fieri non oportuit, ſi nullæ omninò gentilitatis
reliquię ſupereſſe putabantur. Piè igitur, ſanctèque tum Gregorius, tum alij Pontifi
ces fecerunt, quibus ita mandantibus, ac ſuadentibus Populus Romanus Deorum
ſigna vel euertit ipſe, vel ab aliis euerti paſſus eſt, quorum pietatem Pius V. & Six-
tus V. Pontifices Maximi ſic imitati ſunt, ut eorum alter ex ædibus Vaticanis huiuſ-
modi ſtatuas aliò amandare cogitauerit; Alter è turre Capitolina deiici iuſſerit,

Populi Ro. feruor in cõminuẽdis ſtatuis.

Fuiſſe autem (inquit Bargæus) bonam, magnamque partem Deorum ſigna, quæ
euerſa ſunt, inde intelligimus, quod publicè nullis ferè ſtatuæ decerni conſueuerant,
niſi iis, qui propter præclara in Rempubl. merita eo honore non indigni eſſe crederen
tur: priuatim autem, qui aut domi, aut in ſepulchris, aut in hortis ſibi, vel ſuis ſta-
tuerent, haud ſanè multos, niſi ex nobilitate, qui huiuſmodi honorem ſibi ambitio- B
ſiſſimè expetebant, extitiſſe, ex eo coniicere poſſumus, quòd quę hodie humi obru
tæ reperiuntur, omnes fermè vel Veneres, vel Apollines, vel Ioues, vel Mercurij,
vel Bacchæ, vel Satyri, vel aliud quippiam huiuſmodi ſunt, quòd aut ad eam ſuperſti
tionem, aut ad aliquam gentilitatis fabulam pertinerent. Vt mirum videri non de-
beat, ſi in demoliendis, euertendisq; huiuſmodi ſignis, quę plurima erant, ea quoq;
humi deiecta ſunt, quæ pręſtantibus uirtute uiris poſita fuerant. Nam ſi ad delendũ
ex hominum memoria Deorum cultum in impietatis monimenta ſæuiendum erat,
difficillimum profectò fuit cauere, ne vnà cum huiuſmodi ſimulachris illuſtrium Vi
rorum ſtatuæ deiicerentur, quarum tamen ingentem numerum à Genſerico Vanda-
lorum Rege, vt in Africam; & à Conſtante Conſtantini, & Gregoræ filio, ut in Sici
liam aueherentur, ſublatum fuiſſe legimus: quarum illæ in mari Africo, hæ in freto §
Siculo aduerſis tempeſtatibus demerſæ ſunt. Illæ etiam quæ in Adriani mole & plu-
rimæ, & pulcherrimæ ſpectabantur, quo tempore Vitiges Gothorum Rex Romam
obſidebat, in fragmenta ab obſeſſis diffractæ ſunt, & in obſidentium, oppugnato-
rumq; capita deuolutæ.

Ex Petri Angeli Bargæi epiſt. ad Petrum Vſimbardum.

Quibus ſtatuę Romæ decernebantur.

Simulachrorũ plurimorũ interitus.

Sexta. Sanctę Eccleſiæ Spiritui, atque ideò ordinationi Dei reſiſtitur: ipſa enim
in Synodis, in ſuggeſtibus, in miniſtratione baptiſmi, quo Satanæ, atque huius frau-
dibus abrenunciatur, id prohibet: nam & ut ne ipſa quidem Deorum nomina vſur-
parentur, in feriarum nomina conuertit, qui erant, Lunæ, Martis, Mercurij, Iouis,
Veneris, Saturni, Solis, dies nuncupari. Cum autem fidei articulus ſit credere vnã
Sanctam, Catholicam, Apoſtolicam Eccleſiam, quam qui non habet Matrem, nec
Deum habebit Patrem, Ecquis eam à Spiritu Dei certiſsimè regi credens non pec- D
cauerit, qui non ſolum ipſos Deos carmine celebrat, verum etiam ad delectationem
& ornatum pingit, ac retinet?

Eccleſia nomina Deorũ in feriarum nomina conuertit.

Quòd ſi Gentiles ipſi Philoſophi, Plato, Ariſtoteles, ac reliqui picturas nudarum
mulierum prohibuere, quòd earum aſpectu animi effœminarentur, praua fouerentur
deſideria, & ad ſcelera proniores redderentur, ecquid Chriſtianus Magiſtratus non
faciat, cui Deus illuxit, tenebraſque illas ita diſpulit, ut qui Chriſtianus ſit, fatea-
tur oporteat, impium eſſe, qui afferat Chriſtum cum Belial, Arcam Dei cum Arca
Dagonis poſſe commorari.

Philoſophi picturas nudas prohibuerunt.

Quin ſanè omni honeſtati (ne dicam religioni) aduerſatur ſi nudorum hominum
imagines mulieribus, harum autem nudarum hominum oculis obuerſentur; cum ſi
quis honeſti aliquid in corde retineat, vix ſeipſum conſpicere audeat nudum. E

Iam verò hęc omnia, vt veræ imitationi, ſic & ipſi Pictorum conſcientiæ contra-
ria eſſe dicimus. Quia enim dum illa pingit, non cogitat turpia, non plerunque inci-
tatur ad libidinem, non ſentit ſe incommodare Reipublicę? Quòd ſi ad conſilium re-
uocauerit mentem; ac quidem Dominum Ieſum, vel Beatiſsimam Virginem, aut Cõ
feſſarios qui ſynceriſſimi ſint conſuluerit, num putas aliud ſentiet, vel audiet, quàm
Apoſtolicum illud? Quoniam qui talia agunt, regnum Dei non conſequentur.

Nudæ imagines pictorũ conſcientiæ contrariæ.

Et verò ſi fateri velint Pictores id quod res eſt, non negauerint aliqui expertos
eſſe ſeſe Satanę artes, quibus ad ſenſus paſcendos, ſeque ipſos ad omne ſcelus irritan
dos ingenia, manus, penicillos conuerterent.

Statuæ nudę à Satana inuectæ.

Certè

A Certè Paulus tantus ille pro Chriſto legatione fungens, cum mulieribus iubet ve-
lari capita propter Angelos à quibus conſpiciuntur, ecquantum iuſsiſſet, ne membra,
& corporis partes pingerentur, quas ipſa natura docuit tegi?

Addo. Cum Deus ipſe Parentes noſtros poſt innocentiam, atque iuſtitiam origi-
nalem amiſſam, ueſtibus pelliceis induerit, ut caro iam ſpiritui facta rebellis cohibe-
retur, qui ſumus nos, qui putemus tanto cum rerum carnalium apparatu, nos Deo nõ
diſplicituros, ſi dexteram noſtram contra potentem eius dexteram ad laſciua quæq; &
impia adhibeamus?

Deus primos parentes veſtiri uoluit.

Verumenimuerò ut hęc omnia uerisſima ſunt, Diuinamq; iram, & ultionem eò a-
cerbiorem merentur, quò ad poſteros diutius peruenerint, ita uix dici poſsit, quantam
Piſtores ij & laudem, & præmium conſequentur, qui poſthac pietatem cum picturis
B coniunxerint, atque animos hac arte nobiliſsima ad uirtutem, atque ad cæleſtia
euexerint.

Pietas cum picturis iun genda.

Scriptores Emblematum, Numiſmatum, Signorum militarium, ſiue aliorum, quæ, vel nudis ſymbolis, vel breuibus ſententijs adiectis propoſita ſpectant quadantenus ad Picturam. Caput XXXVIII.

ERat verò animus huic libro tractationem adtexere de Emblematibus, & ijs præ
cipuè ſymbolis, quæ patria lingua vocantur ab Italis *Impreſe*, à Gallis *Deui-
ſes*, Latinè autem dici forte poſſent. *Argumenta Epicherematum.* Verùm quoniã
hoc ſeculo tota res pertractata eſt à pluribus, ſat fuerit ſic eos recenſere, quorum fœ-
C tus agnoſcere potui: vt pernoſcatur, vnde illa ſumi aptiùs poſſint, quæve cautiones ijs
ſint adhibendæ, quibus ſint quàm honeſtiſſima.

Et ſanè, quæcumque in Diuina Hiſtoria Moyſes ſymbolis texit, tamquam in om-
ni Aegyptiorum doctrina eruditus; multa ſuppeditant, quæ nobis indicent rectiſſi-
mum, atque ſublimem Emblematum, ſiue aliorum quorumlibet ſignorum vſum iuſtè
elici poſſe.

Act. 7.

Tentauit hoc nouiſsimè, qui Emblemata ſacra è præcipuis vtriuſque teſtamenti
hiſtorijs concinnauit Bernardus Sellius Nouiomagus, æneis tabulis inciſa: è quibus,
vt pauca huc conferam: Tabulæ creationis hominis inſcripſit hęc pauciſsima verba.
Adumbrata Humanitate Diuinitas. Tabulæ verò vetationis eius pomi; Liberalis In
terdictio. Tabulæ autem impoſitionis nominum creaturis, Illiberatæ Sapientię vis.
D Formationis Euæ ex coſta, è diminutione augmentum. Eius vetiti pomi, Malorum
caput ſuperbia. Maledictionis ſerpenti, Conſilium abſconditum. Eiectionis pri-
morum parentum è Paradiſo, Adeſt ſceleribus vltor à tergo Deus. Caini Abelem in
terficientis, Corruptæ naturæ effectus. Caini profugi, Carnifex ſui ipſius conſcien
tia. Et quæ alia pleraque è vetere teſtamento deſumpta, ſententiam ad conficiendũ
Emblema habent adſcriptam. At Emblemata noui teſtamenti eiuſmodi ſunt, qualia
ex iſtis, quæ pauca huc adieccero, intelligi poſſunt. Nimirum tabulæ aduentus Mago
rum, qui Chriſtum Dominum adorant, verba hæc inſcripta ſunt, Gentium Lux. Chri
ſti autem docentis in templo, Gratiarum Theſaurus. Io. Baptiſtæ in Deſerto prędicã-
tis, Lucis Diuinæ coruſcatio. Satanæ Chriſtum tentantis, Contuſa effrenis ſtoliditas.
Nuptiarum in Chana Galilеæ, Naturæ innouandæ argumentum. Prędicationis bea-
titudinum, Diuinæ diſciplinę ſchola. Chriſti leproſum ſanantis, Medicina tutiſsima.
E Et id genus pleraque ex vniuerſo nouo teſtamento.

Lugduni Batauorũ, apud Frãciſcum Raphelẽgiũ 1593.

Sed & qui Diuinas literas antiquitus interpretati, ſenſus myſticos vberius ſunt per
ſecuti, copioſiſsimè inde materiam ingenijs huc collineantibus prębuerunt, quę ſtimu
los ad virtutem adderent, frenum ad vitia cohibenda inijcerent.

Ac cùm Deus vnicuique rei vim indiderit, qua exerat ſeſe, ac quaſi latentes expli-
cet ſenſus, quibus eius gloriam quodammodo concinat: nemini dubium eſt, quin qui
cunque de rebus ſcripſere naturalibus, hi dederint multiplicem occaſionem ea ſym-
bola conficiendi, quę vniuſcuiuſque ſtatui, vel conditioni congruant, & quadrent.

Vt verò præcipuè hoc prǽſtitere Patres, qui ſua in Leuiticum Pentateuchi ediderc

Lyſius Ægidius Auguſtinianus.

Com-

Commentaria; ſic qui inter alios hoc tempore Luyſius Legionenſis Auguſtinianus A
Theologus Hiſpanus, Diuinorũ librorum primarius Salmanticæ interpres ſcripſit in Cantica Salomonis eleganter (licet conciſè) ſuppeditat multa, quę ad conflanda ritè Emblemata facere poſsint.

Ceterùm, quibus Ethnici Poetæ ſunt viſi plurima in hoc genere ſubminiſtraſſe, quique deinceps Mythologias eorum curarunt ad myſteria referre quæ in iis abdita eſſe putarunt, falſi ſunt plus quàm ſatis. Parum enim auri è tanto cęno eruas, vel cõmodè ad Chriſtianam pietatem in mentes inſinuandam ea conuertas, quæ plerumq; obſcœnitate, flagitijs, & impio Deorum cultu ſunt permixta. Et Palæphatus quidem Græcus auctor, aliqua eiuſmodi, ſicut Græci alij Interpretes, deinde verò Lilius Giraldus, Marſilius Ficinus. Natalis Comitum noſtro hoc ſeculo Latinè curarunt exponere: vt ſi quid è fabulis Poetarum excernendum inde ſit, quod non ſtatuere mendacium, ſed excitare ad virtutes, atque ad honeſtatem queat ingenia, id fiat quàm circumſpectiſsimè. At peruelim, ſi quis iſtos legere cupiat, perlegat in primis tum B
quæ de Ethnicis Poetis atque Pictoribus hoc libro Bibliothecæ Selectæ ſcripſimus: tum quæſtiones decem Hiſpanica lingua anno ſuperioris ſeculi quinquageſimo primo editas Antuerpiæ, quæ Tonſtadus conſcripſerat de falſis Diis, de quibus Poetæ ſunt locuti.

Sanè verò quęcunque vocata ſunt à priſcis Hieroglyphica, quorum hodieq; extant monimenta in antiquis lapidib. multum ad Emblemata condenda afferunt lucis.

Ac qui Pierium legit poſt Orum, & Chæremonem, qui iſtiuſmodi nonnulla tractarunt, intellexit, ecquid inde commodi ad Dei honorem percipi queat. C

Emblema quid, quòue differat à Gnome, ſiue ſententia, deinde etiam à Parabola, & ab Aenigmate. Demum auctores nonnulli, qui Emblemata edidere, atque eadem explanarunt.

Claudius Minoes Antuerpiæ editus 1574.

QVod Claudius Minoes Diuionenſis, Gallus, in Commentarijs in Alciati Emblemata ſuis appoſitè dixit, idem & nos aſſerimus: nempe Emblema dici quicquid interſeritur ornatus cauſſa, non modò in parietibus & pauimentis, verùm etiam in alijs plerisque omnibus rebus, vaſis, crateris, veſtimentis, cuiuſmodi

Emblema quid & unde.

ſunt clauiculi, aut imagines aureæ, vel argenteæ: Vniones item ac gemmæ, παρὰ τὸ ἐμβάλλεσθαι aut ἐπεμβλῆσθαι, quod deſignat interſerere, interponere, inijcere. Antiquitùs enim lapillis quadratis, & minutè ſectis atque expoſitis, in quibus icones quædam erãt intertextæ, ornabantur Regiæ magnatum, ac Principum ædes; quemadmo- D

Pauſanias.
M. Tullius in orat. ad Brutum & 3. de orat.

dum aiunt Pauſanias, & alij. Quamobrem metaphoricè Emblemata ſic vocantur, quibus imagines, agalmata, pegmata, & id genus alia inuenta, variè, & eruditè explicantur. Tritum autem eſt illud Marci Tullij è Lucillio:

Quàm lepide lexeis compoſtæ, vt teſſerulæ omnes
Arte, pauimento, atque Emblemate vermiculato.

Andreas Alciat. in proœ. ſuorũ Embl.
Cicero in Orat perfecto ubi agit de mediocri genere dicẽdi.
Inſcriptio anima Emblematis Alciat at Ruſcellio non item.

Sunt igitur Emblemata (inquit Claudius Minoes) reconditæ cuiuſdam eruditionis ſpecimina, quæ cogitationem requirunt, quęq; cum nouitate, quam pię ſe ferunt vtilitatem cum honeſta delectatione conditam non minimam habere debent. Addit Andreas Alciatus, Emblemata eſſe inuenta quædam, vt quiſque poſſit addere torulos veſtibus, & petaſis parmas: vt etiam ἀφώνοις, hoc eſt ſine uoce uti notis, ac ſymbolis in E
exprimendis animi tacitis notionibus. Nimirum torulos uocat eminentias quaſdam in ueſtibus, corollis, & ſimilibus alijs. Addit (inquit) aliquos ut in corona totos, omnemque orationem ornamentis modicis uerborum, ſententiarumque diſtinguit.

Emblema quõ à gnome ſiue à ſententia, & à parabola, & ab ænigmate differat.

Iam Emblematis ratio, præter inſcriptionem, quam rei totius animam nominat Alciatus, negat nõ omninò rectè Ruſcellius: duo admirabiliter complectitur, Picturã, & Poeſim, ut altera ſit alterius interpres. Differt autem Emblema à Gnome ſimpliciter accepta: ſicuti etiam à Parabola, & ab Aenigmate. In Emblemate quidem poteſt ineſſe ſententia, ſi modò Emblemata ſumamus metonymicè pro Carmine ſiue Epigrammate, quo explicatur ἄγαλμα, ſiue Emblema. At uerò hoc ipſum quod dicimus

Emblema,

A Emblema, ſæpenumero uerbis caret, nulla ut inſcriptio uocum, quę in ijs, quę Italicè (ut diximus) nominantur *Impreſe* requiratur.

Sententia porrò & Emblema differunt, ut res à uerbis. At Parabola, eſt ſermo in ore omnium, Emblema in ore ſapientum: Aenigma obſcurius eſt, quàm Emblema. Sciendum eſt item, Emblematum, alia eſſe naturalia, alia Mythologica, uel Hiſtorica, quę rem geſtam inuolucro quodam complectuntur: alia denique & quidem complura, quę moribus informandis accommodantur. Ceterùm, qui Emblemata hoc ſeculo edidere, hi ſunt, qui quidem ad noſtri notitiam uel manus peruenerint: Andreas Alciatus, ſed cùm hic Carmina ſingulis Emblematib. addiderit, quæ potius uideantur Emblematum eſſe expoſitiones, iccirco quibuſdam uiſa ſunt impropriè dicta fuiſſe Emblemata. Et uerò in Alciati Emblemata (licet nõ omnia) ſcripſerat Sebaſtianus Sto
B kamerus Germanus, quæ à Plantino emiſſa ſunt auctiora, & longè alia quàm priora. Sed, ut diximus, Claud. Minoes eadẽ omnia Cõment. & Scholijs accuratè illuſtrauit.

Academia Caſalis S. Euaſij.

Arnigius pro Academia occultorum Brixię.

Academia Affidatorum Ticini, & ex ijs Fatta Academicus.

Bocchius.

Camillus Camillius.

Coſtalius.

Gabriel Symeon.

Gulielmus Baldeſanus eius operis tertio libro, quod ſtimulum ad uirtutem Italicè ſcripſit, ac Romæ edidit.

C Petreius Toloſas, qui Morosophiã centũ Latinis, totidẽ Gallicis tetraſtichis ſcripſit.

Hannibal Charus.

Hieronymus Ruſcellius, qui etſi in hoc etiam ſtudiorum genere laborauit: pleraque tamen reijcere poterat, & debebat de iis Emblematibus, quæ ad exprimendum animi ſenſum erga mulieres eduntur.

Iulius Cęſar Capocius.

Lucas Contilis pro Affidatis Ticinenſibus Academicis, librum uberem edidit de proprietatibus Emblematum: Cùm autem egiſſet de octo prærogatiuis homini conceſſis; ac proinde aſſeruiſſet eundem hominem natura eſſe rerum abditarum perſcrutatorem: originem autem Symbolorum ad Ianum, ſiue Noe, atque antiquiores, qui ei ſucceſſere, retuliſſet; egit de inſignibus, & Symbolis, quibus Cæſares ad teſtandã pote
D ſtatem ſuam vtebantur: Quænam item ſymbola, vel inſignia Pontificibus, Imperatoribus, ſiue Cæſaribus, & Regibus: Quæ item antiquis Romanorum Legatis conueniebant: demum adiexit propria Ticinenſium Academicorum Emblemata. (Italicè hæc habetur inſcriptio: *Ragionamento di Luca Cõtile dell'impreſe, ſtampato in Pauia.*)

Ludouicus Dominicus.

Paulus Iouius Nouocomenſis.

Scipio Ammiratus, qui & Rota.

Taegius Iuriſconſultus.

Torquatus Taxus.

Iam verò leges condendorum Emblematum, ſiue aliorum ſymbolorum hæ ſunto, vt breues nec omninò obſcuræ, ſed quàm honeſtiſſimæ. Inter ſymbolum autem & inſcriptionem ea proportio ſit, quæ eſt tamquam inter animum & corpus. Neque verò
E ſymbola ſint ambigua, veluti herbarum dubiarum, aut animalium, vel auium maximè inter ſeſe ſimilium. Ceterùm, abſit ab ijs quidquid indignationem, odium, maledicta, turpitudinem, aſſentationem ſapiat; adſit autem quod ad pietatem, ad virtutes, ad honeſtatem animos poſſit accendere qualia illa duorum inſignium Cardinalium. Turnonij, cuius Emblema, Duæ manus expanſæ, quæ manna cælitus delapſum colligunt, cum hac Inſcriptione, NON QVÆ SVPER TERRAM CAROLI BOR. ROMÆI, cui *Ceruus ſitiens ad fontes aquarum*, ſe ſitire Chriſtum indicabat. Quale item Academici Ticinenſis, qui vt altè retineret in animo, quam virtutem colere conſtituerat, hoc eſt Humilitatem, cùm pingi curaſſet aquam ex altiore riuo ſeu fonte manantem, atque inde poſteà altius aſſurgentem; hac verba adiecit: Si deferar, efferar.

Sed

Sed legendus item Gulielmus Paradinus, qui multa huiuſmodi collegit in libello, A
quem prænotaui, *Diuiſes Heroiques*.

Symbola alia, quæ olim in numiſmatibus, ſiue monetis cudendis apprimebantur, & ad Emblemata condenda materiam ſubminiſtrare poſſunt; quæ collata cum ſacris, ſuam infirmitatem indicant.

AT Romani, vti & feliciter Græci auerſæ numiſmatum parti ſoliti ſunt ſym-
bola, & icones apprimere; quibus etſi geſtorum memoriam poſteritati cō-
mendabant, id tamen plerunque in eorundem Cæſarum aſſentationem ce-
debat. Quod, qui Ethnicum ſecuti morem ad noſtra quoque tempora inſtandis po-
tius, quàm docendis animis detorquent, haud rectè faciunt. Nos quæ in varijs numiſ- B
matibus Iulij & Auguſti Cæſarum apparent, ita hic breuiſſimè recenſebimus; vt col-
lata cum ſacris, intelligi poſſit, quam auguſtiora & veriora ſunt, quæ Diuinæ ſapiētię,
viriſque qui ſibi, mundo, ac Satanæ imperarunt, ſymbola reſponderint.

In aduerſa igitur parte eorundem numiſmatum Iulij & Auguſti Cæſaris: vel caput
ipſius cum aſtro ſuper verticem: vel Mars nudus cum haſta, & clypeo cum literis his,
ΙΟΥΛΙΟΣ ΚΑΙΣΑΡ ΤΡΙΩΝ ΑΝΔΡΩΝ: vel ſella cum laurea C. Iulio Cæſ. Dictatori
ex S. C. poſita: vel Martis ſimulachrum: vel ſtatua equeſtris Pacificatoris protenta
dextera: vel ſella cum laurea: vel ſtatua equeſtris togata, & Auguralis: vel ſigna mili-
taria: Aquila legionaria ſub trophæo inter duo cohortalia ſigna: vel victoria in biga:
vel caput Lepidi: vel caput Antonij, cum lituo: vel caput fœminæ inter tria crura, Si- C
ciliæ, ſiue Trinacriæ ſymbolum: Καῖσαρ αὐτοκράτωρ τρίων ἀνδρῶν: vel tres dextrę
iunctæ, caduceum & faſces tenentes cum Orbe, & ſecuri, ſymbolum Triumuiratus in-
ter Cæſarem, Lepidum, & Antonium initi: vel Cæſar, Lepidus, & Antonius Triumui-
ri R. P. C. aſtantes tripodi, accumbente humi concordia: vel caput Lepidi cum lituo,
vel caput Antonii cum urceolo, uel caput Antonij cum lituo: uel templum D. Iulij cū
ſtatua Iulij Cæſaris habitu Pontificali, & capeduncula: uel Aſpergillum, Vrnula, Li-
tuus, capeduncula: uel uexillum, ſiue ſignum cohortis, Aquila Legionaria, Aratrum,
Decempeda: uel Tripus cum aſtro, & ramuſculis lauri: uel lituus, tripus, patella: uel Vi-
ctoria inſiſtens proræ nauis: uel hęc uerba, αὐτοκράτωρ Καῖσαρ τρίων ἀνδρῶν: uel laurea
ΣΜΥΡΝΑΙΩΝ: uel Clypeus & haſtæ purę decuſſatę: uel duo togati corona radiata
coronati: uel Cometes ſiue ſydus Iulium. Vel Herma cum capite Solis radiato & ful-
gore ad pedes: uel Victoria Orbi inſiſtens, Labarum ſiniſtra, Lauream dextra tenens: D
uel Armenia ſtans cum haſta in dextra, arcu in ſiniſtra: uel Arcus triplex cum titulo
Cęſaris erectus: uel Columna roſtrata cum ſtatua Cęſaris paludati: uel Corona quer-
cea uotiua pro ſalute Cęſaris: uel Pax: uel Venus uictrix: uel Capricornus cum Orbe,
gubernaculo, & cornucopię: uel Taurus, uel Bos cornupeta: uel Clypeus clauiculatus:
uel templum: vel Apollo Citharœdus rupi inſidens: uel Prora nauis: uel Caput mul-
ris inſcriptum literis, aſpergillum, ſecuris, Albogalerus. CÆSAR DIVI F. IMP.
PONT. III. VIR. R. P. C. Vel Ara, ſiue baſis Cæſari ex S.C. poſita: vel Nauis turri-
ta: Crocodilus Palmæ arbori alligatus: uel Clypeus inter duos ramos oleaginos, ſiue
Laureos: uel Ara uotiua Fortunæ reduci, pro reditu Cęſaris: uel Laurea cum litera V.
Vel manipulus ſpicarum: vel Capricornus in medio Coronę Laureę: vel Sacerdos a-
gens iugum boum: vel Sphinx Aegyptia cum ſiſtro ante pedes: vel Victoria Arę rotun- E
dę inſiſtens cum anguibus hinc inde: vel Crocodilus Aegyptius. Et ſi qua ſunt alia ſi-
gna, quę deinceps alijs Cęſaribus vel ſimilia fuere attributa, vel dicata. Quę quidem
collata cum ijs, quæ Christo Domino, uel Beatiſſimæ eius Matri Virgini è Diuinis
Scripturis ab Eccleſia ſolent tribui, hęc eminentiſſimum aliquid, ac Diuinum ſpirār-,
præ illis, quæ ethnica conſuetudo ad eorum laudem retulit, qui deniq; æternis ſuppli-
ciis fuere addicti. Ergo filii Dei Symbola eiuſmodi fuerint, qualia ex his ſine attributis
ſumi poſſunt, qualia illa ſunt: Ieſus ſplendor glorię. Candor lucis æternę. Oriens ex al-
to lux. Gloria Domini. Deus Dei noſtri. Flos campi. Sol iuſtitię. Vmbraculum ab
æſtu. Spes à turbine. Turris fortiſſima. Vitis vera. Lignum uiride, Via, ueritas, & uita.

Oleum

A Oleum effuſum. Odor agri pleni. Agnus dominator. Corona ſanctorum omnium, Bonus paſtor ouium. Stellæ maris. Gemma precioſa. Speculum vitæ. Theſaurus fidelium; & alia innumera tribuuntur alia poſſunt efformari ſymbola, quę è Diuinis peritea ſcripturis auguſtiſſimum aliquid ſapiunt, atque cæleſte. Qualia illa: Lunam ſub pedibus habens. Stellis duodecim coronata. Puteus aquarum viuentium. Porta clauſa. Stella maris. Hortus concluſus. Et alia ſexcenta, quæ item ad ſanctos Apoſtolos, & ad alios cum Chriſto in cælis commorantes ſuo ordine ſub Virgine ſanctiſſima, iuſtiſſime referuntur.

Signa, quæ ab Ethnicis, & antiquis Romanis gerebantur in bello, quænam erant: & quantum diſtent ab ijs, quæ cordati & Chriſtiani duces curare debent vt
B *in ſuis Vexillis pingantur.*

INter militaria ſigna primum ſemper apud Ethnicos obtinuiſſe locum Aquilam in confeſſo eſt apud veteres hiſtoricos; eamque propriam fuiſſe ſignũ legionis. Quin & qui ſub Aquilam confugiebant viti facinoroſi, ſalui erant. Præter Aquilam autem, quattuor in exercitu Romano erant ferè ſigna, Lupus. Minotaurus. Equus. Aper. quorum ſolidæ effigies, ſingulis ordinibus, vt ait Plinius, hoc eſt, vt Paulus Manutius interpretatur, ſingulis manipulis præferebantur, vt primæ legionis manipuli Lupis, verbi gratia: ſecundæ Minotauris: tertiæ Equis: quartæ Apris vterentur. Atqui (vt Plutarchus notat) Romani alijs ſignis vtebãtur, in quibus Draconum, Deorum, & Imperatorum eſſent effigies pictæ, cùm priſca illa ineunte militia, fæni mani-
C pulum perticæ alligatum conſueuiſſent certo militum numero præferre. Ouid. in faſtis.

Verùm enimuero licet Aquila, Lilia, & cetera eiuſmodi ſigna plerumque à Chriſtianis militibus geſtantur, omnibus tamen in honore primo eſt Crucis ſymbolum, quod cælitus Conſtantino primo Imp. oſtenſum, vt in eo ſigno vinceret, ceſſit in vſum Chriſtianorum Cæſarum, & Regum. Sic Labarum illud pręferri in exercitu iuſſit magnus Conſtantinus, de quo cum Robertus Card. Bellarm. in lib. de Imaginib. tũ Cęſar Card. Baronius in ſuis Annalibus egregiè. Ablegata porrò fuere beſtiarum, & falſorũ Deorum ſigna, & in horum locum ſuffecti cuſtodes & tutelares Angeli, ac ſancti, qui Deo exercituum ſeruiunt: Vel Virtutis aut fortitudinis aliquod ſymbolum adiectũ, quod ſolidam in Deum fiduciam accendat, & foueat.

Quin & ante Chriſti aduentum pręclarum illud Iudę Machabęi vexillum fuiſſe le-
D gimus, in quo erant litterę initiales huius verſiculi Exod. 15. *Quis ſimilis tui in fortibus Domine?* Vide Sixtum in Bibl. Sancta. Quamobrem quanto iuſtiora debent eſſe bella Chriſtianorum, qui pro publica pace, ac pietate pręliantur pręlia Domini; tanto quiſque magis eiuſmodi ſigna in vexillis, & ſignis habere debent, quæ vbiq; Chriſtianam pietatem ſpirent.

Idem dixerim de inſignibus familiarum, in quibus ſi quid eſſet, quo antiqua aduerſus alios odia fouerentur, aut aliud quidquam minus honeſtum eſſet, ſuaſerim omnibus, vt eadem abraderent, vel emendarent; atque è Diuina ſcriptura aliquod dictum quàm breuiſſimum adiicerent, quod poſteris ſuis aliquod ad uirtutem documentum afferret.

E

CARMEN IN DEI PATRIS, ET EIVS FILII LAVDEM. A

Franciſci Bẽzij e Societ. Ieſu.

Maxime regnator ſuperũ, quem regia cæli
Accipit æternis moderantẽ legibus orbẽ,
Da Regi, & patrio donat qui nomine Regem
Iudicis officium recti: da, iuris & æqui
Arbiter, æquato geminas examine lances
Immota librare manu, populoſq. tueri
Iuſtitiæ monſtrante tuos: ne paupere diues
Plus ferat, atque inopem donis viciſſe feratur.
Quin nigros etiam colles, monteſq. repoſtos
Pax colat, Aſtrææ veniente reuiſere terras.
Pauperibus ſua iura dabit: nec pauperis antro
Sub tuguri natis optata opulentia deerit:
Et fandi fictor pendet pro crimine pœnas.
Tũc tibi pro meritis ſummi reddẽtur honores,
Dum referet Sol mane diem, dum veſpere noctem
Luna, ſub hac ſerie variantes temporis annum,
Perq. ortus obituſq. hominum ſe ſecula trudẽt.
Vt pluuia in tacitũ vellus deſcendit: vt imber
Quẽ pater immenſum fœcundis nubibus æther
In gremium terræ matris demittet, & æſtu
Torrida iamdudũ miſerè morientibus herbis
Deſuper effuſum tranſmittent prata vigorem.
Hoc duce, Iuſtitia in terris orietur, & agros
Pax teget vndantes ſpicis, noua tempora donec
Signabit varios inducens Cynthia vultus.
Illius imperij, qua ſeſe littus vtrumque
Porrigit, & fluuius terrarum terminat oram.
Nullus erit finis: genibus, pedibuſq. voluti
Orabunt veniã Aethiopes: dein territus hoſtis
Ore petet, lingetq. ſuo cum puluere terram.
Nec minus & Cilicum, Reges, quæque Inſula ponto
Obiacet, & Reges Arabum, Regeſq. Sabæi
Dona ferent, dominumq. illum, regemque potentem
Agnoſcent poſito cuncti diademate Reges.
Atque omnis venerata virũ gens ſeruiet vni. B
Idem etiam gemituſq. inopũ, miſtaſq. querelas
Audiet, & feſſos lacrymis, rerum omniũ egenos
Seruitio eripiet duro, certamq. ſalutem
Afferet, & nexus ſoluet, culpaſq. remittet.
Nec viles volet eſſe animas, nomenq. ſuorum.
Viuere fas illi: & donum prædiuitis auri
Excipiet, quod mittet Arabs: tum vota precantum
Semper, & in laudes certabunt ora canentum.
Nec ſatis hoc: denſæ ſummis in montibus altò
Ceruicem attollent ſegetes, Libanumq. comantẽ
Aequabunt ſata: nec cedent nutantia ventis. C
Interea & lætas vrbes florere videbis
Ciuibus, haud alter quã picto gramine cãpos.
Quid? quod & æternum latè increbreſcere nomen,
(Filius hoc illi nomen) dum feruidus axem
Sed circum conuertet equos, mirabitur orbis.
Certus enim fore ſe tali ſub Rege beatum,
(Qua regio in terris, quo ſint diſcrimine gẽtes)
Ipſius haud vnquam ceſſabit dicere facta,
Quamq. poteſt, claris famã virtutibus addet.
At tibi, qui generis Iſacidum dominuſque Deuſq. es, D
Et qui magna facis rerum miracula ſolus,
Gloria digna manet; quæ nulli incognita ſæclo
Omnia percurret tollentum laudibus ora,
Atque omnẽ auguſto complebit nomine terram.
Sic ò ſic Genitor, votorum hic terminus eſto,
Quæ quondam cecinit Dauid Ieſſæia proles.

E

ARGV-

ARGVMENTVM
LIBRI DECIMIOCTAVI.

QVOD ſuperiore libro facere ſtuduimus; vt Poeſim Ethnicam cum Sacra conferentes, hinc illa lumen, atq; pietatem hauriens Chriſtianis potiſſimum Scholis commodarit, id denique in ſoluta oratione conantes efficere, Bibliothecam hanc, Deo iuuante, abſoluemus. Et quidem M. Tullius Cicero librum hunc ſibi eo nomine vendicat; quòd, cum eius Opera diuidantur in Epiſtolas, in Pracepta Oratoria, quæ vocantur Τεχνικά, *In Orationes, & in Philoſophica, materiam nobis præbet conferendi ipſum cum alijs Ethnicis, atque adeo cum Sacris ſcriptoribus, qui de iiſdem Argumentis egerunt. Primum igitur De Ratione conſcribendi Epiſtolas, mox de Arte dicendi agemus, non omittentes, quæ ad Eccleſiaſticam quoque pertinent: Nam de Philoſophicis hic breuiſſimè erit dicendum, quòd duodecimo libro id à nobis pro ratione inſtituti noſtri factum fuiſſe ſatis putamus.*

ANTONII POSSEVINI SOCIETATIS IESV BIBLIOTHECAE SELECTAE

Liber Decimusoctauus

QVI INSCRIBITVR CICERO.

Summa, & methodus Epiſtolicæ Inſtitutionis. *Caput I.*

Seneca epiſ. ad Lucillum.

Sanſouinus in ſuo Secretario.

DE ratione ſcribendi epiſtolas, ſiue de epiſtolica inſtitutione ſcripſere potiſſimum, è Græcis Demetrius Phaleræus Theophraſti diſcipulus in libro περὶ ἑρμηνείας, ſiue de Elocutione, & Libanius de Epiſtolarum characteribus, elegantia, & ornatu, Exordio, Generib. C E Latinis præcipuis, qui florente Romanæ Latinitatis cultu vixerunt, quędam ſparſim reliquere poſteris, Cicero, Seneca, vbi ſe dabat occaſio, Quintilianus nonnihil ſeptimò pręſertim libro de Inſtitutione Oratoria, ſicut & reliqua, tum Græci, tum Latini, addo item Itali, aut aliarum nationum Scriptores, vbi pręcepta de Arte dicendi, ac de Rhetorica tradiderunt, cùm nimirum de Inuentione, Diſpoſitione, Elocutione, & alijs eiuſmodi egiſſent. Harum enim aliqua pertinere poſſunt ad rationem hanc epiſtolarum ſcribendarum, atque ad efformandum eum, qui ſit futurus à ſecretis, Regum, Principum Virorum, Rerumpublicarum, Ordinum Religioſorum: de qua re nos potiſſimum agimus. D

Edita eſt 1592. Lugduni Batauorū.

At ex huius ſeculi Scriptoribus pręter Lippum Brandolinum, Gulielmum Saphonenſem, Philortium, Macropedium, (& ſi qui alij extiterunt) verſari initio poterunt vtiliter, Ioannes Voellus è Societate noſtra, Iuſtus Lipſius, qui breuem, ſed auream, vt de alijs ferè omnibus ſolet, epiſtolicam Inſtitutionem ſuis dictauit Adoleſcentib. Simon Verepęus, qui ſcripſit vberem illam, nempe quæ anno CIↃ DCXXXVI. Colonię prodijt apud Maternum Cholinum; nam hæc meliore methodo, ſchematiſmis, ſcholijs illuſtrior, facta eſt item aliqua additione auctior: Rochus Peruſinus, qui cum de ſcribenda, & reſcribenda epiſtola egiſſet, editus eſt multo amplior opera Viti perdocti, cuius nomen haud adſcriptum eſt, interiectis è Paullo Manutio, & Aldo eius filio, atq; item ex Dionyſio Lambino, quę videbantur epiſtolari huic tractationi intelligendę, eſſe opportuniora, vel ad Ciceroniani ſtyli, & eloquentię commendationem facere, quam & uindicat à Politiano, Eraſmo, & alio Ciceronis maſtyge: Vbi inquit, ſe, pręter vigeſimum ſeptimum caput abs ſe Rochianis additum, decreuiſſe nonnulla ad idem artificium ſpectantia adiungere, & alicubi ſcholia locupletare, alibi noua rectè apponere, & ad ſecundam editionem ſeſe tres libros adornare propoſuiſſe; nam tunc quidem vnicum in tres partes diuiſerat. E

Vide Paullū Manutium epiſt. 4. lib. 2.

Sed ſumma eius Operis eſt, vt doceat quid epiſtola ſit, vnde originem duxerit; quo loco Beroſum, quaſi legitimum (qui tamen ut ſępè monere oportuit, ſuppoſititius eſt) ſcriptorem citat. Ecquis epiſtolæ vſus, quænam ars, quæ Tullij epiſtolarum ſit appellatio, quæ breuitas, perſpicuitas, & huiuſmodi quędam: Mox quot genera, quæ ille vocat characteres epiſtolarum ſcribendarum: Tum, quænam aliæ

ſint

A ſint leges, quibus non ſit aſtringenda epiſtola: Deinde quinam modus, & forma valedicendi: Quod tempus, qui locus, quæ ſalutationes: quæ tamen variandę ſunt: Quænam themata à Doctore proponenda: Qualis ſcribendi exercitatio: Quęnam adhibenda emendatio, & alia pleraque: Quæ item noſter Pontanus in ſuis Dialogis magno iudicio interſeruit.

Atqui cum ſpectet quadantenus ad ipſam Epiſtolarum ſcriptionem Ars venuſtè ac compoſitè characteres formandi, non defuit, qui, præter Quintilianum, & olim alios, etiam hoc tempore conſcripſerit libellum Ioannes Volfardus Romæ, qui non ſolum vtilis, verum etiam eſt Latinè, atque dilucidè conſcriptus.

Romæ anni 1591. apud Sactium, & Socios Typographos.

De Ciceronis Epiſtolis. Cap. II.

Cvm igitur ſolenne ſit in ſcholis Ciceronis epiſtolas exponere, ediſcere, vertere in varias linguas, & inde haurire quaſi prima rudimenta litteras ſcribendi, vnde etiam ſenſim poſſunt efformari ſcriptores inſignes, ſi à perito artis Magiſtro ducantur in altum, eòque magis, ſi cum aſſecutione epiſtolaris ſtyli, pietas, grauitas, perſpicuitas aliorum Auctorum iungantur; nos & quæ Græci potiſſimum tradidere, & quæ Lipſius breuiſſimè ſcripſit, quæve aliqui alij attigerunt, ne, cum temporis iactura conquirerentur, aut ſi in Græcos Auctores inciderent, hi ab omnibus non intelligerentur, huc eo retulimus ordine, vt ex his quidem ceu Anteſignanis præcepta, & exempla præirent; deinde Cicero ſubſequeretur, cuius genera, ſiue characteres epiſtolarum ob oculos poſiti, Præceptoribus, & diſcipulis facillimè eſſent ad manus, collati autem cum alijs tum Ethnicis, Græcis, & Latinis, tum ſacris ſcriptoribus, magnam iſti Inſtitutioni Epiſtolicæ facerent lucem. Præterea, cum non eadem ratio

C ſit epiſtolas ſcribendi apud Reſpublicas, apud Reges, & alios Principes Viros; Quibus & alia ſit apud eos, qui clauum Eccleſię tenent Pontifices Maximi, erat, quod alios ne ſcimus ita pręſtitiſſe, patefaciendus aditus; quo rectè, ac pedetentim informarentur; qui aliquando hoc munere, vel cum totius Chriſtiani Orbis vtilitate, fungi poſſent, videlicet, qui à ſecretis ſunt, Pontificum, Regum, & aliorum Principum, habent, vnde ſibi, ſuis, & reliquis omnibus conſulant, ſi periti, ſi probi, ſi diligentes euaſerint: nam & ſcribas Regi aſſidere ſolitos ex Liuio nouimus; ac per hanc artem ad ſummos dignitatis gradus, ad Cardinalatus, & ad Summũ Pontificatũ quoſdã euectos fuiſſe conſtat.

Aug. Dathus lib. 1. ep habet Nicolai Dathi Carmina, quib. continetur quid deceat Reipub. Scribam, & Amanuenses.

Ceterum cum de imitando Ciceronis ſtylo, vel ratione ſcribendarum Epiſtolarũ non fuerit idem omnium ſenſus, ęquum erat, vt quę de hac imitatione, hoc potiſſimũ ſeculo, Viri valde pręſtantes Franciſcus Picus aduerſus Bembum, Gulielmus Budęus, Gregorius Lilius Giraldus, Iuſtus Lipſius, cordati ſcripſerunt, huc adtexeremus.

Vbi de Cn. Mutio loquitur.

Sanſou. in ſuo Secretario.

D

Ex Demetrij Phalerei, de elocutione. Cap. III.

QVoniam verò, & epiſtolicus character exilitate indiget, etiam de ipſo dicemus. Artemo igitur, is qui Ariſtotelis epiſtolas collegit & euulgauit, ait eodẽ modo oportere Dialogum & epiſtolas ſcribi. eſſe.n. epiſtolam quaſi alterã Dialogi partem. Et aliquid quidem dicit, non tamen omnia. Oportet enim epiſtolã paullò magis adornari, & quaſi exſtrui, quàm Dialogum. Iſte enim imitatur negligenter & ex tempore dicentem; illa autem ſcribitur, & aliquo modo mittitur quaſi donum. Quis igitur ita ſermocinetur cum amico, ſicut Ariſtoteles ad Antipatrum, ſuper ſene quodam exſule, ſcribens ait? Si verò ad omnia exſilia iſte ita abiit, ut non reducatur non redeat: manifeſtum eſt, quòd nemo inuidet ire ad inferos volentibus. Nam qui ita diſſerit, demonſtranti magis quàm ſermocinanti ſimilis apparet. Et ſolutiones

E crebrę in ſermone, quales non decent epiſtolas: quia obſcurum quiddam in ſcriptione ſolutio. Et illud imitatorium, non tam ſcriptoris proprium, quàm contentionis. ſicut in Euthydemo: Quis ille erat ò Socrates, cum quo here in Lyceo diſſerebas? certè frequens turba vos circumſiſtebat. Et paullum progreſſus, infert: At mihi hoſpes quiſpiã eſſe videbatur, qui cum loquebare, quis erat? Hęc enim talis elocutio & imitatio, hiſtrionem magis docet, non epiſtolas ſcribentem.

Plurimum autem Morale epiſtola habeat, ſicut & Dialogus. Ferè enim animi ſui ſimulacrum quiſque, & imaginẽ, epiſtolã ſcribit. Et eſt quidẽ ex alia omni oratione videre ac noſcere mores Scriptoris: ex nulla tamẽ ęquè, atq; ex epiſtola. Magnitudo aũt

epiſtolæ modica,& contracta eſto,ſicut & dictio. Valdè autem longę,& elocutione A
magis inflatæ,non,per Fidem,epiſtolæ ſunt,ſed Libri,aut ſcripta ſaluere illud haben-
tia,ſicut Platonis plurima ſunt,& Thucydidis. Et conſtructione quidem epiſtola ſo-
luta eſſe debet magis. Ridiculum enim per periodes ire,tanquam non epiſtolam,ſed
iudicialem cauſſam ſcribentem:imò non ridiculum tantùm,ſed nec familiare,aut ami
cum:Illud enim,quod prouerbio fertur.Ficus,ficus,epiſtolæ oporter accommodare.

Sciendum autem,quod non ſolum Elocutio quædam,ſed & res ſunt Epiſtolis pro-
priæ. Ariſtoteles igitur,qui formam maximè epiſtolæ concepiſſe & aſſecutus vide-
tur,ait: Hoc tibi non ſcribo:non enim eſſet Epiſtolarum. Si quis enim in epiſtola
Sophiſmata, aut cauillos ſcribat,aut naturales diſſertiones; ſcribit quidem, non tamē
epiſtolam. Come enim quiddam vult eſſe epiſtola, breue & de re ſimplici expoſitio,
etiam verbis ſimplicibus. Pulchritudo enim eius & decor,amica benignitas, & cre- B
bra Prouerbia inſerta,atque hoc vnum ſapiens inſit epiſtolis;quoniam populare quid-
dam eſt Parœmia,& vulgo notum. Qui verò ſententias,loquitur, aut ſeriò cohorta-
tur,non per epiſtolam iam loquenti ſimiles eſt,ſed per artem. Ariſtoteles ſanè &
demonſtrationibus vtitur interdum epiſtolicis,ſicut cum docere vellet, pariter ma-
gnis,& paruis ciuitatibus benefaciendum eſſe,ait: Dij enim in vtriſque ęquales ſunt,
itaque & Gratiæ,quoniam Deæ æquales tibi reſidebunt apud vtraſque. Nam & quod
demonſtratur Epiſtolicum eſt,& demonſtratio ipſa.

Quoniam autem & ciuitatibus interdum,& Regibus ſcribimus,ſunto eiuſmodi epi
ſtolæ paullo magis eleuatę (mens enim dirigenda eſt in perſonam,cui ſcribitur.) ele-
uatę tamen,ſed non vti libet, aut Commentatio fiat epiſtola, ſicut illæ Ariſtotelis
ad Alexandrum,& Platonis ad Dionis familiaris. Vniuerſè autem miſcetur epiſto- C
la;quod ad elocutionem,è duobus characteribus iſtis; Vrbano & exili. Et de epiſtola
quidem hactenus,& ſimul de charactere exili. Hæc Demetrius Phaleræus.

Libanij Sophiſtæ Græci Epiſtolarum characteres in Latinum verſi. Cap. IIII.

AT Libanius ante multa ſecula characteres epiſtolarum Gręcè conſcripſit;
quos expedit huc adtexere; vt qui capiunt hac in re ad Dei gloriam profice
re,ij inde eliciant,quod prodeſſe queat; in formandis,vel iunioribus in ſcho
lis; uel alijs extra ſcholas;nempè,qui ſcriptioni de publicis negotijs addicuntur.

Character epiſtolarum varius.

Epiſtolarum quidem character uarius eſt,& multiplex. Vnde neceſſe illi fuerit,qui
conſcripturus eſt epiſtolas,ne ſimpliciter,aut,vt res ſeſe obtulerit, ſed potius cū ſum- D
ma,& diligentia,& artificio conſcribat. Nimirum is quàm accuratiſſimè,dummodo
poſſet,ſcriberet, ſi ſciret,quid epiſtola fuerit,& quid in ea fas ſit dicere,aut in quot e-

Epiſtola quid ſit.

tiam diuidenda ſit appellationes. Epiſtola enim eſt colloquium abſentis ad abſen-
tem,quod litterarum fit ſubſidio, & vtile eius inſtitutum complet:In ea namque lo-
quitur,veluti prǽſens cum abſente. Sed in multa & uaria diuiditur cognomina. Non
etenim,quia uno nomine epiſtola uocatur,iam etiam omnium epiſtolarum, quę ubi-
que circumferuntur unus dumtaxat erit character,aut unū cognomen,ſed uaria ſunt,
& inter ſe,ut dixi,diuerſa. Sunt autem omnia hæc cognomina,quibus epiſtolaris cha
racter continetur.Eſt enim epiſtolarum alia exhortatoria,alia accuſatoria, alia inter-
ceſſoria,alia commendatitia,alia ironica,alia gratias agens,alia familiaris,alia preca-
toria,alia minatoria,alia excuſatoria,alia admonitoria,alia pœnitentialis, alia expro- E
bratoria,alia condolens,alia obſequutoria,alia congratulatoria,alia deprecatoria,alia
expurgatoria,alia reſponſoria, alia irritatoria,alia conſolatoria,alia criminatoria,alia
nunciatoria,alia lamentatoria,alia mandatoria,alia laudatoria, alia doctrinalis, alia
conuictoria,alia obiurgatoria,alia interrogatoria,alia dehortatoria, alia iniunctoria,
alia enunciatoria, alia cauillatoria,alia moderatoria,alia ænigmatica,alia ſubmonito

Exhortatoria Epiſtola.

ria,alia triſtatoria,alia amatoria,alia miſta. Eſt itaque exhortatoria, qua quēpiā ad-
hortamur,nēpe inſtigaturi,ut ſiue aliquid adgrediatur,ſiue ab eo abſtineat. Hortatio

Exhortatio differt à conſultatione.

aūt in duas partes diuiditur,in exhortationē,& dehortationē. Nonnulli ēt hanc con
ſultatoriā dixere,ſed minus rectè; Differt.n. exhortatio à cōſultatione:Nā adhortatio
eſt

A eſt Oratio, quæ hortatur, neq; controuerſiã admittit: ut ſi quis dicat, bellũm eſſe ſuſcipiendum; multa enim ſunt commoda, quæ ex bello proueniunt: alter autem contradicat, bellum videlicet non eſſe ſuſcipiendum, quoniam multa ex bello accidunt incommoda, ut ſunt clades, captiuitates, uulnera, plerumque etiam urbium deuaſtationes, & plura id genus. Accuſatória, per quam deſideramus alicuius officium. Interceſſoria, per quam intercedimus in aliquo negotio. Commendatitia, ubi amicos amicis commendamus. Ironica, in qua loquimur à principio ſimularis verbis, ſed in fine ſcopum eorum declaramus, ut quidquid dictum ſit, nos per diſſimulationem dixiſse intelligamur. Gratias agens, in qua nos gratos eſſe de re aliqua oſtendimus. Familiaris, in qua ſolam beneuolentiam declaramus. Precatoria, in qua precamur amico, ut id, quod uelit, adſequatur. Minatoria, in qua minamur cuipiam. Ex-

B cuſatoria, in qua admonemus alium: nonnulli uerò hanc etiam approbationem dixerunt. Pœnitentialis, in qua uidemur pœnitere eorum, quę ſubiuimus, aut in quibus errauimus. Exprobratoria, in qua illud amico obiicimus, in quo deliquit. Condolens, in qua condolere cum iis videmur, quibus aliquid mali accidit. Obſequutoria, in qua obſequimur illi, qui triſtitia affectus erat noſtri nomine; uocant etiam hanc Apologeticam. Congratulatoria eſt, in qua congratulemur ei, qui probi quidquam egit. Deſpectoria eſt, cum in re quapiam tanquam frugali ſuperbimus. Expurgatoria eſt, in qua inſimulati reiicimus uitium in eum, qui nos inſimulauit. Reſponſoria, in qua reſpondemus ijs, quæ ſunt nobis ſcripta. Irritatoria, qua inſtigamus, & prouocamus alium, ut pugnam ineat cum alio. Conſolatoria, in qua conſolamur eos, quibus mala acciderunt. Criminatoria, in qua iniuria aliquam propter errorem inſi-

C gnimus. Nunciatoria, in qua amicum facimus certiorem de rebus, quæ nobis malè, aut bene acciderunt. Lamentatoria, in qua miſereri, & dolere videmur. Mandatoria, in qua alicujus vicarium agimus. Laudatoria, in qua laudamus amicum, qui virtute aliqua excellit. Eſt autem obſeruandum, quòd laus differat ab Encomio; Laus enim eſt oratio laudatoria, quæ unam dumtaxat rem extollit: Encomium uerò ſermo encomiaſticus, qui multas res in ſe comprehendit. Ea itaque epiſtola, quæ unam alicuius rei laudem continet, vocatur Epęnetica, ideſt Laudatoria: quæ verò multarum, Encomiaſtica. Doctrinalis, in qua cauſsam, cur ita acciderer, exponimus. Conuictoria, in qua conuincimus eum, qui id quod fecit, aut dixit, abnegar. Obiurgatoria, in qua obiurgamus peccantem. Increpatoria, ubi amicum increpamus. Interrogatoria, quando id rogamus, quod fugit nos, ut inde reddamur doctiores, de

D quo rogauimus. Dehortatoria, in qua quempiam dehortamur, omnemque metum eripimus. Iniunctoria, in qua rem amicè iuxta ſuam ipſius ſententiam iniungimus, conſilium ab eo perituri. Enunciatoria, in qua enunciamus, atque pręcipitem ſententiam ſuper aliqua re pronunciamus. Cauillatoria in qua cauillamur, hoc eſt dicto aliquo faceto alium aggredimur. Moderatoria, ut quæ in medio verſatur, & quaſi humi ſerpit. Aenigmatica, in qua alia dicuntur, alia intelliguntur. Submonitoria, in qua apparamus, quęſiti negotii ſubmonere, ut ſcopum noſtrum in eo incidamus, atque finiamus. Triſtatoria, in qua triſtari nos exhibemus. Amatoria, in qua verba facimus, ad eos quos amamus. Mixta, quam ex uarijs characteribus & diuerſo genere conſcribimus. Hæc ſunt igitur epiſtolarum cognomina, in quæ ipſæ diuiduntur.

E

De elegantia & ornatu epiſtolarum ex Libanio. Cap. V.

PORrò autem neceſſe fuerit, ut is qui epiſtolas accuratè & rectè conatur ſcribere, non ſolùm argumenti commoditate, ſed etiam phraſeos, ſiue ſtyli ornamentis utatur, atque cum modeſtia Atticiſet, ne præter decorum etiam phaleras verborum oſtentet. Indecora enim ſalutatio, eiuſdemque immoderata uerborum luxuria, nimiuſque Atticiſmus, res ſunt prorſus alienæ ab epiſtolarum formis & characteribus, quemadmodum omnes antiquiores uoluerunt. Quamobrem Philoſtratus Lemnius pulcherrimè ad hũc modum teſtatur: oportet, inquit, epiſtolę phraſim uulgata loquendi conſuetudine adhuc magis eſſe Atticam, & tamen Atticiſmo

Quatenus ornatus uerborum adhibendus.

Philoſtratus Lẽnius quid de phraſi epiſtolæ.

magis

magis conſuetam, neque nimis altam, neque uſque adeo humilem, ſed inter utramq; mediam. Conueniet autem ornare epiſtolam perſpicuitate, & iuſta breuitate, tum etiam æqua priſcarum uocum temperantia. Perſpicuitas enim optima omnis orationis dux eſt, præcipuè verò in epiſtolis. Neque tamen ea eſt ſuccincta breuitate corrũpenda; neque rurſus dum nimium perſpicuitati ſtudes, immodicè eſt delirandum, ſed in medio potius incedendum eſt. In qua re nos acres iaculatores maximè imitari licebit. A

Iaculatores imitandi.

Quemadmodum enim ſolertis eſt hominis, non multum à ſcopo, qui ſagittariis præfixus eſt, aberrare, neque tamẽ id quod eſt in ſcopo, pertingere; nimiumque à recto abeſſe, ſed ſcopum tantummodo aptè, & immotè contemplari, atque hũc eundem petere, ſic etiam prudentis eſt, nihil præter decorum in epiſtolis nugari, neq; breuiloquentiam ex ipſa penuria affectare, neque perſpicuitatẽ inuolueris inuoluere ſuum inſtitutum eò quò uult, diligere, & quod dicendum ſit, aptè & appoſitè demonſtrare. Hæc eſt enim maieſtas epiſtolæ, ut ſe rebus accommodet. Neque verò uſque adeo elegans fuerit, dicendi copiam tamquam ſummum uitium, contemnere? B

Decorum in epiſtolis.

Maieſtas epiſtolæ ut ſe rebus accommodet.

Verùm nonnullas aliquando epiſtolas, ſi res poſtulauerit, licebit ad negocij commoditatem producere. Gratia autem hiſtoriæ, fabularum amœnitas, antiquorum ſcriptorum auctoritas, appoſita prouerbia, tum etiam philoſophiæ ſententiæ rectè & eleganter epiſtolam dilatabunt.

Quænam epiſtolam dilatent.

De Epiſtolarum exordio, & proprijs materijs uniuſcuiuſque generis ex Libanio. Cap. VI.

HÆc breuiter de epiſtolarum charactere diximus, atque hæc præcepta eruditis ſatis eſſe ſumus opinati. Hinc uerò etiam epiſtolas ſubiungam, ita quidem ut unicuique ſuum addatur cognomen. Obſeruandum eſt præterea diligentiſſime, ut ſtudet aliquid ſcribere, nihil ante characterem, qui eſt epiſtolę, longius deliret, atque nugetur, ſiue adiectitiis utatur uocibus, quaſi nihil aliud, niſi mera adulatio, & ſeruilis quędam humilitas eſſe in litteris uideatur. Hoc ergo modo exorditur, Amicus amico S. D. Nam omnes ex antiquioribus auctoribus, qui nos non ſolùm eruditione, ſed etiam ſapientia præibant, ad hunc modum exordia habuiſſe uidentur. Vnde oporter eum, qui ſibi illos imitandos propoſuerit, earum adhuc ſequi veſtigia. Hæ autem habentur epiſtolæ, quæ ſunt præſcriptæ. C

Exordia qualia erant antiquitus apud Græcos in epiſt. ſcribendis.

Genera, ſiue Argumenta Epiſtolarum. Cap. VII. D

Exhortatoria.

PLurimum te oro, amicorum omnium chariſſime, ut ſemper optimorum virorum ſtudioſus eſſe velis. Longè enim pulchrius eſt, bonos imitari, & bene audire, quàm malos ſequi, & apud omnes tandem malè audire.

Accuſatoria.

Non rectè feciſti, quum eos iniuria affeceris, qui optimè de te meriti ſunt. Nam & aliis iniuriæ feneſtram aperuiſti, ut ſuis ſemper benefactoribus malefaciant.

Interceſſoria.

Etiamſi olim ſemper precatus ſim, nunc uerò maximè precor, ut tam pium tuum inſtitutum, dignum conſequatur finem. Non autem ignoro, quin uoti compos ſim futurus; iuſtum enim eſt, amicos facillimè, quod petunt, aſſequi poſſe; præcipuè verò cùm honeſtum fuerit, quod rogant.

Commendatitia.

Hunc, qui noſtras tibi reddit litteras, & probum, & doctum hominem, tuo hoſpitio ſuſcipere non dedignaberis. Facies enim, quæ decent te, & quæ mihi gratiſſima ſunt futura: E

Ironica.

Non poſſum ſatis admirari tuam modeſtiam, qui tam breui tempore animum ab æquitate in contrariũ, non enim audeo dicere, in flagitium, deflexiſti. Sic aũt pars eſt, non inimicos ſibi uelle reddere amicos, ſed amicos inimicos. Res. n. ita acta eſt, ut ea nõ ſolùm amicis indigna, ſed etiã tua ſtultitia, & ignauia maximè indigna eſſe videatur.

Gratias agẽs

Licèt profecto ob alia multa in me officia, tuæ liberalitati gratias agam: maximè tamen huius rei gratia, qua me impenſius ceteris omnibus adiuuiſti.

Familiaris.

Cùm ſatis habebam domeſticos tabellarios, uolui tuam humanitatem, etiam lit-

A teris ſalutare. Iuſtum etenim eſt germanè amicos præſentes uenerari, abſentes uerò
mutuis ſalutare litteris.

Vtinã Deus uelit, ut poſſim tuũ conſpectum uidere, & intueri, quo etiam poſthac Precatoria.
continuè, ut olim, frui liceret, Deo immortali quoque de hac re gratias ſum acturus.

Vtere omnibus in precando uiribus, animum tamen non mutabo. Nam ſi muta- Minatoria.
uero, multa incommoda experieris, quæ numquam adhuc expertus es.

Nihil equidem feci, uir optime, quibus auditis, me tam grauiter accuſas. Quare ue- Excuſatoria.
lim, ut nihil ſiniſtri de me ſuſpiceris. Non te decet, calumniæ fidem habere, & men-
daci famæ, quæ nihil ſani curat. Belli enim mater eſt calumnia.

Sępenumerò agricolam noſtrum iniuria affeciſti, quaſi non cogites, eam iniuriam Admonitoria.
in nos quoque eſſe redundaturam. Quare poſthac deſiſte, ne & prioris iniuriæ pœ-
B nam de te ſumam.

Scio, & certò quidem, quòd malè egerim. Quapropter pœnituit erroris, atque ve- Pœnitentialis.
niam peto: tu autem condonare non dedignaberis. Nam iuſtum eſt, amicorum pecca-
tis ignóſcere, præcipuè verò, quum ſibi veniam dari precentur.

Verè ex animo tibi condolui, ubi ad nos peruenerunt, quę tibi præter ſpem, & opi- Condolens.
nionem tuam acciderant aduerſa. Deum precor, ut te quamprimum illis eripiat. Eſt
amicorum quidem ſemper precari, ut amicos à periculis liberatos videant.

Ipſa equidem re obtemperaui, quod verbis pollicitus ſum. Nolui enim te admo- Obſecutoria
nitorem umquam mea cauſſa offenſum iri. Si uerò in iis, quæ aut dicta ſunt à me,
aut facta, læſus fueris, ſcias uir optime, nullam me poſthac illorum mentionem eſſe
facturum. Animus enim mihi eſt, amicos ubique reſeruare ab eo, quod triſte futu-
C rum arbitror.

Plurimum tibi gratulor, quod tantam nomenclaturam in domeſticis rebus admi- Congratulatoria.
niſtrandis aſſecutus ſis, ut ea etiam litteris mandari digna ſit. Amicis enim gratu-
lari oportet, cum feliciter agunt; ſicuti condolere, ſi quid aduerſi acciderit.

Etiamſi magnus ſis, atque cum auctoritate uociferetis; in nulla tamen re, quæ Deſpectoria.
honeſta eſt, vnquam te exhorrebo. Nihilominus tibi iam verum dicam, ut tuam im-
becillitatem agnoſcas. Nihil quidem iam moleſti mihi facis, quod non inde fit, quia
tibi male faciendi voluntas, ſed facultas deſit.

Quid nos accuſas, quaſi tuæ calamitatis auctores? Te ipſum uerò non incuſas; Expurgatoria.
quia tua tibi ſponte hoc malum abſque nobis accerſiuiſti. Tu enim infinitorum malo-
rum nobis es auctor, qui non ſolum nos, qui nemini vnquam iniuriam fecimus, ſed
D & plures alios moleſtas.

Accepi germanas tuas litteras, ex quibus intellexi, te in maxima rerum facultate Reſpõſoria.
uiuere; id quod plurimum me delectauit. Nihil enim optatius eſſe arbitror, quàm ut
amicis omnia ex ſententia cedant.

Quamuis procul abſim à te, maximè tamen à Diocle tuo conuiciatore ſum com- Imitatoria.
motus, cum te ubique terrarum ita indignè tractet. Cura ut gratiam parem referas.
Nam bonum eſt, ſceleſtos homines maioribus adhuc circumiicere malis, quàm ea
ſunt, quæ ipſi intulerunt, & hoc modo illorum occludere maledicentiam.

Si petis integrè prudenterque uiuere, ſolum Deum timeas, & præterea nemi- Cõſolatoria.
nem. Cum enim hunc ſolum timueris, neminem amplius timebis. Qui verò multos
timet, ſuam ipſius umbram timebit. Atqui Deo, quem colis, confide, reliquos terro-
E res, & minas miſſas facies. Habebis enim Deum tua pietate tibi conciliatum, quo
duce ad optimam uiuendi, agendique rationem peruenies. Nam is eſt Deus qui te ab
omni aduerſitate defendet, atque omnes inimicitias, fraudes, & inſidias auferet. Idē-
que omnes eos, qui tuo more uiuunt, tuebitur, iis autem, qui tibi male faciunt, hor-
rendus occurret.

Si probus eſſes, multos germanos haberes amicos. Iam uerò quoniam malus es, Criminatoria.
meritò nullum habes amicum. Omnes enim prudentes id operæ adhibent, ut ma-
los fugiant.

Multa pericula noſtræ reipublicę noſtro tempore acciderunt. Nam ciuile bellum Nũciatoria.

urbem

urbem obruit, eamque ex maiori ferè parte abſumpſit: ita quidem, ut nihil à Scytharum ſolitudine differre videatur. A

Lamentatoria. Eheu quot malorum cauſſa nobis fuit infelicis Hermogenis conuerſatio. Eheu quot periculis, & malis nos circumdedit. Satius profectò nobis fuiſſet cum Platone, quàm cum hoc homine omnibus infenſo, habitare.

Mandatoria. Participes eramus munerum noſtri officij. Quare & iam candide amice, volo per hos legatos, ut negocium perficias. Nam qui tuos familiares ſemper beneficio dignatus es, in hoc etiam tui animi magnitudinem referre, facilè tibi perſuadebis.

Laudatoria. Te & laudo, & veneror, qui præter omnem ingenij aleam prudens es, & doctus. Diuinos enim uiros non ſolum laudare, verum etiam venerari, & tantum non colere, iuſtum habetur.

Doctrinalis. Noli exiſtimare, Deum tibi fuiſſe auctorem eorum, quæ tibi aduerſa acciderunt. B Deus namque vbique immunis eſt ab omni malo. Neq; is, qui alios, ut mala fugiant, hortatur, umquam erit malitiæ auctor: nec id quidem iniuria.

Cõuictoria. Non ſugit nos tuum facinus, quod perperraſti. Multa enim & certa ſigna habemus, etiamſi abneges: maximè autem eos, qui tibi conſcii fuerunt, atque ipſius facti ſocij. Hinc ſupplicium non effugies.

Obiurgatoria. Quidam & uita & moribus ſceleſtus homo, multorum malorum cauſſa mihi fuit. Subrepſit enim nobis quaſi amicus, multaque egregia beneficia à me accepit. Sed ex quo ſoluendo non erat, propter omnium rerum penuriam, multis me malis expoſuit. Obſerua igitur, ne & tu huiuſmodi aliquando mala ſentias.

Increpatoria. Non te adhuc pudet eorum, quæ agis? Age, deſine toties delinquere; neque poſthac committe, ut tua uita omnibus ſit decori, noſq; omnes tui pudeat. C

Interrogatoria. Multarum ac diu quæſiui de hoc capite, neque tamen deprehendere potui. Quare dignum putaui, de hac re quærere, ut feliciter huius quæſtionis cognitionem conſequar: Quod reliquum eſt, tu roganti hoc beneficium mihi nequaquam denegabis, nec queſtionis ſolutionem, verumque intellectum docere moraberis.

Dehortatoria. Securus prorſus uiue, Age, ſi caſtè uixeris, propitium inde Deum habebis.

Iniunctoria. Decretum eſt apud me, hoc negocium perficere. Quapropter etiam tibi meum cõſilium iam communico. Hinc, vbi id quod eſt in rem meam, conſideraueris, reſcribe, quid ſit faciendum. Cupio etiam ſemper à prudentioribus petere conſilia. Non bona amicorum conſilia maximam merentur beneuolentiam.

Inficiatoria. Propoſui de meo ſeruo ſupplicium ſumere propterea quod mihi litteras molitus eſt: quare nequaquam intercedendi rationem cogitabis. Fieri enim non poteſt quin D ego conſilium meum exequar, & hominem de omni peccato puniam.

Cauillatoria. Cilicem quidem te genere eſſe omninò audio: ſed cùm rectius te video, Indum deprehendo, quemadmodum magna tui corporis nigredo prodidit.

Moderatoria. Humilis ſis, & ignobilis, ex ignobilibus, atque indoctis.

Aenigmatica. Præceptum eſt Hypandri de muliere, cùm dicit: Caue, ne alienam uxorem grauidam facias, in pœnam enim ſtatim incidas. Nam ii, qui alienam terram arant, grauidamque faciunt, non paruam dant pœnam: neque id immeritò.

Submonitoria. Cùm eram in eo loco, uirum honeſtiſſimum expertus ſum. Hæc ex me dicas.

Triſtatoria. Valde, & præter modum doluiſti, cum hanc rem perpetraris. Vnde ego quoque grauiter, tuo nomine, & aſſiduè quidem doleo. Dolores enim amicorum erga amicos ſunt immedicabiles, atque maiores habent inimicorum contumelias. E

Amatoria cũ honeſtate. Amo, & uerè amo, inquam, tuam & honeſtam, & iucundam uirtutem: neque mea mare pudet. Honeſtum enim amare, non turpe habetur. Quemadmodum autem omnis ſapiens ei vitio uertit, qui turpem aliquem amat; ita rurſus illi laudi dabit, qui probum uirum amore complectitur.

Mixta. Tua profectò uiuendi ratio eſt optima, & philoſophiæ maximè apta. Prudenter enim, & ſanctè ſtudes viuere. Peregrinos hoſpitio ſuſcipis, egenis ſuccurris, iuſtas ſententias in rebus iudicandis profers. Iudicia inuiolata muneribus cõſeruas. In hoc uno tamen mihi peccare videris, quòd effrenatam habeas linguam, & odioſa utaris

loquàcitate,

A loquacitate. Linguæ igitur uitio cum labores, amicos moleſtas, quod tuę uitæ ne-
quaquam conuenit. Hinc te admoneo, ut hoc uitium emendes, ut poſthac omni ge-
nere uirtutum ſis adornatus, & poſſis dignè ſtudium philoſophiæ exornare. De qui
buſcunq; rebus tibi placuerit, ad me ſcribere non ceſſabis; quoniam & ego de omni-
bus, quę apud nos accidunt, neque tua intereſſe uideo, crebrò litteris certiorem facio.
Apud me quidem iſtud omninò perſuaſum eſt, quòd tu rem meam, quemadmodum
ego tuam, curare ſtudeas. Multa enim in me contuliſti officia, de quibus iam tibi im-
mortales ago gratias. Cura ut incolumis in perpetuum, & ab omni moleſtia ſecurus
reſerueris, omnibusq; ueris animi deliciis ſemper fruaris. Et hæc quidem Libanius.
De quo tamen ita ſentiendum eſt in reliquis tamquam de homine Ethnico, quique
Iuliano Apoſtatæ addictus, pleraque indigniſſimè ſcripſit. Quæ item ſapienter Cæſar
B Card. Baronius adnotauit, vbi de eodẽ Iuliano Apoſtata in ſuis Annalib. fuſius egit.

Gregorij Nazianzeni Epiſtolarum varij characteres, cum aliquibus earum argumentis.

Cap. VIII.

PRæter horum Auctorum prodiere, haud exiguo Eccleſiæ Chriſtianæ bono, Gre
gorij Nazianzeni complures Epiſtolę diligenter in Latinum verſæ à Iacobo Bil
liò Prunęo, Abbate S. Michaelis in eremo (quod Cęnobium erat in Britannia,
priusquam Caluiniani trucidatis omnibus Catholicis, illud exuſſerunt) viro ut nobi
li, ita admodum pio, de quo in Apparatu ſacro ſæpè oportuit loqui, ac præcipuè
ubi actum eſt de Gregorio Nazianzeno.

C Quin & iiſdem epiſtolis abs ſe uerſis, argumenta præpoſuit, ubi erat opus: ut facilè
ſit ei, qui ſtudioſius iſtas cum aliorum epiſtolis conferre uoluerit, materiam in uariis
epiſtolarum generibus cernere aptam eruditæ, nitidę, breui, ac Chriſtianæ ſcriptio-
ni. Erant uero eiuſdem Gregorij plures epiſtolæ nondum editæ Græcè, neque Latinè,
quas ipſe Billius & Græcas & Latinas nobis reliquit.

Ac ut mittam reliquas ſiue ſerias, ſiue iocoſas, operępretium eſt, aliquas, aut ali-
quarum etiam argumenta, hic interſerere, quæ ſi cum Ciceronianis, aut aliis aliorum
Ethnicorum comparentur, facilè quiuis quantum ſit diſcrimen inter Chriſtianum
& Ethnicum ſpiritum, dignoſcet.

Philagrio itaque laboranti morbo, ſic inter alia ſcribit. Quomodo ſe habet cor- Epiſt.41.
poris ualetudo? An ſcilicet parum tibi curæ eſt quomodo ſe habeat? De anima autẽ
haud percunctabor ecquæ ualeat: ſcio enim belliſſimè ualere, quandoquidem in cor-
D poris morbo ſtrenuè philoſopharis, quaſi non materiæ, & humorum intemperiem,
ſed uirtutis explorationem eam rem acceperis: ut ſic calamitas tua aliorum ſanita-
te, & incolumitate beatior ſit. Tu uerò hoc quoque philoſophię argumentum ede,
ut nobis eaſdem res, ac de iiſdem præcipias, quas tametſi aliis ſcribere audemus,
tamen te iudice cauſſam dicere ac iudicium ſubire, periculo non uacat. Ceterum, co-
nabimur tuis iuſſis minimè reluctari.

Eudoxio item. Quæris quo in ſtatu res noſtræ ſint? Admodum acerbo. Baſilium Epiſt.38.
non habeo, Cęſarium non habeo, hoc eſt, ſpiritualem fratrem, & corporeum. Pater Preſſa & u-
meus, & mater mea dereliquerunt me: vt cũ Dauide loquar. Corpus ægrum eſt; ſene- berrima nar-
ctus capur premit; curæ aliæ aliis intexuntur; incurſant negocia, infidi amici; Ec- ratio rerum.
E cleſiæ res Paſtore & gubernatore carent. Pereunt bona, nuda & aperta ſunt mala; na
uigatio in nocte, fax nuſquam; CHRISTVS dormit. Quid faciam? una mihi
malorum depulſio, mors. Ac res etiam alterius uitæ mihi formidoloſæ ſunt, ex huius
uitæ rebus coniecturam ducenti.

Elleſbicho autem. Quanto nos detrimento morbus afficit? Accurrere ad te opor- Epiſt.123.
tebat, teque amplexari, ac ueterem amicitiam, & conſuetudinem in memoriam tibi
reuocare. At non ea corporis valetudine ſumus. Ac proinde per litteras te adimus,
ac ſalutando excipimus. Quoniam autem munus quoque aliquod offerre conuenie-
bat, hoc offeremus, nempè Mamantem lectorem, qui cùm militem patrem habeat,
Deo tamen ob morum probitatem conſecratus eſt. Hunc quæſo, Deo ac nobis miſ-

ſum fac, nec inter errores numera. Atque libertatem ac vacationem, ei ſcripto conſi A
gnatam tribue, ut ne ab aliis quidem per calumniam uexetur. Sic enim fauſtas quoque tibi ipſi belli atque militaris imperii ſpes dabis. Te, inquam, obſecro, ut ea res tibi curæ ſit. Nam quibus res maxime in manu ſunt, & in quibus rerum omnium ſumma, tamquam in trutina, nutat, his potiſſimum Deus, ipſiusque auxilium curæ eſſe debet.

Epiſt. 114. At Macedonio ſic. Nos in beneficiis ab amicis accipiendis haudquaquam inſaturabiles ſumus: etſi tu ad beneficia danda vberrimus, & copioſiſſimus es. Ac proptere Pſaltem quoque, vt inter nos conuenerat, ad te remiſimus, utrum cùm alioqui optimum (quantum breui temporis ſpatio perſpeximus) tum etiam fortaſſe tibi gratum, propter Pſalmodiam, Dei, ac ſalutis memoriam perpetuo refricantem. Quòd ſi rurſum, cùm tibi uidebitur, atque occaſio ſe offeret, beneficio nos complectaris, B
melius facies, idque tuo erga nos amori magis conſentaneum erit.

Epiſt. 115. Aſterio denique. Quidnam hoc eſt, quod nobis accidit? Relictis nobis abſceditis: ac nos morbo laboramus. Nec liuor nobis tantum ſpatii côceſſit, ut diſceſſum ueſtrum oratione perſequeremur, ô graue detrimentum? Quid bonum capere attinebat, ſi permanſurum non erat? Nec enim res ulla iucunda tantū uoluptatis affert, cùm adeſt, quantum mærotis, cum abſcedit. Honore à uobis, gloriaque affecti ſumus, fructum ex imperio & magiſtratu ueſtro cepimus, amicitia expleti ſumus. Nec enim hæc obliuione hauſimus: nec hauriemus: prius noſtri, quam ueſtri memoria nobis elabetur. Quidnam autem pro his rebus uobis beneficii rependemus? Quid aliud, quam quod omnium præclariſſimum habemus? preces autem habemus, quibus utinam ſalus nobis, & gloria comparetur. Faxitque Deus, ut à nobis rurſum videare: ſi modò no C
bis tamdiu uitæ vſura concedatur.

Quanti uerò illæ ſunt epiſtolæ, ex quibus ſicut ex ungue leonem, ita Gregorij uim & prudentiam, quæ in iis mira elucet, poſſumus intelligere?

Nicobulo, epiſt. 2. Nicobulo enim, quas priores duas ſcripſit, & quam Magno Baſilio conſequentē, hæ ita habent.

Cùm Baſilium Magnum mihi ſemper prætulerim, tametſi illi contrarium videatur: tum nunc quoque præfero, non minus veritate, quàm amicitia motus. Quocirca epiſtolis illius priore loco poſitis meas ſubnecto. Vbique enim nos inter nos coniunctos eſſe cupio: ſimulque etiam id ago, ut modeſtiæ ac ſubmiſſionis exemplum alijs præbeam.

Eidem, epiſt. 3. Laconicè loqui non eſt, vt putas, paucas ſyllabas ſcribere, ſed de plurimis rebus D
paucas. Atque hac ratione ego & maximè breuiloquum Homerum eſſe pronuncio, & prolixum Antimachum. Quì tandem iſtud? nimirum rebus, non autem litteris longitudinem eſſe æſtimans.

Ad magnum Baſil. ep. 4. Vt expleatur quod iubes, partim in nobis ſitum eſt, partim autem, & quidem potiſſimùm, ut opinor, in tua pietate. In nobis quidem cupiditas, animique promptitudo (nam nec aliàs unquam congreſſum tuum defugimus, verum eum ſemper conſectamur; & nunc eum cupidius appetimus) in tua autem ſanctitate, ut res noſtræ melius conſtituantur. Aſſidemus enim dominæ matri, graui iampridem morbo laboranti. Quam ſi non dubio, & ancipiti ſtatu relicturi ſumus, tua præſentia mihi crede haudquaquam carebimus. Illud modò tuæ curæ ſit, ut precibus tuis ipſi quidem ad ſanitatem, nobis autem ad iter opem feras. E

Ceterum, ſi quis legat: quas Baſilio, hic; contrà Gregorio ſcribit, multò adhuc liquidius, hæc quæ innuimus, cognoſcet.

Porrò ut quarumdam noſcantur argumenta, iocoſas quidem Baſilio aliquas miro lepore coniunxit cum mira ſanctitate, quæ inter alias ſparſæ ſunt.

Epiſt. 14. Boſporio autem Coloniæ Epiſcopo ſcribit: quod quamuis uitam ab omni munere Eccleſiaſtico liberam agere conſtituiſſet, populi tamen & cleri precibus atque adeò conuiciis obrutus ſe Eccleſiæ gubernacula ſuſcepturum pollicetur.

Ad eundem Boſporium extat quoque Baſilii epiſtola, in qua calumniam ſibi aſperſam diluit.

Cæſa-

A Cæſario item fratri. Qui in eo terræmotu, quo Niceæ Bithyniæ urbis pars maxima Epiſt. 16.
diſiecta eſt, ingens periculum mortis effugerat domus cuiuſdam ruina tectus. Ab hac
itaq; tam inſperata ſalute occaſionem arripiens Gregorius, eum admonet, ut relictis
Mundi negociis, Deum, qui eum periculo liberauit, ſequatur, eiuſque cultum uerè ac
ſeriò amplectatur. Deinde grauiſſimis uerbis obiurgat, qui honorum amore delini- Ep. 17.
tus, ſe in Iuliani Chriſtianæ fidei deſertoris familiam contulerat, publicique ærarii
curam ſuſceperat.

Sophronio Præſidi, cuius opem implorat aduerſus eos, qui in mortui Cæſarii for- Ep. 18.
tunas crudeliter inuaſerant, eaſque per ſummum ſcelus diripiebant. Principio epi-
ſtolæ de uitæ fragilitate, & inconſtantia philoſophatur.

Baſilio. Inter Euſebium enim Cæſareæ Epiſcopum, & Baſilium neſcio quid ſimu- Ep. 19.
B latis interceſſerat, Gregorius itaque utrumque per litteras ad concordiam hortatur.

Euſebio Epiſcopo Cæſarienſi, de re eadem. Ep. 20.

Baſilij Gregorio, qua agit cum Gregorio, ut ad conſultationem de Epiſcopi crea-
tione ineundam Cæſaream ſe conferat.

Gregorii Baſilio de eadem re Reſponſum. Ep. 21.

Gregorii Patris nomine à Gregorio ad Cæſarienſes, epiſtolæ duæ, quibus miro cona- Ep. 22. & 23.
tu hoc agit, ut Baſilius Eccleſiæ Cæſarienſi Epiſcopus inſtituatur.

Gregorii Baſilio, qua Epiſcopatum Cæſarienſem ei gratulatur, & cauſſam exponit, Ep. 24.
cur non quàm primum ad eum ſe conferat.

Baſilio. In magnis enim turbis, moleſtiiſque uerſabatur Baſilius. Nunc ergo per Ep. 25.
C litteras cohortatur Gregorius, ut magno animo ærumnas ferat, nec moleſtiis ſuc-
cumbat.

Eidem narrat, quomodo cum Philoſopho quodam uerborum contentione decer- Ep. 26.
tarit, qui eo nomine Baſilium impietatis accerſebat, quòd Spiritus Sancti diuinita-
tem haudquaquam apertè confiteretur.

Baſilii Gregorio de iiſdem rebus reſponſio.

Baſilio. Ex Baſilii reſponſione facilè colligi poterat, eſſe litteris illis, quas à Theolo- Ep. 27.
go acceperat, offenſum fuiſſe. Eam ob cauſam ſe apud eum hac epiſtola purgat; nec
cauſſam ullam fuiſſe ait, quamobrem ipſi litteræ illæ ſtomachum mouere debuerint.

Euſebio Samoſateno Epiſcopo, cui pietatis cauſſa exulanti, ſe excuſat, quòd ad eũ ep. 28.
per Cappadociam tranſeuntem non adierit, ſimulque precum eius auxilium implo-
D rat. Hic porro Euſebius Orthodoxæ fidei cauſſa à Valente Eccleſia pulſus eſt, in
Thraciamque deportatus, ut refert Theodoritus, Eccleſiaſticæ hiſtoriæ lib. 4. cap.
13. Quo mortuo, ab exilio reuerſus, Dolichæ ab Ariana quadam muliercula, tegu-
læ ictu necatus eſt, uindictamque amicis interdixit, quemadmodum idem Auctor te-
ſtatur lib. 5. cap. 4. & Nicephorus lib. 12. cap. 5.

Gregorii, Euſebium in exilio agentem, præmiorum æternæ uitæ ſpe conſolantis. ep. 30.

Gregorij, Gregorio Nyſſeno Baſilij fratri tres epiſtolæ, quibus eum ſolatur, cre- ep. 34. 35. 36.
bras peregrinationes ægrè ferentem.

Simpliciæ hæreticæ. Baſilius cuidam loco, ab omni animarum cura prius uacuo, ep. 38.
quendam, qui Simpliciæ hæreticæ facultates adminiſtrarat, Epiſcopum præfecerat.
Hunc Simplicia Baſilio uita functo, quaſi ob negocia ſua malè adminiſtrata, ſibi
E obnoxium uendicare inſtituit, ut hoc prætextu Eccleſiam uigilante & induſtrio pa-
ſtore ſpoliaret. Eam igitur Gregorius ab hac ſententia dimouere ac deducere co-
natur. Ad eandem Simpliciam extat quoque Baſilij epiſtola, in qua ei liberalita-
tem quidem tribuere uidetur, ſed eam nihil prodeſſe ait, ubi ius conculcatur, atque
optimis uiris per ſceleratos & perfidos homines periculum creatur.

Gregorio Nyſſeno. Narrat quomodo rogatu ſuo Eulalius Nazianzi Epiſcopus in- ep 42.
ſtitutus fuerit, calumniamque in ſe coniectam depellit.

Eidem, quo Gregorium Nyſſenum obiurgat, qui ſtudiis ſacris ac libris, quos ep. 43.
plebi in eccleſia lectitare ſolebat, abiectis, ad Rhetoricem profitendam ſe con-
tulerat.

Gregorio Præſidi Sororem ſuam eiuſque liberos commendat, quorum fortunæ, mortuo Nicobulo patre, à quibuſdam oppugnabantur. Eiuſque argumenti eſt ſequens epiſtola ad Eubolium. A

epiſt 47. Aſterio. cui Nicobuli cauſſam commendat; iniquum eſſe dicens, cum alieni ſceleris pœnas luere.

Epiſt. 70. Eidem. Philagrium mollius iam, impatientius corporis dolores ferentem, ad tolerantiam hortatur, eius labentem animum fulcire nititur.

Ep. 71. & 72. Poſthumiano. Quem ad ſarciendam & conſtabiliendam inter Epiſcopos concordiam hortatur, duabus epiſtolis.

Ep. 74. Celeuſio, quem accuſat, quòd obſcęna ſpectacula plebi proponat.

Ep. 76. Olympio. Conſtantinopolitanæ profectionis moleſtiam, ut ex alia quadam epiſtola coniici poteſt, excuſatione morbi deprecatur.

Epiſt. 77. Eidem. A quo petit, ne impunitum Apolliniſtarum ſcelus ferat, qui quorundam Epiſcoporum, quibus dignitas adempta fuerat, opera & adiumento, neſcio quem ſectę ſuę nebulonem Epiſcopum inſtituerant. B

Epiſt. 78. Eidem, quem rogat, ut Aurelio militię deſertori parcat.

Epiſt. 79. Nemeſio. Quem orat, ne hominem quendam patria excedere, atque exulare cogat. De Nemeſio autem hoc iis minimè aſſentiendum, qui eum eſſe putant, qui de hominis natura elegantem librum edidit. Hic quippe Gentilis erat (ut conſtat ex quibuſdam epiſtolis, quæ aliquanto poſt ſequuntur, & ex eo carmine quod Gregorius noſter ad eum ſcribit) ac Præſidis munere in Cappadocia fungebatur: ille autem Chriſtianus, & Epiſcopus.

Ep. 80. Aerio, & Alypio. Mater Aerii, & Alypii in pauperum alimoniam Eccleſiæ pecuniam quandam teſtamento reliquerat. Cui eius extremæ uoluntati, cum filii minimè ſatisfacerent, hac epiſtola Gregorius eos officii ſui commonefacit. C

Theodoro Tyanenſi Epiſcopo. Hortatoria ad patientiam.

Ep. 81. Epiſt. 82. 83. 84. 85. & 86. Eidem Commendatitiæ. 82. & 83. & 85. & 86. 88. 89.

Eidem Ep. 90. qua urget, ut ad ſe ueniat.

Cęſario Ep. 105. 106.

Sophronio Principi, Ep. 107. 108. 109. 120.

Euſtochio. Sophiſtæ, Ep. 111.

Eudoxio Rhetori, Ep. 115: 116. 117. ſed & mixta eſt iocis, & ſeriis.

Incerto Ep. 119. 151. 152.

Gratulatoria Panſophio. 112. D

Theodoſio, uel Theodoro. 114. de nexu amicitiæ per matrimonium inter quoſdam, pulchra.

Gregorio Nyſſeno Conſolatoria in ſorore demortua. Ep. 95.

Cledonio, cur ſilet, epiſt. 96. 97. 98. 102.

Eulalio, cur modò appetat loqui, ep. 99. 100. 101.

Incerto hortatoria ad uirtutem, Ep. 121.

Reliquæ epiſtolę uſque ad 207. uariorum generum ſunt, ſed quæ ubique ſapiant Gregorianum, hoc eſt eruditum, pium, acutum, & nitidum nitorem.

Vide verò, quàm aptè Nicobulum monet, qui ſuæ uxori Alypianæ Gregorij ſororis filiæ, corporis ſtaturam exprobrabat.

Ep 155. Alypianam apud nos cauillis inceſſis, ut paruam, ac tua proceritate indignam, ò magne & uaſte, ac gigantine, tum forma, tum robore. Nunc demum intellexi, animum menſuræ ſubiici, & uirtutem expendi, ac rupes margaritis præſtantiores eſſe, coruosq; luſciniis auguſtiores. Tu verò magnitudine tua, & cubitis fruere: nec Aloydis illis ullo modo inferiorem te præbe. Equum enim ducis, & haſtam uibras, & feræ tibi curæ ſunt. Ipſa autem nil operis patrat: nec magni roboris eſt radium ferre, & colum tenere, ac telę aſſidere. E

—— *Id enim fœminarum decus eſt.*

Quod ſi hoc quoque adiicias, eam orationis cauſſa humi curuam eſſe, ac per ingen

A tes mentis agitationes perpetuam cum Deo conſuetudinem habere; quid hic de tua ſublimitate, corporiſq; menſura te iactabis? Vide tempeſtiuum ſilentium: loquentem audi, quàm incompta ſit, animaduerte; quàm, ut fœmina, fortis ac ſtrenua, quas rei domeſticæ vtilitates afferat, quàm viri amans ſit. Ac tum illud Laconis dices, certè animus in menſuram minimè cadit, atque externum hominem oculos in interiū coniectos habere oportet. Si hæc ad hunc modum conſideres, iocari deſines, eamq; ut paruam deridere: tuumque coniugium fauſtum & felix iudicabis.

Et hæc quidem Gregorius Nazianzenus. Quæ cur in ſcholis adoleſcentum non prælegantur, atque manibus piorum, & eruditorum non verſentur, nullam ſanè cauſſam uideo.

B *Baſilij Magni Admonitio ad ſcriptionem Epiſtolarum pertinens. Cap. V.*

SEd enim cum ipſa ſcriptio tria requirat, ut rectè, ut eleganter, & celeriter, & expeditè ſcribatur, addamus hic, prius quàm ad Latinos Scriptores deſcendamus, quæ Baſilius Magnus cuidam Amanuenſi, ſiue librario, quem (vt opinor) ironicè vocat καλλιγράφον (per antiphraſim nimirum, neq; enim ſcitè ſcribebat) vtque id ritè faciat, monet his verbis.

Rectè ſcribito, verſusq; rectos ducito, & neque ſurſum manus, neque infrà feratur ad præceps, neq; cogas calamum per obliquum inſtar cancri Æſopici ingredi, ſed rectè incedat, tanquam ad amuſſim artificum. Sanè vbiq; æqualitatem ſerues, & quidquid inæquale eſt amputes. Quod enim obliquum eſt, indecorum eſt rectum verò iu-
C cundum eſt uidentibus, non ſinens ad morem gruum legentium oculos ſusque deque ferri; quod mihi vſu venit ſcripta tua legenti. Verſuum enim gradus, vbi de alio ad alium tranſeundum eſt, ad finem ſubſequentis rectus eſſe debebat. Vbi cum nullus ad ſequentia patebat ordo, recurrendum erat, requirendaq; ſeries ordinis per retrogradum inhærendo ſulco, perinde atque Theſeum filo Ariadnes inhæſiſſe ferunt. Scribe itaque rectè, nec mentes legentis tranſuerſis, & obliquis ſcriptis in errores abducito. Et hæc quidem D. Baſilius, quod & Quintilianus 1. Inſtitutionum Oratoriarum c. 1. & D. Hieronym. ad Lætam de Inſtitutione filiæ attigerunt.

Elenchus aliquot Auctorum quorum extant Epiſtolæ Græcæ. Cap. VI.

D POtto Aldus Manutius ab anni ſalutis exeunte ſeculo quartodecimo ſex & viginti Rhetorum Græcorum epiſtolas primò collegerat, & ediderat, quibus deinde nouem aliorum adiecit.

PRIORVM NOMINA HÆC SVNT.

Syneſius.	Diogenes.	Theophylactus.
Demoſthenes.	Crates.	Ælianus.
Plato.	Anacharſis.	Æneas.
Ariſtoteles.	Euripides.	Procopius.
Philippus.	Theano.	Dionyſius.
E Alexander.	Meliſſa.	Lyſis.
Hippocrates.	Mya.	Amaſis.
Democritus.	Alciphron.	Muſonius.
Heraclitus.	Philoſtratus.	

ALIORVM HÆC.

Baſilij Magni.	Æſchinis, &	Apollonij Thyanæi.
Libanij Rhetoris.	Iſocratis, Oratorum.	Iuliani Imp.
Chionis Platonici.	Phalaridis Tyranni.	Bruti Romani.

Cũ aũt de Bruti epiſtolis loquor, uelim ſciãt, qui iſta non norunt, ſcripſiſſe illũ plu- A
rimas, quales eum decebat, qui Imperator exercitus, remque publicam adminiſtrauit; quarum Græcè extant triginta quinque uariis populis ſcriptę, à quodam Mithridate ad Mithridatem Regem miſſæ, quas Aldus edidit poſt illas Rhetorum. Porrò de iis cũ Mithridates ille iudicium ſuum ferret, ſic Regi ſcribebat. *Bruti epiſtolas ſæpè ſum admiratus, tum ob grauitatem & breuitatem, tùm quòd Imperatoriæ prudentiæ characterem habent. Videntur enim nihil ſapere pulchrum, niſi magnanimitatem habeant.*

Bruti Epiſtolæ characterem Imperatoriæ prudẽtiæ habent.

Atqui idem qui haſce collegit, reſponſa ipſe addidit ſingulis, quibus pro ratione temporum coniicere potuit; à populis Bruto eſſe reſpondendum.

Sed plerique alii, & quidẽ Chriſtiani Theologi non minus eleganter, quam ſapienter Græcas Epiſtolas nobis reliquerunt.

Apoſtoli Petrus, Paulus, Ioannes, Iacobus, Thaddæus. B

Dionyſius Areopagita.

Conſtantinus Magnus.

Athanaſius.

Baſilius Magnus, pręter eas, quas Aldus excudit.

Io. Chryſoſtomus, cuius extant non ſolum quę editæ ſunt, ſed quæ manuſcriptę aſſeruantur in Bibliothecis, quas in Apparatu ſacro indicauimus.

Iſidorus Peluſiota, diſcipulus, & imitator Chryſoſtomi, cuius Iſidori mille ducentas è Græco in Latinum uertit Iacobus Billius Prunęus.

Theodoretus.

Encyclicæ Synodorum, ſiue Pontiff.

Reſcripta Romanorum Impp. qui ſępè Greco ſunt uſi idiomate cum Orientalib. C

Ciceronis Epiſtolarum Partitio, & Genera. *Cap. IX.*

AT à Gręcis ad Latinos Scriptores deſcendentes, incipiamus à Cicerone, qui Romanæ arcem eloquentiæ tenuit. Extant, quod omnes norunt, ipſius Epiſtolæ; ſiue ad plures, quæ dicuntur Familiares, ſiue ad unum Atticum miſſæ, quæ iuſtiore titulo uocari poſſent familiares: Quæ omnes ad Negotiale, uel Morale genus, ſeu potius ad Deliberatiuum, Iudiciale, Demonſtratiuum, referuntur: quemadmodum inter alios, doctè, ac breuiter IOANNES VOELLVS Societatis noſtrę obſeruauit eo libello, quem de Ratione conſcribendi Epiſtolas utiliſſimum reliquit; qui antea editus, prodiit iterum in lucem Anno 1584. Lugduni D apud Io. Phillehotte. Inde autem licet quaſi unico aſpectu intueri ſedes Epiſtolarum proprias, quibus Cicero, uel ſuaſit, uel diſſuaſit; hortatus eſt, uel dehortatus, petiit uel commendauit, conſolatus eſt uel monuit, conciliauit, uel reconciliauit: & ſi quid eſt aliud, quod in deliberationem cadat. Porro ſuaſoriæ epiſtolæ ſunt, lib. 2. ep. 18. cuius initium, Officium meũ erga Rhodonem. lib. 4. ep. 7. Etſi eo te adhuc conſilio. & epiſt. 8. Neque monere te audeo. & epiſt. 9. Etſi perpaucis. lib. 8. epiſt. 16. Exanimatus ſum tuis litteris. lib. 9. ep. 9. Si uales, gaudeo. Diſſuaſoriæ, lib. 2. ep. 3. Rupæ ſtudium. lib. 2. ep. 20. Amabilior mihi. lib. 8. ep. 5. Qua tu cura ſis. lib. 10. ep. 20. Lectis tuis litteris. Hortatoriæ, libri 16. epiſtolæ plurimę Dehortatoriæ, lib. 2. ep. 4. Epiſtolarum genera, & ep. 10. Etſi nihil noui. Lib. 10. ep. 5. Binas à te. lib. 12. ep. 24. Ego nullum locum. Petitorię, lib. 3. ep. 2. Cum & contra uoluntatem. lib. 5. ep. 12. E Corã me tecum. lib. 6. ep. 16. Si mihi tecum. Commendatitiæ, lib. 1. ep. 3. Aulo Trebonio. lib. 2. ep. 6. Nondum erat auditum. lib. 6. ep. 9. Cum A. Cæcinna. lib. 6. ep. 5. Vidi quàm mihi perſuaſerim. lib. 13. Epiſtolæ fermè omnes Conſolatoriæ, lib. 4. ep. 5. Poſteaquàm mihi lib. 5. epiſt. 16. Et ſi nunc ex omnibus, & ep. 17. Non obliuione, & ep. 18. Et ſi egomet. lib. 6. ep. 1. Etſi ea perturbatio. & ep. 4. Noui quod ad te. & ep. 21. Etſi eum hæc ad te. Ad conſolationem reſponſa. lib. 16. ep. 13. Quamquam conſolatio, lib. 4. ep. 9. Ego uerò, ſerui; uellem; Monitoriæ, lib. 7. ep. 8. Scripſit ad me Cæſar. lib. 9. ep. 8. Etſi munus flagitare. lib. 14. ep. 18. Conſiderandum uobis. Sed harum prior, obiurgationem non etiam duæ poſteriores.

IOANNES VOELLVS.

Tria genera epiſtolarum.

Suaſoriæ Epiſtolæ.

Diſſuaſoriæ.

Hortatoriæ.

Dehortatoriæ.

Petitoriæ.

Commendatitiæ.

Cõſolatorię.

Reſponſa ad conſolationem.

Monitoriæ.

A Inde item cerni poteſt quidquid ad iudiciale genus pertinet, quo accuſamus, aut defendimus; quærimur, aut epiſtolamus; exprobramus, aut comminamur; purgamus; aut inuehimur; deprecamur, aut eiuſmodi facimus; quales epiſtolæ ſunt Criminatoriæ, lib. 8. ep. 13. Pudet me. lib. 11. ep. 3. Defenſoriæ, lib. 3. ep. 7. Pluribus verbis. & 8. Et ſi quantum. lib. 5. ep. 2. Si tu, exercitusque, lib. 11. ep. 27. & epiſt. 28. Magnam uoluptatem. Expoſtulatoriæ, lib. 3. ep. 6. Cum meum actum. lib. 5. ep. 7. Si tu, exercitusque. lib. 7. epiſt. 9. Iam diu ignoro. lib. 16. epiſt. 26. Verberaui te. Exprobatoriæ, lib. 5. ep. 5. etſi ſtatueram. lib. 2. epiſtolæ primę pars prima. Quamquam me nomine negligentiæ. Excuſatoriæ, lib. 1. epiſt. 1. Ego omni officio. & epiſt. 9. Periucundæ mihi fuerunt. lib. 10. ep. 2. Meum ſtudium. & ep. 23. Numquam; & epiſt. 31. Minimè mirum. lib. 11. epiſt. 13. Iam non ago tibi gratias. lib. 15. epiſt. 5. B Quod & reſp. me.

Epiſtolæ pertinentes ad iudiciale genus. Criminatoriæ. Defenſoriæ. Expoſtulatoriæ. Exprobatoriæ. Purgatoriæ. Excuſatorię.

Denique Demonſtratiuo genere ea continentur omnia, quæ ad genus deliberatiuum, & iudiciale commodè redigi nequeunt. Cuiuſmodi ſunt epiſtolę nunciatorię, ſeu narratoriæ, lamentatoriæ, gratiarum actio, gratulatorię, officioſæ, diſputatoriæ, collaudatoriæ. Nunciatoriarum formę epiſtolarum extant, lib. 1. epiſt. 2. Idib. Ian. & ep. 4. Ad xvi. Kal. Feb. & ep. 5. Tametſi nihil. & epiſt. 8. De omnibus rebus, lib. 2. epiſt. 15. Non potuit. lib. 4. epiſt. 12. Etſi ſcio non. lib. 5. epiſt. 6. Cum ad me Decius. lib. 7. epiſt. 2. Mandatum tuum. lib. 8. epiſtolis fermè omnibus. Lamentatoriarum; lib. 9. epiſt. 15. Vel meo ipſius interitu. lib. 14. ep. 1. Et litteris. & ep. 3. Accepi ab Ariſtocrito. Gratiarum actionis, lib. 3. ep. 13. Quaſi diuinarem, lib. 10. ep. 4. Gratiſſima; lib. 15. ep. 11. Quantæ tibi. Gratulatoriarum; lib. 2. ep. 5. Hęc negocia, & 9. Primum, C lib. 15. ep. 7. Te & pietatis. & ep. 8. Maxima ſum, & epiſt. 9. Marcellum. & epiſt. 12. Etſi mihi nonnunquam. Officioſarum, lib. 6. ep. 10. Ego quanti te faciam. quæ in quibuſdam codicibus eſt. 9. lib. 5. ep. 8. Quantum meum ſtudium.

Epiſtolæ demonſtratiui generis. Nũciatoriæ. Lamentatoriæ. Gratiarum actionis. Gratulatoriæ. Officioſæ.

Accedunt Iocoſæ epiſtolæ, quales lib. 1. ep. 10. Cur enim tibi. lib. 7. ep. 12. Mirabar quid eſſet. & epiſt. 14. Chryſippus. & ep. 16. In equo Troiano, lib. 9. ep. 4. & epiſt. 20. Dupliciter delectatus ſum. lib. 15. ep. 16. Puto te iam.

Iocoſæ.

Præter has autem, ſunt mixtę, quales ſunt apud Ciceronem admodum frequentes.

Mixtę.

Collatio Epiſtolarum Ciceronis cum alijs tum Ethnicis, tum ſacris Scriptoribus.

Cap. X.

D

IN his igitur omnibus, ſiue mixtis, ſiue ſimplicibus, fatendum eſt, Ciceronem multa ſuppeditare, quę ad rectè, ac prudenter ſcribendum conferant. Veruntamen qui rem acutius inſpiciunt, maiorem ſępe in C. Cęſare, in M. Bruto, in Catone, & aliis Romanis Principibus prudentiam, & ſoliditatem agnoſcunt: Quanquam ſi tam multas iſtorum epiſtolas haberemus, quàm multas ipſius Ciceronis habemus, fortaſſe multum eſſet, quod in eis quoque notaretur. At quoniam plerique omnes à ſcribendis epiſtolis iacere ſolent fundamenta linguę Latinæ, & adeo reliquorum ſtudiorum; primaque hæc ſemina, ſummi momenti ſunt, ſi bona, ac diligenter culta ſint; ideo non ſolum ætate grandioribus, & uſu iam rerum aliquo ualentibus, quibus potiſſimum hęc ſcribimus; Verum etiam Humanarum littera-E rum Profeſſoribus enitendum eſt, ut non tam colligendis & decerpendis hinc inde phraſibus opera detur, quàm ut ingenia acuantur; ſciant verò deinceps, totidem verbis rem ipſam æquare, ne quaſi hydropes diſtendantur inęquali, & multiplici dictione; intelligant item, ſcribendas eſſe res, ſicut rerum natura, & ratio poſtulat; nimirum, ut Ciceronem, & bonos alios Auctores ſibi ſeruire faciant, non autem Ciceroni, & aliis ipſi inſeruiant; quemadmodum ij faciunt, qui uolutantes Ciceronis epiſtolas, illius potiùs ſenſa & verba, quàm quę ipſi habent in animo, depromunt; Quod ſanè fit, quoniam res patiunt ante conceptum. Et verò, licet adoleſcentibus non facilis ſit acquiſitio prudentiæ, quoniam ætas hęc nullo rerum uſu

Ciceronis epiſtolis aliæ præferuntur. Cautio optima in efformandis ingenis ad ſcriptionem epiſtolarum. Scribendas eſſe, ſicut rerum natura, & ratio poſtulat.

adhuc probata, vix quidquam ſapit; breui tamen hoc vitæ ſpatio cogitandum eſt, A multa comparari poſſe, quæ poſtea Reip. futura ſint commoda, ſi initio ingeniis teneris pro captu eorum aptè inſtillentur. Quare & ſummopere conducet, ut intelligant, non ſibi iurandum eſſe in Ciceronis epiſtolas; ſed cum uaria ſint hominum ingenia, multiplicesq; naturæ, diuerſæ item inter ſeſe voluntates, negotia verò penè infinita, & ſtatus rerum, ac religionis, ab antiquo illo Ethniciſmo alieniſſimus, ſcribendum eſſe ſæpiſſimè aliter, atque Cicero fecit. Quinetiam eiuſdem generis epiſtolas identidem eſſe inter ſeſe conferendas, ſiue Ciceronis, & Cæſaris; ſiue Catonis, & aliorũ; ſiue idem C. Plinij, & aliorum, in quibus cernuntur, uiror, & flores, ſeu Senecæ, atque item Platonis, & Dionis, & eiuſmodi aliorum, qui litteras nobis ad amicos ſuos ſcriptas reliquerunt. Sanè, ſi quis ea quæ Cicero Catoni ſcripſit, dum triumphum ambibat, & quæ Cato huic reſpondit, ſimul contulerit, uidebit, quantùm præ illo B Cato ſapiebat.

Non eſſe iurãdum in Ciceronis epiſtolas.

Conferẽdas eſſe inter ſe Ciceronis, Cæſaris, Catonis, C. Plinij, Senecę, Platonis, Dionis, & aliorũ epiſtolas.

Obſeruatio in epiſtolis Patrum.

At uerò (ut è ſcholis egrediar, & cum prudentibus, ac prouectionibus agam) ſi ad hęc omnia acceſſerit ſedula uirorum prudentium obſeruatio, ut ex SS. Cypriano, Auguſtino, Dionyſio Areopagita, Ignatio, Martiali, Baſilio, & Gregorio Nazianzeno, Hieronymo, & alijs Patribus; Leone, Gregorio magnis, Bernardo, & reliquis, Selectæ quędam epiſtolæ habeantur ad manus, quæ cum Ciceronianis in unoquoq; genere conferantur, intelliget, quantum diſtet Chriſtianę pietatis elegantia, eloquentia, grauitas, & maturitas, ab ijs, quę Cicero naturali quadam ui, & exercitatione eloquenter pronunciauit: Cum etiam cui Diuinæ gratię uigor deerat, mirum non eſt, ſi plerumque tumor, & faſtus inanis gloriæ aderat, qui ſi initio ex crebra & unica uolutatione iſtius epiſtolarum, adoleſcentum animos inuadit, uix unquam deinceps (titillante ſenſu, & proprii amoris inſito fomite eum fouente) eximi poteſt. C

Eucherii epiſtola Parænetica.

Extat uerò Eucherij ad Valerianum epiſtola Parænetica quæ una ſuperat ſexcentas alias, quæ cordatiſſimè uideri poſſint à Cicerone fuiſſe perſcriptæ.

Extat (inquam) Ioannis Auilæ altera epiſtola ad Hiſpalenſis ciuitatis, quem uocant Aſſiſtentem, hoc eſt Prætorem, ſiue Præfectum: quæ epiſtola ſi conferatur, cum ea, quam de adminiſtranda Prouincia Cicero ſcripſit ad Quintum Fratrem, intelligetur eequo ſpiritu vtraque dictata ſit. Sanè Io. Auila eam, ut reliquas quæ in utiliſſimo libro Epiſtolarum eius ſpiritualium collectæ ſunt, expectationem omnium ſuperat.

Apud Clariſ. Lullinum Patritiũ Venet.

Quòd ſi diuina Bonitas conceſſerit, ut prælo dentur, quę hactenus S. Ioãnis Chryſoſtomi epiſtolæ latuerunt (trecentas enim ſcio, qui Græcas apud ſe habet ex iis, quarum magnam partem, dum in exilio & multa pateretur, & plura in Dei gloriam patraret, ſcribebat, pręcipuè ad Olympiam) certè ſenſa alia, & eloquentiam è Diuino fonte ſpiritus ſancti manantem haurient, quàm quæ ex Ethnicis tantùm Scriptoribus hauriri ſolet. D

Sed enim & Apoſtolicæ habentur epiſtolæ: quæ cùm ad omnes omnium generum homines miſſę fuiſſent, ut ſalutem conſequerentur, uix dici poſſet, quantum cæleſtis ſapientiæ ingenerarent animis, ſi bona illarum pars memoriæ mandaretur, potius quàm ineptiæ & nugamenta, quæ auertunt animas à recto. Et ſanè, ſuo ſeculo S. Ioannes Chryſoſtomus mirabatur, reperiri plurimos, qui neque quot Sancti Pauli eſſent Epiſtolæ, cognoſcerent: cùm tamen Ethnica ſcripta, & blateramenta fabuloſa probè callerent. Vna certè, & Altera Sancti Petri Epiſtola, nonne omnes omnium Ethnicorum epiſtolas, maieſtate, manſuetudine, ſcribendi modo ſuperat? E

Iam uerò, quæ epiſtolæ dici poſſunt Hiſtoricę, cum inter Ciceronianas pleræque extent, nec defuere poſtea, qui idem genus ſcribendi ſecuti ſunt, habemus certè quod alibi monuimus quæ cum antiquis conferri poſſint Ioannis Petri Maffæi, & aliorum è Societate noſtra de Indicijs rebus litteras ab ijs Latinas factas, ad religionē plerumque ſpectantibus, quę & ad ſcribendum elegantiam, & ad proximos iuuandos uberem pietatem continent.

A Iam vt ad Ciceronem redeam, cùm priore epiſtola familiarium ad Lentulum, de religione, Sibylliniſque litteris ſcribat, ſæpè verò alibi occaſionem præbeat agendi de virtutibus atque in ijs, quæ ad Atticum ſcripſit, interdum ea verba pronunciet: Tempus eſt, vt de æterna vita cogitemus, nemo non intelligit, quantum ex huiuſmodi locis poſſit cordatus Præceptor anſam capere ſiue ad ſe ipſum, ſiue ad alios in pietate firmandos.

Pietas quomodo inſinuanda ex epiſtolis quibuſdam Ciceronis.

Ceterum, quæ ſunt adhibenda in vnaquaque epiſtolarum forma, vt Chriſtianè ſcribamus, quæue Epiſtolæ partes eſſe debeant, & quænam antiquis ſalutatio præfigebatur epiſtolis: tum quodnam genus dicendi, quæ breuitas, elegantia, perſpicuitas, & compoſitio eſſe debeat, ſatis ex eiuſdem Ioannis Voelli præceptionibus poterit quiſq; colligere: Cùm interim rei, de qua agitur, perfecta cognitio, & charitas, duo illa ſint, quæ
B ſcriptionem (vt ita dicam) animent, & reddant illuſtrem.

Forma, partes, ſalutatio & aliæ qualitates ſcribendarum epiſtolarum.

Quòd ſi quis vir Eccleſiaſticus ſalutationes, quas Apoſtoli ſuis epiſtolis præponebant, cuperet nonnumquam imitari, qua parte id ad eorum officium ſpectaret, extat Sixti Senenſis exemplum compendij in principium epiſtolæ ad Romanos; Quo quidem exemplo, mutatis mutandis, quiuis ad cetera ſalutationum genera interdum vti commodè poſſet. Sic autem Sixtus. Prima (inquit) pars huius epiſtolæ, ſalutationi deſeruiens, tria complectitur, quæ epiſtolam fide dignam, & acceptabilem reddunt, videlicet.

Salutationes quales in Apoſtolicis epiſtolis. Lib 3. Bibl. Sanctæ.

1. Salutantem.	3. In ſalute duo maxima bona Romanis precatur.
2. Salutatos.	
3. Salutem.	1. Principium omnium bonorum.
C 1. Perſona ſalutans deſcribitur ex	2. Finem vltimum omnium bonorum.
1. Homine.	1. Paulus.
2. Conditione.	2. Seruus Ieſu Chriſti.
3. Dignitate.	3. Vocatus Apoſtolus.
4. Officio prædicandi Euangelium: hoc autem laudatur, ex	4. Segregatus in Euangelium.
	1. Dei.
1. Origine.	2. Quod ante promiſit
2. Vetuſtate.	3. Per Prophetas in ſcripturis ſanctis,
3. Veritate teſtium.	4. De filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid, ſecundum carnem
4. Fructu, qui quidem eſt Filius Dei pro nobis incarnatus: Quem Dei Filium commendat ex	1. Qui declaratus eſt filius Dei.
	2. Per quem accepimus gratiam.
D 1. Potentia virtutis.	2. Omnibus, qui ſunt Romæ.
2. Liberalitatis largitate.	1. Dilectis Dei.
2. Perſonas Salutatas duplici titulo exprimit, & honorat.	2. Vocatis ſanctis.
	1. Gratia uobis, &
1. Aeterno.	2. Pax à Deo Patre, & Domino noſtro Ieſu Chriſto.
2. Temporali.	

E Iuſti Lipſii monitis Inſtitutionis Epiſtolicæ quænam utiliter petenda. Cap. XI.

IAm uerò, cum generatim hæc dicta ſint, expedit, ut quam breuiorem ſcribendi epiſtolas rationem nacti ſumus, eam ut afferamus. Nam etſi Rochus Peruſinus, Ioan.
E Voelus, Simon Verepæus, & alij, quemadmodum initio diximus, pleraque hoc de argumento optima ſuppeditarunt, non eſt tamen mittendus Iuſtus Lipſius, cuius & in hoc negocio exant, quæ antiquorum nitorem æquant, ac (liceat fidenter uerum effari) ſuperant.

Hic igitur cum primò de nominibus uarijs Epiſtolæ, deque eius forma apud ueteres agit, quàm & quaſi Miſſoriam à uerbo Græco, [a] & Miſſam ab Iſidoro, [b] nec rectè Epiſtolam eſſe ſcribendum monet, dictam uerò à priſcis litteras (poeţe etiam litterã) Tabulas, [c] tabellas uti & pagellas codicillos à materie *ante vſum membranarum, quia in dolatis ex ligno codicillis* (Iſidori uerba ſunt) *epiſtolarum colloquia ſcribebantur, unde*

a ἀπὸ τοῦ ἐπιστέλλειν.
b Iſid. lib. 4. Orige.
c Ibidem.

&

& parentores [illegible] *Tabellarios vocauerunt*: quæ fieri ſolitæ inducta cera, è fago, abiete, buxo, tilia, ſiue phyllira, acere, citro, ebore. Vſi tamen ijdem Veteres etiam charta ad hæc, quod è Martiale conſtat lib. 14. Et hę minore forma; quàm publicę litteræ ad S.P.Q.R. quę grādiore forma, & tranſuerſa charta quaſi hiſtoriæ ſcribebantur. A

Mox definita epiſtola, ut ea ſit ſcriptus animi nuntius ad abſentes, aut quaſi abſētes, ad materiem uenit, hoc eſt ad rem, quæ ſubiecta ſcriptioni duplex eſt, Sollemnis, & Varians. Sollemnis, quæ in omni epiſtola eadem, aut penè eadem, quaſi ex formula recurrit. Qualia ſunt, Præloquium, & clauſula. Prœloquium intelligit, quod ex ritu premittitur: ut Nomina, & ſalus. Quam (licet apud antiquos alia) temperandam eſſe hodie ad uſum noſtri ęui prudenter iudicat.

Porrò tangit, quæ ad finem Epiſtolæ, itemque de ſigno. Finem autem clauſulam ille appellat, quę terminus & Epiſtolæ, in qua quinque ferè ſollemnia. I. VALEDICTIO. *Aut Salue, Vale. Vt ens.* Voto interdum concepta. *Deum precor, ut te ſeruet, conciliet tua fortunet.* Quę omnia cum iudicio imitanda, aut immutanda pro re, & perſona. II. LOCI ADIECTIO quæ neceſſaria inter abſentes, niſi de eo planè conſtet. III. TEMPORIS. In quo dies ſemper, anni plurimum, horę interdum notatæ inueniuntur. IV. SVBSCRIPTIO, quę priſcis ignota, niſi forte in litteris ad Imperatores, quibus ſubſcriptum per ſpeciem honoris, & obſequij. *Deuotos*[c] *ſi eſſe.* Nos tamen uſurpamus. nec damnatur apud grandes, aut ignotos: apud familiares uacuum uideatur, imò uile. V. SVPERSCRIPTIO. quę nobis inter legitimas; ueteribus rarò fortaſſe uſurpata. Dabant enim plerumque & mittebant per pueros ſuos, aut Tabellarios notos, nec aliud in exteriore epiſtola quàm Signum,[d] & Linum.[e] Illud plerũque erat Imago[f] propria, aut alicuius è maioribus, impreſſa ceræ, ſiue cretę. Quidquid autem huius ſit, nobis ſuperſcriptio uſurpanda: ſiue ob ignotos, ignorantesque Tabellarios, ſiue magis ob receptiſſimum morem, cum quo fruſtra pugnemus. Quin & titulis, (inquit Lipſius) eodem more Victore, uti ſuadeam: ſine ambitione tamen, aut profeſſa nimis adulatione. Hæc ſollemnis Materies epiſtolæ, in quam aduocat Epiſtolas totas, quas *Formales* Suetonius[g] appellat. Eæ de vna aliqua re, vna ac ſimili forma, ad plures ſcribuntur, in negotijs publicis, inque aulis Principum etiam hodie vſitatæ, quas ipſas *canonicas* (niſi (inquit) fallor) Caſſiodorus[h] nominat. B

Homer. Iliad. ver. 169.

NOTA.

NOTA.

c Ex Dione 57. Suetonio Tibe. 32. Et priſcis lapidib. D.N.M.Q.E, ideſt. Deuotus Numini, Maieſtatiq; eius.

d Siue alia aliqua, ut Auguſtus Sphynge ſignare ſolebat, poſtea imagine Alexādri, poſtremum, ſua.

e Cic. IV. in Verrem. & in Catilinam.

f Plaut. Apud Curti. lib. 7.

g In Domit. cap. 11.

h Lib. 2. Var. epiſt. 24.

De materia Varia, eiuſq; ſectione. Cap. XII.

DEmum ad variantem materiem accedit, quæ diuerſa in quaque epiſtola eſt: ipſa occaſio ſcribendi, & cauſſa. Ea multiplex: nec minus latè patens, quàm hęc Vita: Quæ tamen omnis eſt triplex Seria. Docta. Familiaris. Seria, quæ ad publica, uel priuata pertinet, ſed vberius ea tractat, & cum cura. Id genus inter publica ſunt: Narrationes, Diſſertiones, Deliberationes, De ſtatu rerum, de Militia, de Pace, & his talibus. Inter priuata; Conſolationes, Admonitiones, Petitiones, Obiurgationes, Excuſationes, ſuaſiones, laudationes: & vno verbo, quicquid paullò magis feriò ſcribitur, & vna in re velut figentes pedem. Docta, quæ ea, quæ ad ſcientiam, aut ſapientiam, continet, & res non epiſtolæ, epiſtolæ veſte velat. Talis triplex. Aut enim philologa eſt, & in amænioribus ſtudijs occupatur: vt olim Varronis Quæſtiones epiſtolicæ, Valgij Ruffi quæſita per epiſtolam. Aut Philoſopha, & de Natura, & moribus agit, Vt Senecę epiſtolę, ſed & Platonis, Aut denique Theologa, quę in ſacris rebus dedita: ut ſunt SS. Baſilij, Gregorij vtriuſque, Iſidori Peluſiotę, Hieronymi, Auguſtini, Cypriani, & aliorum ſiue aliarum, quales Iō. Auilæ B. Catherinę Senenſis, Baptiſtę Genuenſis Virginum, quę magna cum laude Italicè ſcripſerunt. Porrò familiares dicuntur, quę res tangūt noſtras, aut circa nos, quęque in aſsiduā uita. Ea propria, & creberrima epiſtolę materies, & germanę illius una; cui illa duo, Seria, & Docta ſępe admixta, quare uarium nec ſimplex argumentum. D E

A

Inuentio, & Ordo. *Cap. XIII.*

DE materię epiſtolę locutus, pauca hęc ſcribit de Inuentione, & Ordine, nimirum ad inuentionem vberibus pręceptis non eſſe opus, cum ſemper ea prōpta. Quod in familiaribus uerisq; epiſtolis perpetuum eſt. In ſerijs, & Doctis paullo aliter, quibus quomodo aggerenda, aut amplificanda materies ſit, Rhetorum libri nos docent. Ordo autem in epiſtola, is optimus, qui neglectus aut nullus. Adeo vt nec in reſponſionibus ordine, & diſtinctè ad capita ſemper reſpondeamus: ſed vt viſum, atque vt hoc, illud ve in mentem, aut calamum venit. Omninò decora eſt hęc incuria, & Cicero magnus magiſter docuit, *Epiſtolas debere interdum hallucinari.* Cic. ad Att.
B Itaque ille ipſe hęſitat, reuocat, turbat, miſcet, nec quidquā magis curaſſe videtur, quā ne quid curę pręferret. Tamen in Serijs paullo magis de ordine ſatagendum: ſed ita vt ſemper infra Oratoriam illam diligentiam conſiſtat, & imitere eam, non ęques.

De Sermone, ſiue Elocutione, & ſtyli modo. *Cap. XIIII.*

PRoximè de ſermone agit, quo materies epiſtolę veſtitur. Is eſt Elocutio, & ſtyli modus Epiſtolę aptus. qui *Vniuersè, & diſtinctè* conſideratur. Vniuersè, in toto habitu, & conformatione Epiſtolę. Diſtinctè, in partibus; i. *Phraſi, & verbo.* De habitu igitur quinque pręcipit. *Breuitatem, Perſpicuitatem, Simplicitatem, Venuſtatem, Decentiam.*

C

Breuitas.

BREVITAS quoniam vt in ſermone, aut fabulis, ſic in epiſtola odioſa eſt garrulitas: quam plerique affectant. Vt corpore tenues veſte ſe dilatant, ſic qui ingenij aut ſapientię inopes diffundunt ſe verbis. Sit tamen Breuitas cum iudicio vſurpata, & modo. Vt enim non minus aberrat, qui citra ſcopum, quàm qui ultra iaculatur; ſic quiſquis pauciora quàm pro re, aut plura dicit. Modus autem à materie ſpectandus. Si *ſeria* epiſtola, aut *Sapiens*, diffundi paullò magis vult, & rei per ſe graui addi verborum aliquod pondus. Si *familiaris*, cōtrahi: nec res tenues, aut multas onerari laſciuia ſermonis. Scilicet vt vela pro magnitudine nauium: ſic Verba debent eſſe, pro rerum. Iudicium pręterea ſumit à Perſonis, idq; dupliciter: *A Qualitate, a Captu.* Ab illa:
D vt ſi ad ignotos, aut Magnates ſcribitur, Vberior, & floridior paullò epiſtola ſit, quia ſtricta illa breuitas, apud hos tales, non abeſt à contemptu. Aliter ſi ad amicos, aut ęquales. A captu: ut ſi ad leuiter doctum, aut acutum: ſi ad iuuenem extendetur, ne tenebrę offundantur ingenijs per ſe parum claris. Atque id in omni perſona valde nota, ut illi nos, noſtrumq; ſtylum temperemus. quoniam caput artis, ſcribere accōmodatè. Fiet autem ſermo breuis obſeruatione triplici. *Rerum, Compoſitionis, Verborum. Rerum,* ut ſuperuacuum nihil admiſceatur, nil repetatur, inprimis non capita; ad quæ reſpondetur *Compoſitionis.* Vt ſtructuram, & Periodum longiorem omnem fugiamus; mēbris utamur; & aſyndetis ſæpè. *Verborum*, ut lætior omnis phraſis, allegoria, imago abdicetur: parca, & pura oratio ſit, neceſſaria ſuppellectile uerborum contenta.
E Hæc uerò dicta ſunt Viris, non iuuentuti: adeo enim hanc ad Breuitatem illam non uocat, ut etiam abſterreat; ſiue quia tuto adſumere uix poteſt, & Breuitatis imitatio facillimè ætatem hanc decipit: ſiue quia nec utiliter poteſt, & iuuenili illo breuitatis ſtudio aridus plerumque & exſuccus ſtylus euadit, nec facilè ad laudatam illam temperiem uenitur, niſi initio ubertas quędam, & luxuries ſit, quā ętas paullatim depaſcit.

Perſpicuitas.

Perſpicuitati periculum eſt à Breuitate, itaque huic illa ſubtexitur tractanda: Summum igitur in ſermone uitium eſt non ſolum non capi, ſed etiam ęgrè capi. In quo peccant quidam, Natura, qui ipſi obſcura, & recondita talia efferunt; plures, Studio,

qui

qui nihil doctum, aut laudabile putant niſi reconditum, & quod fugiat vulgares mentes. In epiſtola igitur præſertim, quæ arbitrum, aut interpretem non quærit clarè ſcribendum, & breuiter, ſed ita vt hoc ſciatur, eſſe laudis, illud neceſſitatis. Clarus autem ſermo erit præcepto triplici: ſi verba in eo propria, ſi vſitata, ſi collocata. A

Simplicitas.

Demetr. Phal. Cicer. Seneca.

Simplicitas exigitur in ſtylo, & in mente: *In ſtylo*, vt ſine cura, ſine cultu, ſimillimus autem quotidiano ſermoni. Quod fœminas ornare dicitur, non ornari, hoc epiſtolam. In mente, vt ſimplex quiddam, & ingenuum in tota ſcriptione eluceat, & aperiat candorem quendam liberè mentis. Itaque optima ea repræſentanda, & in primis illi, ad quem ſcribitur, amica, vt inquam lenium affectuum, & beneuolentiæ illud, vt ſic dicã, ſaccharum inſpergatur, fiatq; delectabilis, & ad legentis guſtum. Quo in genere Ciceronis unicus & unicè imitandus. Præceptis enim alijs res non continetur. Excipiendum tamen illud, pro re interdum epiſtolam aſſurgere, & paullò ſtudioſius (ut in ſerijs) ſcribi, ſed ita ut ſimplicitatem totam non exuat, & ornamenta interdum habeat, lenocinia numquam. Nam illæ, quæ ad pompam, & oſtentationem ingenij ſcriptæ, (quales Philoſtrati, & Phalaridis, item Syneſij, & Plinij nonnullæ) neſcio an tueri nomen ueræ epiſtolæ poſſint apud iudices ueros. B

Venuſtas, & Decentia.

Venuſtas appellatur, cum ſermo totus alacer, uiuus, erectus eſt, & allicientem quandam gratiam veneremque præfert; Quod natura ferè dat, nonnihil tamen, & duplex hæc monitio. Primum, ut Adagia, Alluſionesq; ad dicta, aut facta uetera, uerſiculis, aut argutę ſententię utriuſque linguæ interdum immiſceantur. Secundum, ut iocis, ſalibuſque opportunè condiatur epiſtola; qui anima; & uita epiſtolæ dici meritò poſſunt. C

Decentia eſt, quam Græci τὸ πρέπον; cum omnia aptè, & conuenienter epiſtolæ ſunt ſcripta. Quod ſit aſpectu duplici; *Perſonæ, & rei. Perſonæ*, dupliciter, ſi tuam reſpicis, & eius ad quem ſcribis: *Rei* autem, ſimpliciter, ut omnis pro argumento, & ſententiarum, phraſiumque ueſtis apta ſit corpori, Quæ tota res eſt iudicij, quę non ab arte, ſed à Deo, naturaque petenda eſt.

De ſermone diſtinctè, vbi & de Imitatione, & Auctoribus qui aliquando legendi. Cap. XV. D

VBi uerò uniuerſè dixit de ſermone, diſtinctius ad partes eius tranſit, *Phraſim*, & Verba. *Phraſim* uocat *Voces duas, aut plures in ſententia iunctas*: *Verba* uerò uoces ſingulas. In illis *elegantia*, & *nitor* requiritur. In his *Latinitas* & *Proprietas*. Ea omnia uel ex *auditu* leuiter, quia & rarus Latinus ſermo eſt, & pauci ea cura loquuntur, qua ſcribunt: vel ex *Lectione*, quę utilior, ac tutior: ſic tamen ut & adiungatur *imitatio*. Tu igitur mecum, omnes legendos, imitandosq; tibi certò ſtatue: non ſimul tamen, aut omni quo. Diſcrimen aliquod temporum eſt, quod utiliter enotabo. Eſt puerilis quædam, & prima imitatio eſt, Creſcens, eſt adulta. In prima Cicero non præcipuus ſolùm legatur, ſed ſolus. Cui fini? Ut corpus ſcilicet illud, & contextus orationis primum ſeriò formetur uno quodam habitu, & ęquabili ſermonis filo: Neque ei idem cenſerem, ſi Caluus, Cælius, Brutus, Cęſar, & alij è claſſe Oratorum extarent. Sed ut hodie res eſt, quis præter Tullium periodos membra, numeros, & continuatam illam orationis ſeriem nobis ſuggeſſerit? A qua, me quidem iudice, neceſſariò initium faciendum iuuentuti. Cicero igitur primus primas teneat, & teneat ſolus. Sed quamdiu? pro ingenijs tempus definiam: in molliore aliquo, annum; in duriore, alterum etiã annum. Et addo non inutiliter ſub hanc ipſam curam, Manutij epiſtolas, Sadoleti, Bembi, Bunelli, atque in primis Longolij noſtri, legi poſſe. non quia ipſi (liberè dicam) ualdè probi; ſed quia puerili quodam affectu Ciceronis illam orbitã anxio pede preſſerunt E

A ſerunt,ideoq; per eorum veſtigia tutior,&facilior tibi curſus. At in creſcentem,& iuuenilem imitationem alios admitto: Sed ſucceſſu tamen; nec vt ſaltu pergas, ſed per quoſdam velut gradus. Itaque meo conſilio,eos hic primùm adeas,qui à Cicerone minimùm abeunt,& qui copia ſuauitate,fluxu dictionis,referant beatam illam,facilemque naturam. Qualis Fabius inprimis,& nonnihil Q. Curtius, Velleius, Liuius, Cęſar: ſimiliores futuri,niſi retinuiſſet,& ſtitiſſet alia ſpecies argumenti. Hos igitur tunc lege,ſed leuiter:at cum omni ſtudio quæ ſelectæ ſunt ſine labe phraſes,ex Plauto,& Terentio. Hi ad epiſtolam (de orationib. enim aliter cenſeo) & familiarem ſcriptionem inprimis apti:quia reuera epiſtola quid aliud,quam quotidiana diſſertatio? vt nō erraret Artemo apud Demetrium,qui cenſet eodem modo Dialogum,& epiſtolam ſcribi. Et Plinius ab eadem cauſſa,epiſtolas matronæ cuiuſdam dilaudans, eum Plauto,&

B Terentio metro ſolutis eas componit. Quin ipſum Plinium in ſecunda hac claſſe iure colloco,terſum,acutum,nitidum: Sed non ſine delicijs molliculum interdum,& parum Virum. Cui comitem nouum do,ſed maiorem nouis, Etruſcum illum Angelum, qui (niſi quod affectatæ interdum,& quæſitæ in eo argutiæ) cum illis ipſis priſcis pari paſſu decurrere poſſe videatur epiſtolarem hunc campum.

Hoc uelut tyrocinij biennium ſit:quo manus hęc ſtyli coercenda nonnihil intra purā togam. Cui iam deinceps,in adulta imitatione liberè permittam,exerat ſe,& uagetur per ſcriptorum omne genus. Legat,uideat,& flores ex omni prato carpat ad eloquentiæ hanc corollam. Sed in primis ſuadeam Salluſtium,Senecam,Tacitum, & id genus breuium,ſubtiliumq; Scriptorum iam legi,quorum acuta quaſi falce luxuries illa paulliſper recidatur;fiatque oratio ſtricta,fortis,& uerè uirilis.

C

De excerptis;quo ordine ea inſtituenda,& à quibus ſingula carpenda. Cap. XVI.

QVid ſeligas,& à quibus,partem fecit alteram. de qua etſi exemplis dicere faciliùs potuiſſet,quam ſcriptis; tamen breuiter hęc habuit Lectionem ipſam nō ſufficere,ne repetitam quidem, imò nec in fæliciſſima memoria: ſed opus eſſe excerptis quibuſdam,& notis rerum uerborumq; ſingularium,quas imitemur. quæ Excerpta Memorialibus libellis,tanquam ęrario,cōtineri uult,unde ſermonis illæ opes per tempus,& ad uſum promantur. Fieri autem libellos triplices:unum, quem formularum;alterum,ornamentorum; tertium,Dictionis. Duo illi ad ſermonem uniuerſum

D magis pertinent,tertius ad diſtinctum. In primo, Formulæ duplices: Ad contextum iſtæ:Ordiēdi,Narrandi,Continuandi,Tranſeundi,Abrumpendi,Claudendi: Ad materiē,iſtæ: Rogandi,Gratias agendi, Operam offerendi,Laudandi,Vituperandi,Affectandi:& quicquid iſtarum rerum communium eſt,quę in epiſtolam creberrimè incurrunt. Secundus,Ornamentorum,in quo diſtinctè,& per capita collocentur. Similitudines Allegorię Imagines,Acutiora dicta,ſententiæ & ſigna eiuſmodi illuſtria lumina ſermonis. Tertius, Dictionis,quæ bipertiri poterit Phraſium & Verborum. Phraſes quidem inſigniores,aut nitidiores: Verba quæcunque rara,noua aut nouo ſenſu, ſiue flexu uſurpata. In phraſibus ut diſpoſitio non cernitur, niſi quòd ſeorſum poni poſſunt pro diſcrimine Scriptorum: Tullij ſolæ,Plauti,& Terentij ſolæ,Hiſtoricorum ſolę:quod quiſquam pro iudicio ſuo,aut induſtria facito. In Verbis ordo ſeruetur Alpha

E beti. Formularum liber è Cicerone maximè compleatur; adde Plinium, aut ſi quid aliundè transferri,aut hauriri poterit opportunè. Ornamentorum à Cicerone,Fabio, Plinio,Hiſtoricis,Seneca;etiam à Græcis,& inprimis Plutarcho. Phraſium exempla à Cicerone maximè, & comicis petantur: nonnihil ab Hiſtoricis, atque etiam ab alijs,Varrone,Agellio,Suetonio,Iuriſconſultis;imò & interdum Appuleio.

Verborum, uno uerbo,ab omnibus: nec inutiliter etiam à Grammaticis,& Gloſſarijs antiquis.

uu De

De Expreßione, & formatione ſtyli, per tria genera Imitationum. Cap. XVII. A

TErtium illud utiliſſimum ſequitur, Quid exprimas, & quid uites. Fruſtra.n. priora illa duo, ſi non iſtud: nec lectio, aut ſelectio adiuuerint, ſine proba expreſſione. Ea, ut talis ſit, per triplicem imitationem diſtinctè fit, vt ſciatur quid ſequi deceat in vnaquaque quid vites. In Puerili, duo hæc proponendæ. Primò, vt Formulas inprimis, & communia illa contextus totius imitetur. Secundò ut ductū, numeros, lineamenta, & faciem Tullianæ orationis. Et imitetur, non induſtriè ſolum, ſed penè adfectatè, & cupidè: Sic inquam, vt color quęſitus, & fucus appareat, imò & furtum. Vt pueros nihil pudet, cùm ſcribere diſcunt, per ſingulos literarum apices aliena manu duci: Clauſulas, membra, & periodi cuiuſpiam partem cum venia ſæpè inſeret, & centonem è Tullij purpura contexes, paullò poſt daturus ſuam; Exercitij ge- B nus, quod olim in Germania huic rei Lipſius propoſuit, fuit tale. Hæc ſequere: quid fugies? nihil, niſi ea, quæ Grammatici vitant. At in creſcente, creſcat mihi paulliſper iudicium, & ſeruari præcipiam hęc tria. Primum, vt in furtis iam verecundior ſis, nō enim vltra decet. Secundum, vt in Formulis exprimendis remiſſior; non enim vltrà opus. Sicut digiti in cythara ægri, & cum intentione initio ponuntur, ijdem poſtea ad chordas, & numeros ſpontè veniunt, ſic mens iſtis paullum aſſuefacta. Tertium, vt Phraſes, & verba meliora vndique aſſumas, & formes, ut ſic dicam, cutem illam orationis tuæ externam. Atque hæc ſanè pręcipua hic cura. Quid vitandum? Vitium agnatum Verborum delectui, nimia aſperitas aut antiquitas. Quod in Comicis imitandis pręcipuè mihi caue, & ne quid aut ſordidum ab ijs dictio tua trahat, aut obſoletum. Nam vt imperiti pictores in facie exprimenda, rugam, nęuum, verrucā facilè imi- C tantur; indolem negligunt, & ipſum vultum: ſic ſæpè adoleſcentes rara, aut exſtantia verba excerpunt, ingenium omittunt, & genium dictionis. Quæ autem verba ſordida? quæ iacent, repetunt, è ſerè vulgi, & è triuijs ſumpta, nec niſi iudicio diſcernenda. Supereſt imitatio vltima, ſiue virilis: in qua hoc præcipio, non tam exteriorem illum ornatum ſpectari debere, quàm virtutes, & cultum internum: id eſt, Figuras, Imagines, Acumina, & ea, quæ appellaui Ornamenta. In quo vna cautio, vt cùm oratio perfici iam incipiat, & ſumma illi manus imponi, κακοζηλία vitetur, & affectatio: infelix ſanè vitium, & quod obrepit ſpecie uirtutis. Ea eſt, nimium cultus ſtudium, & ſine modo. Quod per te ægrè videas, aut vites: felix cui doctor hic aliquis, aut monitor amicus.

Hæc eadem Gregor. Giraldus ad Cinthiū Giraldum.

D

De Imitatione Ciceronis, & Vniuersè è præſtantibus huius ſeculi Viris. Cap. XVIII.

AT quando in hanc arenam imitationis Tullianæ intulimus pedem, præſtat adhuc adtexere, quæ excerpta è Viris huius ſeculi præſtantibus, lucem toti negotio faciant, quamuis & eadem iſtæ non tam ſcribendis epiſtolis, quàm uniuerſo generi dicendi, ac de quacumque materia ſcribendi futura ſint commoda. Sanè uerò Gregorius Lilius Giraldus, cum Franciſcum Picum, & Petrum Bembum inter ſe contendere de hac ipſa imitatione uidiſſet, ſententiam cordatè tulit, quæ eos quadantenus inter ſe conciliaret. Eam uidelicet, ut, cū nemo catenus generatim haud ſatis de imitatione præcepiſſet, hæc bifariam eſſet partienda; quæ aut candidato, aut E adulto proponeretur. Candidatum vocat rudem ad huc, & vix initiatum. Adultum autem eruditum, & in literis probè verſatum, nam cum tardis, & conclamatis cenſet non eſſe laborandum. Rudibus itaque, docilibus tamen ad imitandum, Bembi præceptionem tanquam optimam proponit, eouſque, antequam aliud eruditionis, aut diſciplinarum attingant, donec (inquit) non tantum animus imbutus ipſe, ſed eo etiam aures truę ita occalluerint, ut ferre nequeant, immò etiam aſpernentur, quicquid ſuę fuerit diſſonum imitationi. Iam verò, ſi eruditos & doctos ad imitationem prouocemus, Francisci Pici, & Cælij ſententiam eſſe magis idoneam ad illam pręſtandam. Deniq; monet, nihil in imitatione tentandum inuita (quod aiunt) Minerua, ſed ſuam vt quiſ-

Ep. ad Cinthiū fratrē, cap. 15.

A que naturam, & genium ſequatur: cauendum autem ne inepta imitatione in vitium *κακοζηλίας* incurrat, vel quod Lucianus cuidã Thucididem imitanti obiicit. Idẽ Lipſius.

E Franciſco Pico, cum quo Cælius, Gulielmus Budæus, & alij ſenſiſſe viſi ſunt. Cap. XIX.

POrtò Franciſcus Picus optimè & (vt ita dicam) nobiliſſimè hoc de imitandi ge
nere ſcripſit epiſtolas benè longas Petro Bembo, qui Leonis X. Pont. Max. fuit
ab epiſtolis, ac demum Cardinalis. In earum altera moroſos quoſdam, atque
vt vocat, ſcrupuloſiſſimos imitatores reprehendit. Aemulationem imitationi præfert.
docet non eſſe penitus inuertendum genium, ſed dirigendum eſſe filum orationis ad
B cognatam animi propenſionem, ideamq; dicendi. Laudat eos, qui ab vnoquoque ex
cerpant ſibi id, in quo ſimiles meritò ut euadant, conari debent. Damnat, qui vniuſcu
iuſque Scriptoris, næuos, cicatrices, vitia, excrementa effingere procurant. De Paullo
Corteſio, tum iuuene, ad quem Bembus Picum relegabat, inquit non magis illũ, quã
Politianum Tulliani ſcribendi rationem aſſecutum fuiſſe: quandoquidem Politianus
potuiſſet quemcumque voluiſſet Scriptorem effingere, eiusq; rei aliquando præbuiſſet
indicia, ſed maluiſſe ab eruditis haberi ſe hominem, quàm aut ſeruũ pecus, aut ſimiã.
Agit deinceps Picus de Idea dicendi, deq; Orationis artificio, vbi ſit indagandum,
nempe in natura, & animo cuiuſque, unde eius proxima origo in verba, & literas de
riuatur, non autem in vna vnius cuiuſpiam auctoris pagina. In omnibus potius, aut in
plurimis omnium. Ac cum nonnulla pulchrè dixiſſet, affert è Ciceronis Oratore illa.
C Ego (inquit Tullius) ſic ſtatuo, nihil eſſe in vllo genere tam pulchrum, quo non pul
chrius id ſit, vnde illud, ut ex ore aliquo, quaſi & imago exprimatur, quod neque ocu
lis, neque auribus, neque vllo ſenſu percipi poteſt, cogitatione tantum, & mente com
plectimur. Idem poſtea de Phidiæ artificiotis cum diſſeruiſſet non ex animali exem
plo, aut ſculptis ſimulachris eas duxiſſe illum affirmauit, ſed in ipſius (ait) mente in
ſidebat ſpecies pulchritudinis eximia quædam, quam intuens, in eaque defixus, ad il
lius ſimilitudinem, artem, manum, dirigebat. Has rerum formas appellat non intelli
gendi ſed etiam dicendi, Plato.
Vbi iſta vberius, atque altius diſſeruit, illud tamen inquit non eſſe ignorandum, ſub
lucere ipſa in mente perfectius quoddam ſimulachrum, quo congenita ipſa, & ex cor
poreis ipſis diſſultans dicendi propenſio, & augeri poſſit, & perfici, atque ad excogita
D tam ſpeciem imitando referri. Qua ex re percipi poteſt, cur non vnus aliquis ſcriptor
omnium maximus, ac ſummus, ſed omnes boni imitandi ſint. Deeſt enim ille maxi
mus, ſi perfecto illi, quem gerimus animo, ipſe committatur. Dici enim non facile poſ
ſit, quantum is, qui ſummus habebatur, ipſa collatione decreſcat. Ex omnib. autem fa
cilius multò perfectio ipſa comparabitur. Expendere autem (inquit Cicero) oporte
bit, quod quiſque habeat ſui, idque moderari, nec velle experiri, quàm aliena deceant.
Id enim maximè quemq; decet, quod eſt cuiuſque ſuum maximè. NOTA.
Ex his Picus infert debere nec proprium animi inſtinctum, & inditam, innatamq;
propenſionem ſequi: deinde varijs aliorum Virtutibus unùm quiddam quaſi corpus
coagmentare ſic (ait) Pictor ille populum ſe dixit habere magiſtrum. Sic ille alius,
quinque non vnam Virgines adhibuit ad ſimulachrũ in Crotonis fano pingendum.
E Addit, docuiſſe Ciceronem aliquorum eſſe ſimiles oportere, qui imitarentur, no
tæ alicuius: Id autem eſſe imitari Virtutes, Vitia relinquere. Similis enim poteſt quiſ
piam eſſe Ciceronis in facilitate, perſpicuitate, maieſtate. Cæſaris in elegantia verbo
rum, & candore. Salluſtii in breuitate, & ſententiarum grauitate: Columellæ in orna
mentis: Celſi in nitore: Plinij in lenitate: Idemque poterit elumbe illud, quod redun
dans, & Aſianum, ſi quod tamen eſt, at certè & antiqui, & magni Auctores ita ſenſere,
in Cicerone damnatum effugere; eiuſdẽ Auctoris repetitiones nimias declinare, caue
re à ſiccitate Cornelij, à nimiis Columellæ floribus, à neglectu Cæſaris, ab obſoletis,
& Catonianis Saluſtij verbis abſtinere. Itaque imitatores cuiuſquam auctoris totam
eius ſtyli faciẽ exprimere non debent. Quod ſi næui illam infuſcent, hi omittendi ſunt.

Neque tamen è varijs ſcriptoribus tamquam è diuerſis pannis centonem conſuere: A
ſed ut complentur omnia, ex iis quæ ipſis propria noſtra phraſis, quæ nulla ſit eorum, præclara illa tamē, & digna laude coaleſcat, inſtar apum, quæ diuerſis è floribus non ipſos exprimunt flores, ſed dulciſſimum Hymetium, aut Hybleum mel coagmentant.

Quod ad Ciceronem attinet, Diuum Auguſtinum non probare qui linguam ipſius tantum, non pectus admirantur: ut qui probè nouerit eruditam, & ornatam linguam non niſi ab exculti pectoris imaginibus prodire potuiſſe.

Quod ad ipſius elocutionem imitandam ſpectat, ſciendum eſſe apud eundem non eaſdem eſſe periodos ſemper, cæſa, membra, pedes & numeros. Alii enim habentur in actionibus, nam illa omninò eſt popularis oratio. Alij in libris philoſophorum, quib. doctis ſcribebat. Alij in epiſtolis; atque ijdem etiam ſæpenumero diuerſi, ut diuerſi erant & animi, & affectus, & res, de quibus agebatur, & homines quibus ſua ſenſa per B
litteras ſignificabat: Hæc verò nominū, Verborumq; cōpoſitione, atque conflatu conſtant: Illa verò compoſitio, atque commiſtio tam eſt varia, quàm ſunt in oratione clauſulæ, quas magis ad numerum noſse non poſsimus,

Quàm ſcire quot Ionij veniant ad littora fluctus.

Sola enim Verbi cuiuſpiam tranſpoſitione uariantur: nec pedes, & numeri ſtati ſunt, atque perpetui. Eos præterea ad aurium iudicium, quod eſt quidem longè diuerſiſsimum, Cicero relegauit.

At quoniam antiqua pleraq; nomina uerius quàm rem tenemus, periculum eſse ne paludamentū pro toga, ne lacernā pro abolla, ne tunicam pro chlamyde capiamus.

Denique nobiliſsima ingenuitate, uti & pietate poſtquam ad alteram hac de re epiſtolam non ſemel Bembum amandauit, deq; ſcrupuloſa illa uerborum aut phraſium C
vnius Ciceronis imitatione, pleraq; dixit, Chriſtiana hęc verba promit è pectore. Illam (inquit) potius imitationem maximi facerem, de qua Paulus loquitur Apoſtolus. Nam quanq̃ rectè loqui, pręclarèq; diſserere Dei donum eſse non ambigo, quatenus elegans dicendi munus in bonis ducitur: ſi rerum tamen honeſtarum, & quæ ad felicitatem conducant, pondus non ſubſit, erunt ne aliud verba Ciceronis, quàm

Inanes ſine mente ſoni, nugæq; canoræ.

De Seneca Operibus, & Epiſtolis. Cap. XX.

QVoniam verò non ſemel de Seneca locuti ſumus, cuius nomen, non ſolū dictio, magni ęſtimatur apud plurimos, caueant, qui alijs illum vel legendum, uel imi- D
tandum tradunt, ne incauti ad eundem verſandum accedant: Quòd ut rectè faciant, præmonendi erunt de iis, quæ ſequuntur.

Et quidem Seneca inquit, Deum etiam ingratis multa tribuere: omnia noſſe, etiam futura: Dei omnia eſſe: Deum maximum ac potentiſſimum omnia vehere: fabricandi mundum Bonitatem ipſius cauſam fuiſſe: eumdem Deum, prouidentia, quam pronęā Stoici vocant, opus ſuum diſponere, ac ſedentem ſpectare: fato nec preces, nec vota, nec expiationes, nec libertatem arbitrii ullo modo repugnare: Deum probare homines, & quos amat, recognoſcere & exercere: nullam ſine eo mentem ſanam eſſe: mortem denique expectandam ſine tædio vitæ. Quæ omnia multo antea vel à Prophetis, vel à Chriſto Domino ſapientius pronuntiata fuerant: qui ueritatem iſtarum rerum nec ulię labe, neque contrarijs ſententijs, quod Seneca fecit, infirmarunt. Nempe dixe E
rat Dominus, Deum pluere ſuper iuſtos & iniuſtos: Dauid autem, Omnia aperta eſſe oculis eius: Domini eſſe terram, & plenitudinem eius; & reliqua prope huius generis innumera. Acceſſit ad hæc, vitæ in Religionis noſtræ ducibus ratio ſanctiſſima, rerum futurarum certiſſima prædictio, miraculorum patratio, & alia plurima, quæ de ijs dicentur. Sed quid tum poſtea Seneca? De diuina natura more Ethnicorum loquitur, quaſi plures ſint Dij: fatorum neceſſitati nimium ſæpè tribuit: de mundo, ex tempore ne, an ex æternitate conditus, num ue anima, an corpus ſit, ambigit: humanum animum, modo ignem tenuiorem, corporeum tamen; modo Deum in humano corpore

hoſpi-

A hoſpitantem; modo animal vocat; eiusq. immortalitatem in dubium reuocat: eiuſdē
affectus & motiones corpora eſſe & animalia confingit, vt itidem virtutes ac vitia;
atq; hęc poſtrema omnia paria, ſicuti & beneficia: prǽterea virtutem neque amitti,
nec diuinitus dari poſſe: honeſtum, ac beatum nullam acceſſionem recipere: ſapientes
omnes eſſe pares: eos, qui ſibi manus conſciuerunt, eſſe laude dignos: ſupplicia verò
inferorum non agnoſcit: vt mittam quæ de cęremonijs antiquæ Legis aliquibus aduer
ſus Iudæos tangit: quiq. cum Petrum & Paulum, ac per eos Chriſtianæ ſemina religio
nis erumpentia cernere potuerit, indignum ſe tamen reddiderit, cui ſplendor veritatis
illuxerit. Vt verò illos viderit, qui à Nerone Chriſtianos perſequente non procul abe-
rat, Hieronymus & Auguſtinus poſſunt eſſe teſtes. Senecam (ait Hieronymus) non
ponerem in catalogo, niſi me illæ epiſtolæ prouocarent, quæ leguntur à plurimis Pau
B li ad Senecam, & Senecæ ad Paulum: in quibus cum eſſet Neronis magiſter, & illius
temporis potentiſſimus, optare ſe dicit eius eſſe loci apud ſuos, cuius ſit Paulus apud
Chriſtianos. Et Auguſtinus epiſtola ad Macedonium inquit: Merito ait Seneca, qui *Epiſt. 55.*
temporibus Apoſtolorum fuit, (cuius etiam quædam ad Paulum Apoſtolum legun-
tur epiſtolæ) Omnes odit, qui malos odit. Sic illi. Vt autem ipſe ad alia Senecæ reuer
tar: extat ipſius libellus, Quare bonis viris mala accidant, cum ſit prouidentia; quo li-
bello cum videatur cauſas conſolationis multas adtexere, ſi quis tamen cum hiſce con
ferat vndecim alias, quas Ioannes Chryſoſtomus affert, cur Deus pius viros, quoſque
ipſe apertiſſimis ſignis chariſſimos ſibi eſſe declarat, plerumque tamen omni genere
acerbitatum vexari patiatur; intelliget quàm frigeſcant, quàmve adulationis plena
ſint, hominis Ethnici ſcripta, præ illis, quæ è Chriſtiani illius Theologi pectore pro-
C muntur. Agnouit hoc Marcus Antonius Muretus, qui notas (etſi non in omnia ope-
ra) ad Senecam reliquit: quamobrem & huic libello diſputationem præfixit perle-
ctu dignã, cui quæ ipſe Chryſoſtomus de vera conſolatione tradidit, adiecit. Nimirū
videbat excellenti vir doctrina & pietate, conſtitutum eſse debere omnibus, qui elo-
quentiam, atque iſtiuſmodi librorum explanationem profiteretur, nō tam facere diſer-
tos, & in loquendo argutos auditores, quàm meliores ac ſapientiores. Sed quod de ui-
tijs Senecæ obiectis dici poteſt, neque Muretus, neque ego ſoli id aſserimus: ipſi quo-
que Ethnici Dion, Tacitus, & alij teſtati ſunt. Dion quidem ait, Senecę datum crimi- *Dion Vbi de Nerone.*
ni, quòd cum Agrippina congrederetur: quòdq; aliud omninò ſcriberet, aliud ſequere
tur. Nam tyrannos lacerans, tyrannodidaſcalum ſe pręſtabat. Quin etiam locupleta-
tum calumnijs ingentes congeſſiſse opes, ac cedrinę materię tripodas habuiſse quin-
D gentos ἐλεφαντοπόδας, hoc eſt eburneis pedibus, æquales vniuerſos, ſimileſque; ſuper
quibus (inquit) ueſcebatur, & adoleſcentulis lætabatur intempeſtiuis: ad idq. ipſum
impuliſse Neronem, quem & in matris necem creditur adhortatus. Eumdem certe à
ueterum Oratorum cognitione auertiſse, quo eum diutius in ſui admiratione detine-
ret, ut ſcribit Suetonius. Iam quòd aſsentationis uitio laborauerit, non ſolum id, quod *Cæl. lib. 8. cap. 15. antiq. lect. & lib. 11. c. 22.*
ſcripſit Polybio Liberto, qui Claudio à ſtudijs fuit, uerum etiam illud teſtatum eſt,
cùm unà cum Buro aliquid ſemper Neroni in theatrum prodeunti ſuggereret, atque
plauderet manibus & ueſte, ut reliquos ad idem faciendum excitaret. Ac tamen non
ignoto datum à Tacito fuiſse laudi ipſi Senecæ, quòd cùm à Nerone ob metum ſeceſ-
ſiſset, ſimplici uictu, & agreſtibus pomis, ac, ſi ſitis admoneret, profluente aqua uitam
toleraſset. Sed quidquidquid ille, ceteriq. philoſophi egerint, uix ſuis ſcriptis ſolidi ali
E quid peperere umquam in animis legentium, ni aliundè hi erga pietatem afficerentur.
Quod ſanè inde factum eſt, quòd ſcriptores ij peccati originem atq. grauitatem igno
rantes, nec intelligentes id ab uno Chriſto eſse ſanandum, humanis uiribus ſuis plus
ęquo tribuerunt: quas ut blaſphemum atque impium eſt aſserere abſque Chriſti uir-
tute ac merito cęleſtem poſse hęreditatem conſequi; ita negare, quin eę cum eadem
Chriſti uirture ac meritò cooperantes, ęternam queant aſsequi gloriam, hęreticum
eſt, diuinęq. ueritati, ut Synodis ac Patribus, contrarium. Inflati igitur Seneca & reli-
qui illi ſenſu ſpiritus ſui, arcebant ab ſe, quę demiſſione animi, & procurata cognitione
morbi cupere, atque inde diuinitus capere pręſidia potuiſsent.

RHETORICA

Vbi obiter de Ethnicis, qui antiquius, & de Chriſtianis, qui recétiſsimè hoc ſeculo de Arte dicendi ſcripſerunt, ac primum De Cicerone. Cap. I.

Ep. 3. ad Lentulum.

GRæcorum eloquentiam imitatus Cicero, artem quoque dicendi ab ijs mutuatus (quod ipſe nō diffitetur) reliquit Mundo Rhetoricos libros, Duos de Inuentione, Topica, Partitiones Oratorias, Brutum ſiue de Claris Oratoribus, Librum de optimo genere Oratorum, Tres libros de Oratore, Oratorem. Nam quattuor ad C. Herennium Quinto Cornificio tribuunt, quaſi indignos grauitate Ciceronis, licèt doctè, & Latinè ſcriptos, & quorum quartus, propter exempla ad rem appoſita, & elegantia figurarum exempla, magis admiratione, quàm reprehenſione ſit dignus. B

Libri ad Herennium cuiuſnam Auctoris, & quales.

Libri tres de Oratore magis probati Ciceroni.

Inter eos autem omnes, tres libri de Oratore magis Ciceroni probati ſunt, quos accuratiùs ſcripſerit, pluraque ex Ariſtotele in ſecundum & tertium eorum tranſtulerit. Quo Ariſtotele quàmuis inter Græcos Ethnicos nemo in rebus inueniendis, aut diſponendis, aut iudicandis, acrior fuerit: Cicero tamen, quòd & eum legerit, & in cauſſis forenſibus verſatus, ipſo vſu multa expertus eſt, quę ille in ocio literario non potuit; dubitandum non eſt, quin pleraque addiderit; niſi quòd neque Bruto, neque Attico in ijs ſatisfecit, & verò ob dicendi copiam, quę tradendis pręceptis non eſt neceſſaria, interim faceſſat negotium ingenijs eruditis. At cùm Topica ſcripſiſſet in Gręciam Velia nauigans, mira breuitatę conſtrinxit quæ apud Ariſtotelem ea de re fusè habentur. Ceterùm pręcepta illa exemplis è Iuris diſciplina illuſtrans, Trebatio tanquam Iuris conſulto gratificatus eſt, cui ea ſcribebat. Partitiones autem, quas inquit è media Academia effloruiſſe, oſtendunt, quantus erat hoc in genere facultatum Cicero, qui vel breuiter, vel copioſè poſſet de arte dicendi optimè ſcribere. Cum verò tanquam Aſiaticus reprehenderetur ab ijs, qui Atticorum eloquentiam ſiccitate, ac ieiunitate ſua definiebant, Aeſchinis, & Demoſthenis nobiliſſimas, & inter ſe contrarias Orationes in Latinum vertit, vt tam inſignium Oratorum auctoritate, eam opinionem ex animis eximeret. Itaque & priuſquam Orationum argumenta exponeret, de optimo genere Oratorum, ac perfecta eloquentia paucis diſſeruit, vnde abſoluti Oratoris faciem ij intuerentur, qui Attici, hoc eſt præſtantiſſimi omnium haberi volebant, quam quidem etiam pluribus in Oratore ad Brutum expreſsit.

Cicero ex vſu forenſiū rerum præſtitit, quæ Ariſtoteles non potuit.

Topica.

S

Partitiones è media Academia.

Cicero orationes Aeſchynis, & Demoſthenis in Latinū vertit.

D

Antiqui Rhetores Latini alij, qui de Arte dicendi egerunt. Cap. II.

ET poſt Ciceronem antiqui alij de Arte dicendi Pręcepta reliquerunt: Quinctilianus inprimis, magni uir nominis, vſi & iudicij; quamuis quæ feruntur eius nomine Declamationes (quæ non videntur eſſe ipſius) longè abſint ab eius præceptionibus, quas ſcripſit de Arte dicendi. Extant item Rutilius Lupus, Aquila Romanus, Iulius Rufinianus De figuris ſententiarum, & Elocutionis: Curij Fortunatiani Conſulti Artis Rhetoricæ Scholicæ Libri tres: Marij Victorini expoſitio in libros Rhetorices Ciceronis: Sulpitij Victoris Inſtitutiones Oratoriæ: Emporius Rhetor de Ethopæia, ac Loco communi: eiuſdem Demonſtratiuæ, ac Deliberatiuæ materię pręcepta: Aurelij Auguſtini principia Rhetorices: Iulij Seueriani Syntomata: Ruffinus de Compoſitione, & metris Oratorum: Priſcianus Cæſarienſis de præexercitamentis Rhetoricæ: Aurelius Caſſiodorus dè Arte Rhetorica: Beda de Tropis ſacræ Scripturæ: Iſidorus de arte Rhetorica: Anonymus de Locis Rhetoricis: Albini Alcuini De Arte Rhetorica Dialogus: Qui omnes præter Quinctilianum vno Volumine comprehenſi prodierunt ex Bibliotheca Franciſci Pithæi I. C. Pariſijs, apud Ambroſium Drouart ann. 1599. Hoc igitur qui euoluerit, vtilem ſibi, & alijs operam ponet, qui ſimul eruditionem illam antiquam, & ſolidam hauriet. E

A

Vtilitas è Græcis ad eloquentiam comparandam. Cap. III.

CVm autem Cicero (vt diximus) è Græcis meliora collegiſſet, intelligunt docti, quænam ex Græcis, tanquam fontibus, manare poſſit vtilitas, ſi ad eos acceſſerint. Et mitto quæ Plato in Gorgiam hac de arte dicendi diſſerat. Certè Ariſtotelis Rhetorica, quæ penè vſque ad hæc tempora ſcripta fuiſſe putabatur ad Theodecten (cum Petrus Victorius, & alij euincant non fuiſſe ad eum ſcriptam) locuples eſt penus, vnde plurima eruantur, viſq. diſſerendi dicetur. Extat item libellus De metrij Phaleræi de Elocutione, in quo de varijs Orationis generibus diſputat; licet, quę ſit optima dicendi forma, non attigerit. Præterea Dionyſij Halicarnaſſęi de componendis nominibus: Dionyſij item Longini περὶ ὕψους hoc eſt Commentarius de
B Principatu inter Oratores, quo libro agitur, quanam ratione aſcendi poſſit ad altiſſimum abſolutę eloquentię faſtigium, ne quid modo de Aphtonio dicam, cuius tamen Progymnaſmata ſunt vtilia incipientibus. Hermogenis denique habemus librum, de formis dicendi, quas Ideas nominauit: & aliorum. Sed præterquam quòd Hermogenis Ideas, Iulius Cęſar Scaliger acutè, & accuratè perſtrinxit libro Poetices Quarto, quem & Paraſceuen inſcripſit, ac in Quintiliano, & alijs multa ijſdem libris de Poetice notat, ſed & præter allatos Græcos de Arte dicendi Scriptores laborarunt Anatolius Alexandrinus, Apſines, qui de arte Oratoria, Ariſtides, qui de Arte Rhetorica cōtra Platonem, Sopater, qui Prolegomena edidit in Rhetoricam Ariſtidis, Lucianus in Hercule Gallico, & ſi qui eiuſmodi alij ad quos referri poſſunt, qui licet Latinè ſcripſerint, eoſdem tamen aut ſunt interpretati, aùt Scholijs, & notis illuſtrarunt. Accū
C in Ariſtotelis Rhetoricam aliqui ſcripſerint, certè Daniel Barbarus, Petrus Victorius, & Antonius Bernardus Mirandulanus, ſatis eſſe poterunt pro reliquis.

Ariſtoteles. Demetrius Phalereus de Elocutione. Dionyſius Halicarnaſſeus de componendis nominibus. Dionyſius Longinus de principatu inter Oratores. Hermogenes de formis dicendi. Iulius Cęſar Scaliger.

Recentiores aliqui coniuncti cum antiquis Latinis, & Græcis vtiles comparandæ Arti dicendi. Cap. IIII.

ET quidem aliqui è noſtris non inutilem operam, Deo iuuante, fuerunt, vel tradendis pręceptionibus Rhetoricis, vel Oratoriæ arti commendandæ.

Nimirum Ioannes Voellus Gallus. Generale artificium texendæ ſeu componendę cuiuſcumque Orationis facillimum ſcripſit, quod anno 1588. Lugduni ſumus aſſecuti ex prælo Ioannis Pilehottæ. Adiecit autem Voellus eidem libello Artificiū Orationis pro Archia Poeta; & aliquarum Orationum in Catilinam artificioſè con-
D textum, ex quo liquidius cernitur id, quod in generali artificio tradidit.

At Cyprianus Soarez Luſitanus, libros tres De Arte Rhetorica deprompſit ex Ariſtotele, Cicerone, Quinctiliano, qui ſępè & editi, & ad vſum magno ſtudentium commodo adhibiti fuerunt. Quin & deinceps Tabulæ ipſius Rhetoricæ à Damiano Zenario typographo prodiere Venetijs.

Iuuit hoc negotium Iacobus Pontanus Germanus, ſuis aliquot Dialogis, qui magno iuuentutis bono habentur in manibus.

Iuuerat item antea Ioannes Perpinianus Hiſpanus, Oratione ſua inter alias, quę numero ſexta eſt De Arte Rhetorica diſcenda: Quæ Perpiniani Orationes, cum alibi, tum Romæ anno 1587. editæ fuerunt.

Sed & extat Franciſci Bencij Itali ab Aqua Pendente Tractatio poſtrema inter a-
E lias ſuas, qua eleganter agit de ſtylo, ac ſcriptione: ſicuti & alia inter eaſdem Oratione egit De officio dicentis, de quo quidem egere antea, plerique ſiue ante, ſiue non ita multo poſt noſtram ætatem. Nam & Aeneas Syluius emiſit Pręcepta Rhetorica: Et Marſilius Ficinus De eloquentia, & eius ui, lib. 9. ep. 4. & Auguſtinus Dathus Laudes Oratorum: Et Ioannes Pontanus lib. 1. de ſermone: Et Cęlius Rhodiginus ſparſim. & Petrus Lagnerius, Hieremias Paduanus, Philippus Beroaldus, quique eius ęui nōdum ita culti, qualem ſortiti ſumus, hoc de genere monumenta reliquerunt.

Monita quædam ad Methodum Artis dicendi tradendam. Cap. V. A

SAnè verò cum officium, & finis docentium Rhetoricam, vt cum bonis literis, etiam animi pietatē in primis Scholares hauriant: de hac potiſſimū capite ſequente dicendum erit, quippe aliundè quoq; ſubſidium eſt accerſendum ad omnes Rhetorum, & Ciceronis libros rectius tractandos, ſi animatam (vt ita dixerim) & ſolidam eloquentiam conſequi cupimus.

Interea optimè monent, qui quotidianas in Scholis Rhetorum exercitationes ita adhibent, vt primò ſeligant, quinam potiſſimum libri exponi debeāt, & tractandi ſint. Nimirum Orationes Tullij, aliquæ item interdum Titi Liuij, Partitiones Ciceronis. Libri eiuſdem de Oratore: Libri de Inuentione: Rhetorica Ariſtotelis: Liber ſeptimus Quintiliani loco Topicorum M. Tullij. B

Mox nauus dicendi Magiſter addat incitamenta ſtudiorum. Deinceps curandum vt Auditores probè intelligant & quid dicatur ab Oratore, & quomodo dicatur, idq; accommodatè ad imitandum, qui Tullianæ lectionis fructus eſt maximus. Et hoc quidem vniuersè.

Ad ſingula verò. Si aliquam explicaturus Orationem; eius argumentum breuiter, atque dilucidè exponatur. Inde genus cauſſæ ſimul & genus dicendi, vt videlicet appareat τὸ πρέπον, ac decorum, de quo agit Cicero in Oratore. Poſtea totius Orationis artificium paucis adumbret. Quod fieri non poteſt, niſi ſtatus Orationis, & cauſſæ firmamentum, quo confert Orator eloquentiam, oſtendatur, ac ſimul indicetur. Si quis interponatur locus communis, vt quid pro cauſſa dicatur, quid aſſumatur extra cauſſam ſatis appareat. Quę omnia Prolegomena prima ſtatim ſchola expedienda ſunt, C non autem in plures dies ducenda. Deinceps veniendum ad explanationem Orationis, vbi non magis videat elegans magiſter quid afferat, quàm quid omittat. Et ratio quidem illa videtur optima, in qua elegans quædam, nec ieiuna cernatur parſimonia rerum, atque verborum. Ceterum, haud immorandum digreſſionibus: Sed & Auditores ad Auctores illarum rerum reijciantur, digitum ad fontes, vt dicitur, intendendo, vnde ipſi vberius, ſi uelint hauriant.

Cum verò in claſſe Rhetorica ſoleat Hiſtoria quoque exponi, plurima habebant Magiſtri quæ in ſextodecimo libro huius Bibliothecę Selectę de illa ſcripſimus.

Vnde Ars dicendi coniungenda ſit cum pietate. Cap. VI. D

NVnc, quod ad rem attinet, id ſciendum eſt, plurimos certè fuiſſe, qui Chriſtiani cùm fuerint, ac de Rhetorica ſcripſerint, non tamen omnes Chriſtianè, ne que ad pietatem ſcripſiſſe: vt etiam quaſi in Labyrintho, mirifiq. tricis inuolue rint Iuuentutem, magno Chriſtianæ Reipublicæ malo. Perſequitur verò hæc fuſius Io. Franciſcus Picus in Examine Vanitatis gentium, cum quæ Sceptici afferebant aduerſus reliquas diſciplinas, etiam contra Rhetoricam intorquebant. Ioannes item Ludouicus Viues cùm agit de cauſſis corruptarum artium, libro quarto, qui eſt de corrupta Rhetorica; quò Lectorem amandamus. Sed factum eſt hoc ſeculo, ſumma Dei miſericordia, ut abiectis malorum philologorum, ac pręcipuè hæreticorum fęcibus, quibus exempla, & argumenta aduerſus fidem Catholicam inſperſerant, ad perdendam & Adoleſcentiam, & Rempublicam; non ſolum alij, vt Cyprianus Soarez è Noſtris; E verùm etiam ſuaſu optimi Cardinalis Caroli Borromæi, Auguſtinus Valerius, Veronæ tùm Epiſcopus, poſteà & ipſe Cardinalis, de Eccleſiaſtica Rhetoriça ad Clericos ſcripſerit tres libros verè Chriſtianos, qui cùm antea eſſent editi, demum etiam aucti ac locupletati, Romæ prodierunt, anno ſuperioris ſeculi 76. Quos cùm Ciceronis libris Rhetoricis diligenter conferre, quàm utile ſit futurum, cognoſcent ij, quibus tanquam Angelis cura eſſe debet allegandi homines ad Deum.

Iuuentus vnde in Rhetoricis paſſa eſt inſigne damnum.

Cypri anus Soarez de Rhetorica.

Auguſtinus Valerius Cardin. de Rhetorica.

Alij,

A

Alij qui de Rhethorica Eccleſiaſtica ſcripſerunt. Cap. VII.

EOdem autem penè tempore, uti eodem ſpiritu afflatus, Ludouicus Granatenſis, familię Dominicanę celeberrimus Theologus, ſe ad Eccleſiaſticam Rhetoricam ſcribendam dedit: quam item de Arte cõcionandi inſcripſit. Eam eùm Academię Eborenſi Societatis noſtrę dicaſſet, ſex libris abſolutam, tanquã explanationem Valerianę Rhetoricę periti Theologi indicarunt. In ea igitur efformat Oratorem Eccleſiaſticum, ac pręcipuè de Inuentione, Diſpoſitione atque omnium potiſſima pronunciatione diſſerit. Et quamquam inuẽtioni, quę probandi, & amplificandi materiam continet, tùm communes, tùm etiam priuatos, & ſingulares locos aſſignauerit, com-
B munes tamen vnde ad quæſtiones omnes argumenta promuntur, copioſius declarandos in libris Topicorum Dialecticis reliquit. Ac eùm de iis utiliter (inquit) breuiter, atque dilucidè, non ita multò antea Petrus Fonſeca Philoſophus & Theologus è noſtris in Dialecticis Inſtitutionibus egiſſet, ad eum remittit Rhetoricę ſtudioſos: quandoquidem (ait) commodiſſimis exemplis, ex ſacris literis deſumptis (quod ad noſtrum pertinet inſtitutum) præcepta artis idem Fonſeca illuſtrauit. Quin etiam poſt Auguſtinum Valerium Cardinalem, ac Ludouicum Granatenſem; alter Ludouicus Carbo à Coſtaciaro, Diuinum Oratorem, uel de Rhetorica Diuina libros ſeptem Venetiis emiſit anno 1595. uberes, eruditos, & ualde utiles: ſicuti & alium de Oratore humano.

Ludouici Granatæ Retorica eccleſiaſtica, ſiue liber de Arte concionãdi. Vide item, q̃ de formando concionatore diximꝰ ſecundo, & quinto libro Bibl. Select.

Et verò noti ſunt quattuor S. Auguſtini libri de Doctrina Chriſtiana; quibus hęc
C dicendi ars diuinitus explicatur, ut ſi etiam hi auctores tanquam uiui interpretes ad Rhetorica Ciceronis explananda interdum adhibeantur, illud meritò præceptoribus, & eorum Gymnaſijs conueniet. Aperta ſunt prata, & apparuerunt herbæ uirentes, & collecta ſunt fœna de montibus.

Prou. 27.

Ceterum, Auguſtinus nihil eſſe melius inquit ſalubri ſuauitate, vel ſuaui ſalubritate: & è quattuor libris illis, quibus Doctorem Chriſtianum omni laude cumulatum inſtituit, unum in eo inſumpſit, ut Rhetorico prope more, quemadmodum inuenta ſint in lucem proferenda, demonſtraret.

Gulielmus Pariſienſis de Rhetorica Diuina. Cap. VIII.

D POſſem autem multa, & pręclara huc addere, quæ Gulielmus Pariſienſis Epiſcopus, libro de Rhetorica Diuina, ſiue arte Diuinæ eloquentię, ſcripſit; cùm maximè ad pietatem faciant. Verumtamen fuerit hoc loco ſatis, Doctiſſimi & optimi Theclogi conſilium oſtendere, ut eandem ſemitam deinceps terant Chriſtiani Rhetores, ac Iuuentutem ſenſim per humanam iſtã dicendi facultatem eò adducant. Viderat quippe vir ille perneceſsariam inprimis eſse cæleſtem, ac Diuinam Rhetoricam, ſpiritualemq; (ut ille inquit) ac ſalubetrimam artem oratoriam in cauſſis animarum agendis, patrocinioque eorum ſuſcipiendo, quibus litem intendunt Caro, Mundus, Satanas. Quòd cùm præſtandum ſit non ſolùm iis, qui in ſortem Domini vocati, Clerici vocantur, verùm etiam vnicuique, qui ſe ad Cæleſtem Patriam factum intelligit; ſenſit nequaquam id fieri poſse, niſi virtute orationis continenter
E regamur, atque adiuuemur. Quòd ſi (ait) tanta volumina Rhetorum ſtudio & labore conſcripta ſunt; quænam ars conficienda eſt hac de arte orationis, quibus ante æterni Iudicis Tribunal agendum eſt nobis, dum rem noſtram, hoc eſt legatam nobis ęternam hęreditatem pręteximus? Cùm igitur ille Saluatoris noſtri, & Apoſtolico præcepto neceſſitatem orationis aſſiduæ, ac fructum docuiſset, tum de Exordio, Narratione, Confirmatione, & aliis partibus orationis Diuinæ agit: ſtylo, quidem dicendi, qualem ea ferebant tempora; at ſenſu cęleſti, ac cuius mica præ Mundanarum deliciarum, totiuſque ſecularis eloquentię montibus, ſapere debeat iis, qui ad iugè illud conuiuium anhelant, vbi aliquando non eſurient, neque ſitient iterum.

Notæ quiſq; deſideras in arte Oratoria excellere.

Ex ijs, quid Arte dicendi ſcripſerunt Italicè, Iaſonem Norem optima quadam tradidiſſe, & qua. Cap. IX.

A

Bartħ. Caualcantius. Iaſon Nores.

CVm autem præter iſtos, Italicè quoque de Rhetorica libros diligenter ſcripſerint Bartholomęus Caualcantius, & Iaſon Nores: utraque ſanè docta, & valdè erudita eſt; At Iaſonis diſtinctis quibuſdam ordinibus, methodo conſcripta, non ſolùm Iudicibus, Oratoribus, Legatis, verùm etiam iis, qui pro Chriſto legatione funguntur apud populos, perutilis eſt. Prodiit hæc, anno ſuperioris ſeculi octogeſimo quarto, Venetiis apud Paulum Meietum, Bibliopolam Patauinum. Tertio igitur libro, qui ſanè dignus eſt qui legatur, Artificium & uſum ex dicendi præceptis oſtendit in quorundam illuſtrium Philoſophorum, Oratorum, Theologorum orationibus: Platonis primò in eorum laudem, qui pro Patria fortiter pugnantes ceciderunt: Iſocratis ad Nicoclem, de obitu, laudeq; Euagoræ Regis Cypri eius parentis: B. Auguſtini in laudem S. Cypriani Martyris, Anniuerſario huius celebritatis die (Qua oratione, quantum diſtant encomia Gentium, ab iis, quæ ad Chriſtanos, Chriſtiano ſpiritu habentur, facilè cernitur) Ciceronis pro M. Marcello ad Cęſarem, & ad Senatum: Iaſonis ipſius Nores in Creatione Sebaſtiani Venerii Ducis Venetiarum: Ciceronis pro lege Manilia populo Romano: Æſchynis, Demadis, & Demoſthenis, tum omnium horum ad Athenienſes, tum ipſius Demoſthenis ad Alexandrum; qui comminatus fuerat Athnienſibus bellum, quòd Thebanos ab ipſo uictos, in ciuitatem admiſiſſent: M. Portii Catonis pro lege Oppia contra mulierum inſolentiam, & ſumptus: L. Valerii Trib. Plebis aduerſus M. Portium Catonem, ac legem Oppiam, Pro Matronis Romanis: Libanii Sophiſtæ induentis perſonam Menelai, qui tanquam Græciæ Legatus Troiam nauigauit, ut repeteret Helenã, quęque alia Paris abſtulerat: S. Cypriani tempore peſtilentiæ ad populos, ne eam metuerent: Ciceronis pro Q. Ligario ad Cæſarem; T. Liuii tribus orationibus, Altera, quam habet nomine Philippi Macedoniæ Regis, iudicantis inter Perſeum maiorem, & Demetrium minorem natu; Altera nomine Perſei, fratrem accuſantis, quòd noctu armata manu ſe conuenerit interępturus. Tertia nomine Demetrii, crimen abs ſe depellentis: S. Ioannis Chryſoſtomi in perſona Flauiani Epiſcopi, ad Theodoſium Imp. ad quem iuit, veniam pro iis petitum, qui Imperatoris ſtatuas Antiochiæ deiecerant: Iſocratis pro Nicia contra Euthinoum.

Pietas & veritas operis Iaſonis de Nores.

B

Encomiorũ diſcrimen inter Gentilia, & Chriſtiana.

Orationes diuerſorum.

C

His ergo orationibus, ubi partes, artemque monſtrauit Iaſon, facilem, atque excellentem viam muniuit, qua reliquarum omnium, ac præcipuè Chriſtianorum Patrũm eloquentiam indicaret.

D

Addit utilem introductionem ad tres Rotas, Generis Demonſtratiui, Deliberatiui, Iudicialis, quas certè ingenioſiſſimè inuentas debuimus etiam iis indicare, qui vel Latinè haud norunt, vel in Latinum verſas (ſi qui haud facilè hunc librum aſſequi poſſent) & ad cõmodiorem uſum in Tabulas digeſtas, huc adiicere. Hę aũt ſunt.

Tabulę Iaſonis de Nores utiles.

GENERIS DEMONSTRATIVI TABVLA.

Orationum in Genere Demonſtratiuo ſpecies tres habentur, enim

- 1. Vel directè, cùm nõ aliq ſub prætextu, ſed apertè mortuũ quempiam laudamus: Qua in re tria facimus.
  - 1. Per amplificationem extollimus mortui Patriam, nobilitatem, educationem, uirtutes.
  - 2. Iuniores Defuncti cognatos ſuademus, ut eius egregia facta imitentur.
  - 3. Seniores Defuncti cognatos cõſolamur.
- 2. Vel obliquè, cũ per ſpeciem gratiarum actionis, eadem opera aliquem laudamus: Tunc tria perſequimur.
  - 1. Per amplificationem, & comparationẽ, acceptũ'n beneficium extollimus.
  - 2. Eam ipſam virtutem commendamus, q̃ in nos conferẽdo beneficio adhibuit.
  - 3. Accepti nos fut uros beneficij & memores & gratos pollicemur.
- 3. Vel itẽ obliquè, cũ per cauſſam gratulationis, ſimul et laudamus aliquẽ. Io quo tria præſtamus.
  - 1. Felicem illi rei exitum gratulamur.
  - 2. Per amplificationem eius meritũ commendamus, & virtutem, cuius beneficio id conſequutus ſit.
  - 3. Deum precamur, ut ad commune Patriæ, & familiæ bonum, id ipſi contingat.

- Laudandus
  - A fortunæ bonis, Nobilitate, honoribus, dignitate opib. præclarè in rem collatis.
  - A bonis corporis, Bona ualetudine, forma, viribus, quibus rectè utatur.
  - A bonis animi, Prudẽtia, Fortitudine, Temperantia, Iuſtitia.
- Sumedę probationes
  - A teſtibus decretis publicis, Trophæis, ſtatuis, eius virtuti, honoris ergo poſitis.
  - A locis communibus quos topicos dicunt.
- Amoris affectus & aliorum beneuolentia illi concilianda.
- Eius in unaquaque actione hæ circũſtantiæ expendendæ
  - Res.
  - Perſona.
  - Locus.
  - Tempus.
  - Ratio.
  - Cauſſa.

E

GENE-

GENERIS DELIBERATIVI TABVLA.

Eorum, quæ in deliberationem cadunt, hæc ſunt præcipua.

	Suadendum.	Diſſuadendum.
1. Bellum, Pax, Induciæ, Fœdus,	Quòd iniri debeat.	Quòd iniri nõ debeat.
2. Dux exercitus. Claſsis Præfect⁹,	Quòd creandus.	Quòd non creandus.
3. Ciuitates, & Arces,	Quòd muniendæ.	Quòd non muniẽdæ.
4. Traiectio, commeatus,	Quòd cõcedenda.	Quòd nõ cõcedenda.
5. Conſuetudo,	Quòd introducẽd. uel ſeruanda	Quòd nõ introducenda, vel ſeruanda.
6 Lex,	Quòd ferenda, vel vſu firmanda.	Quòd non ferenda, uel uſu firmanda.
7. Meritum	Quòd præmio afficiendum.	Quòd præmio non afficiendum.
8. Cenſus, onera, Tributa.	Quòd imponenda	Quòd nõ imponẽda.

Suaſio. Diſſuaſio.

Probanda.

A neceſſario.	A non neceſſario.
Ab eo qđ intereſt.	Ab eo quod nõ intereſt.
A poſsibili.	Ab impoſsibili.
A facili.	A difficili.
Ab vtili.	Ab inutili.
Ab honeſto.	A non honeſto.
A delectabili.	A non delectabili.

A Principum conuentionibus, & conuentionum conditionibus.

Ab omnibus argumentorum locis communibus, ſeu topicis.

Excitandi affectus.

Deſiderij.	Amoris.
Spei.	Timoris.

Amplificanda ſuaſio, uel diſſuaſio ex circumſtantiis.

- Rei.
- Perſonæ.
- Loci.
- Temporis.
- Rationis.
- Cauſſæ.

GENERIS IVDICIALIS TABVLA.

Omnes Generis Iudicialis cauſſæ ad quattuor potiſsimùm quæſtiones ſeu conſtitutiones referuntur. Hæ autem ſunt:

	Accuſator.	Defenſor.
Cõiecturalis.	Quòd accuſatio vera. Quòd reus cauſsã habuerit. Quòd reus uoluntatem habuerit. Quòd reo fuerit poteſtas. Quòd contra reum in ipſo facto, antè & pòſt extiterint indicia.	Quòd accuſatio falſa. Quòd reus cauſsã nõ habuerit. Quòd reus voluntatem non habuerit. Quòd reo nõn fuerit poteſtas. Quòd contra reum nec in ipſo facto, nec antè, neque poſt adfuerint indicia.
Qualitatis.	Quòd factum iniuſtum. Quòd factum contra æquitatem naturalem. Quòd factum contra inueteratum uſum. Quòd factum cõtra legem.	Quòd factum iuſtum. Quòd factum ſecundum æquitatem naturalem. Quòd factum ſecundum inueteratum uſum. Quòd factum ſecundum legẽ
Deſinitiua.	Quòd res tale nomẽ mereẽ. Quòd res in definitione eſt comprehenſa. Quòd res eſt in deſcriptione comprehenſa. Quòd rei nomen uſui communi reſpondet.	Quòd res tale nomẽ nõ mereẽ Quòd res in definitione non eſt comprehenſa. Quòd res in deſcriptione non eſt comprehenſa. Quòd rei nomen uſui communi non reſpondet.
Quantitatis.	Quòd res ſit tãti momenti.	Quod res nõ ſit tanti momẽti.
	A comparatione minorum iniuriarum. Per amplificationem iniuriarum.	A comparatione maiorum iniuriarum. Per extenuationem iniuriarum.

Accuſatoris Intentio.	Defenſoris depulſio.
A teſtibus.	Contra teſtes.
Ab inſtrumẽtis.	Cõtra inſtrumenta.
A tormentis.	Contra tormenta.
A iureiurando.	Cõtra iuſiurandũ.
A diſpõe aliqua iuris ciuilis.	A ↄtraria diſpoſitione iuris ciuilis.

Ab omnibus locis argumentorum communibus, ſeu topicis.

Excitandi affectus.

Odij.	Amoris.
Inuidiæ.	Miſericordiæ.
Iracundiæ.	Manſuetudinis.

Perpendendæ circumſtantiæ.

- Rei.
- Perſonæ.
- Loci.
- Temporis.
- Rationis.
- Cauſſæ.

ORA-

 A

ORATIONES M. T. CICERONIS.

In quibus primò confertur Cicero cum Demoſthene. *Cap. X.*

Ciceronis laus in arte oratoria.

SCio laudem oratoriam Ciceroni ab omnibus ſic delatam, ut diſertiſſimus Ro-
muli nepotum fuerit vocatus, quot ſunt, quot fuerunt, quotq; poſt aliis erunt in
annis: Scio item, à Quinctiliano dictum, cuique Græcorum fortiter poſſe oppo
ni, quòd cùm ſeſe totum ad Græcorum imitationem contuliſſet, effinxerit uim De-
moſthenis, copiam Platonis, iucunditatem Iſocratis, in eoq; Lyſiæ ſubtilitatem, acu
men Hyperidis, Æſchynis ſonum, Lælij lenitatem, grauitatem Africani, plerique
agnouerint. Illuſtriſsimam quoque orationem habuiſſe pro Quinctio, quæ fuit pri- B
ma in eius iuuenture pronunciata, Gellius ſcripſit. Notum & illud, quod Plinius, li-
bro Epiſtolarum primo, cùm inquit: Ac mihi ex Græcis orationes Lyſiæ oſtentat, ex
noſtris Gracchorum, Catoniſque, quorum ſanè plurimę ſunt circumciſæ & breues.
Ego Lyſiæ Demoſthenem, Æſchinem, Hyperidem, multoſq; præterea Gracchis, &
Catoni Pollionem, Cæſarem, Cælium, in primis M. Tullium oppono, cuius oratio
optima fertur eſſe, quæ maxima. Hæc ille. Neque verò denique me fugit, quod uir è

Vide Iacobi Pontani Progymnaſmata perutilia adoleſcentibus ſtudioſis.

Ciceronis & Demoſthenis collatio.

noſtris ex Plutarcho non ita pridem cum Demoſthene Ciceronem componens, duos
hoſce Oratores (inquit) ab initio veluti nummos duos eadem materiã, eodem ſigno
à Deo percuſſos, qui naturam ſimilem ipſis indiderit: utrumque nimirum honoris,
& gloriæ cupientiſsimum; libertatis, & Reip. amantiſsimum, in periculis & armis ti-
midum, rerum varietati, quę in hac uita accidunt, ſubiectum: ex obſcuris & mediocri- C
bus potentes, & magnos euaſiſſe: qui Regibus & Tyrannis ſeſe obiecerint: filias utrũ
que unam habuiſſe, & ante obitum amiſiſſe: in Patriam poſt exilium publica omniũ
lętitia, & gratulatione reuertiſse: iterum autem profugere coactos, in manus hoſtium
incidiſſe, à quibus communi luce priuatos, vnà cum vita, Patriæ libertatem poſuiſſe,
eadem propemodum ętate: virtutes in ambobus pleraſque ſimiles: conſilium item, or
dinem diuidendi, pręparandi, probandi rationem; omnia demum, quę orationi ſubii-
ciuntur: in elocutione tantum diuerſitatem fuiſse aliquam: Demoſthenem enim eſ-
ſe denſiorem, Ciceronem autem copioſiorem: illum concludere adſtrictius, pugnare
hunc latius: illum acumine ſemper, hunc frequenter pondere: illi nihil detrahi poſ
ſe huic nihil addi, curę plus in illo, in hoc naturę.

D

Ecquid amplius in hac collatione Ciceronis cum Demoſthene optandum.
Cap. XI.

AT Iuſtus Lipſius variarum lectionum lib. 1. c. 3. maximè inquit eſse optandũ, ut
quam operam in Homeri & Virgilij ſimilib. locis inter ſe comparandis iampri
dem viri eruditi ſumpſerunt, eandẽ induſtriam aliquis in principibus, & ſummis Ora-
toribus, Demoſthene ac Cicerone poneret. Vtili certe, & iucunda opera, cũ loca om-
nia quæ hic noſter à Græco illo mutuatus eſt, uno quaſi aſpectu liceret intueri, contẽ
dere inter ſe, diiudicare, quid ille aſtrictius, quid hic copioſius, quid noſter grandius,
& ornatius, quid ille purius, & ſimplicius; quid hic, quid ille fortius, neruoſius, melius
deterius dixiſse videatur. Nã ſi uerè æſtimare uolum⁹, Ciceronis noſtri eloquẽtia (ſub
dit idẽ Lipſius) quanta, quanta eſt, à Demoſthene manauit, eumq; cũ imitatione ſibi E

Vide Lipſii c. 22. lib. Variarũ lect. 1.

proponeret, non tantum artificio, & ductu orationis ſępè conueniunt, ſed nonnum-
quam etiam in eadem incurrunt, & verba, & ſententias, cuius generis eſt ille elegans,
& pulchra ſimilitudine exornatus pro Cn. Plancio locus, de varietate, & incõſtantia
popul', de qua eadem Demoſthenes dixit. Quale item, cum libro primo, quo præturã
Verris vrbanam, & edicta mercedi addicta exagitat, cum ſanè acutè reprehendit; id
quod Demoſthenes antea dixerat cum Timocratis legẽ multis rationib. arguiſſet qua
le cum aduerſus Clodium loquens pro Milone ſeu fabulam, ſeu hiſtoriam de Oreſte
affert, quam Demoſthenes oratione contra Ariſtocratem, attulerat. Et alia eiuſmodi.

A

Collatio Oratorum Ethnicorum, cum Prophetis, & cum ſacra eloquentia.
Cap. XII.

VT tamen hęc vera ſunt, fatendum eſt, quod res eſt, in Prophetis, & Patribus, ſublimiorem aliam eloquentiam cerni, ſi quis eorum vim, & copiam dicendi, Ethnicis, & quantiſcunque Oratoribus conferat. Videlicet ii cum ad veriſſimam Chriſti religionem, unicam veritatis magiſtram, Auditores inſtruerent, ad beatam atque æternam vitam impellebant, Quo ſine conatu nemo eloquens meritò appellari poteſt. Fuerit quidem aliquis apud Gentiles diſertus, at numquam eloquens dici potuit, cùm lingua (vt Lactantius Firmianus ſcribit) cùm uerum loqui cœperit, & uirturem, maieſtatemq; Dei interpretari, tum demum ſuo fungatur munere: quamdiu falſa loquitur, in ſuo uſu non eſt. Itaque & ſapienter Ioannes Franciſcus Picus Mirandula, inquit. Legebam ſuperioribus diebus fortè per ocium, Tuſculanam ipſam Ciceronis quæſtionem, ubi maximo effert præconio verba Æſchynis aduerſus Demoſthenem inuehentis, tamquam magnam & vim, & atiem continerent: eaque diligenter examinaui. Nec multo poſt tempore deſumpſi in manus Eſaiam Prophetam Hebræo populo minantem: Nulla ferè ſimilitudo. Adeò hic vehemens, ſublimis, copioſus, reſonans, terrorem incutiens, & veram artem undique ſpirans. Quænam rogo cōparatio inter oratoria illa tela ipſius Æſchinis, & Demoſthenis, aut alicuius alterius Oratoris à fabuloſa Græcia celebrari, & hæc noſtri Prophetæ verba? Audite cęli, auribus percipe terra; quoniam Dominus locutus eſt. Filios enutriui, &, exaltaui; ipſi autem ſpreuerunt me. Cognouit bos poſſeſſorem ſuum, & aſinus præſepe domini ſui; Iſrael autem me non cognouit, & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filiis ſceleratis. Dereliquerunt Dominum, blaſphemauerunt Sanctum Iſrael: abalienati ſunt retrorſum: ſuper quo percutiam vos? Et quę ſequuntur. Illudq; potiſsimum admirandum, totum Vetus Teſtamentum, cum aliqua parte Noui, ex Hebræo in Gręcum Latinumque ſermonem verſum, eloquentiam, quę in propria lingua ſumma ei ineſt, non perdidiſſe etiam in peregrina: Et cum apud nos rudis potius quam eloquens oratio eius uideatur, uim perſuadendi maximam obtinuerit. Non mouent, non perſuadent ſacrę literæ (ut ſcribit Ioannes Picus patruus ad Hermolaum) ſed cogunt, agitant, uim inferunt. Legis rudia uerba, & agreſtia, ſed uiua, ſed animata, flammea, aculeata, ad imum ſpiritum penetrantia, hominem totum poreſtate mirabili transformantia. Dignum autem animaduerſione eſt (Auguſtino auctore) quòd ſicut quædam eſt eloquentia, quæ magis ætatem iuuenilem decet, eſt etiam quę ſenilem: Nec iam dicenda eſt eloquentia, ſi perſonę non congruat eloquentis. Ita eſt, quæ uiros ſumma auctoritate digniſſimos, planèque Diuinos decet. Et hac Scriptores illos Bibliæ locutos, ait; nec ipſos decuiſſe alia, nec alios ipſa: Eiſque auctoribus, ubi ipſos intelligit, nihil non modò ſapientius, ſed nec eloquentius videri ſibi, aſſerit: neque tamen vllam dicendi eoſdem affectaſſe, ſed ſapientiam ipſam, de domo ſua, id eſt de pectore Sapientis procedentem, tanquam inſeparabilem famulam, etiam non vocatam, ſequutam eloquentiā. Tantum profectò abeſt, ut lenocinia dicendi, fucataſq; orationis illecebras, ſacra ſibi procurent eloquia, ut nihil oderint magis. Demetrius Phalereus (vt Euſebius Pamphilus auctor eſt) à Theopōpo audiſſe affirmauit, nonnullos cępiſſe quædā à Scriptura Hebaica trāſlata, Græca oratione exornare, & illicò magna turbatione perculſos; magno ſtudio Deū oraſſe, ut ſcirent, cuius rei gratia id ſibi accideret; audiuiſſeq; per ſomnium, quia res Diuinas lenocinio orationis inquinarent. Et Theodorū Tragędiarum Scriptorē, luminibus captum, cùm nonnulla à Iudaica ſcriptura ad fabulam quandam transferre uellet. Idem copioſè docet, ipſos Philoſophię principes, & ſequutos Hebraicam diſciplinam, & illam ſummis laudibus extuliſſe, utpote præcellentem, & primariam. Nec certè mirandum, ſi reuelata Diuinitus myſteria hominum placita longè tranſcendunt; quando ea ab luce inacceſſibili deſcendentia, perſpicuis ingeniis, ſuique capacibus, ſe infuderunt; quæ poſteà utilitatis publicæ cauſſa, Diuinoque iuſſu inuulgarunt. Eam autē philoſophiam quam homines in igno-

Lingua quādò ſuo fungitur officio.

B

Lib. 2. cap 2. Exam. uan. doct. Gent.

Eſaiæ verba cum verbis Aeſchinis cōferuntur.

C

Sacræ literæ non ſolū mouent, atque perſuadent, ſed cogunt, agitant, vim inferunt.

D

Eloquentia quædā iuuenilem, alia ſenilem ætatem decet.

Nil ſapientius, aut eloquentius Diuinis literis.

Lib 8. de Prepar. Euang.

E

Orationis lenocinio qui res Diuinas voluerunt exornare, pœnas dederūt.

Cur reuelata myſteria trāſcendant hominum placita.

rantiæ tenebris degentes, veſtigarunt, & multa etiam cum nube ſparſerunt in popu- A
los, multùm ſubſidere, perſpicuum eſt. Nam ipſius auctores quamquam aliquo na-
turę lumine adiuti viderint, plura tamen coniectauerunt, quàm uiderunt, & naturæ
infectæ uitio debilitati, & propria ſuperbia caligantes. Hactenus Picus.

Philoſophi cur errauerint.

Collatio Ciceronis cum S. Ioan. Chryſoſtomo. Cap. XIII.

Ciceronis cũ S. Io. Chryſoſtomo collatio.

DE Cicerone igitur ut dicam, ſi quis huius ſtudia, uitam, mortem, quęque
poſtea conſecuta ſunt, non cum Demoſthene tantùm, ſed & præſertim cum
Chryſoſtomo cordatè contulerit, magnum habebit campum, in quo præ
ſqualentibus illorum agris, Diuinę ſapientiæ meſſis appareat. Nimirum aureum illud
flumen eloquentię, cùm à forenſibus, & ſecularibus ſtudiis ad Diuinas literas ſe con- B
tuliſſet, & inuitus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, vrgente Arcadio Imperatore, pręfectus,
ecquanta libertate, & ueriſſima eloquentia, deprauatos mores, & nobilium
viuendi licentiam, & Eudoxiæ Imperatricis audaciam repreſſit? Quonam animo, ali
quot Epiſcoporum actum Chalcedone aduerſus ſe conuentum, ipſa vrgente, ac pro-
curante Eudoxia, ſpreuit? Quàm inde intrepidè, eiuſdem fœminæ opera, in exi-
lium abiit? Quonam Ciuitatis applauſu, ob tanti uiri deſiderium, ſeditione populi
facta, reuocatus eſt ab exilio? Reuerſus, quanta fortitudine, ad argenteam Eudoxię
ſtatuam ludos, qui fiebant, prohibuit, & perditos hominum mores increpuit? Tum
verò inimicorum Epiſcoporum conſpiratione, cum iterum exulare cogeretur, quinam
mæror viduarum, & egentium omnium, communis parentis eiectionem lugentium,
fuit? At in exilio ille cùm eſſet, ecquis facilè aſſequi poſſit, & quanta mala perpeſſus C
ſit, & quàm multos ad Ieſu Chriſti fidem conuerterit? Eccleſiaſque Epiſcopis, &
Sacerdotibus muniuerit? Quanta porrò illa cùm, Concilio Romę habito, Decreto
Innocentii Primi Pontificis reſtitutus, à militibus, qui eũ cuſtodiebant, miris in itine
re malis, & calamitatibus afficeretur, cùmque per Armeniam deductum, S. Baſiliſcus
martyr, in cuius templo antea orauerat, noctu ſic affatus eſt: Ioannes frater, craſti
nus dies nos loco coniunget: iſque poſtridie ſumpto Euchariſtiæ Sacramento, ſeq;
Crucis ſigno muniens, animam Deo reddiderit? Sed & horribilem Conſtantinopoli
eo mortuo cecidiſſe grandinē, & quatriduò Eudoxiam exceſſiſſe è uita, & denique eiuſ
dem Chryſoſtomi corpus inſigni pōpa, & hominum frequentia, Theodoſio Arcadii
filio mandante, relatum Conſtantinopolim; cuius etiam uiri reliquias veneratus, pa
rentum ſuorum ueniam petierit; ac deinde Romam translatum, in Baſilica S. Petri D
Vaticana conditum, totque per ſecula, dum in Cælis agit Oratorem, eodem tempo
re in uniuerſo Orbe Chriſtiano, multitudine, pietate, ſplendore concionum, & li-
brorum, laborum ſuorum fructum quotidie percipere. Hæc, inquam, humanę fa-
ſtum non dicam eloquentiæ, ſed & cogitationis ſuperant. Vt iam ſi Ciceronis ora-
tiones extollere, & obtrudere Iuuentuti expediat, certè iſtas alias gemmas omittere
ſine impietatis nota non oporteat.

Chryſoſt. uirtus, labores, fructus.

S. Baſiliſcus Martyr.

Vides iam, optime, quiſquis hæc legis, quantò iuſtius de iſtiuſmodi Tubis id dici
poteſt, quod de Pericle dicebat Ariſtophanes; quem fulguraſſe, tonuiſſe, permiſcuiſſe
Græciam ſcripſit, quémque alij propterea Olympium vocarunt. Verumenimuerò illa
Periclis euanuerunt; reſtant interim iſtorum aculei in totius poſteritatis animis, qui
contra Philippos, Antonios, Catilinas, Verres, ſed aduerſus alias Mundi Peſtes, Im- E
peratores Apoſtatas, & Chriſtianæ Reip. turbatores, egerũt; quique dum cæleſtia
præmia, non caduca proponerent, ac Dei Eccleſiam fundamentis nixam æternis (non
Humanas Reſpublicas) voce, atramento, ſanguine fulcirent, in modicis temperatiſ-
ſimi, in maximis grauiſſimi, non pluuias (ut ait Pyndarus) aquas collegerunt, ſed vno
gurgite exundantes, Diuino Spiritus Sancti afflatu, cæleſtes dicendi vires exeruerũt;
ut & extorſerint de manu Mundi Mundum ipſum; & tranſuerſos egerint Tyrannos,
& Iudices; ac Trophæa beatiſſimæ hominum ubertatis intulerint in Cælum, ſemetip
ſos conculcantes, ut per ſemetipſos tanquam per gradus attollerentur ad Deum.

Periclem fulguraſſe inquit Ariſtophanes.

A
Oratoris præſtantiſſimi ſpecies in Paulo Apoſtolo ex Ioanne Chryſoſtomo. *Cap.* X I I I I.

QVomodo (inquit) Paulus cum illa arte viliſſima tantam potuit inſpirare uirtu
tem, quantam ipſe rerum teſtatur effectus? Homo etenim ignobilis, abiectus,
& circumforaneus, qui artem exercebat in pellibus, in tantũ virtute progreſſus eſt, vt
vix triginta annorum ſpatio, & Romanos, & Perſas, & Parthos, & Medos, & Indos, & Homil. 4. de laudib. Pauli.
Scythas, & Aethiopes, & Sauromatas, & Saracenos, & omne prorſus humanum
genus ſub iugum mitteret Veritatis. Reſponde igitur, unde iſte opifex vilis, ac publi-
cus, ſtans in loco artis ſuæ, ac ſcabellum in manu gerens, ita philoſophatus ſit, & alios
docuerit philoſophari; gentes ſcilicet, vrbes, atque regiones: nec vim in ſe ſermonis
B oſtendens? Audi enim ipſum loquentem. Et ſi imperitus ſermone, nec pecunias poſſi-
dens: nam hoc quoque ipſe teſtatur. Vſque ad hanc (inquit) horam, & eſurimus, & ſiti
mus; & nudi ſumus, & colaphis cædimur. Et quid dico pecunias? cum ille ſæpè ne-
ceſſarium quidem non haberet cibum; nec quo ſe circumdaret, indumentum. Quòd
verò nec de profeſſione clarus fuerit; ipſius diſcipulus oſtendit, dicens: Quoniam ma-
nebat apud Aquilam, & Priſcillam; propterea quòd eiuſdem artis eſſent. Erant enim
ſcenofactoriæ artis. Non igitur à proauis nobilis, quippe qui tam vilis fuiſſe artis oſtẽ
ditur: non à patria; non à gente: tamen progreſſus in medium, ac tantummodo appa-
rens inimicorum cuncta turbauit; uniuerſa confudit: & ſicut in ſtipulas, aut in fœnum
ignis immiſſus, omnia Dæmonum opera conſumpſit, atque in quidquid uoluit, omnia Paulus vt ignis in ſtipulas omnia Dæmonum opera conſumpſit.
conuertit. At nobilis & eruditus erat forte perſuaſor. Nec iſtud quidem: nam hoc quo
C que ipſe confirmauit, dicens: Et ego ueni ad uos, non in ſublimitate ſermonis, aut
ſapientiæ, annũcians vobis teſtimonium Chriſti. Non enim iudicaui, me ſcire aliquid
inter vos, niſi Ieſum Chriſtum, & hunc Crucifixum. Et ſermo meus, & prædicatio
mea non in perſuabilibus humanæ ſapientiæ verbis. Sed cauſſa nimirum ipſa prædica-
tionis erat idonea, quæ ad ſe pertraheret audientes. Accipe, quid etiam ſuper hac re
ipſe pronunciet: Quoniam (inquit) Iudæi ſigna petant, & Græci ſapientiam quærant:
nos autem prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, Græcis autẽ
ſtultitiam. Sed ſecuritate ac libertate perfunctus eſt. At omnino à periculis nunquam
reſpirauit. Et ego (inquit) in infirmitate, ac timore & tremore multo fui apud vos.
Cũ igitur prædicator, & imperitus, & etiã pauper eſſem, & prorſus ignobilis; & quod
prædicabatur, non modo commendatione ſui eſſet vacuum, uerum etiam offenſio-
D ne pleniſſimum, & auditores ipſi inopes, imbecilles, atque omninò nulli, & pericu-
la tam crebra, tam varia non doctoribus ſolum, ſed etiam diſcipulis imminerent, &
crucifixus eſſet, qui annunciabatur, adorandus: nonne ſatis liquet, hoc tantum opus
non humana, ſed Diuina fuiſſe virtute perfectum. Hactenus Chryſoſtomus.

PHILOSOPHICA M. TVLLII.

CAPVT PRIMVM.

IAm verò ad Philoſophica referuntur, quæ de Officiis, de Legib. de Republica,
de Amicitia, de Senectute, de finibus bonorum & malorum, de Tuſculanis, de
E Academicis quæſtionibus, de Fato, de Vniuerſitate, de Natura Deorum, de Diui
natione, de Paradoxis, de Arati verſibus Cicero ſcripſit: Hortenſium, qui periit, vt &
penè vniuerſa Tractatio de Republica, omittimus: Somniũ n. Scipionis dũtaxat ha-
bemus, & fragmenta quædam, quæ Carolus Sigonius collegit. At in pleriſque horum
non magis elegantia quàm ſpecies etiam quædam pietatis attendenda eſt. Ideo non
Ethnici ſolum, quales Plinius, & Seuerus Imp. libros de Officiis haud deponendos
de manibus iudicabant, verùm etiam indoluit Auguſtinus, mirari omnes linguam Ci Libri de Officijs habiti in honore, etiam ab Auguſtino.
ceronis, pectus non item. Inciderat nempe Vir ille, dum adhuc eſſet Manichæus, in Ci
ceronis Hortẽſium, quo libro vituperatam ab Hortenſio Philoſophiam Cicero com

Auguſtinus ex lectione libri Ciceronis immutatus.

mendabat; & vt à Deo ſenſim euocabatur ad Veritatis lucem, ſenſit ſe lectione illius A libri immutatum, vt & ea verba depromeret. Et ad te ipſum, Domine, mutauit preces meas, & uota ac deſideria mea fecit alia. Viluit mihi repente omnis uana ſpes, & immortalitatem ſapientia concupiſcebam ęſtu cordis incredibili; & ſurgere iam cœperam, ut ad te redirem. Non ad acuendam illam linguam referebam illum librum, neque mihi locutionem; ſed quod loquebatur perſuaſerat. Sic Auguſtinus. Lactantius verò ante Auguſtinum appellat Ciceronem, & perfectum ſummumque Philoſophum, & interdum Romanę phiſophiæ principem. Videlicet iacentem uſque ad id ſeculum Philoſophiam; nec ullum habentem lumen literarum Latinarum, excitandam & illuſtrandam ſibi putauit Cicero: Id quod præcipuè fecit de iis, quę ad Moralem Philoſophiam attinebant. Quamuis ubi de Deo locutus eſt, Platonem maximè ſectatus, eum huius Mundi opificem; mentem ſolutam, & ab omni con- B cretione mortali ſegregatam; omnia ſentientem, & mouentem; in omnes beneficum, & liberalem; omnibus animantibus commoda, quibus vtuntur, lucem, qua fruuntur, ſpiritum, quem ducunt, impertientem; bonis pręmia perſoluentem, improbos pęnis afficientem ſempiternis; legum auctorem, & originem celebrat.

Lactantij teſtimonium de Cicerone.

Cautio in libris de Fato, de Nat. Deorum, de finibus Bonorũ, & Malorũ.

Veruntamen cum multa ſint digna animaduerſione in ijs, quę de Fato, de Natura Deorum, de Finibus bonorum, & malorum, ſcripſit, ea neque adoleſcentibus, temerè pręlegenda ſunt, ac ſi quando percurrere placeat, tum ea cautio adhibenda eſt, quam de legendis Hiſtoricis, vbi in eiuſmodi res impegerunt, pręmonuimus. In iis autẽ, quæ ad naturalium rerum Tractationem pertinent, multa deſiderant docti, ſiue quòd ciuilibus negotiis diſtentus haud nactus eſt otium, quantum iſta tractatio depoſcit: ſiue C quòd Platonicum dicendi modum, eloquentię ſtudio libentius amplexus, à methodo interdum longius abſit: ſiue potius, quòd dum Stoicos, Academicos, Epicureos audiuiſſet, minus inter Peripateticos verſatus ſit.

Vide Comment. Aldi Pauli filij in Cic. de officijs.

Collatio quorundam librorum Ciceronis cum alijs eiuſdẽ generis Patrum.

De moribus igitur cùm diligentius Cicero ſcripſiſſet, facilem prębet occaſionem Deum amantibus, vt cum ſuis libris de Officiis, libros de Officiis S. Ambroſii, & Lactantium Firmianum de Vera, & falſa Iuſtitia, ceteriſq. virtutibus, vt & cum nonnullis S. Auguſtini libris de Ciuitate Dei; libellum de Amicitia, cum iis, quæ de charitate Catechiſmus Romanus habet; libellum de legibus, cum eiuſdem Catechiſmi Decalogo coniungat: Qua collatione mirum eſt, quàm ipſi quoque adoleſcentes à teneris liquida Veritatis cognitione, & amore imbuerentur. cùm ſi ad hęc omnia prudens pręceptor adiungeret nonnulla, quę ex Platonica, Peripatetica, & Chriſtiana Iauęlli Phi D loſophia Morali habentur ad manus, vix dici poteſt, quantis firmamentis Chriſtiana ingenia aduerſus hęreſes, Atheiſmos, ſcelera omnia (Deo miſerante, ac iuuante) pręmunirentur.

At deerat, qui cum Ciceronis libro de Senectute conferri poſſet, quemadmodum de libris de officiis D. Ambroſii effici poſſe diximus cum libris Ciceronis eiuſdem argumenti. Sed erudita pietas Gabrielis Palęotti Card. fecit, vt neque hoc deſideraretur. Edidit enim Romę Librum de Bono ſenectutis, è cuius ſecunda potiſſimum, & tertia parte diues ſuppellex ſuppeditatur attentè perpendenti, quę vir ille agit aduerſus Ethnicos de Senectute ſententias, mox de iis, quę ſub Catonis nomine Cicero eleganter obiecit, ac ſoluit. Quin & differit, vnde ſenectus, & languor ſenectutis in homine. Mox de quinque radicibus ſenilis Boni. Deinceps de iis, quę obiiciuntur ſenibus. E demum de fructibus Senectutis, quęue è ſacris literis, & Patribus afferuntur in laudem Senectutis, vnà cum huiuſce Priuilegiis apud Iuriſconſultos, & alios.

Quę Ciceronis Moralia, ſi Scholaſticis, qui iam Mundo valedixerunt, ſeq; ad ſacras Religioſorum familias aggregarunt, exponerentur, conferri adhuc poſſent utilius cum iis, quę Bernardinus Roſſiniolus noſter, De Perfectione Chriſtianę diſciplinę tradidit, De quo vide in Apparatu noſtro Sacro, in verbo, *Bernardinus Roſſiniolus*.

A

Ciceronis editio emendatior, & Interpretes in eum aliquot.

M. Tullij Ciceronis hiſtoria per Conſules deſcripta & in annos 64. diſtincta per Franciſcum Fabritium Marcoduranum, ab anno poſt Romam conditam ante Chriſtum natum 103. vſque ad annum Vrbis 720.

Rhetoricorum incerti Auctoris libri quattuor Ciceronis de inuentione libri duo cum Commentariis M. Fabij Victorini.

Topica cum Commentario Anicij Manilij Seuerini Boetii, & Petri Vellij Gueuaræ Partitiones Oratoriæ cum Commentario M. Antonij Maioragij.

De Oratore cum Commentario Audomari Talæi.

Brutus ſiue de Claris Oratoribus } cum Commentario Victorini Piſani.
B Orator }

De optimo genere Oratorum cum Commentario Io. Antonii Viperani.

Orationum libri tres, cum Pauli Manutii Commentario.

At & in Catilinarium M. Antonius Muretus.

In Rullum autem Lauredanus.

Epiſtolarum Familiarium libri 16. cum Pauli Manutij Commentariis.

Epiſtolarum ad Titum Pomponium Atticum lib. 16. } Cum Pauli Manutij Commentariis.
Epiſtolarum ad M. Brutum lib. 1. }
Epiſtolarum ad Q. Fratrem lib. 3. }

Editæ verò autem erant Sebaſtiani Conradi in Epiſtolas ad Atticum, & Brutum docti Commentarij, ſed & Anno 1580. in Galliis eædem Ciceronis Epiſtolę ad Ti-
C tum Pomponium Atticum prodierunt ex fide vetuſtiſſimorum Codicum emendatæ, ſtudio & opera Simeonis Boſii, cum eiuſdem Animaduerſionibus, quas Franciſcus Bentius noſter valde approbabat.

Quin & Venetiis 1563. e typographia Ioan. Baptiſtę emendatiores & ſuſpiciones Leonardi Maleſpinæ, in epiſt. ad eundem Atticum emiſſę ſunt.

Academicarum Quęſtionum ęditionis primæ Liber ſecundus qui inſcribitur Lucullus. } Cum Aldi Manutii Commentariis
Academicarum Quæſtionum ęditionis ſecundæ liber primus, }
De finibus libri quinque. }

Tuſculanarum Diſputationum libri quinq; } Cum Aldi Manutii Commentariis.
De Natura Deorum libri 3. }
D De Diuinatione libri 2. }
De Fato liber. }
De Legibus libri 3. }
De Vniuerſitate ex Timęo Platonis liber. }

Arati verſus à M. Tullio Cicerone conuerſi & vbi aliquot in locis iniuria temporis Ciceronis verſus amiſsi deſiderantur, ij additi ſunt ex Virgilio, Germanico Cęſare, Rufo Anieno.

De Petitione Conſulatus liber cum Valerij Palermi Veronenſis Comment.

De officijs Libri tres cum Aldi iunioris Commentariis, quorum duo ad Chriſtianę normam vitæ ab eodem Aldo examinantur.

Dialogus de Senectute, qui inſcribitur Cato Maior. } Cum Aldi iunioris Commentariis.
E Dialogus de Amicitia, qui Lælius. }
Paradoxa. }
Somnium Scipionis. }

Hiſce Ciceronis Operibus haud additur libellus de Conſolatione ad filiam; quòd ipſius non eſſe certis argumentis, cum alii tum Ianus Guillelmus oſtendit.

Ceterum qui M. Antonij Maioragij Commentaria in libros Ariſtotelis de Rhetorica legerit, dum Ciceronis de Arte Oratoria libros expendet, magnam hauriet lucem: & ad Ariſtotelis & Ciceronis præcepta in rem conferenda; Quin & ad reprobanda quædam quæ magis Poeticè, quàm Chriſtianè Ariſtoteles attulit, ea enim non minus piè quam doctè Maioragius interdum obſeruauit.

 A

Auctorum Elenchus eorum, qui varias Lectiones, Miſcellanea, & alia eiuſmodi ediderunt.

Adagia emendata, & ſub nomine Pauli Manutij edita.
Adriani Turnebi Aduerſariorum Libri tres.
Adriani Tornefij Variæ lectiones.
Aduerſaria Petri Pithæi.
Ægyptiorum Symbola, ſiue Hieroglyphica, de quibus Horus Apollonius, & Pierius Valerianus, qui etiam è Latine factus eſt Italus, & ann. 1602. Venetijs excuſus.
Ælianus variæ hiſtoriæ.
Alexandri ab Alexandro Dies Geniales.
Anaſtaſij Germonij Seſſiones Pomeridianæ. B
Andreæ Alciati Parerga.
Angelus Decembrius De Politia literaria.
Angelus Politianus.
Antonij Concij ſubſeciuæ Lectiones Variæ.
Antonij Goſſeani variæ Lectiones.
Athenæus.
Aulus Gellius, ſiue Agellius.
Barnabi Briſſonij Antiquitates: & Libri Aduerſariorum, & De rebus Perſicis.
Bernardi Rutilij Decuria.
Budæus.
Caroli Sigonij Emendationes, ſiue variæ Lectiones. C
Chriſtophori Ruffi Antexegemata.
Cælij Rhodigini Antiquæ Lectiones.
Coraſij Miſcellanea.
Dies Caniculares.
Duareni Obſeruationes.
Emblematum Scriptores, de quibus vide ad finem Poeticæ noſtræ, qui eſt 17. liber huius Bibl. Selectæ.
Fernandi Abduæ Explicationes.
Fornerij Selectorum Libri tres.
Foſcati legia.
Franciſci Luiſini Parerga.
Franciſci Robertelli Adnotationes. D
Franciſci Sabini Subſeciua.
Galeotus Martius de Doctrina promiſcua.
Gulielmi Canteri nouæ Lectiones.
Hieronymi Magij Miſcellanea.
Hieronymi Mercurialis variæ Lectiones.
Iacobi Conſtantij Collectanea.
Iacobi Cuiacii Obſeruationes.
Iacobi Raneuardi, Variorum.
Ioannis Brachi Miſcellanea.
Iulius Cæſar Scaliger de Subtilitate.
Et de cauſſis linguæ Latinæ. E
Et de Poetica.
Iuſti Lipſij Variarum Lectionum lib. 3.
Electorum lib. 2.
Critica, & adeo omnia ipſius, ſunt plena eruditionis.
Lælij Biſciolæ noſtri expectamus Quadraginta libros Subſeciuarum Horarum.
Leopardi Miſcellanea.
Lucæ Pæti de menſuris, & varijs lectionibus.
Ludouici Carrionis antiquarum Lect. lib. 3.

Macro-

A Macrobius.
M. Antonij Maioragij Epiſtolares quæſtiones.
M. Ant. Mureti Variæ Lectiones.
Marini Becichemi Centuriæ.
Parrhaſius de rebus quęſitis per epiſtolam.
Pauli Leopardi emendationes. Vide ſuprà in verbo Leopardus.
Pauli Romuli contra Vitelium.
Petrus Crinitus.
Petri Fabri ſemeſtria, & de re Athletica, ludisq; veterum Gymnicis, Muſicis, atque Circenſibus Spicilegiorum Tractatus.
Petri Nannii Variæ lectiones.
B Petri Victorij Variarum lectionum lib. 2.
Plinius de quo uide quæ ad calcem lib. 12. qui eſt de Philoſophia in hac Bibl. Select.
Polydorus Virgilius de inuentoribus rerum, ſed non ille, qui ab hęreticis emiſſus, & auctus eſt, hic enim in Romano Indice prohibitus eſt.
Ptolemęi Flauij coniectanea.
Sebaſtiani Conradi Quęſtura.
Suidas, de quo vide in Verbo, *Suidas* in Apparatu noſtro Sacro.
Theodori Canteri Varię lectiones.
Valteri Miſcellanea.

C Non ponuntur autem in hoc Catalogo Auctorum Variæ lectionis Hadriani Iunij Animaduerſa, Ioannis Hartungi Decuriæ, Franciſci Hotomanni Obſeruationes, & alia eiuſmodi hominum, qui extra eccleſię caſtra vixerunt, quoniam in Romano Indice iuſtiſsimè proſcripti ſunt. Quin etiam, ſi quis eorum, quos huic Elencho adtexuimus, aliquid ab hæreticis inſperſum, additumve habuerit, procul à noſtra hac Bibliotheca omninò ablegamus, & exploſos volumus.

Porro ad Miſcellanea pertinent Lexica, ſiue Dictionaria, Theſauri, Apparatus, Apophtegmata, Similitudines, Concordantiæ, Indices, Theſauri, & ſi qua ſunt huiuſmodi alia, quæ ſi quid habeant admixtum, quod expurgatione indigeat, meminerint cordati Lectores Regulæ quintę Indicis Romani, qua iſtiuſmodi Libri non permittantur, niſi expurgati fuerint Epiſcopi, & Inquiſitoris, una cum

D Theologorum Catholicorum conſilio. De libro autem exemplorum Eborenſis, uide in Apparatu noſtro Sacro, neque enim ſine labe impreſſus eſt alicubi, id quod ibidem indicauimus.

LEXICA, SIVE DICTIONARIA. A

GRÆCÆ LINGVÆ.

Athenæus.
Suidas,
Pollux,
Harpocration,
Etymologicon,
Phauorinus.
Thomas Magiſter,
Varinus.
Gloſſaria duo Hiſt.
Lexicon.
Theſaurus linguæ Græcæ,
Stephanus de Vrbibus,
Budęi Commentarij linguę Gręcę.
Dictionarium LatinoGræcum Caroli Stephani.
Galeni Gloſſæ Hippocratis.
Erotimus.
Dictionarium Medicum,
Gorræi Definitiones.
Exercitamenta Medicinæ,

LATINÆ LINGVÆ.

Feſtus,
Nonius Marcellus.
Nicolaus Perrettus, ſiue Cornucopia.
Tortellius,
Catholicon,
Papiæ Lexicon,
Iſidorus,
Marius Grapaldus De Partibus ædium. B
Supplementum linguæ Latinæ Roberti Conſtantini,
Sipontinus.
Io. Scopæ Spicilegium,
Dictionarium Berchorij,
Marius Nizzolius.
Stephanus Doletus.
Caroli Stephani Nomina herbarum.
Et Dictionarium Hiſtoricum eiuſdem,
Et Prędium Ruſticum.
Baſilij Zanchi Epitome verborum Latinorum. C
Nomenclator Horatij Turſellini.
Theſaurus linguæ Latinæ,
Elucidarius Poeticus.
Dictionarium Poeticum,
Parnaſſus.
Briſſonius de verbis Iuris,
Dictionarium Alberici.
Vocabularium Iuris.

Ambroſius autem Calepinus, hoc eſt ipſius Dictionarium, quod anno 1590. Venetiis editum fuit apud Dominicum de Farris emendarum prodiit, & auctum, quin etiam multarum dictionum obſcura ſignificatione manifeſtata, D

Cum Pauli Manurii Additamentis ad intelligendam, & exornandam linguam, Quædam etiam ad Romanarũ rerum ſcientiam vtiliſſima, & adiecta ſunt ſynonyma, Vocum differentiæ, Antitheta, lectiora Adagia, Voces Ciceronianæ in earum vicem, quæ ſunt duriores, aut barbaræ: Atque ſingulis Latinis vocibus, Gręcę, Italicę Gallicę, Hiſpanicę.

Henrici Farneſii Eburonis I.C. & Artis Oratorię in Ticinenſi Gymnaſio Doctoris publici De Verborum ſplendore, & delectu ad vbertatem, & copiam dicendi Appendices duę.

Dictionarium Italicum, vt hoc idioma affectantibus pręſto ſit etiam. E

Quod tibi Domine IESV, ac Beatiſſima Virgini Matri tuæ gratum, acceptumq; ſit. Studioſis autem non inutile. Amen.

INDEX RERUM

INDEX RERVM ET VERBORVM

vtriuſq; Tomi huius Bibliothecæ Selectæ.

Obſeruandum eſt autem vbi inueneris hanc literam t. eam ſignificare Tomum. vbi verò erit hæc nota numeri 1. ſignificare primum; vbi autem hæc nota 2. ſignificare ſecundum Tomum, at vbi eſt ſcriptum Cic. ſignificare Ciceronem, qui eſt vltimus liber Bibliotheca.

ABSOLVTIO ſacramentalis quando differenda. 161.t.1.D. Abſoluendi, vel non abſoluendi, qui neceſſaria ignorant, quomodo. 160.t.1.A Abſolutio excõmunicationis quomodo concedenda. 164.t.1.A. eius formula. ibid.

Abominatio deſolationis quæ ſit. 288.t.1.D

Academię quo tempore inſtitutæ. 4.t.1. B. Academia Pariſienſis theologorum parens. ibid. C. Academia Athenienſis in melius commutata. ibid. D. Alexandrina, Hiſpana, & aliæ. ibid. Academia cęleſtis quę. ibid. D. Vpſalienſis in Suetia quando florens. 6.t.2

Accidens quid ſit. 11.t.2. E. eiuſdem diuiſio. ibidem. monſtrat ſubſtantiæ dotes. 12.t.2.A

Accidit unicuique quod quiſque meretur. 322.t.2.D

Accurſij errores ex hiſtoriæ imperitia. 157.t.2.C. is tamẽ laudatur. ibd De eo autem, ac ſimilibus iudiciũ. ibid.

Adam primus ut omnium parens, ſic magiſter. 3.t.1.D. ab eo uetus hebræorum ſchola, ibidem. E. omnibus rebus nomina indidit, 13.t.1.A. in eius mente plurimas rerum ſpecies impreſſit Deus, 13.t.2 C. lex Adami, & Euæ, Lex ei, & Euæ data, matria, & fons ceterarum omnium legum, 11.t.2.C, Cui Deus eum lege poſitiua obſtrinxerit, ibidem. E. à Deo Medicinæ ſcientiam accepit, 176.t.2.E, eius peccatum, 207.tomo 2.col.2

Adoratio ſimulachrorum; vnde 483.to.1. col.1

Aedibus ſacris extruendis quęnam areæ paranda, 290.to.2.A

Aedificandi ratio num ex vno Vitruuio petenda: num item è ſtructura Templi Salomonis 2 ?6. to.2. B. Locus ædificiis aptus, 288.t.2.B. Materia quęnam apta, 290.to.2.C

Aedificia ingentia cur ſæpè ruant, 286. t.2. E. Quænam ſint ſpectanda priuſquam ædificia inchoentur, 288. tom.2.A

Aegrotus quando ſolis prognoſticis eſt relinquendus, 201.tom.2.E

Aera Hiſpanorum, Vide in verbo, Era.

Aduocatorum aliquorum (ſed non omnium) nequitia 141. tom.2. E

Adoptio in filios Dei qualis, 526.to.1.E

Admonitio breuis de ratione Diuinæ Scripturæ explicandæ, 113.10.1.B

Adrianus Florentinus qui fuit Summus Pont. nunquam aliorum dicta ſpreuit, 46 to.1.A

Aegyptii, & Chaldæi cur in Diuinis diſciplinis aliquando excelluerunt, 127.to.1.B

Aeris ſalubritatem ex iocinore animalium priſci obſeruabant, 288.t.2.E

Agathias hiſtoricus qualis, & in quibus eſt lapſus, 355. tom.2. C

Agricolę quid è Mathematicis percipiant commodi, 249 to.2.A

Albertus Durerus, 541.to 2. E

Albertus Picus Carporum Comes 80.t.1.A

Alcinoi Iſagoge in Platonem qualis 32. t.2.D

Alchiudi errores præcipui 94.t.2. B. putat omnem cauſam habere infinitam virtutem, ibid. cogitat quod ex aliqua ne plenè cognita, totius mondi habeatur cognitio, ibid. autumat omnia neceſſario contingere, ibid. C. omnia ſubeſſe cęleſti motui, ibidem. Motum voluntatis creaturis corporalibus ſubiicit, ibid. errauit circa Diuina attributa 95.t.2.A, circa ſacrificia lapſus eſt, ibidem. uim characteribus tribuit, ibid. & plura alia errata, ibid. legito.

Alciati conſideratio de Commentariis in Ius ciuile, 140.tom.2.B

Alcoranus Turcarum vbinam maximè colatur, 442.t.1. B. Pueri illum addiſcunt, ibidem; cur difficillimus ſit, mendis ſcatet, ibidem. C

Alexandrina Schola per quoſnam in melius mutata, 4.to.1 E, eiuſdem librorum plurima ſupellex.

Alexandri Sculteti Chronologia qualis, 106.t.1.E

Alexandri V. Cretenſis Pont. Maxim. dictum notabile, 378 tom.1.E

Algazelis errores pręcipui, 93. tom.2. A, omnem enim intelligentiam æternam ponit, ibidem. circa numerũ angelorum errat, ibidem, & circa diuinam prouidentiam, ibidem: & circa cognitionem primi motoris, ibidem, circa animæ beatitudinem lapſus eſt, ibid. in anima tantum penam damni poſuit, ibidem.

Alphonſus Sanctius è Societate Ieſu optime de Sinis egit, 452 t 1. E. Sed pleniſſimè Michael Rogerius, ibi.

Amadiſius, & ſimiles libri cur omnino explodendi, 397 tom. 2. E

S. Ambroſii Iudicium de Platone 25.t.2.E

Ambroſius Morales hiſtoricus Hiſpanus, qualis, 411. E, 412. t.2.B

Amanuenſes infirmum habere iudicium ex ſententia Ioannis Huartis. 15.t.1.B

Ambulare, & ſuſpendi animalia in ſacris literis quid ſit, 76.t.1.A

Anabaptiſtæ hiſtoriam Iobi fabulam impudenter appellant, 61.t.1 A

Anachoritica, & ſolitaria uita quid ſit, 258.to.1. B, non eſt facilè omnibus conſulenda, ibidem.

Anatome inſpecta conducit ad ſedandas animi perturbationes, 178 t.2.A

Angeli ſunt hominis prçceptores inuiſibiles, 2 to.1. C per eos hominibus lex data, ibidem. Natura ſunt immortales, 495.tom.1.col.1. ſunt fermè innumeri, ibidem. alii aliis illuſtriores, ibidem. boni angeli confirmati ſunt in gratia; mali autem in peccato obſtinati dum Deo nocere non poſſunt, creaturas deuorare quærunt, 496.t.1.col.2.

Anima rationalis ex Ariſtotele non eſt genita; ſed immaterialis, & extrinſecus adueniens, 42.t.2. D. ſuas potentias habet naturaliter, earumque applicatio, 174.t.1 D. Modus probandi eius immortalitatẽ, 477. t.1.D. duobus modis exiſtit, 372.t.1.A. poſt corpora interitum utitur trium ſuarum virium officiis. ibidẽ. D. eiuſdem perpulchra ſimilitudo, ibidem. E. animã eſſe immortalem à Deo fuit reuelatum, 494. to.1. col.2 Non eſt genita, ſed creata, 42.t.2. D. Animarũ lucra unde aut impediuntur aut retardantur. 71.t.1.D

Annorõ varietas ex ſeptuaginta Interpretibus, & aliis unde orta, 106.t.1.D.

Annotationes variæ aduerſus impias Blaſphemias Franciſci Dauidis hæretici, 424.t.1.C

Antichriſtus quis dicendus, 412.t.1.A. eiuſdem errores à Samoſatenicis, & Tranſyluanicis diſſeminantur.ib.

Antiqui ad Imperatores ſcripſerunt pro fidei defenſione, 317.t.1.D, quomodo ſalui facti ſunt, 418.t.1.B

Antonius Marinarius de conſonantiis Ieſu, & prophetarum vtilis, 108.t.1.A

S.Antonius infert cladem Arianis, 171.t.1.B.idem pulchre de inſidiis dæmonum, ibidem.

Antonij Funcki Chronologia. Quid de ea ſentiendum, 123.t.2.D, fallitur in annorum ſupputatione, ibid. B.Cautio adhibenda in eius Operibus.124.t.2. C

Annus præſcriptus à Iuſtiniano diſcendis ſuis Inſtitutionibus, 129.t.2.D

Antonius Corrigienſis Pictor egregius, 542. to. 2.B

Antonii Poſſeuini Iunioris Philoſophi, ac Medici Morborum Theorica hexametro verſu ſcripta vtilis, & elegans, 207.to.2.

Apelles quid ſolitus facere dum pingeret, 541.B,C,t.2.

Apis Aegyptius a multis Medicinæ inuentor, 176.t.2.D

B.Apollinaris Rauennæ quas paſſus eſt perſecutiones, 170.to.1.E

Apollonii Tbyanæi præſtigia ad Chriſti fidem euertendam, 396.to.2.E

Apoſtoli verbi Dei nuntii, 4.t.1.A. eorum exempla 170.to.1.D. extiterunt Sacerdotes non Aaronici; ſed ſecundum ordinem Melchiſedech, 302.1 t. D. eorum Miracula, 518.t.1.C. eoſdem pauperes cur elegit Chriſtus Dominus, 517.t.1.D

Apoplexia curata cedit in alios graues affectus, 210. tom.2.col.1

Appianus Alexandrinus hiſtoricus qualis, & quænam extent ipſius, 349.t.2.B

Aquę ſtagnantes gignunt peſtilentes vapores, 288 t.2.D quæ ex imbribus colligitur aqua ſaluberrima eſt, 289.t.2.A. Aquæ bonæ indicia, ibidem, quęnam optima, ibidem. eiuſdem quinque genera, ibidem.D

Arabum Sacerdotes Alphatii dicuntur, 44 t.t.1. B, Arabes poetis abundant, ibidem D, eorum Scholæ ſunt in templis, ibidem E. A Græcis Aſtrologiam acceperunt, 279.to.2.B

Architecturæ origo, 285.t.2 A, & 286.t.2 A. Modus architectis neceſſarius, & quid ſit, ibidem. C, naturam imitatur, ibidem, E, eius ordines quinq; 287. tom. 2. A, eius finis, ibidem. C

Architecto graphidis ars maximè neceſſaria, 286 t.2.B

Ariani Imperatores quinam, 40.t.1.C, Scholas Catholicas Alexandriæ turbauere, ibidem. per totum.

Ariani poſt Concilium Nicænum quot, & quanta moliti, 384.to.1.A, varia concilia fruſtra collegere, ibidem, C. Eorum Simiæ Lutherani, ibidem cum eis colloqui nullius eſt vtilitatis, 409 to. 1. E. Eorum velitationes, 410.t.1.A, eorundem vana iactantia, 417. to.1. D. recentiores Ariani probant Coranum Mahometis, 413.to.1.B

Arius impius in Dei filium Blaſphemus 384 tom.1. A, eius miſera mors, ibidem, hoſtis Catholici nominis, 387. tom.1.D

Arianiſmus Quomodo in Mundum inuectus, 417. t.1. C

Arbor vitæ quid hominibus efficiebat 495. to.1. col.1

Arcadii Imperatoris notabile dictum, 189 t.1.B

Argumentum potens bis qui traiiciunt in Iaponiam ad animas lucrandas, 518.t.1.E

Ariſtotelis Græcæ linguæ ſtudium vtiliſſimum, 49.t.2.D eius dictum cum eſſet morti propinquus, 58.to.1.E, Deum omnium rerum cauſſam eſſe efficientem affirmauit, 16.t.1. E, manuducit nos in Dei cognitionem, ibidem. opinionem cum ratione confundit, 125.t.1. E vigiuti annos fuit Platonis auditor, 41.t.2.A, Platone aram ſtruxit, ibidem, quænam ei obiiciantur, ibidem, cur ſepia fuerit vocatus, ibidem. fatetur ſomnia quędam immitti à Deo, 42.t.2.A, creationem Mundi non agnouit, ibidem. C, Deum ſtatuit primi Orbis motorem, 43.t.2.A, facit Deum finitæ uirtutis, ibi. Adimit Deo omnium rerum prouidentiam, 44. to 2. A, libertatem quoque ibidem, C. negat mutila, & diminuta eſſe educanda, ibidem, C. Quænam verè ſint ei obiicienda ibidem, D. cur obſcurè, & ambiguè ſit locutus, 45.t.2.B, plura ſcripſit de rebus Diuinis quę non extant, ibidem. E, Quid reuera de eo ſit ſentiendum, 46.t.2.A, Quid pro Ariſtotele Philoſophiæ patroni dictitent, 45.t.2.A, Philoſophiam in methodũ redegit cæteris meliorem, 46.to.2 B, omnium Philoſophorũ eſt præſtantiſſimus ibidem. Errores eorum, qui de eo præfantur quę non expedit dicere, ibidem. D, In eius libris nulla reperitur rectiſſima, ac perfectiſſima demonſtratio, ibidem. E. Quid in eo notatu dignum, 47.t.2. A. In ſuis opinionibus non ſibi conſtat, ibidem. B. ſi viueret multa emendaret, 48. t 2. A, cur ei putatur à Deo tantum ingenium fuiſſe collatum, ibidem. cum Iudęo erudito uerſatus, ibidem. minus excuſandus in erroribus quam Plato, ibid. ſuorum librorum perfecta partitio, ibid. E. quot numero ſint eius libri phyſici, ibidem. Ratio eius ſenſus genuini eruendi ex eius dictis, 49 t.2.C, Aureũ eloquentiæ flumen à Cicerone appellatur, ibidem. Quinam eum uerterunt, ibidem; non fuit uerborum prodigus; ibidem. Eius libri Quinam primo eſſent legendi, 50.t.2.B, eius obſcuritas unde, ibidem. errores cur irrepſere in eius libros, ibidem. quo pacto auditoribus eius Interpretes ſunt proponendi, ibidem. B, unde eius Philoſophia grauiſſimum damnum paſſa, ibidem. E. Gręci interpretes ut pręferendi, quid cum in eis cauendum, 51.to.2. A. eius Arabica uerſio deprauatiſſima, 52.t.2.C. Iudicium de eius Interpretibus, 55.t.2. B. Eius Logicam Quinam ſuggillarunt, 60.t.2.E. duo ab eo affirmata notatu digna, 66 t.2.A. eius Phyſica quomodo ſint explicanda, 67 t.2.E, quomodo metaphyſica, ibid. In eius octo libris de phyſico auditu Quinam ſcripſerint, 69 t.2. B, Varii Interpretes in uarios eius Philoſophiæ libros 73.t.2. plures Ariſtotelis libri deſiderantur, 77. to.2.B. Quinam Italicè Ethica ipſius ſunt interpretati, Italicè, Latinè, Græcè, ibid. 76.t.2.E. Quot de animalibus libros ſcripſerit. 101.to.2.A. de origine legum quid ſentiat, 108.to.2.D. eius Politica non ſufficiunt ad efformandum rectum Reip. ſtatum, ibid. quid de virtutibus ſenſerit, 109.to.2. A. eius libri politici quid contineant, 121.t.2. D. eius errores præcipui. 88 t.2. D. tempus poſuit numquam incepiſſe, ibid. E. Mobile ſtatuit ęternum, ibidem. generationem ponit æternam, 89 t.2. B. aſſeruit à Deo nihil immediatè poſſe pendere, ibid. ponit Solem ſemper generaturum plantam, ibid negat reſurrectionem mortuorum, ibid. errauit in numero Angelorum, 90.t.2. A. eius excuſatio, ibid. cur expoſitio quorundam librorum de phyſico auditu ab aliquibus omittatur, 249.t.2.E

Artabani præclarum, orationis Exordium 335.t.2.E.

Artes humanitatis reddere debent humanos ſcriptores. 45.t.2.E. Artes uariæ unde. 491.t.1.col.2 Artis ratio duplex. 16.t.1.D.

Articuli aliqui fidei à Lutheranis ſublati. 399.t.1.A. ſinguli a diuerſis hæreticis oppugnati propugnantur ab Edero 419.t.1.C. & aduerſus unũquemq; uariæ hęreticorum blaſphemiæ enumerantur, ibid. per totum.

Aſtronomia, & quinam de ea ſcripſerunt. 276.t.2.D.

Aſtrologię Iudiciariæ refutatio, 278.t.2. E. eamferè omnes ſapientes ſpreuerũt 279 t.2 B quibus legibus prohibiti ſunt aſtrologi Iudiciarii. 280.t.2 B. eam omnes Theologi explorentur, ibidem. E.

Arithmetica princeps inter Mathematicas, 255.t.2. B. methodica eius expenſio. ibidem. C. auctores aliquot, qui de ea ſcripſere 256.t.2.A.

Aſcenſio Domini in cælum, & colloquium cum Apoſtolis, 517.t.1.B. duorum Angelorum teſtimonio comprobatur, ibidem E. & quingentorũ hominum aſpectu, ibidem.

Atheniensium Modus in pranoſcendis adoleſcentibus, 15.t.1.E.

Atteſtationis formula de impartita pænitentia. 165.t.1 B

Atheiſmorũ origo, & progreſſus. 385.t.1.C Atheiſmus eſt hæreſim finis. 404 t.1.C. Earum colluuies à pluribus hęreticis in mundum inuecta. 406.t.1.D.

Auaritia

Auaritiæ Radix quomodo tollatur. 172. t.1. B
Audiens verum audiat, & quid audit intelligat. 179. tom.1.A
Auicenna ſpiritualem felicitatem agnouit licet Mahumetanus,443.t.2.E.eius errores præcipui,91.t.2. D.æternitatem motus,& temporis ponit, ibidem. putat animas hominum produci ab vltima intelligentia., 92.t.2.B cogitauit intellectum intelligentiarum non poſſe intelligere aliquid male, ibidem. ademit Deo cognitionem ſingularium,ibidem. errat circa Diuina attributa,ibidem.
Audientium vnde dictum,138 t 2.B
Auctores qui de foſſilibus, & aliis rebus naturalibus ſcripſere,103.t.2.C,auctores Latini aduerſus Grecos qui non recte ſentiebant,282 t.1.A. Auctoris Epiſtola elegans ad Ioannem III. Succiæ Regem,qua hæreticorum impoſturæ deteguntur,328. t.1.E
Auguſtini Cardinalis Valerii Rhetorica Eccleſiaſtica clericis perutilis,223.t.1.D
Auerrois Veſtures,& Interpretes,52.t.2.A, de eo quid ſentiendum,53.t.2.E.De eius digreſſionibus ibidem quo tempore fuerit ſuperſtes,52.t.2. D,nomen Commentatoris nactus,ibidem,C.errores eius,ibidem. linguarum expers,ibidem.ex vno eius loco quid de aliis coniici poſſit,53.t. 2.A,eius inſcitia,ibidem. Atheus fit,qui ei ſeſe nimium addixerit,54 t 2.D,cur multis cordi fuit,ibidem.quando vixerit,55.t.2.A eius errores præcipui,90.t.2.E,omnem legem vituperat, ibidem. Chriſtianam fidem ſpernit, ibidem. nimius eſt in laceſſendis Chriſtianis, ibidem, prouidentiam adimit Deo,91.t.2.B.Trinitatem inficiatur,ibidem,aufert a Deo particularium cognitionem, ibidem.Vnum intellectum poſuit numero in omnibus, ibidem. Ariſtotelis errores tuetur,ibidem.
Auguria,& ſortes vnde in mundum inuectæ,482. tomo 2 col 2
Auguſtini Steuchi libri de Philoſophia commendantur,17.t.2.eiuſdem Coſmopæia perutilis quibuſdam demptis,ibidem.
D. Auguſtinus de optimo genere Scripturæ interpretandæ,76.t.1.D,eius librorum huc ſpectantium catalogus,ibidem.E.eius teſtimonium de Animarum receptaculis,405.t.1.B. in retractationibus ſuis Platonicam Doctrinam deteſtatus eſt,3 1.t.2.E. Eius de Platone iudicium,22. t.2. B.eius liber de Vtilitate credendi prælegendus ante Plinii hiſtoriam,98 t.2. E, rectiſſime de Medicinæ origine loquitur,177. t.2.B
Auſonius,502.D.to.2.

B

Balſamonis librorum cautio,138. t.2. C,non eſt ab omnibus legendus, ibidem.
Babyloniæ magnitudo,329. t.2. A
Barbarorum definitio qualis,446.t 1. B
Bartholomæus Ammanatus inſignis ſculptor, 286. t.2. B.543.to.2. A,545 .to.2.E
Bartholomæi Pauiæ ſtudēdę Theologiæ ratio,134.t.1.D
Baptiſmi uis,& efficacia,513.t.1. E,non confert gratiam ponentibus obicem, 514.t.1. A
Baſilius Magnus in quibus corruptus fuit à Schiſmaticis,576.t.1.E.Quæ monuit de recta Epiſtolarum ſcriptione,567.B to.2
Beatus quis ſit, 525. tom. 1. C. Beatitudo eſſentialis ibidem. D. Beati erunt ſua ſorte contenti, 526. tomo 1.B
Belluarum animæ ſunt materiales, 485. t.1. colum.2. Belluæ non agnoſcunt concubitum alium quam maris,& fęminę, 487. tom.1. col.1.belluæ nullum iuris commercium cum hominibus habent,145.to.2.
Benedictus Pererius Societatis Ieſu de Mathematicis optimè diſſerit in libro de principiis, & affectionibus rerum naturalium,252.to.2.E
Benedicti Ariæ Montani Apparatus quid contineat 92.t.1.B eiuſdem liber inſcriptus,Ieremias.94. t.1.B eiuſdem liber de ſacris fabricis, De Sacris veſtimentis templi,deq; lapidibus pretioſis,97.t.2.D.eiuſdem Temporum deſcriptio,105.tom.1.E,penes eum anni mundi, Quot 106. tomo 2. A
Bernardus Sellius, 549. to 2
Bibliorum Complutenſium,quadrilinguis editio, 70. tom.1 C
Biblia verſa,cur vulgari Idiomate ab omnibus non ſit legenda,72.to.1. C. eius vulgata Editio a Gregorio XIII.& Sixto V.vtiliſſima,66.t 2.D
Bibliothecarum purgandarum ratio,42.t.1.E,cur plures interierint,43.t.1.D
Blaſius Vigenereus, quidque obſeruatum in eo, 541. to.2.D,E
Blaſphemia omnis interdicitur,508.to.1. D, peccatum grauiſſimum,ibidem.
Beza ideſt Theodorus Beza hæreticus duas hipoſtaticas vniones fingit 393. tom.1. B.Atheus qualis Plinius,396.tom.1 .E.Eius Aphoriſmi,ſeu potius atheiſmi,405.tom.1.E, eiuſdem Blaſphemiæ.429 tom.1. E,impiè aſſerit filium non eſſe natum ex patris ſubſtantia,430.tom.1.C
Bombardæ vnde primum excogitatæ,286. to.2. A
Bonauenturę Tractatus aliqui perutiles,77. t.1.D
Bonzii quinam ſint apud Iaponios,462.tom 1. A, falſi Sacerdotes vnde orti,ibidem illorum de Cami, Fotoque ſententia, ibidem. eorundem Doctrinæ falſitas oſtenditur,466.to.1.A.eorundem erroris cauſſa, ibidem, Eorum auiditas lucrandi, atque pecuniæ, 483.to.1.col.1.Illorum legibus nefandiſſimum peccatum permittitur,486.t.1.col.2
Bucerus Meſſiam nondum veniſſe dixit,395.t.1.D. Chriſti Domini deſcenſum ad Inferos negat,ibidem,minus tamen erroris eſt Caluino,ibidem.
Britannia Inſula quomodo diuidatur,453.t.2. B. eiuſdem termini,& fines, ibidem.
Boetii laus, 47.tom.2. C

C

CAbala, 68.t.1. B
Camis,& Fotoque falſi Iaponiorum Dii.480.t 1. D.Deos hoſce, atque Idola nihil eſſe.481.t.1.col.1.legum Iaponicarum conditores, ibidem.
Caim ubi habitauerit,292.t.2.E.
Callimachus Poeta Grecus quid. 493. E.to.2.
Caluinus Impius omnè Trinitatis odio habuit,386.t.1. B. Eius impietas putantis tres hypoſtaſes eſſe nudas proprietates, ibidem. Eius ſectatores ſanctiſſimam Trinitatē non inuocant, 389.t.1.E.Vna ſola proprietate perſonam definiuit.390.t.1.B.facit filium [illegible], non [illegible] Patri, ibidem. Diuinas perſonas ignorauit, ibidem. contra Trinitatem eius impia dicta. 392.t.1.E. Quomodo fuerit Neſtorianus. 393.t.1.A. Eius ſuperbum dictum,ib.Morti Chriſti Domini impiè detrahit, 395.t.1.D.Eius ſectatores Dei omnipotentiam non confitentur.396.t.1.C.aliam Dei poteſtatem ordanariam,& aliam abſolutam negat,ibidem E. aſſerit blaſphemè Deum uoluntate actiua uelle peccatum, 405.t. 1. E. Caluiniſmus corruit in Tranſyluania,& abiit in Arianiſmum.410 t.1.E. Typographi eius ſectatores quonam actu Iuſtiniani Inſtitutiones fædarunt, 131.t.2 D.
Canones Sanctorum Patrum ad Diuinam Scripturam intelligendam quinam noſtro ſeculo collegerit, 90. tomo 1.A
Canticum quid ſit,113.t.1. A
Caroli Sigonii de Vetere Iure Italiæ, ac de antiquo iure prouinciarum liber vtilis,120.tomo 1.C. Quę verò ſcripſit in Seuerum Sulpitium perpenduntur accurate, 222.t.1.D
Caroli Magni ſtudium in reſtituenda Eccleſiaſtica diſciplina,31. to.1.E.Eiuſdem, & Pipini pietas, & humilitas,215.to.1.C. Cum Iulio Cęſare ſi conferatur, eſt omnino ei anteponendus, 374. tomo 2. C.
Carolus V. Imper. ne tangere quidem voluit ſcriptum hæreticum, 336. to.1. B. hęreticorum hoſtis acerrimus,351.to.1.A

Carolus Borromæus Cardinalis quid cogitauerit, de Sylua allegoriarum Hieronymi Laureti, 91.t.1.A, eiuſdem tractatus perutilis. De ratione adminiſtrandi Sacramentum pœnitentiæ, 152.t.1. A, eius vitam quinam ſcripſerit. 338.t.2.A. Eius item opera, de quibus in Apparatu Sacro Auctoris, integrè.

Caſtitas plurimum confert ad ſpeculatiuas ſcientias comparandas, 7.t.1. E, maximè militi commendanda, 208.t.1.C

Caſuum conſcientiæ Profeſſoris regulæ. 146.t.1. A. Ad eundem admonitio 147.t.1. C. Quænam ab eo præ noſcenda qui accedit ad ſtudia caſuum conſcientiæ, ibidem D, ſcientiam de variis ſtatibus hominum noſſe debet, 148 t.1.B

B. Catherina Senenſis adhuc ſuo exemplo, & ſcriptis viuit, 171.C, eiuſdem ſtudia, ibidem. Felix qui eam imitari conatus fuerit.

Catechiſmi Romani vſus, 522 tom.1 A, vnde petendus emendatior, & aptior ad iuuandos clericos, ibidem. Tota Theologia in eo includitur, ibidem. Quid cum eo eſt diſcendum, ibidem. Eius vſus inſinuandus vbique Parochis, Concionatoribus, & Epiſcopis inprimis, ibidem. Ratio eiuſdem ad Euangelia explicanda, 240.t.1.C. Pomeridianis Lectionibus. Qua ratio ne ſit exponendus, 541.t.1.E. Eiuſdem docendi Ratio ex D. Auguſtino, 176 t.1. C. Quid in eo tradendo obſeruandum, 175.t.1.E. Ex auctore huius Bibliothecæ. Ratio altera Catechiſmi docendi, 178.t.1.A. Poſt Catechiſmi recitationem quid agendum, 179. t.1. E. Ratio ad pueros excitandos vt libenter ad illum recitandum, aut diſcendum veniant, 180.1.t.C. Locus vbi exponi debeat, ibid.C. Eius Inſtitutio iram Dei auertit, ibidem; Ludimagiſtri debent eum docere ſuos diſcipulos, 181.t.1.A

Catechiſmus Petri Caniſii perutilis, 122. t.1 B

Catechiſtæ Virtus, 178.t.1.B eiuſdem Elocutio, ibid.B

Catechizandorum rudium ratio, 175.t. 1.D

Catechumeni doctores quomodo tractandi, 176. t.1. E Grammatici, & Rhetores quomodo accipiendi, ibidem. eorumdem tædii remedium ex D. Auguſtino, 177.to 1.A

Catalogus librorum Francfordienſis quid, 43.t 1.B

Cauſſa ſterilitatis in Viris, 226.t.2.col.2. eiuſdem cauſſa in Mulieribus, ibidem.

Cauſſa efficiens eſt principium rerum naturalium, 471. t.2.C. Eiuſdem munus eſt materiam præparare, ibid. in cauſſis quid conſiderandum 21.t.2.C

Catholici alia mente ſunt, vbi errant, quàm ſunt hæretici, 327 t.1 A. Catholicum quid ſit, 300 t.2.B Rationes variæ ad hæreticorum technas diſcernendas, 526, tom.1.A

Cautio ſeruanda in Bibliothecis Principum, 43. to.1. C. cautio in proponendis, ac ſoluendis quæſtionib. cum inuicem diſceptatur, 21.t.2.B. pro magiſtro Theologiæ. 132.t.1 A

Cerimoniæ, quæ adhibentur creandis Equitibus Rhodiis, 207.t.1.C. Certa ſua, quid enſis deauratus, Balteus, enſis euaginatio, deterſio, Impoſitio in Vaginam, excitatio, calcaria deaurata, quid; Diuini Verbi auditio, narratio laborum; & alia, ibidem.

Cæſar Baronius Cardinalis noui teſtamenti nodos expendit, Eius annales vberrimi, fax fidei dicti, 231. tom.1.B

Cenſura librorum qualis, 45.to.1.B

Cento quid, ac Centonum e Poetis exempla eximia, 502 A.B C.D.E.to.2

Ceuallerij mendacium, de origine, effigie, pictura, & ſono literarum Hebraicarum. 68.t.1 A

Circuminceſſionis Diuinarum perſonarum 390.to.1. E qualis ſit adumbratur, aut quadantenus exponitur, 399 to.1.E

Chriſtianæ Eccleſiæ forma prænoſcenda, & vnde, 98. tom.1. D

Chriſtiana lex a Deo lata, & tradita, 489. t.1. C, ab eo pura, & ex omni parte perfecta, ibidem, col 2. Chriſtiana ciuilis Philoſophia qualis eſſe debeat, 118 t.2.E

Chriſtophorus Bathoræus Pater Sigiſmundi principis qualis fuerit, 438.tom.1.C

Chriſtus Ieſus neceſſarius magiſter, 3. to.1. E. Doctor præ aliis omnibus, 51.t.1.B. Diuinarum Scripturarum ipſe finis, 76.t.1.B. Eius nomina in Diuinis Scriptoris, 87.t.1.B. Genitor omnium rerum, ibidem. De eius nominibus quis ſcripſerit, 108. t.1.B. In eum ſemper eſſe reſpiciendum, 570. t.1.C. Eius humilitas ſuper omnem gradum, 176.t.1. C Eius aduentus, ibidem. Eius Vitæ compendium; Vbi item de neceſſitate Catechiſmi docendi, 183 t.1 D. Eius Vita Sanctiſſima veriſſimum Imitationis exemplar, 260 t 1.D. Eſt Via, Veritas, & Vita, ibidem. E. Optimus magiſter hæreſibus refellendis 352.t.1.D. fuit pauper, 359 t.1.D. Deus, & homo qualis ſit ex Eſaia, 385 to.1. A, eius in cruce ſacrificium omnes numeros perfectionis habuit, 396. t. 1.A. De eius merito, & Gratia, Catholicorum Doctrina, 403. t.1.E eius regnum perpetuum, 411. t.1.E loci inſignes ad eius Diuinitatem comprobandam, 419.t.1.D. Eius regnum æternum. In cælo, non in hoc mundo, 426.t.1. B. Regnat per fidem in mentibus fidelium, ibidem. Eſt Apoſtolus confeſsionis noſtræ, 427.t 1.E. Eius ſacrificium perpetuò durat, 428 to.1. A. A Patre poteſtatem obtinuit, vt vbique eius Euangelium prędicaretur, 437.t.1. B. eſt Perſona una ex duabus, & in duabus naturis ſubſiſtens, 505. t.1. col. 2. eſt adorandus. Quia Filius Dei eſt, 507.t.1. D. eius in Euchariſtia præſentia, 514.t.2. D. eius legem obſeruantibus quodnam præmium, non obſeruantibus vero quęnam pęna futura ſit, 515.t.1. A. Eius legis comprobatio, ibidem. E. Eius conſilium, vt nos erueret è manu Diaboli, ibidem. Eiuſdem aduentus fælicitas, 15.t.2. A. Eſt exemplar Virtutum, & bonorum omnium, 26.t.2. D. Miracula in eius morte Sanctiſſima, quæ eius Diuinitatem indicarunt, 189 tom.2. B. Veræ Theologiæ auctor, 127.t.1.E

Charitas omnium bonorum operum fundamentum, & baſis, 193.tomo 1.B ea nihil viuacius, 178.tomo.1.B. quanti facienda, 560.t.1. B. eius viſcera quomodo gerenda erga hæreticos. 383.to.1.D. In duobus præceptis charitatis uniuerſa philoſophia continetur, 20.t.2.E

CHRISTI Domini Reſurrectio carmine Pindarico Græco, 493.A.B.to 2

Cibus e menſa Chriſti; hoc eſt è cruce eſt ſumendus. 171.to.1.E

Cicero quid ſentiat de legibus conſtitutis, vel acceperit a philoſophis. 108.t.2.E. In Deum Iuris principia referebat, 109.t.2 apud eum, quid ſit lex, ibid.

Ciceronis collatio cum Ethnicis, & cum ſacris Scriptoribus, 569.D,E.to.2. Epiſtolarum Ciceronis Partitio, & Genera, 568.C,D,E,to.2. earum Ciceronis Orationes, & eius cum Demoſthene collatio, 286.A.& ſeq.

Ciceronis collatio cum S.Io.Chryſoſtomo, 588. A.B.t 2

Ciceronis Philoſophica, & rectus eorum vſus, 589. E, tom. 2

Ciceronis editio emendatior, & Interpretes aliqui celebres in eum, 591. A, & ſeqq.to.2

Cicero, 556 to.2. De eius epiſtolis, 557.to.2.B,C. De Ciceronis imitatione, quid Franciſcus Picus, Cęlius Rhodiginus, Gulielmus Budæus, & alii ſenſerint, 577.to.2.A, B. & ſeqq.

De operibus eius, & aliorum uſu. ſeqq. pag. à 580. vſque ad finem 2.to.

Chronologia Contij qualis, 106.to.1. C. Chronologia ſecundum Regum ſeriem non omnino certa, 104.t.1. B. ex Olympiadum obſeruatione aliis eſt certior, ibidem, C. Lex ſolis, lunæq; motu, & curſu alia ſumitur, 105.t.1. B. chronologi inter ſe diſſentiunt, ibid. Chronologi huius æui quinam celebriores, 513.t.2. B

Claudius Aquauiua Societatis Ieſu Generalis Præpoſitus, 15.to.1. C. eiuſdem cura ac ſolicitudo erga ſuos, ibidem.

Claudius Minoes, qui ſcripſit de emblematibus, 550. C,D,to.2

Claudius Ptolemæus inter Ethnicos Geographos primus, 294.to.2.E. Eius Regula ad Tabulas efficiendas, 295.to.2.B. errores in Italiæ deſcriptione commiſit, ibid. Alibi item non leuiter errauit, 296.to.2.D, & E

Clades

Clades illata varijs diuerſorum regnorum Academiis vnde. 40.t.1.E
Clerici laici conuictores non ſunt admittendi 216.to.1 E. In vtriſque diſcrimen, ibidem. Eorum ſtudio um ratio, 217.t.1.C. A clericis ſeminariorum quæ primò diſcenda, 220.t.1.E. Quænam alia eis tractanda. 223. t.1. D. Sacrorum Rituum notitia eis neceſſaria. 238. t.1. A. Eorum Inſtructio ad conciones formandas. 240. to.1. D
Codex Gregorianus cur ita vocatus, item Hermogenianus, & Theodoſianus. 136.t.2. B Vbinam primum bi fuerunt editi. 137. t.2.A. Codex, quinam liber dicatur, & cuiuſnam ſit auctoritatis. 115. t.2. E. Codex Iuſtinianus cur vocatus Repetitæ prælectionis, 136. t.1.D, prælectiones quænam vocatæ, ibidem. E.
Cognitio Philoſophica de Deo non eſt certa, nec communis, 16.t.2.A
Colloquium cum Arianis nullius fuit vtilitatis; 409. tom. 2. E
Colores quinam Latinè, & Gallicè expoſuit. 541. E. tomo 2. & 543
Communicatio Idiomatum non eſt naturarum, ſed ſuppoſiti, 397. t.1.D
Concilium Tridentinum veritatis Portus, & hæreticorum malleus, 71.to.1. D
Concilii Cabilonenſis verba pro ſeminariis inſtituendis. 215.t.1 D. Concilia generalia prima quattuor, quæ, 349. to.1. E. Temeritas magna eorum decretis aduerſantium, 350.to.1.B
Concionatores ſeſe Diuinæ bonitati offerant prinſquam ad concionandum accedant, 240 t.1.C. Quidnam ab iis faciendum pro concione diſtribuenda, ibidem. D, ſibi priusquàm aliis concionentur, ibidem. Vndenam reliqua petendi ad concionandi rationē. 241.t.1. B. In Concionibus tempore Bacchanaliorum quid dicendum, ibidem. Tabula Concionatori perutilis Iacobi Lainea præpoſiti Generalis Societatis Ieſu. 242 t.1.C
Concordia in dogmatib. Conciliorum, & Pontificum maximorum, 195.t.1.B
Conditiones actionum meritoriarum. 145 t.1. C
Confeſſio Auguſtana eſt Chriſtianæ Confeſſionis negatio, 331.t.1.E. fuit à Luthero, & Melanchthone cō ſarcinata, 333. to.1.D, nihil Euangelicū eſt in ea, ibidem. chymera eſt, ibidem. cur à Bohemis reiecta, ibidem. A. Quam ſit vana, ibidem. C. eam reiiciunt Flacciani hæretici, 332.t.1. E. Farrago omnium impietatum, 334.to.1.A. Iudicium de ea, ibidem. vbiq; damnata. 336.to.1.B
Confeſſionis Sacramentalis initio quænam ſint facienda, 152.to.1. D, eiuſdem conditiones ibidem. E. Confeſſionis haud rectè factæ ſigna 158 to.1.A, quando reiteranda. 158.t.1. A. Generalis quando facienda, ibidem. eiuſdem ſecretum quomodo ſeruandum, 165. to. 1. D. Confeſſiones ægrotorum quomodo excipiendæ, 154. to.1.A. extra Templum quando non audiendæ, ibidem.
Confeſſarii in audiendis confeſſionibus ſcopus, 154. to.1.A. Confeſſarius non facilè mutandus. 155. to.1. D. Inter ſeſe confeſſarii conuenire debent, ibidem. Quomodo Confeſſarius ſe gerere debeat cum his, quos nequit abſoluere, 158.t.1. A. Confeſſariorum bonitas, 153. t.1.B Eorundem indulgentia, ibid. Quando maximè confeſſionibus vacare debent, ibidem. Interrogationes quomodo eis neceſſariæ 159.t.1.A. Canones pœnitentiales iis debent eſſe noti. 164.to.1. D Quales erga pœnitentes eſſe debeant, 166.t.1. B. ſinè ob oculos pœnitentium ponant, ibidem. C. vt dies feſtos colant. 167.t.1.A
Confeſſi quamplurimi numquam ut oportet. 363. t.1.B
Confeſſio Auguſtiniana, Hieronymiana, Ambroſiana, & Gregoriana, quænam ſint. 131. to.1.C
Confeſſio Auguſtiniana, & aliorum Patrum vtiliſſimę, 134.to.1.A
Conſtantini Magni Imp. expoſitio Eclogæ Virgilii pias Sicelides Muſæ. 482.t.1.C.D.E
Correctio, emendatio, ac librorum purgatio, quænam, 42.to.1.B, vnde petenda, ibidem. C
Correctores quales eſſe debeant, 46.t.1.A
Cornelii Muſſi Epiſcopi Bitontini ex ordine Minorum. Hiſtoria Diuina perutilis, 83.t.1. E. Vide de illo planius in Apparatu Sacro.
Cornelii Ianſenii Harmonia in Concordiam Euangelicam, & alia, ac dē eo Iudicium, 240.t.1 E, eius admonitio ad intelligendos Scripturæ ſenſus. 239 to.1.
Cornelius Tacitus quonam tempore floruerit, 383. t. 2. E. Lipſii De Tacito Iudicium, quomodo legendus, ibidem. Diuinam negat prouidentiam. ibid.
Cornelii Gemmæ Medici, deq; eiuſdem tribus libris, de arte Cyclognomica expenſio, 192. t.2. C. cautiones item adhibendæ, 193.t 2. D
Cor humanum non eſſe vnam rem, cum primo principio contra Iaponios, 473. t.1.A
Corporis vires ſupra corpus nequeunt ſeſe attollere, 476 to.1.E
Conſilii Diuini vis inſcrutabilis, 448. t 1.D
Conſtantini Magni Imperatoris Epiſtola Kalendario Gregoriano maximè fauet, 174.t 1 E
Conſenſus Noui, & Veteris teſtamenti ueritatem Sacræ Scripturę comprobat, 85.t.1. Eorundem Teſtamentorum concordiæ notitia perutilis, 107 t.1.D
Conſtantii Sarnani Cardinalis Theologię Summa qualis, 131. t 1 E
Coſmographię cognitio Sacræ Scripturæ neceſſaria, 95.t.1.C, Eiuſdem ſcopus, 291.tom.2.E, Qui ue de ea ſcripſerint, ibidem.
Controuerſiæ perlegendę ſunt ad hæreſes diluendas, 320 to.1. E, quales controuerſiarum Auctores eſſe oporteat ibidem; controuerſię de fidei Dogmatibus quomodo exponendę, 321.to.1.B, & 322.to.1. B
Contraria contrariis curantur, 200.t.2.A
De Conano I.C. Iudicium, 159.t 2.B
Cretę Regnum quantum ab bellum ſacrum conferre poſſit, 271.t.1 A
Curacius, I.C. in his quę ad Ius Canonicum ſpectant non eſt ſequendus 159 t.2.D
Culturę opus non omnibus plantis eſt aptum, aut vtile, 92.t.2 A
Cura ſuorum eſt alijs præponenda, 172.t 1.D, ſuiipſius cura qualis eſſe debeat, 21. t.2.B
Cur potius Salomon quàm Dauid templum ædificauerit, 174.t.1.A
Caius Salluſtius Criſpus, quo tempore vixerit, 373.t.2. C, quid ſit in eo reprehenſum, ibidem. D, dignus hiſtoricus, ibidem
Carmen de Aquileia Ciuitate ad Ioannem Vincentium Pinellum V.C. 408.t.2.A
Commentarii de legatione ad Polonię regem Auctoris quibuſnam in locis eacuſi. Et quænam ſit eorum emendatior editio, 435.t.2.D, Ad res Moſcorum noſcendas utiles.

D

DAemon in mortis articulo maximas incutit vexationes, 199. t.1. B, nos deuorare conatur eo tempore, ibidem, E. cui irut obuiam, & quibus nam armis, ibidem. Quod Philoſophis inſpirauit, illud idem, & hæreticis inſtillauit, 404.t.1.B, In Iaponia quomodo pingatur, & cur, 483.to.1.col.2. eius odium atque aſtus 482.t.1.col.2 nihil contra nos poteſt, niſi ei aſſentiamur, 496.t.1.col.2. eius obſtinata mens cōtra Deum, ibid cum Deo nocere nequeat, creaturas ſemper quęrit, quas deuoret, ibidem. Quomodo homines decipit, 507.t.1.C, eiuſdem aſtus in fallendis hominibus, 51.to.2.C. eius aſtus in notitiæ naturæ peruertendo, 66. to.2.D. an futura præuideat, eaque cognoſcat, 184.t 2.B, quo tendat eiuſdem cognitio, ibidem. Eius uelocitas creditur Diuinitas, quia ſubſtantia ignoratur, 321.t.2.D, Dęmonia mala, non numina bona Dii Ethnicorum, 500.t.2.C
Daniel Halſuortus Anglus, & eius verſio in Græcam Doricam linguam, Eclogæ Pollionis Virgilii, 487. tom.2.

Dauidis Pſalmos ad Sacram Scripturam intelligendam mirificè conferre. 109. t.1.C. Quid contineant. ibid. Eſt verus Poeta ibidem.& 474.t.2.A

Dauidis Chytræi de lectione hiſtoriæ inſtituenda errores multi. 309.t.2.C.In Diuina, Eccleſiaſtica atq; humana hiſtoria lapſus ibidem.D.eiuſdem Impoſtu ræ.404.t.2.A

Damnatorũ pœna,& ſupplicium.52.t.1. A. Damnati vltimo ſupplicio quo tempore viſendi, & Sacramentis iuuandi 198.t.1. D. eis Euchariſtia danda eſt, ſi petant, ibidem. Idem multis rationibus comprobatus. ibidem.

Damna,quæ ex Iudæis prodeunt.436.t.1.C

Decalogi præſtantia, curq; vnaquæq; natio eum ſeruare debeat.506. t.1.C.Eius ſumma ibidem. A,Deo,eſt, ibidem. Omnes gentes obligat.ibidem.Tribus in rebus omnes alias leges ſuperat. 507.t.1.A. Quonam modo præcepta in eo contenta ad amorem Dei tendant. ibidem.

Deliberatio conſtans mirificè vtilis excolendis Ingenijs. 18.t 1.E

Delyrij cauſſa. 208.t.2.col 1

Delictum eſt offenſa contra Ius illata; eaq; trifariam diuiditur. 149 t.2

Demetrius Phalereus de Elocutione Epiſtolica. 157. to.2. D.E.

Demonſtratio ad Dialecticum quomodo pertineat. 61. t.2. E

Deus docet veriſſimum ingeniorum examen. 17.t.1. A, promouet labores religioſorum, vt ſuos.38.t.1.C.omnium ſcientiarum meta ex Ariſt.84. t.1. C. omnium rerum cauſſa efficiens ex eodem. ibidem. Negatione, magis quam affirmatione cognoſcitur.88.1.1. A, Iudæorum duritiem,& inuidiam prænouit.ibidem,duo nobis reuelauit ad ſalutem 124 t.1.E,eius cura peculiaris erga bonos.170.t.1.A. et ſeruiendi deſideria in finem perducuntur. ibidem.Quomodo maximè laudandus.240. t.1.B. Eius auxilio magno opus eſſe ad hæreticos conuertendos. 324.t.1.D,eius bonitas colligitur ex Mundi,& Hominis factura 401. t.1. E. eſt auctor malorum pœnæ non culpæ 402.t.1. B Deum vnum eſſe Trinum ex verbo Dei demonſtratur. 408. t.1.C. Ex totius Eccleſiæ conſenſu. ibidem D. eius regnum perpetuum, & æternum; 413.t.1.E. Deus poteſt cum ſua imagine adorari.415. t.1. A. In ipſo eſt proceſſio ſupereminens, atque perfectiſſima.421.t.1. E.eius virtutes aliæ ſunt ab his,quæ ſunt in homine. 467.t.1.A, eius nomine quid intelligatur; Eſt & omnium prima cauſſa.ibidem. col.2.eſt veluti Sol. ibidem habet perfectiſſimum modum operandi.ibidem eius prouidentia mundus gubernatur.468. t.1. col.1. Eſt vbiq; ibidem, ſine medio vbiq; eunio operatur, ibidem. eſt immenſus. Omnis principij, & finis expers. ibidem eſt æternus.& omnipotens, ibidem omnium perfectiſſimus, ibidem col. 2.iuſtiſſimus, & æquiſſimus, Vous eſſe probatur, ibidem, eſt in ſeipſo beatus. 469. t.1. col.1. ſuper omnia eſt adorandus, ibidem, col.2. omnium rerum eſt opifex.471. t.1. E. quomodo ſit in omnibus rebus. 472.t.1.B.tribus modis eſt vbiq; ibidem. D, eius adeptio ſit,media notitia, & amore. 478. t.1. D, apud eum eſt vis ſeruandi hominis. 481.t.1. col.1. Eius prouidentia tribus modis præcipuè Dæmonum fraudi occurrere ſolita. 483.t.1.col.1. ſolus deſiderium noſtrum explet.484. t.1 col.2. omnium animos, & cogitationes appriimè nouit, 488.t.1. col.1. eſt ſuprema veritas, ſapientia, & bonitas. 490.t.1.col.1.eſt veluti Nauclerus. 493. t.1.col.1. quæ ab eo reuelantur certiora ſunt,ac veriora quam quæ aſpectu cernimus. 492.t.1. col.1. habet in ſe ſuæ naturæ,& bonitatis communicationem perfectiſſimam 494.t.1.col.1. Quomodo Deus immutabilis fieri homo,ac pati potuerit.502.t.1. col.1. non eſt ita factus homo,vt Deus eſſe deſierit ibid.cur ſummo honore colendus 507. t.1. B. Quando eius nomen iuramento addendum eſt.558 t 1.B eius Diuini nominis vſus temerè non debet eſſe, ibidem. Eius agnitio maximè vtilis. 526.t.1.C.laudandus eſt quòd ſceleratos puniat. ibidem. Quale ens 16. t.5. A, A Dionyſio Vita appellatus 33 t 2.quomodo poſſit dici animal.43. t.5.B. cur noluit initio omnia patere, quæ in mundo deinde apparuerunt.48 t.2. B. Quomodo ipſe, & angeli ſint rerum principia. 65. t.2. E. Quomodo ſit cauſſa generalis omnium, ibidem. cur mundum non fecit, antequam fecerit 92.t.2. A. Mala fieri quomodo permittat. 93 t.2. D. Eius amor fons eſt omnium legum.1 t.2.t 2.D, ex Diuino amore Diuina amoris lex manauit,ibidem, ad miſericordiam allicitur viſendis ægrotis.205.t.2. B. cur vocetur MAKON. 292. t.2.C. Eius eſſentia,recta hominum voluntate lætatur. 312.t.2.,D.Obſeruat ſemper quæ agimus, ibidem. E

Deorum falſorum ſimulachra vnde inuecta. 479.to.2. col.1.

Dicendi ars iungenda cum pietate.282.D.to.2

Dionyſius Areopagita Galliæ Apoſtolus.352.t.1.D.defenditur contra hæreticos ibid.

Diodorus Siculus apud Græcos deſiit nugari. 346 t.2. B.In quonam reliquis hiſtoricis præſtet, ibidem. C eius primus liber in quot partes diuidatur.ibidem E eiuſdem librorum ſumma 347.t.2.A. In eo Chronographia non eſt integra. ibid. eiuſdem in ſcribendo ſtylus,ibid quid proprium in eiuſdem hiſtoria,ibid. Ludouici Viues de eo Iudicium, ibid.

Dioſcorides Anazarbenſis quis,& qualis. 185.t.2.E

Dionyſ. Halicarnaſſeus præclarus hiſtoricis.345.t.2.;D eius in hiſtoria fides, ac diligentia.ibid.In quo imitari eum debent hiſtorici noſtri.346.t 2 A.quo tempore floruerit.ibid. omnium primus legendus eſt in hiſtoria Romana.361.t.2. B

Digeſtum cur Ius Ciuile dicatur.132.t.2.A

Diſcrimen inter Sacramentum ſacrum, & ſacrificium. 224. t.1.D

Diſcrimen inter ſapientem,& doctum.491.t.1. col.2.

Diuino obſequio ab omni æuo aliqui ſe dicarunt.25 t. tom.1. B

Diuinæ hiſtoriæ ſumma,53.t.2.A. Diuina vox, & fidei donum collyria præſentiſſima 81.to.1.C. Diuinæ literæ intellectum,& voluntatem perficiunt,ibid. Diuinitatem negat,qui ſummo omnino honore ſanctiſſimam Trinitatem non adorat.277.to.1 C. Diuinam eſſe vim, quam omnes mali pertimeſcunt. 464. to. 1.col.1.Diuina eloquia etiam veriſſima ubi agunt de rebus naturalibus, & hiſtoriis.54.t.2.B

Diſſeminatio bonorum librorum qualis.47.t.1. C

Diſſidia variarum nationum vnde manarunt,294.t.2.A

Doctrina quælibet illuminatæ fidei contraria eſt abominabilis.17.t.2. D. Doctrina Chriſtiana pueris in Templis eſt tradenda. 445. t.1.C.contra errores magnos eadem eſt defendenda;24.t.1. D. eius ſoliditas veritatem ſacræ ſcripturæ adſtruit.85.t 1. E. Doctrina de peccato originali peſſima ab hæreticis tradita. 319. t 1. A.errores qui ex ea prodierunt. ibidem.B

Doctor Theologiæ quonammodo in examinandis quæſtionibus ſe gerere debeat. 134 t.1. E

Dogmata legis Chriſtianæ quæ de Deo tractant,duplicia.491.t.1.col.2

Dolorum ſpecies.209 t.2.col.1

Donorum diuinorum genera.10.t.1.B

Dotes corporum glorioſorum.517 1.1.B

Duces peruiles ad Diuinas literas.77.t.1.E

Dio Caſſius quibus infenſus fuerit.350.t.2.C.& ob quæ laudandus; ibidem cautio adhibenda in eo legendo. ibidem Eius epitome ſatis calligata eſt. ibidem

Donaldus Scotiæ Rex una cum toto regno ſacra ſuſcepit.454.t 2.A

E

Ebionitæ acta Apoſtolorum deprauarunt, & Pauli epiſtolas repudiarunt, & blaſphemiis referſerunt,227.t 1.E

Eccleſia quomodo ſit una Eius caput primarium Chriſtus Dominus. Miniſteriale autem, atque Viſibile Petrus, & ſucceſſores.294 t. 1. E. cur caput viſibile eſt neceſſarium.295.t.2.D. Eſt una ob unum Sancto-

rum

rum commnnionem, ibidem. cur dicatnr Sancta. 296. t.1.C. eius auctoritas qusnti faciẽda. 291. t.1.E. nec deficit, neque ægrota eſt. 293. t.1. B. eius fides, & facies ſemper una, & eadem, ibidem. D. quomodo non adeo unquam ægrotauit, ut deſerenda ſit, ibidem. E. eiuſdem ęgrotantis remedium. 294. t.1. A. eſt uiſibilis, ibidem. Quid hæc uox eccleſia ſignificet, ibidem. eius ſtudium in probandis, qui admittebantur ad presbyterium. 315. t.1. B. Catholicam, & Romanam addendum eſt cum de ea uerba facimus. 226. t.1. A eius pręcipua iura in operarijs efformãdis. 285. t.1. D. extra eã nulla eſt ſalus. 286. t.1. B. præter ſalutem omnia extra eccleſiam haberi poſſunt. 287. t.1. A eſt plebs ſuo ſacerdoti adunata, ibidem. quomodo non ſit hæreticorum congregatio. 288. t.1. A. Nominum eiuſdem conſideratio, ibidem. comparatio eccleſiæ cum hæreticorum conuenticulis, ibidem. B. quomodo corpori perfectiſſimo compareturra 89. t.1. A. eius auctoritas quanti facienda. 291. t.1. E. Eccleſia Catholica nec defuit, nec ægrota eſt, 293. t.1. B eius fides, et facies ſemper una, & eadem, ibidem. D. eius religio, & doctrina 296. t.1. c. Eccleſia Catholica Mundum ad Chriſtum conuertit, ibidem. E. In ea ſola propheticus ſpiritus. 297. t.1. B. eius firmitas qualis, ac quanta, ibidem, cur dicatur Catholica. 298. t.1. B. quomodo hæreſes expugnauerit, ibidem. cur dicatur Apoſtolica. 300. t. t. c. Eius Notas non eſſe duntaxat Verbum Dei, & Sacramentorum adminiſtrationes. 302. t.1. E. cur Sanctam Eccleſiam credimus, non in Sanctam Eccleſiam, 303. t.1. A. cur ad eam non omnes homines accedant, ibidem. B. Eius natura, 348. t.1. E. Quomodo ab hæreticis circumſcribatur, 349. t.1. A. nihil unquã in Religione innouauit. 454. t.1. c Eius laus ex Tertulliano, & eius fides tempore illius. 412. t. t. D

Eccleſiarum uſitatio quibus nam cõgruat. 185. t.1. B. Edmundi Campiani e ſocietate Ieſù ſcriptum quo petit cum hæreticis diſputare. 345. t.1. c. eiuſdem Rationes decem, quibus fretus certamen obtulit aduerſarijs in cauſſa fidei, ibidem, ſuam ipſe prędicit necem, ibidem D. eius Epiſtola ad Academicos Oxonij, ibidem.

Ecloga ſacra Antonij Geraldini. 428. A. to. 2.

Effectus non ualent nos deducere in perfectam Dei cognitionem. 16. t.2 B. nullus eſt effectus, qui diuinam uirtutem adæquet, ibidem. c.

Elegia, & leges ipſius. 516. & quædam Elegię ſacrę Franciſci Bencij.

Eleuari rotas in ſcripturis ſacris quid ſit. 76. t.1. A

Emblemata, Numiſmata, Signa militaria, ſiue alia quæ pertinent ad Picturam. 549. to. 2. C. D. E. & ſeqq. Emblema quid ſit. 559 C. D. E. to 2. Scriptores de Emblematibus, & Academia. 550. & 551. to. 2. per totum.

Ennius, & quædam eius fragmenta, & in eum commentaria quænam. 496. A. B C. D. to. 2.

Ens reale duplex eſt ſpeculatiuum, & practicum. 18. t.2. B. eiuſdem diuiſio, ibidem. C

Epaminondæ concilium in occaſione capienda è duobus contrarijs augurijs ad milites accendendos ad pręlium, 318 t.2. B.

Epigrãma, & eius leges. 512. 513. 514. 515. 516. & inſignia quædam ſacra Epigrammata Franciſci Remundi, Horatij Torſellini, Claudi Seripandi. to. 2.

Epilepſia à cã uẽenata, & maligna prodit. 209. t.2. col. 2

Epiſcoporum ſucceſſiones quare Patres accurate obſeruarunt. 300. t.1. E

Epiſtolarum forma, Partes, & aliæ qualitates ſcribendarum Epiſtolarum à Io. Voello mõſtratæ ubinam. 571. A. to. 2.

Epiſtolarum Apoſtolicarum ſalutationes quales. 571. B. to 2.

Epiſtolica Inſtitutio ex Iuſto Lipſio. 571. E. et pag. ſeqq. to. 2.

Epopęia, ſiue Epica Poemata, & horum præcepta. 508. to 2. C. & 509 A. B C. D. E

Euchetii Epiſtola Paręnetica digniſſima. 570. C. to. 2.

Error Veterum negsotium humanam mentem eſſe ſubſtantialem corporis formam. 470. t.2. col. 2. error unde calcatur. 14. t.2. C

Era Hiſpanorum quid ſit ſecundum Sepuluedam. 414. to. 2. D. rectior ſententia de Era 415. to. 2. A. eiuſdem eræ quinam meminerint. ibid. idem eſt quod numerus. ibid E

Eraſmus Roterodamus in plures errores prolapſus. 135. to. 1. B eius mordacitas. ibidem. Si quid veri protulit à Catholicis hauſit. 240 t 2. E. Trinitarijs hæreticis uiam ſtrauit. 417 to. 2. B. De eo vide Apparatum Sacrum Auctoris in verbo, Deſiderius ſiue Eraſmus.

Eſſæi vnde dicti. 257. to. 1. C

Ethnici de diſciplinarum præſtantia iudicium quomodo tulerunt. 2. to. 1. E. ab Euſebio furti accuſantur. 75. tom 1. A

Eudocia. 502. D. to. 2

Euſtathij de Homero dictum notabile, 480. t.2. D. quo tempore vixerit idem Euſtathius, ibid. B

Euclide magiſtro non licet maiorem eſſe diſcipulum. 249. tom 2. B. Is in Mathematicis princeps, ibidem. Eius Muſica ab Auctore è melioribus Codicibus reſtituta. 250. to 2 A. eiuſdem regulæ Harmonicę ſectio. 272. t.2 B In Theoremata viginti diſtributa, ibidem. per totum.

Eunapius Vitas philoſophorum Græcè ſcripſit. 19. t.1. B

Euſebij Cęſarienſis compendium librorum de Pręparatione Euangelica. 74. t.1 B. Quibus argumentis monſtratur veritas religionis noſtrę, ibid. Errores gentiliũ. ibid. D tres ſpecies Matheologiæ. ibidem. Topographia Terræ Sanctæ 110. t. A

Euſebius Emiſſenus propter Mathematica hoc eſt Aſtrologiam iudiciariam, ad Epiſcopatum non eſt admiſſus, 280. t.2. C

Examinantium ſolidiſſimo iudicio ſcripta ſubijcienda, 44. to. 1. D. Examinatores præter iudicium, & doctrinam ecquid aliud habere debeant, ibidem. E. quales eſſe debeant, & vnde petendi. 45. to. 1. A

Excommunicationis vis quanta. 291. to. 1. B. ab Excommunicato, an liceat aliqua de cauſa Euchariſtiam ſumere, ibid. C

Ex elementis compoſita cur pereant. 495. to. 1. col. 1

Exercitus ex quibus hominum generibus non ſit conflandus, 202 to. 1 B exempla afferuntur, eiuſdem rei. ibidem.

Exemplum hominis ab hæreſi ad fidem Catholicam cõuerſi, 324. to. 1. A

Expenſio librorum de rebus naturalibus à Iacobo Zabarella Patauino ſcriptorum. 69. to. 2. E

Expoſitio librorum quęnam 42. to. 1. A

Externum adminiculum, & eius partes. 22 t.1. E

F

Fabuloſa qui nam ſcripſerunt. Vide in uerbo 2. Mythologia, & Poetæ.

Facere ſacra quid ſit. 224. to. 1. C. facta nuda unde Iuris quæſtiones oriuntur. 148. t.2. B

Familiæ adminiſtratio qualis. 160. t.1. C

Federicus Iamotius. 483. D. E. 484. to 2.

Felix corpus unde. 526. t.1. B

Felicitas hominis poſt mortem in quo ſita ſit 484. t. 1. col. 2. ad felicitatem conſequendam opus eſſe ut deſiderium undequaque expleatur ibidem. col. 1. In clara Dei Viſione conſiſtit 486 t.1. Quid ſit. 525. t.1. C

Feminarum cum uiris promiſcua mixtione ordo generationis perturbaretur, & omnia confunderentur. 510. t.1. C. duodecim annos nata femina eſt uiri potens, 226. t.2 col. 2

Ferdinandi Caſtilli centuriæ optimæ De Geſtis Dominicanorum. In theologia eiuſdem ſtudium. 134. t. 1. B

Fides mortis metu nequaquam eſt neganda. 190. t.1. D. quomodo fidei noſtræ teneamur confeſſionem facere, ibidem. E. Quot populi ad fidem à Monachis conuerſi. 299. t. 1. C. fidei profeſſio a Gręcis facienda quęnam. 313. t. 1. A. De Receptaculis animarum 405. t. 1. B. Eius ueritas multorum ſanctorum Patrum teſtimonio comprobatur. 360. t.1. C. eiuſdem præſtãtia. 190. t. 2. C. eſt tãquam conſpicilium. t. 1. col 1. 492. fides quid ſit, ibidem. eſt ueluti Nauis, ibidem eius uinculo

Ciuitates

Ciuitates cuſtodiuntur.20.t.5 E

Figinus.542.to.5.B

Filius Dei cur uoluit homo fieri.501.t.1.D. eiuſdem Incarnatio. 503.t.1. col. 2. exiit ex uirginis utero tamquam lux permeans uitream feneſtram.504.t.2. col. 1.cur IESVS uocatus,ibidem.

Finis ſtudiorum quinam.17.t.1.B.eius conſideratio ingeniis excolendis utiliſſima.17. t.1.C. finis profeſſorum caſuum conſcientiæ.146.t.1 A. regulæ, ibidem. fines mali aliquando uertuntur in bonum, eiſque utitur Deus ad bonum efficiendum 450.t.1. B. finis hominũ neceſſario noſcendus,& quomodo.15.t.1.C. lumine ſupernaturali; Deo reuelante, cognoſcitur,ibi. E

Flaminius Nobilius de generatione, & Interitu Ariſtotelis eximius interpres. 56.t.2 D.

Fœdera humana infirma. Fœdus firmiſſimum recte agere.338.t.2.D.

Forma eſt naturalium rerum principium.471. t.1.C. formæ ſubſtantialis identitas non admittit naturę diſtinctionem.484.t.1.col.1

Fornicatio ſimplex eſt peccatum; Græci quoque id affirmant.272.t.1.C

Franciſcus Bencius de Arte dicendi 581.E.t.2.

Franciſci Bencii carmen in Dei Patris, & eiuſdem Filii laudem.554.t.2.

Franciſcus Guicciardinus quo tempore floruerit quibuſue inſeruierit.388.t.2.D. Quinam eius uitam ſcripſerit,ibidem. De eo Thomæ Porcacii Iuditium. Inter noſtros hiſtoricos ſummus. inter ueteres mediocris, ibidem. fato, fortunæque exitus bellorum tribuit, ibidem eius hiſtoriæ uerſio in latinum à Cælio Velcurione omnino prohibita eſt,ibidem.

Franciſci Valeſii de ſacra philoſophia liber pius, & doctus.57.t.2.E

Franciſcus Patricius quid in Ariſtotelem præſtitit. 49. t.2.B

Franciſci Vatabli uerſio Bibliorum,quęnam admitti poteſt. 71.t.1.B

Franciſci Coſteri ſocietatis Ieſu Inſtitutiones Chriſtianæ perutiles,187.t.1.B

Franciſci Piccardi Concionatoris eximii pietas, 195. t.1. B

Franciſci Deuarij liber De particulis Græci ſermonis ad Ariſtotelis ſenſum aſſequendum perutilis 49.t.2.E

Franciſcus Picus, & alii quid de imitatione Ciceronis, 177.A.& ſeqq.t.2

Franciſci Riberæ ſocietatis Ieſu Opera,& Commentarii in 12.Prophetas,79.t.1.B.In Apocalypſim eiuſdem Commentarii, 97.t.1. D

S.Franciſci Seraphici dictum perpendendum,178. t.1.C de obedientia ſapidiſſimè loquebatur,263.t.1. A

Franciſci Ximenii breuis rerum geſtarum anacephaleoſis,qualis,& quid contineat.413.t.5.C

Franciſci Dauidis hęretici impuſſimę theſes refutantur, 424 t.1.A.reiecit Euangelium,ibidem,regnum Chriſti inquit eſſe de hoc mundo,ibidem.E.ſibi ipſi contradicit,ibidem.iuſto Dei Iuditio adhuc ſuperſtes intolerabiliter ferebat,428.t.1. E.morti adiudicatus,ibidem eius inſania,& mors horrenda,ibidem.E

Fraudes omnes in contractibus ſunt illicitæ,521.t. 1.C

Functii Chronologia quonam loco habenda.153.t.2.D

G

GAleni Iudicium de Dioſcoride, 185. t.2. E. qualis fuerit ipſe.186.t.2.E. delectus librorum Galeni, & methodus.187.t.2. B. Sãctiſſimæ Trinitatis attributa neſciens deſignauit,179.t.2. E. Eius editio quænã hactenus integrior, 186.t.2. E. Cautio adhibenda in eo legendo, 188 t.2.A.In Anatome corporis humani ſæpe lapſus,ibid.D. Eiuſdem De anima intellectiua error, ibid. E. eum latere non potuit Chriſtianæ religionis fama,189 to.2.B Scholas Moyſis, & Chriſti Domini neſciens quid diceret,oppugnat,190.to.2. A. Dei potentiam ſupernaturalem non agnouit,ibidem. D. eiuſdem libros legentes præmuniendi ſunt, ibidem.

Galeſinij Notæ in Martyrologium lectu digniſſimæ. 219 to.1.D

Garziæ Galarzæ Chronologia quænam.106.t.1 D

Geometriæ utilitas, 25.t.2.A. ea mediante Archimedes Syracuſas tutatur.ibidem Cunei, & orbis Geometrici in bello vtilitas, ibidem. Quinam de ea ſcripſerunt, 236 to 2.D

Generationes in creaturis ſunt aliæ, alijs perfectiores, 422. perfectior tamen eſt ea, quæ fit per intellectum. ibidem. Generatio in Diuinis æterna eſt, 493. to.1. col.2. exemplum pulchrum, quo Diuina generatio deſignatur,494 to.1.col.1

Gentilium Dij neque inuocandi, nec aliquid eorum habendum eſt aliter quàm execrandum, 527.tom.1. B. Eorum errores facilius nunc conuincerentur, quàm D Thomę temporibus,446.t.1 C

Geographiæ ſcopus, Qui vn de ea ſcripſerint,252.to.5. E. methodus quænam optimã in Geographia tradenda,ibid. E. Eius profeſſor vndenam inchoare debeat. Geographiam poſt generalem mundi diuiſionem, ibidem. E. eius utilitas, atque neceſſitas, 295.t.2.E. Sacrę Geographię utilitas, 294.t.2. E. Auctores antiq qui de ea ſcripſerunt,ibid Cautio pro his qui ſuos nauigaturi, aut qui Geographiam docent,298.t.2.col.2

Georgius Blandrata peſſimus medicus, & impius Arianus, 410. to.1. B. negauit Deum habuiſſe naturalem filium ab æterno genitum, 430 t.1 B.Franciſcum Dauidem hereticum morti adiudicat,428.to.1 D.Denique miſerrimè interfectus,cum diu Arianiſmum ſemi naſſet, ibid.

Georgius Gemiſtus hiſtoricus,344 to.2.E quæ tempora ſubſecutus, & quos hiſtoricos,345.t 2.A.

Gerardi Mercatoris Coſmographi errores in ſuo libro Atlas inſcripto, 302.t.2.per totum.

Gilberti Genebrardi Chronologia,107.t.1.A. Eiuſdem liber de Idiotiſmis linguę Hebręę, 72.t 1.E. Eiuſdem aduerſus Magdeburgenſes centuriatores ſuccincta,& conſtans doctrinæ Catholicæ per ſingula ſecula collectio, 362. to.1 A

Gradus per quos ad ueritatis domicilium aſcenditur quinam, 74.1.E

Græci Epiſtolarum Scriptores quinam extent, 567.D. to.2 & pag.ſeq.

Græci, & Romani à quibus leges ſe accepiſſe tradiderint,108. t.2.A

Græcis quæ cauſſæ diſſidiorum à Latinis, 267 tom.1.C. cur poſt tot Synodos habitas adhuc perſtent in ſuo ſenſu, ibidem, D. à Nicephoro Xantopulo latini nominis hoſte plerique abducti, 268. quomodo amanter cum eis eſt agendum, priuilegia eis à Venetis conceſſa, 271. t. 1 B.eis multi errores tribuuntur, qui non ſunt eorum proprii,ibidem.D. quomodo ab eis in ſacris ordinibus continentia ſeruatur, ibidem. E.an eis diuortium facere liceat, & ſecundas quærere nuptias,272.t.1.A.Ab eis damnatur uſura ibidem, E.negantes Spiritus ſancti proceſſionem a Patre, & Filio,ſoluunt Ieſum,ut inquit S.Thomas,273.t.1.A. ſeptem ſacramenta agnoſcunt,ibidem,D.eorum errores facilè emendare poſſunt,ibidem, E. Aliqui ritus qui ſuperſtitionem ſapiunt,274. to.1. A. Qualis debeat eſſe qui Græcos uelit iuuare,278.t.1.A.Ad ſanitatem fidei quomodo qui nõ ſunt orthodoxi ſint adducendi, 278. t. 1.B. Eorum ritus quam late pateat. 279.t.1.B. quanti eos fecerit Paulus Apoſtolus, ibidem,de quibus controuerſiis,& quando cum eis agendum,281.t.1.B.quando barbaros uicerunt, & quando ab eis uicti ſunt,282.t.1.C. Quid Latinis olim cõtulerint,ibidem. Quam multi, licet haud Græci, Græce ſcripſerunt,283.t.1.A.obiecta de proceſſione Spiritus ſancti ſoluuntur,308.t. 1.B

Graphidis neceſſitas,540.B.t.2

Gregorii Nazianzeni epiſtolarum characteres varii,503. t.2.B C.D.E.& ſeqq.

Gregorius Commaninus Canonicus Regularis, 545. t.2.B

Gregorius xiii.Pont.Max. uariorum ſeminariorum Inſtitutor,231.t.1. D.eius ſumma cura pro inſtituendis

principum filijs, 183.B t.1.eius ſumma cura erga omnis pietatis opera. in pacandis Principibus, in Iuſtitia adminiſtranda, in euocandis ad religionem Catholicam ex omni natione hominibus, in ſeminarijs ubique inſtituendis uide omnes penè libros huius Bibliothecæ. Eiuſdem in Græcos ſtudium, 267.t.1.E. pro iuuandis Iudæis, & Cathecuminis, eius decreta, 440.t.1.D. eius laus in Gratiani emendatione procurata, 157.to.2.D

Gregorius de Valentia ſocietatis Ieſù Vbiquetarios penitus debellauit, 398.t.1.B

Gulielmus Totauillæus Cardinalis Academiæ Pariſienſis corrector, 22.t.1.E

Guſtatus de multis rebus iudicat, 16 t.1 C

Giſala fœmina Regia ſancta quid Vngaris præſtiterit, 434 t.2.A

Gregorius Nazianzenus quam materiam delegit ad Poeſim, 472.t.2.B

Gulielmus Pariſienſis de Rhetorica Diuina, 583.D.t.2

H

HAdrianus Cardinalis de ratione diſcendæ ſacræ ſcripturæ, 78.t.1.A

Harmonia Iaoſenij laudatur, 140.t.1.E

Hebraiſmus in ſcripturis frequens, 72 t.1.A

Hebræi hiſtoriarum omnium præterquam ſuarum ignorantiſſimi, 103.t.1.B. cur errant in Chronographia, ibid. E. quomodo iure reprehendi poſſunt, 279.t.1.A. Chriſtianos immaniſſimo odio perſequuntur, 391.t.1.A. peruerterunt ſcripturas, 436.t.1. D. cōtra Catholicam fidem arma ſuppeditant, ibidem; Hebræi Medici ad Chriſtianos curandos ne accedant, 440.t.1 B curiuſuis leuitatis ſtatuta in qua deguot obſeruent, ibidem

Hecal Annarium Iudæorum, 68.t.1 B

Henochia prima Ciuitas, 292.t.2.D

Hæreticorum conatus aduerſus Catholicorum ſcholas, 40. t. 1. C. Hæretici ad ſindendam Eccleſiam pſalmis Dauidicis uſi ſunt, 110.t.1.D. hęretici, qui ſe ſacerdotes crearunt, etiam leges conſtituunt, 187.t.1.D. Ex ſęculari Cancellaria falſas litteras ſuorum miniſteriorum procurarunt, ibidem. nullam inter ſe unitatem habent, 295.t.1.E. omnes antiqui hæretici euanuerunt. 297.t.1.E quomodo ab Apoſtolis ſe ſucceſſionem non habere oſtendant, 302.t.1. A. quomodo non rectè doctrinam traditam ab Apoſtolis fateantur, ibidem. leges contra eos latæ, 303.t.1.D. Eorum dicta quomodo tractanda, ibidem. D. Eorum mores prænoſſe maximi momenti eſt ad diſputandum, 323. t.1.A. cum quibus nam mitius ſit agendum, 324 t.1. A. cum eis non habenda commercia, ibidem. B. ſi ſerio Vitas ſanctorum legerent conuerti poſſent, 327.t.1.D. eorum artes deteguntur, 328. t.1. Euangelicos ſeſe uenditant, 329. t. 1. B. De tribus pœnitentiæ partibus quid ſentiant, 335.t.1. A. cur ſacros libros omnes non recipiant 346. t.1. C. eorum doli flocci faciendi, 347.t.1.B mala fide ſacras ſcripturas uerterunt, ibidem. eorum temeritas maxima, ibidem. Cur Eccleſiam inuiſibilem fingunt, 349.t.1.B. Eorum maiores quinam, ibidem. eis fides data a Catholicis ſeruata eſt, 350. t.1. E. fatua eorum exceptio cum premuntur Patrum ſententia, 353 t.1 E Variorum hæreticorum uariæ hæreſes, 360.t.1.B. eorum tela quæ iaciuntur in aerem nequaquam timenda, 357.t.1.C. eorum pugnę de lana caprina, ibidem. Inter ſe diſſentiunt, & alter alteri inuidet, 379.t.1.C. auctores qui aduerſus hęreſes, ſeu ſchiſmata ſcripſere, 380.t.1.A. Quàm impiè de Deo ſentiant. 383.t.1. E. eorum ars in patrum auctoritate recipienda. 388. t.1. A. Priuant Chriſti Domini humanitatem omni gratia, & præſtantiam ſupra hominem. 391.t.1.D. Cur Deum auctorem mali impie faciunt. 401.t.1.E liberum arbitrium homini demunt, ibidem. eorum actus in Ioanne olim Tranſiluaniæ deprauando. 410.t.1.C. nullus eſt fidei articulus, qui non ſit ab eis labefactatus. 412.to.1. C. Quidam eorum Iudaizant. 419 t.1. A. cur Dialecticam oderint. 158.t.2.B. Theologiam ſcholaſticam ferre non poſſunt, quoniam eorum dolum, & ignorantiam prodit, 126.t.1.C

Hęreſes nihil detrahunt uulgatæ editioni Diuinæ Scripturæ, 73.t.1.B. Vnde ortæ, 77.t.1.A. Quodnam ſit hęreſeos antidotum, 175.t.1.D. Non licet hæreſim ob aliorum ſalutem fingere, 289.to.1. E. Hęreſim ſimulare quàm graue peccatum, 290.t 1. C. hæreſes præſentis ſęculi nullam eccleſiam faciunt, 299 tom 1.E. Eorum ſcaturigines duæ. 318.tom.1. B. omnis hæreſeos finis Atheiſmus, 383.to.1.D Hæreſes noſſe eſt debellaſſe, 391.to 1. B

Herodianus Alexandrinus quo tempore inceperit ſuā texere hiſtoriam, 350.t.2.E. cum Salluſtio comparandus, ibidem. Quinam eum è Græco verterit in Latinum, 351.t.2.A. errores interpretis in eo. ibid.

Herodotus Halicarnaſſæus & Iudicium de illo, 326 t.2. B. In eo veritas deſideratur à pluribus, ibidem. D elegantiſſimus iudicatur a Cicerone, ibid.

Herodotus in quibus reprehendatur à Plutarcho, 327. to.2. E. quæ commoda ex Herodoto percipi poſſint, 329.to.2.C. editio ipſius Græca, ſiue Latina quęnam melior, ſiue emendatior, 330.t.2.D. compendium, & rectus vſus eiuſdem, 331.to.2. B. Quid vnuſquiſque eius liber contineat, ibidem, ut ſupra, eiuſdem ſententię notatu digniſſimæ, 385.to.2. B. varietas rerum maior in eo quam in Thucidide, 343.to 2.A

Heſiodus, & quid de illo Epiphanius, ac Lucianus, 483. A, B, C, to.2.

Hieronymus Columna quæ Commentaria edididit in Ennium 456 A B.C.t.2.

D. Hieronymus de optimo genere ſcripturæ interpretandę, 76.to.1.C. eiuſdem perpulchra exhortatio ad Furiam ad ægrotos inuiſendos, 189.to.1.E. Monachorum parens dicitur, 261.to.1. E. Ecquid de myſterijs Templi Salomonis diſſerat 555.to.1.E

Hieronymi Laureti Allegoriarum ſylua perutilis 91.t.1. A quid de ea cogitauerit Cardinalis Bononiæus, ibidem. D.

Hieronymus Ruſcelleus de Emblematibus, 550.t.2.E

Hiſtoriæ falſę Sanctorum cur eccleſię fuerint obtruſę, 327. t.1. E. Hiſtoriæ Sanctorum vtilitas, 328.to.1. E. Eiusque neceſſitas, ibid.

Hiſtorię Eccleſiaſticæ Scriptores, 329 to.1.B

Hiſtorici ſacri generales, 354.t.1.A

Hiſtoriæ, & Chronica hæreticorum, ibid.

Hiſtorici certarum gentium, ibid.

Hiſtorici humana neceſſaria, 100.t 1.C. & t.2. 304.C. In ea maximi momenti ratio temporum, 102. tom. 2. C. Hiſtoriæ ignoratio magnum attulit damnum Interpretibus legum, 129.t.2 E. Sacrę, & profanæ hiſtoriæ iuris conſultis cognitio neceſſaria, ibidem. eſt perpetua poſſeſſio, 304.to 2.C. quotuplex ſit, quid ſit, quidque contineat, ibidem. E altera diuiſio ea Euſtratio in Dionyſium de ſitu Orbis, 305 to.2.E. Veritas in hiſtoria veluti oculus in capite, 306.tom.2. A. Indicia alia ad Veritatem dignoſcendam hiſtoricorum, 307. to.2. Quinam inter alios Ratione condendę hiſtorię ſcripſerint, ibidem. E. Hiſtoria eſt ſoluta poeſis, 308.t.2.A octo in hiſtoria ſcribenda potiſſimū conſideranda, ibid. C. circa quæ hiſtoria uerſetur, ibidem. E. vnde ordiendi. Lectio hiſtoriæ, 313 to.2.D Quinam primum hiſtoriam ſcripſit 314 to.2. Quinam Epitomen uniuerſalis hiſtoriæ ſcripſerunt, ibidem. hiſtoriam vniuerſalem lecturus fore utile prænoſcat dignitates Occidentalis, & Orientalis Imperij, & vnde. 316.t.2. E. Quęnam hominis aptior hiſtoriæ legendæ, 319.to.2. D. cautiones adhibendæ hiſtoriis legendis. 319. to.2. E. & 320. D. In Ethnicis hiſtoriis quid cauendum, ibidem. E. In hiſtoria pulchritudo, menſura, & veritas requiritur, 388. t.2.C

Hiſtoria Tripartita malè ab Andrea Muſculo uerſa, 324. t.2.B

Hiſtorici Græci Latinis uetiores, 320 t. 2. D. Veritas, & mendacia eorum quomodo agnoſcebatur a Melchiore Cano, 306.t. 2. E. cautio in his quę de ſato locuti ſunt hiſtorici, 322. t.2. A. cautio in Græcis hiſtoricis legendis, 323.t.2.A Græcorum hiſtoriæ in rebus fidei an ſint uſurpādę, ibidem. E. Eccleſiaſtici hiſtorici antiquiores

tiquiores cur tutius leguntur, 354. t. 2. A. Ad hiſtoricos Græcos, qui Græcè Græca ſcripſerunt intelligendos, quænam conferant ibidem, ordo legendi Græcos hiſtoricos, 325. t. 2. C. primum hiſtorici officium, 342. t. 2. B. ſecundum munus hiſtorici, ibidem. D. alia hiſtorici officia ibidem; hiſtorici celebriores Latini, quorum uſus frequentior eſt in Gymnaſiis. 373. t. 2 B. Hiſtoricorum Græcorum compendium ex bibliotheca Photij, 356. t. 2. A. hiſtorici uel ſuppoſititij, uel non ueraces quinam, 394. t. 2. A. Hiſtorici qui de Europa generatim ſcripſere. 406. t. 2. B. Hiſtorici de rebus Italicis generatim, ibidem Hiſtorici qui de Regno Neapolitano ſcripſere, ibidem. Hiſtorici de rebus Venetorum, 407. t. 2. C. de Aquileienſibus, & Foroiulienſi regione, ibidem Hiſtorici de rebus Etruriæ, 408. t. 2. D. De rebus Florentinorum, ibidem. Hiſtorici recentiores qui de rebus Hiſpanicis ſcripſere, 411. t. 2. C. Hiſtorici Gallicarum rerum quinam, 416. t. 2. E. Regulæ ad fidem Hiſtoricorum explorandam, 306. t. 1. A

Hiſtoriographi Hiſpani qua in re laudandi, 412. t. 2. C. quę nam ſpectent ad hiſtoriam Hiſpanicam rectè intelligendam, 414. t. 2. C

Hippocrates Cous quis, & qualis fuerit, 181. t. 2. A. temerè reprehenditur à Paracelſo, ibidem, D. eiuſdem librorum editio quænam emendatior, ſiue Græca, ſiue Latina, 182. t. 2. A. Eius methodus ex alijs, ibidem. E. obſeruanda in libris Hippocratis, 183. t. 2. D

Homeri encomia, 481. A. B. C. Vitia item eadem pag. E. & 482. A. t. 2.

Hominis dignitas unde, 1. t. 1. C. eiuſdem finis, ibidem. D. eius natura, ibidem. D. ab Ethnicis animaduerſa. ibidem. E ei à Deo magiſtri traditi, 2. t. 1. B. ei duo collata diuinitus, 16. t. 1. E. eius uita uigilia eſt, non ſomnum, 25. t. 1. E. difficile eſt reperire hominem ingenioſum, & manſuetum, 1 t. 1. B. ſummum bonum naturaliter appetit, 148 t. 1. C. eius mens ſpeculum nobiliſſimum, & capax, 53. t. 1. A. ſui delicti cauſſa eſt, non Deus, 402. t. 1. A Eius, & Brutorum diſcrimen, 459. t. 1. C. In eo mens eſt inſtar lucis, ibidem, D. cur ſolus inter tot animantia dicatur ſapiens, 463. t. 1. A. nunquam conquieſcit, niſi in Deo, qui eſt eius ultimus finis, 469 t. 1. colum. 2. eius ſubſtantia nec tangitur, nec cernitur, 476. tom. 1 A. cur mente eum Deus donauerit, 478. to. 1 C. omnia propter eum creata ſunt, & ipſe propter Deum, ibidem; Hominum alij alijs perſpicaciores, 491. t. 1. col. 2. à Deo ei imperium datũ in Mundum, ibidem. col. 2. libero arbitrio donatus à Deo, ibidem. ex anima & corpore compoſitus, 525. t. 1. E. cur creatus in cælum erectus, 528. t. 1. B. cur creatus à Deo, 12. t. 2. B

Honor parentibus cur habendus, 509. t. 1. C. cur itẽ principibus habendus, cur quoque patribus ſpiritualibus tribuendus, ibidem. D.

Horarum Canonicarum, ſiue Breuiarij commoda, 231. t. 1. C

Horatius qualis, 509. E. & 510. & 511. t. 2

Horologia Sabuli quomodo inuenta, 186. t. 2. A ſolaria, & Nocturnum, ibidem

Humanam philoſophiam Deus euacuauit, 18. t. 2 A

Humana mens quid ſit, & unde, 473. t. 1 D eſt immortalis contra Iapponios, ibidem. E. quia contrario caret nequit corrumpi, aut diſſolui, 474. t. 1 D. probatio, quòd humana mens cõtrario careat, ibidem. eſt ſuarum appetitionum Domina, ibidem. E. eſt libero arbitrio donata, ibidem. E. habet poteſtatem in corpus, ibidem, cohibet appetitum contrarium, ſenſuſque in officio continet 475. t. 1. A. Humanam mentem eſſe omnis interitus expertẽ, 475. t. 1 A. abſtrahit in eius conſiderationes cõditiones materiatas, & ſpiritualiter intelligit, 476. t 1. D eiuſdem ſimilitudo, 477. t. 1. A. eſt ſola infiniti boni capax, non migrat ex una forma in alteram, 485. t. 1. col. 2. ſecundum uoluntatem, & intellectum non pendet ex corpore, ibidem. in ea eſt imago Trinitatis ſanctiſſimæ, 494 t. 1. col 2.

Hiſtoria Hiſpania in quatuor ætates diſtributa, 410. t. 2. A

Hiſpani cur dicantur Iberi, à quonam duxere originem, ibidem

Hiſpania cur dicatur Hębraicè Sepharad, Syriacè ſephines. & Arabicè Saphinarum, ibidem. B. rerum Hiſpanicarum ſcriptores, ibidem. E

Hegira apud Arabes quid ſit, 444. t. 2. C.

I

IAcobus Aleeampius in Plinium, 98. t. 2. B

S. Iacobus in Hiſpania quid fecerit. 170. to. 1. D

Iacobi Lainez Societatis Ieſu Tabula pro Scholaſticis 22 t. 1. A.

Iacobi Mazonii de comparatione Platonis, & Ariſtotelis, 34 t. 2. D

Iacobi Pontani inſignis hymnus in Dei laudem, 490. E & 491. to. 2

Iapbet pater eſt Græcorum, & Italorum 394. t. 2. C

Iaponij Aſiæ, & Europæ Inſtituta olim perceperunt, 457 t. 1. B. eorum ſectæ inter ſe diſſectæ, ibid. Quomodo ad Chriſtum Dominum ſunt conuertendi, ibid. C. quas leges habeant, 460 t. 1. A. quid de futura felicitate ſentiant, 461. t. 1. A Infernum poſt mortem conſtituunt, ibid. eorum ſectæ inprimis duæ, ibidem. D. Philoſophi apud eos quinam, ibid. Verbum Gonit apud eos quid ſignificet, 461 t 1. E. eorumdem errorum confutatio, 463 to. 1. De ſuo primo principio pauciſſima tradunt, 462 t. 1. E. eorum doctrinæ contradictio, ibid. col. 2 cur in tot errores de primo principio inciderint, 471. t. 1. A. errorum ſuorum cauſſæ, 472 tom. 1. B. & C. Cur conſtituant humanum animum idem eſſe cum primo principio, 473. to. 1. altera cauſſa erroris Iaponiorum de humana mente, ibid. C. hominem omnino perire cum interit, animamq; morti obnoxiam autumant, ibid. E. falſa ſunt quæ de apparente doctrina docent, 480 to. 1. B. animas putant de uno corpore, in aliud migrare, 481. to. 1. col. 1. eorum felicitas num aliqua in futuro ſeculo ſtatuatur, ibid. cur non hominibus mortuis ſolum, verũ etiam viuis honorem tribuant, 481. t. 1 col. 1. eorum hiſtoriæ mendaciorum plenæ, ibid. abſurda eorum de felicitate ſententia, 484. to. 1. col. 1. cauſſa cur in errores inciderint. ibid. col 2. eorum doctrina præbet occaſionem hominibus, ut peiores fiant, 489. to 1. col. 1. cur tantis calamitatibus affligantur, ibid.

Iaſon Nores de arte dicendi. 284. A. & ſeqq. to. 2

In Idiotiſmis Sacrę Scripturæ quænam obſeruanda, 73. to. 1. A. De Idiotiſmis quinam egerint, ibid. D.

Idem ſeipſum non gignit ex Auguſtino, 464. t. 1. col. 1.

Idolorum cultus unde, 481. t. 1. col 1.

Idololatria Iaponicis legibus præſcripta, 486. t. 1. col. 2. quantum ſcelus ſit, ibid.

Iecur, & Iecinoris morbi, 218 t. 2. col. 1. Iocinori calidiori non eſt ulla proluſior ibid.

Ignatij Loiolæ fundatoris Societatis Ieſu, pietas & ſtudij initium. 18. t. 1. E. eiuſdem peregrinationes, 34. t. 1. E Eius dictum notatu digniſſimum, 174 to. 1 C.

Ioannis Auilę pulcherrima Epiſtola de Politica adminiſtratione. 570. C. in 2.

Iphigenia Virgo cauſſa cur Matthæus Euangeliſta Martyrium ſubierit. 252. t. 1. E

Impium eſt Deo negare, quod naturæ conceditur, 124. tomo 1. E

Imperatorum Catholicorum prælia, & victoriæ, 405. to. 2. D. Qui eò magis floruiſſe, quò magis S. Romanę Eccleſiæ adhæſerunt. 403 t. 2. A

Imperij Occidentalis, & Orientalis dignitates, & Tituli, 316. t. 2. E. Quinam de iis ſcripſerint. ibid. quibus rebus Imperia conſiſtant, 402. t. 2. C

Imperium Romanorum quam late patuit. 359. to. 2. B.

Imaginum vſus in vetere teſtamento non reprobatus, 402. to. 1. C. Imagines ſunt Idiotarum libri, 414. t. 1. E eorumdem vtilitates, 415. t. 1. B. earum cultus duplex, ibidem. eorum uſus non interdicitur primo Decalogi præcepto, 507. to. 1. D. Quanam ratione adorari dicuntur, ibid. E

Imbui ſacris non eſt idem quod baptizari, eiuſque diſcrimen, ibid. 224 t. 1. C

Indi

Indi omnes dicuntur, qui noſtra ætate ſunt inuenti, alij tamen ſunt aliis meliores, 446. E. cur appellentur populi nuper inuenti, ibidem. in tres claſſes ſunt diuiſi. 447. t. 1. A. prima claſſis minime à recta ratione recedit, ibidem. Secunda claſſis quæ, ibidem. C. Tertia claſſis qualis. 448. t. 1. A. quinam, e a his ad fidem Chriſtianam cogi poſſint, ibidem. quomodo inſtituendi qui ſunt huius tertiæ claſſis, ibidem. cur hoc tempore fidem ſuſceperint, ibid. E. Dei voluntate Indi ad fidem conuerſi ſunt. 449 to. 1. C opusq; diuinum appellandum eſt. ibid. B. ſtudia fuere diuina, quibus Indorũ ſalus procurata eſt, 450. to. 1. A. cur etiã humanis medijs vſus eſt Deus ad conuertendos Indos, ibidem. inter eos qui maximum fructum fecere, qui mi-nimum, 451. to. 1. C. auctores iuuandis Indis commodi. ibidem.

Ingenium quid ſit, 8. t. 1. D. quotuplicia ex Ariſt. ſunt ingenia, 9. t. 1. C. edicta plura ſine diſciplina, ibidem. Varia ea diuerſis cauſſis, 10. to. 1. quomodo cognoſcantur, 11. to. 1. B. Amanuenſes infimum habent ingenium ea ſententia Ioannis Huartis, 15. to. 1. B. Alia ratio turior ad ingenia prænoſcenda, ibidem. B. propenſionibus variis probantur ingenia 16. to. 1. B. Horum cultura breuior, & facilior, atque fructuoſior, 19. t. 1. B. ſignis, & honeſtis ludis excoli ingenium, 20. to. 1. D. ei excolendo optimus præceptor optimũ eſt inſtrumentum, 21. t. 1. A. ratio excolendi ingenii voce, & verbis, ibidem. C. num prælectionibus dictandis ingenia lædantur, 22. to. 1. B. Quænam neceſſariò præmonenda antequam ſcientiis ingenium excolatur, 23. to. 1. D. Ethnicorum Auctorum nimia laudatio culturæ ingeniorum, 24. t. 1. A. perſpicacium, & hebetum ingeniorum cultura, 25. to. 1. B. Plura quæ ſemper obfuerunt excolendis ingeniis, 26. t. 1. E. remedia quorundam ingeniorum, 27. to. 1. B. cultura, quæ per diſceptationes, 27. tom. 1. E. Quæ item per exempla, 28. to. 1. D. excolendis ingeniis vtilior cura capitur ex collegiis, & doctrinis familiarum religioſorum, 38. to. 1. A Quinque conatus Satanæ contra ingeniorum culturam. 41. to 1. B. Ingenium cultura fit diuiniſſimum ex ſententia Platonis, 19. t. 1. C

Infernus qualis locus, 528. t. 1. B. pœnæ corporis & animæ in Inferno quales, & quantę, ibid.

Infideles cur in hac vita bonis afficiantur, 443. t. 1. D. eorum ęterna pena, 504. to. 1. col 2.

Infortiatum uox barbara nihil ſignificat, 132. t. 2. D

Initia bonarum rerum cur parua, 169 to. 1. C

Intelligentię quæ in ſupremo ſunt Orbe optimam & æternam vitam agunt, 43. t. 2. B

Intemperantię ſpecies, plus velle ſcire, quàm ſit ſatis, 25. to. 1 B

Intellectus quo perfectior, eo plura cognoſcit, 16. t. 1. C. Intellectus humanus Dei eſſentiam non comprehendit, ibid. B. eiuſdem mira facultas, 421. to. 1. E. Intellectus Diuini, & noſtri diſcrimen, ibidem. eiuſdemque cum noſtro comparatio, ibid. E. eius obiectum eſt verum, 459 to. 1. E. quænam facultas ſit, 479. t. 1. B. Intellectus noſter imbecillus reſpectu naturę Diuinæ, 491. to. 1 col 2. noctuæ ſimilis, ibid. quomodo conuincitur ad veritatem cognoſcendam, 492 to. 1. col. 1. ab admirabilibus effectis, quę credimus, ibidem. à multis, quę neſciuntur tamẽ creduntur, ibid. col. 2. quomodo degeneret, 253 to. 2. E. agens intellectus non eſt inuentarum rerum auctor, 285 t. 2. E

Intelligendi rationes duæ, 466. to. 1. B

In infinitum non datur progreſſus. 464. t. 1. col. 2

Inſtitutionum Iuſtiniani liber primus quid contineat, 125. to. 2 B quid ſecundus, quid tertius, quid quartus, ibid. D. cautiones vtiliſſimę in eo, 126. to. 2 A. ſunt eleganti ſermone conſcriptæ eius inſtitutiones, ibid. Methodus & ratio eas interpretandi, 128. t. 2. D ad Iuſtiniani libros exponendos aptatio pietatis, 129 t. 2. B acerrimè religionem defendit. 130. t. 2. B. cur ea inſeri in corpus iuris permiſerit quæ Chriſtianę religioni aduerſantur. 131. t. 2. A.

Inſtrumenta rebus noſcendis homini à Deo collata ſunt 13. to. 2. C

Ioachimus Abbas non fuit Arianus, 413. t. 1. A. ſed tamen quædam abſona docuit. ibid.

Ioachimus Miſingerus in Inſtitutiones Iuſtiniani ſcripſit, 128 t. 2. E. eius Iudicium de Fabro, 129 tom 2. A. ratio declarandi leges ab eo adhibita, ibid. eius iudicium de Theophilo, ibid. C

Ioan. Auilę epiſtola Principum filiis ſæpe legenda, 246. tomo 1. B

Io. Andreas Lilius, 543. t. 2. A, B, C, D

Io. Baptiſta Armeninus, 542. t. 2 B

Ioannes Baptiſta Toletanus regis Hiſpaniarum Architectus eximius, 286. t. 2. D. eius ſtudium in graphide, ibi.

Ioannes Cantacuzenus qualis fuerit, 352. t. 2. E. eiuſdem hiſtoria quid contineat, ibid. aduerſus Mahumetanos ſcripſit, ibid. vendicatur à ſchiſmatis nota. 353. t. 2. D. Iudicium de Nicephoro Gregora, ibid.

Ioannes Zonaras quo tempore floruerit, 351. t. 2. D. eiuſdem hiſtoria quid contineat, ibid. Caroli Sigonij de eo Iudicium, 352. t. 2. A. ſchiſmaticus, ibid.

Ioannes Capreolus D. Thomæ ægregius propugnator, 141. t. 1. D

Ioannis Caſi ſpeculum morale 77. t. 2. C

Ioannis Bodini hiſtoriæ methodus qualis, 311. t. 2. D eiuſdem ſcripta hæreſim ſapiunt, ibidem. eius libri De Republica ab Eccleſia, exploduntur, 312 t. 2. B. negat Deum poſſe efficere Deum, 311 t. 2. E. regnorum conuerſiones aſtris tribuit, 312. t. 2 D

Ioannis Driedonis libri quid contineant, 78. t. 1. A

Ioannes Faber de ſacrę ſcripturæ intelligentia 178 t. 1. ibidem

De Ioanne Fœmina pſeudoPontifice commentum exploditur, 303. t. 1. C

Ioannis Fernelii ſumma methodi medendi, 199 t. 2. B

Ioannis Franciſci Pici libri di prænotione pe[r]utiles, & docti, 254. t. 2. B

Ioannes Huſſius, & Hieronymus Pragentis in concilio. Conſtantienſi cur cremati, 350. t. 1. E

Ioannis Marianæ è Societate Ieſu hiſtoria Hiſpanica, 413. t. 2. B

Iobi certamina à Moyſe ſcripta fuiſſe aliqnibus uiſum eſt, 61 t. 1. A. eiuſdem certamina metro ne, an ſoluta oratione, ibidem

Ioſepho Scaligero de Kalendario Gregoriano aliquid obiicienti reſpondetur, 275. t. 1. B

Ioſephus Acoſta Societatis Ieſu Theologus, 79. t. 1. A. de Chriſto reuelato, 108. t. 1. A

Ioſephi Iudæi hiſtorię fides integra non eſt adhibenda. 101. t. 1. E. eiuſdem de temporibus lapſus, 102. t. 1. A. omnium hiſtoriarũ peritiſſimus, 104 t. 1. A. appellatus Liuius Græcus a Hieronymo, 348. t. 2. A. eiuſdẽ pręclarum de Chriſto teſtimonium, 348. t. 2. C. carpitur ab Hegeſippo, ibid. D. Lapſus eius, & omiſſiones, ibidem

Iubilęi tempore qui non abſoluendi, 163. t. 1. D.

Iudææ oppida præcipua, 97. t. 1. B

Iudæi quomodo ad Chriſtum ducendi, 178. t. 1. D. quid Eccleſiæ initio contra nos fecerunt, 436. t. 1. C. quibus ſceleribus implicentur. 437. t. 1. A.

Iudæi urgeri poſſunt ad audiendum uerbum Dei, 437. t. 1. C hęreticis hęreſum feneſtram aperiunt, ibidem. ex Iudæis qui in Chriſtum antea crediderant quindecim creati ſunt Hieroſolymitani Archiepiſcopi, ibidem C. ex eiſdem ad fidem conuerſi creati ſunt Epiſcopi, & Pontifices maxime, ibidem D. pro ijs Lectio à Chriſtianas inſtituenda eſſet ubique per omne ſabbatum, ibidem. Qui nam auctores, & ueteres, & recentiores aduerſus eos ſcripſere, ibidem. cautiones in aſſerenda fidei ueritate aduerſus eos, 438. t. 1. D. Quanam ratione cum eis agendum, ibidem. Recentiores Iudęi peruerterunt Rabbinos pro Chriſto loquentes, ibidem. E. ritus ſuos non rectè obſeruant, 439. t. 1. A. expedit eum, qui cum Iudæis acturus eſt, agnoſcere decreta principum contra eoſdem, ibidem. D. Decreta Hiſpaniæ regum cõtra Iudæos, ibidem. Pontificum Maximorum contra eoſdem diplomata, ibidem. Iudæis ad Chriſtum conuerſis conceſſum eſt, ut fruantur ſuis bonis, ibidem. E. Pro Iudæis ad fidem

conuer.

conuerſis ædificandi Xenodochium facultas data à Pont.Max Paulo III 440.t.1.A. Iudęorum multitudo ubi nam ſit, ibidem.E. eorum à Iudaiſmo euocatio uia eſt ad hæreticos euincendos, 441.t.2.A. eorum filii impuberes, ac qui iudicio nondum ualent, parentibus inuitis haud baptizandi ſunt, ibidem. Eorum reſpublica qualis, 118.t.2.B Templum Salomonis ædificare rei ſunt aggreſſi, nec ualuerunt, 187 t.2.D
Iudicium extremum, & uniuerſale omninò futurum, 85.t.1 B Iudicium duplex, alterum priuatum alterum uniuerſale, 539.t.1.C. eiuſdem ordo, ibidem cur Deus ad Iudicium uenturus ſit, 521.t.1.C. prędicitur à Sophocle. 478.t.2.col.2
Iudicis officium quomodo in his uerſetur, quæ nō ſunt lege comprehenſa, 151.t.2
Iudith typus religioſi laboris in docendo, 38.t.1. B
Iuliani Apoſtatæ artes ad Dei fidem abolendam, 39.t.2. E. eiuſdem dictum, cum de cęlo percuſſus animam efflauit, 40.t.1 B
Iulianus quidam alius rerum Hiſpanicarum ſcriptor, 411.t.2 A
Iulius Capilupus, & inſignes eius Centones, 503. & ſeqq.pag.t.2
Iulius Cattarius de rōe agendi cum Græcis, 180 t. 1.E
C.Iulius Cęſar dictator, 373 t.2.Eius Commentarii quāti tempo is hiſtoriam complectantur, ibidem.E.Stephani Bathorei Poloniç Regis de eo dictum, 374. t.2 A. cautio in ipſis Commentariis, ibidem. B. Notę aliquorum ad Cæſarem quid contineant, ibidem. D. ſcriptores alii ad eos Commentarios rectè intelligendos utiles, 375 t.2.D
Iulius Romanus, pictor egregius 542.t.2. B
Iulii Cæſaris Scaligeri in Theophraſtum Cōmentaria, 97.t.2. D. eiuſdem Commentaria in librum Ariſt. de Plantis, ibidem E. eiuſdem de Poetis antiquiſſimis, & recentibus Iuditium, 470.to 2.B. quædam uerò in eius poetica expenſa, ibidem. A.
Iuſtitiæ duo ſunt genera, 344.t.1.D. Altera, qua Deus iuſtus eſt, Altera, qua nos iuſtos facit. 317 t.1 B Iuſtitiæ originalis munus. 495.t.2.col. 2 Iuſtitiæ Diuinę quomodo ſatisfaciendum erat, ut redimerçmur, 501.t.1. D
Iuſtitia, ſiue æquitas eſt anima legum, 116.t 2. B. Quænam ſint procuranda ad æquitatem ſeruandam. 117. t.2. B. Quinam primos ſeſe fuiſſe gloriantur qui harmonicam iuſtitiam inuenerint, ibidem. C. Iuſtitia harmonica quid, ibidem. Reſpublicæ, quarum notitia, multum confert ad Iuris ſcientiam, 118.t.2.E. unde auctor quę de legum æquitate tradidit, 157. t. 2. B
Iuſtinus Martyr cui aduerſus philoſophos egerit, to. to. 2. B
Iuſtini Hiſtoria qui Trogum Pompeium redegit in compendium errores in hiſtoria rerum Iudaicarum, 186. to. 2 D
Iuſtinianus omnem materiam iuris, in res, perſonas, & actiones diuiſit, 147 t.2
Iuris prudentiæ utilitas, 106.t.2.C. eius origo, ibidem. quæ primo iuris perito ſint cognitu neceſſaria, ibid. D Interior expoſito de origine iuris, ac de legum Diuinarum origine, 110.t.2. E. Quinque genera legum diuinarum, 111. tom.2.A. Actiones humanæ materia Iuriſprudentiæ. ibidem. Vnde auditores Iuriſprudentiæ non proficiant, 118. tom. 2. A. ſententiæ ex Iure ciuili, de benignitate, æquitate, ac rigore, 128. t.2 D corporis Iuris ciuilis uniuerſalis partitio, 152. t.2. B. Inſtitutionum iuris ciuilis materia, partitio, & cautiones, 155 t.2. A. ad eam capeſcendam lingua tū Latina, tum Græca ualde commoda, atque adeo neceſſaria, 126.t.2. In ea uocum obſcuritas, 117.t. 2. A. Latina nomina Iuri ciuili Gręco inſerta, ibidem. de Iuris ciuilis interpretibus, 138.t.2 C. Elenchus interpretum Iuris unde, 139.t.2.C. eius baſis eſt corpus ciuile, 136. t.2. C. Tractatus uniuerſi Iuris quid contineat, 142.t.2.A. Iuriſconſulti qui in id Opus incubuerunt, ibidem. Errores qui in eorum Tractatuum editionem irrepſerunt. ibidem. C. Iuris uniuerſi diſtributio, 143. t.2.A. Ius partim a natura, partim ab hominibus, ibidem. E. Iuris finis, & cauſa efficiens, 144.t.2.A. Iuris materia, & forma, ibidem. Iuris prudentia quid, ibidem. C. Index plurium ſcriptorum qui in utrumque Ius ſcripſerunt, 169. t. 2. Dictionaria Iuris non ſufficiunt ad illud intelligendum, 159.t. 2. C. Iuris Ciuilis definitio, 145.t. 2. Ius quomodo ad cetera animalia pertinere iuris peritus dicat, 154.t.2. A. Ius gentiū ſecundarium quid, ibidem. eiuſdem primaria diuiſio, ibidem. quid tractet, 151.t.2 C
Iuriſconſulti ueteres cur laudandi, 135.t.2. A. eorum inconſtantia, ibidem error in appellandis eiſdem Iuriſconſultis priſcis. ibidem. B philoſophia, & theologia exculti euadunt eminentes, 158.t.2. C. ultramontani Iuriſconſulti quomodo diſtinguendi, 160. t.2. C. Cur nonnullos Iuris peritos haud nominauerit auctor, 556.t.2.C
Iuris ſtudioſus in Interpretum uarietate quomodo ſe gerere debeat, 160.t.2.B de Elencho ſcriptorum, qui in Iure Ciuili, & Canonico laborarunt, 165.t.2.A
Iſidorus quid de Hiſpanis ſcripſerit, 410.t.2.E

L

LAbarum Conſtantini Magni Imp 133.t.2.C
Lacedæmoniorum mos in alendis adoleſcentibus, 19.t.1 E
Lęlius Capilupus, 502 E.t.2
Latini pręcipui quantum Gręcę Linguę tribuant, 282. to.1. E
Lectio librorum quænam eſſe debeat, & eius fructus, 41. to. 1. D
Leo Caſtrius quid ſentiat de ſcriptura ſacra, 64. tom. 1. B. quid de Verſione ſeptuaginta Interpretum, 69. to. 1 B
Leonardus Garzonius in Canticum Cāticorum ſcripſer. t.1.81.t.1. b
Lex quomodo ex duabus præceptis pendeat, 83. to 1.A. Quæ lata a Deo nihil ſtulti, nihilve falſi habet, 492. t.1 col.1. ſola Chriſtianorum lex a Deo condita, ibid. ab initio Mundi cępit, & uſque in finem eſt permanſura, ibidem. col 2. ab hominibus doctiſſimis approbatur, ibidem. miniſterio ſanctorum uirorum promulgata ibidem. Vaticiniis prænuntiata, ibidem. a Deo miraculis confirmata, 491 t 1 col.1 nullis perſecutionibus aboleri poteſt, ibidem. ſi lex ſeruaretur in uniuerſo mundo, totus gubernaretur ſumma cum pace, 512. t.1.D poteſtas eiuſdem obſeruādę, 513 t.1.B. eius actio eſt legis ipſius executio, uis, ac poteſtas, 151. t. 2. qui eam condidit, gratiam quoque ad eam explendam largitur, 515.t 2.B Variarum nationū uariæ leges, 109. t.2. B. leges duodecim Tabularum a Diabolo contra decalogum excitatæ 113.t.1 D leges Longobardæ à quibus conditæ, 125.to.2. A. lex coniugii qualis, 510. to. 1.D cur utroque cōiuge ſuperſtite non liceat tranſire ad alias nuptias, ibidem. Alter coniugum Chriſtianus eff. tius poteſt alterum iure relinquere, & cui uoluerit iungi in Domino, ibidem. Lex naturalis non demonſtrat abſolutè Deum Dominum, 113 t.2.A. Legum cupidus quænam legere debeat ut earum cognitionem aſſequatur. 114.t 2.B. à quonam lex pendeat quoad eſſentiam, & quoad exiſtentiam. 115.to.1. C. Lex ciuilis obligat conſcientiam, ibid. D. Vnde, nam origo & uis legum inſpici poſſit, 116.t.2.A. Aequitas eſt legum anima, & cur præcepta non ſit. 116.to.2.D. Quanam ratione lex eſt inuenienda, 134.t.2.E. Interpretes legum Græci, 138.to.2.C. Latini legum interpretes quando florere cœperint, 159.to.2. A. cur Interpretes ſint lapſi, ibidem. Leges quas habemus ex prudentum reſponſis ſunt conflatæ. ibid. D
Leges militarium ſeminariorum, 204 E
Lex Noua, & Vetus in quo differant. 418.t.1. C. legis illæ officium quid ſit, 480.tom.1. E. leges Iaponiorum multa abſurda, atque a ratione abſona permittunt. 486. t.1. col.2. quænam ſit ea lex quæ ſola eſt a Deo quæque hominis ſalutem affert, 489.to.1.col.1.
Libanii Epiſtolarum characteres, 558.C D,E. & ſeqq. to.2. De elegantia, & ornatu epiſtolarum. 559. E.t.2. De Epiſtolarum exordio, & argumentis uariis omnis gene-

generis earum. 560. C. D. E. to. 2. & ſeqq. duabus pag.
Liberatio animarum ex Limbo, 516. to. 1. E
Librorum editio qualis, 47. t. 1. A. libri pro vario hominum ſtatu diſtribuendi, 47. to. 1. E
Librorum diſpoſitio in Bibliothecis facilis, 48. t. 1. D. Eorum collocatio ad faciliorem inuentionem, atque cõſeruationem. ibidem per totum.
Libri ſacri quinam ſint, 63. tomo 1. D. Eorundem partitio, 94. tom. 1. B. libri pij familiis perutiles quinam, 567. tom. 1. C
Librorum conſcribendorum vtilitas, 43. tomo 1. E, libri emendi, 180. tom. 1. E. libri ſpirituales pro ſodalibus, B. Virginis quinam, 587. tomo 1. E. Librorum Gentilium cur lectio fuerit interdicta à prima Carthaginenſi Synodo, 227. to. 1. A, librorum ſpiritualium delectus, & lectio 236. tomo 1. A, libri qui legendi ab his, qui Græcos iuuare volunt, 280. tom. 1. B. libri qui nam per Græciam diſſeminandi, 285. to. 1. E, libri ad hæreticos cognoſcendos quinam utiles, 325. tom. 1. D. libri in Turcica claſſe inuenti quales fuerint, 445. tom. 1. D. Arabicè editi in Arabica typographia magni Etruriæ Ducis, 457. tom. 1. C.
Libri poſteriorum Ariſt. quales, 61. to. 2. E, quomodo vtiles eſſe poſſint ibidem; libri Elenchorum eiuſdem perutiles, 62. to. 2. A
Libri Lintei apud Romanos, quinam, 320. tomo 2. D.
Liberum arbitrium quid, 401. to. 1. E
Linguæ Hebrææ addiſcendæ facilior ratio, 55. tom. 1. A. eiuſdem origo. 54. tomo 2. E, eiuſdem notitia vnde ſumenda, 71. to. 1. E. De lingua Hebræa quinam egerint, 72. to 1. D, eiuſdem ueritas in ſolis punctis non conſiſtit, 68. tom. 1. A
Linguæ Chaldaicę, & Siriacę origo, 64. to. 1. D
Lingua Latina hiſtoriis addiſcendis perutilis, 285. tomo 1. D
Lingua, & ſtylo plus lęditur, quam gladio, 45. tomo 1. D
Loci vbi ingenia rectius excoluntur, 30. tomo 1. D. loci idonei ędificiis conſtruendis, 289. tomo 2. D. Area loci competens Aedibus ſacris, domibusq; religioſorum quænam, 290. tom. 2. A, locus duplex, 292. to. 1. B
Logica non eſt Philoſophię pars, 61. to. 2. C. Quiſnam eam ſuggillauerit, 60. to. 2. E, in quibus verſetur, 61. to. 2. C. quomodo ſit docenda, 62. to. 2. B. catologus Auctorum qui de illa egerunt, 62. 63. ibidem.
Luciferi, & aliorum malorum angelorum caſus 26. to. 1. col. 1. & 2
Ludouici Granatæ Introductio ad Symbolum Apoſtolicum perutilis, 452. to. 1. B, optime de minimis quibuſque rebus philoſophatur, 98. to. 2. E
Ludouici Viues de Diodoro Siculo Iudicium, 347. tomo 2. E
Lugdunum Gallię magnum emporium, 48. to. 1. A
Lutherus vexillum iniquitatis extulit, 40. to. 1. E, diſſuadebat Chriſtianis bellum cum Turcis inde, 196. t. 1. D ipſius, & ſectatorum eius vanitas, ibidem. eius Doctrinæ corpus quam ſæpè, ac fœde variatum, 333. to. 1. B, doctrina eius de Sacramentis loco tarciminis habenda, 332. tom. 1. C. omnem pacem ſemper eſt aduerſatus. 335. tom. 1. D, eius miſſio à Diabolo. 336. tom. 1. E, non amabat Deum iuſtum, 337. tom. 1. A. Quoſnam Satanæ aſtus ipſe non cauit, ibidem. C. Miſſam abrogauit, ibidem. Initio etiam fuit dubius in fide, 338. to. 1. B, eiuſdem ſectatores quantopere ſacris libris detrahant, 347. tom. 1. C. Quomodo in ſacræ Scripturæ ſenſibus hallucinentur, 348. t. 1. B quomodo in omni controuerſia ſe gerant, ibidem. Eiuſdem ſectatores Dæmonis impulſu atheiſmos euomuerint, 384. to. 1. E. eiuſdem primus Atheiſmus de Chriſti diuinitate, 385. to. 1. A, Chriſti gloriam furatur, ibid. C. vocem ſanctiſſimę Trinitatis modo ſuſcipit, modo reiicit, 386. tom. 1. A, vocem odit Homouſii, 387. to. 1. D. Se Neſtorianum profitetur, 391. t. 1. C, eius dictum ſuperans omnem procacitatem, ibidem. Lutheranorum impie dicitur Saluator, ibidem. Eutychianus ſit, 397. to. 1. B. et humanitas Chriſti non eſt creatura, ibidem. Satanæ aſtus quo Lutherum in fœdiores errores paulatim præcipitauit, 398. to. 1. D. eiuſdem ſectatores articulos fidei ſuſtulerunt, 399. t. 1. A, Verbotenus Deum laudant, 401. to. 1. B. timorem capulis impius, ibidem. eius iactantia. 403. to. 1. C, nouorum Lutheranorum ſumma, de libero arbitrio, ibid. Lutheri heſitantia in rebus fidei, 404. t. 1. E. Sanctiſſimæ Trinitatis oſor appellatur, 419. to. 1. D
Lux naturæ non decipit, 14. to 2. C
Luyſius Legionenſis Auguſtinianus, 549. to. 2. E

M

MAcarius Mutius Camers, & huius tum de recta Poeſi iudicium, tum Poema de Chriſto in cælum aſcendente, 529. vſque ad pag 532. to 2
Macedonicarum rerum antiqui Scriptores, 436. to. 2. E
Magdeburgenſes confitentur ceremonias in Eccleſia fuiſſe à tempore Apoſtolorum, 239. to. 1. E
Magiſter ſententiarum Theologiam quomodo redegit in methodum, 142. to. 1. D
Magiſtrorum variorum delectus unde habendus, 326. t. 1. B. Eorum duo genera in philoſophia, 65. t. 2. B
Magnum facinus eſt auertere ab eo homines quod natura monet 149. to. 1. A
Mahometes Sanctiſſimam Trinitatem inficiatur in ſuo Alcorano, 443. to. 1. B. negat Chriſtum a Iudęis fuiſſe Crucifixum, ibidem. negat eum humani generis Redemptorem, ibid. fatetur tamen quadantenus, cum hæc neget, ſe credere Euangelio, ac veteri teſtamento, ibid. quanam arte gentes rudes illuſit, ibidem, C. In profundo Inferni baratro iacet, 359. to. 1. E
Mandata Dei æquiſſima, & digniſſima, quæ ſeruentur, 102. to. 1 B
Materia eſt naturalium rerum principium, 471. to. 1. B, omnis materia præparanda ante formę introductionem, 169. to 1. D
Marcus Valerius maximus quo tempore ſcripſerit, 381. to. 2. A. ſæpe non ſibi conſtat, ibidem.
Matrimonii uſus in ſacerdotibus Gręcis, & Rutenis, 579. to. 1. E
S. Martinus quomodo cognouerit ſanctum ignotum falsò coli, 228. t. 1. B Satanæ fraudes detegit. ibid.
Martini Martinii libri Hypotypoſeon ſumma de Sacræ Scripturæ nodis, Idiotiſmis, & aliis. C. 10 5. t. 1. quænam eius editio legenda, ibidem.
Martyrum tormenta legem Chriſtianam à Deo fuiſſe latam cõfirmant. 491. t. 1. col. 1. Martyria ſacrę ſcripturę commendant, 85. to. 1. E. Martyrum geſta unde ſumpta, 230. to. 1. A, De nouis Martyribus quinam ſcripſerint, 23. t. to. 1. C.
Martyrologia emendatiora quænam, ibidem, E
Maſoretæ corruperunt veterem grammaticam Hebræã. 68. t. 1. B. Maſoreta quis ſit. ibid. D. In quo differat à Cabbala, ibid. confuderunt, ac miſcuerunt verſus. ibid. E. eorum punctis cur non ſit inhærendum. 67. tom 1. A
Matthęi Flacci Illyrici hiſtoria mendax, & impoſturarum plena, 403. t. 2. Quinam contra eum ſcripſerint. ibid. Eius errores, ibid. D
Matthæus Deuarius, 481. A. to. 2
Melchior Canus quid Ariſtoteli obiecerit. 43. tom. 2. D. Quidnam illi Auctor reſponderit. ibi. eiuſdem leges ac regulæ ad veras hiſtorias explicandas. 306. t. 2. E. eiuſdem Chronologia qualis. 305. t. 2. E
Mathematicas ſcientias cur Patres ſpreuerint, 248. t. 2. D, apud Romanos haud habitæ in pretio. ibidem. Earum neceſſitas. ibid. ab Ariſtotele, & Auerroe vſurpatæ 249. t. 2. A. Plato quomodo eas appellet. ibid. C. Earum utilitas & dignitas. ibid ad Theologiam aſſequendam utiles. 250. t. 1. B. Medicinæ, & agriculturæ perutiles. ibid. C. Ducibus belli conferunt. ibid. E. ab Abraamo ad alios manarunt. 251. to. 2. C. earum certitudo quænam. 252. to. 2. A. unde per eas inſinuanda pietas 253. to. 1. B. origo, diſcuſſio, & cautio in mathematicis. ibid.
Media debita ad pietatem neceſſaria. 171. to. 1. D

Medicinæ origo, 179 tomo 2. D, inuentores varii, ibidem. E, partitio, 177 tomo 2. D Neceſſitas, vtilitas, & nobilitas, ibidem. C, methodus medicinę non eſt vna, 180 to. 2. A Methodus ei ſtudendi vnde haurienda, ibidem. B. Auditor eiuſdem qualis, ibidem. C, inſigniores medicinę auctores quinam, ibidem. E, eius finis, 199 to. 2. E, ad Medicinam Mathematicæ ſunt neceſſariæ, 180. to. 2. E

Medicina ante Hipocratem pluribus ſeculis notauit, ibidem, eadem in Aſclæpiadarum familia diu manſit, 176. tomo 2. D. ea primis parentibus à Deo eius origo, ibidem. Medicinæ Auctorum Catalogi, 206. tom. 2. B

Medicus is ſolus bene curat qui rem cognoſcit, 148. tomo 2. C, eius munus 190. tomo 2. E, tres Medicorum ſectæ, 176 tom. 2. E, ordo a medico ſeruandus in conſultatione, 194 tomo 2. E, initium medico ſumendum à Symptomate, quod maximè viget, 195. tomo 2. E, Indicationibus ſumptis quid agendum, 196. tomo 2 B, qua ratione ęgroti interrogandi, 197. tomo 2. A, quando pulſus tangendus, ibidem, E, qua methodo componenda medicamenta, 198. tomo 2. C. ex iis, quæ fiunt in hac facultate, contingit occaſio ingens de Deo, & proximis benemerendi, 199. tomo 2. A. Quibus in rebus peccetur à Medico, 201. to. 2. E. Medicis Iudęis interdicitur mederi Chriſtianis, 202. tom 2 B. Medico hæretico nil pernicioſus, 203. tom. 2. A. cautiones quas Medici ſuis cordibus inſculpere debent, 204. tomo 2. E, hęreticorum medicorum aſtus, ibidem. E, in quibus medicus ignarus peccet, 201. to. 2. D

Medinarh Alnabi quid apud Arabes, 444. to. 2. B

Melanchthonis atheiſmus aduerſus eſſentię Diuinę vnitatem, & perſonarum æqualitatem, 389. to. 1. B, modo liberum arbitrium affirmat modo negat, 402. tomo 1. E

Metaphyſices obiectum eſt ens, ut ens, 78 t. 2. C, num omnes quatuordecim Metaphyſices libri ſint Ariſtotelis, 79. tom 2. A, num ſit methodus ordinata, ibid. quęnam in illis libris tractentur, ibidem. cautio in ſtudio metaphyſices, 85. tomo 2. A. Metaphyſicæ quæſtiones, quæ ad Deum; & intelligentias ſpectant niſi ex ueritatibus fide traditis diſcutiendę ſunt, ibidem, C. quinam in Metaphyſiceo ſcripſerint, 86 to. 2. per totum.

Methodus Chriſtianè medicinam adhibendi, 201. to. 2. D. Methodus Iuris cur non una tradita. 156. tomo 2. B. Vltramontanorum in Iuriſprudentia methodus non reprobanda, ibidem. D. Methodus medicamenta componendi, 198. to 2. C. Methodus medendi vnde, 199. to 2. B. Methodus conſulendi ſiue collegiandi in arte medica, neceſſaria, 194. tomo 2. B.

Methodus neceſſaria ad expugnandas hæreſes, 317. t. 1.

Methodus interrogandi ægrotos, 197. to. 2. A

Meſſalę Coruini memoriæ amiſſio, 8. to. 1 E

Mexicani per Quippos, tempora, & rationes notant maxima dexteritate, 447. tomo 1. D eorum mores, ibidem, E. Chriſtianis magiſtratibus opus habent, ibidem. a generis humani conſuetudine, & recta ratione abſunt, ibidem. magiſtratuum eorum nomina, ibidem.

Militaris ars num inter Mathematicas numeranda ſit, 253. tomo 2. D. Eiuſdem Inſtitutio unde, 201. tomo 1. D

Michaelis Verrini carmina lectu digna, 471. to. 2. A

Milites quomodo accedere debeant ad hiſtorias perlegendas, 318. tom 2. E

Militis finis, pag 201. tom. 1. C. Idea libri conſcribendi ad eos iuuandos, ibidem. quæ initio his præponenda Qui libri conſcribendi militibus utiles, 204. tomo 1. A, qui ad militiam admittendi, & ab eadem dimittendi, 202. to. 1. B. qualis liber ſcribendus eſſet ad milites informandos, 201. tom. 1. D. è quibus locis petenda ſit materia ad milites iuuandos, 207. tom. 1. C. Elenchus aliquorum, qui de re militari ſcripſere, 208. tomo 1. E. milites aduerſus Turcas quomodo inſtruendi, 443. to. 1. D

Militię Imperatores quales eſſe debeant, 203 to. 1. C

Membra ſpermatica non reſtaurantur deperdita, 218. tom. 2. col. 1.

Mens humana cur à ueritate deflectat, 7. t 1. A

Michael Angelus Bonarota, 548 t. 2. B

Miracula quænam uera, 85. t. 1. D. falſa Deorum miracula quibuſdam Imperatoribus adſcripta cur à ſatana inuecta in mundum fuerint, 551. t. 2. B

Miſſam qui ſperuunt fidei naufragium denique faciunt. 324. t. 1. B

Moſaicarum legum, & Romanarum collatio, 115. tom. 2. E

Ad Moralem philoſophiam intelligendam quę iuuent, 76. tomo 2 E

Mortis Chriſti, & reſurrectionis prænuntiatio; 501. tomo 1. A

Mors quid ſit, & unde, 474. tomo 1. A

Mortificationes in ſeminariis militantibus quales eſſe debent, 205. tomo 1. E

Moſchi difficiliores ſuis Gręcis ad conuerſionem, 269. tomo 1 E qua ratione iuuari poſſint, 270. tomo 1. A

Monachorum uita qualis, 154. tomo 1. B. eorum ſchemata, qualia, 258. tomo 1. C. Monachorum Græcorum abſtinentia ad illos iuuet, 277. t. 1. E

Morbi faucium, 213. tom. 2. col. 2. pectoris, pulmoniſque 214. tom. 2. col. 1. thoracis, 215. tomo 2. col. 1. morbi cordis, ibidem. col. 2. & aliorum morborum per totum, ibidem Morbus gallicus qua ratione contrahatur, 228. tomo 2. col 2. morbi Diuini quinam dicantur, 183. tomo 2. D morbi mecoibianarum, 208. to. 2. col. 2. morbi oculorum, 211. tom. 2. col. 1. morbi aurium qui, & quot, 212. t. 2. col. 1. Morbi naſi, ibid. col. 2. morbi oris, 215. tom. 2 col. 1. morbi dentium, ibid.

Moyſes primus hiſtoriæ diuinę ſcriptor, 55. t. 1. D. Moyſis hiſtoria quomodo ab Hebræis appellata, ibidem. E. primus ſcripta reliquit, 56 t. 1. A. mirificè eruditus, & uerax, 56. t. 1. D. os ad os Dei locutus, ibidem. E. quicquid de Deo, de mundo, de Chriſto, & gentium uocatione ad nos peruenit, ab eo profectum, eſt, ibidem. eiuſdem hiſtoria ditiſſima, & ſublimiſſima, 57. tomo 1. C. qualis politicus, ibidem. E, cur plura ſcripſerit ſub myſticis animalium Symbolis, ibidem. Ab eo theologi gentilium hauſerunt ſapientiam, 58. tomo 1. B, Naturalis hiſtoriæ uerax ſcriptor, 59. tomo 1. A, humanam, & Eccleſiaſticam hiſtoriam texuit, ibidem. Eiuſdem comparatio cum ethnicis ſcriptoribus, & hiſtoriographis, 60. tomo 1. A, Eius hiſtoriæ ſeries, ac modus præſtantiſſimus, ibidem. primus poetices ſcriptor, ibidem. C, character poematum eius quoſuis alios antecellit, ibidem. à Deo, & à Iudęis commendatus, 61. tom. 1. C, primus Grammatices ſcriptor, 62. tomo 1. A, ab eo Coſmographię, & Geographię fundamenta, ibidem. D, eius hiſtoriæ ſcopus, & finis. 57. tomo 1. C. complectitur diuinam, Eccleſiaſticam, naturalem, & humanam hiſtoriam, ibidem. Eius libri ante philoſophiæ ſtudium prænoſcendi, 16. tomo 1. D, Eiuſdem libri certiſſima philoſophicarum rerum principia cōtinent, ibidem. E, primus de rebus naturalibus ſicuti à Deo acceperat, fideliter diſſeruit, ibidem. eius methodus apta hominum captui, 17. tomo 1. A, Nunquam deflectit obtutum, aut calamum à Deo, ibidem. eius legis cognitio quando toto oriente percrebuerat, 113. t. 2. D. primus Geographię ſcriptor, 392. t. 2. A. quomodo a Deo Dux ſuę gentis eſt creatus, 319. t. 2. B

Mundus ingens uolumen, 2. tomo 1. B. eius ſchola ad excolendum ingenium, 5. tomo 1. D, eius principium ex Stoicis, 58. tomo 1. C, eiuſdem opificium arguit opificis ſapientiam, 465. tomo 1. col. 2. Dei prouidentia gubernatur, 468. tomo 1. col. 1. Eius creatio nec fuit æterna, nec naturalis, nec neceſſaria, 494. tomo 1. col. 1. eius creatio unde, ibidem, col 2. eo aliquid eſt ſublimius, 67. tomo 2. A. neceſſario principium habuit, ibidem, falſum eſt ſæpe ortum fuiſſe, & interiiſſe, ibidem. C

Muſæus, 482. B. t. 2

Muſicæ

Muſicæ ordo inter Mathematicas diſciplinas, 556 to. 1. A eius ſubiectum, ibidem. Quid ſit mirum in muſica, ibidem. Scriptores aliquot methodi muſices, 557. tomo. 2. A. à recentioribus præter Euclidem ſcripta fuit, ibidem Sextum D Auguſtini librum de Muſica eſſe legendum, ibidem . contenta ſummarum in eodem libro, 558. tom 2. A. Auctores qui tam de practica, quàm de ſpeculatiua ſcripſerint, ibidem. E. Euclidis liber, ſiue Pappo de Muſica emendatus ea Vaticano, & aliis, ac Latine verſus, adtexitur Libro de Mathematicis, vbi de Muſica agitur, 560. tom. 2.

In Muſica quid ſit Melopœia, 271. to. 2. B. eius partes, ibidem. Modi eius, ibidem. In quo differat à melodia, ibidem, D.

Mythologias quinam ſcripſerunt, 550. t. 2. A. B.

N

NAturalia, & ſupernaturalia dona quando efficaciora 38. tom 1. B naturalia omnia ex elementis compoſita ex tribus principiis oriuntur, 471. tomo 1. A

Naturaliter vnumquodque ſe conſeruare conatur, 487. to. 1. col. 2

Natura rerum exigit temperationem quatuor qualitatum, 474 tomo 1. B Natura, & eius partes 221. tomo 1. B natura & principium naturæ quo pacto differant, 65. tomo 2. B, natura naturans, & naturata quid, 66. tomo 2. B, huius vocis ſignificationes variæ, ibidem. C. natura etiam corrupta, ac deprauata ad mala propenſior eſſe dicitur, ibidem. D. de eius principiis generatim quinam ſcripſere, 68. tomo 2. C. Auctores qui de rebus naturalibus ſcripſere, 96. tomo 2. B, naturæ inſtauratio præter naturæ leges, 97. tomo 2. C, eius lex, non ſufficit ad beatè viuendum, 110. to. 2. D. eius finis eſt Deo hymnum iucundiſſimum canere, 99 to. 2. A, vacuare aut alterare eſt naturæ odioſum, 200 to. 2. D

Nauarrus cur ſuo Manuali præmiſerit præludia 934. tomo 1. B. Vide plura de ipſo in Apparatu Sacro Auctoris huius Bibliothecæ.

Nauigatio Luſitanorum, & Hiſpanorum ad nouos orbes admiranda, 450 to. 1. A

Neceſſitas inſtituendi militum ſeminaria, 204. tomo 1. D

Neceſſitas eſt durum telum 349. to. 1 B

Negotium animarum propriè quieti præponendum, 172. to. 1. D

Neronis inſania, qui ſe coloſſum pingere iuſſit, 541. tom. 1. C

Nicetas Choniates quo tempore exorditur ſuam hiſtoriam, 352 to. 2. C, qualis fuerit, ibidem. ipſe quoque extitit ſchiſmaticus, ibidem.

Nicolai Machiauelli Opera omnia iuſtiſſimè ab eccleſia prohibita, 402 tom. 2. A. eiuſdem errores ibidem, Satanæ fuit organum, ibidem. B Mahometiſmum ſtatuit, 403. to 2. C

Nicephorus Gregoras hiſtoricus quo tempore vixerit, qualis fuerit, 352. to. 2. D. cautè legendus vbi de Fato agit, ibidem.

Nodi hiſtorici in Sacra Scriptura difficiles. 100. tom. 1. B. vnde eorum petenda ſolutio ibidem. D.

Nomina an fortuitò fiant rebus indita. 15. to. 1. E

Nonnus Panopolitanus, 482. & 483. to. 2

Notarii Eccleſiæ Romanæ a quibus inſtituti, 229. tomo 1. A

Notitia rerum naturalium quomodo prodeſt. 58. to. 2. B. notitia Gentilium à quibus prænunciatus eſt Chriſtus, utilis. 109. to. 1. A

Nouitas opinionum in fide, ac pietate inſinuanda damnum affert, 172. to. 1. B

Noui orbis digniſſima conſideratio. 6. to. 1. C

Nouellæ cur dictæ. 137. to. 2. C

Nouitiatus diuerſus pro varia hominum ratione, vel ipſorum temporum, 255. to. 1. E. Trium annorum nouitiatus cur fuerit inſtitutus, 257. t. 1. E. & quando inſtitutus, ibidem

Noui ſemper aliquid diſcere poſſimus. t. 2. D. 57

Nulla facultas animantium caperi valet abſque ſui obiecti adeptione, 484. t. 1. col. 1

Nullum ſcelus impunitum, nullum bonum irremuneratum, 521. t. 1. B

Numiſmata, Vide in Verbo, Emblemata; Varia in numiſmatibus Symbola, 552. tom. 2. A. B. C. D. E. & ſeqq.

O

OBedientia cæca quanti facienda ſit, & primo quid ſit, 261. tom. 1. A. Diuinis litteris comprobatur, & exemplis, ibidem Religioſorum perfectio, ibidem. E. Deo gratiſſima eſt, 263. tom. 1. C. quomodo nunc etiam vrgere debeat, 564. tom. 1. B. ex ea nullum periculum religioſis imminet, ibidem. C. qualis eſſe debeat, ibidem. ſemper ſuperioribus parendum eſt in omnibus dummodo non adſit periculum peccandi, 261. tom. 1. C. primis parentibus iniuncta fuit, 495. tom. 1. col. 2. eius amor, 173. tom. 1. C. eſt animæ ala, & penna, quibus ad cœlum vehitur. 364. t. 1. E

Obiectum intellectus eſt Verum, 476. t. 1. A. obiectum voluntatis eſt bonum, ibidem. obiectum, quid ſit, 11. tom. 2. A

Obſeruanda in Ianſenio quænam, 93. t. 1. C

Occaſio peccati mortalis quæ, 165. tomo 1. B. quorundam peccatorum occaſiones, 162. tomo 1. C. remedia contra peccati occaſiones, ibidem. B

Occidere aliquem quando liceat, & per quem, 509. tom. 1. E

Occupationes ſanctæ quales, 505. t. 1. A

Odæ leges, & ſcriptores earum, 509. E. & 510. A. B. C. D. E. tom. 2

Odæ ſacræ, 511. Ariæ Montani, Horatii Torſellini. Georgii Vitthuſii. to. 2

Officium Principis quinam ſcripſerit, 120. t. 2. B

Ordo Iuris prudentiæ addiſcendæ, 106. t. 2. A

Ordo in docendo maximè neceſſarius, 18. t. 1. B

Ordo præpoſterus vitandus, 172. t. 1. B

Ordines religioſos in Eccleſia Dei Diuinitus inſtitutos ſemper fuiſſe, 250. t. 1. C. eorumdem approbatio, 258. tom. 1. D

Oinoleum an vulneri ſit utile, 181. t. 2 D

Oleum in Vlcere infuſum quid efficiat, 185. t. 2 D.

Omnia nuda, & aperta oculis Dei, 6. tom. 1. E omnia omnibus non conueniunt, 165. tom. 1. A omnes quo modo ſunt amandi, 177. tom. 1. E. omnes finem ſibi propoſitum conſequi appetunt, 250. tom. 1. E. omnia in proprios fines diriguntur a ſuprema mente, 465. to. 1. col. 1: omnium rerum unde accidant interitus, 471. tom. 1 E. omnia quæ contrario carent diſſolui nequeunt, 474. tom. 1. C. omnis humani ſeminis effuſio voluntaria, & actio impudica interdicitur, 510. t. 1. B. omnia creata a Deo in unum conſpirant, 112. tom. 2. C

Onuphrius annos ea Solis, & Lunæ motu colligit. 105. tom. 1. B

Operandi modi duo, 466. t. 1. C

Operari ſacris quid ſit, 224. t. 1. C

Opus an religionis ſit rogare magiſtratum pro reis, 197. tom. 1. A

Opus maximæ pietatis eſt iuuare moribundos, 199. tom. 1. B

Opus naturæ opus eſt intelligentiæ, 66 t. 2. B

Orationum Generis Demonſtratiui Tabula. Deliberatiui, & Iudicialis aliæ ex Iaſone Nores, 284 & 285.

Oratio facienda ante confeſſiones audiendas, 154 t. 1. E

Oratio magnum pondus habet ad perſuadendum, 178. t. 1. B. pro quibus orandum, 180. t. 2. A. orationes variæ ſuis horis a pueris in ſcholis recitandæ, 181. t. 1. per totum orationis ſtudium, 164. t. 1. E

Oratoris præſtantiſſima ſpecies in D. Paulo Apoſtolo ex D. Io. Chryſoſtomo, 589. A. to. 2
Oratorum Ethnicorum, cum Prophetis, & Sacra eloquentia collatio, 587. A. B. & ſeqq. to. 2
Origenes de ſermonis ornatu quid ſenſerit, 501. to. 1. B
Origenes, qui cauſſa ſalutis fuit plurimis miſerabiliter periit, 174. to. 1. D, eius caſus unde, ibidem.
Origo hæreſeos Vbiquetariæ, 397. to. 1. B
Orientalium errores varii, 123. to. 1. C
Orpheus, 482. B. to. 2

P

Pachomii regula de Nouitiatu quomodo exponenda, 256. to. 1. D
Pacis, & concordiæ ſtudium, 185. to. 1. C
Palæſtinæ regionis Ciuitatis Hieroſolymæ, & templi Salomonis notitia neceſſaria, 95. to. 1. B, quiue de eis exactius ſcripſerint, ibidem. Eiuſdem verior deſcriptio vnde, 96. to. 1. E
Papæ qui veri non ſunt Papæ, ſed ſchiſmatici non impediunt legitimam Petri ſucceſſionem, 301 to. 1. B
Pandectæ iuris fontes appellantur, 126. to. 2. E, ſunt elegantiſſimè conſcriptæ, ibidem. cur ita dicantur, 132. to. 2 B, earum partes ſeptem, ibidem. C. prima earum diuiſio, ibidem, B, quid ſingulæ partes contineant, ibidem per totum. Cautiones de altera Pandectarum partitione in Digeſtum Vetus, & Infortiatum nouum, 133. to 2. C, cautio altera de Pandectarum Ordine, inuerſo vel turbato, vel corrupto textu, 134. tomo 2. A, fides Pandectarum Florentinarum, ibidem. C. cautio ad inueniendas in Pandectis leges accommoda, ibidem. E, earum inſcriptiones, 135. t. 2. D
Patres Eccleſiæ columnæ, 133. tomo 1. E. Patrum Africanorum dicto non inelegans, 14. to. 1. D. Patres omnes incorrupti ſunt veritatis teſtes; 231. tomo 1. D. quantopere ſit illis tribuendum, 232. tomo 1. A, cur hæretici quandoque eos laudent, ibidem, C. Quinam patres in primis ſunt legendi, ibidem, D. In eis legendis quinam ordo, ibidem. E. Ex eorum lectione calumniæ hæreticorum ſordeſcunt, ibidem. quænam eorum Opera legenda, 231. tomo 1. B. Eorum vſus aduerſus hæreticos, ibidem. B. In quibus conueniant, ibidem. D. Eorum doctrina eſt cum Eccleſia conſentiens, 293. to. 1. A, cur potius Romanæ Eccleſiæ Epiſcopi, qui ſimul & Pontifices Maximi fuerunt, quàm aliarum Ciuitatum Epiſcopi, aut earum ſucceſſores numerantur, 301. tomo 1. E.
Patres Græci cur Patrem principium Spiritus Sancti vocarunt non filium, 309. tomo 1. C. Quantopere hæreſes noſtri temporis expugnent, 312. tom. 1. E. Eorum firmamenta, 353. tomo 1. C. Sacra Biblia quanto in pretio habuerint, ibidem. ex Scriptura Sacra potiſſimum argumentantur, ibidem; Sanctiſſimam Trinitatem inuocarunt, 386. tomo 1. D. Priſcorum Patrum pietas, atque modeſtia, 388. tomo 1. B, quomodo poſſunt eſſe Scholiaſtæ poetarum, 478. tomo 2. A
Patresfamilias qui non abſoluendi, 160. to. 1 B
Paradiſus terreſtris cur ita dictus, 495. tomo 1. columna 2
Paradiſi Cæleſtis gloria, 525. tom. 1. A
Paraphraſes eleganti picturæ ſimiles, 81. to. 1. A
Parmenidis, & Meliſſi error de primo Principio in ſapientia viget, 469. to. 1. col. 1
D. Paulini Nolę Epiſcopi mirabile pietatis exemplum, 395. tom. 1. A
Paulus Iouius hiſtoricus, 389. to. 2. C. Iuſti Lipſii de eo Iudicium, ibidem.
Paulus IIII. Pont. Max. quid optimè decreuerit aduerſus Iudæos, 440. to 1 B
Paulus Oroſius hiſtoricus quo tempore vixerit, 383. tomo 2. D. Accuratè contra ſuperſtitiones gentilium ſcripſit, ibidem. fuit D. Auguſtini Diſcipulus, ibidem.
Pauperes cur elegit Deus ad legem Diuinam mundo promulgandam 518. t. 1. A
Peccator tandiu ſcelerum labe polluitur, quamdiu peccandi voluntatem non abijcit, 488. tomo 1. columna ſecunda.
Peccatum originale cauſſa eſt ignorantiæ. 84. tomo 2. A
Peccati labes, 7. to. 1. D. non omnia peccata ſunt paria, 145. tomo 1. B eius grauitas eſt explicanda. ibidem. quinam de ea ſcripſerunt, ibidem.
Peccatum mortale progreſſum in animalibus lucrandis impedit. 173. to. 1. A. peccatorum noſtrorum conſideratio. 173. tom. 1. B. peccatum contra naturam cur execrandiſſimum ſit. 486. to. 1. col. 2. procreationem impedit. 487. tom. 1. col. 1. ſimilitudo, qua fœdiſſimi huius peccati fœditas oſtenditur, ibidem. Peccatum primorum parentum non eſt nobis remiſſum gratis, tom. 1. col. 2. 502. peccatum lucem naturæ ſubtrahit. 14. tomo 2. D. eſtque cauſſa morborum, 507. tomo 2. col. 1.
Perſonæ ad quas legationes mittuntur quęnam eſſe debeant. 245. to. 1. D. earum officia in legatis excipiendis, ibidem. In perſonis ipſis quid conſiderandum. 21. to. 2. C
Perſonæ Diuinæ æquè ſunt adorandæ. 494. to. 1. col. 2.
Petri Andreæ Matthioli in Dioſcoridem labor perutilis medicinam profitentibus. 186. to. 2. B
Petri Fonſecæ in Metaphyſicen Ariſtot. Commentarij 16. to. 2. E
Petri Martinez Commentarii in Ariſtotelem, 16. tomo 2. C
Petrus Eremita auctor belli ſacri. 173. to. 1. D
Petrus Faber unus è decem Societatis Ieſu fundatoribus. 323. eiuſdem epiſtola de modo agendi cum hæreticis, ibid.
Petri Thyræi Societatis Ieſu theſes pereruditæ de ſanctiſſimæ Trinitatis imagine, 413. to. 1. B
Philoſophię ſtudium num ſit reiiciendum ob incertas philoſophorum ſententias, 9. tom. 2. C. utilitates illius teſte D. Auguſtino, ibidem, E. eius neceſſitas, 10. tom. 2. B. quid Philoſophiæ nomine deſignetur, 9. tom. 2. C. duplex Speculatiua, & Practica, 10. B. tomo 2. practica eſt duplex. actiua, & factiua, ibidem. C. inter eius diuiſiones duæ ſunt cæterìs præſtantiores. 12. tom. 2. B. eiuſdem finis, ibidem. C. eiuſdem origo vnde, 13. tomo 2. C. Philoſophiam docturi expedit maxime, ut Theologiam didicerint. 14. tomo 2. E. Vltra quinquennium in publicis Academiis cuinam non vacandum. 18. tomo 2. B. Eædem Academiæ, quomodo purgandæ, ibidem. In duobus charitatis præceptis uniuerſa philoſophia continetur ex Auguſtino, 20. tomo 2. E comparatio Diuinæ philoſophiæ cum humana. ibidem; quæ nuda & pauper vixerat philoſophandi a Theologis in patentes, & uberes campos eſt adducta. 52. tomo 2 D. quantopere iuuetur à Theologia, ibidem. Iuriſperito apprime neceſſaria. 157. tom. 2. E. eademq; Theologiam iuuat. 126. to. 1. D
Philoſophi hæreticorum patriarchæ dicuntur à Tertulliano, 10. tom. 2. error aliquorum unde. 14 tom. 2. E. Scopus ipſorum, 15. tom. 2. A. Gentiles vbi planè elingues, & muti ſint, ibidem. C. Futilia philoſophorum argumenta contra fidem ſoluenda, 17. to. 2. In eorum opinionibus noſcendis utilitas, & cautio, 18. tom. 2. C. Quinam eorum Vitas ſcripſerunt, 19. tomo 2 B. Quinam, & quales philoſophi fuerint ante Ariſtotelem, noſcendum. 20. tom. 2. B. Duplex eorum genus, 24. tom. 2. B. Philoſophi aliqui antiqui Diuinam Scripturam legerunt, 58. to. 2. A.
Philoſtratus Lemnius De imaginibus, quive in eum ſcripſit 541. t. 2 D.
Pindarus, & alii Græci Poetę Lyrici, 490. D. E. to. 2.
Phocylides Græcus Poeta quomodo legendus, aut exponendus, 494. C. D. t. 2.
Photii Bibliotheca qualis. 277. tom. 1. D. Eiuſdem Iudicium De Operibus Aeneſidemi Pyrrhonii. 39. tomo 2. A.

Picardica ſecta qualis, 350. to. 1. A, Picardi ſæpe in rebus fidei variatunt; ſuut indoctiſſimi. eorum errores, ibidem. De Bapriſmo varii eorum errores, ibidem. Eorum confeſſio anno 1574 edita, 341. tom. 1. B, ſibi ipſis contradicunt, 342. to. 1. D, conati ſunt ſuas tegere ſordes, 343 to. 1. B, omnes alios damnant, qui ab eis non ſtant, ibid. Ecquid de ſua ſynagoga glorioſè ſentiunt, 344. to. 1. A. Qui ad eorum ſectam accedunt iterum baptizabantur, ibid.
Pictorum errores, 544. to 2 D. E
Pingendus quomodo Chriſtus Crucifixus, 544. tomo 2. E
Pictura ſimilis Poeſi, eius finis, Præſidia unde, 539. tomo 2.
Pictura laſciuarum rerum damnabilis, 547. to. 2. B C. D. à Philoſophis quoque prohibita, 548. to. 2. D
Pictura gentilium idolorum abiicienda, ibid.
Picus hoc eſt Ioannes Picus naturæ miraculum, 9 t. 1. C
Pietas ad omnia ualet, 158. to. 1. E
Pingendi quinam præcepta tradiderunt antiqui, & recentes, 540 tom 2. & 542. tom. 2. B. C. D. E. & 543. & ſeqq.
Pingendi quomodo latrones apud Crucifixum, 544. t. 2. D, quomodo martyres, 545. to. 2. C. quomodo aliæ imagines ſacræ pingendæ, 545. per totum caput 35. lib 17. & cap. 36. eiuſdem libri. 546. to 2
Pius Secundus, Pont. Max. 316 t. 2. A
Piſcium hiſtoriam quinam ſcripſere, 100. to. 2. C. De ingenio, ſiue natura piſcium Marinorum, & fluuialium quinam ſcripſerint, ibid E
Plato aureum eloquentiæ flumen, 14. to. 1. A. eius ſtyli præſtantia, ibid. In eius tamen doctrina uenenum à Patribus antiquis eſt repertum, 24. t. 1. C. In Moſayca doctrina uerſatus quidem, at multum lapſus eſt, ibidem, ex Moyſe Deum appellauit, 58. to. 1. E. Quænam ei obiecta, to. 2. 21. E, ex eo Philoſophiæ diuiſio, 23. to. 2. B, quibus de rebus in utramque partem diſſerit, ibidem, C. Eius laudes, 22. t. 2. E, quænam primo concipienda accedentibus ad eum, 25 tom. 2. B. fuit Pytagoræ diſcipulus, ibidem. Vnde nam multa, quæ pietatem ſapiunt, hauſerit, ibidem. C. cur innumeris erroribus eius ſcripta ſint reſperſa, ibidem. Eius libri de Republica appellantur, De uirtute a D. Ambroſio, ibidem. E, ex Moyſe quænam ſumpſerit, ibidem. In quibus rebus agat problematicè, 23. t. 2. C. Quænam ſumpſerit ex Eſaia, 26 t. 2. A, quæ item ex Salomone, ibidem, B. Totius Operis de Republica argumentum vnde ſumpſerit, vt aliqui ſentiunt, 25. to. 2. E, In quot partes philoſophiam diſtribuat 24. t 2 A, Eius Dialogorum partitio ordinatior, ibid. E. Rerum tractandarum ratio in eius Dialogis, ibid. dictio, forma, & figura loquendi in ipſo 29. to. 2. D, excelluit in omni genere diſſerendi per interrogationem, & reſponſionem, ibidem. E, cur allegoriis ſit vſus, ibidem. eius Interpretes quinam, & quales, 51. to. 2. E. Quinam eum cum Ariſtotele conciliare tentauerint, aut ſunt polliciti, 38. t. 2. A, Ab eius Interpretibus interdum malè explicatur, 32. t. 2. A. cautio de eius interpretibus. 51. tom. 2. C. Eius leges quales, 108. t. 2. A. Deum vnum eſſe affirmat, ibidem. C. Eiuſdem Reſpublica, 121. to. 2 D
Placillæ Theodoſii Imperatoris coniugis mira in ægrotis viſendis pietas, 205 to. 2. C
Plantarum duplex genus ex Theophraſto, 97. tomo 2. A, non omnibus plantis culturæ conducit, ibid.
C. Plinii Interpretes, 98. tomo 2. B. eſt in aliquibus plane deteſtandus, ibidem. C circa Mundum mirificè lapſus eſt, ibidem. nolens, ortum, & interitum mundi innuit, ibidem. D. ante eius hiſtoriam liber de utilitate credendi, qui ſcriptus eſt à D. Auguſtino, perlegendus eſt, ibidem, E. Quænam in ſingulis libris eiuſdem hiſtoriæ contineantur, 99. tomo 2. D. Moyſen factionis Magicæ neſciens quid dicat facit auctorem, ibid. C
Plutarchus infeliciter, 349. tomo 2. A, non æquus iudex inter Græcos, & Romanos. Quænam extent eius hiſtoriæ, ibidem.
Poetæ Epici antiquiores, 495. D. E. to. 2. & 508. & 509. to 2 & Lyrici ibidem.
Poetarum Elenchus, qui vel de rebus ſacris, vel certè haud obſcænis ſcripſerunt: Qui ve de recto Poeſeos vſu egerunt, per ſeriem Alphabeti, 520. vſque ad pagi. 529 to. 2
Poetices origo vnde, 473. t. 2 D cur Poetica ſit dicta, ibidem, eiuſdem diuiſio, ibidem. E, vera, & falſa Poeſis quænam, ibidem. Diuina poeſis, ibidem. Naturalis, & Moralis Poeſis, 474. tomo 2. A, non eſt ſola imitatione metienda, ibidem. D Veræ poeſeos laus, ibidem, E. cauſſæ cur Auctor Apparatum ad poeſim delineauerit, 476. tom. 2. D. Quattuor loci communes poetici apparatus, ibidem. C
Poetæ quis debeat eſſe ſcopus, 474 t. 2. D, Quid requiratur in Poeta, ibidem. D. Quomodo legendi poetæ, 475. tom. 2. E. Verba quædam poetarum magis portenta, quam verba ibidem. Prima cautio in legendis poetis, ibidem C. ſecunda, tertia, & quarta cautiones in poetis legendis adhibendæ, 476. tomo 2. per totum purganda ſunt in Poetis, quibus eſt admixtam obſcænitas, ibidem. E, quomodo ab adoleſcentibus ſunt audiendi, 480. to. 2. E
Pomponius Gauricus de Sculptura, 541. E to. 2.
Pomponius Lætus de Iuris origine cur utilis, 107. tomo 2 E
Politici quinam, & in quibuſnam poſſint labi, 116. tomo 2 C
Polybius antiquus, & prudens Romanæ hiſtoriæ ſcriptor. 345. tom 2. B. quo anno floruerit, ibidem. quænam eiuſdem hiſtoriæ extant, ibidem.
Polycleti norma, 117. to 2 C
Porphyrii Iſagoge à Scholis ableganda, 51. to. 2. B
Pœna æterna quibus infligenda, to. 1. D
Pœnitentiæ peccatis quomodo reſpondebunt, 164. tomo 1. E. blaſphemis quænam iniungendæ pœnitentiæ. 165. tomo 1. A, cur neceſſaria pœnitentia peccatis abolendis, 488. tomo 1. col. 1. cum ad eam credit quid peccatori faciendum, 488. tomo 1. colum. 2. eius neceſſitas, 502. to. 1. col. 2. lauacro perſimilis, 514. tom. 1. C
Pontificum Romanorum ſucceſſio certiſſima Eccleſiæ veræ nota, 301. to. 1. A
Pontificem maximum non eſt ſatis vocare epiſcopum Romæ, 226 tomo 1. B. Pontifices Maximi plerique ferme omnes fuere martyres, primos trecentos annos, 171 to 1. A
Præceptor quomodo auditores afficere debeat, 133. tomo 1. B
Præceptum, mandatum, & Iudicium non ſunt idem, 237. tom 1. B
Prædeſtinationis eſt ſignum Scripturas ſacras euoluere, 82. tom. 1. C
Præfecti ſeminariorum quænam præſtare debeant, 234. tomo 1
Prædictio eorum quæ Dominus fecit, 517. to. 1. A
Prædicamenta Ariſtotelis quid conferant, 61. tomo 2. C
Presbyterorum quodnam ſit proprium munus, 215. t. 1. B eorum officia, 254. to 1. D
Principi adoleſcenti prius quam hiſtoricæ lectioni ſe dedat, quid ſit proponendum, 322. to. 2. B
Priſci Scriptores ſua ſcripta emendarunt, 47. to 2. C
Primum principium eſſe unum intelligentia præditum, 466. t. 1. C. de primo principio ſententiæ tres, ibidem, Principium quale Iaponii faciant, 46 t. to. 1. C. Intelligentia viget, 463. to. 1. col. 1 perfectum eſt, ibidem. col 2. contra negantes primum principium, 464. t. 1. quomodo ſapientiſſimum, ibidem. huc in rebus creatis deueniendum eſt, ibidem. col. 2 quomodo intelligat, & operetur, 466. to. 1. D. de eo vera doctrina, ibidem. eius perfectiones, 467. to. 1 A. non eſt idem cum rebus ipſis, 469 to. 1. ſed omnium rerum ſubſtantia, 470. to. 1 col. 1. an uniuerſa ſint una, & eadem res cum primo rerum principio, ibidem. eſt ſubſtantia omnium nobiliſſima. ibidem. col. 2. Vera de primo principio ſententia. 472. t. 1. D

Proceſſionem eſſe in Diuinis probatur,493.tom.1.col.2. exemplum pulchrum, quo proceſſio deſignatur.494. to.1.col.1. quomodo fit proceſſio Spiritus Sancti.ibid.

Profeſſio fidei Catholicæ à Græcis, & Rutenis quomodo facienda.270.t.1.C

Promiſſio Domini ſummi momenti.515.t.s.C

Proba Falconia,502.to.2.D

Probatio antiquitus fieri ſolita in religioſis ordinibus, 55 5. to.1.E. Eius tempus olim incertum, 256.to.1.B. apud monachos antiquitus tempus probationis ibid. D.eiuſdem tempus, & annus, 257.to.1.E. biennium probationis, 258.t.1.A pro variorum temporum, locorum, & perſonarum ratione variata eſt profeſſio, 258. to.2.B. quando tempus breuiabatur, 259.t.1.C. Cauſſæ dilationis, & contractionis eiuſdem,259. tomo 1.E

Profitiones modales cur Ariſtoteles tractauerit,61.t.2.D

Proſper Martinengua,485.E.t.2.eius Theotocodia Græcè, & 488.A to.2

Prouerbia Eccleſiaſtes, eccleſiaſticus, ſapientia libri Salomonis, Epicteto,Iſocrati, & aliis præferendi, 183. to 1.D

Prouincia quid ſit apud Romanos, 120.tom.2.D. ibid.E

Pſalmorum numerus, & ordo,11 t.t.1.A. eorum materia quænam. ibid. C. cur ordo in ipſis non ſeruetur ibid. B. eorum argumentum eſt Chriſtus Deus, & homo, ibidem.C.metricè fuere ſcripti, commendatio. verſio,& eorum obſcuritas.ibidem. E. Eorum auctores, 12.to.1.A.omnes pſalmi auctore Spiritu ſancto ſunt editi,ibidem.D. Eorum nomen unde, ibidem. eorum Encomium,234.to.1,E. eorum Tituli, unde & intelligendi,235.t.2.B

Ptolemæus noluit, ut ſuis hypoteſibus omnino fides adhiberetur,48 t.2.B

Pueri quomodo audiendi in confeſſione ſacramentali, 156.t.1.E.quomodo eis communio tradenda,157.t.1, A.portio Domini appellantur, 175.to.1.D. In eorum animia quid maxime imprimendum,184.to.1 B quomodo in officio continendi,179.to.1.D.damnum pueris ea Virgilii lectione.200.t.2.A

Puncta Hebraica quando fuerunt inuenta.68.to.1.A

Q

QValitates diuerſę ſunt in corporibus hominum, & Brutorum,485.tom.1.col.1. qualitates actionum quænam.117.t.3.B

R

RAbbi Moyſis errores præcipui,95.t.2.D. Ariſtotelem cui ſimilem faciat, ibidem. Sanctiſſimam Trinitatem negat,& circa Dei perfectiones lapſus eſt, ibidem. circa motum cæli,ibidem.circa Diuinam prouidentiam,ibidem. circa actus humanos,ibidem. corpora cæleſtia poſuit animata, eaque animalia rationalia appellat, ibidem.E

Rabbini quomodo aduerſus Hebræos citandi, 438. t.s. E.maxima circumſpectione verſandi, 69.to.1. C,& 76.to.1. B eorum errores circa ſeptuaginta interpretes, 66.to.1.E

Rabbi Kimhi indoctus à Iudæis habitus,67. t.1. E

Raphael Vrbinas, 142. to.2.B

Ratio condendæ Bibliothecæ Auctoris,156.to.2.A,Ratio ſcholarum, & gymnaſiorum,quibus præſunt viri religioſi, 34. t.1. D. ratio admittendi Scholaſticos ad collegium Romanum Societatis Ieſu,37.t.1.D.ratio interpretandi Diuinam Scripturam Latinè,70.t.1. A. ratio ſtudiorum Diuinę Scripturę,73.t.1.B.Ratio multiplex explicandi ſacra volumina ea Siato Senenſi, 92.to.1. C. Ratio omnium optima ſcribendi hiſtoriam,57.t.1.A. ratio ſuſcipiendi negocii ſalutis animarum. 169.t.1.B.Ratio agendi cum Græcis, 280. to.1.C.Ratio diſputandi cum hæreticis,322.to.1. E. Ratio certa ſiniendarum controuerſiarum inter Catholicos,& proteſtantes,330 t.1.D.Rationes probantes à Deo mundum conſeruari,ac regi,467.t 1. col.1. rationes probantes decentiam Incarnationis, 508. to.1.D. Rationes probantes cur Dies extremus futurus ſit,521.t.s.C. ratio quęnam in diſceptando inſtituenda,21.t.2.A. Ratio ſtruendi, & fundandi ædificia,291.to.2.A

Religio Chriſtiana quibus argumentis ſit ab Euſebio monſtrata 74.t.1.B

Religionis partes quot, 231 t.1. A. Eiuſdem perfectio conſideranda,260.tom.1.C

Religioſorum ſtatus in veteri lege,255.t.1. C, eorundem ſtatus in lege noua,ibidem Diuerſa officia eorundem,& Monachorum. 154. to.1. A. ante annum decimum octauum ne quis ad religionem admitteretur cautum eſt,258. t.1.D eiſdem diſcretio quantopere neceſſaria,259.to.1.A, eorundem præcautiones, 260.tom.1. E, quomodo humilia officia exercebant, 261.to.1 A

Religioſi,vel clerici ad Turcas commeantes quomodo præmonendi,445.to.1.B

Reipublicæ Iudæorum ſtatus quando prænoſcendus, & vnde 98.t.1.A

Rerum humanarum inconſtantia,102. to.1. D

Rerum aliquarum vnde citius interitus.

Regula Lesbia Melanchthon,372.to.1.D

Remedii quantitas ex morbo, & ex conditione ægroti eſt ſumenda, 100.t.2.B

Renuntiantibus ſeculo perſeuerantiæ virtus tribuitur à Deo,252.to.1 B

Res ſingulæ reſoluuntur in ea principia,ex quibus conſtant,472.t.1.E

Res alterius vitæ ſciri nequeunt, ſed credendæ ſunt, 492.to.1.col.2.res partim corporales,partim ſpirituales,493.to.1.col.2.Res bifariam diuiduntur,147.to.2

Reſponſa prudentum factæ ſunt leges,145.t.2

Reſurrectio mortuorum,& Iudicium extremum, 519. t.1. B.rationes reſurrectionem probantes,423.t.s. D. eius Veritas, 524 t.1.D

Rhetores quinam Græci,Latini, antiqui, recentiores, qui ve de Rhetorica Chriſtiana egerunt noſtra ætate,atque adeo ante illam, 580.& 581. 582. & 583. tom.2.

Rituum ſacrorum auctores 238.t.1.C.239.t.1.B

Robertus Cardinalis Bellarminus contra hæreticos qua methodo ſcripſerit, 319.to.1.D.quid in unoquoque tomo ſuarum controuerſiarum contineatur, ibid.

Romulus poſt mortem Deus habitus à Romanis, ſed vaniſſimè, 110. to.2.B

S

SAcerdotes,& Epiſcopi veri qui nam ſint, 287. t.1, B. Sacerdos ab omni auaritiæ ſuſpicione abeſſe debet,165.t.1. B. Sacerdotis munus quale in Caſtris, & exercitu,319.t.2.D.Sacerdotis dignitas unde, 147. tom.1.E

Sacramentorum frequētatio bonis quoque artibus percipiendis perutilis,184.t.1. D.eorum vſus, ad omnia Sanctus,& fructuoſiſſimus,136 t.1 E.eorum efficacia, 513 t.1.C.eorum frequentia ad Diuinam legem exequendam præſentiſſimum auxilium.ibid.

Sacræ Scripturæ certitudo vnde 84.to.1. E.eiuſdem nomina,51.to.1.C.non procedit Sacra Scriptura vt aliæ ſcientię,52. t.1. E, per quos ſeruari eam Deus voluerit,ibidem.quanam item lingua poſteris mandari,53. t.1.C. Iuſtiſſimè omnib. aliis gentilium antelata, 53. t.1.E.Hebraica lingua in Diuino Codice nō eſt omnino deprauata, 63.t.1.E.eiuſdē Verſiones ea Hebræo quot, 65.t.1 E.Quod in ea non intelligitur eſt honorandum,75. t.1.D,prima eſt amanda, deinde ei ſtudendum, ibidem E. Ad eam Intelligendam quinam auctores commodi, 76.t.1. B. Quid contineat, ibid. E,linguarum peritiam requirit,ibidem. B, eius dignitas, & utilitas,82.t.1.B.eam diſcendi modus,83. t.s. B.Quis ſit D.ſcripturæ inimicus, ibidem. & quanta eius eloquentia, & efficacitas, & ſublimitas, ibidem. ex naturis rerum fabricat ſpeculum quo diuina repræſentātur,84.t.1.A. ei a fidei hoſtibus intentata deſtru-

ctio

ctio ſemper euaſit irrita, 86.t.1.C. eius finis, ibidem D. eius profunditatis, & obſcuritatis cauſſæ, ibidem. euſdem obſcuritatis aliæ cauſſę, 88.t.1.C. eius ſenſus multiplex, & canones, & ſcriptores ad eam aſſequendam, 89.t.1.B. eiuſdem ſenſus unde petendus, ibidem. eius Encomium, ibidem. C. Duo præcipua cauenda in ſcripturis legendis, 90.t.1.A. Antiquorum, & recentiorum ſcripta quęnam ad myſticos D. ſcripturæ ſenſus eruendos conferunt, 91.t.1. A. eius Epitome unde petenda, 99.t. 1. D. eius notitiæ neceſſaria temporum ratio, 112.t.1. B. cum agitur de legum origine in eam eſt inſpiciendum, 111.t.2.A
Sacrificium genera uariis unde excogitata apud Iaponios, 483.t.1.col.1
Salomon omnibus ſapientibus huius Mundi ampliorem & certiorem doctrinam habuit, 20.t.2 B
Salmanticenſis Academiæ laus, leges, mores, & Ratio Studiorum, 52.t.1.A
Samaritanus in Euangelio quare uſus ſit oleo in ſanandis uulneribus, 185.t.2.D
Sanctes Pagninus uniuerſam penè ſcripturam myſticè exponit, 90 t.1.E. Inter eius Iſagogen ad ſacras litteras & Laureti Syluam allegoriarum, diſcrimen, 91. tom.1.D
Sanctorum ſortitio, 185.to.1. A. ſancti omnes qui ſunt in cælis eandem cum noſtra fidem habuerunt, 192. tom. 1. B
Sapientis quando ſimul cum Religione colligitur, 8. to. 1. A. Sapientia Dei ubinam maximè eluceat, 374. tom. 2. B
Sapientes, ac ratione utentes facilius linguas diſcunt. 13.t. 1.B ſapientis officium quale, 446.t.1. C. eiuſdem eſt ordinare, 12 t.2.D
Sedes Apoſtolica eſt ut de omnibus, ſic de iuris doctis Gręcis benemerita, 284.t.1.E
Schiſma quomodo ſit hæreſi grauius, 127.t.1.E
Schiſmatici non poſſunt ſaluari, licet quæ ad fidem pertinent omnia credant, 286.t.1.D
Scientiæ a quo manarunt, 3. tom. 1. C. ſcientię Diuinæ uis admirabilis, ibidem, organa extrinſeca ſcientiæ, 17.1.1.A
Scientia, & bonitas requiſita ad ordines ſacros rectè ſuſcipiendos, 147.t.1.E
Scholaſticę quinam olim, 215.t.1 E
Scotiæ Regnū quo ſeculo Chriſtianam religionem coluit, 454.t.2.A. eiuſdem regni termini, ac fines, ibidem. Quinam fuerint à ſancta Apoſtolica ſede miſſi ad illud Regnum ab hæreſi præſeruandum, ibidem. E. Quonam tempore in fide nutare cęperint Scoti. 455.t.2.A monentur a ſummo Pont. de recta Paſchatis celebratione, ibidem. D. Plurimis ſanctis uiris abundarunt. ibidem, per totum. nonnulliſque eruditiſſimis uiris, 457.tom. 2. D. Scotorum fortitudo dum Catholica religio floreret, ibidem. Initium hæreſeos hoc ſeculo in Scotis unde, 458.t.2. A. pro Scotis ſeminarium erectum a Gregorio xiii. Pont. Max. ibidem. B
Scriptio librorum qualis eſſe debeat, 43 t.1.D. utilitas ipſius, 43.t.1 E
Scribendi modus quinam, 44 t.1.D
Scriptores uariarum, lectionum Miſcellaneorū, Dictionariorum Theſaurorum, 592.t.2
Scytharum, & Aegyptiorum diſſidia, 294.t.2
Fr. Sebaſtianus, qui Chriſtum in monte aureo Romę pinxit, 543.t 2 A
Seminariorum leges unde, 236.t.1. D. ſeminariorum tria genera, 216.t. 1.B eorum alumni quâtopere etiam hoc nomine D. bonitati debeant, 218 t.1. D. eorum meditationes proprię, ibidem. eorum erectio pietatis ſanctę Apoſtolicę ſedis argumentum, 219.t.1.C. ſeminariorum quinam finis, ibidem. Spiritus Sancti afflatu Tridentina Synodus ſeminaria inſtituit, 31.t.1 B. hoſtis generis humani conatus ad eadē euertenda, Quanam ratione obuiam itum ſit Satanæ hac in re, 39.t. 1. C. examinandi qui ad ſeminaria ſunt admittendi, 204. t.1. E eorū alumni quibus uirtutibus aſſueſaciendi, 205.t. 1. C. Nocte quomodo quieſcere debeant, ibidem, ad ſeminaria mulieribus nullus pateat aditus, ibidem. clericorum ſeminaria olim in Epiſcopatibus inſtituta, 215. t.1. C. ſummum monumentum in eis poſitum, ibidem, à Tridentina Synodo reſtituta, 216. t.1. A. Regulę, in eis ſeruandę, ibidem
Seneca, & de eo iudicium. 568.D.E.t.2
Senſus ſciendi igniculos excitant, t.1.2.B. ſenſus exteriores quot, 13.t.2. C. ſenſus communis cur ibidem, E, ſenſus interni quot. ibid. D
Septuaginta Interpretum verſio, 66.to.1.D. non ſemper uertunt ad verbum. ibid. E. cur in uertendo rectiſſimè inceſſerunt, 69.tom.1. A. Eorum ſcriptura oſtium ad Chriſtum Dominum. ibid. to.1. C. Ratio diligentiſſima adhibita in emendanda ſeptuaginta interpretum uerſione quæ fuerat vitiata ibidem. E. aliquid de ſuo addiderunt, 57 t.1 B. unde orti. 63.to.1.B. ab eis numerus ſeptuaginta duo diſcipulorum ſumptus, ibid. quales eſſe debebant; & quales eligebantur, ibid.
Seruius pſeudo Monachus Mahometis ſocius. 319. tomo 1. B
Sermo de virtutibus, de morte, ac de inferno quando utilior cum hæreticis, quàm argumenta, 324.t.1.D.
Serui Dei citius morientes, diutius uiuunt, 171. tomo 1. C
Sextus Ruffus hiſtoricus quid ſcripſerit, & quo tempore floruerit, 28 1.t.2. C
Sextus Aurelius Victor corrigendus eſt, 283.t.2.B.
Sextidecimi ſeculi accurata conſideratio. 6.t.1. B. Id fuit tamquam ſchola Diuinę ſapientiæ uberrima, ibid.
Sibyllarum oracula æſtimanda, 421.t.2 B
Signa, quæ ab Ethnicis, & antiquis Romanis gerebantur in bello, 553.to.2. B, C, D. Quænam à Chriſtianis geſtanda ſunt, ibidem. De Labaro Conſtantini Magni, ibidem.
Simulachra Ethnicorum non ſaluabant illos, ſed ſaluabantur, hoc eſt cuſtodiebantur ab illis, 449.to.2.E
Sinenſes Indorum præſtantiſſimi, characteres habent quibuſuam ſimiles, 447.to.1.B. De eis quinam verius ſcripſerint, 452.t.1.B. Quomodo ſint iuuandi, 453. t.1.C. a Scythis premuniut, ibidem. Eorum Regni termini; & uera Deſcriptio, ibidem. Soli fertilitas. ibidem. Mores. ibid. Habitus qualis, 454.to.1.B.D. Magiſtratus quales, ibid. A. Mira apud illos piſcandi ratio, ibidem C. qua ratione animum excolant. ibid. D Initium libri cuiuſdam Sinenſium. 435.10.1.A. Quot uirtutes ponant, ibid. B. Eorum prudētia dignoſcitur; & quomodo, ibidem. C. Sacerdotes ſuos contemnunt, ibid D. Idola ſua paruifaciunt, ibid. E. ad Religionem Chriſtianam ſunt propenſi. 456.tom.1.A. eorundem ſacerdotum vanitas, ibidem. ab uno Rege pendent, ibid. Quibuſnam modis potiſſimum iuuentur. ibid. eorum Catechiſmus à Michaele Rogerio editus quid contineat, ibidem. erga Decalogum videntur affici, 457.to.1. A. pecuniæ ſunt auidiſſimi, ibid. C. piis operibus excitantur, ibid. Quomodo inter illos Chriſtiana religio ſit propaganda, ibid.
Singultus à ſiccitate, & humiditate, atque à phlegmone interna, 217.to.2.col. 2
Sixti Senenſis Bibliotheca ſancta, quænam contineat, 232.to.1.D
Spiridionis factum, ac dictum, 216.to 1.D
Somnia quænam haud probanda, 41.t.2.E
Subſtantia quid ſit. 11. tomo 2. Eiuſdem diuiſio. ibidem.
Spiritus Sanctus procedens à Patre, & Filio quomodo, 82.to. 1.D. idem pluribus auctoritatibus oſtenditur, 104.t.1.A. eiuſdem proceſſio ab utroque comprobatur Patrum auctoritatibus, ibid. Hoc ipſum ſenſerunt Patres antiqui Græci, 305. t.1. D hoc etiam Patres Latini, & Afri, ibidem. illud idem rationibus oſtenditur. 306.t.1.E.
Specula claſſem comburentia quæ. 251.t.2.B.
Societatis Ieſu ratio in iuuanda re Chriſtiana. 34.t.1.E. Ratio in eius collegijs. 35.t.1. B. plures eiuſdem Inſtituti Romam uocatur ad ſtudia ibidem: eorum induſtria, & ſolertia in erudiendis adoleſcentibus, ibidem. D. eiuſdem. Societatis conſtitutiones, 36. t.1.A. quænam cultura adhibeatur colendis ingenijs

in

lo eius collegiis, 37.t.ſ.C.
Socratis tempora quæ 58.t.1 B eius Oratio, 46.t.1 E moritur, quòd Vnum Deum profiteretur. unde unius Dei notitiam hauſerit, 25.t.2 C.
Sodalitates piæ quæ, & præcipuè ſcholaſticorũ, 184.t.2. B leges quales, ibidem. ſodalium conuentus qui. 185. to.1. B. qua ratione in ſodalitates admittantur, ibid. D. quomodo ex ſodalitate ſodales emitti poſſint, 186 tom.1.A. Sodalitatum eligendi Præfectum ratio, ibidem. D. Eiuſdem ſodalitatum præfecti officium quale, ibidem. officium conſiliarij, ſuperioris, & inferiorum, 187.to 1 A. & C.
Somnus grauis, falſus, naturalis, cataphora, & veternos quinam, 208.t.2.col.1. Somniculoſi affectus cauſſa. ibid. col.2.
Statuæ quibuſnam Romæ decernebantur. 548.to.2. B. nudę ſtatuæ à Satana inuectæ, ibidem. E. Deus primos parentes poſt peccatum veſtiri voluit, 549. tom.2.A
Status quid ſit, 148 t.1.D
Stoici quid de Virtutibus ſenſerint, 109.t.2. A
C. Suetonius prudens hiſtoricus, & verax, 38 1.tom.2.B. eius ſcripta qualia, ibidem.
Suidas hiſtoricus de hiſtoria eccleſiaſtica pleraque attigit ſed & legendus eſt Apparatus ſacer Auctoris in Verbo, Suidas. 355.to.2.E
Sulpitii Seueri Epitome quid conſideratione dignum contineat, 222. to.1.D
Summa Sancti Antonini. 144.to.1.B
Summæ caſuum conſcientię alphabeticæ non legendæ à principio. 144 tom.1.B. Summa Caietani de Caſibus conſcientię laudatur, 147.to.1.C
Superbia Mater hæreſum. 297. tomo 1. A. & 358. tomo 1.A
Syluester Aldobrandinus Clementis VIII. Pont.Max. parens ad Inſtitutiones Iuſtiniani ſcripſit, 126.t.2.A
Symptomata in triplici ſunt differentia, 195.t.2. C. quid in quolibet ſymptomate conſiderandum, ibidem. à Medicis in conſultatione accuratè deſcribenda, ibid. E. ſymptomatis natura explicata, quid ſit faciendum, 196. t.2.C
Syria regio non vna, 442.to.2. Vtriuſque fines quinam. ibidem.

T

TAbula Scholaſtica. 521.to.1.A. Tabulæ Iuris. 142. tom.2.D
Talentum Ægyptium quid, 359.to.2.C
Tamerlanus quo nomine à Turcis appellabatur, 229. to.2. A
Temporis occaſio in rebus arduis, 169 to.1. C
Templum Salomonis à Deo prohibitum, ne ædificaretur, 40 to.1.B. Eiuſdem abſolutior notitia unde, 97. tom.1. C. Eius ſtructura, in qua cunctæ architecturæ leges elucebant. 285.tomo 2. D. Eiuſdem myſtica ſignificatio, ibid.
Thaletis Mileſij tempus, & Vita, 58.to.1 B
Theatrum Terræ Sanctæ à Chriſtiano Adricomio quale & vnde. 96 to.1.A
Theatrum vitæ humanæ ab hæreticis congeſtum. 298. tomo 2. C. non niſi expurgatiſſimum eſt legendum, ibidem. E. Eiuſdem eſpurgatio, 399. tomo 2. per totum.
Themiſtius quid de Ariſtotele ſenſerit. 41. to.2.B
Theocritus collatus cum ſacris Eclogis. 486. E. to.2
Theodelindę Bauaræ Regis filia erga coniugem mira pietas. 414.to.2. A
Theologia quæ, cur & poſitiua dicatur, 52. to.1.D
Theologia Scholaſtica quid, 123. to.1. C. Quomodo à Poſitiua differat, 124.to.1. A. eius diffinitio. ibidem. quotuplex ſit, ibidem. D. Quidnam ſit, quod in ea dicitur œconomia, 123.to 1.D. poſitiua, & naturalis quænam, 124.to.1. B. Subiectum eiuſdem quodnam eſt, 129.to.1.C. Eius partitio, 130.to.1. E. eius compendium & ſumma, 131.to.1. A. Eiuſdem diuiſio ex Ioanne Maldonato, ibidem. C. Eius Profeſſor qualis eſſe debeat, 132. tom.1. B Eius finis ibidem. Qualis nam debent eſſe auditor eius, 133. t.1. C Quonammodo à grandioribus ei opera nauanda, ibidem. De aliquibus qui Theologiæ integram operam dare nequeunt, ibid. E. Theologia practica quænam, 144.t.1 B bonum reſpicit, atque humanas qualitates, ibidem. Quodnam eiuſdem ſubiectum, ibidem. Eiuſdem definitio, ibidem. D. eiuſdem tradendę commoda ratio, ibidem. E. eius dignitas vnde petenda. 147.t.1.E. Iuriſperito valde neceſſaria. 152 tom. 2. E. Theologia Scholaſtica cur inuenta, 125. t.1 B Eiuſdem vtilitates, ibidem. C Quinam ipſam luculenter propugnauerint, ibidem. E. Eius origo, 127 to 1. A. Theologię diuiſiones plures, 128. tom. 1. E. poſt Magiſtrum ſententiarum maximè floruit, ibid. D
Theologi quinam, & unde nomen eorum, 123 to.1. C. Theologi Scholaſtici nomen unde, ibidem. Cur eloquentiæ in diſſerendo non vocant, 126.1.t. B. Primi Theologi poſt Apoſtolos quinam, 128. to.1.A. Theologi plures fuerunt eximij Scriptores, ibidem.
Theologi Hiſpani viri & Louanienſes laborarunt & ipſi in Libris pleriſque eſpurgandis. 69.t.1.D
Theopompus cur à Deo percuſſus, 81 t.1.C
Theophraſtus librum edidit de cauſſis plantarum perutilem, 96.to.2. B. ab eloquentia ſic ab Ariſtotele uocatus, ibidem. eiuſdem libri de plantis ſynopſis, ibidem. Commentaria in eum utiliſſima Iulii Scaligeri, 97 to.2.D
D. Thomæ Theologiæ compendium, 129.t.1.B. eo ſuperſtite qualia tempora, 135. t.1. C. Eius ſummæ Encomium, ibidem. quaſi quinta eſſentia ſuorum laborum ibidem, quomodo ſit exponenda, ibidem. per ſeipſum ſępè tutius exponendus, 141.t 1.C. ratio Interpretãdi eius ſummam quænam uideatur abſolutior, ibidem. E. De eiuſdem ſummæ expoſitione Auctoris ſententia, 142.t.1.C. Eius laus etiam ab aduerſariis fidei, 77. t 2.D. Eius liber de Regimine Principum qualis, 119. tom 2. A
Timanthis ars in exprimendo Patris dolore, 543.D. tom.2
Titus Liuius, & eius editiones, atque interpretes, 379. t.2 A. eiuſdem hiſtoria quænam tempora complectatur, 379. tom.2.A. aliquot eius errores deteguntur, ibidem. C. quomodo appellauerit eum Auguſtus, ibidem
Thomas Stapletonus quomodo hęreſes huius ſeculi euerterit, 318.t 2. D. eiuſdem Liber inſignis de Iuſtificatione, 418.t.1.D
Thubal mandante Noe uenit in Hiſpaniam, 412. tomo 2.A.
Thucidides hiſtoricus in quibus utilis, 337. tom.2. C. contenta in eiuſdem ſingulis libris, ibidem. D Iudicium priſcorum de eo, 140. to. 2. E. qualis ſit, ibidem. A. eius Interpretes quinam, ibidem. quænam Græca editio emendatior, ibidem. B. collatio cum Herodoto ex Dionyſio Halicarnaſſæo, 342.t.2.A. eius hiſtoria confuſa, 343.t 2 C
Tyconij Volumen Iſagog: cum ad ſacras litteras, quale 89.t.1.E
Tingere, & intingere aqua ſit, 514 t.1.B
Titianus pictor egregius, 542.t 2 B
Tonorum ſpecies quot, 262.t 2 A quot modis Tonus accipiatur, 269.to.2 C. Toni quotuplices, ibid. circa eos quot modis fiat mutatio, ibidem. E
Topica Ariſtotelis laudantur, 62.t.2.A
Tragici, & comici Poetæ ethnici quales ęſtimati à Dionyſio Lambino, 494.E
Traianus Imperator cur herba parietaria uocatus, 43. tom.1.D
Tranſyluanici hæretici filium, & Spiritum ſanctum quid eſſe aſſerant, 423 t.1.A. cur Chriſtus ab ipſis uoleat vocari Deum, ibidem. Linguę Hebrææ ignariſſimi ſunt, ibidem. D. eorum ſacrarum litterarum profanationes, ibidem. per totum
Trebonianus Iuris conſarcinator qualis fuerit, 131. tom. 2. A
Tres principes cauſſę ueritatis amiſſę, 7.t.1.C

Triden-

Tridentinum Cõcilium liberũ,& quale optabatur,quid quid mentiantur hæretici, celebratum, 336. tom. 2. A. quo magis inueteraſcet, eo magis efflorefcet, 350. to. 1. C. ad illud inuitati hæretici noluerunt uenire,ibidem
Trinitariorum monſtra, 416. to. 2. D eis uiam ſtrauit Eraſmus,417.tom.1.A.eorum errores diluuntur, 418. tom. 2. B
Trinitas ſanctiſſima quomodo rectè dicatur τριάς, 388. tom. 1.C. Antiquorum fides de illa, 389.tom.1. C. hiſtoriarum teſtimoniis unius Dei eſſentia, & Trinitatis ſanctiſſima Veritas roboratur, 409 t.1.B. Eius fides quonam modo defendatur, 413. tom. 1.A.eiuſdem imagines quot reperiantur, ibidem, D. eiuſdem figuræ, & ſchemata quæ approbanda, ibidem, E. Eiuſdem imaginum antiquitas, 414. tom. 1.A.lumine naturali haud cognoſci poteſt, 416. to.1. E. quomodo Poetæ ueritatem eius adumbrarunt, 420. tom. 1.E. eiuſdem imago ubi nam ſit ſita, tom. 1.E. Eadem nobis neceſſariò credenda, ibidem. Eiuſdem ueritas humanum captum excedit, non eſt tamen aliena, à ratione,493.t.1.C. in quibus rebus ſit eiuſdem ueſtigium,ibidem.col.1.ubi uerè ſit Trinitatis ueſtigium, 494 t.1.col 2
Turcæ religionem catholicam permittunt, 369 tom.1.B. Turcarum præfectus Budæ hereticis templa ademit, & catholicis reſtituit, ibidem.C. Ipſorum,& Saracenorum quomodo ſalus procuranda, 441.tom. 1.C. Qui nam aduerſus Mahometanorum errores ſcripſerunt,ibidem D iis iuuandis ecquid opportunum. 442. tom. 1. A Eorum duplex genus, 434. tom.1.A. quinam ex eis dociliores, ibidem.quomodo cum eis agendum, C. cur Turcarum præfecti fato tribuant militum interitus,& neces.332.t.2.A.

V

VAtes propheta minime eſt dicendus.225.t.1.A
Variarum nationum uariæ dotes,39.t.1.A
Velleius Paterculus nobilis hiſtoricus, ſed in quo aſſentatio notata eſt, 180.t. 2. A. eius in ſcribendo ſtylus, ibidem. eiuſdem hiſtoriæ partitio,ibidem
Venetorum in iuuandis Græcis ſtudium,270.t.1. B
Venenum omne comes eſt calori, aut frigori, 229.to.2. col.1. ſigna ueneni,ibidem
Venter eſt uaporum officina, 209.t.2.col.1
Verum à uero, & à uerorum opifice, 14 tom.2 B.Ioannis Viues de ueri inuentione pulchra ſententia, & elegans ſimilitudo ibidem.C
Veritas Hebraica non conſiſtit in eorum punctis, 68. tom. 2.
Veritas Catholica non eſt opinio, nec hæreſis, 225. tom 1.D Veritatis reuelatæ neceſſitas,unde,15.t. 2.B. confutatione aduerſarum opinionum roboratur, 28. tom 2. E
Verbum æternum per antiquos Patres locutum eſt,420. t.1.A. De uerbo increato quid philoſophi ſenſerint, ibidem. neceſſitas in Diuinis ponendi Verbi æterni, 421.t.1 B
Verbum Diuinum quanam ratione generetur, 422. tomo 1. A. D. dicitur partus cordis, & mentis filius, ibidem
Veterum carminum ratio,68.t.1.B
Veteris, & noui Teſtamenti diſcrimen,51.t.1.B
Veſtium luxus reprehenſibilis, 160. tom. 1. D.Quinam in ueſtibus peccant,ibidem.quomodo fiat læthale peccatum quod per ſe non eſt tale,161.t.1.B
Via compendioſiſſima iuuandarum Ciuitatum, 34. tomo 1 B
Victor Giſelinus, quid de Poetis obſcenis, 482. C. tom. 2
Viæ tres reperiuntur ad rei ueritatem indagandam, 29. tom. 2. B
Victoria à quo ſit expectanda,205.t.1.C
Viennenſis Synodus de quibuſdam philoſophis quid ſenſerit,18.t.2.B
Vicelii Iuriſconſulti methodus Iuriſprudentiæ, qualis, 160.t.2.B
Vincentij Bellouacenſis Speculum naturale quale, 48. tom. 2.D
Virgilius Poeta,& rectus eius uſus qualis,498. B.tom.2. 499.& quænam D. Auguſtinus obſeruauit contra eum ibidem. & 500. to.2. & damna ex eius lectione,501. t.2.C.D.E
In Virgilium qui præcipui Interpretes,508.C.t.2.Iacobus Pontanus uberrimus, & poſtremus Interpretum Virgilii,508.C.t. 2
B.Virgo cur initio Concionis inuocetur,179.to.1.B eius cultus qualis, 185. tom. A. In ea omnium uirtutum exemplar. ibidem. C. dilecta Mater Dei, 503.tom.1. col.2. Eius dona, ibidem. Eius ſanctitas. ibidem.eius partus abſque vllo Virginitatis detrimento, 504.t.1. col. 1.abſque vllo dolore, ibidem.
Virgines primæ diuino obſequio dicatæ, & quo tempore,253.t.1.D
Virginitatis profeſſio,256.to.1. C. admittendarum Virginum tempus aliud. 259.to.2.D. Ritus ungendi verticem Virginum, quando profeſſionem emittunt, ibidem. B
Virtutis opera quomodo hæreticis ſuadenda, 324.t.1.B. Quanti boni cauſſa.444.t.1. C
Viris doctis, & piis numquam deerunt patroni,& fautores,283.t.2.D
Viri qui nimio ornatu ueſtitu accedunt ad confeſſionem peccatorum,quomodo agnoſcantur eſſe imparati ad confeſſionem,156.t.1.B
Viſio naturalis qua ratione fiat emiſſione, an receptione; 19.to.2.col.1.
Viſitatio ægrotorum Deum placat.18.t.1.C.ad mulieres quoque ſpectat, & quomodo. ibid. Valetudinarij viſendi ratio, ibidem. Fructus exemplaque afferuntur, 191.to.1. D. alij his adduntur fructus, 192. tomo 1. Viſendi infirmos ſacerdotum munus proprium, ibidem. B. plura quæ nos moneot ad pium hoc opus, 193 tom.1. Fructus, 195.t.1. E
Viſus functiones, 28. tom.1. B. quomodo decipi poſſit ab extrinſecis rebus, 116. tom. 2. C. à motu,à figura, à numero, ibidem. B. & in quanto continuo,117. tomo 2. A
Vitæ ſocialis, & ſolitariæ commoda, & incommoda,& quomodo inter ſe ſint conciliatæ, 255. tomo 1. B. Vitæ Monaſticæ, & clericalis comparatio, ibidem. A. Vitæ ſanctitas in quo conſiſtat, 490. tom.1. col.1. Vita potius amittenda, quam Deus, 504. to.1. A. Vitæ turpis in vitam honeſtam difficilis mutatio,513. tom.1.A.Vitæ patrum legibus ſcriptis principium dederunt, 112. tom.2. A. Vitæ ſanctitas, ac iuſtitia uiæ primariæ accedendi ad Diuinam Scripturam. 75.tomo 2.D
Vitruuius præcepta architecturæ tradidit, 285. tom.2. C & in unum corpus collegit, ibidem.
Votorum emiſſio, 159.to.1.D
Voluntas quænam facultas ſit, 479.to.1. C
Voluntaria fuit paſſio Chriſti Domini. 516.tomo 1.B
Vomitus cauſſa, 217.t.2.col.2. Vomitus ſalutaris quis, 215.to.2.col.2.
Vnio hypoſtatica ex ferri igniti ſimilitudine deſignatur. 393.to.1. D. omnes alias uniones ſuperat, ibidem. ex corpore, & animæ vnione declaratur in ſymbolo D.Athanaſii, 399.to.1. B. diuerſitas inter unionem hypoſtaticam, corporis, & animæ coniunctionem, 400. to.1.A. per unionem hypoſtaticam non eſt facta naturarum confuſio,ibid.
Voces limatiores, ac peregrinæ in ſacris fugiendæ, 324.to.1.A

Xaca,

X

XAca, & Amida Iaponiorum Magiſtri, 461. tomo 2. A. & quinam fuerint, ibid.

Xenodochia cur prope templa religioſorum extruantur, 102 to. 1 D

Xenophon, magis inter philoſophos, quàm hiſtoricos numerandus eſt, 344. to. 2. C. à fine Thucididis ſuam exorditur hiſtoriam, ibidem. D. cautio de quibuſdam eius editionibus, ibidem.

Z

ZAſij expurgatio quænam ann. 1587. to. 2. E. 157.

Zodiaci partes, & ſigna locum mutarunt, 47. tomo 2. B

Zoſimus hiſtoricus Ethnicus falſa ſcripſit de Conſtantino Magno, & alia, 354 to. 2. A

Zoſimi, nomine nonnulli alij, ſed qui fuerunt viri ſancti, ibidem. B & C.

FINIS.

ANTONIVS MASSA

LAVRENTII A SECRETIS

SERENISS. REIPVB. VENETAE. F.

Archipresbyter Meſtrenſis in Poeticam Auctoris Bibliothecæ Selectæ.

PHæbe noua te ſacra vocant ad Carmina Muſæ,
Quæ Poſſeuinus dictat, & arte docet.
Phœbe veni, non te fontem liquiſſe pigebit
Caſtalium, & veteres deſeruiſſe choros.
Et puri hic latices, & longè ſanctior unda eſt,
Concentuq; nouo perſonat omne nemus.

Primi Tomi Errata ſic corrigi.

Eeruerit, lege exercuerit. 18. A. ercitatione, lege eaciratione, 10.1. E 21. diſputationobas, verte, diſputatio-nibut, 22. A ſeparaueris, verte ſperaueris. 22. D, deme vocabat. 22 B, dele qualem, 27 B, Fdie lege Fidei, 27. C, Scientur, lege ſcient, 27. D, hebdomanda, lege hebdomada, 29 B, ſtiteris, lege ſteteris, 29. D, Noſodochium, lege Xenodochium, 32. C, confeſſarius, lege confeſſatū, 48. A, habentes, habentem, 59. D, eminuerint verte emicuerint, 74. A, Dimetro, lege Diametro, 80. D, oarratur, lege narrantur, 86. A, tactant, lege tractant, 92. A, diſputatione, verte ſupputatione, 104 B, aſolute, verte abſolute, 152. C, quel, lege uel, 132. E, contrruerſa lege controuerſiæ, 153. A, diueſſe, lege diuiſę, 162. A, controuerſæ, lege controuerſia, 165. D, ſerapia, lege ſyrupia, 169 D, declinanda, lege delineanda, 171. D, Republica, lege reſpublica, 174. E, dedernet, lege dedetunt, 205 B, cogiteti, lege cogiteus, 218. D, ad ſcrptura, lege ad ſcripturas, 101. B, tempore, lege tempora, 102. B, Andræ, lege Andreæ, 228. A, dudécim, lege duodecim, 229. C, ado, lege Addo, ibidem. C, ſtatas, lege ſtatutas, 23. C, funeſtiſſimas. lege funeſtiſſimæ, 148. E, Conſtituto, lege conſtiturio, 259 A, Vniuenſo, lege Vniuerſo, 273 C, facti lege ſeſſi, 274. D, Deo, lege Dei, 307. A, γονὰς, lege λόγος, 418. D, ab, lege ad, 355. B, antum, lege ante, 425. D, irrepere, lege reperire, 442. C, nimis, lege Rbemis, 449. C, liber, lege libri, 455. A, noſtrorum, lege noſtrum. 479. A.

Secundi Tomi Errata.

Tanum, lege natum, 127. E, Natoę, lege naturæ, 14. inter C.& D, eriarent, lege eatarent, 45. D, finem, lege fidem, 90. E, propinquas, lege propinqua, 196. C, 207. col. 1. verſu 12. Coſma non, lege, Coſina oec, ead. col. 2. verſu 6. ab infra Quæ pia quæque duta eſt, lege loco quę que, quæ, & col. iiſdem verſu 15. ab infra pulmone iecurve, lege pulmoue, 228. col. 2. verſu 19. à ſupra, nateq; teguntur, lege nataq; teguntur, 216. col 1. verſu ab infra 19 Cacochinium, l. Cacochimiam, & col iiſdem, verſu ab infra 12. Quo putridas, l. Quo putridus, ead. col 2. verſu à cap. 9. Nonnulla, l. Nonnullę, 237. col. 1. verſu ab infra 22. Symphonia, l. Symptoma morbo, 244. col 2 verſu a cap. 10. & tempore l & tempore. iuncto commate, 246 col. 1. verſu 19. a capite, cede calore, lege cæde calori. Rex, lege res, 215. col. 2. meratus, lege metius, 291. D, ſaram, lege ſanam, 292. D, conditto, lege condito, 155. A, obtutus, l. obrutus, 444 C. Turciæ, l. Turcicæ, 445. B. Scanderbergius, l. Scanderbergius, 445. D, & Paulus Iouius, qui librum de Vitis Impp. Turcicorum emiſit, dele totum, 446. B, noſtræ, lege huius, 446 B, Chronicon, lege chronico, 446. E, penult. linea operis, lege libri, A. noſtræ, lege huius, 447. C, ἱμερτὰ lege ἱμερτὰς, 451. D, [illegible], lege [illegible], ibidem. Permerentur, lege premerentur, 455. A, Mechlinenſium, lege Mechlinienſium, 456. C Venerabilibus, lege Venerabilis, 457. A, Maronis, lege Maitonis, 457. D. Ioannis Monſoni, lege Georgii Thomſoni, 458. E, admeto, ſcribe Admcro, 470. B, Opera, adde, in opera, 470. D, itæ, pone ite, 475. C, altiuum, lege alituum 479. C, vti aliis.. adde virgulam., 482. B, origia, lege orgia ibid. D, moſtrare, lege monſtrare, ibid. D, 2 col. Quæ vero Græca carmina ſunt Federici Iamotij pag 483. cap. 14. ea poſſunt auferri, & transponi in pag. 485. D, col. 2. his verbis, Eiuſdem Iamotij alia Græca carmina eódem ſpectantia, cap. 14. oe, lege ore, 491. col 2. Agoriſticon, lege Agoniſticon, 493. D, Accidit, lege Accidet. 498. A, Poetæ, lege Poeta, 499. A, profecerint, lege profecerint, 502. D, & corrige numerum pag. qui eſt 480. cum deberet eſſe alius. nigra, lege oigræ 504. col. 1. tertio verſu prope finem. ipſo, lege, ipſe. ibid 2. col. octauo verſu ante finem. olim, lege odium, 504. col. 2 ſecundo verſu prope finem. ſeruet, lege ſerues. 505. col. 1. verſu 5. Num, lege Nunc. 505. col. 1. verſu 5. Nouit, lege Venit, ibidem. ſequenti verſu ralibus, lege talibus, 508 col. 1. uerſu 3. eatruderat, lege eatuderat. ibid. col. 1. uerſu 11. gente, lege gentes, 515. col. 1. uerſu 15. læplo, lege lapſo, 518. uerſu 26. populum, lege peplum. ualet, lege uelat, 518. col. 2 uerſu 25. aliquod, lege aliquot, 520. lin. 17. col. 1. Italiæ, lege Italicè. 520. D, Odiporicum, lege Odeporicum, 521. A, ſone, lege, ſono, 521. C, Centrones, lege Centones. 524. D, Herculos, lege Hercules, 526. E, Apothenoſis, lege Apotheoſis, 527. A, Hamartinegia, lege Hamartigenia. 527. B. Latinæ, lege Latine, 529. A, Homeromalligos, lege Homeromalligis, 530. C, cælant, lege colant, 542. B, Pingendis, pone, in pingendis, 542. D, Sacelis, pone ſacellis, ibidem. ſeq. uerſu. temparat, lege temperat, 544. A, col. 2. oro, lege, ore ſeq. uerſu, ibid. Laconet, lege Lacones, 544. col. 2. C, dederic, lege dederit, 544. C. col 2. prędicationii, pone, prædicationis, 549. D, totos, lege totos, 550. E, CAROLI BORROMÆI, pone in litteris minuſculis.. Caroli Borromæi, 551. E, generis, lege, generi, 554. D, col. 2. commodatit, lege commodaret. 555. lin. 4. cordati, lege cordate, 557. C propè D, periodes, lege periodos, 558. A, ſimiles, lege ſimilis, 558 B familiaris, lege familiares, 558. C, quod ad, lege quoad, ibid. C. capiunt, lege cupiunt, 558. C, approbationem, lege approbationam, 559 B, congratulemur, lege congratulamur, 559 B. aliquam, lege aliqua. ibid. Atticiſer, lege Atticiſſet, 559. E, diligere, lege dirigere, 560. B, ut ſtudet, lege ut qui ſtudet, 560. C, pars, lege par, 160. E, probis, lege probus, 161. E. incidas, lege incides, 562. D, mea mare, lege, me amare. 562. E, ſimulatis, lege ſimulratis, 565. B.

Ab anni ſalutis eacuatre ſeculo quartodecimo, lege Milleſimo quadringenteſimo anno ſalutis noſtræ, 567. D, Eutupides, lege Euripides. ibid. D, quærimur, lege querimur, 569. A, Eapoſtulemus, lege eapoſtulamus ibidem. Indicus, lege Indicis, 570. E, mittendus, lege omittendus, 571. E, materiæ, lege materie. 575. A, aggerenda, lege aggeranda, 575. A, Nenio, lege, neſcio, 574. E, è ferè, lege, è ſuece. 576. C, iſtæ, lege, illa 576. D, pius, lege pios, 579 B, quidquidquid, lege quidquid, 579. D, Hoc, lege bos, 580 penult. linea. ſed piæterquam quod, lege, præterquam quod, 581. B, fuerunt, lege potuerunt, 581. C, Rhetoricam, adde ſit, 582. A, habebant, lege habebunt, 582. C, indicaruut, lege iudicarunt, 585. A, pariculis, lege periculis, 586. B, Erhnicis, lege cum ethnicis, 587. A, obtinuerit, lege obtinuiſſe, 587. C, Hebaiea, lege Hebraica, 587. B, muitus, lege inuitus, 588. B, petant, lege petunt, 589. C, quęrant, lege quærunt, ibid. Barnabi, lege Barnabę, 592. B.

Corrigenda in Indice poſtremo Rerum, & verborum, primum Verbum eſt ſecundum ordinem Alphabeti, ſub quo ponuntur, quæ ſunt corrigenda.

Anima rationalis ſuarum vitum, lege, ſuarum virium, Ariſtotelis. Platone aram, lege, Platoni aram. quid cum in eis, lege, quidue in eis. Aſtrologiæ. ſpeuerunt lege, ſpreuerunt, explorentur, lege eaploſerunt, In uerbo, Audiens. Quid lege, Quod. Audientium. lege, Autenticum. Biblia. ſit, lege, ſint. Ibidem. Leuis, lege, eorum. Beza. hipoſtaticas, lege, hypoſtaticas. Catechiſmus. cum doceue, lege, cum docere. Dæmon. eſſentiamur, lege, aſſentiamur. Dionyſ. Halicarnaſſeus hiſtoricis, lege, hiſtoricus. Eccleſiarum Viſitatio. Edmundi Campiani, pone totum in capite verſus marginem, quoniam debet eſſe ſeparatum ab illo verbo. Eccleſiarum. Embeimata. lege, emblemata. Fides. metri, lege, metu. Hæreticorum. eorum actus. altus. ſeata linea ſupra finem, col. 1. Hieronymus Columna. edididit, edidit. Hieronymus Ruſcelleus, Hieronymus Ruſcellius. Hiſtoricis Græcis. agnoſcebatur, lege, agnoſcebantur Hiſtoria Hiſpania. lege, Hiſtoria Hiſpanica. Iudæi. Pontifices maxime, pone Pontifices maximi, col. 1. lio. 14. ſupra finem. Iuriſprudentiæ. cognito. lege, cognitio. Sacrę Scripturæ. prima, lege, primò. nona linea ſupra finem col. 2. Sedes Apoſtolica. ioris, lege, oiris.

In Idea Operis. Quæ tum iis, lege. Quæ tum ex iis. lin. ultima.

VA1 1518966